Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΑΛΙΚΑΡΝΗΣΣΗΟΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΛΟΓΟΙ Θ.

HERODOTI

HALICARNASSEI

HISTORIARVM

LIBRI IX.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΑΛΙΚΑΡΝΗΣΣΗΟΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΛΟΓΟΙ Θ.

HERODOTI

HALICARNASSEI

HISTORIARVM

LIBRI IX.



N. van der Myn inven. *F. Bleyswyk sculp.*

AMSTELODAMI
Ex Officina SCHOUTENIANA
MDCCLXIII.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΑΛΙΚΑΡΝΗΣΣΗΟΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΛΟΓΟΙ Θ

ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΟΙ ΜΟΥΣΑΙ.

HERODOTI

HALICARNASSEI

HISTORIARVM

LIBRI IX

Muſarum Nominibus Inſcripti

Gr. et Lat. ex LAVR. VALLAE interpretatione, cum adnotationibus
THOMAE GALEI et IACOBI GRONOVII.

Editionem curavit et ſuas itemque


LVD. CASP. VALCKENARII

NOTAS ADIECIT

PETRVS WESSELINGIVS.

ACCEDVNT

Praeter VITAM HOMERI varia ex priſcis ſcriptoribus de Perſis,
Aegyptiis, Nilo, Indisque Excerpta et praeſertim ex CTESIA.



AMSTELODAMI,
Sumptibus PETRI SCHOVTENII,
MDCCLXIII

KAISERLICHE KÖNIGLICHE
WIEN

NOBILISSIMIS ATQVE
AMPLISSIMIS VIRIS

IOAN. ANDREAE VAN WESTRENEN I. C.

ET

ARNOLDO LOTEN I. C.

INCLITAE VRBIS TRAIECTINAE
CVM MAXIME
CONSVLIBVS,
NEC NON
GRAVISSIMIS ATQVE AMPLISSIMIS
EIVSDEM VRBIS
SENATORIBVS
ACADEMIAE CVRATORIBVS
MAGNIFICENTISSIMIS
S. D. P.

PETRVS WESSELINGIVS.

Nullum mihi dubium est, quin ſerena atque eadem fronte Herodotum Halicarnaſſeum ſitis accepturi, qua vos et nobiliſſimi veſtri deceſſores Diodorum Siculum, cum ante hos octodecim annos a me officioſe deferretur, in ſinum recepiſtis. Probe meminiſtis, hunc gradum dignitatis illum mereri, ſummoque in honore et pretio apud ſeculum fuiſſe prius, ac nunc doctiorum laudibus ferri, atque in manibus haerere: a Tullio hiſtoriae

parentem, *a Dionyſio, populari ſuo,* ΤΟΝ ΓΛΥΚΥΤΑΤΟΝ, dulcisſimum, *abs Athenaeo* ΘΑΥΜΑΣΙΩΤΑΤΟΝ ΚΑΙ ΜΕΛΙΓΗΡΥΝ, in primis admirabilem et mellifluum, *ob ſuavisſimam dictionis iucunditatem ac ubertatem adpellari. Qua quidem leniter et ſine ſalebris fluente etſi lectores alliciat et blande moretur, haud poſtrema eiusdem dos et virtus de verisſima Ioſephi Scaligeri ſententia est,* quod vetuſtisſimus omnium ſolutae orationis ſcriptorum ſit, qui hodie exſtant, ſcrinium originum Graecarum et barbararum. *Magna laus a magno viro, ſed ex merito, profecta. Quaecunque enim de antiquisſimis Africae, Aegypti, Lydiae, Graeciae, Babyloniae, Perſidis et Scythiae rebus noſcimus, illi potisſimum accepta ferimus. Regum Aegypti, Pharonis Neconis et Hophrae, illuſtria facta, genti Hebraeae, ut annales teſtantur, ſaepe damnoſa, huic uni debemus. Manant eodem fonte, quae Medorum principes, disſipatumque Aſſyriorum imperium, et Ninives, amplisſimae urbis, excidium illuminant. Hinc Cyrum, nobilisſimum Perſarum regem, ac expugnatam eius ductu atque auſpiciis Babylonem, atque ita expugnatam, uti ſanctus Ieremias divino monitu olim cecinerat; indidem Cambyſem, Darium Hiſtaſpiden, Xerxem, famoſa in ſacris codicibus nomina, explorate cognoſcimus. Poſſem hic multarum pulcerrimarumque rerum memoriam refricare atque uberiore ſermonis excurſione uti: ſed quorſum? Notae vobis,* VIRI AMPLISSIMI, *ſatis ſunt, auditae et retractatae ſaepius. Probabitis profecto operam Herodoto, excellentisſimo ſcriptori, cuius in penu et lepidisſima orationis venuſtas et perutilis rerum ac delectabilis copia, a me hoc aetatis inpenſam, nec non dedicationis officium. Vos per triginta ferme annos omni me beneficentiae ſtudio proſecuti fuiſtis, auxiſtis honoribus, meritis paene obruiſtis, et haec tacitus diſſimularem? Erit opinor laborum huiuscemodi hic mihi terminus, grati in vos animi nullus. Veſtram vicisſim,* MAECENATES OPTIMI, *erga ſenem, meriturum tamen bene, donec mens et genua virebunt, de illuſtri veſtra ſchola, benivolentiam propriam mihi et perennem promitto et ſpondeo. Perſeveret, ita vivam, incolumis, cui prudentisſime conſulitis, civitas, flos dilectisſimae Academiae decreſcat nunquam, vobis autem omnia,* VIRI NOBILISSIMI, *ex animi ſententia ſuccedant: Haec precor. Traiecti ad Rhen. a. d.* VIII. *Kal. Iulii* CIↃ IↃ CC LXIII.

AEQVO

AEQVO LECTORI

S. D.

PET. WESSELINGIVS.



acturus mihi operae pretium videor, ſi prius nonnulla de Herodoto eiusque libris, quam inſtituti mei rationes, expoſuero. Magni viri *Ios. Scaliger*, *Ger. Io. Voſſius*, *Io Alb. Fabricius* et noviſſime *Io. Bouherius* erudite ea in re fuerunt occupati, ſaepe tamen diſcordes et nonnunquam etiam lapſi. Seligam inde veritati maxime adſimilia, et electa adfirmabo. Patriam praeclariſſimi ſcriptoris Halicarnaſſum primis verbis *Clio*, illuſtre genus et parentes Lyxen et Dryonem (*a*) *Suidas* (*b*) vetusque Epigramma oſtendunt. Aetas ac natalis annus teſtimonio *Pamphilae* cognoſcitur, (*c*) perhibentis principio belli Peloponneſiaci annos illum habuiſſe *tres et quinquaginta:* quod bellum Olympiadis LXXXVI. anno ſecundo cum coeperit, primam utique lucem adſpexit ineunte Olympiade LXXIV., quatuor annis ante Xerxis in Graeciam expeditionem. Educatum edoctumque liberaliter fuiſſe, quamquam de praeceptoribus altum ſilentium, dubitare nefas. Adultior Halicarnaſſum, tyrannidem Lygdamidis non ferens, reliquit, ſeque in inſulam Samum contulit, ubi Ionici ſermonis Veneres amplexus animum ad ſcribendum adpulit, in foro et *cauſis agendis nihil omnino verſatus*, (*d*) teſte *Cicerone*. Ante id tempus in publicum edita fuiſſe *Hecataei* Mileſii Περιήγησις τῆς Ἀσίας fertur: hinc, quae Aegyptum, deſcriptionem Phoenicis, hippopotami, et crocodilorum venationes ſpectant, βραχέα παραπαίσας, *mutatis paucis*, niſi a (*e*) *Porphyrio* fallimur, mutuatus est. Et fallimur fortaſſe: namque valde dubium est, fueritne eius Περιηγήσεως *Hecataeus* auctor. *Callimachus*, cui tali in negotio iuſta cauſſae dictio est, eam *Hecataeo* abiudicatam obſcuriori homini tribuit apud (*f*) *Athenaeum*. Non addo, quod Cl. *Valckenarius* veriſſime (*g*) monuit, nihil huiuscemodi ab aliis, ne quidem ab *Plutarcho*, exprobratum Herodoto fuiſſe. Vulgata quoque *Xanthi* Λυδιακὰ fuerant, dederantque illi τὰς ἀφορμὰς, ſive *anſam* et *occaſionem* ad res Lydorum exponendas: neque enim opinor *Ephori* apud (*h*) *Athenaeum* verba ulterius poſſe porrigi. Multa ſane Herodotus (*i*) de Lydis eorumque in Italiam coloniis, de quibus nihil *Xanthus*, aut omnia alia, *Dionyſio*, Herodoti populari, (*k*) docente. Erant praeterea in doctiorum manibus et celebritate *Hellanici* Mileſii et *Charontis* Lampſaceni Περσικὰ, aut (*l*) ſimilis certe argumenti commentaria. Quorum quidem libris a ſcribendo deterritus non est, ſed *commotus, ut auderet uberius, quam ſuperiores, et ornatius dicere*, quae (*m*) *Ciceronis* verba: *Dionyſii* autem, οὐκ ἀπετράπετο, ἀλλ' ἐπίστευσεν αὐτῶν κρεῖσσόν τι ἐξοίσειν. Hunc in finem, ut ſingula expiſcaretur et regionum ſitus atque habitus coram intueretur et exploraret, taedium ac aerumnas longae peregrinationis non recuſavit. Luſtrata omni Graecia et Epiro, viſaque Macedonia et Thracia, in Scytharum ultra Iſtrum et Boryſthenem (*n*) oras tranſiit. Neque ab Aſia abſtinuit, cuius peragrata multo maxima parte, adiit Syriam, ubi (*o*) Tyrum, Phoenicum nobiliſſimam urbem, et (*p*) Palaeſtinam maritimam inſpexit diligenter. Hinc conmodum in Aegyptum iter, quam viſendi cupiditate oberraſſe, *Euterpe* loquitur. Ex Aegypto in Libyam excucurrit, (*q*) Cyrenenque vidit, forſan et alia amplisſimae regionis oppida. Africae ab Aegypto ad promontorium Soloëntem ſollicita deſcriptio et crebri cum Carthaginienſibus habiti (*r*) ſermones hoc poſſent perſuadere, neque valide tamen. An Babylonem et uberrimos eius agros inviſerit, venit in disputationem. Vir doctisſimus, *Des Vignoles*, ſed Herodoto ſaepius, quam par erat, iniquior, eo profectum (*s*) vehementer infitiatur. Non nego, quod illi opinioni obtentui fuit, itineris Babylonici diſtrictam a Muſis mentionem abeſſe. At ſunt de veriſima Ampl. *Bouberii* (*t*) obſervatione conplura, quae illud ſibi deſiderant: in his repetita cum Chaldaeis (*u*) colloquia, vix ea tempeſtate extra Babyloniae fines conſerta; tum amplisſimae urbis operoſa et accurata delineatio, templorum praeterea et ſtatuarum, quibus illa merito ſuperbiebat. Ait in ſuam usque aetatem Babylone durasſe Iovis Beli fanum aereis portis, Διὸς Βήλου ἱρὸν χαλκόπυλον, (*x*) καὶ ἐς ἐμὲ τοῦτο ἔτι ἐόν. Contra ea non vidisſe ſeſe isthic ſtatuam duodecim cubitorum ex ſolido auro, quod

(*a*) In Ἡρόδοτος et Πανύασις. (*b*) In ſcholiis ad *Ariſtoph.* Nub. v. 331. (*c*) Apud *Gellium* Noct. Att. XV. 23. (*d*) In L. II. de Orat. C. 13. (*e*) In *Euſebii* Praep. Evang. X. 2. p. 466. (*f*) Deipnos. L. II. p. 70. B. (*g*) Ad Muſae II, 77. p. 139. (*h*) L. XI, 3. p. 515. (*i*) Vid. L. I, 94. (*k*) Antiq. Rom. L. I, p. 22. (*l*) Vid. *Dionyſii Halic.* Epiſt. ad Pompeium p. 129. (*m*) Orator C. 12. (*n*) Vid. L. IV, 81. etc. (*o*) Libro II, 44. (*p*) L. III, 5. et II, 106. (*q*) L. II, 181. (*r*) L. IV, 168. etc. et L. IV, 43. et 195. 196. (*s*) Chronol. L. IV, 4, 5. et VI, 3, 10. (*t*) Diſſert. Herod. C. I. (*u*) L. I, 183. (*x*) Ibid. C. 181.

quod eam Xerxes aliorſum aſportaſſet, (*a*) ἐγω μέν μιν οὐκ εἶδον. Porro, declarata cultiſſimis verbis ſoli Babylonici ubertate, ἐκ (*b*) δὲ κέγχρου καὶ σησάμου ὅσον τι δένδρον μέγαθος γίνεται, ΕΞΕΠΙΣΤΑΜΕΝΟΣ, μνήμην οὐ ποιήσομαι· εὖ εἰδὼς ὅτι τοῖσι μὴ ἀπιγμένοισι ἐς τὴν Βαβυλωνίην χώρην, καὶ τὰ εἰρημένα καρπῶν ἐχόμενα, ἐς ἀπιστίην πολλὴν ἀπῖκται· *ex milio autem et ſeſamo quantae proceritatis arbor ſurgat, ETSI PROBE MIHI CONPERTA, memorare ſuperſedeo, bene gnarus iis, qui nunquam Babylonicam regionem adierunt, quae de frugibus dicta ſunt, perquam incredibilia viſum iri.* Talia conmentantem negabimus earum rerum teſtem fuiſſe oculatum? Verum ista erudito viro, nimio Cteſiae amore in transverſum abrepto, condonemus. Herodotus viſis tot regionibus, urbibus et hominum moribus in Samum reverſus, quae ad ſedulae apis inſtar undique collegerat, ſcriptis conſignare, *Suida* auctore, ingreſſus fuit. Intento autem isti negotio ſpes Halicarnaſſum tyrannico dominatu liberandi adfulſit; quorſum delato res bene ceſſit. Expulſus enim Lygdamis est, et civibus aequa rediit libertas; ſed, uti fit, factiones civitatem miſcuerunt, invidiaque liberatorem, factioſis fortaſſe gravem, incesſit. Tum patriam reliquit, inque Graeciam tetendit. Huc pertinent *Luciani* (*c*) ista, difficilia quibusdam intellectu viſa, πλεύσας γὰρ οἴκοθεν *Herodotus* ἐκ τῆς Καρίας εὐθὺ τῆς Ἑλλάδος, ἐσκοπεῖτο, videlicet, qua tandem ratione et minimo labore inſignis ac celebris evaderet: inſtabat per illi conmodum Olympiorum tempus ſollemne: properavit ad illud certamen, atque in magno Graecorum conſeſſu recitavit hiſtorias ſuas. Namque ea non docent, abſolviſſe Herodotum hiſtoriarum libros Halicarnaſſi, ſed conpoſitos in Samo inſula, quod ex *Suida* adſciſcendum, ex Caria ad Olympicum conventum ſecum portaſſe, et Graecis, ut illis innoteſceret, praelegiſſe. Eligunt ad eam recitationem Olympiadem LXXXI. viri docti, quippe aetati Herodoti egregie congruam: neque mihi refragari animus est, eoque minus, quod puerîles Thucydidis anni Elidenſem hanc Olympiadem ſibi poſtulent. Aderat Thucydides una cum patre Oloro admodum adoleſcens (*d*), ἔτι παῖς ὤν, in ſummo Graecorum plauſu recitanti, illacrymavitque, aemulatione quadam iam tum ad conſimile laudis ſtudium accenſus; quo Herodotus animadverſo ad Olorum, (*e*) ὀργῇ ἡ φύσις τοῦ υἱοῦ σοῦ πρὸς τὰ μαθήματα, optime de puero XV. annorum, et gloriae deſiderio lacrymante. Atque hic non obliviſcor ſecundae recitationis, Athenis Olymp. LXXXIII. anno tertio inſtitutae, quam Thucydidem auſcultare potuiſſe, certum quidem est, ſed iam virili aetate, non puerum. Erudite hoc (*f*) *H. Dodwellus* exſecutus adprobavit (*g*) *Ed. Corſino*, ſibi tamen non conſtanti, et eandem praelectionem in Olymp. LXXXIV. coniicienti. *Lucianus* et *Plinius*, quorum auctoritate in illas partes abiit, nihil iuvant. De priore dictum ſupra est, de *Plinio* deinceps. Ubi vero post Olympiadem LXXXI. et qua Graeciae in urbe conmoratus fuerit, an peregre denuo abierit, dicere non habeo. Auctor *Dio Chryſoſtomus* (*h*) est, Corinthum veniſſe, ſcriptas a ſe hiſtorias attuliſſe, grande exſpectaſſe praemium ob adſperſas bello Perſico Adimanti et Corinthiorum laudes: fruſtratum ea ſpe, delevisſe plura, et civitatis ducisque gloriam inminutum ivisſe. Quae, etſi in Corinthiorum et Adimanti rebus laudandis mire parcus fuerit, (*i*) criminationes videntur hominum aevi ſerioris. Certius habetur, Athenis ſuos eum libros legiſſe *in conſilio*, uti *Hieronymus* ſcribit, *et honoratum fuiſſe*, idque feſto Panathenaeorum die anni tertii Olympiadis LXXXIII., quae elegans Ill. *Scaligeri* (*k*) doctrina. Sub idem tempus Athenis colonia in magnam Graeciam deducta (*l*) Thurios fuit, cui ſponte ſua comitem ſe Herodotus addidit, Θούριος ea propter ſaepe dictus, διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας, ut apud (*m*) *Strabonem*. Ibi per otium hiſtorias recenſuit, multaque illis adſtruxit. Nam quod in *Plinio* est, (*n*) *Thuriis in Italia condidiſſe hiſtoriam anno urbis trecenteſimo decimo*, aliter ſi accipiatur, erroneum erit. Condidit hiſtoriarum libros alibi, eosdemque ante Italicum iter ſemel atque iterum in frequenti Graecorum mercatu praelegit, isthic vero illos elimavit, nonnulla adiecit, alia fortaſſe retexuit. Addidiſſe autem, ea argumento ſunt, quae profectione in magnam Graeciam longe ſunt poſteriora. Talis est, neque latuit Ampl. *Bouherium*, Thebanorum in Plataeenſes invaſio et (*o*) caedes Eurymachi, Leontiadae filii, principio belli Peloponneſiaci; τὴν Θηβαίων ἐσβολὴν εἰς τὴν Πλάταιαν, *Marcellinus* (*p*) vocat, fruſtra ibi doctis viris adhaereſcentibus. Talis etiam Spartanorum in Aſiam legatio et infelix eius fraude Sitalcae, Thracum reguli, eventus. Veriſime (*q*) *Herodotus*, ταῦτα μέν νυν πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον ἐγίνετο τοῦ βασιλέος τόλου. Contigerunt quippe anno Olympiadis LXXXVII. tertio, ſive annis post Xerxis in Graeciam transitum duobus et quinquaginta. Pertinerent ad hunc quoque cenſum, quae de Amyrtaeo et filio eius Pauſiri perſcripta meminimus, ſi, quod viro amplisſimo in opinionem venit, rege Perſarum Dario Notho evenisſent: at eam falli, videor mihi clare (*r*) oſtendisſe. Iuſtior locus erit fugae Zopyri, filii Megabyzi, (*a*) ad

(*a*) Ibid. C. 183. (*b*) Ibid. C. 193. (*c*) In Herodoto C. I. p. 832. (*d*) *Suidas* in Θουκυδίδης. (*e*) *Marcellinus* Vit. Thucydid. p. 9. (*f*) Apparatus ad Annal. Thucydid. p. 23. (*g*) Faſt. Attic. T. III. p. 203. et p. 213. (*h*) Orat. Corinth. p. 456. (*i*) Vid. ad L. VIII, 33. (*k*) Ad *Euſebii* Chronic. p. 104. (*l*) *Diodorus Sicul.* L. XII, 7. et 10. (*m*) L. XIV. p. 970. A. (*n*) Nat. Hiſt. L. XII. C. 4. (*o*) Lib. VII, 233 (*p*) Vit. Thucydid. p. 9. Edit. Dukeri. (*q*) Lib. VII, 137. (*r*) Vid. ad L. III, 15.

(*a*) ad Athenienſes, quem *Cteſias* ſub Olymp. LXXXVIII. non multo ante Artaxerxis obitum ab rege defeciſſe atque Athenas abiiſſe, (*b*) conmemoravit. Verum de his abunde. Quo usque vitam extenderit, et ubi eius finem fecerit, partim ſcriptorum taciturnitas, partim diſcordia, in dubio relinquit (*c*). *Suidas* Thuriis ſupremum obiiſſe diem et in foro urbis contumulatum perhibet, eſſe tamen, qui Pellae in Macedonia deceſſiſſe de vita, aiant. Si (*d*) *Marcellino* fides conſtat, ſepulcrum Herodoti ad portas Athenarum Melitidas in Coela, ubi Κιμώνια μνήματα, oſtendebatur olim. Quae de mea quidem ſententia expediri nequeunt, niſi cenotaphia tumulique honorarii in auxilium vocentur. Τάφος tamen *Marcellino*, quo de *H. Dodwelli* (*e*) luculenta est animadverſio. Ex ſcriptis ſummi viri ſolae ad nos iucundiſſimae IX. Muſae devenerunt. Nam Ἐξήγησιν *de vita Homeri* titulum ementiri et Herodotum auctorem perperam edere, liquidis rerum argumentis evicisſe me puto. Ipsene hiſtoriarum libris Muſas inſcripserit, non liquet. *Lucianus*, cuius *Voſſius* et *Fabricius* obliti non ſunt, hominum admirationi, ex narrationum et dictionis iucunditate progenitae, eos (*f*) adſcripſit titulos. In more ipſi fuit, (*g*) τὸν πρῶτον λόγον, τοὺς πρώτους λόγους primores libros, et ſequentes τοὺς ὄπισθε λόγους, τοὺς ὀπίσω λόγους, posthabito Muſarum, tametſi iuſtiſſimo, nomine adpellare. Quid enim illis ex cuncta Graecia iucundius, quid ſuavius, elegantiusve? Veracitatis tamen amor, ſine quo hiſtoriae nihil niſi nugae et Siculae gerrae, pluribus olim et noſtri aevi hominibus abeſſe viſus est. Scripserat *Ael. Harpocratio* (*h*) περὶ τοῦ κατεψεῦσθαι τὴν Ἡροδότου ἱστορίαν. Quid carpserit, et quibus in rebus fabuloſam iudicaverit, ignoratur. Id novimus, in rhetorum olim uſu fuiſſe, cum clari nominis famam aucupabantur, aliorum meritis detrahere: quod eo non dicitur, ut de Harpocratione adſeveretur. Fieri potuit, ut ad nonnulla, quae veri fidem videbantur excedere, offenderit. Multos in conſimilem fraudem fabellae induerunt, Muſis ſaepenumero innexae, quibus ſcriptor ipse adſenſum negavit, crebro obteſtatus, ſe (*i*) ἀκοῇ λέγειν, *fando accepta referre*, neque omnia ſibi πιστὰ videri. Immo hanc ſibi legem dixiſſe, ut audita enarret, neque cunctis adſtipuletur tamen, atque hoc inculcatum omnibus cupere lectoribus. Ἐγὼ (*k*) δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πείθεσθαι μὲν οὐ πᾶσι ὀφείλω· καί μοι τοῦτο τὸ ἔπος ἐχέτω ἐς πάντα τὸν λόγον. Quod eius monitum ſi criminatores habuiſſent in promtu, uti aequitas poſtulabat, taxandi utique modum feciſſent, debuiſſent profecto. Acrior tamen, eius non ignarus, inſurrexit *Plutarchus*, vir excellente eruditione, non falſi ſed et malignitatis (*l*) Herodotum traducendo. Actio docta est, verum mirifice colorata, ſaepiſſime fallax et arceſita adeo, ut culpam, qua illum nimio patriae ſtudio onerare geſtit, ipse ſuſtineat. *Ioach. Camerarius* et *H. Stephanus* id non diſſimularunt, neque nos eorum exemplo, illis praeſertim in rebus, quae ſuggillabantur. Atque hic laudibus ferre debeo doctiſſimi Abbatis *Geinozii* in vindiciis et defenſione Herodoti ab accuſationibus Plutarchi et aliorum ſtudium, cuius partem nobis *Academiae Inſcriptionum* (*m*) *Acta* ſiſtunt. Fuit Herodotus vitio humani ingenii obnoxius erroribus, lapsus veri ignorantia haud raro est, ſaepius etiam ab aliis deceptus. *Manetho*, referente (*n*) *Ioſepho*, iactitabat, Herodotum πολλὰ τῶν Αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένον, *in rebus Aegyptiis propter ignorantiam crebrius aberraſſe:* vere fortaſſe: mallem tamen locupletiorem, quam Manetho vulgo habetur, huius accuſationis auctorem. At enim plurima olim in fabulis et figmentis deputabantur, quorum iuſtiſſime numero nunc eximuntur. Fabuloſa cenſebantur de Aſrorum inſtitutis et moribus prodita, de circumnavigata ea noſtri orbis parte, de Aegyptii ſoli genio et Pyramidibus, de Scythis, ſuccini origine, Caſpio mari, innumerisque aliis, quae ſerior aetas et peregrinatorum frequentia veritati animadvertit congrua. Enimvero horum omnium memoriam replicare, nihil attinet. Istud haeret in dubio, truncataene Muſae ſint, et an alios ſimilis argumenti conmentarios Herodotus digeſſerit? Mutilationis et defectus ſuſpicionem de Athenada, viro Trachinio, indicata (*o*) movent: οὗτος ἀπέκτεινε μὲν Ἐπιάλτεα δι' ἄλλην αἰτίην, τὴν ἐγὼ ἐν τοῖσι ὄπισθεν λόγοισι σημανέω· *hic Epialten aliam ob cauſſam, quam ego ſequentibus in libris reddam, interemit.* Reddidit autem nusquam, non octavo, nedum libro nono. Ergone ea excidit conmemoratio? an promiſſi oblivio eius animum incesſit? an decimum adiungere meditatus fuit librum? Utrumque fieri quitum est. Nam hiatus illis in Muſis nullum ſe mihi indicium prodidit. Similis fluctuatio, ſed expeditu pronior, de libris Libycis, Λιβυκοῖσι λόγοισι, quorum meminit (*p*) ipse. *Io. Alb. Fabricius* (*q*) elaboratos non cenſuit, ſed intra promiſſum ſtetiſſe. Iuſtior veriorque *Raphelii* et *Bouherii* coniectura, innuiſſe ſcriptorem extimam Muſae quartae partem, ſedulo rebus Libycis occupatam, et ſectionem in primis centeſimam quinquageſimam nonam, ubi de Apriae, Aegyptii regis, ſuſcepta in Cyrenen expeditione et infauſto eius eventu, multo ta-

(*a*) Lib. III. C. ult. (*b*) Perſic. C. 42. (*c*) In Ἡρόδοτος. (*d*) Vit. Thucydid. p. 3. (*e*) Apparat. ad Annal. Thucydid. Sect. XI. (*f*) In Herodoto C. I. (*g*) Vid. L. V, 36. VII, 93. et 213. I, 75. (*h*) *Suidas* in Ἁρποκρατίων. (*i*) Vide L. II, 29. et C. 121, 5. III, 116. IV, 5. 25. etc. (*k*) In L. VII, 152. (*l*) De Malignitate Herodoti T. II. p. 855. &c. (*m*) Tom. XIX. Edit. Paris. p. 115. (*n*) L. I. C. Apion. C. 14. (*o*) L. VII, 213. (*p*) L. II, 61. (*q*) Biblioth. Gr. L. II, 20.

tamen parcius quam promiſerat: quod qui contigerit, et an aliquid de priore ſententia demutaverit, non temere dixero. Poſſum adfirmare, veterum neminem Λόγους Herodoti Αιβυκοὺς ad teſtimonium excitaſſe, contra ex libro quarto res Aſras depromſiſſe plures: immo ſolere illum partem libri λόγων et λόγους adpellare: de nece (*a*) Cimonis, patris Miltiadae, τὸν μὲν ἐγὼ ὀν ἄλλῳ λόγῳ σημανέω· dixit autem eiusdem Muſae C. 103. Geminum illi Libri primi C. 75. Hoc itaque bene habet. Quam autem vellem de *Rerum Aſſyriarum* libris idem adſeri dicique poſſet. Sic de (*b*) illis, τῆς δὲ Βαβυλῶνος ταύτης πολλοὶ μέν κου καὶ ἄλλοι ἐγένοντο βασιλῆες, τῶν ὀν τοῖσι ΑΣΣΥΡΙΟΙΣΙ ΛΟΓΟΙΣΙ μνήμην ποιήσομαι, *quorum ego regum in libris RERVM ASSYRIARVM mentionem faciam.* tum de Nino a Medis (*c*) occupata, καὶ τὴν Νῖνον εἶλον· ὡς δὲ ὀν ΕΤΕΡΟΙΣΙ ΛΟΓΟΙΣΙ δηλώσω, καὶ τοὺς Ἀσσυρίους ὑποχυρίους ἐποιήσαντο· *et Ninum expugnarunt, ut autem ceperint, in aliis libris indicabo, Aſſyriosque ſuam in ditionem redegerunt.* Conpoſuit ergo rerum Aſſyriorum libros, aut animo ſcriptionem agitavit eorum, neque abſolvit: poſterius *Io. Alb. Fabricius*, quoniam nusquam illorum recurrit memoria, elegit, neque diſplicuerat (*d*) *Ger. Io. Voſſio*, opportune tamen atque ex vero adfirmanti, apud (*e*) *Ariſtotelem* quidpiam reperiri, quod ex *Herodoti* Aſſyriacis fluxiſſe videatur. Depoſuit Philoſophus pro certiſſimo, τὰ γαμψώνυχα ἄπτερα εἶναι· culpavit Herodotum, in Nini obſidionis deſcriptione, τῇ διηγήσει περὶ τὴν πολιορκίαν τῆς Νίνου, aquilam bibiſſe memorantem, cum illa avis, ſicuti reliquae aduncis unguibus, potu abſtineat. Quod quidem in Muſarum opere nusquam nunc obvium, capeſſere locum in Hiſtoria Aſſyria conmodiſſimum potuit, ſiquidem Ninus, ut *Voſſius* optime, Aſſyriae metropolis. Non equidem neſcio, Cel. *Fabricium* de integrioribus, quam noſtrae ſunt, Muſis, ab *Ariſtotele* verſatis et lectis, ſuſpicatum: quae ſuſpicio, ſi verum amamus, litem lite reſolvit. Oſtendi enim oportuerat, ubi et quibus rebus fuerint decurtatae. Liber utique primus, Babylonicis et Aſſyriis rebus abundans, adeo aptus et nexus cohaeret, ut locum τῇ διηγήσει περὶ τὴν πολιορκίαν τῆς Νίνου adpoſitum concedat nullum. Λόγοι proinde Ἀσσύριοι, niſi memoria Philoſophum deceperit, abſoluti editique fuerunt. Quorum quidem editio tanto certior et omnibus dubiis in poſterum foret libera, ſi fragmentum inde, quod *Io. Bouherii* ſollertiam advertit, perduraret. Apud Auctorem (*f*) Chronici, cui *Paſchale* nomen, Seſoſtris, rex Aegypti, continuo victoriarum curſu Aſſyrios, Chaldaeos, Perſas Babylonem usque, Aſiam praeterea, omnem Europam, Scythiam et Myſiam domat: in Aegyptum reverſurus xv. millia Scythicae iuventutis in Perſide, aſſignata illis fertili et conmoda ſede, collocat: postea illi Parthi de Perſico ſermone, alioqui Scythae, virtute bellica longe praeſtantiſſimi, καθὼς additur Ἡρόδοτος ὁ σοφώτατος ταῦτα συνεγράψατο, *ſicuti ſapientiſſimus Herodotus haec tradidit.* Vbi tandem? Muſae tacent. Ergo ex libris, uti (*g*) coniicitur, rerum Aſſyriarum. Quod equidem valde demiror. *Herodotus* de Seſoſtride multo ſcripsit (*h*) diverſiora: Aſſyriaca eius post *Ariſtotelis* fata Hiſtoricos, Geographos et Grammaticos latuerunt omnes, nec quisquam hilum inde decerpſit; et obſcurum hominem ſeculi post Chriſti natales ſeptimi ea lectitaſſe putabimus? Immo cuncta cum pulviſculo Chronici ſartor corraſit ex (*i*) *Io. Malala*, quem *Suidas* (*k*) ſibi ducem optavit, haud ſane fidelem, et in Herodoti tempore finiendo plane (*l*) ſtultum. Sed poenarum ille ſatis *Rich. Bentleio*, V. Cl., in eruditiſſima ad *Io. Millium* Epiſtola dedit, et ſperni potest. At plurima *Is. Voſſius* fragmenta Herodoti detexit, quae nihil noſtras ad Muſas: ea promi ex conmentariis Rerum Aſſyriacarum potuiſſe, (*m*) ſuſpicantur. Fateor ultro, talia in Grammaticorum ſcholiis ex Lexicis inveniri, quae *Is. Voſſius*, modo ea curate excuſſiſſet, Herodoto citra dubium abiudicaſſet. Conpendiario ſcriptionis modo, in ſcriptis Codicibus non parce obvio, HP, HPO, HPOΔ. notare *Herodotum*, *Herodorum*, *Herodianum* queunt. Inde error et confuſio: hinc iactata toties *Herodoti* fragmenta, verae *Herodori* aut *Herodiani* laciniae, quemadmodum in Diſſertatione Herodotea liquidiſſime, ut opinor, patefeci: queſtus ibidem ſum de doctiſſimi *Des Vignoles* inprudente (*n*) decreto ſuper interitu Aſſyriacorum, de quibus hactenus. Nunc progredi praeſtat ad Muſarum publicatas Editiones, quarum princeps Latina, Venetiis anno CIↃ CCCC LXXIV. provulgata, *Laurentium Vallam*, doctiſſimum virum, multorum olim odio et invidia merſum, auctorem profitetur. Verſio, non ſane absurda, quamquam mendoſiſſime deſcripta, et Interpretis oſcitantia crebro aberrans, *H. Stephani* et aliorum caſtigationibus purgata ſervatur in hunc diem. Quid in ea (*o*) *Pet. Dan. Huetius*, quid alii deſideraverint, notum est in vulgus. Non omnium tamen culpam *Laurentius* praeſtare debet. Multa operis, quod primus occupavit, difficultate excuſari queunt; plura recidunt in membranas, quas vertendo expreſſit, bonas quidem, ſed in *Clione* miſerabiliter luxas et mancas. *Aldus* codicem Graecum eo in libro decem prope chartis abundare et *Vallae* Latina excedere adnotavit

(*a*) Lib. VI, 39. (*b*) Lib. I, 184. (*c*) Libro eodem C. 106. (*d*) De Hiſtoric. Graec. L. I, C. 3. (*e*) Hiſtor. Animal. L. VIII, 1. (*f*) Chr. Paſch. p. 38. D. Edit. Venet. (*g*) Vid. *Bouherii* Diſſ. Herodot. C. I. (*h*) Lib. II, 103. (*i*) Chronograph. p. 28. (*k*) In Πάρθοι et Σῶσις. (*l*) Chronograph. p. 200. (*m*) *Bouherius* Diſſert. Herod. C. I. *Colomeſius* Oper. p. 325. *Berkelius* in *Steph. Byz.* Ἀιδανία. (*n*) Chronolog. L. IV, 4, 6. etc. (*o*) De Claris Interpret. p. 226.

vit verisſime. Deſunt, quod accepto benivolentia Amplisſimi *G. Meermanni* Veneto interpretationis exemplari conperi, ſectiones ſive capita tota aut magna ex parte, XCII. XCIII. XCIV. XCVI. C. CIII. CIV. CV. CVI. CXXXI. CXXXII. CXXXIII. CXXXIV. CXXXV. CXXXVI. CXXXVIII. CXXXIX., tum univerſa a C. 140. usque in C. 178., denique C. 199., itidem ex ſchedis Archiepiſcopi *Sancroft* et *Vindobonenſibus*, admirabiliter *Vallae* codici conſpirantibus, exulantia. Haeſitare memini, uter hiantia *Vallae* Latina expleverit, *Petrus*ne *Phoenix*, additiones ſuas Editione Pariſina apud Io. Parvum CIↃIↃX. ambitioſe iactans, an *Conrad. Heresbachius*. Nunc de *Petro Phoenice* (*a*) dicta retracto. Nullae eius, quantumvis *Laurentii* Latina *Aldi* indicio bene nosſet mutila et defecta, acceſſiones, additiones nullae. Omnes *Heresbachio* debentur, conmentato ad hunc (*b*) modum. *Ad haec in primo libro a nobis adiecta plus minus novem folia, a Laurentio haud ſcio qua occaſione praetermiſſa; quae certe nemo infitiari poterit, quin illuc pertinerent, ut quod Graecum exemplar, atque adeo contextus ipse narrationis teſtentur.* Quidquid ergo in ſectionibus illis peccatum, *Heresbachii* est, non *Vallae*. Graecas Herodoti Muſas primus Venetiis CIↃIↃII. nitidisſime prodire iusſit Aldus Manutius *eo gratiores fore exiſtimans, quoniam multis exemplaribus caſtigatae*, quae illius verba, *emittebantur*. Neque ea falſus opinione vir ſollertisſimus fuit. Laeto gratoque eas animo *Ioach. Camerarius*, eximium doctae Germaniae decus, accepit et ſinu fovit, cumque *exempla hiſtoriarum* (*c*) *Herodoti et requiri a ſtudioſis Graecae linguae et non facile reperiri conperiſſet, auctor fuit Io. Hervagio, ut ſua in officina expreſſa edère vellet.* Hortanti praeclaro viro et egregiam prorſus cum Herodoti vindiciis et Ionicae dialecti figuris praefationem ſuppeditanti, paruit ſtrenuus et attentus Chalcographus, *Aldi* exemplari Baſileae CIↃIↃXLI. et CIↃIↃLVII. preſſe repraeſentato. Utriusque, Aldini in primis, dos praecipua est, quod Ionici ſermonis formam raro neglexerit, atque elegantisſime conpluſcula, inſequentium temeritate aut mutata aut ſocordius praeterita, deſcripserit. Amplior *H. Stephano* gloria ex ſtudio et cupiditate Muſas ornandi obtigit. Offenſus infida *Vallae* verſione errores et peccata eius callidisſime patefecit, omnemque, praeſcripta elegante pro Herodoto ad criminatores apologia, anno CIↃIↃLVI. recognovit. Qua functus opera Graecum *Aldi* exemplum recentavit CIↃIↃLXX., atque iterum CIↃIↃXCII. adpoſitis, quae in priore omiserat, *Vallae* Latinis. Rationes inſtituti laboris ſic (*d*) prodidit: *Non eas tantum, quas ante diverſas ſcripturas, ut Graeci διαφόρους γραφὰς appellant, exhibui, ſed et numerum earum auxi, et cenſura adhibita quasdam exauctoravi; non tamen ita ut amandarem, ſed tantum ut loco ſuo motis alium minus honorificum darem. Ex ipso enim textu, ut hodie moris est vocare, in marginem tranſtuli. Sed quasdam vicisſim maiore dignas honore iudicavi, ideoque illas hinc illuc tranſtuli.* Inde post Aldum ſcriptas membranas in conſilium miſisſe, atque ex illis ea ſibi et Herodoto elegisſe, quae potiora cenſuerat, adparet, quamquam et de coniectura pauca refinxit. Quae quidem libertas laudem potius, quam inſultationem ac odioſam criminationem, meruit. Peccaverit vir egregie ſedulus in quibusdam: quid illis uſu venit, qui ſchedas omnium emendatisſimas oſtentarunt? Opus in cuncto hoc genere cura est, quam humana conditio admittit, diligente: ea prudenter inſumta, ſi qui cadant, maligna criminationis traductio abesſe debet; et hoc magis, quoniam vetuſtiores et probiores codices nanciſci, fortunae quoddam donum est, non iudicii: propterea vero ſe venditare et alios longe post ſe ponere, profecto illiberale. At istud ulcus tactum reſpuit. Secundam *H. Stephani* editionem, priore non prorſus posthabita, Francofurti anno CIↃIↃCVIII. *Got. Iungermannus* iteravit ſollerte diligentia, textumque, quem vocant, in capita ſive tmemata ſecuit et diſtinxit, ac indicem ad ea magna quaerentium utilitate acconmodavit; inſuper διττογραφίας ex ſchedis Palatinis *Narrationi de vita Homeri* adſcripſit, et Αξιολὸγ τῶν Ἡροδοτείων λέξεων ex MS. Melch. Heimsfeldii Goldaſti, ut de Cteſiae fragmentis, eiusdem induſtria adauctis, nihil addam, nobis dedit. Illam autem viri optimi operam Genevae CIↃIↃCXVIII. ita repetiverunt, ut utravis recte cognita, ambas te nosſe putes. At res ſecus habet. Editor aut, ſi mavis, corrector, non utique indoctus, varias *Aem. Porti* ſuſpiciones orationi inculcavit, alia, neque inprudenter, ex *Vallae* Latinis correxit, hoc vituperabilis, quod illud conſilium occultum habuerit. Prius deinde *Iungermanni* Francofurtenſe exemplum non ſine corollario recudendum curavit vir praedicatione dignisſimus *Th. Gale* Londini CIↃIↃCLXXIX. Exornavit illud Chronologia Herodotea, Indice dictionum Ionicarum, et variantibus lectionibus, laudabili ſane ſtudio. Erat illi in oculis et manibus ſcriptus liber Archiepiſcopi Cantuarienſis *Guil. Sancroft* et Collegii *Etonenſis* alius: ex utroque varia, quamquam in priore ſubinde peccans, nobiscum conmunicavit: neque non *Athenaeum*, *Euſtathium*, *Suidam* et plures, qui teſtem Herodotum in rem ſuam advocarant, aut ab eo aliqua ſumſerant mutua, ſedulo adhibuit. Vere ſcripſit, infinita esſe, quae ope codicis Archiepiſcopi inſtaurari queant: est enim isto in genere praeſtantisſimus. Sed maluit indicio contentus

(*a*) Diſſert. Herodot. C. 8. (*b*) Epiſtola ad Io. Gogravium, praefixa Edit. Latinae Herodoti anni CIↃ. IↃXXXVII. (*c*) Ex praefatione Edit. Hervagianae Primae. (*d*) In praefatione Editionis Graeco Latinae.

tus et voto, ut aliquis oriatur, cui otium sit uberius et ingenium ad Herodotea perpurganda, hanc aliis curam tradere. Ortus est, uti ille optaverat, *Iac. Gronovius*, cuius in Graecos Latinosque scriptores amor singularis et excellens eruditio in celebritate et omnium ore versatur: Herodotum ad membranas Mediceas, quibus nihil par aut simile arbitrabatur, diligentissime examinavit: plurimis inde vitiosis pristinum nitorem et colorem reddidit, aliis liquidissimam lucem, et *Vallae* quoque Latinis, adscriptis adnotationibus, exactis profecto et eruditis, adspersit Lugduni Batavorum CIↃIↃCCXV. Magna hinc *Gronovio* laus et gloria, neque inmerita, quam nimia tamen et paene superstitiosa libri Florentini veneratio nonnihil dedecorasse visa est. Non exprobro virulentam dicendi acerbitatem, viros praeclaros ex levi culpa saepe etiam nulla, lacerantem; neque ea ingero, quae docti homines, *Kusterus*, *Berglerus*, *Bouberius* atque alii eius in adnotationibus desiderarunt: Cognitissima ista sunt, haud effectura, ut summi viri, quem docentem iuvenis admiratus fui, labor contemtus negligatur. Immo haec dum scribo, culta ad me Herodoti editio adfertur, Glascuae tot minoribus voluminibus, quot Musae censentur, formis descripta anno CIↃIↃCCLXI., Gronovianam, defectis tamen adnotationibus, aemulans. De mea non multis agam. Coniecto ante hos undecim annos in eius consilium cura princeps conquirendi suppetias codicum scriptorum fuit, quam prosper non destituit successus. Parisiis *Io. Capperonerius*, V. Cl., benivole excerpsit, a viris doctissimis *Menoto* et *Geinozio* ex tribus Regiae Bibliothecae membranis in margines exempli Gronoviani collata, sed parciore, quam speraveram, manu: multa quippe, levissimi momenti, sordes et quisquillias opinatus, sciens volensque praeterierat. Hinc mea longe discrepabat sententia. Clariss. *D. Ruhnkenium*, Lutetiae Parisiorum studiorum caussa tum morantem, litteris adduco et expugno, ut ea usibus meis ne negentur. Factum est egregio amicissimi viri candore et auxilio, quod tantopere desiderabam, hoc etiam monentis, codicem primum, cuius A. Index, ingentis esse pretii, et tantae, sive litterarum ductus sive membrana spectentur, pulcritudinis, ut vix alius, quicum conparari possit, inveniatur. Debentur eiusdem *Capperonerii* bonae voluntati excerpta ex schedis, seculo xv. exaratis, monasterii *S. Remigii congregationis S. Mauri in Francia*, priores duo libros et tertii magnam partem conplexis, tum alia ex codice, in Bibliothecam Regiam novissime illato, in quo ex IX. Herodoti Musis fragmenta haud pauca, denique Λέξις Ἡροδότου ex forulis Bibliothecae *Sangermanensis*, vulgatis olim ex schedis *Goldasti* longe utiliores. Quae quidem cum laudabili sollertis viri studio, propter quod illi gratia manebit, colligerentur, conmodum ad me vir eruditus et plurimum reverendus *Henricus Gally*, S. T. P., magnae Britanniae Regi a sacris, invisit. Varios inter iucundosque sermones venitur ad Herodotum: vehemens prae me ferebam desiderium codicis Archiepiscopi *Guil. Sancroft*, Cantabrigiae asservati, et *Galei* laudibus adeo celebrati. Tum vir multo humanissimus prolixe auxilium polliceri, nec polliceri tantum, sed et praestare. Abs reduce in Britanniam non multis post mensibus exemplum Galeanae editionis accipio, instructum discrepantibus libri Archiepiscopi scripturis, sollertissima Celeb. *Ant. Askew* manu enotatis, una cum corollario ex ipsius *Askew* chartaceo codice annorum ferme quingentorum, primore quidem Musae primae parte manco, sed perutili. Utraque opera mihi iucundissima accidit ob excellentium virorum amicitiam et accurationem, qua nihil supra. Neque non mihi celebranda adfuit Ill. *Baronis de Swieten* in Herodoto adiuvando benignitas; de meo enim instituto per litteras admonitus promtissime Vindobonensis Bibliothecae schedas Graece perito homini cum edito Genevensi contendendas tradidit, et, quae nobilissimi viri humanitas, transumta inde ad me officiosissime curavit. Par fuisset Amplissimi Cardinalis *Quirini* benivolentia in promisso ex libris Vaticanis auxilio, nisi mors illud intercepisset, plenissimo tamen favoris in epistola Cl. *Assemanni* super locis quibusdam Herodoteis. Quod illum autem praestare non siverunt fata, cumulatissime eiusdem loci et dignitatis vir Eminentissimus, Cardinalis *Pasioneus* explevit: namque cognita mea schedarum Vaticanarum cupidine, perhumaniter rescripsit, eas nec admodum bonas, nec priscas videri: esse sua in Bibliotheca, ex Sfortiana profectas, integriores, nitide pictas et veteres; harum se διαφόρους γραφὰς mihi non negaturum. Absolvit vir summus, quod receperat, liberaliter, cuius ego excellentem in illo fastigio, dum supererat, humanitatem et erga me studium laudibus ferre et grata mente recolere, desinam nunquam. De libro vera omnia: circa seculum duodecimum in charta Pergamena ab docto scriba exaratus est, praestantia *Mediceo* nihil cedens, saepe superior. Illorum vero codicum excerptis occupato atque operi, formis exscribendo, dudum intento, ex Britannia consultissimus *I. A. Helvetius* editum *Iungermanni* exemplum transmittit, cuius in margine ex schedis *Archiep.* et duobus *Oxonienſibus* adnotamenta, sed dilutiore atramento, saepius plumbo scriptorio, picta, eaque propter in haud paucis ambigua. Tribui illis, quamquam suspensior, neque poenituit, locum, et gratias veteri amico. Et hos quidem manu descriptos codices, tot diversis locis erutos, non eodem omnes capite manasse, manifestissime conperi. Ubi lacer est et hiascit *Vallae* liber, ibi in MSS. *Archiep.*, *Vindobonenſi* et plerisque *Vaticanis* et *Oxonienſibus* lacunae. Si quid in his aut praecipuum aut exor-

exorbitans, idem apud *Laurentium*. Conpar in quam plurimis inter *Mediceum*, *Paſſioneum* et *Askew* Codd., *Paſſioneo* in alterutrius lapsu rectum; ut plurimum, tenente, concordia. Ceterorum, quorum continua excerpta haud adſpexi, conſtantem conſenſionem teſtari nequeo. Tres priores eodem ex fonte, ſive antiquiore membrana, hauſti videntur, cuius ſcriba, fortaſſe offenſus crebris Muſae primae excurſibus, cunctos inprudenter abſcidit, et ne hiatus taedio forent, nexum ſeriemque orationis calliде aptavit. Ultimi tres aliis ex ſchedis deſcenderunt, prudentiorem amanuenſem et nihil temere auferentem indeptis, atque ea de cauſſa conmendatiores. Reliquas ſcripturae diſſeritates, quae ſane quam multae, acceptas librariis, Ionicae dialecti Veneres conmuniore ſermone mutantibus, vocesque optimae notae et earum veteres inflexiones, quod ab uſu abierant, pervertentibus, refero. Damnoſum illud Herodoto inſtitutum videor mihi ſaepiſſime deprehendiſſe et certiſſimis documentis in omnium poſuiſſe conſpectum. Namque ipſi ſcriptori, Muſas de novo recenſenti, quae quorundam ſuſpicio fuit, diſcrepantiae notabilis originem non auſim tribuere: atque hoc minus, quoniam in vocabulis, citra dubium pravis, admiranda ſed et foeda omnium adparuit conſpiratio. Quo modo cunque autem ſe ista habuerint, neglectos et quodammodo contemtos ab Editoribus fuiſſe ſcriptores, qui Herodotea advocarunt et exſcripserunt, miratus ſaepe fui. Ex *Dionyſio* mihi *Halicarnaſeo*, *Strabone*, *Plutarcho*, *Pauſania*, *Stobaeo*, *Euſtathio* et aliis hac de familia, ſelegeram plurima, publicatis meliora. Vidi deinceps ſimile *Steph. Bergleri*, viri doctiſſimi, eundem mecum exercentis agrum, propoſitum. Apud animum is conſtituerat *Th. Galei* exemplum nova editione recudere, et, quia ex MSS. deerat auxilium, ex priſcorum advocationibus praeſidium quaerere: id mihi eius ex libro, huiusmodi citationibus referto et paucis ad primam Muſam notis, *Galei* animadverſionibus ſubiiciendis, paruit. Studium viri valde fuit induſtrium, ſed in *Hermogene* et eius Scholiaſta, *Stobaeo* et *Euſtathio* in *Dionyſium*, quos tum legiſſe non videtur, claudicans. An vero ad *Herodotum* recte curandum id ſuffecerit, (*a*) dixerint alii. Ipsemet viſo *Gronoviano*, cuius ne meminit quidem, opere, ſuum abiecit, adnotationesque, toties ad *Alciphronem* promiſſas, animo magis agitavit, quam abſolvit. Nullas certe, praeter paucas illas, et male cohaerentes, adſpexi: boni quidquid inerat, auctori atque obſervatori tributum est; immo gratus agnoſco, pauca Euſtathiana, a me praetervisa, ex illius indicio veniſſe; debeoque adeo memoriae viri doctiſſimi, pariterque infelicisſimi, ut eius ad poſteritatem induſtria cum laude propagetur. Aliud conſilium *Io. Corn. de Pauw*, vir Graece doctiſſimus ſed ſui ſemper arbitrii, amplexus fuit. Unicum illi *Th. Galei* adfuit exemplum et animi incitatioris inpetus, cuius ope ſalebroſis *Herodoti* locis medicinam pro virili fecit, ſalubrem ſaepe et probabilem. Cui labori, quod obſervaſſe reminiſcor, iuvenis admodum, et ante vertentis ſeculi annum xv. invigilavit. Nulla hinc apud eum in Lugdunenſem editorem animadverſio, nulla eiusdem laus, nulla mentio, a qua, bene ſi illum novi, ſibi non temperaſſet; neque a me diſſentient, qui familiarius ipsum variaque eius ſcripta cognoverunt. Schedas illius, minutiſſimis pictas litteris, mecum vir perhumanus et ſalutaris artis peritia apud Amſtelodamenſes celebris, *Io. Iac. Oſtens* conmunicavit. Conpar fuit de *Herodoto* bene merendi voluntas *Io. Iac. Reiskii*, viri clariſſimi. Ductu ſagacis et faecundi ingenii emendationes, ſollicite inveſtigatas, Miſcellaneis Lipſienſibus inſeruerat. Dedit mihi perofficioſe, ut ſub incudem revocatis et varie a ſe mutatis uti liceret, nuper vero iterum iterumque recenſitas et correctas public exſtare iuſſit. Ingratus forem, niſi utiles mihi, etſi ſaepius diſſentienti, profiterer fuiſſe. Singuli in hoc ſtudiorum genere guſtum quendam habemus, neque eadem omnibus ſapiunt. Qua ex libertate nihil inconmodi, immo ad veritatem, modo verborum absit contumelia et rixandi pruritus, conmodi multum. Illam me amplexum pro vetere amicitia non aegre feret vir doctiſſimus. Laudabit, ſat ſcio, istum animi mei habitum *Fr. Lud. Abreſchius*, vir Clar., cui varias ad intricatiora Herodoti verba animadverſiones et explanationes acceptas fero. Μεγάλη illi et *Reiskio* χάρις. Eiusdem Cl. *Io. Ern. Imm. Walchio* ob ceras miniatulas eruditiſſimi *Car. Sam. Schurzfleiſchii*, in quibus doctorum virorum, *Bocharti*, *Fabri*, *Valeſii*, *Voſſii* et aliorum, de *Herodoto* non male meritorum, indicia, exſcriptas ex Gothana Bibliotheca, debitor ſum. Adleverat non multum diſſimiles marginibus Hervagiani exempli anni ɔɔɪɔxli. *M. Sladus*, quas Celeb. *Pet. Burmannus Secundus*, talium haud parcus promus condus, meas esſe, ut alia multa, voluit, nec non *Is. Voſſii* coniecturas, manu magni *Graevii* ſcriptas, et *Iac. Ph. D'Orvillii* plures. D'Orvillianas ſerius, opere Herodoteo fini proximo, uſurpavi, et magnam partem ad conmentarium viri eruditiſſimi in Charitonem additas intellexi; Voſſianas coram mihi olim Cl. *Io. Alberti*, cuius mortem nondum eluximus, tradiderat. Solidum tamen *Pet. Burmanni Secundi*, viri amiciſſimi, beneficium, cui et reliquis omnibus laudatiſſimis hominibus uti debendi reus ſum, ita nemo ſibi addictum magis et obſtrictum me et *Herodotum* habet, quam *L. C. Valckenarius*. Namque ut conperto accepit vir diuturna familiaritate mihi iunctiſſimus, quid molirer, ob-

(*a*) Vide Miſcellan. Lipſiens. Vol. viii. p. 295.

obſervationes transmiſit, et flagitanti, ut continuaret inchoatas et in partem laboris veniret, peramanter adſenſus fuit. Haec origo et occaſio adnotationum, praeclariſſimae eruditionis ex interioribus litteris adparatu refertarum, quibus haec Editio nitidior et ad poſteritatem conmendatior procedet. Scripſimus ambo locorum intervallis ſeiuncti, ille Franequerae, ego Traiecti ad Rhen., acciditque adeo, ut eadem arbitraremur nonnunquam: mea, ubi conmodum erat, inducta ſubinde fuerunt, ſaepius, ut deſcribendi faſtidium vitaretur, relicta, ſed *Valckenarii*, meo praeconio non indigi, perenni tamen grati animi teſtificatione celebrandi, omnia integra. Reliquum est, ne abſoluti operis ratio in obſcuro maneat. Ex ſcriptis codicibus Ionici ſermonis, quoties licuit, formam et habitudinem reformavi; in integrum nullo ſuo merito poſſeſſione deiecta reſtitui: innumera mendis liberavi, ſed parciſſime de coniectura, atque illis duntaxat in vocabulis, quae dictionis indoles averſabatur. Qua re nonnullis, quod aperte mendoſa et levi brachio concinnanda, reliquerim, iuſto viſus fui cautior. Verum illud malui, ſatis habens, ſi ad medicinam via monſtraretur. Mutationum in adnotationibus reddita cauſſa est. Ex contextu, uti vocant, quae exterminavi, relegata in variantes ſunt Lectiones, copioſiſſime, quo cenſendi facultas foret, adpoſitas. Qua quidem in re nihil novi praeterque conſuetudinem machinatus fui. Conquirimus ſollicita cura et inpenſis amplis diverſas membranarum ſcripturas, cui bono tandem, ſi uti illis nefas putetur? *Vallae* Latina praeeuntium more Graecis adiunxi, non illa profecto optima, ſed a Clar. *Gronovio* multifariam purgata, et, ſicubi ἐν τῷ κειμένῳ aliquid innovatum, a me quoque. Maluiſſem equidem, ut ſuaviſſimus ſcriptor ea dialecto ab omnibus tereretur, qua agnoſci voluit. Sed uti ſeculum est, Latina poſtulantur; maneat proinde hoc Catone per me contentum. Additamenta undique ab *H. Stephano* et *Iungermanno* de Nili ortu, de Aegyptiorum et Perſarum moribus et legibus, ſi mei res fuiſſet arbitrii, detruncaſſem omnia, excepto Anonymi fragmento, cui in Addendis ex codice Regio, mecum ab egregio *Ruhnkenio* conmunicato, ſalubre auxilium venit, de Nili Incremento, et *Cteſia*. Fini operis *Th. Galei* et *Iac. Gronovii* adhaerent adnotationes, quarum facilior ut uſus eſſet, Lugdunenſis Editionis paginae marginibus noſtrae aſſignatae ſunt. Lexicon vocum Herodotearum, ex *Goldaſti* ſchedis publicatum, procul amandavi, ſuffecto ex *Sangermanenſibus* longe meliore. Indicibus recenſendis et conficiendis operam mei cauſſa *A. Kluitius*, doctus et ſollers Hagani Gymnaſii praeceptor, induſtrie inſumſit. Unum, neque diſſimulare auſim, male me habet, quod operae in tonis et ſpiritibus toties deliquerint. Nixus fui aberrationibus istis occurrere, ſed ſtudium caligantes oculi fruſtrati ſaepius ſunt. Nolim eas, quarum exſtantiores enotavi, mihi vitio adponi. Potius de *Herodoto* inter morborum tot vices in provecta aetate ad finem deducto laetemur. Ego certe Deo optimo Maximo gratias ago habeoque. Vale.

ILLVSTRIBVS, AMPLISSIMIS ET NOBILISSIMIS VIRIS

INCLITAE CIVITATIS

LEIDENSIS

CONSVLIBVS

SAPIENTISSIMIS

D. ABRAHAMO AB ALPHEN I. C.
CONSVLVM PRAESIDI.

D. CONRADO RVYSCH I. C.

D. NICOLAO VAN BANCHEM I. C.

D. IOHANNI ALEXANDRO VAN LANSCHOT I. C.

PER TRIBVNALIA ET VARIA REIPVBL. NEGOTIA AC HONORARIA COLLEGIA MVLTVM SPECTATIS

Patronis ſuis Perpetuis

IACOBVS GRONOVIVS

Perennem felicitatem P.

IPSA *quidem feſtivitas propoſiti huius, quo Herodotum nova et prima apud Batavos editione decoratum eo, exigere videtur, ut plurima vel inventionis induſtria vel verborum comitate utar, atque ipsa ſcribendi ſedulitate oſtendam, quam ardenter post triginta et amplius annorum lucubrationes probatas cupiam nunc quoque placere, et hanc dedicationem Vobis favorabilem reddere. Sed nec labor in primariam antiqui temporis hiſtoriam editus tali genio fruitur,*

tur, propter quem in discrimen aliquod me coniici suspicer; tum causa universa adeo singularis est, ut simile unquam occurrisse nec meminerim nec credam. Unde sicut ipsa res et materia clamat se aversari et odisse, quod non est simplicissimum; ita ego censere cogor melius esse nihil artificiosum huc arcessere, nec felicitatem applausus Vestri ulla arte circumvenire.

Agebatur enim praeterito saeculo annus LXII., *quum mense Maio ludus huius civitatis literarius more sanctissimo inspiceretur, ut post exploratos frequentantium successus, auspiciis Decessorum Vestrorum in Supremo Magistratu, ab IIII. Viris Scholae Lugdunensis constituendae, quorum tunc erant praesentes superstites Wilh. Paedtz, Ioh. Cocceius, Iac. Golius, donandus, acceperim ex manu Cornelii Schrevelii, Rectoris equidem prudentis et nati ad tenera illa ingenia colenda continendaque, exemplar historiarum huius Herodoti ex editione Gothofr. Iungermanni. Verum dixero, si confitear fuisse id fatale rudimenti per adolescentiam editi et optatum decus, sed et studiorum totius postea vitae adiumentum praedulce. Sic enim possessor factus magni voluminis, non oculos tantum pavi placito lemniscorum et fulgentis in membrana auri nitore; sed quod hortantibus laborum gradibus postpaulo et patre me ad Iustini historias vertente cogebar, per varia momenta advocabam Herodotum. Advocabam, dico, sed ut in universis narrationibus aliquam opem adsequebar, ita persaepe oppido exiguam capere me sensi, quum nec Vallae versionem cum Graecis conferre possem utpote nimis inde digressam, et Graeca continuam parerent offensam, ut ita quod historiae liquidum quaerebam, satis certe non nanciscerer. Hoc ipsum dubitari non debet, quin obtinuerit per omnem primae Academicae meae vitae aetatem, atque ideo nihil nisi reservare Herodotum magnae occasioni, si qua ventura esset, fui compulsus.*

Quae ipsa quum non solum venerit, sed tantopere etiam felicis exstiterit foeturae, ut Herodotus importunis variorum corruptelis circumsessus, immo in eis delitescere compulsus, modo redierit ad suam lenitatem, quam Graecae aures olim tantopere in eo agnoverunt; quomodo proferam concinnos plausus et impetus multiplicis gratulationis, quam Vestrae istius Liberalitatis ratio ab maioribus comparata meretur? Etenim obtinuit illa et tunc, et semper obtinet, quod solum et unum quasi videtur spectare, nempe ut donatio bene meritos coronans moveat omnium studia et aemulandi acrimoniam. At ista ipsa praeter hunc scopum prominet mirabiliter in futurum, et peragens extraordinaria quaedam, inopinanter experitur ex se surgere in publicum quoque, non modo in privatum bonum, commoditates et occasiones, quae seris etiam annis stimulos praebeant ad egregios impetus. Sic certe agrum colentibus iucundum est, si ille, quod expetebant, iusto tempore splendeat fertili semente; sed magnopere insuper delectat, si quod non praevidebant, in fodiendo aperiatur thesaurus. Gavisus fuit sine dubio Fulvius Nobilior, quum Ambracia subacta triumpharet, quod multis laboribus quaesiverat; sed et voluptate illi fuit tunc, quod praeconcipere vix poterat, Romam per ipsum deportatas ad spectandum invehi in illo triumpho ignotas antea novem Musarum imagines sub Hercule Musagete, varios ad mitiora studia tracturas.

Neque vero tacere hic debeo, quantopere has primas cogitationis in me adolescentis umbras, aut verius dixerim, hanc quasi praerogativam, vagam

gam licet incertamque, et tam longo tempore antecurrentem, memorabili et maximo momento muniverit dies anni MDCLXVIII., *qui dies erat a. d.* IV. *Idus Ianuar. quem Veſtra Curia conſenſit indici feſtum huic Academiae. Quantus ille ſplendor erat, quum ſpectaculum certe inuſitatum praeberent Sereniſſima Regia Celſitudo COSMI III. benigniſſime audiens et ſpectans, tum Pater meus venerans et alloquens. Id placuiſſe tunc quidem paſſim memini; ſed mihi penitius intuenti iam ardua deſideriorum meorum, tacita quoque tunc conformatio immittebatur, quae oculos erraturos alioquin in peregrinando ultra Alpes in formoſiſſimam Etruriae vallem dirigeret.*

Per has ſcalas mihi tandem venit licentia eſcendendi ad ista Parnaſſia culmina felicitatis uberrimae; et qua maiorem nec ratio mihi nec fors ſubiecerit, ut in rempublicam literariam conferam Herodotum, ſi non penitus, qualis ex auctoris manu ante ſaecula prodierat, certe infinitis in locis ita reparatum. Quod quum rem magnae molis eſſe cernam; tum ſi ruminando circumagar et revertar ad dies illos, quibus inter locupletes illos pleniſſimosque pluteos Mediceos ſpatians, Herodoteum istud exemplar, palmaria praedicatione dignum; non videndi modo, ſed dum res dabat, in complexu et manibus habendi volvendique poteſtate fruens exultabam ad veritatem antiquae ſcripturae, vix mei compos maneo. Stellas ad me deſcendere credebam, quoties aut in hiſtoria cognoſcenda aut in Graeca narratione aliquid liquidius repente oculos meos ſubibat. Satis dextre enim deprehendebam lucri praeſentis pretium, ut ab ista hora non ultra cogerer peccatis alienis concedere; immo conceptam Herodoteis exemplaribus obſcuritatem diſſipari tandem atque exoleſcere ſentirem. Ita apparet ab unica Veſtra liberalitate primos appetendae huius operae coeptus mihi innatos, ultra decennium occultatos et inanes, denique Altorem et Fautorem invenisſe Veſtra vehementer arte conciliatum. Fors fuat, ut lux illa nominum Veſtrorum in Italiam aliquando deferat notitiam praeſtantiae, qua excellit ſuper omnia iste codex tantopere hiſtoriam veterem per univerſa ſupplens, ſanans et redintegrans, et Florentiam exhilaret publicâ humani generis commoditate aucta, ut tam conſpicua antiquiſſimae notitiae adiumento illuſtrato per ſanctam eius cuſtodiam, gaudeat porro ſimilibus exemplis decorari.

Caeterum dum in hac conſectatione munditiae Herodoti me recreo, ambigere incipio, utrum Academiae, quam colo, an magis ludo literario, quem colui, hoc donum conſecrari a me debeat. Utraque Veſtrae Curiae adminiſtratio est; utriusque cuſtodia amabiliter per annos in Veſtram curam et manum recepta floret; utramque iuſſu Veſtro percenſeo et pro virili parte confero, ut diſciplinam utrobique deſignatam habeatis ſartam tectamque; in poſteriore etiam hoc ago, ut forſan alicui munificentia Veſtra infigat parem mihi indolem et quod opto, annis futuris glorioſam. In proximis ludo annis, dum audiendi et erudiendi cauſa adfui Academiae, contigit mihi praeparare imperitiam meam eamque ſentire, quod in morbis multum est; redux deinde in eandem ſaepe diffundi me, ſaepe refici expertus fui ob Herodotum a ſe ipso per vitia aliorum diductum et disiunctum nunc ſibi reconciliatum. Quod quum ita ſit ſibi innexum, ut decidi a me nequeat, et vix debeat; ſtatuo optime ex caerimonia antiqua Veſtram Laurum utrobique tam feliciter florentem a me pro faſcino apprehendi, et hanc Herodoti novam reparationem, velut ſacram coronam Graeciae, ad poſtes figi Curiae Veſtrae, ut ei praeſidens

DEDICATIO.

Minerva non modo urbis amor, ſed etiam clavium in adytis ſancte habendis arbitra, ſicut apud ſuos cognominabatur tum Πολιοῦχος, *tum* Κληδοῦχος, *hanc aeternam Benignitatis Veſtrae fidem ſervare et conſignare velit, Deum precans, ut Leidam Herodoti fautricem tum aliis rebus omnibus, tum etiam ſtudiis vigentem ſub praeſidio Veſtro cernat et celebret Chriſtianus orbis. Dabam in Vrbe Veſtra a. d.* XIV. *Calendas Iulias anni* MDCCXV.

LECTO-

LECTORI BENEVOLO S.

Nolo te paginis concidere, ſed indulge quaeſo ſpatium ad explicandam diſputationem hanc, quam omni ratione confido non fore ingratam, ſed certe neceſſariam. Quum per ordines pluteorum in Bibliotheca Medicea pervium mihi factum eſſet, ut liceret ubicunque cernere et deſtinare; ita conſtitui ſignavique, ut mixta vice aliquid maius aggrederer minore profligato. Etiam haec varietas recreabat. In cuius vicisſitudinis propoſito contigit, ut ad Herodotum pervenirem post duo exemplaria epiſtolarum Ignatii accuratiſſime perlecta et editiones ad ea exactas. Vel ſi nihil dignum annotatu reperiſſem, mihi ſufficiebat prorſus ſcire ita legi in priſcis illis membranis, ut certa ſolidaque notitia et ab meis oculis collecta, non alienis, fulcire lectionem meam Ignatianam poſſem. Caeterum ultra exſpectationem locupletavit me haec collatio, Neque enim ab eo tempore poſſedi illa ipsa tantum, quae Oxonii nuper vulgata ſunt anno MDCCIX. ab Clar. Thoma Smitho, in his Epiſtolis iuxta Exemplar Mediceum denuo recenſitis, ſed plura. Ne dubites, accipe ſpecimen, et quidem ſtatim in principio, et quidem unum, ſed tanti, ut quoslibet illos bene notos lectores in pudorem coniiciat. In ipsa enim inſcriptione epiſtolae ad Smyrnaeos edidit Vosſius τῇ οὔσῃ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας, ἐν ἁμώμῳ πνεύματι, λόγῳ θεοῦ, quo nihil aliud probavit, quam ſe nolle ſequi antiquitatis fidem, et hoc agere, ut ſoli ſuo arbitratui innitatur; quod ei concedens miror tamen, quum in oppoſita verſione Latina praebeat *in incoinquinato ſpiritu et verbo Dei*, iudicaviſſe vim copulativae debere exprimi in ſigno commatis, quod in MS. est nullum. Unde nihil aliud promovit, quam ut daretur oportunitas viris eruditis in Britannia, cui mirabiliter blandiuntur hae epiſtolae, immittendi in ſpatium inepte vacuum particulam καὶ, prout nuperrime continuavit editio Oxonienſis MDCCIX. per eundem Cl. virum, quum id iam anno MDCXLIV. etiam editio Oxonienſis biennio antecedens Vosſianam inchoaviſſet per ſummum in literis et ſacris Virum Vſerium. Hinc vide ſuſpicionem ipſius Smithi de hoc loco et fortuitam huius particulae coniunctivae omiſſionem in verſione Vosſiana, quum vere nihil genuinum ſit in isto καὶ. Nam in MS. Mediceo manifeſte legitur ἁμωμω ΠΝῙΖ̄ λογω quod explanari oportet ἁμώμῳ πνευματικῷ λόγῳ Θεοῦ. Alia dabuntur alio tempore, ſi Deus volet.

Quum ita ceſſiſſet inſpectio codicis, quem adhibuit Vosſius, et qui iactatur genuina continere; an potui hoc tam dulci guſtu ineſcatus, ſtatim post haec deciſa ab Ignatianis diſcedere? Omnino adamavi etiam aliam, quae proſcribi vulgo ſolent ut ſuppoſita. Decrevi prorſus illa pariter recognoſcere, praeſertim quum reperiſſem, ut dico, alium codicem, qui ea exhibebat, ut forſan non aequalem aetati voluminis, de quo actum est, certe tamen veterem et aut nihil aut parum natu minore. Itaque enimvero et legi et tum pasſim exſignavi, tum in Epiſtola ad Philippenſes deprehendi pag. 99. Vosſianae editionis illic legi τὸ εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου διαδιδόμενον, non modo διδόμενον, quod prius est illic. nervoſius; pag. 101. ὅλεθρον γὰρ ἑαυτοῦ γνώσεται κ. τ. λ. non ἑαυτῶν, quod firmatur ab Latina verſione, ſicut etiam pag. 106. μαρτυρία πνεύματος καὶ θεοῦ ὑπεράνωθεν, non Πατρὸς; et pag. 107. μετὰ δὲ τὴν ἡσυχίαν πιστῶτι, non πιστῶτα. Etiam pag. 110. legebam καὶ τῆς ἐντολῆς ἡκίσας τοὺς οὐδὲν ἀδικήσαντάς σε, non ἐξώσας, ut editur; in Latinis, *et a mandato Dei eos avertiſti.* An igitur cap. IX. de pernicie Iudae occaſione epiſtolae istius ad Philippenſes non licuit mihi notare, quod ſcripſi? *Quin etiam ſi qua codici Mediceo fides, non meretur minorem auctoritatem, quam reliquae, quum et illum verſaverimus, et hanc iucundiſſime illic perlegerimus.* In eo codice quem Vosſius tractavit exſtare epiſtolam ad Philippenſes ego utique non ſcribo; relinquo Vosſium, qualis est; et quis ſupponi potest tam perverſus, ut id ſcribere vellet, quum et Vosſius eſſet teſtatus, et tu ipse aliter vidiſſes? ſed tamen et alter codex est codex Mediceus, et de eo loquor; ſed fervor inhumanus maluit durum ſtrepere, quam recte intelligere, idque etiam ſicut percepi, ſciſcitatione inſtituta ex eo, quem ut antea fautorem ſtudiorum praecipuum et mihi deditiſſimum, ita nunc comitatis et prolixitatis immenſae memoria venerabilem revereri non deſino, quum res ipsa ſatis loqueretur. Non est ut roget Tentzelius *Vtri magis credamus:* non est ut ſcribat *Vosſio qui MStum diligentiſſime excuſſit, an Gronovio, qui tantam procul dubio curam in eo evolvendo non adhibuit.* Nihil de hoc poſtremo prorſus novit, et ego non aperiam, niſi quod ipse locus ex principio peroret. Sed est ista argumentatio par et ſimilis aliarum, quibus turget iste liber, plane talem hominem decens. Et est tamen ex vicino ſemigermanus, quem ista delectaverunt. Sed pereant illa; ego curſu recto Theſpias tendo, ut post hanc exploſionem Cupidinem, quo me adigit ſerenior tempeſtas, viſam et perviſam diligentius, quam ab Vosſio factum, et divinae prorſus delectationi me dedo, ut post Ignatii Epiſtolas ex Herodoto diſcam: ad illum enim ex ratione vicisſitudinis me contuli.

Quum

PRAEFATIO.

Quum enim res ad id se daret, memini doluisse aliquoties, non adsequi me nec intelligere, quid adferret iste scriptor; idque plane accidebat praeter exspectationem. Nactus enim fueram editionem Francofurti exaratam, cuius indicem insignia nomina condecorant, Valla, Henr. Stephanus, Frid. Sylburgius, Gothofr. Iungermanus. Et iam audiveram aliunde ab Aldo paratam primam editionem et ab Ioach. Camerario duas ex officina Frobenii; ac denique plurimam operam illi impensam ab Aemilio Porto. Huic tanto pulcherrimorum ingeniorum concilio quum placuisset Herodotus, iure opinabar fore, ut a me inveniretur sicut ille ab Cicerone descriptus est, sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluens; utque hinc descendens ad occupationem eius legendi ingrederer penitus dimoto deiectoque ab hoc ipsorum alveari, ab hac antiquitatis extremae saluberrima peregrinatione, quidquid sordidum aut distortum ex medii temporis situ et incuria inolevisse potuerat, omniaque occursura mihi sic decentia, sic apta, ut nihil desideria mea morari posset. Non sperabam me illic reperturum (loquor manifeste exempli ergo ex libro I.) vel cap. 30. Ὃς φιλοσοφέων τῆς πολλῆς θεωρίης εἵνεκεν ἐπελήλυθας, cum tam festiva interpretationis variaque fabrica; vel c. 41. Ἀχαρί τι τοι οὐκ ἀποδίζω, hinc de adiectivi istius sensu ambigente Valla et Stephano; cap. 52. Σάκος τε χρύσεον πᾶν ὁμοίως, καὶ αἰχμὴν στρεπτὴν πᾶσαν χρυσέην καὶ τὸ ξυστὸν τῇσι λόγχῃσι ἐὸν ὁμοίως χρύσεον· τὰ ἀμφότερα κ. τ. λ. cap. 58. Ἀπὸ σμικροῦ τέως τὴν ἀρχὴν ὁρμεώμενον. cap. 91. Κροῖσος πέμπτου γένεος ἁμαρτάδα ἐξέπλησε. cap. 98. in domo Deiocis Κύκλων ἐόντων τῶν συναπτόντων ἑπτά. cap. 116 character faciei in Cyro προσφέρεσθαι ἐδόκεε ὡς ἑαυτόν. cap. 173. Καὶ τῆς μητρὸς ἀναμνέεται vel ἀναμάσεται τὰς μητέρας. cap. 194. Νομέας τοῦ πλοίου καὶ καλάμην πᾶσαν ἀπεκήρυξαν. cap. 186. Τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ καὶ κατὰ τὰς καταβάσιας. Denique cap. 191. Κατὰ τὸ ῥέεθρον τοῦ Εὐφρήτεω ποταμοῦ ὑποτενοχθικότος ἀνδρείως, quibus similia exstant plurima, singula profecto et stomachi et mentis et oculorum fastidia, et prorsus talia, ut Endymionis somnum mihi optare maluissem, quam procedere ad ista legenda. Audimus quidem in istis diductis et separatis vocabula bene Graeca, sed quae quomodo ab illis in unum coniungi potuerunt? immo vero illi, quod moerebam, non modo legerunt iuncta, etiam interpretati sunt Latine, sed ut inde pateat saepe illos parum duxisse officii et existimationis rationem, et exstare Herodotum cum magno elegantiae eorum detrimento. Hinc cavere non poteram, quin succresceret mihi etiam in hac indignatione macerante sibilus, quod ab hoc primi Graecorum temporis donario dicam, an diario? cui eximia veterum AEgypti, Asiae, Africae et Europae fatorum ab Carico ingenio pars erat commissa, non in antecessum abegisset vel quamcunque obscuritatem. Utique hinc contigit, ut Dan. Heinsius potuerit ingenuitatem Scaligeri ac candorem praedicare, qui locorum emendationes, quas ex tempore illi suggesserit aut cum eo communicaverit, nomine apposito in margine expresserit; id quod in Herodoto Hesychioque factum sit. Deus bone, ubi istud exemplar? Hinc fieri potuit, ut in primis annis saeculi MDC. Parisios profectus Nobilissimus ille Iac. Palmerius a Grentemesnil Casaubonum Herodoti illustrationi vacantem audire fategerit, ut in illius vita notavit St. Morinus. Quo evaserunt istae Herodoto tam faventes horae? Habeo plures, quorum vulgatur pollicitatio notarum ad Herodotum: sed valeant; quia intellexerunt nihil.

Attamen si omnia recte expendas, elaboravit haec omnis, quam nominavi, tribus quidem ad officium suum, ut quoad licuit, Herodoto succurrentes evigilaverint in studio, quod susceperant; sed tam infesta auctori nostro deinde fuerunt quaedam saecula, et tam malevola variorum ex posteris sortitus fuit iudicia, ut mirari non oporteat, si sparsis turbidis et fallacibus lectionibus nequierit per eosdem nunc cito elucere aut sanitatem plenam ita vel quacunque adiuvandi contentione ac industria repetere. Ut enim ego rem concipio, quum frueretur iusta gloria, et ne etiam in mortuo Herodoto quidem mox imminueretur eadem celebratio, quae historias viventis prosequuta fuerat; repens incepit res novas moliri Ctesias. Huic enim satis non fuit perscribere, quae placuerant, et novum quasi nomenclatorem Persicarum appellationum et Herodoto uberiorem apud Graecos se profiteri; sed, ut solent illi, quibus statutum est subdole agere, iactare se voluit et ex invidia praesertim ac detrectatione Herodoti, directo ab eo ad reiiciendum et improbe deferendum nominati, crescere, siquidem credimus Photio, cuius sola fide haec omnia stant caduntque. Sed tamen aliquamdiu Ctesias non auditus, non creditus. Labentibus vero et mutantibus saeculis nec quid nec quare exstitit post aetas (quam fatentur ipsa nomina mox ad partes vocanda) qua perspicue nonnullis placere etiam Ctesias incepit adeo, ut Herodotus antea assidue laudatus quodammodo exigeretur suo honore, aut si non e manibus fuit excussus, ob vitii, quod Ctesias inchoaverat, ego autem ex veneratione Herodoti ne proferre quidem cummaxime velim, crimen diu suspensum tantum non damnatus, legeretur modo carpendi et vituperandi gratia. Ex hoc nimirum fonte orta sunt, quae dixerunt post trecentos et ultra annos, ut cernimus ex scriptis, illi indigni nominatu in hac parte, sed ut rideantur, procedant; quae inquam dixerunt tam serus ille Diodorus Siculus, tam serus Manethon cum novis sacerdotibus, antiquissima melius scilicet sciscitatis, quam ante saecula eorum decessores; tam serus

Stra-

Strabo, tam ſerus Aelius Harpocration aliique; hinc ſerus ille Plutarchus aut irae aut vindictae moderari nequivit: hinc alter, qui indicatus nobis est ab Euſebio Praepar. Evangel. lib. x. cap. 3. ex Porphyrii ſcriptis, cuius verba intelligas rogo ex ipso Euſebio, vel maxime ſerus Pollio. Sic enim de illis omnibus non dubito pronunciare, ſicut libro octavo deſcripſi Dionem Chryſoſtomum. Ab hac gravi nube non ipse tantum obrutus fuit pudendi et foedi criminis varie ab illis expreſſi reus; ſed quaſi iniuria intra hanc criminationem non deberet ſtare, exemplaria hiſtoriae eius mirabiliter conſpurcata et interpolata literis modo demptis, mutatis, appoſitis vitioſe (quod in Graecis facile contingit) et quidem ita, ut fere dixeris ludum ſcribis illis librariis perinde ac malevole doctis et certamen noxae Herodoto inferendae fuiſſe, ut ista dulcedo ſtyli quondam Olympiae et Athenis audita nec minus materia per veracitatem placens plane deleretur. Deprehendi id potest ex illis, quae ſatis macra et naevis ſanequam foeda edidit Aldus acquieſcente illis Camerario, et quae mox cum tanta farragine variarum lectionum Henr. Stephanus. Stephani illa ratio docet codices Herodoti ſatis denſos ſupereſſe, ſed depravatos mira diverſitate, ut exſtarent in eius ſcripto loquutiones vocesque nunquam ab Herodoto cogitatae, praecipua truculentia in particulis, quod maximis modis ex codice Mediceo ad mirationem usque didici. Quis illud deſperatum in libro IX. Ἀμαζονίδας τὰς ἀποθήκας non ita ex compacto conflatum, aut excogitando commentum et vel ingenioſe fictum ad ludibria auctoris aeque ac lectoris taedia videt? An non credimus optime haec intellecta fuiſſe optimo Henr. Stephano, a quo refertur in indicem *in Amazonidas clarum facinus Athenienſium*, ſequuto Jungermano Quis illam abominandam licentiam citationum in tanta diverſitate non ſentit inde fluxiſſe? quae nequivit ex memoriae fiducia, ut interdum in exiguis libris fieri amat, evenisſe, ſed quod vel gravarentur Herodoto ſuum relinquere, vel uterentur exemplari in tantum perdito.

Nihilominus quum hi ſic baccharentur, ex tantis antiquorum probris emerſit noſter, quoniam interim non defuerunt prudentioris ſententiae in utraque lingua auctores, qui et Musarum exemplaria ſibi comparaverunt bene explorata, relicta ista vulgari proſtitutione illis acerbis et impotentibus dominis; et probarent ſequerenturque ac laudarent Herodotum et hiſtoriam, prout ipse diſtribuerat atque annis, nominibus, ordine interpunxerat: imo qui ſicut ipſi acquieſcebant Herodotea diſpenſatione temporum ac rerum, ſic liberos ſuos eam ipsam et non aliam docebant, omnino ſtatuentes illam melioris venae eſſe. Conſtant enim ſibi Dionyſius Halicarnaſſeus et Cicero in venerando Herodoto, nec ab eo deduci ſe patiuntur. Priſci certe illi negant aliud oraculum peti poſſe, ſi in hac antiquitate Herodoto caruerimus; et Cteſiana ista maluerunt mergi aeterna oblivione, quum proferrentur ubique Herodotea: ne audire quidem Cteſiana licuit, quum per grandiores Herodotea perſonarent. Immo nec ipsos qui Cteſiam probaverunt, quum ad cauſam hiſtoriae res veniret, videas teſtimonio Cteſiae uti, quum ubique id in ſe experiatur Herodotus. Itaque ab ipſius aevo, forſan et chirographo, quum et in ludis Olympicis et in alio loco, ubi adſtabat patri Thucydides adhuc iunior, hoc est, concione Attica, legerit has relationes, diu remanſerunt exemplaria incorrupte exarata et notae prorſus exquiſitae, multis haud dubie illorum audientium ſibi ea comparantibus et ſic per nationes Graecas diſpergentibus hoc ſcriptum Quorum plurimis detritis aut per humanos caſus amiſſis, non utique contigit omnia cadere in laſciviam poſteriorum invidentium et Cteſiana amplectentium, qui deſcripturi ipſi, vel deſcribentium tabernas inſtructuri falſis ſuppoſitis corrumpi et rideri Herodotum gaudebant; ſed credibile est, utique postquam ista laſcivia cognoſci coepit, contra talem depravationem doctiores et elegantiores poſſeſſores hoc egiſſe, ut caute ab ſuis bibliothecis illa perverſa et ſcabioſa abigerentur; hac ratione et ſtudiis ſuis bene conſulentes et ſic providendo etiam de poſteritate amabiliter anxios. Verum exceſſit ſuperavitque illa gregaria multitudo vilium codicum, quos et ſtatim post archetypa exemplaria confieri accidit, et per omnes deinde aetates cernimus continuatos fuiſſe ad ipsos praeli cum plumbeis literis inventi annos: unde deprehendimus in manus plurium veniſſe libros Herodoteos per citeriora ſaecula deſcriptos, ſed qui carerent ista laude, quam et Dionyſius Halicarnaſſeus et Quintilianus attribuunt ſcriptori prorſus merenti. Pretioſiora et accurate magis exarata eius volumina latibulis neſcio quibus immerſa ſunt, forſan ultro ſe abſcondentia, ne ab ista copia perditorum exemplarium ſuus nitor contraheret aliquid ſordium, ſi ad contagium iungerentur; ſicut occultatus latuit iste codex Herodoti in Helicone Mediceo, non aliis magnopere laudatus, et quanti deberet iudicari, nulli cognitus, niſi forſan illi, per quem in istas oras invectus fuit, et postquam ad meam ſitim pervenit.

Ut enim dicam quod res est, verticordiae cuiusdam fauſtitatis induſtria demorata fuit et detinuit me, ut quaſi gubernans adigeret ad ſacram cellam, qua ſalutaris huius depoſiti ſignatus angulus neminem ante potuit advertere, quin velut nec inſpectu dignum et denunciatione boni exemplaris carentem praeteriret, quum ego hic defixus ac volumina alia ſeponens uni illi Herodoto agglutinatus fuerim, ita ut tanquam

quam Hector ab Ilio non recedens novem Musas peregerim non tantum sine poenitentia, sed ut modo experiens tolli offensionem, quae me antea aliquoties tardaverat, immo torserat, modo nescio quo odore tactus melioris unguenti exultarem creberrime, et mirabili voluptate sentirem identidem me vegetari. Itaque ne morer, huius dulcissimi temporis memor et non pauca continenter inde ruminans, simulatque potui, Herodoto rursus secessi, et ut ad Isulae portus otia divitias meas noscere inciperem, curavi sedulo, et tam feliciter, ut deinde non omiserim in oculis, in animo, in manibus habere hunc Herodotum ita ἐξαυυχισμένον ex comparatione Mediceae pergamenae prorsus auctorem decoctae suavitatis, et adferentem continue μυρμηκίαν laetitiae ex certa rerum Graecarum et vocum notitia, eo efficaciorem, quod post paulo, n. anno MDCLXXIX. venit novus ex Britannia Herodotus, in quo desiderium cognoscendi et ardorem suum sic indicabat Gudius Graevio, ut patet ex pagina 31. epistolarum: *Narrant praeterea Angli extare etiam et laudari novam editionem Herodoti . . . . Herodotum si vidisti, certiorem quaeso me facias, quid in ea editione praestiterint et quibus subsidiis.* Sed de eo quum deinceps taceatur, nec vel alteruter quidquam dixerit, mihi quoque liceat eam dicere iure suo talem esse, qualis est, nisi quod codices ad eam adhibiti variis in partibus perniteant, unde quid certe delicatius proponi agnosco potuisse. Sane etiam et magis cogitavi mihi ad manum esse Pegaseium melos, et urbanitatis Herodoteae genuinum semen, quod qualiumcunque horarum acerba, quod omnes lectas auditasque nugas posset diluere et abstergere. In hoc potui ita mihi dulcis esse, ut per annos quadraginta in eo figerem ac locarem multa mea studia, et diem huius Herodoti repertorem supplicationibus commendarem ac venerarer domesticis. Quid enim dicam de aliis viris doctis, qui proximo tempore post editionem Iungermanni deruncinando aliquas partes Herodoti sustinuerunt attrectare? Quid immo etiam de illis, qui intra hos L. nuperos annos illam veterem Musam expolire conati fuerunt? Sane certatim omnia benigne, sed etiam ex putida affectatione inanis ΣΟΦΩΣ. Quippe nullus eorum de antiquitatis erga Herodotum pietate sollicitus, nec vel pedem movere dignatus ad consulendam priscam membranam, quidquam aliud quam in exiguo et incerto haeret, in hac illepida ratione magis despiciendus, quod quum auxilii prorsus minimum adferat quisque, cernas commentariis adnexos indices Herodotum pluribus paginarum numeris ostentare, quam quenquam alterum. Omnes solo illo genere et specimine codicum veterum, unde Henr. Stephanus posuit diversas lectiones, magniloqui et eatenus firmi porro ita se gerunt, ut universa quae adferunt, ruant sponte ad notam Medicei promptuarii, quae docet illos per summam levitatem agendo plus vitiavisse. Quid de illis, qui in Vallae interpretatione aliquid carpere et corrigere iusserunt, quos tamen patebat nunquam vel inspexisse Lexicon Porti? Nam et paulatim haec a me adstruebantur, non tantum cernente, quid esset penes me, sed quanta ipsorum distantia ab Herodoto; occurrentque horum experimenta, sed plura futura, nisi adsuetus mea pleraque chartulis et concisis frustis credere, saepe quererer ea disiici, prout nunc multa Herodotea queror periisse. Quod mutare in hoc nequivi, ad editionis decus pretiosa satis collata esse mihi imaginans, ita tamen ut Herodotea reliqua abhinc cariora habiturus sim, servemque, si quid hinc inde recepero.

Sic potui in his iucunde et amoene gerere multam aetatem. Etiam potuissem totius porro vitae domicilium in eisdem reperivisse, nisi et gratus in bene merito esse vellem, et fortunam publicam in consilio habens etiam ab ipsis annis cogerer possessionis huius societate delinire omnes, qui ad rempubl. literariam pertinent. Cui proposito ut dicarem aliquod nunc studium ratione optima, non potui aliter quam omnia quae producta erant et edita sordide, quum flectere in melius nequirem, delendo et iubendo ire unde venerant, reponere fideliter ea, quae clare docerent earum ineptiarum auctores, falsi gaudii usuram non usquequaque permanere. Potuit discrimen aliquod fieri, ut semper in tam multis; sed ea quae probitatem suam sidemque bono exemplo indicabant, tanti erant, ut potuerint etiam trahere ea, de quibus cuperes deliberare. Hinc ne quid surriperem, vulgata illa et pulcherrimi alias Herodoti mentem manumque et sensum turbantia, et sane eius foeditatis, ut mererentur ulterius nec luce frui, nec loco, quem oculus legentis notare posset, minori charactere conieci in imam oram, quum contextus offerat Herodotum redintegratum, cuius etiam egregia notis volui illuminare. Sic putavi iustissime et simpliciter agendo, quum nihil cuiquam auferatur, exedram Herodoti in studiis nostris evulsa quantum fieri potuit importunitate validam fore. Quae utinam porro enitescat, et tum primorum saeculorum intelligentias enudare pergat, tum in eo efflorescere indolem eruditae linguae agnoscant Musae, quae libris singulis insident, siquam meam diligentiam, aut incensam officio sedulitatem, tam quoque legentis erga se benevolentiam perpetuo collaudaturae! Nam illa multa, quae nunc onerant Herodotum, abesse mallem, ut non addi me auctore scias; et quod nunc in oculis venit, pag. 134. v. 8. interpretare, *attractis utribus ipsum duos aut tres pediculos solvere demissos.* Id ultro saepius facias!

EPI-

EPIGRAMMATA TRIA VETERA

IN

HERODOTVM.

ΧΡΙΣΤΟΔΩΡΟΥ ποιητοῦ Θηβαίου Κοπτίτου.

Οὐδ' Ἁλικαρνασσοῦ με παρέδραμε θέσπις ἀοιδὸς
Ἡρόδοτος πολύϊδρις, ὃς Ὠγυγίων κλέα φωτῶν
Ὁσσά πεϱ ἠπείρων δυὰς ἤγαγεν, ὁσσά πεϱ αἰῶν
Ἔδρακεν ἐρπύζων, σώταις ἀνεθήκατο Μούσαις
Μίξας εὐεπίῃσιν Ἰάσιδος ἄνθεα φωνῆς.

CHRISTODORI POETAE THEBANI COPTITAE.

Interprete Cl. SALMASIO.

Nec te Alicarnasso vates divine silebo
HERODOTE *o sapiens, quo fortia facta virorum,*
Quidquid in Europa atque Asia labentibus annis
Tempora prisca tulere, novem sacrante Camoenis
Iuncta Iadi certat florens facundia linguae.

Α Δ Η Λ Ο Υ.

Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει πόνις ἥδε θανόντα
Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορικῆς πρύτανιν,
Δωρίδα πάτρης βλαστόντ' ἄπο· τῷ γὰρ ἀπλήτῳ
Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν, Θούριον ἔσχε πάτρη.

INCERTI,

Eodem interprete.

Lyxidae HERODOTI *cineres humus ista recondit*
Historiae antiquae patris Ioniacae.
Quem Doris patria extulerat, patria altera posthaec
Thurias excepit, dum fugit invidiam.

Fuit epigramma et allatum ab avo meo, cum eiusdem interpretatione, infra pag. 717. *Edit. Gron.* Monuit me etiam SALMASIVS noster ὁ πάνυ, in tertio versu, ubi vulgo habetur Δωριέων πάτρης, Palatinos codices habere Δωρίδος ἐκ πάτρης, quod ipsum tamen vulgato melius non esse censet. *Iungerman.*

Α Λ Λ Ο.

Ἡρόδοτος Μούσας ξυνίσσατο· τῷ δ' ἄρ ἑκάστη
Ἀντὶ φιλοξενίης βίβλον ἔδωκε μίαν.

SERIES

EORVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Herodoti hiſtoriarum libri novem Graece et Latine cum adnotationibus. Libellus, Herodoto perperam tributus, de genere vitaque Homeri, Gr. Lat. Pag. 747.

Appendix ad Herodotum de Legibus et Inſtitutis Perſicis et Aegyptiacis ab Henr. Stephano adiecta 762 *et* 779.

Appendix alia de incremento Nili et eius cauſis ex diverſis auctoribus 785.

De Cteſia Henr. Stephani disquiſitio 804.

De διττογραφία quorundam nominum in Cteſia praeſertim, et de Excerptis ipſis ac voce Ἐκλογῶν eiusdem Caſtigationes 807.

Cteſiae Elogium ex Briſonio et de eius ſtylo teſtimonia 808.

Series regum Perſicorum ad Cteſiae hiſtoriam ab A. Schotto deſcripta 810.

Cteſiae Perſicorum Excerpta ex Photio, cum interpr. H. Stephani, et variis lectionibus ex editione Graeca Photii: item cum diverſis interpretationibus A. Schotti; et notis eiusdem et Henr. Stephani, Davidisque Hoeſchelii 811.

Cteſiae Indicorum Excerpta ex eodem Photio cum iisdem quae ad Perſica acceſerunt 826.

Eadem Indicorum Excerpta ex interpretatione Laur. Rhodomani 835.

Ex iisdem Perſicis, Indicis, et aliis Cteſiae ſcriptis fragmenta, ex variis auctoribus congeſta 839.

Appendix poſtrema ad Herodotum, in qua ex Ioach. Camerarii prooemio defenſio Herodoti, nominatim contra Plutarchum 3.

Herodoti vita, et de dialecto Ionica, ex eodem 7.

Herodoti vocabula Ionica et quaedam genera loquendi, illi cum Homero magna ex parte communia: nec non alia; collecta et Latine reddita partim ab Ioach. Camerario, partim ab Henr. Stephano 9.

Ionismi Gallici, ſive Ionici Gallicismi, ex eodem H. Stephano 18

Alia de Herodoti vocibus et varia in quibusdam MSS. ſcriptura etc. ex eiusdem Steph. prolegomenis diverſis 19. 22.

Chronologia Herodoti ex editione Thomae Gale. 25.

Variantes lectiones et Notae Breves Th. Gale. 33.

Iac. Gronovii Notae et Obſervationes in novem libros Herodoti 53.

Lexicon ſive Gloſſae Herodoteae ex MS. Sangermanenſi 178.

HPO-

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΗΣΣΗΟΣ ΙΣΤΟΡΙΗ·

Η' ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΟΙ Θ', ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΑΙ ΜΟΥΣΑΙ.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIA.

SIVE HISTORIARUM LIBRI NOVEM, MUSARUM NOMINIBUS INSCRIPTI.

LIBER PRIMUS, qui inscribitur CLIO.

HERODOTI Halicarnassei historicæ inquisitionis specimen hoc est: ut neque ea, quæ facta sunt ab hominibus, tempore exolescant, neque ingentia & admiranda opera, vel à Græcis edita vel à barbaris, gloria fraudentur, cum alia, tum vero etiam qua de causa inter se belligeraverint. 1 Persarum quidem igitur docti memorant dissensionis auctores extitisse Phœnicas, qui à mari,

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΗ, ἐπιγραφομένη ΚΛΕΙΩ'.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ [a] Ἁλικαρνησσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ [b] θωϋμαστὰ, τὰ μὲν Ἕλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισι ἀποδεχθέντα, ἀκλεᾶ γένηται· τά τε ἄλλα, καὶ δι' ἣν [c] αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι. Περσέων μέν νυν [d] οἱ λόγιοι Φοίνικάς φασι γενέσθαι τῆς διαφορῆς αἰτίους

VARIAE LECTIONES.

a Sic *Mediceus*. Qui haec laudant *Demetrius Phaler.* περὶ Ἑρμ. C. 17. & 44. Ἁλικαρνασσῆος, ut *Aldus*, *Plutarchus* t. II. p. 604. F. Ἁλικαρνασσέως, *Aristides* t. II. p. 381. *Ed. Jebb.* Ἁλικαρνασέος. In codice Britannico *Archiepiscopi* Ἁλικαρνασσῆος, qui mox cum *Vindobonensi* ἀποδειξις, prave. *b* Θαυμαστὰ *Arcb.*, statim βαρβάροις *Parisinus B.* *c* Αἰτίαν ἐπολέμουν *Paris. C.*, posterius & in margine *Stephani* ac codice *S. Remigii.* *d* Λόγοι *Plut.* t. II. p. 856. F.

1. Ἡροδότου Ἁλικαρνησσῆος] *Aristotelis* aetate Ἡροδότου Θουρίου ἥδ' ἱστορίης ἀπόδεξις legebatur *Rhetor.* L. III, 9. neque deinceps defuerunt, qui, inducto Ἁλικαρνασσέως titulo, Θουρίου maluerunt apud *Plutarchum de Exil.* p. 604. & *de Malign. Herodoti* p. 868. Addiderat se Herodotus colonis, qui Thurios in magnam Graeciam abierant: qua in urbe cum hoc opus absolverit, Θούριον nominare se potuit, sicuti haud pauci adpellarunt, *Strabone* teste L. XIV. p. 970. In his Imp. *Julianus*, cujus λογοποιὸν Θούριον, *Oratorem Thurium* cum inprudenter *Bourdelotius* explicuisset, poenas doctis viris dedit ad *Lucian. Quom. Scrib. Histor. c.* 29. Scripti libri, quorum quidem notitia est, Halicarnassēum summa consensione vocant, ancipites tamen in vocabuli scriptione. Ἁλικαρνησσὸς, Ἁλικαρνησὸς, Ἁλικαρνησσεὺς, Ἁλικαρνασσεὺς, Ἁλικαρνησεὺς reperiuntur L. I, 144. II, 178. III, 4. VII, 99. Par etiam discordia alibi. Vid. *Wasse* in *Thucyd.* L. VIII. 42. Equidem Ἁλικαρνησὸν & Ἁλικαρνησῆα, uti in MSS. *Archiepiscopi* Cantuariensis & *Vindobonensi* saepe numero, praeferrem, nisi ipsimet Halicarnassenses obsisterent, geminatam sibilantem litteram in numis ostentantes. At quid ἱστορίης ἀπόδεξις, & quo vertendum modo? *D. Heinsius* ad *Hesiodi Interpr.* p. 108. nihil esse aliud censuit ac ἱστορίην sive historiam, cui ego sententiae non accedo. *L. Kusterus* in *Bibl. Vet.* & *Recente Jo. Clerici* p. 386. tom. V. Gronovianum *curae demonstratio* acerbissime taxavit, rejectisque *Vallae* & *Stephani* opinionibus, *rerum curiose observatarum specimen hoc est*, vertit. Est sane ἱστορίη *rerum inquisitio*. Ἱστορίῃσι Φάμενοι εἰδέναι παρ' αὐτοῦ Μενέλεω, *adfirmantes inquirendo sese ex Menelao intellexisse* L. II, 118. & 119. τούτων δὲ τὰ μὲν ἱστορίῃσι ἔδοσαν ἐπίσκοπον. Est ἀπόδεξις ἔργων operum, quae absoluta fuerunt, specimen L. II, 101. & 149. Ἀπόδεξις itaque ἱστορίης inquisitionis rerum, ab Herodoto institutae, specimen erit atque argumentum. *Cura*, nisi accuratam in quaerendo vir clarissimus, quod opinor, intellexerit, ἱστορίης vim non aequiparat, nec digna tamen acerbiore exprobratione erat, neque erit fortasse *historicae inquisitionis specimen*, quod malui. *Plutarchi* ἱστορικὸν ἀποδεικτικὸν t. II. p. 243. paullo diversius abit.

2. Ὡς μήτε τὰ γενόμενα &c.] In his adquiescunt scripti editique omnes, & longe omnibus priores, *Dionysius Halic.*, *Aristides*, *Lucianus Quom. Scrib. Histor.* C. 54. Tamen *St. Berglerus* in *Act. Lipsiens.* CIↃ IↃ CCXVI. p. 379. levi ad speciem mutatione, τὰ λεγόμενα ἐξ ἀνθρώπων, *quae ab hominibus dicuntur*, ne δὶς ταυτὸν ἡμῖν ὁ σοφὸς Ἡρόδοτος, corrigit: esse enim τὰ γενόμενα nihil aliud ac ἔργα, & τὰ ἔργα ac γενόμενα. Ego vero id scriptum nollem. Sunt, fateor, ἔργα μεγάλα τε καὶ θωϋμαστὰ *ingentia atque admiranda opera* γενόμενα; vicissim minime. Memini quoque γίνεσθαι ἐξ ἀνθρώπων homines perhiberi, cum mortalium numero eximuntur, nec propterea τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων *res* dici, *quae ex hominibus evanuerunt*. Namque Herodoti more *hominum facta* exprimunt, ut pulcre *Tan. Faber L. I. Epist.* 8. Ἐκ τῶν Σαμίων γενόμενον, *quod Samii designarant* L. III, 48., quemadmodum τὰ πρηχθέντα ἐκ Μιτυληναίων L. I, 160. Hoc amplius, si τὰ λεγόμενα scripsisset, vulgi fabulas & rumores operis principio spectasset, quod merito inconcinnum atque absurdum *J. Pb. D'Orvillius*, nuper nobis litterisque ereptus, arbitratus est ad *Chariton.* L. I. p. 9., *Bergleri* audaciam strenue retundens. Ceterum Herodotea haec quodam modo aemulatus est *Basilius Seleuc. Vit. S. Theclae* L. I. p. 4.

8. Περσέων μέν νυν οἱ λόγιοι] Quod *Th. Gale* τοὺς λόγους *Plutarchum* hic olim legisse monuit, id vero foret

αἰτίης. τούτους γὰρ ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης ἀπικομένους ἐπὶ τήνδε τὴν θάλασσαν, καὶ οἰκήσαντας [a] τοῦτον τὸν χῶρον τὸν καὶ νῦν οἰκέουσι, αὐτίκα ναυτιλίῃσι μακρῇσιν ἐπιθέσθαι. ἀπαγινέοντας [b] δὲ φορτία Αἰγύπτιά τε καὶ Ἀσσύρια, τῇ τε ἄλλῃ χώρῃ ἐσαπικνέεσθαι, καὶ δὴ καὶ ἐς Ἄργος. Τὸ δὲ Ἄργος τοῦτον τὸν χρόνον προεῖχε ἅπασι τοῖ ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι καλεομένῃ χώρῃ. ἀπικομένους δὲ τοὺς Φοίνικας ἐς δὴ τὸ Ἄργος τοῦτο, διαθέσθαι τὸν φόρτον. πέμπτῃ δὲ ἢ ἕκτῃ [c] ἡμέρῃ, ἀπ' ἧς ἀπίκοντο, ἐξεμπολημένων σφι σχεδὸν πάντων, ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν γυναῖκας, ἄλλας τε πολλὰς, καὶ δὴ καὶ τοῦ βασιλέος θυγάτερα. τὸ δὲ οἱ οὔνομα εἶναι κατὰ τὠυτὸ [d] τὸ καὶ Ἕλληνες λέγουσι, Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου. ταύτας στάσας κατὰ πρύμνην τῆς νηὸς, ὠνέεσθαι τοῖ φορτίων, [e] τῇ σφὶν ἦν θυμὸς μάλιστα· καὶ τοὺς Φοίνικας [f] διακελευσαμένους ὁρμῆσαι ἐπ' αὐτάς. τὰς μὲν δὴ πλεύνας τῶν γυναικῶν [g] ἀποφυγέειν, τὴν δὲ Ἰοῦν σὺν ἄλλῃσιν ἁρπασθῆναι. [h] ἐσβαλλομένους δὲ ἐς τὴν νέα, οἴχεσθαι ἀποπλέοντας ἐπ' Αἰγύπτου. Οὕτω μὲν Ἰοῦν ἐς Αἴγυπτον ἀπικέσθαι λέγουσι Πέρσαι, οὐκ ὡς [i] Ἕλληνες· καὶ τοῦ ἀδικημάτων τοῦτο ἄρξαι πρῶτον. Μετὰ δὲ ταῦτα, Ἑλλήνων τινὰς (οὐ γὰρ ἔχουσι τοὔνομα ἀπηγήσασθαι) φασὶ τῆς Φοινίκης ἐς Τύρον προσχόντας, ἁρπάσαι τοῦ βασιλέος [k] τὴν θυγατέρα Εὐρώπην. (εἶησαν δ' ἂν οὗτοι Κρῆτες) [l] ταῦτα μὲν δὴ ἴσα πρὸς ἴσα σφι γενέσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα, Ἕλληνας αἰτίους τῆς δευτέρης ἀδικίης γενέσθαι. καταπλώσαντας γὰρ μακρῇ νηῒ ἐς Αἶάν τε τὴν Κολχίδα καὶ ἐπὶ Φάσιν πόταμον, ἐνθεῦτεν, διαπρηξαμένους καὶ τἄλλα, τοῦ εἵνεκεν [m] ἀπίκατο, ἁρπάσαι τοῦ βασιλέος τὴν θυγατέρα Μηδείην. πέμψαντα δὲ [n] τὸν Κόλχων βασιλέα ἐς τὴν Ἑλλάδα κήρυκα, αἰτέειν τε δίκας τῆς ἁρπαγῆς, καὶ ἀπαιτέειν τὴν θυγατέρα· τοὺς δὲ [o] ὑποκρίνασθαι ὡς οὐδὲ ἐκεῖνοι [p] τοῦς τῆς Ἀργείης ἔδοσάν σφι δίκας τῆς ἁρπαγῆς οὐδὲ ὧν αὐτοὶ δώσειν ἐκείνοισι. Δευτέρῃ δὲ λέγουσι γενεῇ μετὰ ταῦτα Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου, ἀκηκοότα ταῦτα, ἐθελῆσαί οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος δι' ἁρπαγῆς γενέσθαι γυναῖκα, ἐπιστάμενον πάν-

ti, quod Rubrum vocatur, in hoc noſtrum profecti, & hanc incolentes regionem, quam nunc quoque incolunt, longinquis continuo navigationibus incubuerunt: ſic deportandis mercibus AEgyptiis & Aſſyriis cum in alias plagas, tum etiam Argos pervenerunt. Argos vero ea tempeſtate omnibus civitatibus regionis, quæ nunc Græcia nominatur, antecellebat. Huc porro appulſos Phœnicas mercimonia venum dediſſe: & quinto ſextove quam appuliſſent die, cunctis fere divenditis, feminas ad mare veniſſe cum alias multas, tum vero regis filiam, cui nomen eſſet idem quod Græci tradunt, Io filiam Inachi. Dumque hæ feminæ puppi navis aſſiſtentes ea mercarentur, quæ cujusque ſtudium maxime ferebat, Phœnicas ſeſe adhortatos in eas impetum feciſſe: & ipſarum pleriſque aufugientibus, Io cum aliis raptam fuiſſe: eisque in navem impoſitis Phœnicas in AEgyptum vela feciſſe. Sic quidem Io in AEgyptum perveniſſe referunt Perſae, non quemadmodum Græci; & hoc injuriarum principium extitiſſe. Poſt hæc Græcorum quosdam, quorum nomen non poſſunt memorare, narrant Tyrum appulſos, filiam regis rapuiſſe Europam: fuerint autem iſti Cretenſes. Sic illis par pari repenſum. Verum poſtea Græcos ſecundæ injuriæ auctores extitiſſe. Longa enim nave vectos ad AEam urbem Colchidis & ad Phaſim fluvium, illinc, quum cetera transegiſſent, quorum gratia venerant, rapuiſſe filiam regis Medeam; quumque ad pœnas de raptu petendas, & filiam repoſcendam rex Colchorum caduceatorem miſiſſet, Græcos reſpondiſſe, ut illi de raptu Iûs Argivæ pœnas ſibi non dediſſent; nec ſe igitur illis daturos. Secunda dehinc ætate, ferunt, Alexandro Priami filio, quum iſta audiſſet, voluntatem inceſſiſſe uxoris ſibi per rapinam è Græcia comparandæ, certum habenti omnino

ſe

a Τόνδε τὸν non abſurde *Arch.* *b* Deſit δὲ in *Vindob.*, nec fuit olim in *Archiep.*; adſcriptum enim eſt. *c* Ἡμέρᾳ male *Vindob.* *d* Ὃ οἱ καὶ *Medic.* & *Remig.*, ceteri τὸ, ut *Aldus.* Paullo ante βασιλέος contra morem *Pariſ. B.* ſtatim vero φάσας *Vindob.*, ταύτας γὰρ φάσ. *Remig.* *e* Τῶν κιν *Vindob.* a prima manu. τῶν κεν *Arch.*, ſed σφὶν in margine. Vide *Theocrit.* Idyll. 17, 42. *f* Διακελευσμένους *Vindob.* *g* ἀποφυγεῖν idem & *Arch. Pariſ. C.* male. mox ἄλλοισιν *Arch.* *h* Ἐσβαλομένους *Remig.* *i* Φοίνικες *Ald.* margo *Steph.* & *Venetus* liber in Biblioth. D. Marci t. I. p. 169. tum πρῶτον τοῦτο ἄρξαι *Arch. Pariſ. B.* *k* Articulum non probant *Arch. Vind. Pariſ. C.* *l* Sic *Steph.* margo, *Remig. Medic.*, ab aliis μὲν abeſt. tum ἴσα σφὶ πρὸς *Ald. Venet. Arch. Pariſ. C.*, in *Medic.* & aliis vulgatum. Paullo ante οὕτω Κρῆτες *Arch. Vindob.* *m* Hoc ex *Medic.* & *Vind.* ἀπίκοντο reliqui cum *Aldo.* Statim ἕνεκεν & βασιλέως *Arch.* & *Pariſ. C.* *n* Τὸν Κόλχον *Archiep.* a prima manu: βασιλέα habet codicis ora. *Vindob.* τὸν Κόλχου tantum. *o* Ἀποκρίνασθαι *Venet.* & *Pariſ. C.* male. Ionum enim non eſt. Vide *Suidam* Ὑποκρίνεσθαι & *Euſtath.* in *Homer.* p. 687, 18. *p* Τοῦ Πρ. *Arch.*

ſimile., ſi liber de *Herodoti Malignit.* ſemper bonae fidei eſſet, quod longe ſecus habet. Legerit tamen; vulgatum valide adſerunt *Ptolemaeus Hephaeſt.* in *Codic. Photii* cxc. p. 478., *Pollux* L. II, 122. & *Thomas Magiſter.* Οἱ Περσέων quoque λογιώτατοι & μάλιστα λογιώτατοι his in libris frequentes. Vid. *Jac. Gronov.* in L. II, 3. & adnotationes meas ad *Diodori Siculi* L. II, 4. Alia vir doctus in *Miſcell. Obſerv. Vol.* II. p. 152. De Phoenicibus a rubro mari in Palaeſtinam transgreſſis iterum L. VII, 89. & *Dionyſius Periëg.* v. 906. Herodoti, ut ſaepe, veſtigia legens.

21. Κατὰ τὠὐτὸ, τὸ καὶ Ἕλληνες] *Jac. Gronovius*, vir clariſſimus, deque Herodoto praeclare meritus, cum legem ſibi de ſchedis Mediceis ſequendis dixiſſet, inmutavit, quod *Aldus* dederat & MSS. plures prae ſe ferebant; neque conſilio defuerunt exempla, ſed ejusmodi, quae librariis, Herodoti dictionem toties totiesque invertentibus, transcribi pleraque debent. Satis mihi quidem exploratum eſt, nullum usquam Herodoti exemplar exſtare, ab hac labe immune; quamquam ſparſim Ionici commatis plura latent, quae revocari poſſunt & poſtliminio reddi ſcriptori debent. Erat is quondam τῆς ΙΑΔΟΣ ΑΡΙΣΤΟΣ ΚΛΝΩΝ, *Dionyſio*, optimo hujus rei arbitro, teſte. Nunc vero, *quantum mutatus ab illo Hectore.* Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου vidit hic *Plutarchus de Malign. Herodoti* p. 856. D. & *Libanius* t. I. p. 207. A.

22. Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου] Scripſiſſe videtur *Herodotus*, Ἰοῦν· ſciolus adieciſſe poſtea, τὴν Ἰνάχου. Iaſi fuerit an Inachi filia, nihil huc faciebat: Regis Argivi filiam fuiſſe noverant Περσέων οἱ λόγιοι (*Polluci* quoque memorati II, §. 122, πολυΐστορες *Moeridi*, & *Thomae:*) ad Phoenicum naves veniſſe narrantes, praeter ceteras, τοῦ βασιλέως θυγατέρα· τὸ δέ οἱ οὔνομα εἶναι (κατὰ τὠὐτὸ τὸ καὶ Ἕλληνες λέγουσι) Ἰοῦν· addi non potuit ab *Herodoto* τὴν Ἰνάχου. Similiter ex eorumdem narratione memorat cap. ſeq. τοῦ βασιλέως τὴν θυγατέρα Εὐρώπην, & τοῦ βασιλέως τὴν θυγατέρα Μηδείην. Europam rapuiſſe dicebant Ἑλλήνων τινὰς· οὐ γὰρ ἔχουσι (ſic ſcribit *Herod.*) τοὔνομα ἀπηγήσασθαι. L. C. VALKENAER.

29. Οὐκ ὡς Ἕλληνες] *Aldinum* οὐκ ὡς Φοίνικες, quod praeter *Venetum* ſchedae *Britannicae*, mihi ſpectatum miſſae, adfirmant, *St. Berglerus*, cujus ad Herodotum collectanea inter manus habeo, vulgato longe praeponit, nec, uti opinor, injuria. Duae nobis de *Ius* in Aegyptum acceſſu exponuntur ſententiae: Perſae a Phoenicibus raptam, Phoenices ſponte ſe avehendam dediſſe adſeverabant: quibus uberius explanatis, ταῦτα μέν νυν, inquit C. 5, Πέρσαι τε καὶ Φοίνικες λέγουσι. De Graecis nihil; neque neceſſe erat in re tota gentis regione decantatiſſima. Haud equidem ignoro, *Pauſaniam* a *Th. Galeo* patronum receptae lectioni advocari, cujus ſi L. II, 16. evolveris, in alia omnia ibis. Sed ſuum cuique judicium. Ἕλληνας ſedibus evertere nolui; neque enim omnia Herodoti editori licent.

34. Ἴσα πρὸς ἴσα σφι &c.] Fortaſſe non ſatis conſulto unis ex membranis haec mutata fuerunt, indigna

ta-

ſe pœnas non daturum; nec enim illos dare. Ita quum is Helenam rapuiſſet, viſum eſſe Græcis, primum miſſis nunciis & Helenam repetere, & pœnas de raptu poſcere; illos vero, quum hi iſta denunciaviſſent, protuliſſe ipſis raptum Medeæ: tanquam qui, quum nec pœnas dediſſent, nec tradidiſſent quum reposceretur, vellent ab aliis ſibi pœnas dari.
4 Huc usque igitur inter eos mutuis ſolis rapinis actum. Ab hoc autem tempore quod accidit, Græcos omnino præcipue auctores extitiſſe, qui priores in Aſiam, quam ipſi in Europam, militatum venire incepiſſent. Se quidem ſentire iniquorum virorum factum eſſe rapere feminas: amentium vero, raptis ulciſcendis operam dare: prudentium autem, nulla cura proſequi raptas; manifeſtum enim eſſe, ſi illæ non voluiſſent, nequaquam futurum fuiſſe, ut raperentur. Se quidem omnino ex Aſia feminarum raptarum Perſæ negant ullam habuiſſe rationem: Græcos autem Lacedæmoniæ mulieris gratia ingentem collegiſſe claſſem, & mox in Aſiam profectos, imperium Priami evertiſſe: ex eo tempore ſemper exiſtimaſſe ſibi hoſtes eſſe Græcos. Siquidem Aſiam & barbaras gentes, quæ incolunt, Perſæ ſibi vindicant, Europam vero & Græcos putant ſeductos. Hunc in modum Perſæ memo-
5 rant accidiſſe, & Ilii excidium ſibi hoſtilis iræ in Græcos extitiſſe principium comperiunt. Cum quibus non conſentiunt de Io Phœnices, quam negant ſe in AEgyptum duxiſſe raptu uſos, ſed eam apud Argos cum nauclero navis rem habuiſſe: & quum ſe gravidam eſſe comperiſſet, veritam parentes, ſic volentem ipſam cum Phœnicibus enavigaſſe, ne detegeretur. Et hæc quidem Perſæ Phœnicesque referunt: ego vero, utrum iſta ſic geſta ſint, an aliter, non pluribus perſequar. Ceterum quem ipſe novi primum cœpiſſe inferre Græcis injuriam, hunc ubi indicavero, ſermone ulterius progrediar,

πάντως ὅτι ϑέλουσι δίκας· ὅτε μὲν οὐκ ἐκείνους διδόναι. οὕτω δὴ [a] ἁρπάσαντος αὐτὸν Ἑλένην, τοῖσι Ἕλλησι δόξαι, πρῶτον πέμψαντας ἀγγέλους, ἀπαιτέειν [b] τε Ἑλένην, καὶ δίκας τῆς ἁρπαγῆς αἰτέειν. τοὺς δὲ, [c] προισχομένων ταῦτα, προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἁρπαγήν· ὡς οὐ δόντες αὐτοὶ δίκας, οὐδὲ ἐκδόντες ἀπαιτεόντων, βουλοίατό σφι παρ' ἄλλων δίκας γίνεσθαι. Μέχρι μὲν ὦν [d] τούτου, ἁρπαγὰς μούνας εἶναι παρ' ἀλλήλων τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, Ἕλληνας δὴ μεγάλως αἰτίους γενέσθαι. πρότερος γὰρ ἄρξαι στρατεύεσθαι ἐς τὴν Ἀσίην, ἢ σφέας ἐς τὴν Εὐρώπην. τὸ μέν νυν ἁρπάζειν γυναῖκας, ἀνδρῶν ἀδίκων [e] νομίζειν ἔργον εἶναι· τὸ δὲ ἁρπασθεισέων σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν, ἀνοήτων· τὸ δὲ μηδεμίην ὥρην ἔχειν ἁρπασθεισέων, σωφρόνων. δῆλα γὰρ δὴ ὅτι εἰ μὴ αὗται ἐβουλέατο, οὐκ ἂν ἡρπάζοντο. σφέας μὲν δὴ τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίης λέγουσι Πέρσαι [f] ἁρπαζομενέων τῶν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσασθαι· Ἕλληνας δὲ Λακεδαιμονίης εἵνεκεν γυναικὸς στόλον μέγαν συναγεῖραι, καὶ ἔπειτα ἐλθόντας ἐς τὴν Ἀσίην, τὴν Πριάμου δύναμιν κατελεῖν· [g] ἀπὸ τούτου αἰεὶ ἡγήσασθαι τὸ Ἑλληνικὸν σφίσι εἶναι πολέμιον. τὴν γὰρ Ἀσίην καὶ τὰ ἐνοικέοντα ἔθνεα βάρβαρα οἰκειοῦνται οἱ Πέρσαι, τὴν δὲ Εὐρώπην καὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἤγηνται κεχωρίσθαι. Οὕτω μὲν [h] Πέρσαι λέγουσι γενέσθαι, καὶ διὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν εὐρίσκουσι σφίσιν ἐοῦσαν τὴν ἀρχὴν τῆς ἔχθρης τῆς ἐς τοὺς Ἕλληνας. περὶ δὲ τῆς Ἰοῦς οὐκ ὁμολογέουσι Πέρσῃσι [i] οὕτω Φοίνικες. οὐ γὰρ ἁρπαγῇ σφέας χρησαμένους [k] λέγουσι ἀγαγεῖν αὐτὴν ἐς Αἴγυπτον, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ Ἄργει ἐμίσγετο τῷ ναυκλήρῳ τῆς νηός· ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν ἔγκυος ἐοῦσα, αἰδεομένη τοὺς γονέας, οὕτω δὴ ἐθελοντὴν αὐτὴν τοῖσι Φοίνιξι συνεκπλῶσαι, ὡς ἂν μὴ κατάδηλος γένηται. ταῦτα μέν νυν Πέρσαι [l] τε καὶ Φοίνικες λέγουσι. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἔρχομαι ἐρέων ὡς οὕτως ἢ ἄλλως κως ταῦτα ἐγένετο· τὸν δὲ οἶδα αὐτὸς πρῶτον ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλληνας, τοῦτον σημήνας,

a Ἁρπάσαντα olim in *Arcb.*, ſed correctum eſt. *b* Τὴν Ἑλένην *Vind.* & *Arcb.* qui & πέμψειν ἀγγ. modo. *c* Προϊσχομένους *Stepb.* margo, *Pariſ. C. Venet.* ceteri προϊσχ μένων; mox Μηδίης *Arcb. Vindob.* & paullo etiam ſupra. *d* Τούτων plerique. τούτου *Medic.* cum *Pariſ. A.*, qui ſtatim μόνας. *e* Ἔργον νομίζειν plures. *Mediceo* adſtipulatur *Vind.* & *Archiep. Pariſ. A. B.* mox ἔρχειν *Vind.* & *Arcb.*, male. *f* Sic *Medic. Vind. Arcb.* & *Pariſ. A. B.*, alii ἁρπαζομένων. Quae praecedunt δῆλα γὰρ &c. habet *Plut.* t. II. p. 856., ubi nunc δῆλον, citra ejus culpam. *g* Ita *Medic. Vind. Arcb. Pariſ. duo.* ceteri τούτου τ' αἰεὶ, aut κἀπὸ τούτου αἰεὶ ut *Stephani* ora. Prius ſervatum maluit Cl. *Reiskius*. *b* Deſunt Πέρσαι *Vind.* & *Arcb.*, habet tamen margo. *i* Οὕτως *Medic.*, οὕτω *Aldus* & magno numero alii. nec illi male. Vide *Gronov.* ad l. c. 9. mox ἁρπαγῆς *Arcb.* *k* Λέγουσιν & paullo ante *Aldus* atque alii, quibus in amore eſt ν finale. Statim ἄγειν *Arcb. Vind. Venet.* *l* Reſpuunt τε *Vind. Arcb.* ſuperius συνεκπλεῦσαι *Pariſ. C. Venet.* prave.

tamen, cum plures ſuffragentur, quae turbas cierent. Rever *Pet. Horreus Obſervat. Herodot. Cap.* I. verborum ordinem commutatum indignatur. Saepe tamen numero, ut *Gronovius* maluit, ſeu metro poſtulante, ſeu ſcribentium arbitrio, hujuſcemodi ſtructura placuit. *Herodotus* L. IX, 47. ἴσοι πρὸς ἴσους ἀριθμὸν μαχεσόμεθα. *Sophocles Antig.* v. 146. ταχθέντες ἴσοι πρὸς ἴσους. & *Philoct.* v. 695. ἀλλ' ἴσος ἐν ἴσοις ἀνήρ. Mitto *Lycophronem Alex.* v. 1302., haec Herodotea imitatum: id profiteor, non alienum me a probanda futurum lectione, quam *Archiep.* & *Vindobon.* mox habent, πέμψαντα δὲ τὸν Κέλχον ἐς τὴν Ἑλλάδα, ſi comites alii accederent. Adſolet τὸν Λυδὸν, τὸν Ἄραβιον, τὸν Πέρσην L. I, 80. III, 7. VII, 117. Lydorum, Arabum, Perſarumque regem adpellitare. Τὰς δίκας τῆς ἁρπαγῆς hinc ſumtas explicat *Euſtathius in Homer.* p. 415, 43.

49. Τοὺς δὲ, προϊσχομένων ταῦτα, προφέρειν] *H. Stephano* προϊσχομένοις inputatur, ſed invito: προϊσχομένους margini adſcivit, adſentientibus MSS., quamquam paucis, ipſo quoque *Euſtathio* p. 405, 18, ut docti viri ſignificarunt. Vulgatum haud male poſt *Gronovium* tuetur Rev. *Horreus*, implicatius, quam vellem, commentatus *Obſervat. Herodot.* C. I. *Philoſtratum* addo, quantumvis haud parili verborum ſerie ὡς ἡ τῶν Μεσσηνίων ἀπολιγία κατὰ ξυγγνώμην ἴσχατι, τὸν Ἀλέξανδρον ΠΡΟΙΣΧΟΜΕΝΩΝ καὶ τὸν ἐκείνου φόβον *de Vit. Soph.* L. II, 15.

60. Ὅτι εἰ μὴ αὗται ἐβουλέατο] Mallem ἀυταὶ *ipſae* cum *Berglero*. *Plutarchus* non ſine quadam loligine haec traducit *de Malign. Herod.* p. 856. Nolentibus Leuctri filiabus & Caſſandrae vim oblatam ait; Quis negat? Raptas plerumque rapi geſtiiſſe, in dubio non eſt. Noſtra certe aetas plures vidit, quae εἰ μὴ αὗται ἐβουλέατο, οὐκ ἂν ἡρπάζοντο. Valet in hoc genere, in fraudem licet ſanctiſſimarum legum, Euripideum

Ἔρωτ ἔρασαν ὤχετ' ἐξαναρπάσας.

Iphigen. in Aulid. v. 75.

67. Ἔθνεα βάρβαρα οἰκειοῦνται οἱ Πέρσαι] *L. Valla* verterat *ſibi neceſſitudine conjunctas putant*, pro quibus *ſibi junctas tenent* maluit *Gronovius*. Aliud voluit: τούτων γὰρ ὧν τὴν ἐξεύρεσιν οὐκ εἰκηίσιοῦνται Λυδοὶ, *horum inventionem ſibi non vindicant Lydi*, hujus libri C. 94. Perſae ſuam eſſe ferebant, ſibique omnem Aſiam, armorum jure a majoribus occupatam, vindicabant. τὴν Ἀσίην πᾶσαν νομίζουσι Πέρσαι ἑωυτῶν εἶναι L. IX, 15. Conſer doctiſſimum *Abreſch Dilucidat. Thucydid.* p. 145. Mox in οὐκ ὁμολογέουσι Πέρσῃσι οὕτω excidiſſe arbitratur diligentiſſimus *Reiskius* λέγουσι; quod neſcio, an Herodotus admiſſurus ſit. Solet aliter L. IV, 154. &c.

79. Οὐκ ἔρχομαι ἐρέων] Per quidem hoc frequens. At ἐρέων hic eſſe ἐρευνήτων, ζητήσων in opinionem venit *Jo. Jac. Reiskio*, legi etiam poſſe ἐρεῖν. De poſteriore dicam nihil. ἐρέων *inquiſitionem* notare poſſe, haud inficior, eorum non oblitus, quae *Schol. Apollonii Rhod.* I, 1354. Herodotum vero id ſpectaſſe, dubito: minime certe homo Lucianeus, bellum Romanorum &

γας, [a] προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τῦ λόγυ, ὁμοίως μικρὰ καὶ μεγάλα ἄστα ἀνθρώπων ἐπεξιών. τὰ γὰρ τοπάλαι μεγάλα ἦν, τὰ πολλὰ αὐτῶν σμικρὰ γέγονε· τὰ δὲ ἐπ' ἐμεῦ ἦν μεγάλα, πρότερον ἦν σμικρά. τὴν [b] ἀνθρωπηίην ὦν ἐπιστάμενος εὐδαιμονίην ἐς ὐδαμὰ ἐν τωὐτῷ μένυσαν, ἐπιμνήσομαι ἀμφοτέρων ὁμοίως.

ΚΡΟΙΣΟΣ ἦν Λυδὸς μὲν [c] γένος, παῖς δὲ Ἀλυάττεω· τύραννος δὲ ἐθνέων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμῦ, ὃς ῥέων ἀπὸ μεσαμβρίης μεταξὺ [d] Σύρων καὶ Παφλαγόνων, ἐξίει πρὸς βορῆν ἄνεμον ἐς τὸν Εὔξεινον καλεόμενον πόντον. οὗτος ὁ Κροῖσος, βαρβάρων πρῶτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, [e] τοὺς μὲν κατεστρέψατο Ἑλλήνων ἐς φόρυ ἀπαγωγήν, τοὺς δὲ φίλυς προσεποιήσατο. κατεστρέψατο μὲν Ἰωνάς τε καὶ Αἰολέας, καὶ Δωριέας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ. φίλυς δὲ προσεποιήσατο Λακεδαιμονίυς. πρὸ δὲ τῆς Κροίσυ ἀρχῆς πάντες Ἕλληνες ἦσαν ἐλεύθεροι. τὸ γὰρ Κιμμερίων στράτευμα τὸ ἐπὶ τὴν Ἰωνίην ἀπικόμενον, Κροίσυ ἐὸν πρεσβύτερον, ὐ καταστροφὴ ἐγένετο τῶν πολίων, ἀλλ' ἐξ ἐπιδρομῆς ἁρπαγή. Ἡ δὲ ἡγεμονίη οὕτω περιῆλθεν, ἐοῦσα Ἡρακλειδέων, ἐς τὸ γένος τὸ Κροίσυ, καλεομένυς δὲ Μερμνάδας. ἦν Κανδαύλης, τὸν οἱ Ἕλληνες Μυρσίλον [f] ὀνομάζυσι, τύραννος Σαρδίων, ἀπόγονος δὲ Ἀλκαίυ τῦ Ἡρακλέος. [g] Ἄγρων μὲν γὰρ ὁ Νίνυ, τοῦ Βήλυ, τοῦ Ἀλκαίυ, πρῶτος Ἡρακλειδέων, βασιλεὺς ἐγένετο Σαρδίων· Κανδαύλης δὲ ὁ Μύρυ, ὕστατος. οἱ δὲ πρότερον Ἄγρωνος βασιλεύσαντες ταύτης τῆς χώρης, ἦσαν ἀπόγονοι Λυδῦ τῦ Ἄτυος· ἀπό τευ ὁ δῆμος Λύδιος ἐκλήθη
4 ὁ πᾶς ὗτος, πρότερον Μήων καλεόμενος. ὑπὸ [h] τούτων δὲ Ἡρακλεῖδαι ἐπιτραφθέντες, ἔσχον τὴν ἀρχὴν ἐκ θεοπροπίυ, ἐκ δούλης τε τῆς Ἰαρδάνυ γεγονότες καὶ Ἡρακλέος· ἄρξαντες [i] μὲν ἐπὶ δύο τε καὶ εἴκοσι γενεὰς ἀνδρῶν, ἔτεα πέντε τε καὶ πενταχόσια, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενος τὴν ἀρχὴν, μέχρι Κανδαύλεω τῦ Μύρυ. Οὗτος δὴ [k] ὦν ὁ Κανδαύλης ἠράσθη τῆς ἑωῦτοῦ γυναικός· ἐρασθεὶς δὲ, ἐνόμιζέ οἱ εἶναι γυναῖκα πολλὸν πασέων καλλίστην. ὡς τε δὲ ταῦτα νομίζων· ἦν γάρ οἱ τὰ αἰχμοφό-

diar, tam parvas urbes civitatesque commemorando quam magnas. Nam quæ olim magnæ erant, earum permultæ factæ sunt parvæ: rursus, quæ mea memoria magnæ erant, prius fuerant parvæ. Igitur quum sciam humanam felicitatem nequaquam in eodem tenore perstare, utrarumque mentionem habebo.

CROESUS genere quidem fuit Lydus, filius autem Alyattis, tyrannus vero nationum quæ intra Halym amnem sunt. Hic à meridie Syros ac Paphlagonas interfluens, versus ventum aquilonem, in pontum quem vocant Euxinum exit. Iste Crœsus, è barbaris, quos novimus, primus, alios Græcorum ad tributum pendendum adegit, alios sibi amicos conciliavit. Subegit quidem Ionas, AEolenses, & qui sunt in Asia Dorienses: amicos autem fecit Lacedæmonios, quum ante ejus imperium universi Græci liberi fuissent. Nam Cimmeriorum adversus Ioniam expeditio, vetustior illa Crœso, non urbes expugnavit, sed per incursionem egit prædas. Ceterum principatus quum esset Heraclidarum ad genus Crœsi, qui vocabantur Mermnadæ, sic pervenit: CANDAULES, is quem Græci Myrsilum nominant, Sardium fuit tyrannus, ab Alcæo Herculis filio oriundus. Siquidem Heraclidarum primus, Sardium rex extitit Agron, Nini filius, Beli nepos, Alcæi pronepos; novissimus, Candaules Myrsi filius: quum ante Agronem, qui in ea regione regnaverant, fuissent oriundi à Lydo Atyis filio, à quo totus is populus cognominatus est Lydius, quum Meon antea vocaretur. Ab his præfecti Heraclidæ, imperium ex oraculo adepti sunt, Jardani ancilla & Hercule geniti; idque per quingentos & quinque annos, duas & viginti virorum ætates, tenuerunt, filius patri deinceps succedens, usque ad Candaulem Myrsi filium. Hic igitur Candaules uxoris suæ amore tenebatur, eamque deperiens arbitrabatur sibi uxorem omnium esse pulcherrimam. Hoc ita esse sibi persua-

---

a Προβήσ. πρόσω neglectis mediis *Venet. Paris. C. Arcb. Vind.* *b* ἀνθρωπίνην *Vind. Arcb.*, tum οὐδαμοῦ & τῷ αὐτῷ sine caussa. *c* Τὸ γένος *Aldus*, *Priscianus* p. 1169. *Ed. Putsch.*, recte articulus abest a *Medic. Arcb.*, *Dionysio Halic.* Περὶ Συνθ. Ὀνομ. C. 4. *Maximo Tyrio* Dissert. 28. p. 339., Schol. *Hermogenis* p. 385. Quae sequuntur, laudat *Ammonius* in Τύραννος, a *Valkenario* bene instauratus. *d* Non aliter *Strabo*, his usus, L. XII. p. 819. & *Dionysius*, nec dissentiunt MSS., mox ἐξίησι π. βόρεαν *Dionysius*, Schol. *Hermog.*; *Max. Tyrius* πρὸς βορέην ἐκδιδοῖ, vitio memoriae. *e* Τοὺς μὲν spernit *Arcb.* & *Vind.*, sed sunt in prioris ora. *f* Ita *Medic. Vind. Remig.* margo *Steph.* In aliis καλέουσι. De Candaule, qui & *Myrsilus*, etiam *Plinius L.* XXXV, 8. *Hist. Nat.* *g* Sic praeter *Medic.*, *Remig. Vind. Arcb. Venet.*, a quorum triga ὁ Νίνου usque ad πρῶτος absunt, & *Steph.* margo; mox iidem Ἄγρωνος. Vulgo Ἄργων & Ἄργωνος. *b* Τούτων δὲ Ἡρακλ. plerique omnes. *Medic.* δὲ ignorat. *i* Ἄρξαντες ἐπὶ *Ald.* & ceteri. μὲν interserit *Medic.* *k* Οὖν *Vind. Arcb.* & mox πολλῷ πασέων iidem; neutro indigemus.

Parthorum stilo Herodoteo scripturus, ἔρχομαι ἐρέων περὶ Ῥωμαίων καὶ Περσέων *Quom. Scrib. Histor.* C. 18. Inepte quidem ille, sed a vocabuli usu minime aberrans. Bene *Lucian. Dea Syr.* C. 1. Lege *P. Victorii* Var. Lect. IX, 4. Mox idem vir clarissimus, τὸν δὲ εἰδὰ αὐτὸς ἀκούσας, ut L. I, 19. II, 52. Verum id haud perpetuum. Exsequitur praeterea non ea duntaxat hac scriptione, quae auditione accepit, sed & aliunde intellecta. Add. *Lucian. Dea Syr.* C. 49.

90. Μεταξὺ Σύρων καὶ Παφλαγόνων] Demiror conjurasse MSS. in Σύρων titulo, neque *Strabonem*, *Dionysium*, atque alios hilum discrepare. Solet hos Συρίους nuncupare. Docte *Jac. Gronovius* in L. II, 104. In *Schol. Apollon. Rhodii* II, 948., quibus Herodoti nomen, prorsus ad sententiam necessarium, abest, omnia eadem. De amnis Syros hos sive Cappadocas, & Paphlagonas distinguentis cursu lis est. *Arrianus Peripl. Pont. Euxini* p. 17. οὐκ ἀπὸ μεσαμβρίας, ἀλλ' ἀπ' ἀνισχόντος ἡλίου, *non a meridie*, ut Herodotus, *sed ab ortu solis labi* perhibet. At quid si ille ortum solis hibernum in animo habuerit?

97. Τὸ γὰρ Κιμμερίων στράτευμα] *Strabo* L. I. p. 12. & III. p. 222. multo priorem, & circa Homeri aetatem, aut citius paullo, Cimmericum hunc incursum facit. Potior Herodoti sententia, quippe antiquioris & expeditionem eam suis temporibus accuratissime dividentis atque adligantis L. I, 15. IV, 12. &c. Mecum sentit Amplissimus *Bouherius Dissert. Herodot.* C. 5. p. 55.

4. Ἄγρων μὲν γὰρ ὁ Νίνυ] Vere *Henr. Valesius* ad *Nicol. Damascenum* p. 68. & *Gronovius* ex *Mediceo*, cui tot MSS. cum suppetias ferant, quis oblucta bitur? Si tamen, quod vix opinor, auxilio occurret *Pollux* IX, 12., opportune a *Berglero* in *Actis Lipsiens.* CIↃ IↃ CC XVI. p. 417. excitatus, nec minus defensurus, quibus citra causslam *Ill. Scaliger* offensus fuit, & librariorum nonnulli, Agronis patrem avumque, origine Heraclidas, sed ἐκ δούλης Ἰαρδάνυ ex *Iardani ancilla*, non Omphale, ejus sive uxore seu filia potius, proseminatos. Abeunt ab ea Herodoti sententia, quod *Palmerius* principio *Exercitat. in Gr. Auctor.* commonefecit, recentiorum plures, quibus cur ille concedere debeat, causslam desit: Herculi, Omphalae servienti, ex ancilla natum filium fuisse, adgnoscit *Diodorus* L. IV, 32., nec negat *Hellanicus*, etsi in filii nomine, quemadmodum & *Diodorus*, discors, in *Stephani* Ἀκέλη. Optime omnium *Dio Chrysostomus*, qui *Berglerum* non fugit, Orat. XV. p. 236., de Hercule, regii generis inter Lydos auctore, ὃς οὐδὲ τῇ Ἰαρδάνου δούλῃ συγγενέσθαι ἀπηξίωσεν, ἐξ ἧς ἐγένοντο οἱ Σαρδέων βασιλεῖς. Nati ergo ex Jardani ancilla reges sunt, qui Sardibus deinde imperarunt, neque adeo opus erit, ut aut cum *Tan. Fabro L.* I. *Epist.* 13. ἐκ Ὀμφάλης τῆς Ἰαρδάνου, aut ἐκ Λυδῆς τε τῆς Ἰαρδάνου cum amico corrigamus.

22. Χρῆν

ſuadens, apud Gygem, Daſcyli filium, ex ſatellitibus ſuis (erat enim is maxime ipſi acceptus, eoque in rebus magis arduis utebatur Candaules) formam quoque uxoris ſupra modum extollebat. Ad quem non multo interjecto tempore (neceſſe nanque erat ei male evenire) inquit his verbis, Gyges, non enim opinor te mihi fidem habere referenti de conjugis forma: (quod magis incredulæ ſunt hominibus aures quam oculi) fac illam conſpicias nudam. Hic autem vehementer exclamans, Quemnam, inquit, here, ſermonem profers haudquaquam ſanum, qui me jubes inſpicere heram meam nudam? Mulier exutâ tunicâ & verecundiam pariter exuit. Jam olim hominibus ſunt honeſta excogitata, unde diſcere debemus: in quibus hoc unum eſt, ſua quemque inſpicere debere. Ego vero tibi fidem habeo, illam eſſe feminarum omnium ſpeciociſſimam, teque oro ne me ores illicita. Atque hæc dicendo Gyges repugnabat, pertimeſcens nequid ſibi ex his mali contingeret. Cui viciſſim ille his verbis, Fidens, inquit, eſto Gyges: neque time aut me, quaſi utar hoc ſermone tentaturus te; aut uxorem meam, nequid tibi ex ea detrimenti creetur. Omnino enim ſic ego machinabor, ut illa ne deprehendere quidem poſſit ſe conſpectam abs te. Te nanque ſecundum apertam januam cubiculi, in quo cubamus, collocabo. Ubi ego fuero ingreſſus, aderit & uxor mea in

χμοφόραν Γύγης ὁ Δασκύλου ἀρεσκόμενος μάλιστα· τούτῳ τῷ Γύγῃ καὶ τὰ [a] σπουδαιέστερα τῶν πρηγμάτων ὑπερετίθετο ὁ Κανδαύλης, καὶ δὴ καὶ τὸ εἶδος τῆς γυναικὸς ὑπερεπαινέων. χρόνου δὲ οἱ πολλοῦ διελθόντος (ἐχρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς) ἔλεγε πρὸς τὸν Γύγην τοιάδε· [c] Γύγη, οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί μοι λέγοντι περὶ τοῦ εἴδεος τῆς γυναικός. (ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν) [d] ποίεε ὅκως ἐκείνην θεήσεαι γυμνήν. ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας, εἶπε, Δέσποτα, τίνα λέγεις λόγον οὐκ ὑγιέα, κελεύων με δέσποιναν τὴν ἐμὴν [e] θεήσασθαι γυμνήν; ἅμα δὲ χιτῶνι ἐκδυομένῳ συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή. πάλαι δὲ τὰ καλὰ ἀνθρώποισι ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ. ἐν τοῖσι ἓν τόδε ἐστί, [f] σκοπέειν τινὰ τὰ ἑωυτοῦ. ἐγὼ δὲ πείθομαι ἐκείνην εἶναι πασέων γυναικῶν καλλίστην· καὶ σέο δέομαι μὴ δέεσθαι ἀνόμων. Ὁ μὲν δὴ, λέγων τοιαῦτα, ἀπεμάχετο, [g] ἀρρωδέων μή τι οἱ ἐξ αὐτέων γένηται κακόν. ὁ δὲ [h] ἀμείβετο τοῖσδε, Θάρσει Γύγη· καὶ μὴ φοβέο μήτε ἐμὲ, ὡς σέο [i] πειρώμενον λέγω λόγον τόνδε· μήτε γυναῖκα τὴν ἐμὴν, μή τι τοι ἐξ αὐτῆς γένηται βλάβος. ἀρχὴν γὰρ ἐγὼ μηχανήσομαι [k] οὕτω, ὥστε μηδὲ μαθεῖν μιν ὀφθεῖσαν ὑπὸ σεῦ. ἐγὼ γάρ σε ἐς τὸ οἴκημα, ἐν τῷ κοιμώμεθα, [l] ὄπισθε τῆς ἀνοιγομένης θύρης σήσω. μετὰ δ' ἐμὲ ἐσελθόντα, παρέσται καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἐμὴ ἐς [m] κοιτον. κεῖται δὲ ἀγχοῦ τῆς εἰσόδου θρόνος· ἐπὶ τοῦτον

a Σπουδαιότερα *Pariſ. A. B.*, *Remig. Steph.* ora. Σπουδεέστερα *Arcb.*, prave. *b* ἐχρῆν & Κανδαύλῃ *Arcb.*, prius & in *Luc. Aſin.* C. 28. *c* Haec & ſequentia *Dionyſius* περὶ Συνθ. Ὀνομ. p. 24. C. 4. Attica dialecto expreſſit. Quae ſuccedunt ὦτα γὰρ &c. habent *Julian. Epiſt.* 21., *Achilles Tatius* in Uranolog. *Petavii* p. 94. & *Lucian.* Dom. C. 20., neglecto ἀνθρώποισιν, pro quo ἀνθρώποισι *Pariſ. B.*, bene. *d* Ποίει idem, *Arcb. Medic.*, mox μέγα ἀμβώσας *Ald. Venet. Vind. Arcb. Remig. Valla & alii.* Μέγα a *Medic.* abeſt. *e* Θεάσασθαι *Vind. Arcb.* Exſcriptit autem haec *Theo* Progymn. p. 64., at male τίνα ἔχεις λόγον. Quae ſequuntur ἅμα δὲ χιτῶνι &c., citant *Plut.* t. II. p. 138. *Stob. Serm.* 32. p. 213. & 72. p. 411. *f* Sic *Med. Remig.*, margo *Steph.*; in aliis σκοπεύειν. *g* Ὀρρωδέων ora *Steph.*, καὶ ἀπεμ. τὴν ψυχὴν ἀρρωδέων *Etymolog.* p. 633, 43. hoc ex loco. *h* ἀμείβετο τ τῐδε *Pariſ. A. B. Rem. Medic.* Prius quoque *Arcb. Vind. Steph.* margo, ἀμείβεται τ ιάδε vulgo. *i* Πειρώμενος λέγω λόγον duo *Pariſ. Remig.* ora *Steph.* In *Medic.* πειρώμενον, quod & in aliis, omiſſo λέγω. *k* Sic *Med.*, οὕτως alii. Paullo ante βλάβη, ſed ος litterae poſtremae inpoſito, *Arcb.* *l* *Vind. Arcb.* ὄπισθεν, qui mox σήσω cum *Ald. Pariſ. A. B.* & aliis, θήσω vulgo. *m* Ita *Med. Remig. Pariſ.* duo, ora *Steph.*, κοιτῶνα alii.

22. Χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς] Placuit dicendi genus Scriptori II, 61. IV, 79. V, 92, 4. IX, 108., ejusque aemulatori in *Lucian. Q. Scrib. Hiſt.* C. 18, tum *Procopio Belli Goth.* I, 4. & *Perſici* I, 26. Quo magis miror, adhaeſiſſe doctos interpretes ad haec *Lucii de Aſino* C. 28. ἐχρῆν δὲ ἄρα κἀνταῦθα ὥσπερ τῷ Κανδαύλῃ κἀμοὶ γενέσθαι. Adde, quod ille voluit intellectum, κακῶς, & expedita omnia erunt. *Agathiae* Epigr. χρῆν γὰρ Κανδαύλην παθέειν κακῶς belle *Opſopaeus* correxit *Anthol.* III, 7. Τὰ σπουδαιέστατα τῶν πρηγμάτων bene habent, ſtabilita teſtimonio *Euſtathii* in *Odyſſ.* p. 1441, 16. Nam σπουδεέστερα *Archiep.* erranti librario debentur, neque ſunt Atticae aut Ionicae formationis, quod in opinionem veniſſe *Th. Gale* demiror. Tu vide *Etymologum* p. 31. & *Gronov.* I, 133. In *Heliodori Aethiop.* VII, 1. dederant Baſileenſes τῆς ἐπὶ τὴν Μέμφιν ὁδοῦ σπουδέστερον εἶχοντο. *Xylandri* & *Falkoburgii* ſchedae σπουδαιότερον, non male, nec pulcrius tamen priſco, ſi σπουδαιέστερον ſcribatur.

25. Ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι &c.] Et huic, ex populari uſu derivato, ſua gratia. Laudat *Rhilo Jud. de Iudic.* p. 719. D. Auctorque Homiliae inter *Chryſoſtomi* Oper. t. VIII. p. 209. B. Sitne vero generatim & ſemper verum, in controverſia verſatur. *Strabo* L. II. p. 178. judicium aurium ad ſcientiam parandam oculis longe praeſtare cenſuit: ἧττις πρὸς ἐπιστήμην, inquit, ὀφθαλμοῦ πολὺ κρείττων ἐστί· Ab Herodoto plures ſtant; utrimque, quod *Caſaubonus* docuit, haud abſurde. Quae oculis ſubjecta fidelibus ſunt, adgnoſcuntur clariſſime, ſed non admodum ea multa ſunt. πρὸς ἐπιστήμην ſeu adquirendam rerum variarum notitiam aptior ſaepe commodiorque ἀκοή. Quod quidem ad animum ſi revocaſſet *Theodoretus Orat.* X. *ad Graec. p.* 151., parcior in Herodoto taxando fuiſſet: in cultu ſane religioſo ſuum auribus eſt officium, ſuum quoque oculis, *Jobo* indice C. XLII, 5. Statim ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας *Codd.* conſenſu tutum eſt & Scholiaſtae *Hermogenis* p. 407., cui Aeolicae videtur monetae.

29. Ἅμα δὲ χιτῶνι ἐκδυομένῳ κ. λ.] Spectavit haec *Clemens Alex.* Paedag. II, 10. III, 5., neque Graecos ejus Scholiaſtas latuit: tetigit etiam *Theodoretus Or. ad Graec.* IX. *p.* 130., memoriae tamen peccato lapſus. Si *Plutarchum* audis t. II. p. 139. C. οὐκ ὀρθῶς Ἡρόδοτος εἶπεν, ὅτι ἡ γυνὴ ἅμα τῷ χιτῶνι ἐκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ· τοὐναντίον γὰρ ἡ σώφρων ἀντενδύεται τὴν αἰδῶ. Cui quidem de caſta & modeſta femina nullam fortaſſe litem Herodotus movebit, de procace merito, ſimilibusque aliis. Bene *Ennius*, etſi de maribus,

Flagiti principium eſt nudare inter civis corpora,

in *Ciceronis Quaeſt. Tuſc.* IV, 33. Melius idem *Plutarchus* p. 37. C. Porro σκοπέειν τινὰ τὰ ἑωυτοῦ non moveo, quamtumvis *Georgius Raphelius* σκοπεύειν magis Ionicum habuerit in *Paulli Ep. ad Philipp.* II, 4. Vide C. 32. & *Muſonium* in *Stobaei Serm.* 67. *p.* 425.

36. Ὁ δὲ ἀμείβετο τοῖσδε] Ita praeſtat, ut C. 35, 38. atque alibi, nec diſſentit *Dionyſius*, qui & ὡς σέο πειρώμενος λέγω λόγον, egregie concors cum vetuſtis *Codd.*, quibus *Archiep.* ſchedas *Th. Gale* accenſens lectores fruſtratur: πειρώμενον λέγω praeferunt clariſſime. Verum iſtis vir doctus non uſus ſemper eſt, uti oportuit.

41. Ἐγὼ γάρ σε —— ὄπισθε τῆς θύρης θήσω] Legendum arbitror: ἀγαγὼν γάρ σε ἐς τὸ οἴκημα, ἐν τῷ κοιμώμεθα, ὄπισθε τῆς θύρης σήσω· *collocabo*, ex *Dionyſ. Halic.* II, p. 6, 25. Ionica quidem ille convertit in Atticam loquendi formam; verba quoque, σκοπέειν in ὁρᾶν· παρέξει in παρέσται· σείχη in πορεύηται: Sed iſta ſic ſcripta legerat, ni fallor, *Dionyſius*: *Herod.* infra V, 49. ἤγαγε τὸν Γύγεα ἐς τὸ οἴκημα. L. I, C. 132. ἐς χῶρον καθαρὸν ἀγαγὼν τὸ κτῆνος καλέει τὸν θεόν. L. III, C. 85. τοῦτον ἀγαγὼν ἐς τὸ πρόσθεν κατέδησε. VALKEN.

42. ὄπισθε τῆς ἀνοιγομένης —— σήσω] Inprudens *H. Stephanus* Aldinum ſcriptorumque *Codd.* σήσω mutavit atque aliis exemplum, quod inconſulte imitarentur, praebuit, *Kuſtero* haud iniuria indignante in *Jo. Clerici Bibl. Vet. & Rec. t.* V. *p.* 388. Non diſſimile negligentiae indicium erit VII, 214. Nunc in-

» τῶν ἑ ἱματίων κατὰ ἓν ἕκαστον ἐκδύνουσα θήσει, καὶ κατ' ἡσυχίην πολλὴν παρέξει τοι θεήσασθαι. » ἐπεὰν δὲ ἀπὸ τοῦ θρόνου [a] στείχῃ ἐπὶ τὴν εὐνὴν, κατὰ νώτου τε αὐτῆς γένῃ, σοὶ μελέτω τὸ σὺ θεὴν μὴ [b] σε ὄψεται ἰόντα διὰ θυρέων. Ὁ μὲν δὴ, ὡς οὐκ ἠδύνατο διαφυγέειν, ἦν ἕτοιμος. ὁ δὲ Κανδαύλης, ἐπεὶ [c] ἐδόκεε ὥρη τῆς κοίτης εἶναι, ἤγαγε τὸν Γύγεα ἐς τὸ οἴκημα· καὶ μετὰ ταῦτα αὐτίκα παρῆν καὶ ἡ γυνή. ἐσελθοῦσαν δὲ καὶ τιθεῖσαν τὰ εἵματα [d] ἐθηεῖτο ὁ Γύγης. ὡς δὲ κατὰ νώτου ἐγένετο, ἰούσης τῆς γυναικὸς ἐς τὴν κοίτην, ὑπεκδὺς ἐχώρεεν ἔξω. καὶ ἡ γυνὴ [e] ἐπορᾷ μιν ἐξιόντα. μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, οὔτε ἀνέβωσε αἰσχυνθεῖσα, οὔτε ἔδοξε [f] μαθέειν, ἐν νόῳ ἔχουσα ἐπίσεσθαι τὸν Κανδαύλεα. παρὰ γὰρ τοῖσι Λυδοῖσι, σχεδὸν δὲ καὶ [g] τοῖσι ἄλλοισι βαρβάροισι, καὶ ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνὸν, [i] ἐς αἰσχύνην μεγάλην φέρει. Τότε μὲν δὴ ὕτως, οὐδὲν δηλώσασα, ἡσυχίην εἶχεν· ὡς δὲ ἡμέρη τάχιστα ἐγεγόνεε, τῶν οἰκετέων τοὺς μάλιστα [k] ὥρα πιστοὺς ἑωυτῇ, ἑτοίμους ποιησαμένη, ἐκάλεε τὸν Γύγεα. ὁ δὲ, οὐδὲν δοκέων αὐτὴν τῶν πρηχθέντων ἐπίστασθαι, ἦλθε καλεόμενος. [l] ἐώθεε γὰρ καὶ πρόσθεν, ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτᾷν. ὡς δὲ ὁ Γύγης ἀπίκετο, ἔλεγεν ἡ γυνὴ » τάδε, Νῦν [m] τοι δυοῖν ὁδοῖν παρεουσέων, Γύγη, » δίδωμι αἵρεσιν, ὁκοτέρην βούλεαι τραπέσθαι. ἢ γὰρ » Κανδαύλεα ἀποκτείνας, ἐμέ τε καὶ τὴν [n] βασιληίην » ἔχε τὴν Λυδῶν, ἢ αὐτόν σε αὐτίκα [o] ὕτω ἀποθνήσκειν δεῖ· ὡς ἂν μὴ πάντα πειθόμενος Κανδαύλῃ, » τῇ λοιπῇ ἴδῃς τὰ μή σε δεῖ. ἀλλ' ἤτοι κεῖνόν γε τὸν » ταῦτα [p] βουλεύσαντα δεῖ ἀπόλλυσθαι, ἢ σε τὸν » ἐμὲ γυμνὴν θηησάμενον, καὶ ποιήσαντα οὐ νομιζόμενα. Ὁ δὲ Γύγης τέως μὲν [q] ἀπεθωύμαζε τὰ λεγόμενα· μετὰ δὲ, ἱκέτευε μή μιν ἀναγκαίῃ ἐνδεῖν ἀναγρίην τοιαύτην αἵρεσιν. [r] ἔκων δὴ ἔπειθεν, ἀλλ' ὥρα ἀναγ-

in cubiculum: juxta cujus introitum ſella poſita eſt, ſuper quam veſtes illa, ut quamque exuit, reponet, ſeſe per multum otium ſpectandam præbens: quæ quum à ſella in lectum ibit, & à tergo ejus eris, curæ tibi ſit deinceps, ne te per fores abeuntem conſpiciat. Gyges igitur, ubi effugere non potuit, fuit paratus: quem Candaules, poſteaquam tempus cubandi videbatur adeſſe, in cubiculum duxit; ſtatimque poſt & uxor adfuit. Ingreſſam ac veſtimenta ponentem Gyges intuitus, ubi averſa fuit illa in lectum vadens, ipſe prorepens foras abiit: & interea exiens à muliere conſpectus eſt. Hæc ut didicit quid à viro actum, neque exclamavit pudore retenta, neque viſa eſt animadvertiſſe, habens in animo Candaulem ulciſci. Apud Lydos enim, & fere apud ceteros quoque barbaros, etiam virum conſpici nudum magno probro eſt. Ita quidem tunc nihil aperiens, ſilentium tenuit: mox autem ſimulac dies illuxit, quos ſervorum maxime ſibi fideles intelligebat eſſe, quum præparaſſet, Gygem arceſſit. Hic verò eam nihil ſuſpicans ſcire eorum quæ acta erant, arceſſitus venit: quippe & antea ſolitus, quoties vocaret regina, accedere. Ut venit, his verbis mulier inquit; Nunc duabus tibi præſentibus viis, Gyges, concedo electionem, in utram velis vertere. Aut enim me pariter ac regnum Lydorum habe, ubi Candaulem interfeceris, aut teipſum continuo occumbere ſic oportet: ne omnia Candauli obſequens, poſthac videas quæ te non decet. Sed aut illum, qui iſta conſuluit, interire opus eſt; aut te, qui nudam me es conſpicatus, & illicita feciſti. Ad hæc verba Gyges primum obſtupefactus, poſtea obſecrare illam, ne ſe neceſſitati illigaret dijudicandæ talis electionis. Ubi non perſuadet, ſed utique propoſitam neceſſi-

a Στίχῃ ſolus *Medic.* σείχῃ ceteri cum *Aldo.* *b* Ἐσόψεται *Medic.*, at *Aldus* cum *Ven. Vind. Arch. Remig. Pariſ. C.* & *B.*, verum in margine, *μή σε ὄψεται* mox *διὰ θυρέων* cum *Medic. Remig.*, ſine *τῶν*, qui articulus in aliis. *c* Ita *Medic.*, *ἐδόκεεν* ceteri. *d* *Medic. ἐθηεῖτο*, in aliis omnibus *ἐθηῆτο*. mox *κατὰ νῶτα Arch.*, ſicuti & paullo ante. *e* Sic. *Stepb.* margo, *Remig. Medic.*, ceteri *ὄρᾳ*. *f* Μαθέειν *Ald.* & reliqui. *μαθεῖν Med.*, paullo ſuperius *ἀνεβόησεν Arch. Vind.*, male. *g* Τίσασθαι *Aldus* & ceteri, nec male. Vide *P. Horreum* Obſ. in *Herodot.* C. 4. Τίσεσθαι *Medic.* *b* Πᾶσιν ἄλλοισι *Arch. Vind.* *i* Ἐς αἰσχύνην ora *Steph. Medic. Remig.*, in ceteris praepoſitio deſit. Mox *ἡσυχίην ἦγε Steph.* margo, *Pariſ. A.* & *Remig.* *k* Ἐώρα *Aldus* aliique. *ὥρα Medic.* paullo ante *γεγόνεε Pariſ. B.* *l* Ἔωθε *Arch.* & *ἀπίετο* mox, ſed prave. *m* Τοῖν *Arch. Vindob.* *n* Βασιλείην *Arch.* *o* Sic *Med.*, *οὕτως* in aliis. *p* Idem *Med.* ora *Steph. Remig.*, *βουλευσάμενον* reliqui. *q* Ἀπεθωῦμαζε *Ald. Pariſ. tres*, *Vind. Arch. Remig. Venet. ἀπεθώμαζε Medic.* *r* Conjiciebat vir doctus Pariſiis *ὡς οὐκ ὢν δὴ ἔπειθεν, ἀλλ' ἐπεὶ ὥρα*, cui non adſtipulor. *ἀλλ' ἐώρα* plerique. Vulgatum eſt ex *Medic.*

ſpice hoc *Sophoclis Oedip. Colon.* v. 1407.

Ὥς' ἐν δόμοισι τοῖσι σοῖς ΣΤΗΣΩ σ' ἄγων
ΣΤΗΣΩ δ' ἐμαυτόν. ———

Mox *ἐς κοῖτον* ſervavi. Noti ſunt *οἱ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος* ſive cubiculi praefecti ex *Arrian. Diſſ. Epict.* IV, 7. & Artabanus *εἰσαχθεὶς εἰς τὸν κοιτῶνα* apud *Diodorum* XI, 69. At illud *Herodotus* maluit VII, 17. Tale & *Parthenii Erotic. C.* 8. *ὡς δὲ ἐς κοῖτόν ποτε ἀπετράπετο.*

47. Ἐπεὰν δὲ ἀπὸ τοῦ θρόνου στείχῃ] Haud repugno membranis. *στίχῃ Medic.* defendi alio debuit modo, ac factum a *Gronovio* eſt: a *στιχάω* non venit, nec formari poteſt. Solent *στείχοντας* & *στιχόντας* amanuenſes commutare III, 76. IX, 11. Legitimum praeterea eſt, indice *Dionyſio*, *μή σε ὄψεται*. Quo de genere argutam & uberem diſputationem dabit *Horreus Obſervat. Herod. C.* 3.

50. Ὡς οὐκ ἠδύνατο —— ἦν ἕτοιμος] Quia nihil interſerit Herodoteis, praeter Dialectum *οὐδὲν ἄλλο περιεργασάμενος*, hic quoque legiſſe videtur *Dionyſius ἑτοῖμος ἦν ποιέειν ταῦτα*, vel ſaltem, *ποιέειν ἦν ἑτοῖμος*. Verbum ſic collocatum a praecedenti facilius potuit abſorberi. Nuſpiam apud *Herodotum* *ἦν ἑτοῖμος* ſimpliciter invenietur; ſemper *ποιέειν* vel ſimile quid adiectum: *Gronovii*, quam ſequor, Editio praebebit exempla: p. 16, 26. *ποιέειν εἰμὶ ἑτοῖμος ταῦτα*. p. 190, 21. *φαμένου δὲ ταῦτα ἑτοίμου εἶναι ποιέειν*. Simillima p. 328, 37. 428, 22. 528, 1. VALKEN.

54. Ἐθηῆτο ὁ Γύγης] Mutat *Mediceus*. Ego non muto, ubi mutare non opus. *θηῆσθαι*, *θεωρεῖσθαι* eſt in *Suida*: in *Herodoto* L. IV, 85. ἐζόμενος ἐθηῆτο τὸν πόντον. quod non nego expulſum eſſe, ſed quo jure? Θηητὴρ eſt in fragmento *Perictionae* apud *Stob.* Serm. LXXXIII. p. 488. Vid. L. III, 24.

60. Ἐς αἰσχύνην μεγάλην φέρει] Haud refert addatur, an auferatur praepoſitio. Adſtruxit eandem vir doctiſſimus L. III, 133. ex membranis *Florentinis*, ubi aliae τῶν ὅσα αἰσχύνην ἐς φέροντα. Tale *Sophoclis* Trachin. v. 65. τὸ μὴ πυθέσθαι πεῦ 'στιν, αἰσχύνην φέρει. Tale *Platonis Sympoſ.* p. 184. E. ἐπὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι —— καὶ τῷ ἐξαπατωμένῳ αἰσχύνην φέρει. Quod vero *Vindob.* & *Archiep.* ſignificarunt, omnibus barbaris, ſi mares nudarentur, turpe viſum, in eo nimii fuerunt: de plerisque verum fuit. Recte *Plato Politic.* L. V. p. 452. C. *baud multum*, inquit, *temporis praeteriit*, ἐξ οὗ τοῖς Ἕλλησιν ἐδόκει αἰσχρὰ καὶ γελοῖα, ἅπερ νῦν τοῖς ΠΟΛΛΟΙΣ ΤΩΝ ΒΑΡΒΑΡΩΝ, γυμνοὺς ἄνδρας ὁρᾶσθαι. Adjunge *Philoſtrati* L. I. Icon. C. 30. p. 818.

76. Ὁ δὲ Γύγης — ἀπεθωῦμαζε] Invitus cum *Cl. Gronovio* diſſentio: ſed parendum Codicum imperio eſt, tum certe, ſi nihil a ſermonis ingenio alienum prae ſe ferunt. Nolo *θωμάζειν* & *θῶμα*, ſi illi conſpirent, in exilium mittere, nec alteri, pari lege, bellum indicere. Saepe illud, quod priſtinam ſedem reciperavit, recurret. Tuetur & *Luciani Dea Syria*, & veriſſimum iſtud *Euſebii* philoſophi *οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων τοὺς μεγάλα χρήματα ἔχοντας — τιμῶσι τε καὶ τεθωῦμάκασι* in *Stobaei Serm.* IV. p. 58.

87. Ὃν

ceſſitatem cernit aut perdendi herum, aut per alios pereundi, elegit ut ipſe ſupereſſet: atque ita percontans illam, inquit, Quandoquidem me adigis invitum ad herum meum occidendum, age, audiam quo etiam pacto illum adoriemur. Excipiens illa, Ex eodem quidem, inquit, loco adoriendus erit, unde & ille me nudam oſtendit: in ſopitum autem im-
12 petus dabitur. Poſteaquam igitur inſidias inſtruxerunt, & nox advenit, (non enim dimittebatur Gyges, neque illi ulla devitandi facultas erat, ſed neceſſe perire aut ipſum, aut Candaulem) mulierem in thalamum ſequitur, quem illa, dato pugione, ſubter easdem fores occulit: unde poſtmodum procedens, quieſcentem Candaulem obtruncat, uxoreque & regno potitus eſt Gyges. Cujus & Archilochus Parius, qui per idem tempus fuit, in
13 jambo trimetro meminit. Obtinuit autem regnum Gyges & in eo fuit confirmatus ab Delphico oraculo. Nam quum Lydi indigno animo ferrent Candaulis caſum, atque in armis eſſent, convenit inter hos ac factionem Gygianam, ut, ſi oraculum reſpondiſſet hunc eſſe regem Lydorum, ipſe regnaret: ſin minus, principatum Heraclidis reſtitueret. Accepto igitur oraculo Gyges ita regnavit. Attamen tantum dixit Pythia, Heraclidis ultionem in abnepotem Gygis eſſe venturam. Quod vaticinium neque Lydi neque ipſorum reges ullius momenti fecerunt, priusquam exitu
14 comprobatum eſt. Hunc in modum obtinuere tyrannidem Mermnadæ, fraudatis ea Heraclidis. Gyges, tyrannidem nactus, Delphos donaria miſit non pauca; ſed quamplurima ex argento donata ſunt ab illo Delphis. Et præter argentum, immenſam vim auri dedicavit: poſuitque cum alia, tum vero, quod præcipue mentione dignum eſt, crateras aureos, numero ſex, pondo triginta talentorum: qui in Corinthiorum theſauro collocati ſunt. Licet is theſaurus, ſi vera loquar, non Corinthiorum publici ſit, ſed

ἀναγκαίην ἀληθέως προκειμένην, ἢ τὸν δεσπότεα [a] ἀπολ-
80λῦναι, ἢ αὐτὸν ὑπ' ἄλλων ἀπολλυσθαι, αἱρέεται αὐτὸς περιεῖναι. [b] ἐπειρώτα δὴ λέγων τάδε, Ἐπεί με
„ ἀναγκάζεις δεσπότεα τὸν ἐμὸν κλείνειν οὐκ ἐθέλοντα,
„ φέρε ἀκέσω τέῳ καὶ τρόπῳ [c] ἐπιχειρήσομεν αὐτῷ.
ἡ δὲ ἀμολαβοῦσα ἔφη, Ἐκ τῆ αὐτῆ μὲν χαρίς ἡ
„ ὁρμὴ ἔσται, ὁθενπερ καὶ ἐκεῖνος ἐμὲ ἐπεδέξατο γυ-
„ μνήν· ὑπνωμένῳ δὲ ἡ ἐπιχείρησις ἔσται. Ὡς δὲ ἤρτυσαν τὴν ἐπιβουλήν, νυκτὸς γινομένης, (οὐ γὰρ [d] μετίετο ὁ Γύγης, οὐδέ οἱ ἦν ἀπαλλαγὴ οὐδεμίη, ἀλλὰ ἔδεε ἢ αὐτὸν ἀπολωλέναι, ἢ Κανδαύλεα) εἵπετο ἐς τὸν θά-
90λαμον τῇ γυναικί. καί μιν ἐκείνη, ἐγχειρίδιον δοῦσα, καταχρύπτει [e] ὑπὸ τὴν αὐτὴν θύρην. καὶ μὲν ταῦτα, ἀναπαυομένῳ Κανδαύλεῳ, ὑπεισδύς τε καὶ ἀποκτείνας αὐτὸν, ἔσχε καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν βασιληίην 6
Γύγης· τοῦ καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος, κατὰ τὸν αὐ-
95τὸν χρόνον γενόμενος, ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη.
Ἔσχε δὲ τὴν βασιληίην, καὶ ἐκρατύνθη ἐκ τοῦ ἐν Δελφοῖσι χρηστηρίου. ὡς γὰρ δὴ οἱ Λυδοὶ δεινὸν ἐποιεῦντο τὸ Κανδαύλεω πάθος, καὶ [f] ἐν ὅπλοισι ἦσαν, συνέβησαν ἐς τωὐτὸ [g] οἵ τε τοῦ Γύγεω στασιῶται καὶ οἱ λοιποὶ Λυδοί, [h] ἢν μὲν δὴ τὸ χρηστήριον ἀνέλῃ μιν βασιλέα εἶ-
1ναι Λυδῶν, τόνδε βασιλεύειν· ἢν δὲ μὴ, ἀποδοῦναι ὀπίσω ἐς Ἡρακλείδας τὴν ἀρχήν. ἀνεῖλέ τε δὴ τὸ χρηστήριον, καὶ ἐβασίλευσεν οὕτω Γύγης. τοσόνδε μέντοι εἶπεν ἡ Πυθίη, ὡς Ἡρακλείδῃσι τίσις ἥξει
5ἐς τὸν πέμπτον ἀπόγονον Γύγεω τοῦτο τῶ ἔπεος Λυδοί τε καὶ οἱ βασιλέες αὐτῶν λόγον οὐδένα ἐποιεῦντο, πρὶν δὴ ἐπετελέσθη. Τὴν μὲν δὴ τυραννίδα οὕτως ἔσχον οἱ Μερμνάδαι, τοὺς Ἡρακλείδας ἀπελόμενοι. Γύγης δὲ τυραννεύσας ἀπέπεμψεν ἀναθήμα-
10τα ἐς Δελφοὺς οὐκ ὀλίγα· ἀλλ' ὅσα μὲν ἀργύρου ἀναθήματά ἐστιν οἱ πλεῖστα ἐν Δελφοῖσι· πάρεξ δὲ τοῦ ἀργύρου, χρυσὸν ἄπλετον ἀνέθηκεν, ἄλλον τε καὶ τοῦ μάλιστα μνήμην ἄξιον ἔχειν ἐστὶ, κρητῆρές οἱ ἀριθμὸν ἓξ χρύσεοι ἀνακέαται. ἑστᾶσι δὲ οὗτοι ἐν τῷ Κορινθίων [i] θη-
15σαυρῷ, σταθμὸν ἔχοντες τριήκοντα τάλαντα· ἀληθέϊ δὲ λόγῳ χρεωμένῳ, οὐ Κορινθίων τοῦ [k] δημοσίου ἐστὶν ὁ θησαυ-

a Ita *Medic. Etonenſ. Arch. Vind. Remig.*, ἀποκτεῖναι *Ald.* & pauci alii. *b* Ex *Medic. & Pariſ. A. B.*, ἐπέρατα vulgo. Mox ἀποκτείνειν *Arch.* *c* Ἐπιχειρήσομεν *Pariſ.* omnes, ἐπιχειρήσωμεν *Ald.* atque alii. ſtatim αὐτὸ *Arch.* *d* *Medic.* ἐμετίετο. Μετίετο omnes alii; mox οὐδεμία *Pariſin. tres & Arch.* *e* Ἐπὶ olim *Arch.* ὑπὸ in margine tantum. Mox in *Veneto* poſt Πάριος hiatus eſt in ἐπεμνήσθη usque. *f* Sic *Medic. Remig. Steph.* ora, *Pariſin.* unus. reliqui ἔνοπλοι. *g* Οἵ τε abeſt *Arch.*, mox στρατιῶται *Aldus* & plerique alii. Vulgatum merito probant *Med. Pariſ. duo* & *Valla.* *h* Ἦν μὲν δὴ τὸ *Ald. Remig. Venet. Pariſ. B. Arch.* a *Medic.* δὴ abeſt. Vide C. 14. mox τῶν Λυδῶν vulgo. Articulum *Medic.* & *Arch.* non habent. *i* Haec vitio librarii deſiderantur in *Vindob.* usque ad Κορινθίων. Paullo ante οὗτοι οὐ ἐν τῷ Κορ., ſed ex correctione, in *Arch.* *k* Sic *Med, Remig.* Steph. *margo* & *Pariſ.*, reliqui δήμου.

87. Οὐ γὰρ μετίετο ὁ Γύγης] Solae, & ſine fulcro, ſchedae *Mediceae*: nam ἐμετείβη C. 114., quod proſcribunt, auxilio eſſe non poteſt. Memini pulcre, in hujus verbi formationibus varium videri Herodotum, nec tutum tamen exiſtimo, uni libro, niſi ſermonis indoles expoſtulet, ita ſe addicere, ut ceteri tanquam umbrae volitent. Vide quae *Cl. Abreſch* commentatur *Dilucid. Thucyd.* p. 666. Id quaerere libet, verone ſimile ſit, quod de Gyge, reginae artibus poſt mariti necem, ad regnum evecto perſcriptum eſt: non enim conſtat inter veteres. *Plato* L. II. de Rep. p. 359., ſi paſtoralem Gygis conditionem, quamquam Croeſus in *Xenophontis* Cyropaed. L. VII. p. 183. C. ſervilem adgnoſcit, & fabulosum annulum, ut oportet, ſecernas, in Candaulis nece conſpirare poterit. Longius abeunt *Plutarchi Quaeſt. Graecae* p. 302., de civili bello, copiis auxiliaribus Arſelis regis, interemtoque armorum jure Candaule memorantes: quae quidem cum ſine locuplete teſtimonio tradantur, Herodoto priores non nego, in Lydiae vicinia nato. Conſiſtit pro ejusdem partibus Abbas *Sevinus* in *Comment.* Acad. Inſcript. T. VII. p. 400.

94. Τοῦ καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος] Omnia haec de Archilocho in rationes librarii transſcribo. *Herodotus* huiusmodi ſcriptorum teſtimoniis uti recuſavit. Conſtat praeterea atque egregie inter ſe apta oratio eſt, his amotis. Augent opinionem membranae *Venetae*, eorum plura negligentes. Sint tamen *Herodoti*; Minime propter ea reprehendi debuerat, uti taxatus eſt ad *Euſebii* Chron. p. 57. *Ed. Opt.* ab illuſtri viro, ac ſi futili argumento conjeciſſet, Archilochum floruiſſe ſub Gyge, quia in trimetris ſuis ejus regis meminiſſet. Nihil ſimile in his ſcriptoris verbis. *Archilochi* trimetra nota ſunt, & leguntur ibidem.

98. Καὶ ἐν ὅπλοισι ἦσαν] Optime hoc inſtauratum eſt. *Heliodorus* L. IX. p. 428. καὶ γυμνᾶν τοὺς ἐν ὅπλοις κωλύειν ἀδυνατούντων· ubi itidem τοὺς ἐνόπλους MSS. *Palatinus* & *Xylandri*. Simile eſt Sophocleum *Oedip. Tyr.* V. 570. τότ' οὖν ὁ μάντις οὗτος ἦν ἐν τῇ τέχνῃ. Mitto ἥκειν ἐν τοῖς ὅπλοις, apud *Procopium* aliosque frequens: potius erit addere, *Salmaſium* multis ante *T. Fabrum L. I. Ep.* 39. annis Jungermanno τοῦ Γύγου στασιῶται ſcriptum olim fuiſſe, probaſſe, idemque *Palatino* Codice ſtabiliri, ad *Pollucem* L. VIII, 153. illo teſte.

5. Ἐς τὸν πέμπτον ἀπόγονον] Croeſum, ut L. I, 91.

10. Ἀλλ' ὅσα μὲν — πλεῖστα ἐν Δελφοῖσι] Errantem *Vallam* comiter vir clariſſimus in viam reduxit. Nihil dictione tritius. *Lucius* in *Aſino* C. 21. κομίζοντες σκεύη πλεῖστα ὅσα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ. quo de genere docte *Rittershuſius* in *Oppiani Halieut.* IV, 191.

16. Οὐ Κορινθίων τοῦ δημοσίου] *Strabo* de opibus templi Delphici, δηλοῦσι δ' οἵ τε θησαυροὶ, οὓς καὶ δῆμοι καὶ δυνάσαι κατεσκεύασαν L. IX. p. 641. Pravumne ergo Κορινθίων τοῦ δήμου; Equidem non adſeveravero: praeſertim

θησαυρὸς, ἀλλὰ Κυψέλε τῦ Ἠετίωνος. [a] οὗτος δὲ ὁ Γύγης, πρῶτος βαρβάρων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ἐς Δελφοὺς ἀνέθηκεν ἀναθήματα, [b] μετὰ Μίδην τὸν Γορδίεω, Φρυγίης βασιλῆα. ἀνέθηκε γὰρ δὴ καὶ Μίδης τὸν βασιλήιον θρόνον, [c] ἐς τὸν προκατίζων ἐδίκαζε, ἐόντα ἀξιοθέητον. κεῖται δὲ ὁ θρόνος οὗτος ὡυτάπερ οἱ τῦ Γύγεω κρητῆρες. ὁ δὲ χρυσὸς οὗτος καὶ ὁ ἄργυρος, τὸν ὁ Γύγης ἀνέθηκεν, ὑπὸ Δελφῶν καλέεται Γυγάδας ἐπὶ τῦ ἀναθέντος [d] ἐπωνυμίην. [e] ἐσέβαλε μέν νυν στρατιὴν καὶ οὗτος, ἐπεί τε ἦρξε, ἔς τε Μίλητον καὶ ἐς Σμύρνην, καὶ Κολοφῶνος τὸ ἄστυ εἶλε. ἀλλ' οὐδὲν [f] γὰρ μέγα ἔργον ἀπ' αὐτοῦ ἄλλο ἐγένετο, βασιλεύσαντος δυῶν δέοντα τεσσεράκοντα ἔτεα. τοῦτον μὲν παρήσομεν, τοσαῦτα ἐπιμνησθέντες. Ἄρδυος δὲ τοῦ Γύγεω μετὰ Γύγην βασιλεύσαντος μνήμην ποιήσομαι. οὗτος δὲ Πριηνέας τε [g] εἶλε, ἐς Μίλητόν τε ἐσέβαλε. ἐπὶ τούτε τε τυραννεύοντος Σαρδίων, Κιμμέριοι ἐξ ἠθέων ὑπὸ Σκυθέων τῶν Νομάδων ἐξαναστάντες [h] ἀπίκεατο ἐς τὴν Ἀσίην, καὶ Σάρδις [i] πλὴν τῆς ἀκροπόλιος εἶλον. Ἄρδυος δὲ βασιλεύσαντος ἐνὸς δέοντα πεντήκοντα ἔτεα, ἐξεδέξατο Σαδυάττης ὁ [k] Ἄρδυος, καὶ ἐβασίλευσε ἔτεα δυώδεκα· 7 Σαδυάττεω δὲ, Ἀλυάττης. οὗτος δὲ Κυαξάρῃ τε τῷ Δηϊόκεω ἀπογόνῳ ἐπολέμησε, καὶ Μήδοισι· Κιμμερίους τε ἐκ τῆς Ἀσίης ἐξήλασε· Σμύρνην τε τὴν [l] ἀπὸ Κολοφῶνος κτισθεῖσαν εἶλε, ἐς Κλαζομενάς τε ἐσέβαλε. Ἀπὸ μέν νυν τούτων οὐκ ὡς ἤθελε ἀπήλλαξε, ἀλλὰ προσταισας μεγάλως. ἄλλα δὲ ἔργα ἀπεδέξατο ἐὼν ἐν τῇ ἀρχῇ ἀξιαπηγητότατα τάδε. Ἐπολέμησε Μιλησίοισι, παραδεξάμενος τὸν πόλεμον παρὰ τοῦ πατρός. ἐπελαύνων γὰρ [m] ἐπολιόρκεε τὴν Μίλητον τρόπῳ τοιῷδε· ὅκως μὲν εἴη ἐν τῇ γῇ καρπὸς ἀδρὸς τηνικαῦτα ἐσέβαλλε τὴν στρατιήν. ἐστρατεύετο δὲ ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων, [n] καὶ αὐλοῦ γυναικηίου τε καὶ ἀνδρηίου. ὡς δὲ ἐς τὴν Μιλησίην ἀπίκοιτο, οἰκήματα μὲν

sed Cypseli Eetionis filii. Hic vero Gyges, barbarorum quos ipsi novimus primus, munera apud Delphos posuit, secundum Midam Gordii filium, Phrygiæ regem. Nam & Midas dedicavit regiam sellam, in qua præsidens jus dicebat, spectatu dignam: sella autem ista eodem, quo Gygæ crateres, loco posita. Auri sane ille & argenti, quod Gyges posuit, cumulus vocitatur a Delphis Gygadas, cognomine ejus qui donavit. Et hic igitur, postquam imperio potitus est, arma intulit Mileto & Smyrnæ, urbemque Colophonem cepit. Nec aliud ullum magnum facinus ab eo gestum est, quum duodequadraginta annos regnaverit. Hunc quidem nos, his duntaxat de eo memoratis, missum faciemus. ARDYIS autem ejus filii faciam 15 mentionem, qui post Gygem regnavit. Hic Prienenses expugnavit, & Miletum invasit: quo Sardium tyrannidem obtinente, Cimmerii à Scythis Nomadibus ejecti e sedibus, in Asiam transierunt, Sardesque præter arcem ceperunt. Quum autem undequinquaginta re- 16 gnasset annos, successit SADYATTES Ardyis filius, regnavitque annis duodecim. Sadyattæ successit ALYATTES, qui & cum Cyaxare Deiocis nepote bellavit ac Medis, & Cimmerios exegit ex Asia, Smyrnam etiam à Colophone conditam cepit, & Clazomenas invasit. Unde non prout volebat discessit, sed vehementer offendens. Alia quoque opera, dum regnum tenuit, dignissima memoratu edidit, quæ hæc sunt. Bello quod gessit cum Mile- 17 siis à patre traditum, hac ratione Miletum illuc progressus obsidebat: dum fruges in regione erant copiosæ, tunc exercitum immittebat, faciens expeditionem ad cantum fistularum, fidiumque, ac tibiæ tam muliebris quam virilis. Quumque in agrum Milesium pervenerat,

a Ita iidem, excepto *Paris. C.* ceteri οὕτω δή. modo Κυψέλλου *Parisin. A.* *b* Μετὰ δὲ Μίδην *Vind.* & *Arcb.* *c* Citat *Priscianus* L. XVIII. p. 1174. 1178. Paullo ante ἀνέθηκε γὰρ καὶ *Arcb.* *d* Ita *Medic. Arcb. Vind. Paris.* duo. & *Venet.* ἐπωνυμίη *Ald.* atque alii. *e* Sic *Suidas* in Γύγης, *Medic.* & *Parisini.* Alii καὶ οὗτος στρατιήν. *f* Γὰρ non est in *Suida*, qui mox δυοῖν cum *Arcb.* tum τεσσαράκοντα *Ald. Arcb. Paris. A.*, melius *Medic.* & ceteri. *g* Εἶλε & ἐσέβαλε *Paris. B.*, qui plerumque *ν* finale omittit, nec male. *b* Sic *Ald. Medic.* & *Paris.* duo cum *Remig.*; ἀπίκοντο *Arcb. Vind. Paris. C.* & *Suidas*, prave. *i* Πρὶν *Paris. C. Vindob.* & *Venet.* *k* *Suidas* τὴν ἀρχὴν addit, quod MSS. cognitum non habent. *l* Sic *Medic. Arcb. Venet. Suid.* ceteri ὑπὸ Κολ. *m* Est in *Medic.* & *Suid.*, ἐπολιόρκησε in aliis. *n* Καὶ αὐλῶν *Athen.* p. 517. & 627. quod & in *Prisciano* p. 1211.; ex *Suida* sumtum est, quod legitur. Vulgo γυναικείου & ἀνδρείου. Paullo ante ἐσέβαλε *Arcb.*

tim Herodoto in usu posterioris sibi quodammodo placente. Nec moveo tamen receptum. Tangit eandem hanc rem *Plutarchus* in *Sapient. Conviv.* p. 168. Ceterum Κυψέλλου, quod scripti saepe dabunt, dudum proscripserunt viri praeclari, *Casaubonus* & *Menagius* ad *Diogen. Laërt.* I, 94.

19. Μετὰ Μίδην τὸν Γορδίεω] Fortasse *Midas* est, quem *Eusebius* Olymp. X, 4. Phrygiae regnum obtinuisse adfirmat. Vidit ea regio plures Midas & Gordios, quos praeter *Henr. Dodwellum* de Cyclis p. 909. certiore serie descripsit Ampl. *Bouherius Diss. Herodot.* C. 8. Primum autem barbarorum Gygem Delphis dona aurea & argentea dedicasse, agnoscit *Athenaeus:* ante eum regem pauper Pythius erat, sive ἀνάργυρος καὶ ἄχρυσος L. VI. p. 231.

24. Καλέεται Γυγάδας] Illustravit *P. Leopardus L.* XIII. *Emendat. C.* 9. ex *Pollucis* L. III, 87. & VII, 98. *Himerius in Excerpt.* p. 63. *Edit. Steph.* ὁ δὲ ἡμέτερος πλοῦτος, οὐ χρυσός τις ΓΥΓΑΔΑΣ ἢ Λυδίους· quorum duo postrema, nisi Scholion sint, quod opinor, redundanti Rhetoris orationi tribuenda erunt.

28. Δυῶν δέοντα] Non praecipto *Suidae* δυοῖν, quamtumvis liber *Archiep.* suffragetur. *Herodotus* L. I, 94. ἐπ' ἔτεα δυῶν δέοντα ἑπτακοσι. L. IV, 89. ἀναπλώσας — δυῶν ἡμερέων πλόον. Adde *Gronovium* L. III, 131.

33. Ἐξ ἠθέων — ἐξαναστάντες] De Cimmeriis gemina *Arrianus*, forte in *Bithynicis*, apud *Eustath. in Homer. p.* 1671, 26., haec Herodotea non oblitum. *Strabo* testimonio Callisthenis, Sardes primum a Cimmeriis, deinde a Treribus, gente Cimmerica, occupatas docet L. XIII. p. 930., sequente vero L. p. 958, illis non dissimilia ex Archilocho & Callino; qui cum paene pares fuerint & Gygi aequales, meminisse, videre etiam potuerunt provectiore aetate, Sardes a Cimmeriis interceptas: ut necesse haud videatur, impressionem Cimmericae nationis, contra ac Herodoto placet, multo antiquiorem perhibere. De Callino vide *Clementem Alex.* Stromat. L. I. p. 398.

38. Οὗτος δὲ Κυαξάρῃ] Vide L. I, 74. Aetas conpetit. Phraortes, Cyaxaris pater, Ardyis, avi Alyattae, tempore in Media regno praefuit apud *Pausaniam* L. I, 24.

40. Τὴν ἀπὸ Κολοφῶνος κτισθεῖσαν] Clarissimus *Reiskius*, τὴν ἄνω Κολοφῶνος, quod Herodoto Halicarnasseo Smyrna ultra Colophonem Boream versus posita fuerit: id si displiceat, atque ἀπὸ aut ὑπὸ bene habeat, Colophonem non urbis, sed viri, & conditoris quidem, nomen videri. Par *Corn. de Pauw* opinio. Melius *Palmerius*, finita, qua tenebatur, haesitatione *Exercit.* p. 3. *Si tamen scripsit Herodotus* Κολοφῶνις, *intellexit credo, Colophonem fuisse Smyrnae metropolin, & urbem ipsam pro incolis posuit synecdochice.* Jussum profecto est ἀπὸ Κολοφῶνος. Colophonii Smyrnam colonis suis, exactis Aeolensibus, occuparunt, ut est L. I, 150. & in *Strabone* L. XIV. p. 940. Nec morari consensum poterit κτισθῆναι, in deductis coloniis vulgatissimum L. I, 149. 167. &c.

48. Ἐστρατεύετο δὲ ὑπὸ συρίγγων] Reprehendit Alyattae luxum barbaricum, quod praeter *concinentes fistulatores & fidicines, atque* FEMINAS *etiam* TIBICINAS *in exercitu atque in procinctu* habuerit, *A. Gellius Noct. Att.* L. I, 11. At de *feminis* Herodotus, quem testem adve-

nerat, non ædificia quæ in agris erant, diruere, non incendere, non fores effringere, ſed incolumes eſſe paſſim ſinere: arboribus modo fructibusque regionis pervaſtatis, retro ſe recipiebat. Nam Mileſii mare obtinebant, ut opus non eſſet exercitui illic conſidere. AEdificia autem Lydus non evertebat idcirco, ut & Mileſii poſſent inde progreſſi humum ſerere colereque: & quum hoc illi feciſſent, ipſe invadens haberet aliquid
18 quod popularetur. Hæc faciens, undecim bellavit annis; per quos duo ingentia vulnera accepere Mileſii: unum, in Limeneio (quod eſt ipſorum regionis) pugna commiſſa, alterum in campo Mæandri. Horum undecim annorum ſex adhuc apud Lydos regnabat Sadyattes Ardyis filius, qui cum exercitu terram Mileſiam tunc invaſit, & idem bellum conflavit: quinque reliquis, qui eos ſex ſequebantur, ejus filius Alyattes bellum quod à patre acceperat, ut à me ſuperius commemoratum eſt, intentius adminiſtravit: in quo bello Mileſios nulli Ionum ſublevaverunt, præter Chios ſolos; reddentes ita vicem, quòd antea Mileſii Chiis bello contra Erythræos auxilia tuliſſent.
19 Duodecimo autem anno incenſis ab exercitu ſegetibus, hoc rei fieri contigit: Segetes ut celerrime conceperunt ignem valido urgente vento, is corripuit Minervæ templum, cognomine Aſſeſiæ, quo incendio id deflagravit. Neque ullius momenti ea res tunc habita eſt; ſed quum poſt exercitus reditum Sardes Alyattes decubuiſſet, diuturniusque ægrotaret, Delphos miſit deum de valetudine ſciſcitaturos, ſive alieno ſive ſuopte conſilio ad mittendum inductus. Nunciis autem, quum Delphos perveniſſent, ſe redituram reſponſum Pythia negavit, priusquam templum Minervæ reparaſſent, quod in terra Mileſiorum apud Aſſeſum concre-
20 maſſent. Ita actum eſſe ego ex Delphis audiendo novi: ſed Mileſii his illa addunt, Perian-

μὲν τὰ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν ὅτε κατέβαλλεν, ὅτε ἐνεπίμπρη, ὅτε θύρας [a] ἀπέσπα, ἔα δὲ κατὰ χώρην [b] ἑστάναι· ὁ δὲ τά τε δένδρεα [c] καὶ τὸν καρπὸν τὸν ἐν τῇ γῇ ὄντα ἀφανίζειεν, [d] ἀπαλλάσσετο ὀπίσω. τῆς γὰρ θαλάσσης οἱ Μιλήσιοι ἐπεκράτεον, ὥστε ἐπέδρης μὴ εἶναι ἔργον τῇ στρατιῇ. τὰς δὲ οἰκίας οὐ κατέβαλλεν ὁ Λυδὸς, τῶνδε εἵνεκα, ὅκως ἔχοιεν ὁρμεώμενοι [e] ἀθεῦτεν ὁρμεώμενοι τὴν γῆν σπείρειν τε καὶ ἐργάζεσθαι οἱ Μιλήσιοι, αὐτὸς δὲ, ἐκείνων ἐργαζομένων, ἔχοι τι καὶ σίνεσθαι ἐσβάλλων. [f] Ταῦτα ποιέων, ἐπολέμεε ἔτεα ἕνδεκα· ἐν τοῖσι τρώματα μεγάλα διφάσια Μιλησίων ἐγένετο, [g] ἔν τε Λιμενηίῳ χώρης τῆς σφετέρης μαχεσαμένων, καὶ ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ. τὰ μέν νυν ἓξ ἔτεα τῶν ἕνδεκα Σαδυάττης ὁ Ἄρδυος ἔτι Λυδῶν ἦρχε, ὁ καὶ ἐσβαλὼν τηνικαῦτα ἐς τὴν Μιλησίην τὴν στρατιήν· (Σαδυάττης [h] ὗτος γὰρ καὶ ὁ τὸν πόλεμον ἦν συνάψας) τὰ δὲ πέντε τῶν ἐτέων τὰ ἐπόμενα τοῖσιν ἓξ Ἀλυάττης ὁ Σαδυάττεω ἐπολέμεε, ὃς παραδεξάμενος (ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται) παρὰ τοῦ πατρὸς τὸν πόλεμον, προσεῖχε ἐντεταμένως. τοῖσι δὲ Μιλησίοισι [i] ὑδαμοὶ Ἰώνων τὸν πόλεμον τοῦτον συνεπελάφρυνον, ὅτι μὴ Χῖοι μοῦνοι. οὗτοι [k] δὲ τὸ ὅμοιον ἀνταποδιδόντες ἐτιμώρεον· καὶ γὰρ δὴ πρότερον οἱ Μιλήσιοι τοῖσι Χίοισι τὸν πρὸς Ἐρυθραίους πόλεμον [l] συνδιήνεικαν. Τῷ δὲ δυωδεκάτῳ ἔτεϊ λήϊα ἐμπιπραμένα ὑπὸ τῆς στρατιῆς, [m] συνηνείχθη τι τοιόνδε γενέσθαι πρῆγμα· ὡς ἄφθη τάχιστα τὸ λήϊον ἀνέμῳ βιώμενον, ἅψατο νηοῦ Ἀθηναίης, ἐπίκλησιν [n] Ἀσησίης. ἀφθεὶς δὲ ὁ νηὸς κατεκαύθη· καὶ τοὔτου μὲν λόγος οὐδεὶς ἐγένετο, μετὰ δὲ, τῆς στρατιῆς ἀπικομένης ἐς Σάρδις, ἐνόησεν ὁ Ἀλυάττης. μακροτέρης δέ οἱ γενομένης τῆς νόσου, πέμπει ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους, εἴτε δὴ συμβουλεύσαντός τευ, εἴτε καὶ αὐτῷ ἔδοξε 8
[o] πέμψαντα τὸν θεὸν ἐπείρεσθαι περὶ τῆς νόσου. τοῖσι δὲ ἡ Πυθίη ἀπικομένοισι ἐς Δελφοὺς οὐκ ἔφη χρήσειν, πρὶν ἢ τὸν νηὸν τῆς Ἀθηναίης [p] ἀνορθώσωσι, τὸν ἐνέπρησαν χώρης τῆς Μιλησίης ἐν Ἀσσησῷ. Δελφῶν οἶδα ἐγὼ ὅτῳ ἀκούσας γενέσθαι· Μιλήσιοι δὲ τάδε προσθεῖσι τούτοι-

a Ita *Steph.* ora, *Remig. Medic. Etonenſ.* & *Suid.* κατέσπα cum *Aldo* alii. *b* Hoc *Medic. Suid.* In *Ald. Arcb. Pariſ. B. Vindob. Venet.* ἑσάμεναι, *Remig.* ἑσαμένας & *Pariſ.* unus. *c* Septem ſequentes voces omittit *Arcb.* *d* Ἀπαλλάσσετο *idem* & *Vindob.* mox ἐπέδρης *Suidas.* Alii vocem in binas diveſſunt. Statim εἶναι ἔργα *Arcb.* *e* Ὁρμεώμενοι *Ald. Remig. Vindob.* bene. Ceteri ὁρμώμενοι. *f* Ἐσβαλὼν *Arcb.* *g* Ἔν τε Λιμενηίῳ omnes. Solus *Medic.* ἔν τε ἐν Λιμεν. Citat *Suid.* in Τρώματα. *h* Sic *Med. Venet.*, γὰρ οὗτος ceteri, ſed in *Arcb.* γὰρ deſit. *i* Οὐδαμῆ *Arcb.*, tum συναπελάφρυνον *Aldus*, *Pariſ. C.* *k* Δὲ καὶ τὸ *Arcb. Vind.* *l* Συνδιένειμαν *Vind.* *m* Συνείχθη *idem.* συνήχθη *Arcb.* *n* Ἀσισίης *Ald. Polyaen.* prave. *o* Sic *Med.* non ſine correctione, *Remig. Pariſ. A.*, πέμψαντι alii. *p* Hoc in iisdem. ἀνορθώσουσι *Aldus* atque alii.

advocavit, nihil, niſi αὐλοῦ γυναικηίου vocibus incluſas cenſueris. Dictionis genus paſſim obvium in *Arriani Ind.* C. 5. *Plutarcb. Iſ. & Oſir.* p. 364. F. Tale Sophocleum *Elect.* v. 633. Οὔκουν ἐάσεις οὐδ' ὑπ' εὐφήμου βοῆς θῦσαί με. Alii ſaepe ὑπ' αὐλῷ καὶ τυμπάνῳ, de quibus *Cl. Reitzius* ad *Lucian. de Saltat.* C. 16. Ego vero ex *Suida* Herodoto ſuum, hoc eſt Ionicum, reddidi.

52. Ἔα δὲ κατὰ χώρην ἑσάναι] Nolo diffiteri, *Aldi* totque MSS. ἑσάμεναι me ferme expugnaſſe, ut bonis avibus revocaretur. Scio ſimile infinitum, ut vocant, nunc libris Herodoti negari: at habent ejuſcemodi *Aretaeus Cappadox*, *Lucianus* atque alii, qui Herodoteam, ſive Ionicam dialectum probarunt. Putabimusne, tot exempla caſu in unum conſpirata iviſſe, indoctosque, ut plerique adprime erant, librarios Ionicum iſtud hic depoſuiſſe? Mihi quidem vero non ſit ſimile: reliqui tamen ex *Mediceo* & *Suida* derivatum, criminationem de mutandi pruritu veritus. Id adiungo, dare *Aldum* C. 76. ſimilis monetae ἐπειρᾶτο — ἀπιξάμεναι, ubi alii omnes ἀπιξάναι, & *Pauſaniam*, ut ſaepe numero ſolet, Herodotea haec culte aemulatum fuiſſe in ſimili Spartanorum negotio L. IV, 7.

62. Ἔν τε Λιμενηίῳ χώρης &c.] Large Celeb. *Gronovius* pro *Mediceo* ἔν τε ἐν Λιμενηίῳ diſputavit, ſed locis haud profecto adſimilibus, ut bene Rev. *Horreus Obſerv. Herod. C.* 4. Differunt uſu ſermonis ἔν δὲ & ἔν τε illud abſolute & ſine caſu locari ſolet, non item hoc. Noſter L. III, 38. πολλοῖσί τε καὶ ἄλλοισι τεκμηρίοισι πάρεστι καθμώσασθαι, ἐν δὲ δὴ καὶ τῷδε. inculcatur his & iteratur ex conjectura praepoſitio: at ipſe Herodotus C. 15. ejusdem libri πολλοῖσι μέν νυν καὶ ἄλλοισί ἐστι καθμώσασθαι — ἐν δὲ δὴ καὶ τῷδε. quibus ſi odioſam vocem inſerueris, debilitabitur loquendi bellum genus. Tale, ut uno utar, L. VII, 214. τοῦτο μὲν γὰρ τῷδε χρὴ καθμώσασθαι. Sic enim legi oportuerat ex ſcriptis. Itaque, niſi librarii culpa in *Florentinis* membranis repetita ſit praepoſitio, quod ſuſpicari licet, refingi poſſet, ἔν τε ἐν Λιμενηίῳ — καὶ ἐν, aut ἔν ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ, quod Latina *Vallae* exprimunt: quae doctiſſimorum virorum *J. Jac. Reiskii* & *Pet. Horrei*, quamquam in ea non conſtantis, opinio. Mihi tutius viſum codicibus adhaereſcere.

77. Ἐπίκλησιν Ἀσσησίης] Laudat, ut *Th. Gale* admonuit, *Stephanus* in Ἀσσησοί. In *Polyaeno* L. VI, 47. optimo jure docti viri Minervae titulum reſtituerunt. Haud vero decerno, virine an oppidi nomen ſit in iſto *Alexandri Aetoli*, Ἀσσησοῦ βασιλῆος ἐλεύσεται ἔκγονος Ἀνθεύς inter *Erotic. Parthenii* C. 14.

82. Καὶ αὐτῷ ἔδοξε πέμψαντα &c.] Confer *Gronov.* in L. IV, 81. Supra L. I, 3. τοῖσιν Ἕλλησι δέξαι, πρῶτον πέμψαντας ἀγγέλους ἀπαιτέειν· *Apollonius Rhod.* I, 440. Τμῖν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν χρειώ τε περῆσαι Ἐνθάδε κῶας ἔχοντας. ubi Critici veteres alia, & *Raphelius* ex *Noſtro* in *Act. A.* XV, 22. & *Epiſt. ad Galat.* II, 6.

τούτοισι, Περίανδρον [a] τὸν Κυψέλου, ἐόντα Θρασυβούλῳ τῷ τότε Μιλήτου τυραννεύοντι ξεῖνον ἐς τὰ μάλιστα, πυθόμενον τὸ χρηστήριον τὸ τῷ Ἀλυάττῃ γενόμενον, πέμψαντα ἄγγελον κατειπεῖν, ὅκως ἂν τι προειδὼς πρὸς τὸ [b] παρεὸν βουλεύηται. Μιλήσιοι μέν νυν οὕτω λέγουσι γενέσθαι. Ἀλυάττης δέ, ὡς οἱ ταῦτα ἐξηγγέλθη, αὐτίκα ἔπεμπε [c] κήρυκα ἐς Μίλητον, βουλόμενος σπονδὰς ποιήσασθαι Θρασυβούλῳ τε καὶ Μιλησίοισι χρόνον ὅσον ἂν τὸν νηὸν οἰκοδομῇ. ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος ἐς τὴν Μίλητον ἦν· Θρασύβουλος δὲ σαφέως [d] προπεπυσμένος πάντα λόγον, καὶ εἰδὼς τὰ Ἀλυάττης [e] μέλλοι ποιήσειν, μηχανᾶται [f] τοιάδε· ὅσου ἦν ἐν τῷ ἄστει σῖτος καὶ ἐωυτοῦ καὶ ἰδιωτικὸς, τοῦτον [g] πάντα συγκομίσας ἐς τὴν ἀγορὴν, προεῖπε Μιλησίοισι, ἐπεὰν αὐτὸς σημήνῃ, τότε πίνειν τε πάντας καὶ κώμῳ [h] χρέεσθαι ἐς ἀλλήλους. Ταῦτα δὲ ἐποίεέ τε καὶ προηγόρευε Θρασύβουλος, τῶνδε [i] εἵνεκεν, ὅκως ἂν δὴ ὁ κήρυξ ὁ [k] Σαρδιηνὸς, ἰδών τε σωρὸν μέγαν σίτου κεχυμένον, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐν εὐπαθείῃσι ἐόντας, ἀγγείλῃ Ἀλυάττῃ. τὰ δὴ καὶ ἐγένετο. ὡς γὰρ δὴ ἰδών τε ἐκεῖνα ὁ κήρυξ, καὶ [l] εἰπὰς πρὸς Θρασύβουλον τὰς ἐντολὰς τοῦ Λυδοῦ, [m] ἀπῆλθεν ἐς τὰς Σάρδις, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, δι' οὐδὲν ἄλλο ἐγένετο ἡ διαλλαγή. [n] ἐλπίζων γὰρ ὁ Ἀλυάττης σιτοδείην τε εἶναι ἰσχυρὴν ἐν τῇ Μιλήτῳ, καὶ τὸν λεὼν [o] τετρύσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ, ἤκουε τὸν κήρυκος νοσήσαντος ἐκ τῆς Μιλήτου τοὺς ἐναντίους λόγους ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε. μετὰ δὲ, ἥ τε διαλλαγὴ [p] σφι ἐγένετο, ἐπ' ᾧ τε ξείνους ἀλλήλοισι εἶναι καὶ ξυμμάχους· καὶ δύο τε ἀντὶ ἑνὸς νηοὺς τῇ Ἀθηναίῃ ᾠκοδόμησεν ὁ Ἀλυάττης ἐν τῇ Ἀσσησῷ, αὐτός τε ἐκ τῆς νούσου ἀνέστη. [q] καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν πρὸς Μιλησίους τε καὶ Θρασύβουλον πόλεμον Ἀλυάττῃ ὧδε ἔσχε. Περίανδρος δὲ ἦν Κυψέλου παῖς, οὗτος ὁ τῷ Θρασυβούλῳ τὸ χρηστήριον μηνύσας ἐτυράννευε δὲ ὁ Περίανδρος Κορίνθου, τῷ δὴ λέγουσι Κορίνθιοι (ὁμολογέουσι δέ σφι Λέσβιοι) ἐν τῷ βίῳ θαῦμα μέγιστον παρασχεῖν. Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον ἐπὶ δελφῖνος ἐξενειχθέντα ἐπὶ Ταίναρον, ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον, καὶ διθύραμβον, πρῶ-

Periandrum, Cypſeli filium, quum audiſſet oraculum Alyattæ redditum, miſſo nuncio indicaviſſe Thraſybulo, tunc Mileſiorum tyranno (cujus arctiſſimo utebatur hoſpitio) admonentem, ut aliquid proſpiciendo ſibi conſuleret in præſens. Mileſii quidem ita id geſtum memorant. Alyattes autem, ubi hæc ipſi nunciata ſunt, confeſtim caduceatorem Miletum mittit, ad ineundas cum Thraſybulo & Mileſiis pactiones tantiſper dum templum ædificaret. Et hic quidem nuncius Miletum venit. Thraſybulus, vero quum omnem ſermonem ante prædidiciſſet, noſſetque quænam Alyattes facere ſtatuiſſet, hujuſcemodi rem machinatur. Quod frumenti in urbe erat vel ſuum ipſius vel privatorum, id omne in forum congerit: præcipitque Mileſiis, ut quum ipſe ſignum dediſſet, cuncti potarent, & inter ſe comeſſationibus uterentur. Hæc Thraſybulus ea gratia fecit præcepitque, ut caduceator Sardianus cernens ingentem frumenti acervum effuſum, & homines oblectationibus vacantes, renunciaret Alyattæ. Quod & contigit: nam ut illa conſpexit caduceator, Thraſybuloque Lydi mandata expoſuit, reverſus eſt Sardes: & (ut ego audio) ob nihil aliud inter eos pacificatum eſt. Sperans enim Alyattes vehementem penuriam frumenti Mileti eſſe, & populum ad extremum usque malorum deveniſſe, ex reverſo illinc caduceatore audiebat contraria atque ipſe fuerat opinatus. Poſt hæc inter eos ita conventum eſt, ut mutuo hoſpites eſſent ac ſocii; proque uno duo delubra apud Aſſeſum Minervæ ædificavit Alyattes, etiam ipſe ex morbo convaluit. Et quæ ad bellum quidem Alyattis cum Mileſiis atque Thraſybulo pertinent, ita habuere. Periander autem Cypſeli filius, fuit is qui Thraſybulo indicavit oraculum, Corinthi tyrannus: cui maximum miraculum fuiſſe oblatum populares ſui prædicant, & his Lesbii aſſentiuntur. Arionem Methymnæum delphino inſidentem ad Tænaron fuiſſe evectum, qui erat citharœdorum ſui ſeculi nulli ſecundus: quique primus hominum, quos novimus, & fecit

a Τὸν τοῦ Κυψέλλου *Arch.* poſt pauca πευθόμενον *Venet.* *b* Recte *Medic. Remig.* παρὸν vulgo. *c* Κήρυκας omnes. Κήρυκα *Medic.* nec ſine correctione; placet tamen. *d* Προπεπευσμένος plerique omnes. προπεπυσμένος *Medic.* ora *Steph.* & *Pariſin.* duo. *e* *Medic. Arch. Pariſ. A.* in aliis μέλλει. *f* Τοιόνδε cum *Aldo* plures. Vulgatum eſt in *Steph.* margine. *Remig. Medic.* & *Pariſin.* duobus. *g* Ita *Medic. Remig. Steph.* ora, *Pariſ. A. B.*; ἅπαντα συναγαγὼν *Aldus* & alii. *h* Χρέεσθαι *Remig.* & margo *Steph.* Quod probo. χρῆσθαι vulgo. Mox προσαγόρευε *Arch.* προσηγόρευε *Venet.* *i* Εἵνεκα vulgo. Quod editum eſt, debetur *Medic.* & orae *Steph.* *k* Ex *Medic. Remig.* & *Steph.* ora, *Pariſ. A. B.*, vid. Cap. 79. & 83. huius libri, & Inſcript. *Ricb. Pococke* p. 85, 5. Σαρδῆϊος vulgo. Σαρδῦϊος *Arch.* *l* *Medic. Pariſin.* duo, *Steph.* margo. Εἰπὼν alii: ἐκσπὰς, utroque conjuncto, *Vindob.* *m* Ἀπῆλθεν *Vind.* & *Venet.* *n* Citat haec *Priſcian.* L. XVIII. p. 1179. *o* Τετρῆσθαι *Vind. Arch.* *p* Σφὶν iidem. *q* Κατὰ μὲν τὸν πρὸς *Arch.*, & mox Ἀλυάττης, quod nequam prorſus.

96. Ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος ἐς τὴν Μιλ. ἦν] In motu ſignificando πάρειμι quidem adhibetur aliquoties, ſed quantum commemini, non item εἰμὶ. Corrigendum itaque ſuſpicor ἐς τὴν Μίλητον ἦϊε, *Miletum abiit.* Hac quoque ſtructura frequentatur ἦϊα *Herodoto*: p. 47, 26. ἦϊε ἐς πόλιν· p. 85, 22. ἦϊε ἐς Πέρσας· p. 304, 25. ἦϊε ἐς τὰ οἰκία· p. 297, 22. ἀπῆϊε ἐς Μίλητον. Potuit & ab *Herod.* ſcribi: ἐς τὴν Μίλητον παρῆν· *venerat Miletum*: quod verbum ſic uſurpavit L. VI, c. 24. ἐκ δὲ ταύτης παρῆν ἐς τὴν Ἀσίην· *advenerat in Aſiam.* L. I, c. 9. παρέσαι — ἐς κοιτῶνα. *Thucydides* VI, c. 62, 20. c. 88, 58. παρῆσαν ἐς τὴν Λακεδαίμονα. VII, c. 50. init. παρῆσαν ἐς τὰς Συρακούσας. In *Xenophontis* K. A. I, p. 145, 28. Pariſini Codicis eſt lectio: παρῆσαν εἰς Σάρδεις. qua ratione legitur in *Eiusdem* Ἑλλ. III, p. 294, 38. παρεῖναι ἐς Ἀλίαρτον. & VII, p. 373, 21. VALKEN.

96. Ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος &c.] Non diſplicet elegans iunctiſſimi viri coniectura. Vide tamen, etſi nonnihil diverſum, hoc de Philippide L. VI, 106. δευτεραῖος ἐκ τοῦ Ἀθηναίων ἄστεος ἦν ἐν Σπάρτῃ *ſecundo die, poſtquam Athenis exierat, Spartam pervenit.* tum de Ariſtagora L. V, 38. δεύτερα αὖτὸς ἐς Λακεδαίμονα τριήρεϊ ἀπόστολος ἐγίνετο. quo quidem loco navigando eum Lacedaemonem delatum; docemur: de Alyattae nuncio ejusque itinere maritimo, quod *Gronovius* opinatus fuit, nihil hic ſimile. Scio τὸν ἀπόστολον de *claſſe*, τὸ ἀπόστολον de *navi* poni, idque alibi opportunum videri. Confer elegantes *Rubnkenii* adnotationes in *Timaei* Lexic. p. 31.

2. Καὶ κώμῳ χρέεσθαι] Sequor libros, Ionicum hoc amplexos. Noſter L. I, 187. τῇσι πύλῃσι ταύτῃσι μηδὲν χρέεσθαι· *Euſebius* Philoſophus in *Stobaei* Serm. XVI. p. 154. οἵός τε ἐὼν αὐτοῖς χρέεσθαι. Eſſe in *Plutarcho* ἐχρῶντο κώμοις καὶ παννυχίσι T. II. p. 77. E. vere adſcripſit *St. Berglerus.* Non addo, neque enim obſcurum eſt, de Biante & Prieneis paria ferme a *Diogene Laërtio* tradi L. I, 83.

9. Ὡς ἐγὼ πύνθανομαι, δι' οὐδὲν ἄλλο &c.] Luxata haec & egregie prava doctiſſimo *Reiskio*, in cujus ad me litteris οὐδὲν μᾶλλον ἐγένετο ἡ διαλλαγή. Namque Herodotum velle, tunc temporis quidem & protinus pacem inter Alyatten & Mileſios haud coiiſſe; nihilo tamen magis animorum reconciliationem deinde contigiſſe. Contra ea *Fr. L. Abreſcbio Diluc. Tbucyd.* p. 672. copula deficere videtur, καὶ ὡς πυνθάνομαι, ut in *Vallae* Latinis, aut ὥς τε ἐγὼ πυνθάνομαι. Sic certe mollius oratio labetur, niſi tu malueris majore inciſo ab anteriobus haec avellere.

27. Πρῶ-

fecit & nominavit & docuit Corinthi dithyrambum. Hunc Arionem ferunt, quum permultum temporis triviſſet apud Periandrum, concupiſſe in Italiam Siciliamque navigare: retroque, parta ingenti pecunia voluiſſe Corinthum reverti: &, quum profecturus Tarento eſſet, quia nullis magis quam Corinthiis fidebat, navigium virorum Corinthiorum conduxiſſe. Quum igitur altum tenerent, iſtos Arioni inſidiatos, ut eo exturbato, pecunia potirentur. Hoc illum intelligentem, oraviſſe, oblata eis pecunia, mortem deprecatum. Non perſuadenti nautas mandaviſſe, ut aut ſibi manus inferret, quo ſic ſepulturam in terra nanciſceretur, aut illico in mare deſiliret. Arionem ad hanc difficultatem redactum, obſecraſſe, ut quandoquidem ipſis ita placitum eſſet, paterentur ſe omni ſuo ornatu ſumpto, ſtantem ſuper foros, cantare: & quum cantaſſet, pollicebatur ſe ſibi manus illaturum. Iſtos igitur (invaſerat enim eos libido audiendi præſtantiſſimum inter homines modulatorem) è puppe in mediam navem conceſſiſſe. Illum, induto omni ornato, ac ſumpta cithara ſtantem ſuper foros, peregiſſe carmen quod dicitur orthium: eoque decantato, ſeſe, ut erat cum omni iſto ornatu, in mare ieciſſe. Et hos quidem curſum tenuiſſe Corinthum: illum vero aiunt à delphino exceptum, Tænaron fuiſſe evectum: & quum è delphino deſcendiſſet, Corinthum eodem habitu perrexiſſe: & ubi pervenit, quicquid contigerat enarraſſe. Periandrum autem, quia non crederet, tenuiſſe hominem in cuſtodia, ne quò prodiret: ceterum curam intendiſſe in nautas. Eos accitos, ubi adfuerunt, percontatum ſiquid de Arione memorarent: & referentibus illum ſoſpitem circa Italiam agere, fortunatumque Tarenti ſe reliquiſſe, Arionem apparuiſſe eodem quo deſiluiſſet habitu: iſtos terrefactos, non potuiſſe amplius convictos inficiari. Hæc Corinthii ac Lesbii aiunt: extatque apud Tænaron non magnum Arionis ex ære donarium, homo ſuper

24 πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ποιήσαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ. Τοῦτον τὸν Ἀρίονα λέγουσι, τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου διατρίβοντα παρὰ Περιάνδρῳ, ἐπιθυμῆσαι πλῶσαι ἐς Ἰταλίην τε καὶ Σικελίην· ἐργασάμενον δὲ χρήματα μεγάλα, θελῆσαι ὀπίσω ἐς Κόρινθον ἀπικέσθαι. ὁρμᾶσθαι μέν νυν ἐκ Τάραντος, πιστεύοντα δὲ οὐδαμοῖσι μᾶλλον ἢ Κορινθίοισι, μισθώσασθαι πλοῖον ἀνδρῶν Κορινθίων. τοὺς δὲ ἐν τῷ πελάγει ἐπιβουλεύειν, τὸν Ἀρίονα ἐκβαλόντας, ἔχειν τὰ χρήματα. τὸν δὲ, συνέντα τοῦτο, λίσεσθαι, χρήματα μὲν σφι διδόντα, ψυχὴν δὲ δεόμενον. ὑπὲρ δὴ πείθειν αὐτὸν [b] τούτοισι, ἀλλὰ κελεύειν τοὺς πορθμέας ἢ αὐτὸν διαχρᾶσθαί μιν, ὡς ἂν [c] ταφῆς ἐν γῇ τύχῃ, ἢ ἐκπηδᾶν ἐς τὴν θάλασσαν τὴν ταχίστην. [d] ἀπειληθέντα δὲ τὸν Ἀρίονα ἐς ἀπορίην, δεηθῆσαι, ἐπειδή σφι οὕτω δοκέοι, ἐᾶσαι μιν ἐν τῇ σκευῇ πάσῃ στάντα ἐν τοῖσι [e] ἑωυτοῦ λίοισι, ἀείσαντα. ἀείσας δὲ, ὑπεδέκετο ἑωυτὸν κατεργάσασθαι. καὶ τοῖσι ἐσελθεῖν γὰρ ἡδονὴν, εἰ μέλλοιεν ἀκούσεσθαι τοῦ ἀρίστου ἀνθρώπων ἀοιδοῦ, ἀναχωρῆσαι ἐκ τῆς πρύμνης ἐς μέσην νέα. τὸν δὲ, ἐνδύντα τε πᾶσαν τὴν σκευὴν, καὶ λαβόντα τὴν κιθάρην, στάντα ἐν τοῖσι ἑωυτοῦ λίοισι, διεξελθεῖν νόμον [f] τὸν ὄρθιον. τελευτῶντα δὲ τοῦ νόμου, ῥίψαι μιν ἐς τὴν θάλασσαν ἑωυτὸν, ὡς εἶχε, σὺν τῇ σκευῇ πάσῃ. καὶ τοὺς μὲν ἀποπλέειν [g] ἐς Κόρινθον· τὸν δὲ δελφῖνα λέγουσι ὑπολαβόντα, ἐξενείκαι ἐπὶ Ταίναρον. ἀποβάντα δὲ αὐτὸν χωρέειν ἐς Κόρινθον σὺν τῇ σκευῇ. καὶ ἀπικόμενον ἀπηγέεσθαι πᾶν τὸ γεγονός. Περίανδρον δὲ ὑπὸ ἀπιστίης Ἀρίονα μὲν ἐν Φυλακῇ ἔχειν, οὐδαμῇ μετιέντα, [h] ἀναχῶς δὲ ἔχειν τῶν πορθμέων· ὡς δὲ ἄρα παρεῖναι αὐτοὺς κληθέντας, ἱστορέεσθαι εἴ τι λέγοιεν περὶ Ἀρίονος. Φαμένων δὲ ἐκείνων ὡς εἴη τε σῶς [i] περὶ Ἰταλίην, καί μιν ἐῦ [k] πρήσσοντα λίποιεν ἐν Τάραντι, ἐπιφανῆναί σφι τὸν Ἀρίονα, ὥσπερ ἔχων ἐξεπίδησε· καὶ τοὺς, ἐκπλαγέντας, οὐκ ἔχειν ἔτι ἐλέγχομένους ἀρνέεσθαι. ταῦτα μέν νυν Κορίνθιοι τε καὶ Λέσβιοι λέγουσι. καὶ Ἀρίονός ἐστι ἀνάθημα χάλκεον [l] οὐ μέγα ἐπὶ Ταινάρῳ, ἐπὶ δελφῖνι

a Σὺν *Arcb.* *b* Τούτοισιν idem, cui ſollemne hoc in genere *v.* finale. *c* Ταφεὶς *Vind.* *d* Ἀπειληφθέντα *Arcb.* male. *e* Ἑδώλοισι *Med.*, in ceteris omnibus ἐδωλίοισι, etiam *Suida* ex hoc loco: nec aliter mox. *Harpocration* ex *Herodoti* L. I. ἐδωλιᾶσαι in ἐδωλιᾶσαι. *f* Τὸν ὄρθριον *Arcb. Vind.* *g* Sic *Med.*, ἐς τὴν Κορ. alii omnes, ſicuti & ἐς Ταίναρον. Mox *μετίοντα Venet.* *h* Citat *Suidas* in eo vocabulo. *i* Περὶ τὴν Ἰτ. plerique omnes. *k* Πρήσσοντα *Arcb.* πρήσαντα *Vind.* *l* Deſit οὐ *Vall. Remig. Arcb. & Vind.*, ſine cauſſa.

27. Πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν] *Cui non dictus Hylas, inter delphinas Arion?* Id monuiſſe ſatis erit, *Dionem Chryſoſtomum* O. XXXVII. p. 455. haec Herodoti planiſſime expreſſiſſe, nec de dithyrambo, quod *Galei* editioni adpoſitum, diſſentire Criticos veteres ad *Pindari* Olympion. O. XIII, 25.

36. Τὸν δὲ, συνέντα τοῦτο] Nihil novant Codices. Alibi *συνιέντα* VI, 2., *συνιεῖσα* I, 205. ex *Medic.*, *συνιεὶς* V, 92, 7. & *συνιέναι* V, 80. e *Florentino*. At *συνέντες* V, 92, 3. & *συνεὶς* ejusdem L. cap. 19., quamquam ibi MSS. *συνιεὶς*. Par diſcordia apud alios. Equidem *συνιέντα* melius opinor. Vide *Jo. Daviſium* ad *Juſtin. Mart. Apol.* I. *p.* 441.

39. Ὡς ἂν ταφῆς ἐν γῇ τύχῃ] Salebroſa haec atque intellectu difficilia viro docto in *Miſcell. Lipſ. Nov. vol.* VII. *p.* 612., mihi ſatis expedita. Spem nautae Arioni, ſi ipſe ſibi manus conſciſceret, ſepulturae fecerunt: hoc verba prae ſe ferunt. Non diſſimilia *Fr. L. Abreſch Diluc. Thucyd.* p. 403.

48. Στάντα ἐν τοῖσι ἑδώλοισι] Animi pendeo, Herodotusne hoc, an ἐδωλίοισι dederit, ut *Aeſchylus* VII. *C. Theb. v.* 461., *Choëph. v.* 69, tum *Euripid. Helen. v.* 1587., *Sophocles Ajac. v.* 1295., atque alii de hac officina; quorum quidem auctoritate ſcriptorumque numero librorum ſtandum ſi fuerit, id profecto maluit: nam ſingulare quiddam atque exquiſitius in altero ſpectaſſe, unde noverimus? Favet ἐδώλοισι, neque diſſiteor, Lexicon Herodoteum. At *Suidas* eodem uſus, transcripſit enim paene univerſum, ἐδωλίοισι, neque diſſentit *Heſychius*.

57. Ὡς δὲ ἄρα παρεῖναι] Vir doctiſſimus ὡς δὲ ἄρα, *quum autem videret*, aut ὡς δὲ εὗρε, *quum autem comperiſſet*, offenſus fortaſſe infinitivo, quo capitur delectaturque Herodotus. Sic II, 139. ὡς δ' ἄρα οἴχεσθαι τὸν Αἰθίοπα ἐξ Αἰγύπτου. *ut Aethiops ex Aegypto abiit.* & VIII, 94. ὡς δὲ ἄρα φεύγοντας γίνεσθαι κατὰ τὸ ἱρὸν. Mitto L. I, 86.

58. Ἱστορέεσθαι εἴ τι λέγοιεν] Ἱστορέειν frequentanti *Herodoto* nuſpiam alibi fuit adhibitum ἱστορέεσθαι· fortaſſe ne hic quidem, ubi, ſi quis Codex antiquus faveret coniecturae, praeoptarem εἰρωτέεσθαι· verbum certe Herodoteum, obvium L. VI, c. 3. & L. II, c. 32. εἰρωτεωμένους, εἴ τι ἔχοιεν πλέον λέγειν περὶ τῶν ἐρήμων τῆς Λιβύης, φάναι — · qua ſtructura hoc in loco poſuiſſet: ὡς δὲ ἄρα παρεῖναι, αὐτοὺς κληθέντας εἰρωτέεσθαι, εἴ τι λέγοιεν περὶ Ἀρίονος. *Gellio*, ſcribenti XVI, c. 19. *navitas requiſitos — diſſimulanter interrogaſſe, ecquid audiſſent — ſuper Arione*, verbum εἰρωνεύεσθαι videri poſſet obverſatum; niſi ſua quaedam reliquis etiam Herodoteis immiſcuiſſet: nihil iuvat, ubi hac etiam in hiſtoria *Herodoti* veſtigia premit, *Dion Chryſ.* Or. XXXVII, p. 455. C. Sed *Gellii* paraphraſin felicior forte coniector utiliter comparabit ad iſta, quae ſupra leguntur V. 22. καὶ τοῖσι ἐσελθεῖν γὰρ ἡδονὴν, vitii ſuſpecta *Ti. Hemſterhuſio* ad *Lucian.* p. 432. VALKEN.

64. Ἀνάθημα χάλκεον οὐ μέγα] Meminerunt donarii *Pauſan. Lacon.* C. 25. *Aelianus H. Anim.* L. XII, 45. ſed nihil de eius magnitudine, quam Codicum quidam, deleta negatione, adaugent: non item *Dio Chryſoſtom.* O. XXXVII. p. 455. Ἀρίων δὲ· οὐ γὰρ Περίανδρος, ἀλλ'

Alyattæ mors. Crœsus successor Græcos aliosque ad Halyn usque domat, abstinens ab insulanis.

φίνῳ ἐπεὶ ἄνθρωπος. Ἀλυάττης δὲ ὁ Λυδὸς τὸν πρὸς Μιλησίους πόλεμον διεκένικας, μετέπειτα τελευτᾷ, βασιλεύσας ἔτεα ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα. ἀνέθηκε δὲ ἐκφυγὼν τὴν νοῦσον, δεύτερος οὗτος τῆς οἰκίης ταύτης, ἐς Δελφοὺς κρητῆρά τε ἀργύρεον μέγαν, καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητόν, θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων· Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα, ὃς μοῦνος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε. Τελευτήσαντος δὲ Ἀλυάττεω, [a] ἐξεδέξατο τὴν βασιληίην Κροῖσος ὁ Ἀλυάττεω, ἐτέων [b] ἐὼν ἡλικίην πέντε καὶ τριήκοντα· ὃς δὴ Ἑλλήνων πρώτοισι ἐπεθήκατο Ἐφεσίοισι. ἔνθα δὴ οἱ Ἐφέσιοι πολιορκεόμενοι ὑπ' αὐτοῦ, ἀνέθεσαν τὴν πόλιν τῇ Ἀρτέμιδι, ἐξάψαντες ἐκ τοῦ νηοῦ σχοινίον ἐς τὸ τεῖχος. ἔστι δὲ μεταξὺ [c] τῆς τε παλαιῆς πόλιος, ἣ τότε ἐπολιορκέετο, καὶ τοῦ νηοῦ, ἐπὶ στάδιοι. πρώτοισι μὲν δὴ τούτοισι ἐπεχείρησε ὁ Κροῖσος· μετὰ δὲ, οὐ μέρεϊ ἑκάστοισι Ἰώνων τε καὶ Αἰολέων, ἄλλοισι ἄλλας αἰτίας ἐπιφέρων, τῷ μὲν ἐδύνατο μέζονας παρευρίσκειν, μέζονα ἐπαιτιώμενος, τοῖσι δὲ [d] αὐτέων καὶ φαύλα ἐπιφέρων. Ὡς δὲ ἄρα οἱ οὐ τῇ Ἀσίῃ Ἕλληνες κατεστράφατο ἐς Φόρου ἀπαγωγήν, τὸ οὐθεὺτεν ἐπενόεε, νέας ποιησάμενος, ἐπιχειρέειν τοῖσι νησιώτῃσι. [e] ἑόντων δέ οἱ πάντων ἑτοίμων ἐς τὴν ναυπηγίην, οἱ μὲν Βίαντα λέγουσι τὸν Πριηνέα ἀπικόμενον [f] ἐς Σάρδις, οἱ δὲ Πιτταχὸν τὸν Μιτυληναῖον, [g] εἰρομένῳ Κροίσῳ εἴ τι εἴη νεώτερον περὶ τὴν Ἑλλάδα, εἰπόντα τάδε, καταπαῦσαι τὴν ναυπηγίην, Ὦ βασιλεῦ, νησιῶται „ ἵππον συνωνέονται μυρίην, ἐς Σάρδις τε καὶ ἐπί σε „ ἔχοντες σὲ νῷ στρατεύεσθαι. Κροῖσον δὲ, ἐλπίσαντα λέγειν ἐκεῖνον ἀληθέα, εἰπεῖν, Αἲ γὰρ τοῦτο θεοὶ „ ποιήσειαν ἐπὶ νόον νησιώτῃσι, ἐλθεῖν ἐπὶ Λυδῶν παῖδας σὺν ἵπποισι. τὸν δὲ, ὑπολαβόντα φάναι, Ὦ „ βασιλεῦ, εὐθύμως μοι φαίνεαι εὔξασθαι νησιώτας „ ἱππευομένους λαβεῖν σὲ ἠπείρῳ [h] εἰκότα ἐλπίζων· „ νησιώτας δὲ τί δοκέεις εὔχεσθαι ἄλλο ἢ ἐπεί τε „ τάχιστα ἐπύθοντό σε μέλλοντα ἐπὶ σφίσι ναυπηγέεσθαι νέας, λαβεῖν [i] ἀρώμενοι Λυδοὺς ἐν θαλάσσῃ, „ ἵνα ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ οἰκημένων Ἑλλήνων τίσωνταί σε, τοὺς σὺ δουλώσας ἔχεις; κάρτα τε ἡσθῆναι

per delphinum vehens. Porro Alyattes Lydus, confecto cum Milesiis bello, postea, quum septem & quinquaginta regnasset annos, vita excessit: qui secundus ex hac domo, quum è morbo convaluisset, apud Delphos dedicavit grandem ex argento craterem: itemque crateris receptaculum parvum, ex ferro, ferruminatum, spectatu dignum inter omnia quæ sunt Delphis donaria: opus Glauchi Chii, qui solus omnium hominum ferruminationem excogitavit. Defuncto Alyatte, 26 successit in regno filius ejus CROESUS, annos natus quinque & triginta: qui primis Graecorum Ephesiis bellum intulit. Unde Ephesii ab eo obsessi, urbem Dianæ dedicarunt, fune ex ejus æde ad murum alligato. Est autem inter veterem urbem, quæ tunc obsidebatur, & templum, septem stadiorum intervallum. Hos primos Crœsus aggressus est, deinde vero per vices singulos Ionum AEolensiumque, aliis alias caussas inferens, ut in quosque maximas reperire poterat, majora; in quosdam etiam frivola caussatus. Postea ve- 27 ro quam Græcos in Asia subegit ad tributum pendendum, inde constituit ædificatis navibus aggredi insulanos. Ad quas compingendas, quum omnia illi parata essent, dicunt alii Biantem Prienensem, quum Sardes venisset, alii Pittacum Mitylenæum, interrogatum à Crœso, numquid apud Græciam novi esset? respondisse, quod illum à facienda classe inhibuit. Inquit enim, Insulani, ô rex, decem millia equitum conducunt, habentes in animo adversus Sardes atque te militare. & Crœsum vera loqui ratum, dixisse, utinam dent dii hanc insulanis mentem Lydos invadendi cum equis! Atque hunc excipientem dixisse, videris mihi, ô rex, cupide vota facturus ut insulanos in continente adipiscaris equitantes, haud absurda spe. Verum quid aliud insulanos optare censes, simulac audierunt constituisse te adversus se classem ædificare, quam precantes, ut nacti Lydos in mari intercipiant, teque pro Graecis in continente, quos tu in servitute contines, ulciscantur? Hoc sermone delectatum admodum Crœsum, at-

a Διεδέξατο *Ammon.* in Τύραννος. Paullo supra θέης ἄξιον laudat & explicat *Eustath. in Homer.* p. 626, 52. *b* Ὢν *Venet. Arch.* *c* Sic *Med.*, encliticam plerique alii ignorant. παλαιᾶς *Ven. Arch.* *d* Αὐτῶν *Med. Arch.*, ἀυτέων, ut solent Iones, *Ald. Vind. Remig Venet.* atque alii. *e* Ῥεόντων in *Arch.* *f* Ἐς Κροῖσον *Ald.* & ora *Steph.* *g* Sic *Med. Remig. Venet.*, reliqui εἰρομένου δέ. *h* Εἰκότα *Ald. Paris. B. Venet. Arch. Vind. Remig.*, ἐοικότα *Medic.* Paullo ante in *Remig.* ἱππευομένους. *i* Ex *Aldo*, *Etonens. Med. Arch. Vind. Venet. Paris.* duobus & ora *Steph.* In *Remig.* ἀρᾶσθαι & *Paris. A.* & *Steph. edit.*

Ἀρίων ποιησάμενος μίμημα χαλκοῦ οὐ μέγα ἀνέθηκεν ἐπὶ Ταινάρου· Nostro prorsus conspirans atque epigramma explodens, quo Periandro doni dedicatio contribuitur *Florileg. L.* IV, 16. p. 488. Dat aliud, & verum, ut opinor, melius certe, *Aelianus:*

Ἀθανάτων πόμπαισιν Ἀρίονα, Κύκλοπος υἱὸν
Ἐκ Σικελοῦ πελάγους σῶσεν ὄχημα τόδε.

70. Καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον] Sic *Hegesander* in *Athen. L.* V, 13. ex Herodoto, & *Philostratus* VI. *Vit. Apoll. C.* II. *p.* 247. In *Plutarcho Defect. Orac.* p. 436. nunc ἐπικρατηρίδιον, sed olim, ut in Herodoto, teste Turnebiano libro. Ὑποκρατήριον in *Eusebio* L. I. *adv. Marcellum* C. 3., cujus ex verbis *Th. Reinesius*, vir longe doctissimus, *L.* III. *Observ. C.* 6. non citra rationem conficit, vocabulum injuria a doctis interpretibus in diminutivorum numero censeri: nam haud exiguum hoc ὑπόθημα τοῦ Ἀλυάττου κρατῆρος fuisse ex *Pausan.* L. X, 16. & *Hegesandro* abunde liquere. ΚΡΗΤΗΡΑ ΚΑΙ ΤΠΟΚΡΗΤΗΡΙΟΝ, *craterem cum sua basi* habet quoque *Sigea* inscriptio p. 34.

72. Σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε] *Ferri inter se glutinum excogitavit* vertit *Hieronymus* in *Eusebii Chron.* Olymp. XXV, 4. Id vero quale fuerit, an simile ferruminationi, qua adhibito aeris genere fabri ferrarii defunguntur, finire non puto necesse. *Pausanias* tamen innuit: μόνη δὲ κόλλα συνέχει τε καὶ ἔστιν αὕτη τῷ σιδήρῳ δεσμός. *solum glutinum basin, sive* τὸ ὑπόθημα τοῦ κρατῆρος, *ligat, estque hoc ferro vinculum.* De Glauco plura *Fr. Junius in Catalogo Artific.* p. 92.

79. Ἔστι δὲ μεταξὺ τῆς τε παλαιῆς &c.] *T. Fabri* conjecturam *Jac. Gronov.* valere iussit, ἑπτασταδίου, ut oratio constet, refingens: stabit eadem, si ἑπτὰ στάδια cum *St. Berglero* malueris, neque incondita erit, si εἰσὶ δὲ reperiatur. Noster VI, 36. εἰσὶ δὲ οὗτοι στάδιοι ἔξ τε καὶ τριήκοντα τοῦ ἰσθμοῦ. Tum, de ipso hoc templi ab Epheso intervallo, *Xenoph. Ephes.* I. p. 2. ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ ἱερὸν στάδιοί εἰσιν ἑπτά. Itaque optio est. De belli hujus occasione atque eventu *Aelian. V. H. L.* III, 26. & *Polyaen. Strateg.* V, 50.

84. Τοῖσι δὲ αὐτέων καὶ &c.] *Nullum sine patrocinio vitium*, in re diversi generis *Seneca* ait. Αὐτέων, τουτέων &c. Ionum sunt, huius dialecti scriptoribus frequentata. *Jensium* vide in *Luciani* Astrol. C. I. Mediceae membranae in horum usu variae: modo probant, modo improbant, ut I, 135. 142. 143. &c. quae mihi mobilitas non adridet. Suum Herodoto reddam, quoties occasio feret.

99. Εἰκότα ἐλπίζων] Sic L. V, 10. VII, 5. &c. Medicei ἐοικότα melius non est: adplauderem si εἰκότα foret, quod I, 137. 155. &c. rectissime edit. *Cl. Reiskius* ante haec existimat deesse, ἵνα ῥᾳδίως ὑπαγάγῃ αὐτοὺς, modo tamen certum sit, Herodotum Isocrateo more cola sibi aequalia & respondentia voluisse fingere, quod ego certum esse minime mihi persuadeo.

Quod

atque inductum (est enim visus ille perquam scite dixisse) ab fabricanda classe destitisse, atque ita cum Ionibus, qui insulas incolerent,
28 hospitium contraxisse. Interiecto autem tempore, subactis ferme omnibus qui intra Halyn fluvium colunt: nam præter Cilices ac Lycios Crœsus ceteros omnes in suam potestatem redegit, qui sunt, Lydi, Phryges, Mysi, Mariandyni, Chalybes, Paphlagones, Thraces, qui Thyni & Bithyni, Cares, Iones, Dorien-
29 ses, AEolenses, Pamphyli. His inquam subactis, & potentia Lydorum per Crœsum augescente, contulerunt se Sardes opibus florentes, tum ceteri omnes è Græcia sophistæ, qui ea tempestate erant, pro se quisque proficiscentes: tum etiam Solon, vir Atheniensis, qui quum leges iubentibus Athenienſibus tulisset, enavigando decem annos per causſam contemplandi fuit peregrinatus, ut ne quam legum quas condiderat abrogare cogeretur. Nam hoc Athenienses ipsi facere nequibant, maximo iureiurando adacti ad eas decem per annos servandas, quas ipsis Solon condidisset.
30 Harum itaque legum ac contemplandi gratia Solon peregre profectus, in AEgyptum ad Amasim se contulit, & Sardes ad Crœsum. Eo quum perveniſſet, hospitaliter in regiam à Crœso exceptus est; tertioque aut quarto post die, iussu Crœsi, ministri circumduxerunt Solonem circa thesauros, omniaque quæ illic erant magna ac beata, ostentarunt. Eum porro contemplatum cuncta, & ut sibi opportunum fuerat intuitum, talibus percontatus est Crœsus. Hospes Athenienſis, quia multus ad nos rumor de te emanavit ob tuam sapientiam, & ob peregrinationem, quemadmodum studio sapientiæ

5 ἡσθῆναι Κροῖσον τῷ ἐπιλόγῳ· καί οἱ (σοφοὺς γὰρ δόξαι λέγειν) πυθόμενον, παύσασθαι τῆς ναυπηγίης· καὶ οὕτω τοῖσι τὰς νήσους οἰκημένοισι Ἴωσι ξεινίην συνεθήκατο. Χρόνου δὲ [a] ἐπιγινομένου, καὶ κατεστραμμένων σχεδὸν πάντων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ οἰκημένων· πλὴν γὰρ Κιλίκων καὶ Λυκίων, τοὺς ἄλλους πάντας
10 [b] ὑπ' ἑωυτῷ εἶχε καταστρεψάμενος ὁ Κροῖσος. εἰσὶ δὲ οἵδε, Λυδοί, Φρύγες, Μυσοί, [c] Μαριανδυνοί, Χάλυβες, Παφλαγόνες, Θρῆκες, [d] οἱ Θυνοί τε καὶ Βιθυνοί, Κᾶρες, Ἴωνες, Δωριέες, Αἰολέες, Πάμφυλοι. 11
15 Κατεστραμμένων δὲ τούτων, καὶ προσεπικτωμένου Κροίσου Λυδοῖσι, ἀπικνέονται ἐς Σάρδις ἀκμαζόντων πλούτῳ [e] ἄλλοι τε οἱ πάντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος σοφισταί, οἱ τοῦτον τὸν χρόνον ἐτύγχανον ἐόντες, ὡς ἕκαστος [f] αὐτέων ἀπικνέοιτο· καὶ δὴ καὶ Σόλων, ἀνὴρ
20 Ἀθηναῖος, ὃς Ἀθηναίοισι νόμους κελεύσασι ποιήσας, ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα, κατὰ θεωρίης προφασιεὶ ἐκπλώσας, [g] ἵνα δὴ μή τινα τῶν νόμων ἀναγκασθῇ λῦσαι τῶν ἔθελο. αὐτοὶ γὰρ οὐκ οἷοί τε ἦσαν αὐτὸ ποιῆσαι Ἀθηναῖοι· ὁρκίοισι γὰρ μεγάλοισι κατείχοντο, δέκα ἔτεα χρήσε-
25 σθαι νόμοισι τοὺς ἂν [h] σφίσι Σόλων θῆται. [i] Αὐτῶν δὴ ὧν τούτων καὶ τῆς θεωρίης ἐκδημήσας ὁ Σόλων [k] εἵνεκεν. ἐς Αἴγυπτον ἀπίκετο παρὰ [l] Ἄμασιν, καὶ δὴ καὶ ἐς Σάρδις παρὰ Κροῖσον. ἀπικόμενος δὲ, ἐξενίζετο ὑπὸ τοῖσι βασιληίοισι ὑπὸ [m] τοῦ Κροίσου· μετὰ δὲ, ἡμέρῃ τρί-
30 τῃ ἢ τετάρτῃ, κελεύσαντος Κροίσου, τὸν Σόλωνα θεραπόντεσι ἐσῆγον κατὰ τοὺς θησαυροὺς, καὶ [n] ἐπεδείκνυσαν πάντα ἐόντα μεγάλα τε καὶ ὄλβια. θεησάμενον δέ μιν τὰ πάντα, [o] καὶ σκεψάμενον ὡς οἱ καιρὸν ἦν, εἴρετο ὁ Κροῖσος τάδε. Ξεῖνε Ἀθη-
35 ναῖε, παρ' ἡμέας γὰρ περὶ σέο λόγος ἀπῖκται πολ-

» λὸς,

a Ἐπιγιγνομένου *Arch.* *b* Ex *Medic.*, ceteri ὑπό. *c* Μαρυανδυνοὶ *Arch.* Μαρυανδανδυοὶ *Vind.* Quae sequuntur exscripsit *Eustath.* in *Dionys. Perieg.* v. 322. *d* Ὀυνοὶ *Arch.* Ἰδυνοὶ *Remig.* *e* Ἄλλοι οἱ πάντες *Vind.* *f* Αὐτέων omnes. ἀυτῶν *Med.* *g* Sic *Medic.* ceteri plerique ἵνα μὴ δή τινα levi discrimine. *h* Σφισὶ omnes ferme. σφὶ *Medic.* *i* Ita *Medic. Remig. Vind. Arch. Paris.* ora *Steph. Venet.*; ἀυτοῦ δὴ ὧν τούτου vulgo. *k* Idem. In *Aldo* & paucis εἵνεκα. *l* Ἄμασι *Ald.* vitio operarum. *m* Articulus desit *Arch.* qui mox ἡμέρην τρίτην ἢ τετάρτην, probante *Galeo*, sine causſa. Μετὰ δὲ ponitur absolute, ut passim. *n* Sic cum *Medic.* plerique omnes. ἀπεδείκνυσαν *Venet.* ἐπιδείκνυον *Aldus* eumque secuti. *o* *Arch. Medic. Remig. Vind. Steph.* margo, *Paris.*, vulgo πάντα ἐόντα μεγάλα τε καὶ σκεψ. praecedentibus perperam iteratis. *p* Σεῦ *Venet.* non male.

Quod post pauca *Steph.* vulgavit λαβεῖν ἀρξάσθαι Λυδούς, id *Codd.* auctoritatem secutus fecit: tueri quoque factum potest, quod ἀρώμενοι lenem orationem nonnihil turbent. Quare tollendum ἀρξάσθαι *Cor. de Pauw* decrevit. *Reiskius* revocandum censuit, aut in ἀρώμενοι, quod Ionum ore idem, vertendum. Equidem consensui tot MSS. non obnitar. Vide *Gronovium.*

11. Εἰσὶ δὲ οἵδε, Λυδοὶ] *Lydorum* minime opportuna hic ponitur mentio, siquidem eos non domuit, sed a maioribus accepit, imperio subditos: reliquas nationes Lydis rex addidit, προσεπικτωμένου Κροίσου Λυδοῖσι, uti sequitur. Vidit & hoc *Cor. de Pauw.* Thraces Europaeos Croesus non subegit, sed Asiae incolas, Thynos & Bithynos, ex Thracia progressos. Bene *Claudianus* II. *in Eutrop.* v. 247.

Thyni Thraces erant, quae nunc Bithynia fertur.

Adde infra VII, 75.

17. Ἄλλοι τε οἱ πάντες ἐκ τῆς &c.] Cur, obsecro, οἱ πάντες σοφισταί; aptius equidem hac in sede iudicarem ἐπιφανέες· ut Sardes isto tempore venisse dicerentur ἄλλοι τε ἐπιφανέες ἐκ τῆς Ἑλλάδος σοφισταί, — καὶ δὴ καὶ Σόλων. VALKEN.

17. Ἄλλοι τε οἱ πάντες &c.] Membranae conjecturae robur negant. Videtur Herodotus illos, qui uno tempore & habiti & vocati sapientes sunt, innuere. Nihil sane erat, cur *Plut. de Malign. Herod. p.* 857. *F.* σοφιστὰς eos nuncupari indignaretur, cum Solonem *Isocrates*, *Themistius* atque alii, quibus testimonium *Jo. Meursius in Solone C.* 4. denuntiavit, non alio ornarint titulo, nec in contemtum tamen, uti neque Herodotus, cui Pythagoras σοφιστὴς IV, 95. & σοφισταὶ quotquot tota Graecia sapientiae fama illustres II, 49. Belle *Aristides* T. III. p. 517. ὀυχ Ἡρόδοτος Σόλωνα σοφιστὴν ἀπέλιγκεν; οὐ Πυθαγόραν πάλαι; οὐκ Ἀνδροτίωνα τοὺς ἑπτὰ σοφιστὰς προσείρηκε; λέγω δὴ τοὺς σοφούς. *Demosthenes*, nisi Androtion fuerit, de quo *Aristides*, in *Erotic.* p. 757. de Solone ἐπ' οὐδενὶ μᾶλλον ἐσπούδασεν, ἢ τῶν ΕΠΤΑ ΣΟΦΙΣΤΩΝ ὅπως γένηται. Verum ea turbato animo *Plutarchus*, pacatior Chilonem τὸν σοφιστὴν T. II. p. 96. & reliquos de hoc numero σοφιστὰς salutavit.

15. Αὐτῶν δὴ ὧν τούτων καὶ τῆς θεωρίης &c.] Adsentitur in decennali peregrinatione, Croesique ex Solonis congressu *Plut. in Solon. p.* 92., non infitiatus fuisse, qui eum τοῖς χρόνοις ὡς πεπλασμένον, sive temporum ratione commentitium haberent: neque nostra aetate deficiunt eadem illis opinati, Solonisque cum Croeso colloquium fabulis adnumerantes, in quis *Jac. Bruckerus Histor. Philosoph.* T. I. p. 444. & *Freretus Comment. Acad. Inscript.* T. VII. p. 433. Solonem aiunt Olymp. XLVI, 3. leges Athenienſibus tulisse: obiisse, nec in Lydia tamen, tyrannidis Pisistrateae anno secundo sub Olymp. LIV., qua regnare Croesus inter Lydos coeperit: itaque *pergula pictorum, verè nihil.* Sed fac certum ratumque esse, quod ex Heraclide Pontico *Plut. in Solon.* p. 96. F. perhibet, Solonem συχνὸν χρόνον conplures annos post occupatam a Pisistrato tyrannidem superstitem fuisse, quid impediet, quo minus in Lydiam, gemente sub unius dominatione civitate, peregre abire potuerit, quorsum & ea ducunt, quae *Diogen. Laërt.* I. 1, 90. 99. habet, tum *Libanius* T. II. p. 297. A. Atque hoc secutus est *Jo. Meursius in Solone* suo C. 28. At tum Herodotus & Plutarchus cum *Proclo* in *Timaeum Platon.* p. 29., quibus illud iter & colloquium ante Pisistrati tyrannidem figere libuit, in errore, quem & illis exprobravit *Jo. Meursius*, manifesto erunt. Fac tamen, & quid morabitur, quo minus ponatur, Solonem non statim a latis legibus, sed illis annorum lapsu stabilitis, itineri se tradidisse: porro Croesum Alyattae patri regni consortem fuisse, quod Noster significare videtur L. 1, 92., eiusdemque auspiciis bella gesisse, ut apud *Suidam* in Κροῖσος· quo quidem tempore, si iuvenem principem & fortunae successibus ebrium, Sardibus Solon convenerit, nihil profecto erit, cur fabulosum hoc colloquium censeatur, ne

„ λὸς, καὶ σοφίης εἵνεκεν τῆς σῆς καὶ πλάνης, ὡς
„ φιλοσοφέων [a] γῆν πολλὴν θεωρίης εἵνεκεν ἐπελήλυ-
„ θας· νῦν ὦν ἵμερος ἐπείρεσθαί [b] με ἐπῆλθέ σε, εἴ
„ τινα ἤδη πάντων εἶδες ὀλβιώτατον; ὁ μὲν, ἐλπίζων
εἶναι ἀνθρώπων ὀλβιώτατος, ταῦτα ἐπηρώτα· Σόλων
δὲ, οὐδὲν [c] ὑποθωπεύσας, ἀλλὰ τῷ ἐόντι χρησάμε-
„ νος, λέγει, Ὦ βασιλεῦ, Τέλλον Ἀθηναῖον. [c] ἀπο-
θωϋμάσας δὲ Κροῖσος τὸ λεχθὲν, εἴρετο [d] ἐπιτρεφέως,
„ Κοίῃ δὴ κρίνεις Τέλλον εἶναι ὀλβιώτατον; ὁ δὲ εἶπε,
„ Τέλλῳ, [e] τοῦτο μὲν τῆς πόλιος εὖ ἡκούσης, παῖ-
„ δες ἦσαν καλοί τε κἀγαθοὶ, καί σφι εἰδὲ ἅπασι
„ τέκνα ἐγενόμενα, καὶ πάντα ὠδημείναντα.
„ [f] τοῦτο δὲ τὸ βίῳ εὖ ἥκοντι, ὡς τὰ παρ' ἡμῖν,
„ τελευτὴ τῷ βίῳ λαμπροτάτη ἐπεγένετο. γενομένης
„ γὰρ Ἀθηναίοισι μάχης πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας ὑπὸ
„ Ἐλευσῖνι, βοηθήσας, καὶ τροπὴν ποιήσας τῶν πο-
12 „ λεμίων, ἀπέθανε κάλλιστα. καί μιν Ἀθηναῖοι δη-
„ μοσίῃ τε ἔθαψαν αὐτοῦ τῇπερ ἔπεσε, καὶ ἐτίμη-
„ σαν μεγάλως. Ὡς δὲ τὰ κατὰ τὸν Τέλλον πρω-
ετρέψατο ὁ Σόλων τὸν Κροῖσον, [g] εἶπας πολλά τε
καὶ ὄλβια, ἐπηρώτα τίνα δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ἴδοι;
δοκέων [h] πάγχυ δευτερεῖα γῶν οἴσεσθαι. ὁ δὲ εἶπε
„ [i] Κλέοβίν τε καὶ Βίτωνα. τούτοισι γὰρ ἐοῦσι γέν-
„ Ἀργείοισι βίος τε ἀρκέων ὑπῆν. καὶ πρὸς τούτῳ,
„ ῥώμη σώματος τοιήδε, ἀεθλοφόροι τε ἀμφότεροι ὁ-
„ μοίως ἦσαν. καὶ δὴ καὶ λέγεται [k] ὧδε ὁ λόγος· ἐόν-
„ σης ὁρτῆς τῇ Ἥρῃ τοῖσι Ἀργείοισι, ἔδεε πάντως
„ τὴν μητέρα αὐτῶν ζεύγει κομισθῆναι ἐς τὸ ἱρόν· οἱ
„ δέ σφι βόες ἐκ τοῦ ἀγροῦ οὐ παρεγίνοντο ἐν ὥρῃ·
„ [l] ἐκκλῃόμενοι δὲ τῇ ὥρῃ οἱ νεηνίαι, ὑποδύντες αὐ-
„ τοὶ

tiæ deditus multam mundi partem videndi ſtudio adieris: ideo mihi nunc cupido inceſſit ſciſcitandi ex te, ecquem jam vidiſti omnium beatiſſimum? Sperans videlicet ſe inter homines beatiſſimum eſſe, ita ſciſcitabatur. Solon autem nihil admodum aſſentatus, ſed ut res erat reſpondens, Ego vero (inquit) ô rex, vidi beatiſſimum Tellum Athenienſem. Quod dictum admiratus Crœſus inſtat interrogare, Qua re Tellum judicas eſſe beatiſſimum? Quia, inquit, Tello, republica bene inſtituta, filii fuerunt honeſti & boni, & illis vidit ſingulis enatos liberos, hosque omnes ſuperſtites: & quum vita bene huic cederet, quantum in nobis eſt, obitus ſplendidiſſimus inſuper obtigit. Siquidem prœlio, quod Athenienſes cum finitimis geſſere apud Eleuſinem, quum auxilio veniſſet, hoſtesque in fugam vertiſſet, pulcherrimam oppetiit mortem. Quem Athenienſes, quo loco occubuerat, eo ipſo publice humarunt, magnificeque honorarunt. Tum vero multa de Tello ac beata Solone referente, excitatus Crœſus, interrogat quemnam ſecundum ab illo vidiſſet? putans haud dubie ſecundas ſe partes eſſe laturum. Cleobin, inquit ille, & Bitonem: quippe his & genus Argivum erat, & victus ſuppeditabat: adhæc corporis robur tantum; ut & in certaminibus ambo pariter præmia tulerint, & de his etiam iſta memorentur: Quum dies feſtus Iunonis apud Argivos eſſet, oporteretque omnino matrem horum ad templum vehi bobus iunctis, hique boves ex agro eis ad horam præſto non eſſent: tunc juvenes excluſi tempore, ipſi

a Τὴν πολλὴν *Pariſ. A. B. Remig.* τὴν πολλὴν *Medic.* τὴν πόλιν *Vatican.* unus, nam ceteri quatuor τῆς πολλῆς, ut *Arcb. Vind. Pariſ. C. Venet.* cum *Aldo.* *b* Μοὶ ἐπῆλθε, εἰ *Arcb. Vind. Venet.* *c* Sic omnes cum *Aldo*, ἀποθωμάσας *Medic.* *d* Citat *Suidas* in Voce. *e* Τοῦτο μὲν *Remig.* in *Vind.* τῷ μέν in aliis omnibus τούτῳ μέν. Mox ἠκούσης in margine tantum *Arcb.* *f* Τοῦτο δὲ *Remig.* τούτῳ δὲ *Medic.* ἐς τοῦτο δὲ ceteri cum *Aldo.* *g* Εἰπὼν *Arcb. Vind.* *b* In *Arcb.* videtur olim fuiſſe πάμπαν. Eſt enim in correctione πάγχυ, *Vindob.* παγίαν. *i* Κλεόβιν *Arcb.* Κλέωβιν alii omnes. *k* *Medic Remig. Vindob. Pariſ.* duo, probe. In reliquis ὧδε λόγος. Paullo ante ἦσαν *Vind.* & alii, ſed male, & contra lonum morem, etſi ita ſaepe ante. Vide *Etymol.* p. 381. *l* Iterum *Medic. Remig. Vind. Pariſ. A.*, alii ἐκκλῃζόμενοι.

ipſa quidem Amaſis, Aegyptiorum regis, mentio. At hae conjecturae ſunt, tales tamen, quae ſcriptoris fidem ex tanta volutatione extrahere queunt. Vide & Ampl. *Bouberii Diſc. Herodot.* C. 16.

37. Ὡς φιλοσοφέων γῆν πολλὴν θεωρίης &c.] Vulgatum τῆς πολλῆς juſtiſſime *Gronovius*, quippe in ſermonis indolem arietans, in exilium ire iuſſit, qui ſi & γῆν correxiſſet, ut in *Homer. Il. O*, 85. ὅς τ' ἐπὶ πολλὴν γαῖαν ἐληλυθὼς, locum perſanasſet. Amplexi id merito ſunt, trium MSS. auctoritate probe munitum, *Kuſterus in Cler. Bibl. N. & V.* T. v. p. 389., *D'Orvilius ad Chariton.* L. II. p. 160., Abbas *Geinoz Comment. Acad. Inſcript.* T. XVI. p. 58. & *Reiskius.* Ipſe *Herodotus*, quod ſedulitatem *Gronovii* haud latuit, IV, 76. ἐπεί τε γῆν πολλὴν θεωρήσας, in re non diſſimili. Tale quoque hoc *Demoeriti* apud *Euſeb. Pr. Evang.* L. X, 4. p. 472. ἐγὼ δὲ τῶν κατ' ἐμαυτὸν πλείστην γῆν ἐπεπλανησάμην ἱστορέων τὰ μήκιστα. Neque dubium mihi eſt, quin *Medic.* ſcriptura & ſimilis ferme *Vatic.* ex frequenti T & Γ confuſione progenita fuerit: ferri tamen potuerat, ſi Croeſus Ἀσίης τὴν πολλὴν, quemadmodum in *Arriani Indic. C.* 5., memorasſet, uti Λιβύης τὴν πολλὴν *Joſeph. C. Apion. L.* I, 19. & Καρίης τὴν πολλὴν Noſter V, 103. At τὴν πολλὴν, nullo regionis adpoſito vocabulo, quis *plurimam mundi partem* jure explicuerit?

45. Τέλλῳ, τοῦτο μὲν τῆς πόλιος &c.] Demiratus ſaepe ſum, nemini leve, quod haec occupaverat vitium ſuboluiſſe, praeſertim ſequentibus id manifeſto prodentibus. *Medicei* quidem ope ἐς τοῦτο δὲ aliam faciem induit, nec ſpecioſam tamen: meliorem putabat *Cl. Reiskius* οὕτω δέ. Mihi ſcripſiſſe ſemper viſus, quod editum cum maxime eſt. Auctorem opinionis *S. Remigii* codicem habeo, ipſumque Herodotum, τοῦτο μὲν & τοῦτο δὲ toties totiesque iterantem: exemplorum affatim eſt in *Porti Lex.*, nec Herodoti ſtudioſum fugere poſſunt. Quem autem Τέλλον adpellat, is Τέλλως *Tzetzae Chil.* I, 30. & VIII, 197. Vide *T. Hemſterbuſii*, longo mihi uſu iunctiſſimi, adnotationes in *Luciani Contemplant.* C. 10.

54. Ὡς δὲ τὰ κατὰ Τέλλον προετρέψατο] Mutavit vir doctiſſimus *Miſcell. Lipſ. Vol.* VII. p. 613. ultimum in προσετρέψατο, neque aliud in ſcripto ad me, niſi προστρέπεσθαι *eſſe aliquem ad ſe convertere, attentum ſibi facere:* itaque, nam cetera conſulto omitto, verborum ſententiam videri: *poſtquam dixiſſet res Telli valde beatas, eoque attentum & animi ſuſpenſum fecisſet Croeſum Solon.* Quin credidiſſe olim ſe, τοῖς κατὰ Τέλλον praeſtare. Quo quidem molimine, adiumentis codicum deſerto, non opus erit, modo ex conſequenti ad ſententiam cum Cl. *Abreſchio Diluc. Thucyd. p.* 332. adſciſcatur προετρέψατο ἐπερωτᾶν *incitavit ad porro interrogandum.* In *Parthenii* Erotic. C. I. ἐκεῖνος αὐτὸν ὑποδεχόμενος εἰς πολὺν οἶνον προετρέψατο, *ille hoſpitio exceptum multo vino provocavit.* Herodoti mentem *Valla* bene adſecutus eſt.

58. Κλέοβίν τε καὶ Βίτωνα] Creberrima utriusque mentio, ſed, quemadmodum *Archiep.*, Κλέοβιν adpellitant priorem. Opportune monuit *Hemſterbuſius*, metri neceſsitate hunc ſcribendi modum Epigramma probare in *Stobaei* Serm. CXIX. p. 603. Ὅιδε Βίτων Κλέοβίς τ' ἐπὶ σώμασιν οἰκείοισι Ζεύγλαν ζευξάμενοι &c. Sic ergo praeſtat. Adde *Jo. Alb. Fabricium* ad *Sexti Hypotyp.* L. III, 24. p. 186., ubi pars haec Muſae Herodoteae λόγος περὶ τῆς Ἀργείας ἱερείας, & *Jo. Daviſium* ad *Cicer. Tuſc. Diſp.* I, 47., recte *Stobaei* μητρὸς αὐτῶν δεξαμένης corrigentem: quod tamen non *Stobaei*, ſed *Geſneri* videtur peccatum: nam in *Veneta* editione εὐξαμένης vulgatum primitus fuit.

62. Ἔδεε πάντως τὴν μητέρα αὐτῶν &c.] Iunonis Argivae ſacerdotio fungebatur, nec ſacris per legem abeſſe poterat. De ea praeter *Aeſchin. Socrat. Dial.* III, 10., *Choricium O. in Procop. Gazaeum* C. 33., *Palaephat. Incredib. Cap. ult.*, *Servius* ad Georgic. III, 532. Herodoti Hiſtoriam primam laudans.

65. Ἐκκλῃόμενοι] De iisdem *Cicero* Tuſc. I, C. 47. *Iuvenes bi, — veſte poſita corpora oleo perunxerunt, ad iugum acceſserunt: ita ſacerdos advecta in fanum. Ciceronem* in *Herodoto* legiſse ſuſpicor: ἐκδυόμενοι δὲ (*veſte*

ipsi jugum subeuntes, plaustrum traxerunt quo mater vehebatur, & quinque ac quadraginta per stadia trahentes ad templum pervenerunt. Quibus quum hæc feciſſent, & ab omni cœtu conſpecti fuiſſent, optimus obtigit vitæ exitus: & in his deus demonſtravit, 70 ſatius homini eſſe mori magis quam vivere. Nam quum circumſtantes Argivi laudibus tollerent, viri quidem robur adoleſcentium, feminæ vero matrem eorum, quod tales filios ſortita eſſet: mater gaudio perfuſa cum facto tum fama, ante ſimulacrum ſtans, precata 75 eſt Deam, ut Cleobi & Bitoni filiis ſuis, qui illam magnopere honoravisſent, daret id quod optimum eſſet homini contingere. Poſt hanc precationem, ubi ſacrificarunt epulatique ſunt, adoleſcentes ſomno quieſcentes in ipſo delu- 80 bro, non reſurrexerunt, ſed hoc vitæ exitu perfuncti. Quorum effigies, tanquam virorum qui præſtantiſſimi extitiſſent, Argivi fa- 32 ctas apud Delphos collocarunt. Et his quidem Solon ſecundas beatitudinis partes attribuit. Crœſus autem conturbatus, inquit, 85 Hoſpes Athenienſis, adeone à te dejicitur in nihilum noſtra felicitas, ut ne privatis quidem viris nos æquiparandos ducas? Cui ille, Me, ô Crœſe, gnarum omne numen invidum eſſe & turbulentum, de rebus humanis interrogas? In diuturno enim tempo- 90 re multa videre accidit, quæ nemo velit, atque etiam tolerare multa. Propono enim homini terminum vitæ ad ſeptuaginta annos, qui tot anni conſtant ex vigintiquinque millibus ac ducentis diebus, menſe in- 95 tercalari non poſito. Quod ſi velit alternos iſtorum annorum addito menſe prolixiores fieri, ut tempeſtates opportune incidentes congruant, menſes quidem intercalares per annos ſeptuaginta, fient trigintaquinque, dies autem ex his menſibus mille quinquaginta. Horum

τοὶ ὑπὸ τὴν ζεύγλην, εἵλκων τὴν ἅμαξαν. ἐπὶ τῆς ἁμάξης δὲ σφι ἐχέετο ἡ μήτηρ. σταδίους δὲ πάντα καὶ [a] τεσσερήκοντα διακομίσαντες, ἀπίκοντο [b] ἐς τὸ ἱρόν. ταῦτα δέ σφι ποιήσασι, καὶ ὀφθεῖσι ὑπὸ τῆς πανηγύριος, τελευτὴ τοῦ βίου ἀρίστη ἐπεγένετο. διέδεξέ τε ἐν τούτοισι ὁ θεὸς, ὡς ἄμεινον εἴη ἀνθρώπῳ τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζώειν. Ἀργεῖοι μὲν γὰρ περιστάντες ἐμακάριζον τῶν γυναικέων [c] τὴν γαστέρα. αἱ δὲ Ἀργεῖαι, τὴν μητέρα αὐτῶν, οἵων τέκνων ἐκύρησε. ἡ δὲ μήτηρ, περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ τε ἔργῳ καὶ τῇ φήμῃ, στᾶσα ἀντίον τοῦ ἀγάλματος, εὔχετο, Κλεόβι τε καὶ Βίτωνι, τοῖσι ἑωυτῆς τέκνοισι, οἵ μιν ἐτίμησαν μεγάλως, δοῦναι τὸν θεὸν τὸ ἀνθρώπῳ τυχεῖν ἄριστόν ἐστι. μετὰ ταύτην δὲ τὴν εὐχὴν, ὡς ἔθυσάν τε καὶ εὐωχήθησαν, κατακοιμηθέντες ἐν αὐτῷ τῷ [d] ἱρῷ οἱ νεηνίαι, οὐκέτι ἀνέστησαν, ἀλλ' ἐν τέλει τούτῳ ἔσχοντο. Ἀργεῖοι δὲ σφέων εἰκόνας ποιησάμενοι, ἀνέθεσαν ἐς Δελφοὺς, ὡς ἀνδρῶν ἀρίστων γενομένων. Σόλων μὲν δὴ εὐδαιμονίης δευτερεῖα ἔνεμε τούτοισι. Κροῖσος δὲ σπερχθεὶς, εἶπε, Ὦ ξεῖνε Ἀθηναῖε, ἡ δὲ ἡμετέρη εὐδαιμονίη οὕτω τοι ἀπέρριπται ἐς τὸ μηδὲν, ὥστε οὐδὲ [e] ἰδιωτέων ἀνδρῶν ἀξίους ἡμέας ἐποίησας; ὁ δὲ εἶπε, Ὦ Κροῖσε, ἐπιστάμενόν με [f] τὸ θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν τε καὶ ταραχῶδες, ἐπειρωτᾷς ἀνθρωπηίων πρηγμάτων περιῆς. ἐν γὰρ τῷ μακρῷ χρόνῳ πολλὰ μὲν ἔστι ἰδέειν τὰ μὴ τις ἐθέλει, πολλὰ δὲ καὶ παθέειν. ἐς γὰρ ἑβδομήκοντα ἔτεα ὅρον τῆς [h] ζόης ἀνθρώπῳ προτίθημι. ἐν τοῖσι ἐόντες σὺν αὐτοὶ ἑβδομήκοντα, παρέχονται ἡμέρας δισχιλίας καὶ πεντακισχιλίας καὶ δισμυρίας, ἐμβολίμου μηνὸς μὴ γενομένου. εἰ δὲ δὴ ἐθελήσει τὸ τέταρτον τῶν [i] ἐτέων μηνὶ μακρότερον γίνεσθαι, ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι παραγινόμεναι ἐς τὸ δέον, μῆνες μὲν παρὰ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτεα οἱ ἐμβόλιμοι γίνονται [k] τριήκοντα πέντε· ἡμέραι δὲ ἐκ τῶν μηνῶν τούτων χίλιαι

13

a Bene *Med.*, vulgo τεσσαράκοντα. *b* Idem & *Vindob. Pariſ. Arcb. Venet.* ἐπὶ τὸ in aliis. *c Medic.* & *Pariſ.* duo. τὴν γνώμην reliqui; τῶν νεηνιέων eſt & in *Remig.* & *Pariſ. B.* ſicuti in *Medic.*, τῶν τεκνίων in ceteris uti & *Alao.* *d* Ἱερῷ *Arcb.* Paullo ante Κλέωβι omnes. *e* Ἰδιωτέων ἀνδρῶν omnes editi & ſcripti: in Gronoviana ἀνδρῶν neglectum. *f* Τὸ ἀνθρώπινον πᾶν οὐδαμᾶ ἐν τωὐτῷ, ἐπειρωτᾷς τῶν σεωὐτοῦ πρηγμάτων πέρι. Sic *Veneti* duo, offenſi vulgatae ſententiae. Citat Herodotea *Euſtath. in Homer.* p. 690, 24. *g* Ἰδεῖν & mox παθεῖν *Medic.* & *Arcb.*, ἰδέειν & παθέειν *Ald. Rem. Vind.*, quos ſequor. Agit de hoc loco copioſiſſime *Rever. Horreus Obſ. ad Herodot. C.* 5. Adde *Stob.* p. 564. ubi haec citantur. *h* Ζωῆς *Arcb.*, ſine cauſſa. *i* Ἑτέων *Vind. Arcb.*, in cujus margine ἐτέων. *k Med. Vind. Arcb.*, in aliis τριάκοντα, male.

ſite poſita) τῇ ἅρῃ οἱ νεηνίαι, ὑποδύντες αὐτοὶ ὑπὸ τὴν ζεύγλην, εἵλκων τὴν ἅμαξαν. atque illud ἐκδυόμενοι antepono lectionibus vulgatis, ceterisque, quas ad iſtum *Ciceronis* locum excogitavit Ampliſſ. *Beubierii* ſollertia. VALKEN.

73. Τὴν νεηνιέων τὴν ῥώμην] In MSS. diſſenſu eligendi arbitrium eſt: ego γνώμην praeferrem. Iuvenum ῥώμην ſupra adtigerat, fuitque in Bitone ſane quam eximia: ὁ Βίτων ὑπὸ ῥώμης τε καὶ ἰσχύος ταῦρον ἀράμενος ἤνεγκε in *Pauſaniae* L. II, 29. At pium hoc iuvenum in matrem ſtudium ſupra omne corporis robur conſpectius erat & laudabilius. Imaginem, de qua mox, vidit & Argis *Pauſanias*, an huic plane ſimilem non dixero. Refert huc vetus marmor *L. Begerus* Spicileg. Antiq. p. 146.

89. Τὸ θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν τε καὶ &c.] Similia his Amaſis ad Polycratem III, 46. & Artabanus ad Xerxem VII, 46. Verius & de ſummo numine honeſtius *Plato* ὁ φθόνος ἔξω τοῦ θείου χορεῦσαι ἴσασι, quod eius ex *Phaedro* dictum merito praedicant *Philo Iud. Q. Omn. Prob. Lib.* T. II. p. 447. & *Maximus Tyr. Diſſert.* XLI, 3. Haud aegre itaque fero *Plutarchi* caſtigationem Herodoteam *de Malign.* p. 857. F. Scio *Homeri* exemplo, modo inpia in Deum male dicta excuſationem admittant, excuſari ab *Euſtath.* p. 444, 38. 946, 44. Alios praeterea de Deo nihilo prudentius ac reverentius opinatos, quos *Olearius* dabit ad *Philoſtrat. Vit. Soph. L.* II. p. 575.; neque ab hac labe inmunes Chriſtianorum eſſe plures, quorum inprudentiam magnus *Coſtubonus* haud diſſimulavit in *Gregorii Nyſſeni Epiſt. ad Euſtath.* p. 70. Praeclarius *Plutarchus* de Deo O. M. *T.* II. p. 1102. *D.* ἀγαθὸς γάρ ἐστι, ἀγαθῷ δὲ περὶ οὐδενὸς ἐγγίνεται φθόνος, οὔτε φόβος, οὔτε ὀργὴ ἢ μῖσος. Alia pro Herodoto in Apologia adverſus *Plutarchi* criminationes Abbas *Geinoz Comment. Acad. Inſcript.* T. XIX. p. 117. &c., ſed quibus non utor.

100. Ἡμέραι δὲ ἐκ τῶν μηνῶν τούτων &c.] Conſtat ratio, ſi annus fuerit dierum CCCLX & menſes tricenarii ſive τριακονθήμεροι ſequetur tamen, ut, facta alternis intercalatione, XV. dies anno adceſſerint atque ita evaſerit dierum CCCLXXV., denis auctior, quam annuo curſu ſol abſolvit: ſequetur praeterea, ut brevi temporum lapſu aeſtas in autumnum, hiems in ver incurrerit, & prorſus anni modus fuerit conturbatus. Atqui intercalabatur alternis annis, ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι παραγινόμεναι ἐς τὸ δέον *ut anni tempeſtates opportune recurrerent ſibique reſponderent.* Hoc vero quid aliud erit, quam vineta ſua caedere & ipſo remedio malum adaugere. *Joſeph. Scaliger* eiusmodi id eſſe ſcribit, ut *non ſolum propter abſurditatem explodendum ſit, ſed etiam tanquam temere pronunciatum praetereundum* extremo *L.* I. *de Emend Tempor.* Vehementer id diſplicuit, cui raro Scaligerana placent, *D. Petavio L.* I. *D. Temp.* c. 38. Nec probare ſe potuit *L. Allatio* de Menſ. temp. c. 15. Et hic quidem veteres, dum hac intercalatione curſum ſolis exaequare ſtuderent, mirum quantum ab eo exorbitaſſe agnoſcit: qua quidem confeſſione id, quod in *Scaligero* damnabat, admittit ultro. Ille vero auctiori per intercalationem anno *dierum aliquot exemtione atque omiſſione fortaſſe intercalarium*, ut ad metas ſuas revocetur, ſuccurrit. At nihil de dierum exemtione *Herodotus*, qua quoque recepta, quod neglectum demiror, ſumma dierum in annis LXX. & intercalaribus XXXV. menſibus minime congruet. Durant proinde anni hujus inconmoda, quibus

Dies varii vitæ hominum. Beatus non nisi post mortem.

» χίλιαι [a] πεντήκοντα. [b] τούτων τῶν ἁπασέων ἡμε-
» ρέων τῶν ἐς τὰ ἑβδομήκοντα ἔτεα, ἐσιέων πεντήκοντα
» καὶ διηκοσίων καὶ [c] ἑξακισχιλιέων καὶ δισμυριέων,
» ἡ ἑτέρη αὐτέων τῇ ἑτέρῃ ἡμέρῃ τοπαράπαν οὐδὲν
» ὅμοιον [d] προσάγει πρῆγμα. [e] οὕτω ὦν, ὦ Κροῖσε,
» [f] πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορή. ἐμοὶ δὲ σὺ καὶ [g] πλου-
» τέειν μὲν μέγα φαίνεαι, καὶ βασιλεὺς εἶναι πολλῶν
» ἀνθρώπων· ἐκεῖνο δὲ τὸ εἰρεό με, οὔκω σε ἐγὼ λέγω,
» πρὶν ἂν τελευτήσαντα καλῶς τὸν αἰῶνα πύθωμαι.
» ὁ γάρ τοι ὁ μέγα πλούσιος μᾶλλον τοῦ ἐπ' ἡμέρην
» ἔχοντος, ὀλβιώτερός ἐστι· εἰ μὴ [h] οἱ τύχη ἐπίσπουδος,
» πάντα καλὰ [i] ἔχοντα τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον.
» πολλοὶ μὲν γὰρ ζάπλουτοι ἀνθρώπων, ἀνόλβιοί εἰσι·
» πολλοὶ δὲ μετρίως ἔχοντες βίου, εὐτυχέες. ὁ μὲν δὴ
» μέγα πλούσιος, [k] ἀνόλβιος δὲ, δυοῖσι προέχει τοῦ
» εὐτυχέος μούνοισι· οὗτος δὲ, τοῦ πλουσίου καὶ ἀνολ-
» βίου πολλοῖσι. ὁ μὲν, ἐπιθυμίην ἐκτελέσας, καὶ
» ἄτην μεγάλην προσπεσοῦσαι ἐνείκας δυνατώτερος·
» ὁ δὲ, τοῖσι [l] δὴ προέχει ἐκείνου, ἄτην μὲν καὶ ἐ-
» πιθυμίην οὐκ ὁμοίως δυνατὸς [m] ἐκείνῳ ἐνείκας, ταῦ-
» τα δὲ ἡ εὐτυχίη οἱ ἀπερύκει. ἄπηρος δέ ἐστι, ἄνου-
» σος, ἀπαθὴς κακῶν, εὔπαις, εὐειδής. εἰ δὲ πρὸς
» τούτοισι ἔτι τελευτήσει τὸν βίον εὖ, οὗτος ἐκεῖνος,
» τὸν σὺ ζητεῖς, ὄλβιος κεκλῆσθαι ἄξιός ἐστι. πρὶν
» δ' ἂν

rum dierum omnium, qui ſunt in ſeptuaginta annis, numero vigintiſex millia ducenti quinquaginta, nullus prorſus qualem alius rem adducit. Ita igitur, o Crœſe, univerſum eſt homo calamitas. Ceterum tu quidem mihi videris & divitiis valde pollere, & multorum hominum rex eſſe: ſed id de quo me interrogaſti, nondum te eſſe dixero, priusquam te bene vita defunctum eſſe audiero. Neque enim beatior eſt magnis opibus præditus, eo, qui diurnum victum habet: niſi eidem omnibus bonis prædito, fortuna concesſerit bene vita defungi. Etenim multi homines perquam locupletes, minime tamen beati ſunt: multi vero mediocria habentes patrimonia, fortunati. Quorum is qui divitiis affluit, ſed non beatus eſt, duabus tantummodo rebus antecellit fortunatum: at hic divitem & non beatum pluribus. Ille ad cupiditates peragendas, & ad grandem quæ incidat offenſam tolerandam validior eſt: hic vero iſtis ſuperat illum, ærumnam quidem & cupiditatem non ſimiliter ac ille poteſt tolerare; verum iſta ab illo abigit felicitas: ſed eſt membris integer, proſpera fruens valetudine, malorum exſors, in liberis lætus, formoſus. Quod ſi ad hæc, diem quoque ſuum feliciter obierit, is eſt, quem quæris, dignus qui vocetur beatus: prius tamen quam ad obitum

a Valla dedit *quingentos*, ſed prave. *b* Bene *Med.* & *Stob.*, τούτων ceteri. Mox ἡμεραίων *Vind.* *c* Ita *Med.* ἑξακισχιλίων καὶ δισμυρίων vulgo omnes. *d* Εἰσάγει *Stob.* & *Theo.* *e* Οὕτως οὖν ὦ *Vind.* & *Arcb.*; οὕτω ὦ *Stob.*; *Gronov.* ὦ neglexit, quod omnes probant. *f Med. Vind. Ven. Pariſ. Ald.* & bis *Stob.*; πᾶς *Arcb. Remig. Theo* Progymnaſm. p. 64. *Clem. Alex.* Strom. III. p. 517., mox συμφορῇ *Ald.* *g Med. Vind. Arcb. Remig.* ora *Steph. Ven. Eton. Stob.* qui optime omnium πλουτέειν μὲν quod revocavi. πλουτέων ceteri. Mox τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα hinc explicat *Euſtath.* Hom. p. 501, 23. *h Med. Arcb. Eton. Ald. Stob. Pariſ.*, vulgo ἡ τύχη. *i* Hoc ex *Stob.*, ora *Steph. Med. Vind. Remig. Pariſ.* duobus. ἔχοντι alii. Statim τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον *Arcb. Eton.* & *Stobaeus.* in aliis εὖ deſit. *k* Ἀνολβιος *Ven. Stob.*; qui mox μούνοισι, ſatis bene, uti mox πολλοῖσι. μοῦνον vulgo. *l* Τοῖσδε *Stob.* τοῖσι δὲ *Arcb.* *m* Καὶ ἐκείνῳ *Arcb.* Statim ἄπηρος in *Vatic.*, qui *Fulv. Urſini* fuit, a prima manu: in alio *Vatic.* itidem, ſed ex correctione, antiqua admodum. In allis omnibus ἄπειρος.

bus mederi conatur *Vignolius Chronolog.* L. VI, 5. p. 838., ſed manu minime leni & Herodoto noxia. Salubrius auxilium paravit *Staniſl. Grſepſius de Multipl. Siclo* &c. in *Faſciculo ſecundo Rotterodam.* p. 452.; annum, quo de agitur, dierum fuiſſe ait CCCL., cui alternis intercalationibus dies XV. adiecti fuerint, ut curſui ſolis adconmodaretur, ſic aequasſe dies CCCLXV. Paria *Julius Pontedera Rom. & Graec. Antiq. Epiſt.* XV. p. 176. Sed valide refragatur utrique adgregata dierum ſumma: neque negant docti viri, utramque a ſciolo & harum rerum inperito, cum ſolam CCCLX. dierum anni formam recordaretur, inmutatam videri & corruptam: fuiſse olim *ἡμέρας πεντακοσίας καὶ τετρακισχιλίας καὶ δισμυρίας viginti quatuor mille & quingentos dies* ex annis LXX.; tum additis intercalariis, *πεντήκοντα καὶ πεντακοσίων καὶ πεντακισχιλίων καὶ δισμυρίων viginti quinque millium, quingentorum & quinquaginta.* Quae, ſi Lydis anni dierum CCCL. ratio probata fuerit, & Solon, poſthabitis ſuae civitatis moribus, eam ſpectarit, haud mala erunt. Vellem tamen liquidius conprobatum, talem anni habitum in Lydorum fuiſſe uſu. *Herodotus* nonniſi dierum CCCLX. memorat L. III, 90. Vellem quoque aliquid ex MSS. praeſidii, quamquam de eo facile tranſigerem, ſi prius planiſſime liqueret: ſalva tum *Herodoti*, quem enormiter in re ſatis obvia aberraſſe, ad credendum difficile eſt, fides.

5. Οὕτω ὦν, ὦ Κροῖσε, πᾶν &c.] Si πᾶς malueris, quo modo Aldinum emendavit *Chytraeus* in *Adnotat. Herodoteis*, & Codicum nonnulli cum *Clemente Alex.* & *Theone* legerunt, nihil eſt, quod offendat: omnis utique homo aerumnoſus eſt. Tale Alexandrinorum Interpretum *Jobi* XXV, 6. πᾶς ἄνθρωπος σαπρία. & Scythae cuiusdam πᾶς γὰρ μέτωπόν εἰμι in *Aeliani Var.* VII, 6. tum *Democriti* in *Hippocratis Epiſt. ad Damagetum* p. 229. *Ed. Ald.* ὅλος ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοῦσος ἐσίν. At plures cum *Stobaeo* MSS. πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορή. Pro quo vir quidam doctus, citra cauſſam tamen, ad marginem Aldinae meae πᾶν ἐστι ἀνθρώποισι συμφορή. Idem in opinionem venit Cl. *Reiskio*, fatenti tamen, omnia ſtare poſſe, modo κατὰ ad ſtructuram adſciſcatur: tendit & huc deſiderium Cel. *Geſneri* ad *Luciani* Aſin. C. 56. neque longe deflectit in larga diſputatione *P. Horreus Obſ. Herod.* C. 6., varius tamen, ut ſolet. *L. Kuſterus* verſionem *Gronovii* & diſtinctionem, *igitur, univerſum eſt, homo calamitas*, taxat, ſuffectis his, *ita igitur, o Croeſe, homo totum caſus eſt:* neque enim verum eſſe, omnes homines calamitoſos eſſe; ipſum fateri Solonem in hac adlocutione, quosdam felices videri. Quod equidem non infitior, nec *συμφορὴν* contra ſcriptoris morem *caſum* puto. Gaudemus mortales proſpero ſaepe rerum ſucceſſu; at quot non incurrunt, quae felicitati iſti fraena iniiciunt, manifeſtantque, *ἡμᾶς οὐδὲν ἔντας ἄλλο πλὴν Εἰδωλ', ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κουφὴν σκιάν* ut in *Sophocl. Ajac.* V. 125. Sive ergo *univerſum* Gronovii, ſive *totum* Kuſteri praetuleris, ad ſummam res eodem deveniet. Mihi tamen, ne dicam dolo, aequius meliusque videtur, *omnino homo calamitas eſt*, ſive *calamitoſus*, uti *Valla*.

Ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος, ἀλλὰ συμφορά.
alia in re *Euripid. Alceſt.* V. 802.

7. Πλουτέειν μέγα φαίνεαι] Voculam eliſam a vicina *Stobaei* praebet Florileg. p. 564, 47. πλουτέειν μὲν μέγα φαίνεαι, neceſſariam monſtrant ſequentia, ἐκεῖνο δέ. In vicinis nonnulla quoque *Stobaeus* habet vulgatis meliora: V. 19, τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον· quod Codices firmant Anglicani. V. 23, δυοῖσι προέχει τοῦ εὐτυχέος μούνοισι· pro μοῦνον. V. 44, ὦ βασιλεῦ. Ibidem ἄπειρος male vulgatum, ut hic V. 29, ante alios dudum correxit *Dan. Heinſius.* VALKEN.

12. Πάντα καλὰ ἔχοντα τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον] Rectiſſime *Gronov.* ἔχοντα recepit, a quo vellicando conſultius fuerat manus abſtinere. Structurae exempla ſi requirantur, ſumi ex L. VI, 7. 13. VIII, 100. III. &c. poſſunt. Ego vero εὖ, quod *Valla* in ſuo habuit, *Stobaeus*que & Britannici libri edunt, ſua in ſede collocavi: poſtulabant iteratae locutiones καλῶς, εὖ & εὐχαρίστως τὸν βίον τελευτῆσαι· tum orationis habitus. Neque enim ad perfectam felicitatem ſatis eſt iucundus bonorum cumulus, ſi moleſta decesſio accedat. De Polycrate Amaſis L. III, 43. ὅτι οὐκ εὖ τελευτήσειν μέλλει εὐτυχέων τὰ πάντα. Haec, quae ſub manu ſunt, imitatus eſt *Dionyſius* tyrannus in *Stobaei* Serm. XCIII. p. 560.

21. Ἄπηρος δέ ἐστι] Quod olim ex coniectura *D. Heinſius*, indice *Jungermanno* ad *Polluc.* II, 61., tum *Kuſterus*, Abbas *Geinozius*, & *Reiskius*, id certum praeſtat *Vaticanus* codex. Ἄπειρος, quidquid dicatur, valere non poteſt: addi debuerat, cujus rei expers eſſet,

tum pervenerit, contine, & nequaquam beatum appella, sed fortunatum. Sed hæc omnia consequi hominem impossibile est: sicut nec ulla regio cuncta sibi ipsi suppeditat, sed aliud habens, alio indiget; quæ tamen habet plurima, ea est optima. Quemadmodum etiam hominis corpus unum aliquod sibi non sufficit; quia aliud habet, alio caret. Sed quisquis horum plurima habere perseveraverit, & postea placido animo è vita excesserit, hic apud me nomine hoc, ô rex, donari meretur. Omnis autem rei oportet inspicere exitum, quò sit evasura: quoniam
33 multos deus, quibus felicitatem quodammodo monstraverat, radicitus evertit. Hæc Solon, neque assentando Crœso, neque ullius eum momenti faciendo, loquutus dimittitur: sane neque visus est esse indoctus, qui bonis præsentibus prætermissis iuberet omnium rerum in-
34 spicere exitum. POST abitum Solonis divinitus ingens vindicta Crœsum excepit, quod (ut conicere licet) se ipsum omnium hominum beatissimum arbitraretur. Statim igitur ei dormienti somnium oblatum est, veritatem indicans malorum, quæ circa filium erant eventura. Erant autem Crœso liberi duo, quorum alter erat corruptus, utpote surdus: alter inter æquales omnia longe primus, nomine Atys. Hunc itaque Atym Crœso significabat somnium fore, ut ferrea cuspide traiectum amitteret. Experrectus, & secum rem versans, somnio territus, accipit filio uxorem: & quum solitus esset præesse copiis Lydorum, nusquam eum amplius ad tale munus dimittit: iacula & hastas, omniaque huiuscemodi quibus homines in bello utuntur, è virilibus ædium partibus amovens, in thalamos coacervat, nequid suspensum in filium
35 decideret. Quum autem nuptiæ filii sub manus essent, advenit Sardes quidam in calamitate positus, manibusque non puris, nationeque Phryx, regio ex genere. Hunc, quum ad ædes Crœsi venisset, ex rituque usitato, ut sibi expiari liceret, orasset, Crœsus expiavit. Modus autem expiandi apud Lydos est propinquus

„ δ' ἂν τελευτήσῃ, [a] ἐπισχέειν, μηδὲ καλέειν [b] κω
„ ὄλβιον, ἀλλ' εὐτυχέα. τὰ πάντα μέν νυν ταῦτα
„ συλλαβεῖν ἄνθρωπον ἐόντα, ἀδύνατον· ὥσπερ χώ-
„ ρη [c] οὐδεμίη καταρκέει πάντα ἑωυτῇ παρέχουσα,
„ ἀλλὰ ἄλλο μὲν ἔχει, ἑτέρου δὲ ἐπιδέεται· ἡ δὲ ἂν
„ τὰ πλεῖστα [d] ἔχῃ, ἀρίστη αὕτη. ὡς δὲ καὶ ἀνθρώ-
„ που σῶμα ἓν οὐδὲν αὐτάρκες ἐστι· τὸ μὲν γὰρ ἔχει,
„ ἄλλου δὲ ἐνδεές ἐστι. ὃς δ' ἂν [e] αὐτέων πλεῖστα ἔχων
„ διατελέῃ, καὶ ἔπειτα τελευτήσῃ εὐχαρίστως τὸν
„ βίον, οὗτος παρ' ἐμοὶ τὸ οὔνομα τοῦτο, [f] ὦ βασιλεῦ,
„ δίκαιός ἐστι Φέρεσθαι. σκοπέειν δὲ χρὴ παντὸς χρή-
„ ματος τὴν τελευτὴν κῇ ἀποβήσεται. πολλοῖσι γὰρ δὴ
„ ὑποδέξας ὄλβον ὁ θεὸς, προῤῥίζους ἀνέτρεψε. Ταῦ-
τα [g] λέγων τῷ Κροίσῳ οὔκως ἤρε ἐχαρίζετο, ἤτε λόγῳ
μὴν ποιησάμενος ὠφελίης, ἀποπέμπεται· κάρτα δόξας [h] ἀ- 14
μαθὴς εἶναι, ὃς τὰ παρεόντα ἀγαθὰ μετεὶς, τὴν τε-
λευτὴν παντὸς χρήματος ὁρᾶν ἐκέλευε. Μετὰ δὲ
Σόλωνα οἰχόμενον, ἔλαβε ἐκ [i] θεοῦ νέμεσις μεγάλη
Κροῖσον, (ὡς εἰκάσαι) ὅτι ἐνόμισε ἑωυτὸν εἶναι ἀν-
θρώπων ἁπάντων ὀλβιώτατον. Αὐτίκα δὲ οἱ εὕδοντι
ἐπέστη ὄνειρος, ὃς οἱ τὴν ἀληθείην ἔφαινε τῶν μελλόντων
γενέσθαι κακῶν κατὰ τὸν παῖδα. ἦσαν δὲ τῷ Κροίσῳ
δύο παῖδες· τῶν ἕτερος μὲν διέφθαρτο· ἦν γὰρ δὴ κω-
φὸς, ὁ δὲ ἕτερος, τῶν ἡλίκων μακρῷ τὰ πάντα πρῶ-
τος· οὔνομα δέ οἱ ἦν Ἄτυς. τοῦτον δὴ ὦν τὸν Ἄτυν ση-
μαίνει τῷ Κροίσῳ ὁ ὄνειρος, ὡς ἀπολέει μιν αἰχμῇ [k] σι-
δηρέῃ βληθέντα. ὁ δ' ἐπεί τ' [l] ἐξηγέρθη, καὶ ἑωυτῷ
λόγον ἔδωκε, κατορρωδήσας τὸν ὄνειρον, ἄγεται μὲν
τῷ παιδὶ γυναῖκα· ἐωθότα δὲ στρατηγέειν μιν τῶν Λυ-
δῶν, ὑδαμῇ ἔτι ἐπὶ [m] τοιοῦτο πρῆγμα ἐξέπεμπε· ἀ-
κόντια [n] δὲ καὶ δοράτια, καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα τοῖ-
σι χρέονται ἐς πόλεμον ἄνθρωποι, ἐκ τῶν ἀνδρεώνων ἐκ-
κομίσας, ἐς τοὺς θαλάμους [o] συνέπησε, μή τί οἱ κρε-
μάμενον τῷ παιδὶ ἐμπέσῃ. Ἐπεὶ δὲ οἱ ὁ χρεὼν τοῦ
παιδὸς τὸν γάμον, ἀπικνέεται ἐς [p] τὰς Σάρδις ἀνὴρ
συμφορῇ [q] ἐχόμενος, καὶ ὑ καθαρὸς χεῖρας ἐών, φεύξ
μὲν γενεῇ, γένος δὲ τοῦ βασιληίου. παρελθὼν δὲ οὗτος
ἐς τὰ Κροίσου οἰκία, κατὰ νόμους τοὺς ἐπιχωρίους κα-
θαρσίου ἐδέετο ᾗ κυρῆσαι· Κροῖσος δέ μιν ἐκάθηρε. ἔστι
δὲ παραπλησίη ἡ κάθαρσις τοῖσι Λυδοῖσι καὶ τοῖσι
Ἕλλη-

[a] Ἐπισχέειν *Ald. Vind. Remig.*, in *Ven.* ἐπισχεῖν. *Med.* ἐπισχεῖν cum *Stob. Arcb. Pariſ.* De differentia inter ὄλβιον & εὐτυχέα *Ammonius* in voce priore. [b] Καὶ *Vind. Arcb. Stob.*, citra causſam. [c] Οὐδεμίη *Venet.*, cuius excerpta hic desinunt, *Rem. Ald.*, μιῇ *Arcb. Vind.*, οὐδεμία *Med. Stob.*, tum καταρκέειν *Arcb. Vind.* [d] *Med. Stob. Pariſ.*, ἔχοι *Ald. Remig.*, ἔχει *Arcb.* [e] Αὐτέων *Ald. Remig. Vind.*, in *Medic.* atque aliis ἀυτῶν. [f] Ω᾽ βασιλεῦ ſolus *Stob.*, ὡς βασιλεὺς omnes alii. [g] Λέγοντι τῷ Κροίσῳ *Remig. Pariſ. A.*, *Vatic.* & ceteri omnes λέγων τῷ &c. [h] Ἀμαθὴς *Arcb.* & *Valla.* Ἀμαθέϊ reliqui. [i] *Medic.* & *Pariſ.* duo: θεῶν in aliis. [k] Σιδηρῇ *Vind.*, σιδηρῇ *Arcb.* [l] Ἐξηγέθη idem. [m] *Medic. Pariſ. A. B.*, ceteri τοιοῦτον. Paullo ante ἔτι non eſt in Cod. *Arcb.* [n] Δὲ non habent *Arcb. Vind.* Mox χρέονται omnes, pro quo χρέωνται ſolet *Herodotus.* [o] Συνέωσε *Stepb.* margo. [p] Articulus in *Arcb.* defit & neceſſarius non eſt. [q] *Medic.* & *Pariſ. A.*, in aliis ἐπικωρῆσαι· deſideratur in *Arcb.*, nec eſt niſi in margine & manu recente. Vide *Horreum*, vulgatum defendentem.

ſet, ut infra L. 1, 207.; nec latuit hoc *H. Stephanum*, qui *expers autem eſt malorum*: at ita ἄπειρος idem erit ac ἀπαθὴς κακῶν, quod & ille propterea in Latinis neglectui habuit: perperam profecto. Natum ἄπειρος eſt ex ſoni adfinitate, quae in *Aldino* C. 196. ἔμπειρος ex ἔμπηρος progenuit: *Reiskius* admonuit, ἄπηρον *membris omnibus integrum* dixiſe *Gregor. Nyſſen.* Epiſt. ad *Euſtatb.* p. 10.; vocarunt & alii. Naevus plane ſimilis vitiavit haec *Libanii* tom. II. p. 665. D. ἡ γὰρ οὐδὲν ἐγίγνετο ἂν ἡ κωμῳδὴ τινα εὐαρίθμητα, αὐτὰ οὐδὲ ΑΠΕΙΡΑ. Sententia Oratoris poſtulat ἄπηρα.

34. Ω᾽ βασιλεῦ] Difficiles habere explicatus ὡς βασιλεὺς & longe arceſitos, doctiſimorum Virorum *Gronovii* & *Horrei* defenſiones oſtendunt. Si ex Stoa Solon loqueretur, cui *dives, qui ſapiens eſt*, *Et ſutor bonus, & ſolus formoſus & eſt REX*, non abnuerem. Planiſima *Stepbani* eſt pluriumque aliorum coniectatio, quam *Stobaei* patrocinio protectam, non repudiavi. Ipſe plus vice ſimplici in hac oratione ὦ βασιλεῦ. In celeberrimo, quod conſequitur, dicto *Ariſtoteles* haeſitat *Etbic. Eudem.* II, 1. & *Nicomacbic.* I, 10., non item *Sophocles Euripides*que, ad cuius *Andromacb.* v. 100. *Joſ. Barneſ.* vide.

38. Ταῦτα λέγων τῷ Κροίσῳ &c.] Scabra haec & ſalebroſa Abbati *Geinozio*, cui ex ſcriptura *Pariſ.* & *Remig.* adlubuit ταῦτα λέγοντι Κροῖσος οὔκως οὔτε ἐχαρίζετο, *haec dicenti Croeſus nibil neque gratificabatur* &c. At ſatis tum inportunum ἀποπέμπεται, transeunte, ut aiunt, poteſtate, & ſine ſuo caſu, ne de nimia mutatione memorem. *Reiskius*, niſi mox ἀμαθὴς legatur, pro οὔκως mallet οὗτος, ultro adgnoſcens, minime Herodoteae facilitati reſpondere omnia: contra ea *Vallae* Latina, *ſaneque eſt viſus indoctus* laudat *St. Berglerus*, ἀμαθὴς ad eorum exemplum refingens; quod & mihi, auctoritate libri Britannici munitum, ſe probavit. Sic certe omnia plana. *Plutarchus* eundem ferme in modum, ἤδη μὲν ἀλλόκοτος, *Solon*, ἐδόκει εἶναι τῷ Κροίσῳ καὶ ἄγροικος in Solon. p. 93. E.

47. Ἦν γὰρ δὴ κωφός] Vide infra C. 85. & *Diodori Sicul.* T. II. p. 553. ubi *Maximi Tyrii* μνημονικὸν ἁμάρτημα tetigimus, & *Valer. Maxim.* ſomnium Croeſi hinc deſcribentem L. I, 7, ext. 4.

52. Κατορρωδήσας τὸν ἐνειρον] Semper *Herodotus* κατορρωδήσας & κατορρωδῆσαι· quod & hic olim fuiſſe exiſtimo. In *Luciani Dea Syr.* C. 19. 21. &c. ἐξορρωδέειν & C. 29. ἐξορρωδίη, quae niſi librariis accepta referantur, Noſtri Ionismus proſcribet.

64. Ἔστι δὲ παραπλησίη ἡ κάθαρσις] Vide de luſtrandi

Ἕλλησι. ἐπεί τε δὲ τὰ νομιζόμενα ἐποίησε ὁ Κροῖσος, ἐπυνθάνετο ὁκόθεν τε καὶ τίς εἴη; λέγων τάδε; „ [a] Ὦ ἄνθρωπε, τίς τε ἐὼν, καὶ κόθεν τῆς Φρυγίης „ ἦκων, ἐπίστιος ἐμοὶ ἐγένεο; τίνα τε ἀνδρῶν ἢ γυναι- „ κῶν ἐφόνευσας; ὁ δὲ ἀμείβετο, Ὦ βασιλεῦ, Gor- „ δίεω μὲν τῦ Μίδεω εἰμὶ παῖς, ὀνομάζομαι δὲ Ἄδρη- „ στος· φονεύσας δὲ ἀδελφεὸν ἐμεωυτῦ ἄεκων, πάρειμι „ ἐξεληλαμένος τε ὑπὸ τῦ πατρὸς, καὶ ἐστερημένος „ πάντων. Κροῖσος δέ μιν ἀμείβετο τοῖσδε, Ἀνδρῶν τε „ φίλων τυγχάνεις ἔκγονος ἐών, καὶ ἐλήλυθας ἐς φί- „ λους· ἔνθα ἀμηχανήσεις χρήματος οὐδενὸς, μένων „ [b] ἐν ἡμετέρῳ. συμφορὴν δὲ ταύτην ὡς κουφότατα φέ- „ ρων, κερδανέεις πλεῖστον. ὁ μὲν δὴ δίαιταν εἶχε [c] ἐν Κροίσῳ. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ τούτῳ, ἐν τῷ Mu- σίῳ [d] Ὀλύμπῳ συὸς χρῆμα γίνεται μέγα· [e] ὁρμεώ- μενος δὲ ὗτος ἐκ τοῦ [f] ὄρεος τούτου, τὰ τῶν Μυσῶν ἔργα διέφθειρε. [g] πολλάκις δὲ οἱ Μυσοὶ ἐπ' αὐ- τὸν [h] ἐξελθόντες, ποιέεσκον μὲν οὐδὲν κακὸν, ἔπασχον δὲ πρὸς αὐτοῦ. τέλος δὲ, ἀπικόμενοι παρὰ τὸν Κροῖ- „ σον τῶν Μυσῶν ἄγγελοι, ἔλεγον τάδε, Ὦ βασι- „ λεῦ, [i] ὑὸς χρῆμα μέγιστον ἀνεφάνη ἡμῖν ἐν τῇ χώ- „ ρῃ, ὃς τὰ ἔργα διαφθείρει. τοῦτον προθυμεόμενοι „ ἑλέειν οὐ δυνάμεθα. νῦν [k] ὦν προσδεόμεθά σεῦ, τὸν „ παῖδα καὶ λογάδας νεηνίας καὶ κύνας συμπέμψαι „ ἡμῖν, ὡς ἄν μιν ἐξέλωμεν ἐκ τῆς χώρης. Οἱ μὲν δὴ τούτων ἐδέοντο. Κροῖσος δὲ μνημονεύων τοῦ ὀνείρου τὰ „ ἔπεα, ἔλεγέ σφι τάδε, Παιδὸς μὲν περὶ τῦ ἐμοῦ μὴ „ μνησθῆτε ἔτι· οὐ γὰρ ἂν ὑμῖν συμπέμψαιμι· νεόγα- „ μός τε γάρ ἐστι, καὶ ταῦτά οἱ νῦν μέλει. Λυ- „ δῶν μέντοι λογάδας καὶ τὸ κυνηγέσιον πᾶν συμπέμ- „ ψω· καὶ διακελεύσομαι τοῖσι ἰοῦσι, εἶναι ὡς πρό- „ θυμολάτοισι συνεξελεῖν ὑμῖν τὸ θηρίον ἐκ τῆς χώρης. Ταῦτα ἀμείψατο. [m] Ἀποχρεωμένων δὲ τούτοισι τῶν Μυσῶν, ἐπεισέρχεται ὁ τῦ Κροίσου παῖς, ἀκηκοὼς τῶν ἐδέοντο οἱ Μυσοί. οὐ φαμένου δὲ τοῦ Κροίσου τόν γε παῖ- δά σφι συμπέμψειν, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ νεηνίης τάδε, „ Ὦ πάτερ, τὰ κάλλιστα πρότερόν κοτε καὶ γεν- „ ναιότατα ἡμῖν ἦν, ἔς τε πολέμους καὶ ἐς ἄγρας φοι- „ τέοντας εὐδοκιμέειν· νῦν δὲ ἀμφοτέρων με τούτων ἀπο-

quus ei qui apud Græcos. Ubi vero legitima peregit Crœsus, percontatus est, unde ille & quisnam foret, hæc inquiens, ô homo, quis tu? & quo Phrygiæ loco profectus, supplex mihi factus es? & quem virum aut quam feminam interemisti? Ad quem ille respondit, O rex, Midæ nepos, Gordii filius sum, nomine Adrastus: quia fratrem mei ipsius imprudens interemi, adsum eiectus à patre, & omnibus rebus exutus. Crœsus autem invicem eum sic alloquebatur, Ex viris amicis oriundus es, & ad amicos venisti: unde in nostris ædibus manens, nullius rei indigebis. Istam porro calamitatem quam levissime ferendo, plurimum lucrifacies. Atque ille quidem apud Crœsum domicilium habuit. Verum per hoc idem tempus apud Olympum Mysium, aper eximiæ magnitudinis extitit, qui ex hoc monte progressus, Mysorum opera pervastabat: in quem sæpenumero Mysi egressi, nihil admodum mali ei fecerant, sed ab eo acceperant. Ad extremum igitur missi ad Crœsum ex Mysia nuncii ita dixere; Apparuit, ô rex, apud nos maximus aper, qui agrestia corrumpit opera: quem studiosissime captantes interimere tamen non valuimus. Nunc itaque te obsecramus, ut nobiscum filium tuum ac delectos iuvenes canesque mittas, quò belluam è regione tollamus. Hæc illis precantibus, Crœsus somnii verba memoria repetens, ita respondit; Filii quidem mei nolite amplius facere mentionem: neque enim eum vobiscum miserim; nam est novus maritus, & ista nunc sunt ei cordi. Lydorum tamen delectos & venatorium officium una mittam, mandaboque euntibus ut promptissime vobiscum belluam à regione summoveant. Hæc Crœsus respondit. Cuius verbis quum contenti essent Mysi, intervenit Crœsi filius auditis quæ Mysi precarentur, & Crœso negante cum illis missurum se filium, hæc inquit ad eum adolescens, O pater, antehac interdum honestissima nobis ac præclara maxime erant, vel in bella vel in venationes eundo gloriam parare;

a Ex *Medic.* & *Paris. A.* Ἄνθρωπε ceteri: mox ὢν *Arcb.* *b* *Medic.* & ora *Steph.*, vulgo ἐν ἡμετέροις. Paullo ante ἀμηχανήσεις citat *Thom. Magist.* in voce. *c* Ἐκ Κροίσου ora *Steph. Remig. Vindob.* *d* Ὀλύμπῳ *Arcb.* *e* Ὁρμεώμενος *Remig. Vind. Ald.*, ὁρμώμενος in *Med. Paris. Arcb.* *f* Οὔρεος *Ald. Vind. Arcb. Remig.*, ὄρεος *Medic.* cum *Paris.* *g* Πολλάκις *Vind.* *b* Sic *Medic. Paris. A.*, in reliquis ἐλθόντες, non magno discrimine. *i* *Eustath. in Hom.* p. 773, 6. haec spectavit. *k* Οὖν *Arcb.*, male, & mox τῆς χώρας, tum ἐξελῶσιν *Etym. l* Desit *Arcb.* *m* Οὐκ ἀποχρεώμενον *Valla* legisse videtur, quod *H. Steph.* sine causa probat. Ego negantem in Latinis vocem erasi. Paullo ante ξυνελεῖν *Arcb.*

consceleratos Graecorum ritu *Euripid.* Orest. v. 511. & Iphig. Taur. v. 950. & Schol. ad *Iliad.* Ω, 480.

68. Ἑπίσιος ἐμοὶ ἐγένεο] Scholiastes *Apollon. Rhod.* ἑφέσιον, ἐπὶ τῇ ἑστίᾳ ὄντω recte IV, 747. Supplex est, ad focum pro more adsidens. Vide *Def. Heraldum* in *Tertullian.* Apolog. 1, *Digression.* 26. p. 252. Iterum *Apollon.* IV, 703. ῥέζε θυηπολίην, ὅτι τ' ἀπολυμαίνονται Νηλῆες ἱκέται, ὅτ' ἐφέστιοι ἀντιόωσιν. *Aeschylus* Eumenid. v. 580. ἔστι γὰρ δόμων ἱκέτης ὅδ' ἀνὴρ καὶ δόμων ἑφέστιος ἐμῶν. Scio & *domesticum* adsignificare ex Criticis ad *Apollon.* I, 909., non hic.

70. Γορδίεω μὲν τοῦ Μίδεω εἰμὶ παῖς] Errantem *Vallam* bene in ordinem coëgit *Gronovius.* Gordius eius Midae filius fuisse videtur, de quo supra C. 14. Neque opinari absurdum erit, Phrygiae, sed Croeso tributariae, regno praefuisse. Conf. Ampl. *Bouberii* Dissert. Herodot. C. 8. p. 85.

75. Μένων ἐν ἡμετέρου] Sic VII, 8, 4. τὰ τιμιώτατα νομίζεται ἐν ἡμετέρου, nec sine MSS. discordia, quae & in his *Heliodori* L. VI. p. 265. ὦν, ὡς οἶμαι, φιλάνθρωπον ἐν ἡμετέρου πεπείρασθε. Namque *Xylandri* scriptus ἐν ἡμετέρῳ· paullo diversum, obportunum tamen, uti admonuit *St. Berglerus*, Poëtae *H. in Mercur.* v. 370. ἦλθεν ἐς ἡμετέρου διζήμενος εἰλίποδας βοῦς. *Barnesii* certe audacia, corrigentis ἡμέτερον, excusari non debet.

79. Συὸς γίνεται μέγα χρῆμα] Φαίνεται, quod olim docto viro adriserat, spretum recte fuit. Imitatur *Athen.* in leone, quem Imp. Adrianus confecerat, μέγα χρῆμα ὄντα καὶ πολλῷ χρόνῳ κατανεμηθέντα πᾶσαν τὴν Λιβύην L. VIII. p. 677. E. & Schol. *Homeri* Il. *l*, 525. Haud vero scio an adscribenda sint *Heliodori* loca, satis cognita, quae *St. Berglerus* male conversa animadvertit. *Aethiop.* L. VIII. p. 364. ubi βασιλείου ἀυλῆς praeoptat. L. V. p. 233. & p. 246. de Chariclea ἔστι γάρ τι χρῆμα σοφώτατον καὶ καιρὸν διαθέσθαι δραστήριος· *est enim sapientissima & sollers ad utendum occasione.* Copulam de suo, nec male, addidit. Copiose & erudidite de hoc genere *Valkenarius* ad *Euripid.* Phoenisс. p. 71.

93. Καὶ ταῦτά οἱ νῦν μέλει] Proxime praecessere, νεόγαμός τε γάρ ἐστι. Phidippidem L. VI, c. 105. dicit ἡμεροδρόμον τε καὶ τοῦτο μελετῶντα. Nonnihil hinc distant in *Luciani* Prom. I, p. 189. ῥήτωρ ἐστὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα οὐ παρέργως μεμελέτηται αὐτῷ· quaeque dantur similia. VALKEN.

3. Νῦν δὲ ἀμφοτέρων με τούτων ἀποκληίσας ἔχεις] Vallae *excluſum me tenes* necessarium negat *Berglerus*: satis fuisse *excluſisti me*, ut in *Aristophan. Eccles. v.* 355. ἀχράς τις ἐγκλείσας ἔχει τὰ σιτία· *pyrum quoddam silvestre incluſit in alvo cibum.* Atticos sic solere, praeterque ceteros *Sophoclem.* Quod verissimum. Exempla olim dedi *Obsery. Var.* I, 24. Nec multum referet tamen, *Laurentiumne* sequaris, an *Berglerum.* Herodo-

rare; sed horum utroque nunc excluſum me tenes, nulla in me animadverſa neque ignavia neque ſocordia. Nunc ergo quibus me oculis conſpici oportet euntem in forum, atque illinc redeuntem? qualis civibus, qualis uxori recens nuptæ videbor? cui illa viro videbitur nupta? Proinde me tu aut ſinas venatum ire, aut mihi verbis perſuadeas, potiora iſta eſſe quæ ſic facis. Cui reſpondens Crœſus, O fili, inquit, neque quod ignaviam, neque quod aliud quippiam iniucundum mihi animadverterim in te, hæc facio: ſed viſum quod in ſomno mihi oblatum eſt, dixit te brevis ævi futurum: quippe ferrea periturum cuſpide. Cuius viſi gratia & has tibi maturavi nuptias, nec ad ea quæ ſuſcipiuntur, dimitto, obſervans ſi quo queam pacto te, dum vivo, furtim ſervare. Filius enim mihi unicus es: namque alterum auribus captum pro nullo exiſtimo. Ad quem vicisſim adoleſcens, O Pater, inquit, tibi equidem ignoſco agenti circa me cuſtodiam, qui tale videris ſomnium: verum tu illud non probè percipis: quod quoniam te latet, æquum eſt me tibi interpretari. Ais tibi ſomnium oſtendiſſe, me ferrea periturum cuſpide. At vero, quænam manus apri ſunt, quæve cuſpis ferrea, quam tu pertimeſcas? Nam ſi dente dixisſet aut aliquo huius ſimili periturum me, deberes facere quæ facis, nunc autem dixit, cuſpide. Quare quum non ſit nobis pugna cum viris, ire me ſinas. Et Crœſus, Evincis me, inquit, ô fili, iſta loquens de ſomnio intelligendo. Quapropter, ut abs te victus, muto ſententiam, & tibi veniam do eundi ad venationem. Hæc loquutus Crœſus, Adraſtum Phrygem arceſsit, eique, ubi adfuit, talia inquit; Ego te, Adraſte, calamitate preſſum ingrata, quam tibi non exprobro, expiavi, & receptum domi habeo, omnem ſuppeditans ſumptum: nunc ergo (debes enim de me qui prior

ἀποκλήϊσας ἔχεις, [a] οὔτε τινὰ δειλίην μοι παριδὼν, οὔτε ἀθυμίην. νῦν τε [b] τοῖσί με χρὴ ὄμμασι ἐς τε ἀγορὴν καὶ ἐξ ἀγορῆς φοιτέοντα φαίνεσθαι; κοῖος μέν τις τοῖσι πολίτῃσι δόξω εἶναι; κοῖος δέ τις τῇ νεογάμῳ γυναικί; κοίῳ δὲ ἐκείνη [c] δόξει ἀνδρὶ συνοικέειν; ἐμὲ ὦν σὺ ἢ μέθες ἰέναι ἐπὶ τὴν θήρην, ἢ λόγῳ ἀνάπεισον ὡς μοι ἀμείνω ἐστὶ ταῦτα οὕτω ποιεόμενα. Ἀμείβεται Κροῖσος τοῖσδε, Ὦ παῖ, οὔτε δειλίην, [d] οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἄχαρι παριδών τοι, ποιέων ταῦτα· ἀλλά μοι ὄψις ὀνείρου ἐν τῷ ὕπνῳ ἐπιστᾶσα [e] ἔφη σὲ ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι· ὑπὸ γὰρ αἰχμῆς σιδηρέης δεῖ πολέεσθαι. πρὸς ὦν τὴν ὄψιν ταύτην, τόν τε γάμον τοι τοῦτον ἔσπευσα, καὶ ἐπὶ τὰ παραλαμβανόμενα οὐκ ἀποπέμπω, φυλακὴν ἔχων εἴ κως δυναίμην ἐπὶ τῆς ἐμῆς σε [f] ζωῆς λαθεῖν κλέψας. [g] εἰς γάρ μοι μοῦνος τυγχάνεις ἐὼν παῖς· τὸν γὰρ δὴ ἕτερον, διεφθαρμένον [h] τὴν ἀκοὴν, οὐκ εἶναί μοι λογίζομαι. ἀμείβεται ὁ νεηνίης τοῖσδε, Συγγνώμη μέν, ὦ πάτερ τοι, ἰδόντι γε ὄψιν τοιαύτην, περὶ ἐμὲ φυλακὴν ἔχειν. [i] τὸ δὲ οὐ μανθάνεις, ἀλλὰ λελῆθέ σε τὸ ὄνειρον, ἐμέ τοι δίκαιόν ἐστι φράζειν· φής τοι τὸ ὄνειρον ὑπὸ αἰχμῆς σιδηρέης φάναι ἐμὲ τελευτήσειν· [k] ὗες δὲ κοῖαί μέν εἰσι χείρες, κοίη δὲ αἰχμὴ σιδηρέη, ἥν σὺ φοβέαι; εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ ὀδόντος τοι εἶπε τελευτήσειν με, ἢ ἄλλου τευ ὅ, τι τούτῳ ἔοικε, χρὴν δή σε ποιέειν τὰ ποιέεις· νῦν δὲ ὑπὸ αἰχμῆς. ἐπεί τε ὦν ἡ πρὸς ἄνδρας ἡμῖν γίνεται ἡ μάχη, μέθες με. Ἀμείβεται [l] Κροῖσος, Ὦ παῖ, ἔστι τῇ με νικᾷς γνώμην ἀποφαίνων περὶ τῶν ὀνείρων. ὡς ὦν νενικημένος ὑπὸ σέο, μεταγιγνώσκω, μετίημί τέ σε ἰέναι ἐπὶ τὴν ἄγρην. Εἶπας δὲ ταῦτα ὁ Κροῖσος, μεταπέμπεται τὸν Φρύγα Ἄδρηστον· ἀπικομένῳ δέ οἱ λέγει τάδε, Ἄδρηστε, ἐγώ σε συμφορῇ πεπληγμένον [m] ἀχάριτι, τήν τοι οὐκ ὀνειδίζω, ἐκάθηρα, καὶ οἰκίοισι ὑποδεξάμενος ἔχω, παρέχων πᾶσαν δαπάνην· νῦν ὦν (ὀφείλεις γάρ, ἐμεῦ [n] προ-

ποιη-

a Citat *Thom. M.* in ἀθυμία. *b* Τεοῖσι omnes. *c* Δόξοι *Arcb.* *d* *Thom. M.* haec exſcripſit in παρεῖδον. *e* Ἔφησεν *Arcb.* & mox ἀποπολέσθαι, prave. *f* Sic omnes: ζόης alibi mavult. *g* Ἦ γάρ μοι *Remig.* & ora *Steph.* *b* Τῇ ἀκοῇ *Arcb.* quo non indigemus. Vid. *Horreum Obſ. Herod.* p. 73. *i* Τὸν δὲ *Arcb.* *k* *Valla* ὑὸς in verſione praeteriit. *l* Sic *Medic. Vindob. & Arcb.*, in cuius ora, ſed manu recentiore, τοῖσδε voci Κροῖσος adnectitur, quomodo, praeter *Pariſ.*, plerique alii. *m* Ἀχαρίτην *Med.*, ἄχαρι τήν τοι *Pariſ. A. C.* & *Vind. Arcb.*, ἀχαριτὴν *Pariſ. B.*, ἄχαρί τι *Aldus* & *Remig.* Tum ὀνειδίζω *Med. Arcb.*, in aliis ὀνειδίζων. *n* Προσποιησαντος *Arcb.*

rodoteis, quae his vicina ſunt, reſpondet quodam modo Sophocleum *Oedip. Tyr.* v. 544. δειλίαν ἢ μωρίαν ἰδὼν τίν' ἐν ἐμοὶ, ταῦτ' ἐβουλεύσω ποιεῖν; Confer I, 108. & *Paull. Leopardum Emendat.* VII, 11.

5. Νῦν τε τοῖσί με χρὴ ὄμμασι &c.] Scribendum puto: νῦν τοι τέοισί με χρὴ ὄμμασι — φαίνεσθαι. *Te* (patrem) *quibus me oculis oportet intueri. Sophocles* Aiac. v. 462. Καὶ ποῖον ὄμμα πατρὶ δηλώσω φανεὶς Τελαμῶνι; Plurima huius generis ad *Ciceron.* Or. pro Rabir. ſub finem congeſsit *Nic. Abramus.* VALKEN.

5. Νῦν τε τέοισι — ὄμμασι ἔς τε ἀγορὴν &c.] Sic *Portus*, *Berglerus*, *Reiskius*, quibus auſcultavi. Noſter II, 82. τέοισι ἐγκυρήσει ex *Florentino*, hoc eſt τίσι, *quibus?* & IV, 155. τέῳ δυνάμει, κοίῃ χειρί; QUA *copia? quave manu? Homerus* Il. Ω, 387. τέων δ' ἔξ ἐσσι τοκήων; *qui te genuere parentes?*

17. Ἐπὶ τὰ παραλαμβανόμενα οὐκ ἀποπέμπω] Non male Laurentius *ad ea, quae ſuſcipiuntur*, ſive quae Myſi urgent, ut te duce in manus ſumantur & peragantur. Coniecturae doctorum virorum παραβαλλόμενα, παρεμβαλλόμενα, παρακαλούμενα nimiae ſunt. *Plato*, ſed alia forma, in *Critia* p. 109. D. τὰ δὲ ἔργα, διὰ τὰς τῶν ΠΑΡΑΛΑΜΒΑΝΟΝΤΩΝ φθορὰς καὶ τῷ μήκει τῶν χρόνων ἠφανίσθη. Adi *Abreſch. Dilucid. Thucyd.* p. 665. & 679.

24. Ἀλλὰ λελῆθέ σε τὸ ὄνειρον] Offendit & legentem moratur τὸ ὄνειρον hoc quidem loco: ſi abeſſet, revocandi nulla foret cauſsa gravis; vix certe locum tuebitur, niſi adſcita ad ſententiam vocula κατὰ. Mecum ſentit *Corn. de Pauw* opinio, coniectantis inſuper τοῦ ὀνείρου, nec diſſidet *Reiskius.*

34. Μετίημί τέ σε ἰέναι] *Galeus* μέτημι ex *Cod. Arcb.* vero propius ait: mihi in excerptis eius libri, quae adcuratiſsima inter manus ſunt, nihil ſimile obſertur. Fuerit tamen; genio ſermonis non congruit; clarum errantis librarii ſpecimen. Nam πολλὰς εἶχε ἐλπίδας μετήσεσθαι ἐπὶ θάλασσαν L. V, 35., quo vir eximius niale deſcripto nititur, praeſidio non eſt. Id enim legitimum, μετήσασθαι futile.

37. Ἐγώ σε συμφορῇ πεπληγμένον ἀχάριτι, τήν τοι οὐκ &c.] *Aldinum* ἄχαρί τι τοι οὐκ ὀνειδίζων ἐκάθηρα, *ego te procul obprobriis amaris luſtravi* mutatum noluerunt *Berglerus* in *Act. Lipſ.* CIↃ IↃ CC XVI, p. 419., *Horreus*, *Reiskius*, alii, quibus quo minus calculum addam, conſenſu ſchedarum MSS. inpedior. Pleraeque omnes συμφορῇ ἄχαρι, τήν τοι οὐκ ὀνειδίζω, & ſi quae ἀχαριτὴν edunt, gemino tono, ut ſecandam innuant in duas vocem, ornant. Ita *Pariſ. B.*, fors quoque *Mediceus.* Namque ἀχαρίτην ea notione, quam viri doctiſsimi voluntate adeptum eſt vocabulum, haberi poſſe, vereor ut inpetretur. Quid ergo? Abbas *Geinoz* t. XVI. *Acad. Inſcript.* p. 61. de ſchedarum lectione nihil demutat, συμφορῇ —— ἄχαρι, τήν τοι οὐκ ὀνειδίζω, ἐκάθηρα, *ego te calamitate percuſsum ingrata, quam tibi non exprobro, purgavi:* per utique conmode, ſi ἄχαρι eo caſu lonum ore uſurparetur. Malui, uti mos fert, συμφορῇ πεπλ. ἀχάριτι, ſecutus ex parte quadam *Aldum.* Qua quidem in re audacior ſi videar, non deerit venia. Συμφορὴ ἄχαρις, τιμὴ ἄχαρις recurrent VII. 36. 190. Obportune *Euripides Alceſt.* v. 855.

Ὅς μ' εἰς δόμους ἐδέξατ', οὐδ' ἀπήλασε,
Καίπερ βραχείᾳ συμφορᾷ πεπλημμένον.

Per vero humaniter, atque uti oportet, addit rex τήν τοι οὐκ ὀνειδίζω. Namque, uti vere *Plutarch. de Adul.* p. 64., πᾶσα ὀνειδιζομένη χάρις ἐπαχθὴς καὶ ἄχαρις.

37. Ἄχαρί τι τοι οὐκ ὀνειδίζων] *Triſte quid tibi non ex-*

„ ποιήσαντος χρηζὰ ἔς σε, χρηζοῖσί μοι ἀμείβεσθαι)
„ φύλακα παιδός σε [a] τῆ ἐμῆ χρήζω γενέσθαι, ἐς
„ ἄγρην ὁρμεωμένῳ· μή τινες κατ' ὁδὸν κλῶπες κα-
„ κοῦργοι ἐπὶ δηλήσει φανέωσι ὑμῖν. πρὸς δὲ τοῦτο,
„ καὶ σέ τοι χρεὼν ἐστὶ ἰέναι, ἔνθα [b] ἀπολαμπρύνεαι
„ τοῖσι ἔργοισι. πατρήιόν τε γάρ τοί ἐστι, καὶ προσ-
„ έτι ῥώμη ὑπάρχει. Ἀμείβεται ὁ Ἄδρηστος, Ὦ βα-
„ σιλεῦ, ἄλλως μὲν ἔγωγε ἂν οὐκ ἥια ἐς ἄεθλον τοιόν-
„ δε· ὅτε γὰρ συμφορὴ τοιῇδε κεχρημένον [c] οἰκός ἐστι
„ ἐς ὁμήλικας εὖ πρήσσοντας ἰέναι, οὔτε τὸ βούλεσθαι
„ πάρα· πολλαχῇ τε [d] ἂν ἴσχον ἐμεωυτόν. νῦν δὲ, ἐπεί
„ τε σὺ σπεύδεις, καὶ δεῖ τοι χαρίζεσθαι (ὀφείλω γάρ
„ σε ἀμείβεσθαι χρηζοῖσι) ποιέειν εἰμὶ ἕτοιμος ταῦτα.
„ παῖδά τε σὸν, τὸν διακελεύεαι Φυλάσσειν, ἀπήμο-
„ να τῆ Φυλάσσοντος εἵνεκεν προσδόκα τοι ἀπονοστήσειν.
Τοιούτοισι ἐπεί τε ὗτος ἀμείψατο Κροῖσον, [e] ἥισαν μετὰ
ταῦτα ἐξηρτυμένοι λογάσι τε [f] νεηνίῃσι καὶ κυσί. ἀπι-
κόμενοι δὲ ἐς τὸν [g] Οὔλυμπον τὸ ὄρος, ἐζήτεον τὸ θη-
ρίον· εὑρόντες δὲ, καὶ περιστάντες [h] αὐτὸ κύκλῳ, ἐσηκόντιζον. ἔνθα δὴ ὁ ξεῖνος [i] οὗτος δὴ ὁ καθαρθεὶς τὸν
Φόνον, καλεόμενος δὲ Ἄδρηστος, ἀκοντίζων τὸν [k] σῦν,
τῆ μὲν ἁμαρτάνει, τυγχάνει δὲ τοῦ Κροίσου παιδός.
ὁ μὲν δὴ βληθεὶς τῇ αἰχμῇ, ἐξέπλησε τῆ ὀνείρου τὴν
[l] Φήμην. ἔθεε δέ τις ἀγγελέων τῷ [m] Κροίσῳ τὸ γεγο-
νός· ἀπικόμενος δὲ ἐς τὰς Σάρδις, τήν τε μάχην καὶ
τὸν τῆ παιδὸς μόρον [n] ἐσήμηνέ οἱ. Ὁ δὲ Κροῖσος, τῷ
θανάτῳ τῆ παιδὸς συντεταραγμένος, μᾶλλόν τι ἐδυ-
σκολογέετο, ὅτι μιν ἀπέκτεινε, τὸν αὐτὸς Φόνου ἐκάθηρε.
[o] Δεινημεχτέων δὲ τῇ συμφορῇ δεινῶς, ἐκάλεε μὲν Δία
καθάρσιον, μαρτυρόμενος τὰ ὑπὸ τῆ ξείνου πεπονθώς
εἴη. ἐκάλεε δὲ ἑπίξηλόν τε καὶ ἑταιρήιον, τὸν αὐτὸν τοῦ-
τον ὀνομάζων θεόν· τὸν μὲν ἑπίξηλον καλέων, [p] διότι
δὴ οἰκίοισι [q] ὑποδεξάμενος τὸν ξεῖνον, φονέα τῆ παι-
δὸς ἐλάνθανε βόσκων· τὸν δὲ ἑταιρήιον, ὡς φύλακα
17 συμπέμψας αὐτὸν, [q] εὑρήκοι πολεμιώτατον. Παρῆ-
σαν δὲ μετὰ τοῦτο οἱ Λυδοὶ φέροντες τὸν νεκρὸν, ὄπισθεν
δὲ

prior de te bene meritus ſum, invicem bene mereri) cuſtodem te opus eſt eſſe filii mei, venatum proficiſcentis, ne qui inter viam occulti graſſatores in veſtram perniciem prodeant. Ad hæc, tua intereſt eò te ire, ubi ſplendor ex rebus geſtis paratur; quod tibi paternum eſt, & præterea robur adeſt. Cui 42
Adraſtus, Ego, inquit, ô rex, in iſtud certamen alioqui non pergerem: neque enim tali calamitate affectum fas eſt ad æquales ſe conferre fortunatos, neque iſtud velle mihi adeſt, & frequenter me ipſum continui: nunc tamen quoniam tibi hoc cordi eſt, cui gratificari oportet (debeo enim gratiam referre per obſequia) iſta exequi paratus ſum: filiumque tuum, quem me cuſtodire iubes, expecta incolumem rediturum vel cuſtodis reſpectu. Poſteaquam his verbis Adraſtus Crœſo 43
reſpondit, mox inſtructi delectis iuvenibus & canibus, diſcedunt. Qui ubi ad montem Olympum pervenere, belluam indagant, & inventam circumfuſi iaculis inceſſunt. Ibi hoſpes is qui à cæde fuerat expiatus, & vocabatur Adraſtus, vibrato in aprum iaculo, non illum, ſed fruſtrato ictu filium Crœſi adeptus eſt. Iſte quidem cuſpide ictus, vocem ſomnii implevit. Quod factum quidam Crœſo nunciaturus cucurrit, perveniensque Sardes, pugnam illi & filii necem indicavit. Crœſus autem morte filii perturbatus, eò gra- 44
vius eam ferebat, quòd is eum necaſſet, quem expiaverat à cæde. Et pergraviter cladem iſtam lamentans, Iovem expiatorem invocabat, teſtificans quæ ab hoſpite paſſus eſſet. Invocabat vero etiam domorum præſidem & familiarem, hunc eundem nominans deum: domorum præſidem quidem, quod quum domo excepiſſet hoſpitem, percuſſorem filii ſui imprudens aluiſſet; familiarem vero quod pro cuſtode cum illo miſſum comperiſſet maximum hoſtem. Secundum hæc, Lydi adfuerunt qui 45
cada-

a Τοῦ ἐμοῦ *Medic.*, in omnibus ceteris τοὐμοῦ. *b* Ἀπολαμπρύνεται *Ald.* margo *Steph. Vind. Arcb.* *c* Sic *Medic.*, ἐικὸς vulgo omnes. *d* Ἂν ἴσχον *Ald.* & *Remig.*, in aliis ἀνίσχον. *e* Ἧισαν *Arcb.* *f* *Med.* & *Pariſ.* duo. Vulgo, νεηνίῃσί τε καὶ. *g* Ὄλυμπον *Medic. Arcb.* *b* Αὐτῷ *idem.* *i* Ex *Medic.* & *Pariſ.*, in aliis αὐτὸς δή. Tum καθαρθεὶς *Arcb.* Vulgo, ſed prave, κατορθείς. *k* Τὸν *Arcb.*, ut ſaepe ante. *l* Φῆμιν *Idem.* *m* Τῷ Κροίσῳ omnes. In *Medic.* deſit articulus. *n* Ex *Med.* & *Pariſ.* duobus. Vulgo ἐσήμαινέ οἱ. *o* Ἡμεκτέων *Lex. Herodot.* *p* Sic *Medic. Vind. Arcb. Steph.* margo & *Pariſ.* Vulgo ὅτι δή. Porro οἰκίῃσιν *Vind. Arcb.*, qui & ἀποδεξάμενος, ut in *Steph.* ora. *q* *Medic. Vind. Arcb. Pariſ.* duo cum *Steph.* ora: in aliis αὐτῷ εὑρίσκοι. Mox νεκρὸν ſine articulo *Arcb.*

probrans, ſive calamitatem, in quam invitus incidiſti: quodvis *malum* ἄχαρι dicitur *Herodoto*, apud quem οὐδὲν παθεῖν ἄχαρι ſaepe recurrit: non equidem dubito, quin olim vulgata lectio melior ſit Mediceâ: ἀχαρίτην τοι οὐκ ὀνειδίζω. Iſta tamen ſi ſic ſcripta Codex exhiberet antiquus: ἐγώ σε συμφορῇ πεπλημμένον ἀχαρίτῳ, τήν τοι οὐκ ὀνειδίζω, ἐκάθηρα· *ego te triſti preſſum calamitate, quam tibi non exprobro, luſtratum expiavi*, haec genuina iudicarem: ἀχάριτι ponere non auſim: ἀχαρίτῳ ſcribatur an ἀχαρίζῳ nihil intereſt; niſi quod Codices Herodotei praebent ἀχάριτα παθήματα p. 83, 36. & ἀχαριτότατον p. 431, 37. Utrumque fuit in uſu, ſicut ἀθέμιστος & ἀθέμιτος. *Triſtis calamitas*, *Herodoto* dicitur ἔχαρις συμφορὴ L. VII, c. 190. Alterum illud, τήν τοι οὐκ ὀνειδίζω, harum rerum peritis facile poſſet adprobari: *Andocides* p. 20, 18. τὰς ἐμὰς συμφορὰς ἐπὶ παντὶ ὀνειδίζειν. *Demoſthenes* c. Androt. p. 397. §. 108. τὰς ἰδίας συμφορὰς ὀνειδίζειν καὶ προφέρειν ἑκάστῳ· quod homine indignum facinus merito iudicabat Or. pro Cor. p. 182. §. 431. ἐγὼ δ' ὅλως μὲν, ὅστις ἄνθρωπος ὢν ἀνθρώπῳ τύχην προφέρει, παντελῶς ἀνήκεστον ἡγοῦμαι. *Aeſchines* c. Cteſiph. p. 64, 40. οὐ τὸ δυστύχημα ὀνειδίζω. VALKEN.

43. Πρὸς δὲ τοῦτο] Nuſpiam alibi reperietur apud *Herodotum*; nonnunquam legitur, πρὸς τούτοισι· quinquagies minimum πρὸς δέ. Corrigo: πρὸς δὲ, ἐς τοῦτο καὶ σέ τοι χρεὼν ἐστὶ ἰέναι, ἔνθα ἀπολαμπρύνεαι τοῖσι ἔργοισι. in quibus ἀπολαμπρύνεαι haud equidem mutaverim multo deteriore Codicum lectione *Galeo* probata. Demaratus inter Lacedaemonios dicitur ἔργοισί τε καὶ γνώμῃσι ἀπολαμπρυνθεὶς L. VI. c. 70. ἔργοισι ἀπολαμπρύνεσθαι perparum diſtat a locutione obvia L. III, c. 134. φίνεσθαί τι ἀποδεικνύμενον. —— ἐς τοῦτο — ἰέναι dixerit Croeſus: reſpondet Adraſtus v. 18, ἄλλως — οὐκ ἂν ἥια ἐς ἄεθλον τοιόνδε. L. II. c. 15. ἐς διάπειραν ἰέναι. Tandem πρὸς δὲ, *praeterea*, *Herodoti* certe lector ſibi non poſtulabat exemplis adfirmari. VALKEN.

43. Πρὸς δὲ τοῦτο] Ni πρὸς δὲ τούτῳ cum *Reiskio* ſcripſeris, certiſſima erit ſuperior coniectura. Poſt pauca πολλαχῇ ἂν ἴσχον ἐμεωῦτὸν ex *Aldo* & *Remig.* inſtauravi. *Multis me*, inquit, *modis continuiſſem.*

60. Οὗτος δὴ ὁ καθαρθεὶς τὸν φόνον] Bene *Arch.* liber. Neque enim dialecti indoles, ut καταρθεὶς ſcribatur, permittit. καθάρσιος, κάθαρσις, ἐκάθηρα, quae paſſim hic reperiuntur, ſcripturam firmant. Contra peccatur C. 46. ἐν πένθεϊ μεγάλῳ καθῆσο, quod κατῆσο fuiſſe, κατήμενος & hoc de genere alia oſtendunt. Vide III, 83. Quae vero de infelice Adraſto produntur, in *Luciani* animo fuerunt *Jovem Confut.* exhibentis C. 12.

62. Ἐξέπλησε τοῦ ὀνείρου τὴν φήμην] *Euſtathius* in *Homer.* p. 1965, 62. ἐν δὲ τῷ χαλεπὴν Φῆμιν ὄπασσε (*Odyſſ.* Ω, 200.) Φανερῶς ἡ ΦΗΜΙΣ ἐστὶν Ἰωνικῶς, καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ. Confer in *Iliad.* p. 799, 10. Cujus decreto ſi obtemperamus, nihil verius *Arch.* τοῦ ὀνείρου τὴν Φῆμιν. Idem III, 153. πρὸς ταύτην τὴν ΦΗΜΙΝ Ζωπύρῳ ἐδόκεε ἀλώσιμος εἶναι ἡ Βαβυλών, ſed ſolus. Diſcrimen exiguum, non negligendum tamen.

70. Ἐκάλεε δὲ ἑπίξηλόν τε καὶ ἑταιρήιον] Tetigit & haec *Euſtath.* in *Hom.* p. 1562, 33. Notiſſimi Iovis tituli ſunt, expliciti a *Dione Chryſ.* Or. I. p. 8. D. & XII. p. 226. A., uberiusque a Cl. *Joann. Taylor* ad *Lyſiae Or. Parental.* p. 35.

87. Κροῖ-

cadaver ferebant: poſt ipſum interfector ſequebatur. Stans autem hic ante cadaver, ſeſe Crœſo tradebat manus protendens, iubensque ut ſe ſuper cadaver mactaret, referendo tum priorem calamitatem ſuam, tum quia poſt illam ſuum etiam expiatorem perdidiſſet, ſibi vivendum amplius non eſſe. Hæc Crœſus audiens, etſi in tanto domeſtico luctu poſitus, tamen Adraſtum miſeratus eſt, & ad eum inquit; Habeo abs te hoſpes omnem vindictam, quoniam te ipſum morte condemnas. Neque vero tu huius mihi cladis autor es, niſi quatenus id feciſti imprudens: ſed deorum quispiam, qui iampridem mihi ventura ſignificavit. Crœſus ergo filium, prout iuſtum erat, ſepelivit. Adraſtus autem Gordii filius, Midæ nepos, is qui tum fratris ſui, tum expiatoris interfector erat, ubi ſilentium hominum fuit ad ſepulcrum, agnoſcens ſe eſſe hominum, quos ipſe noverat, calamitoſiſſimum, ſeſe ſuper buſtum transfodit. Porro Crœſus, filio orbatus, ingenti in luctu duos annos deſedit. Quem luctum poſtea finivit Aſtyagis Cyaxaris filii dominatio à Cyro Cambyſis filio ſublata, & res Perſarum creſcentes: atque in ſolicitudinem venit, ſiqua ratione poſſet, potentiam iſtam, priusquam Perſæ nimis invaleſcerent, coërcere. Poſt hanc ergo cogitationem, ſtatim tentavit oracula quæque apud Græcos eſſent, quodque in Africa, aliis aliò dimiſſis, quibusdam Delphos, quibusdam ad Abas Phoſium, aliis Dodonam: nonnulli etiam ad Amphiaraum & ad Trophonium, & alii quidam ierunt ad Branchidas oræ Mileſiæ. Atque hæc ſunt Græca oracula, ad quæ conſulenda Crœſus miſit. In Africa vero ad Ammonem alios reſponſa petituros dimiſit. Omnes autem miſit exploratum oracula quid ſentirent: ut, ſi intelligentia veritatem deprehenderentur, ſecundò per ſuos rogaret, nunquid in Perſas expeditionem moliretur? Hæc mandata quum dediſſet Lydis, emiſit ad tentanda oracula, ut a qua die profecti eſſent Sardibus, ab hac numerantes per dies certo

δὲ εἵπετό οἱ ὁ Φονεύς. ἅτε δὲ ὕτος πρὸ τοῦ νεκροῦ, παρεδίδου ἑωυτὸν Κροίσῳ, προτείνων τὰς χεῖρας, ἐπικατασφάξαι μιν κελεύων τῷ νεκρῷ· λέγων τήν τε προτέρην ἑωυτοῦ συμφορὴν, καὶ ὡς ἐπ' ἐκείνῃ τὸν [a] καθήραντα ἀπολωλεκὼς εἴη· οὐδέ οἱ εἴη βιώσιμον. Κροῖσος δὲ τούτων [b] ἀκούσας, τόν τε Ἄδρηστον κατοικτείρει, καίπερ ἐὼν ὁ κακῷ οἰκηίῳ τοσούτῳ, καὶ λέγει πρὸς
„ αὐτὸν, Ἔχω, ὦ ξεῖνε, παρὰ σεῦ πᾶσαν τὴν δίκην, ἐ-
„ πειδὴ [c] σεωυτῷ καταδικάζεις θάνατον. εἰς δὲ ὐ σό-
„ μοι τῦδε τοῦ κακοῦ αἴτιος, εἰ μὴ ὅσον ἀέκων ἐξεργάσαο· ἀλλὰ θεῶν κού τις, ὅς μοι καὶ πάλαι προ-
„ σήμαινε τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. Κροῖσος μέν νυν ἔθαψε ὡς [d] εἰκὸς ἦν τὸν ἑωυτοῦ παῖδα. Ἄδρηστος δὲ [e] ὁ Γορδίεω τοῦ Μίδεω, ὕτος δὴ ὁ Φανεὺς μὲν τοῦ ἑωυτοῦ ἀδελφεοῦ γενόμενος, Φονεὺς δὲ τοῦ καθήραντος, ἐπεί τε ἡσυχίη τ' ἀνθρώπων ἐγένετο [f] περὶ τὸ σῆμα, συγγινωσκόμενος ἀνθρώπων εἶναι τ' αὐτὸς [g] ἥκιδε βαρυσυμφορώτατος, ἑωυτὸν ἐπικατασφάζει τῷ τύμβῳ. Κροῖσος δὲ ἐπὶ δύο [h] οἱ πένθει μεγάλῳ καθῆστο, τοῦ παιδὸς ἐστερημένος. μετὰ δὲ ἡ Ἀστυάγεος τοῦ Κυαξάρεω ἡγεμονίη καταιρεθεῖσα ὑπὸ Κύρου τοῦ Καμβύσεω, καὶ τὰ τῶν Περσέων πρήγματα αὐξανόμενα, πένθεος μὲν Κροῖσον ἀπέπαυσε· ἐνέβησε δὲ ἐς Φρυγίδα, εἴ κως δύναιτο, [i] πρὶν μεγάλους γενέσθαι τοὺς Πέρσας, [k] καταλαβεῖν αὐτῶν αὐξανομένην τὴν δύναμιν. μετὰ ὧν τὴν [l] διάνοιαν ταύτην αὐτίκα ἀπεπειρᾶτο τῶν μαντηίων τῶν τε ἐν Ἕλλησι, καὶ [l] τοῦ ἐν Λιβύῃ· ἄλλην ἄλλῃ πέμψας, τοὺς μὲν ἐς Δελφοὺς ἰέναι, τοὺς δὲ [m] ἐς Ἄβας τὰς Φωκέων, τοὺς δὲ ἐς Δωδώνην· οἱ δέ τινες ἐπέμποντο παρά τε Ἀμφιάρεων καὶ παρὰ Τροφώνιον· οἱ δὲ, τῆς Μιλησίης ἐς Βραγχίδας. ταῦτα μέν νυν τὰ Ἑλληνικὰ μαντήια, ἐς τὰ ἀπέπεμψε μαντευσόμενος Κροῖσος. Λιβύης δὲ παρὰ Ἄμμωνα [n] ἀπέστειλε ἄλλους χρησομένους. διέπεμπε δὲ [o] πειρώμενος τοῦ μαντηίου τὸ, τι φρονέοιεν. ὡς εἰ φρονέοντα τὴν ἀληθηίην ἐυρεθείη, ἐπείροιτο σφέα δεύτερα πέμπων, εἰ ἐπιχειρέοι ἐπὶ Πέρσας στρατεύεσθαι; Ἐντειλάμενος δὲ τοῖσι Λυδοῖσι τάδε, ἀπέπεμπε ἐς τὴν διάπειραν τοῦ χρηστηρίου· ἀπ' ἧς ἂν ἡμέρης ὁρμηθέωσι ἐκ Σαρδίων, ἀπὸ ταύτης ἡμερολογέοντα

a Ex *Medic.*, καθάρχντα ceteri. *b* Margo *Stepb.* & *Medic.* ἀκυών, ἀκούσας reliqui, quod reſtitui. *c* Σὺ ἑωῦτοῦ *Arcb.*, tum τοῦ κακοῦ τούτου αἴτιος. Habet *Hermogenes Methodi* C. 32., & illuſtrat ex *Homero* Il. Γ, 164. non nihil mutata: praeterea in *Arcb.* ἐξεργάσας. *d* Ita omnes. ἐοικὸς *Medic.* In *Arcb.* νιν ἔθαψε, tum ὡς εἰκ. ἦν θάψαι τὸν ἑωῦτοῦ, quod & *Vindob.* *e* Haec usque ad ἑωῦτὸν ἐπικατασφάζει deſunt *Arcb. Vind.* in prioris tamen margine addita ſunt. *f* *Medic.* & *Pariſ.* unus. παρὰ alii. *g* *Medic.* cum *Pariſ. Arcb.*, ἤδεε *Stepb.* margo. Vulgo εἰδε. *h* In *Arcb.* & *Vind.* ἐπένθει, neglectis quinque ſequentibus. Tum Ἀσυάγεω *Arcb.* *i* Πρὶν μεγάλως αὐξηθῆναι τοὺς Π. *Remig.* & margo *Stepb.* *k* *Med. Arcb. Pariſ.*, alii καταβαλεῖν. *l* Τῶν ἐν Λιβύῃ *Rem.* & *Stepb.* ora. In *Arcb.* ἐν δελφῖσι, *Vind.* ἐν Δελφοῖσι. Ambo vero omittunt omnia, quae ſuccedunt, usque in Cap. 53. *m* Ἐς Σάβας τῶν Φ. *Aldus.* Vide *Paull. Leopardum* Emend. VI, 22. τῶν Φωκέων in *Pariſ. C.*, vulgatum eſt e *Medic.* *n* *Aldus* & *Pariſ.* omnes ἀπέστειλε, *Med.* ἀπέστελλε. *o* Πειρεώμενος *Ald.* & *Pariſ. B.*, in *Med.* πειρώμενος, ſine cauſſa.

87. Κροῖσος μέν νυν ἔθαψε ὡς εἰκὸς ἦν &c.] Nolui MSS. reniti, quibus εἰκὸς, quorſum *Medic.* ducit, ſi placuiſſet, cupide adſenſus fuiſſem. Haud ſcio vero, ſpernine oporteat *Arcb.* Κρ. μέν νιν ἔθαψε, ὡς εἰκὸς ἦν θάψαι τὸν ἑωῦτοῦ παῖδα. Convenit ſcribentis mori abundans illa repetitio, ut VI, 109. IX, 11. &c.

90. Ἐπεί τε ἡσυχίη — περὶ τὸ σῆμα] Et hoc & mox ἤιδε ſervo. Poſterius ob *Homeri Iliad.* Χ, 280. Ἐκ Διὸς ΗΕΙΔΕΙΣ τὸν ἐμὸν μόρον. & *Odyſſ.* I, 205. οὐδέ τις ἄυτὸν ΗΕΙΔΕΙ δμώων. Illud, quoniam ſententiae reique ordini melius congruit. Non bene mihi apta nexaque videntur παρὰ τὸ σῆμα — ἑωῦτὸν ἐπικατασφάζει τῷ τύμβῳ. Ita enim δὶς ταυτόν. Verum in frequentiſſima harum praepoſitionum commutatione ſuum cuique, ſine acerbitate tamen, iudicium eſſe debet. De Adraſto *Diodorus* t. II. p. 553. ὁ δὲ οὐδὲν ἧττον κατ' ἰδίαν ἐπὶ τὸν Ἄτυος τάφον πορευθεὶς ἑαυτὸν κατέσφαξεν *Plutarchus* de Stratone *Narrat. Amat.* p. 772. ὁ δὲ φανερῶς ΕΠΙΚΑΤΕΣΦΑΞΕΝ ἑαυτὸν τῇ παρθένῳ.

94. Ἐν πένθει μεγάλῳ κατῆστο] Citaſſe haec *Euſtathium* monuit *Portus.* Triſtitiae indicium & apud alios poenitentiae habitus iſte erat. *Joſephus Ant. Jud.* XIX, 8, 2. ἡ πληθὺς αὐτίκα — ἐπὶ σάκκου καθεσθεῖσα τῷ πατρίῳ νόμῳ τὸν θεὸν ἱκέτευεν. Verum hoc illi nationi Syrisque paene ſollemne. Male certe mutat *Arcb.* cum *Vind.*, melius fortaſſe Ἀσυάγεω, quo ille modo plerumque ſemper, rarius *Ask.* & *Vindob.*, ſemel *Aldus* I, III., quod ex *Medic.*, Ἀσυάγεος conſtanter edente, mutatum fuit. Ego Ionum conſuetudini, cui Κυαξάρεω, Καμβύσεω & hujus formae plura debentur, adſcribo.

98. Εἰ κως δύναιτο — καταλαβεῖν αὐτῶν — τὴν δύναμιν] Male *Gronovius* audit ob *Medic.* καταλαβεῖν probatum, quod tamen aliae ſchedae ratum habent atque obportunum eſt. Nondum id animo rex verſabat, ut gliſcentem Perſarum potentiam obprimeret ac prorſus everteret: acciſam & coërcitam deſiderabat. Itaque legatis ut ſciſcitarentur, iniunxit, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας καὶ εἰ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προσθέοιτο, *an in Perſas expeditionem ſuſciperet & aliquem virorum exercitum adſciſceret* C. 53. Quod utique omnibus in more eſt, qui ex aucto vicinorum & magis creſcente imperio rebus ſuis formidant, ut bene *S. Pufendorfius* VIII, 6, 5. *Jur. Nat. & Gent.* Ut vero intellexit ex oraculo, in fatis ſibi eſſe μεγάλην ἀρχὴν καταλῦσαι, tum demum cupido incesſit & ſpes evertendi Perſarum Cyrique regni, καταλύσειν τὴν Κύρου βασιληίην. Haec *Noſter* clariſſime. Καταλαβεῖν coërcendi & compeſcendi notionem

γέοντας τὸν λοιπὸν χρόνον [a] ἑκατοστῇ ἡμέρῃ χρήσθαι τοῖσι χρηστηρίοισι, [b] ἐπειρωτέοντας ὅ, τι ποιέων τυγχάνοι ὁ Λυδῶν βασιλεὺς Κροῖσος ὁ Ἀλυάττεω. ἄσσα δ' ἂν ἕκαστα τ χρηστήρια θεσπίσῃ, συγγραψαμένους ἀναφέρειν παρ' ἐωυτόν. ὅ, τι μέν νυν τὰ λοιπὰ τ χρηστήρια [c] ἐθέσπισε, οὐ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν· ἐν δὲ Δελφοῖσι ὡς ἐσῆλθον τάχιστα ἐς τὸ μέγαρον οἱ Λυδοὶ χρησόμενοι τῷ θεῷ, καὶ [d] ἐπειρώτεον τὸ ἐντεταλμένον, ἡ Πυθίη ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λέγει τάδε,

„ Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης,
„ Καὶ κωφῶ συνίημι, καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω.
„ Ὀδμή μ' ἐς φρένας ἦλθε [e] κραταιρίνοιο χελώνης
„ Ἑψομένης ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσιν,
„ Ἧι χαλκὸς μὲν ὑπέστρωται, χαλκὸν δ' ἐπίεσται.

Ταῦτα οἱ Λυδοὶ θεσπισάσης τῆς Πυθίης συγγραψάμενοι, οἴχοντο ἀπιόντες ἐς τὰς Σάρδις. ὡς δὲ καὶ ἄλλοι οἱ περιεπεμφθέντες παρῆσαν φέροντες τὰς χρησμούς, ἐνθαῦτα ὁ Κροῖσος ἕκαστα ἀνεπτύσσων ἐπῶρα τ συγγραμμάτων. τ μὲν δὴ οὐδὲν ἐφρόντιζε μιν· ὁ δὲ, ὡς τὸ ἐκ Δελφῶν ἤκουσε, αὐτίκα προσεύχετό τε καὶ προσεδέξατο, νομίσας μοῦνον εἶναι μαντήιον τὸ ἐν Δελφοῖ-

certum tempus, centesima die uterentur oraculis, sciscitantes quidnam faceret Lydorum rex Crœsus Alyattis filius: & quod singula oracula respondissent, id omne conscriptum ad se referrent. Quid porro cetera responderint oracula, à nullis commemoratur: apud Delphos autem, simulatque intraverunt Lydi templum, consulturi deum, & scisciti sunt quod erat iniunctum, Pythia hexametro tenore hæc inquit;

Aequoris est spatium & numerus mihi notus arenæ;
Mutum percipio, fantis nihil audio vocem.
Venit ad hos sensus nidor testitudinis acris,
Quæ simul agnina coquitur cum carne lebete,
Aere infra strato, & stratum cui desuper æs est.

His quæ Pythia cecinit, conscriptis, Lydi digressi, Sardes rediere. Quumque alii quos circummiserat Crœsus, affuissent ferentes vaticinia, tunc singula explicans, quod scriptum esset, inspexit: quorum quidem nullum probavit. Ubi autem illud Delphicum audivit, protinus adoravit, & agnovit, existimans solum oraculum esse illud Delphicum; quip-

a Aldus, *Medic. Paris. C.* ἕκαστος τῇ in duobus aliis, sicuti vulgo, ἕκαστον. *b* Plerique cum *Ald.* ἐπηρωτέοντας. *Medic.* ἐπειρωτῶντας, & mox τυγχάνοι. *Ald.* τυγχάνει. Malim ἐπειρωτέοντας. & mox ἐπειρώτεον. Vid. III, 62. IV, 156. *Mediceus* sibi non constat, neque alii perpetuo. *c* Ita *Med.* Θεσπίσοι vulgo. *d* Ἐπηρώτεον *Ald. Paris. C.*, *Med.* ἐπειρώτων. *e* Sic *Med. Remig. Paris.* In *Aldo* vitio frequenti κραταιριήνοιο. Vulgo κρατερὴ οἰκ. Citatur oraculum a veterum pluribus, sed varie, *Aristide* t. II. p. 377. *Ed. Iebb. Eusebio Praep. Eu.* V, 34. *Suida* in Κροῖσος, &c.

nem non recusat. *Suidas*, κατέλαβεν, ἐπέλαβεν· ἐπέσχε τῆς ὁρμῆς· additis *Herodoti* verbis V, 21., quibus respondent III, 36. 52. VII, 9., ne alia adnumerem. Conf. *Abresch. Dilucid. Thucyd.* p. 509.

15. Ἑκατοστῇ ἡμέρῃ χρῆσθαι τοῖσι χρηστηρίοισι] *H. Stephanus* vulgatae lectionis faber est, parens schedis suis. Offendit eum, neque inmerito, ἕκαστος hac vocum in serie; ἕκαστον maluit, nec quidquam de vitio suspicatus, reiectis prioris interpretis Latinis, vertit, *singuli eodem die oraculum consulerent*, τῇ ἡμέρῃ interpretatus ac si esset τῇ αὐτῇ vel ταυτῇ ἡμέρῃ. Placuit hoc doctis viris, *Horreo Obs. Herodot.* C. 12., *Elsnero Schediasm. Critic.* C. 6. & aliis. At finitus a rege dies fuit, κυρίη τῶν ἡμερέων C. 46., quo legati omnes, postquam Sardibus profecti erant, oracula sciscitarentur. Itaque clanculum a Croeso illis dictum constitutumque fuisse, ne ad oraculorum praesides eius notitia manaret, *Elsnerus* adseverat, tametsi finitionis eius in scriptore & re ipsa vestigium nullum, vola nulla. Cui enim bono clandestina ista diei determinatio? Satis utique regi erat, ne nuncii, illive, ad quos amandabantur, rei, quam animo agitabat, scientiam haberent. A *Stephani* opinione nonnihil deflectit *D. Heinsius*, ἕκαστον ἐῇ ἡμέρῃ, id est, *eodem die*, corrigens, monente *Iungermanno* ad *Polluc.* I, 67. Verum quae supra posita sunt de constituto ab rege consultationis signatoque die, & hanc suspicionem urguent, sicuti quoque *Georg. Arnaldi Animadv. in Herodot.* C. 29. μίῃ ἡμέρῃ. Non addo, ἰὴν usurpasse Herodotum nusquam, atque ab eius loquendi more discrepare. Longius abit Cl. *Reiskii* ἑκάστου ῥητῇ ἡμέρῃ, quasi singulis statutus consulendi dies fuerit, non, quorsum Nostri oratio pertinet, omnibus unus atque idem. Ῥητὴν ἡμέρην sive κυρίην fuisse adgnosco, neque inprobo Scholiasten *Luciani Iov. Trag.* C. 30. ἔταξεν αὐτοῖς ῥητὴν ἡμέραν μετὰ τὸ ἀφίκεσθαι. Sed quotus ille fuerit, in controversia manet. *Gronovius* ex *Medic.* ἕκαστος τῇ ἡμέρῃ χρῆσθαι, *quique ista die oraculis uterentur.* Qua quaeso? Eane, qua legati Sardibus proficiscebantur? Id quidem, si nunciis alas aptasset Croesus, inpetrari haud potuit. Soloecum praeterea, ut lenissime dicam, ἡμερολογέοντας — ἕκαστος — ἐπειρωτῶντας, cui simile bonae notae scriptores structuram ignorant. Habet, nec me fugit, vir eximius gemina, uti opinatur, exempla, quae, si sedulo excusseris, aliena adparebunt. Abstineo cum maxime ab ea opera, quod otium mihi fecerit *Kusteri* diligentia in *Clerici Biblioth. Vet. & Rec.* T. V. p. 396. *Kusterus* ipse, *Stephani* versionem sententiamque collaudans, excidisse coniicit notam numeralem K. vel Λ., aut aliam quamvis, qua *Herodotus* τὴν κυρίην τῶν ἡμερέων designaverit: cui facile adstipulor in numerato die & clare a rege expresso: miror tamen neque eum nec quemquam, quod sciam, praeter *St. Berglerum* in Herodoteis illum animadvertisse. *Aldi*, *Medic.*, *Paris. C.* ἕκαστος τῇ ἡμέρῃ χρῆσθαι signant adnumeratum diem liquidissime, modo una omissa litera ἑκατοστῇ ἡμέρῃ *centesima die* reponatur. Haec κυρίη τῶν ἡμερέων, qua legati deorum ingrederentur templa, Croesus culinam. Ἑκατοστὴν dixisse & statuisse videtur, quod eorum alii in Graeciae ultimos fines, alii in intimas Libyae arenas oraculorum causa penetrare deberent. Ut ut illud fuit, gloriam instaurati feliciterque sanati loci *Steph. Berglerus* aufert. Vide *Act. Lipsiens.* anni CIↃ IↃ CC XVI. p. 421.

25. Καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω] Docta Grammaticorum natio uno fere ore καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω, *Ammonius*, *Suidas*, *Eustathius*, atque alii, a *Valkenario* laudati ad *Eranium Philon.* p. 170. Consentit *Apollonius* in Glosis *Herodoti* apud *Etymolog.* p. 552, 7., tum *Aristides*, *Oenomaus* in *Eusebii Praep. Evang.* & *Porphyrius Vit. Plotini* C. 22. Scripti Codices in vulgato adquiescunt, nec non & lapidis monumentum, Delphis a *Cyriaco Anconitano* visum, *Inscript.* p. 28. Neque ego oblúctor. Grammaticorum οὐ λαλέοντος ex interpretamento venit. Ὀδμή —— κραταιρίνοιο χελώνης *Fr. Vigerii* & *Gronovii* praesidio munita satis est. Testudo oraculi κραταίρινος, ex duriore testa λιθόξεινος *Empedocli* est in *Plutarchi Sympos.* I. p. 618., de quo eius titulo docte *Pierson. Veros. Mnemos.* L. II, 2. Id dissimulare nefas, inclementius *H. Stephanum* exagitari. Auctor non fuit spretae scripturae ΚΡΑΤΕΙΡΗ ΟΙΑ ΧΕΛΩΝΗΣ. Dedit quod in Codice repererat, & in marmore *Cyriaci* legitur. Adde *Muratorium Thesaur.* T. II. p. 587, 3., sed memoriae peccato errantem.

26. Ὀδμή μ' ἐς φρένας ἦλθε] Κρατερήνοιο, quod nullis machinis tuearis, relictum fuit in *Schol.* ad *Lucian.* II, p. 676. licet & in iisdem *Scholiis* p. 637. alterum genuinum legeretur. Quod alibi reperitur Ὀσμὴ δ' ἐς φρένας ἦλυθέ μευ· positum a tali videtur, cui fuit ignota vetus & Homerica loquendi ratio, *Alcaeo* restituenda apud *Athen.* III, p. 85. F. ἰαύνοι σε φρένας ἀ θαλασσία λεπάς. *Aeschyl.* Persis, v. 161. Καί με καρδίαν ἀμώσσει φροντίς. Suppl. v. 384. Φέβος μ' ἔχει φρένας. *Eurip. Or.* v. 606. ὥσε μ' ἀλγῆσαι φρένας. Grammaticis ista scribendi figura vocatur ὅλον κατὰ μέρος.
VALKEN.

28. Χαλκὸν δ' ἐπίεσται] In *Suidae* Κροῖσος, χαλκὸς δ' ἐπίεσται, cui *Galeus*, *Pauw*, alii primas dant contra tabulas & marmor. Non ego. *Portus* ex ἐπιέω sive ἐπιέννυμι recte propagavit. *Cui* testudini *substratum quidem aes, verum aes quoque induta est*; χάλκεον ἐπίθημα mox adpellat.

33. Τῶν μὲν δὴ οὐδὲν προσίετό μιν] Latina, *quorum quidem nullum admittebat eum*, non intelligo: quanto clarius prior interpres, *quorum quidem nullum probavit.*

quippe quod comperisset quod ipse fecerat. Nam posteaquam ad petenda oracula consultores dimiserat, statuto illo die observato, tale quiddam est machinatus: commentando ea quae ad deprehendendum & explicandum perdifficilia forent, testudinem pariter & agnum concisos in aheno ipse coxit, operculo aheneo imposito. Atque ita è Delphis
49 Crœso responsum est. Ex Amphiarai vaticinio quidnam responsum sit Lydis, quum in sacro illo rite sacrificassent, non queo dicere. Nam de eo nil fertur aliud, quam
50 quod & hoc Crœsus verax vaticinium se nactum esse existimavit. Post hæc autem ingentibus hostiis deum, qui est apud Delphos exorandum statuit. Immolavit enim lecta pecora numero ter mille: præterea lectos aureos & argenteos, phialas aureas, & amictus purpureos, ac tunicas ingenti pyra extructa concremavit, sperans sese aliquanto magis his rebus posse deum illum sibi placare, iussis etiam Lydis omnibus, ut sua ipsorum, quicquid haberet quisque, immolarent. Quo sacrificio peracto quum immensam vim auri liquefecisset, ex eo dimidiatos lateres conflavit; longiores quidem sex palmorum, breviores autem trium, crasitudine palmari, numero septendecim ac centum; quorum quatuor erant auri excocti, singuli pondo duorum & dimidii talenti: ceteri vero, auri albidi, pondo binûm talentorum. Fecit quoque leonis effigiem ex auro excocto, decem talentorum pondo: qui leo quum templum Delphicum deflagravit, à semilateribus decidit: super illos enim erat collocatus; & nunc in Corinthiorum thesauro repositus est, pondo sex talentorum atque dimidii, eliquatis tribus talentis ac dimidio.
51 Hæc Crœsus ubi perfecit, Delphos misit, cumque eis hæc alia, duos grandi forma cra-
teras,

φοῖσι, ὅτι οἱ ἐξευρήκεε τὰ αὐτὸς ἐποίησε. ἐπεί τε γὰρ δὴ διέπεμψε ἐς τὰ χρηστήρια τὰς θεοπρόπους, φυλάξας τὴν κυρίην τ̃ ἡμερέων, [a] ἐμηχανήσατο τοιάδε· ἐπινοήσας τὰ ἦν ἀμήχανον ἐξευρεῖν τε καὶ ἐπιφράσασθαι· [b] χελώνην καὶ ἄρνα κατακόψας ὁμοῦ ἕψει αὐτὸς ἐν λέβητι χαλκέῳ, χάλκεον ἐπίθημα ἐπιθείς. Τὰ μὲν δὴ ἐκ Δελφῶν ἔτυχε τῷ Κροίσῳ ἐκβεβηκότα· κατὰ δὲ τὸν Ἀμφιάρεω τ̃ μαντήιου ἀπόκρισιν, οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὅ, τι τοῖσι Λυδοῖσι ἔχρησε, ποιήσασι περὶ τὸ ἱρὸν τὰ νομιζόμενα. οὐ γὰρ ὧν οὐδὲ τοῦτο λέγεται ἄλλο γε, ἢ ὅτι καὶ τοῦτο ἐνόμισε μαντήιον ἀψευδὲς [c] ἐκτῆσθαι. Μετὰ δὲ ταῦτα θυσίῃσι μεγάλῃσι τὸν ἐν Δελφοῖσι θεὸν ἱλάσκετο. κλῆνά τε γὰρ τὰ θύσιμα πάντα τρισχίλια ἔθυσε, κλίνας τε ἐπιχρύσους καὶ ἐπαργύρους, καὶ φιάλας χρυσέας, καὶ εἵματα πορφύρεα, καὶ χιτῶνας, [d] νήσας πυρὴν μεγάλην, κατέκαιε· ἐλπίζων τὸν θεὸν μᾶλλόν τι τούτοισι [e] ἀνακτήσεσθαι. Λυδοῖσί τε πᾶσι προεῖπε θύειν πάντα τινὰ αὐτῶν τούτῳ ὅ, τι ἔχοι ἕκαστος. ὡς δὲ ἐκ τῆς θυσίης ἐγένετο, καταχεάμενος χρυσὸν ἄπλετον, ἡμιπλίνθια ἐξ αὐτοῦ ἐξήλαυνε· ἐπὶ μὲν τὰ μακρότερα, ποιέων [f] ἑξαπάλαιστα, ἐπὶ δὲ τὰ βραχύτερα, τριπάλαιστα· ὕψος δὲ, παλαιστιαῖα· ἀριθμὸν δὲ, ἑπταικαίδεκα καὶ ἑκατόν. καὶ τετέων, [g] ἀπέφθη χρυσοῦ τέσσερα, τρίημιτάλαντα ἕκαστον ἕλκοντα· τὰ δὲ ἄλλα ἡμιπλίνθια 19
ἐκ λευκοῦ χρυσοῦ, ἕξαθμον δίταλαντα. [h] ἐποιέετο δὲ καὶ λέοντος εἰκόνα χρυσοῦ ἀπέφθου, ἕλκουσαν ἕξαθμον τάλαντα δέκα. οὗτος ὁ λέων, ἐπεί τε κατεκαίετο ὁ ἐν Δελφοῖσι νηός, κατέπεσε ἀπὸ τ̃ ἡμιπλινθίων. ἐπὶ γὰρ τούτοισι ἵδρυτο, καὶ νῦν κεῖται ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ, ἕλκων ἕξαθμον ἕβδομον ἡμιτάλαντον. ἀπετάκη γὰρ αὐτοῦ τέταρτον ἡμιτάλαντον. Ἐπιτελέσας δὲ ὁ Κροῖσος ταῦτα, ἀπέπεμπε ἐς Δελφοὺς καὶ τάδε ἄλλα ἅμα τοῖσι, κρητῆρας δύο μεγάθεϊ μεγάλους, χρύσεον καὶ ἀργύρεον· τῶν ὁ μὲν

[a] *Medic.* ἐμηχανᾶτο, ἐμηχανήσατο *Paris.* duo & *Aldus* cum vulgatis. [b] Saepe haec *Lucianus* perstringit; *Iov. Conf.* C. 14, *Iov. Tragoed.* C. 30. *Bis Accus.* C. 1. atque alibi. [c] *Ald. Paris.* C. & alii. Κεκτῆσθαι *Med.* [d] Νηήσας *Remig.* [e] Sic *Med. Remig.*, ἀνακτήσασθαι vulgo. [f] *Medic.* ἐξαπάλασα, τριπάλασα & παλασιαῖα. ut *Paris.* omnes cum editis ἐξαπάλαισα, τριπάλαισα, παλαισιαῖα. [g] Confer *Etymolog.* p. 650, 35. [h] Haec citat *Priscianus de Ponder.* p. 1347. Vid. *Gronov. de Pec. Vet.* 1, 3.

vit. Positum est καθ' ὑπαλλαγήν. Vulgus dixisset τῶν μὲν δὴ οὐδὲν ἀυτὸς προσίετο, uti *Portus* admonuit. Sic *Aristophanes Equit.* v. 358. ἐν δ' οὐ προσίεταί με τῶν πραγμάτων. Quod his subditur, ὁ δὲ — ἀυτίκα προσεύχετό τε καὶ προσεδέξατο, *Reiskio* olim vitii reum fuit ac mutandum: nunc minime ob C. 60. προσεύχοντο τὴν ἄνθρωπον. Esse enim idem atque εὔλογα πρὸς ἀυτὸ εἶπε, *praeclara & honorifica de eo dicebat.* Non opinor. Uterque *Nostri* locus adorationem ponit. Croesus, turpi superstitione dementatus, oraculi responsum, ut vidit, adoravit, prorsus ac Ciliciae praefectus accepto oraculo: ὁ δ' ἡγεμὼν ἐκεῖνο ἐξεπλάγη καὶ προσεκύνησε in *Plutarcho Defect. Oracul.* p. 434. E.

46. Μαντήιον ἀψευδὲς ἐκτῆσθαι] *Eustath.* in *Homer.* p. 759, 41. τὸ ἘΚΤΗΣΘΑΙ Ἀττικόν ἐστι καὶ αὐτό, καὶ Γωνικὸν δὲ ἀποβληθέντος τοῦ συμφώνου τῆς αὐξήσεως. Itaque non repudio. *Florentinus* liber inconstantia laborat; mutat hic & 155. 170.; retinet III, 100. IV, 190. &c. Proxime οὐ γὰρ ὧν οὐδὲ τοῦτο λέγεται, reponit vir doctus οὐδὲ τούτου vel οὐδὲ περὶ τούτου. Non sequor. Λέγειν utraque in forma id locutionis genus non renuit.

48. Κτήνεα — πάντα τρισχίλια ἔθυσε] *Gronovium* vide. Qui veri fidem hunc victimarum numerum excedere decernunt, non recordantur liberalissimae Salomonis pietatis in templi Hierosolymitani dedicatione I. *Reg.* VIII, 63., nec Graecanicae superstitionis, qua saepe, uti *Theodoretus* ait *Orat.* VII. *ad Graec.* p. 104. καὶ ἑκατόμβας καὶ χιλιόμβοας κατέθυον, καὶ πολμιὼ κατέσφαττον καὶ βουκόλια. Genio Croesi prodigum id non fuit.

51. Νήσας πυρὴν μεγάλην] Fui in ambiguo, refingeremne νηήσας ex *S. Remigii* schedis; sed praestat parco esse. Περινηήσαι bis obvium est II, 107. *Apollonius Rhod.* III, 1033. αὐτῷ πυρκαϊὴν εὖ ΝΗΗΣΑΣ. & V. 1207. νήησε σχίζας. Adde *Eustath. Homer.* p. 741, 59. Quod additur de Lydis θύειν — ὅ, τι ἔχοι ἕκαστος victimas utique spectat atque ad sententiam verborum requirit, ut intelligas τιμιώτατον, ut *Reiskius*, sive θύσιμον, ut ego malo. Quis enim putet, imperatum fuisse, ut quidquid haberent, inmolarent?

56. Ποιέων ἐξαπάλαισα] Habuisse *Nostrum* ex doctrina, vel more patriae, aut alia consuetudine ἐξαπάλασα, τριπάλασα &c., fallax suspicio est. Τῶν ποδῶν μὲν scribit ipse L. II, 149., ΤΕΤΡΑΠΑΛΑΙΣΤΩΝ ἐόντων, τοῦ δὲ πήχεος ΕΞΑΠΑΛΑΙΣΤΟΥ, nulla Codicum discordia. Minime παλασὴν damno. *Phrynichus*, παλασὴ τὸ μέτρον καὶ θηλυκῶς λέγεται καὶ ἄνευ τοῦ τ. Neque nescio criticorum veterum contentiones de Homerico τὸν δὲ παλασήσασα *Odyss.* A, 252. Sed amo, haberi fi posit, scriptionis in Herodoto confensionem. In πλίνθων sive ἡμιπλινθίων numero *Diodorum Sicul.* ab *Herodoto* discrepare nota res est: adnumerat CXX. L. XVI, 53. ubi in *adnotationibus* plura.

66. Ἕλκων ϛαθμὸν ἕβδομον ἡμιτάλαντον] Vide *Gronov.* doctosque interpretes *Pollucis* IX, 55. Usus praeter alios his est *Didymus*, cuius in *Prisciani de Ponder.* Conmentario p. 1350. verba scribenda videntur, Ἴωνες καὶ Ἀττικοὶ τὰ δύο ἥμισυ, ἥμισυ τρίτου φασὶ, καὶ τὰ ἓξ ἥμισυ τάλαντα, ἕβδομον ἡμιτάλαντον, καθάπερ φησὶν Ἡρόδοτος. Quae adduntur, nihil ad *Nostrum*, nec vera omnia sunt, sed vitio temporum turbata. Lege Conmentar. ad *Marm. Sandvicense* Cl. *Jo. Taylor* p. 32.

69. Κρατῆρας δύο μεγάθεϊ μεγάλους] Movit controversiam vir celeberrimus τῷ μεγάθεϊ, quod Florentiae μεγέθεϊ reperiatur & hic & alibi: nusquam ergo *Herodotum* videri μέγαθος scripsisse. Aliud visum *Gr. Corintho*; τὸ μέγεθος, ait, μέγαθος λέγουσιν *Iones.* Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρῃ τῶν Ἱστοριῶν II, 76. πρόσωπον — μέγαθος ὅσον κρέῃ

μὲν χρύσεος ἐκέετο ἐπὶ δεξιὰ ἐσιόντι ἐς τὸν νηόν· ὁ δὲ ἀργύρεος, ἐπ' ἀριστερά. μετεκινήθησαν δὲ καὶ οὗτοι ὑπὸ τὸν νηὸν καταχαέντα. καὶ ὁ μὲν χρύσεος κεῖται ἐν τῷ Κλαζομενίων θησαυρῷ, ἕλκων σταθμὸν [a] ἔνατον ἡμιτάλαντον, καὶ ἔτι δυώδεκα μνέας· ὁ δὲ ἀργύρεος, ἐπὶ τοῦ προνηίου τῆς γωνίης, χωρέων ἀμφορέας ἑξακοσίους. ἐπιχίρναται γὰρ ὑπὸ Δελφῶν [b] Θεοφανίοισι. Φασὶ δέ μιν Δελφοὶ Θεοδώρου τοῦ Σαμίου ἔργον εἶναι. καὶ ἐγὼ δοκέω· οὐ γὰρ τὸ συντυχὸν φαίνεταί μοι ἔργον εἶναι. καὶ πίθους τε ἀργυρέους τέσσαρας ἀπέπεμψε, οἳ ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ ἑστᾶσι· καὶ προχοιραντήρια δύο ἀνέθηκε, χρύσεόν τε καὶ ἀργύρεον, τῶν τῷ χρυσέῳ ἐπιγέγραπται, Λακεδαιμονίων, φαμένων εἶναι ἀνάθημα· οὐκ ὀρθῶς λέγοντες. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο Κροίσου. ἐπέγραψε δὲ τῶν τις Δελφῶν, Λακεδαιμονίοισι βουλόμενον [c] χαρίζεσθαι· τοῦ ἐπιγράμματος τὸ οὔνομα, οὐκ ἐπιμνήσομαι. ἀλλ' ὁ μὲν παῖς, δι' οὗ τῆς χειρὸς ῥέει τὸ ὕδωρ, Λακεδαιμονίων ἐστί· οὐ μέντοι τῶν γε προχοιραντηρίων ἑτέρου. ἄλλα τε ἀναθήματα οὐκ ἐπίσημα πολλὰ ἀπέπεμψε ἅμα τούτοισι ὁ Κροῖσος, καὶ χεύματα ἀργύρεα κυκλοτερέα· καὶ δὴ καὶ γυναικὸς εἴδωλον χρύσεον τρίπηχυ, τὸ Δελφοὶ τῆς ἀρτοκόπου τῆς Κροίσου εἰκόνα λέγουσι εἶναι. τοὺς δὲ, καὶ τῆς ἑωυτοῦ γυναικὸς τὰ ἀπὸ τῆς δειρῆς ἀνέθηκε ὁ Κροῖσος, καὶ τὰς ζώνας. Ταῦτα μὲν ἐς Δελφοὺς ἀπέπεμψε. τῷ δὲ Ἀμφιάρεῳ, πυθόμενος αὐτοῦ τήν τε ἀρετὴν καὶ τὴν πάθην, ἀνέθηκε σάκος τε χρύσεον πᾶν, ὁμοίως καὶ αἰχμὴν στρεπτὴν πᾶσαν χρυσέην, [d] τὸ ξυστὸν τῇσι λόγχῃσι ἐὸν ὁμοίως χρύσεον. τὰ ἔτι καὶ ἀμφότερα ἐς ἐμὲ ἦν κείμενα [e] ἐν Θήβῃσι, καὶ Θηβαίων ἐν τῷ νηῷ τοῦ Ἰσμηνίου Ἀπόλλωνος. [f] Τοῖσι δὲ ἄγειν μέλλουσι τῶν Λυδῶν ταῦτα τὰ δῶρα ἐς τὰ ἱρὰ, ἐπετέλλετο ὁ Κροῖσος ἐπειρωτᾶν τὰ χρηστήρια, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας Κροῖσος, καὶ εἴ τινα στρατὸν ἀνδρῶν [g] προσθέηται φίλον; ὡς δὲ [h] ἀπικόμενοι ἐς τὰ ἐπεπέμφθησαν οἱ Λυδοὶ, ἀνέθεσαν τὰ ἀναθήματα, [i] ἐχρέωντο τοῖσι χρηστηρίοισι, λέγοντες· Κροῖσος ὁ Λυδῶν τε καὶ ἄλλων ἐθνέων βασιλεὺς, νομίσας

teras, aureum argenteumque: quorum aureus intrantibus templum ad dexteram positus erat, argenteus ad sinistram. Qui & ipsi, quum templum incensum est, loco moti fuerunt, aureusque in Clazomeniorum thesauro positus, pondo talentorum octo & dimidii, præterea minarum duodecim: argenteus ad angulum antetempli, sexcentarum amphorarum capax: in quo miscetur vinum à Delphis Theophaniorum festo: opus (ut Delphi aiunt) Theodori Samii, ut & ego arbitror: non enim mihi videtur opus vulgare esse. Misit præterea dolia argentea quatuor, quæ in Corinthiorum thesauro sunt collocata. Donavit item aquiminaria duo, aureum argenteumque; quorum in aureo inscriptum est, Lacedæmoniorum: qui dicunt suum esse donarium; non recte, quoniam & hoc Crœsi est. Sed quidam Delphorum gratificari Lacedæmoniis volens, hoc inscripsit: cuius nomen ego cognitum habens, non tamen promam. Verum puer, per cuius manum fluit aqua, Lacedæmoniorum est: sed eorum neutrum aquiminare. Alia quoque cum his multa Crœsus dona misit non insignia: item fusilia ex argento orbiculata: nec non mulieris simulacrum aureum tricubitale, quod Delphi narrant esse effigiem pistricis Crœsi. Super hoc donavit Crœsus uxoris suæ monilia à collo, ac zonas. Hæc quidem Delphos transmisit. Amphiarao insuper, cuius & virtutem audierat & cladem, donavit clypeum ex auro totum, similiter & totam ex auro solido hastam, hastile perinde ac spicula totum similiter aureum: quæ ambo ad meam usque memoriam apud Thebas reposita fuerunt, ibique in Ismenii Apollinis templo. Hæc dona Lydis portaturis ad oracula Crœsus iniunxit, ut interrogarent an adversus Persas Crœsus sumeret expeditionem, & aliquorum hominum auxilia adsciscerет? Lydi, ubi eo quo dimittebantur pervenerunt, donariis oblatis, oracula consuluerunt his verbis; Crœsus, Lydorum aliarumque nationum rex, ista in hominibus sola esse ora-

a Ἕβδομον ora *Steph.* & *Remig.* *b* Sic *Medic. Paris.*, *Aldus* θεοφανίῃσι & vulgo. *c* Χαρίσασθαι editi. Ex *Medic.* est. *d* Sic *Medic.*, alii καὶ τὸ ξυστὸν, qui & mox ἔτι ἀμφότερα. Melius *Medic.* *e* Ἐν θήκῃσι. *Steph.* margo. *f* In *Vind.* & *Arch.* haec superioribus C. 46. ita nectuntur, τοῖσι δὲ πεμπομένοισι κήρυξι μετὰ δώρων τοιαῦτα ἐνετέλλετο ἐπειρωτᾶν εἰ &c. *g* *Medic. Vind. Arch. Remig.* vulgo προσθέηται. *h* Ἀπίκοντο *Vind. Arch.* & ἐπέμφθησαν οἱ κήρυκες. *i* Καὶ ἔχρεον *Iidem*, sed male.

κρέξ. Quo tamen loco *Arch.* μέγεθος. At is hoc in vocabulo varius est, sicuti & *Vind.* Saepe hoc, saepe illud probatur. Μεγάθεα, μέγαθος I, 202. 203. II, 92. III, 107. IV, 52. &c. uterque. Par discordia in *Remig.* & *Ask.* Retineamus vulgatum, donec aliunde certius adfulgeat. Dictio ipsa tuta & protecta est. Μεγάθεϊ σμικρὸ II, 74. IV, 52., μικκός γα μᾶκος οὗτος *Aristoph. Acharn.* v. 909. κάλλει καλῆς, ΜΕΓΕΘΕΙ ΜΕΓΑΛΗΣ, τέχνῃ σοφῆς *Theophilus* in *Athen.* XII, 2. p. 563. A.

76. Χωρέων ἀμφορέας ἑξακοσίους] Scythici aheni par capacitas IV, 81. De templo Delphico Pisistratidarum tempore deflagrante II, 181.

77. Ἐπίχιρναται — Θεοφανίοισι] Dum scriberentur qui supersunt Codices Herodotei, notissima fuerunt Θεοφάνεια· Festum Delphicum hoc velut proprio nomine dictum fuisse, haud opinor. Fortasse scripserat *Herodotus* Θεοξενίοισι. Delphis Θεοξένια celebrata, quod *Castellanus* & *Meursius* ignorarunt, aestimare licet e *Plutarcho* T. II, p. 557. F. & *Polemone* apud *Athen.* IX, p. 372. A. utrobique narratis congruit grandis ille Croesi κρητὴρ, quo Delphos hoc die festo scribit usos *Herodotus.* VALKEN.

83. Λακεδαιμονίων, φαμένων εἶναι ἀνάθημα] Optime distinxit *Gronovius.* Prior interpres male verterat, dederatque occasionem *J. Corn. de Pauw* negligentiae istius corripiendae. Quod statim consequitur de homine, Delphis oriundo, qui gratificatus Lacedaemoniis fuerit, *Ptolemaeus Hephaestio* adripuit, ut nugaretur, in *Photii Biblioth. Cod.* CXC. p. 481.

92. Τὸ Δελφοὶ τῆς ἀρτοκόπου — λέγουσι] Habet hinc *Plutarchus*, addita dedicationis caussa, T. II. p. 401. E. Dedit & Croesus τὰ ἀπὸ τῆς δειρῆς sive *monilia, collo uxoris detracta*, ne quid Apollini negasse videretur: avarus enim ille & hominum credulitati illudens hoc genus dona captabat. Menelao anxio & scisciranti

Πάγχρυσον φέρε κόσμον ἑλὼν ΑΠΟ σῆς ἀλόχοιο
ΔΕΙΡΗΣ, ———

propterea apud *Athen.* VI. p. 232. Eadem *Eustath. Homer.* p. 1697, 44., monente *Berglero.*

99. Τὸ ξυστὸν τῇσι λόγχῃσι ἐ. ὁ. χρύσεον] Ex *Mediceo* iure instauratum belleque explicitum est. Λόγχη hastae spiculum est. *Noster* VII, 69. ΑΙΧΜΑΣ εἶχον, ἐπὶ δὲ κέρας δορκάδος ἑπῆν ὀξὺ, πεποιημένον τρόπον ΛΟΓΧΗΣ. & C. 77. εἶχον — ΑΙΧΜΑΣ σμικρὰς, ΛΟΓΧΑΙ δὲ ἐπῆσαν μεγάλαι. Quae his ferme gemina sunt. Mitto itaque *Bacchylidae* ἔγχεα λογχωτὰ ex *Stobaei Serm.* LIII. p. 367., *Strabonis*que ἀκόντιον λελογχωμένον σιδήρῳ μικρῷ L. III. p. 255. B. Potius erit inquirere, iurene C. *Barthius*, ad *Papinii Statii Theb.* I, 399. p. 137. repositum fuerit, κείμενα ἐν θήκῃσι Θηβαίων ἐν τῷ νηῷ τοῦ Ἰσμηνίου Ἀπόλλωνος. Habet ex *Stephani* margine θήκῃσι, opinatus, uti arbitror, τὰς θήκας thesauros rerumque sacrarum esse favisas: hinc copula exulare quoque debuit. Non laudo. Aliud veteribus θήκη. Chrysothemis patris Agamemnonis loculum bustumque θήκην πατρὸς in *Sophoclis Elect.* v. 899. memorat: frequens *Nostro* θάψαι ἐν ἱρῇσι θήκῃσι II, 67. 69. Dabit etiam τὴν θήκην τοῦ Ὀρέστεω I, 67., quam σορὸν *loculum* interpretatur. Cultius *Reiskii* καὶ Θηβέων, etsi non distri-

cte

oracula exiſtimans, idcirco vobis digna dona dat propter inventa, vosque percontatur, an adverſus Perſas ſit profecturus in expeditionem, & an ſocialem aliquem exercitum ſibi adiuncturus? Atque hi quidem hæc interrogarunt. Oraculi autem utriusque in idem concurrebant ſententiæ, prædicentes Crœſo, fore, ut ſi arma Perſis inferret, magnum imperium is everteret. Conſulebant etiam, ut potentisſimos Græcorum veſtigans & reperiens
54 amicos compararet. His reſponſis relatis atque auditis, Crœſus vehementer elatus animo eſt, & omnino concipiens ſpem evertendi ab ſe imperii Cyri, ac rurſus mittens ad Pytho, Delphos ſingulos, quorum illic numerum ſcitatus erat, donavit viritim binis auri ſtateribus. Ob quæ munera Delphi Crœſo Lydisque donarunt primas in conſulendo oraculo partes, immunitatemque, primumque in ſedendo locum, & ius perpetuum cuique volenti adſcri-
55 bi in numerum Delphorum. Ceterum donis Crœſus proſequutus Delphos, tertio oraculum conſuluit, quippe poſt veracitatem eius oraculi compertam, large ſibi indulgebat in eo. Quærebat autem ex oracolo, an diuturnum ſibi foret imperium. Cui Pythia in hæc verba reſpondit,

Regis apud Medos mulo jam ſede potito,
Lyde fugam mollis ſcrupoſum corripe ad Hermum,
Neve mane: ignavus poſito ſis Lyde pudore.

56 His ex verſibus, quum allati eſſent, multo magis quam ex ceteris voluptatem Crœſus accepit, ſperans, fore ut nunquam apud Medos mulus pro viro regnaret: & proinde nec ipſe nec poſteri ſui principatu privarentur. Poſt hæc putavit ſibi curandum, ut potentisſimos Græcorum inquirens ſibi conciliaret. Idque veſtigando, comperit Lacedæmonios atque Athenienſes eminere, illos in Dorico genere, hos in Ioni-

„ σας τάδε μαντήια εἶναι μῦνα ἐν ἀνθρώποισι, ὑμῖν τε ἄξια δῶρα ἔδωκε τ̃ ἐξευρημάτων, καὶ νῦν ὑμέας „ ἐπερωτᾷ, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας, καὶ εἴ τινα „ στρατὸν ἀνδρῶν [a] προσθέοιτο σύμμαχον; οἱ μὲν ταῦτα ἐπειρώτεον. τ̃ δὲ μαντηίων ἀμφοτέρων ἐς τὠυτὸ ἀι γνώμαι συνέδραμον, προλέγουσαι Κροίσῳ, ἢν στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας, μεγάλην ἀρχὴν μιν [b] καταλῦσαι. τὺς δὲ Ἑλλήνων δυνατωτάτυς συνεβούλευόν οἱ ἐξευρόντα φίλυς προσθέσθαι. Ἐπεί τε δὲ ἀνεγειχθέντα τὰ θεοπρόπια ἐπύθετο ὁ Κροῖσος, ὑπερήσθη τε τοῖσι χρηστηρίοισι· [c] πάγχυ τε ἐλπίσας καταλύσειν τὴν Κύρυ βασιληίην, πέμψας αὖτις ἐς Πυθὼ, Δελφοὺς δωρέεται, πυθόμενος αὐτῶν τὸ πλῆθος, κατ' ἄνδρα δύο στατῆρσι ἕκαστον χρυσοῦ. Δελφοὶ δὲ ἀντὶ τούτων ἔδωσαν Κροίσῳ καὶ Λυδοῖσι προμαντηίην καὶ [d] ἀτελείην καὶ προεδρίην, καὶ ἐξεῖναι τῷ βυλομένῳ αὐτέων γενέσθαι Δελφὸν ἐς τὸν ἀεὶ χρόνον. Δωρησάμενος δὲ τοὺς Δελφοὺς ὁ Κροῖσος, ἐχρηστηριάζετο τὸ τρίτον· ἐπεί τε γὰρ δὴ παρέλαβε τῇ μαντηίῃ ἀληθηίην, ἐνεφορέετο αὐτοῦ. [e] ἐπειρώτα δὲ τάδε χρηστηριαζόμενος, εἰ οἱ πολυχρόνιος ἔσται ἡ μοναρχίη. ἡ δὲ Πυθίη οἱ [f] χρᾷ τάδε,

[g] Ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται,
Καὶ τότε Λυδὲ ποδαβρὲ [h] πολυψηφίδα παρ' Ἕρμον
Φεύγειν· μηδὲ μένειν, μήδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

Τούτοισι ἐλθοῦσι τοῖσι ἔπεσι ὁ Κροῖσος πολλόν τι μάλιστα πάντων ἥσθη, ἐλπίζων ἡμίονον [i] οὐδαμᾶ ἀντ' ἀνδρὸς βασιλεύσειν Μήδων· οὐδ' ὧν αὐτὸς, οὐδὲ οἱ ἐξ αὐτοῦ, παύσεσθαί κοτε τῆς ἀρχῆς. μετὰ δὲ ταῦτα ἐφρόντιζεν ἱστορέων τοὺς [k] ἐν Ἑλλήνων δυνατωτάτους ἐόντας προσχλήσαιτο Φίλυς. ἱστορέων δὲ, εὗρισκε Λακεδαιμονίους καὶ Ἀθηναίους προέχοντας· τοὺς μὲν, τοῦ Δωρικοῦ γένεος, τοὺς δὲ, τοῦ Ἰωνικοῦ·

a Omnes ita, quos ſupra in hoc verbo notavi: editi προσθέηται. Mox ἐπηρώτων *Arcb.*, ἐπειρώτεον vulgo; ἐπειρώτων in *Florent.* *b* Debetur *Medic. Arcb. Vind. Remig.*, in aliis καταλύσειν. *c* Ταχὺ *Arcb.* & *Vind.*, qui mox πέμψας αὖτις — ἐνεφορέετο αὐτοῦ negligunt. *d* Ex *Medic.* & *Remig.*, ἀγγελίην editi. *e* *Vind.* & *Arcb.* καὶ δὴ καὶ εἰς Δελφοὺς χρηστηριαζόμενος ἐπηρώτα. *f* Χρᾶται *Arcb.*, prave. *g* Habet reſponſum *Dio Chryſ.* Or. XII. p. 220. *b* Eſt in *Platone*, VIII. de Rep. p. 566. Clauſula in *Athen.* L. XIV. p. 630. *Euſeb. Pr. Ev.* V, 24., ubi μηδὲ δεῖσθαι κακὸν εἶναι, prave. *i* Οὐδαμῇ *Arcb.* & mox βασιλεύσειν cum *Medic.* & *Vind.* Vulgo βασιλεύειν. Poſt pauca παύσασθαι *Ald.* *k* Deſit ἂν *Arcb.*, qui ſtatim προσκτῆσαι, perperam.

ete neceſſarium: paſſim ſcribentium audientiumque peccato Θηβαίων receptum, ubi Θηβέων verius fuerat. Vide II, 9.

9. Τιμῆν τε ἄξιά — τῶν ἐξευρημάτων] Exputare non valeo, quamobrem plebeium nimis ſit, ἐξευρήματα *inventa* interpretari. Croeſus ut oraculi vires & divinationem periclitaretur, ea commentus erat, quae inventu ac cognitu per erant difficilia, ἐπινοήσας τὰ ἦν ἀμήχανον ἐξευρεῖν τε καὶ ἐπιφράσασθαι Cap. 48. Invenit perſonatus Apollo atque explicuit, quod fieri poſſe rex ambigebat. Sed nolo in re clara operam abuti. *Vallae* abeſſe deinde mentio debebit. Defuerunt eius libro eadem omnia, quibus MSS. plures defectos eſſe indicavi.

15. Μεγάλην ἀρχὴν μιν καταλῦσαι] Potuiſſet καταλύσειν ſedem tueri, ſicuti C. 91. ni *Codd.* placuiſſet aliud; neque illi tamen hoc in genere ſibi conſtant, ſaepiſſime in dubium vocantes, quid ſcriptor ipſemet voluerit. Haec vero celeberrima illa ſors eſt,

Croeſus Halym penetrans, magnam pervertet opum vim.

Qua de *Cicero de Divin.* II, 56. & *Daviſius* ibidem.

20. Πέμψας αὖτις ἐς Πυθὼ, Δελφοὺς δωρέεται] Diu ante *Gronov.* interpretis prioris lapſu damnato locum expedivit Cl. *Lamb. Bos Obſ. Critic.* C. 2. Bene in *Iliad.* ι', 405. Πυθὼ, πόλις Φωκίδος, ἧς οἱ δυσκέτορες Δελφοὶ Critici Graeci.

23. Ἔδοσαν Κροίσῳ — καὶ ἀτελείην] Ionice ſcripſerat προμαντηίην καὶ ἀτεληίην· prouti recte legitur L. III, c. 67. ἀτελείη τε καὶ προεδρίη iterum occurrit L. IX, c. 72. Ita talia cenſerem equidem uno eodemque modo ſemper exaranda. VALKEN.

24. Καὶ ἀτελείην] Ἀτεληίην ſermonis indoles poſtulat. Diſputatur, utrumnam *Valla* ἀτελείῃ ſive ἀτελίην, quod *H. Stephanus* adſeveravit, hic legerit, idque eius ex Latinis cognoſci queat? De *Valla*, ut ſignificavi, ceſſare lis debet. Prioris interpretis, ſive is *Pet. Phœnix* ſeu *Conr. Heresbachius* fuerit, res enim liquida non eſt, Latina fuerunt, *Delphi vicisſim Croeſo Lydisque donarunt primas in conſulendo oraculo partes, primumque in ſedendo locum, atque* INMUNITATEM *& ius perpetuum cuique* &c. Quae ἀτελείην, etſi vocabulum ſedem migraverit, vertiſſe eum clamant, atque ex coniectura quidem: nam de membranis apud utrumque ſilentium. Lectio ipſa dubio caret, demirorque *Corn. de Pauw* προμαντηῖην καὶ προαγγελίην repoſuiſſe. Delphorum in hoc genere gratum erga bene de oraculo meritos animum teſtantur formulae conplures. Addo deſcriptis a *Gronovio* ex lapidibus *Cyriaci Anconitani* p. 30. ΔΕΛΦΟΙ ΕΔΩΚΑΝ ΦΙΛΙΠΠΩι ΚΑΛΥΜΝΙΩι ΑΤΤΩι ΚΑΙ ΕΚΓΟΝΟΙΣ ΠΡΟΞΕΝΙΑΝ ΠΡΟΜΑΝΤΕΙΑΝ ΠΡΟΕΔΡΙΑΝ ΠΡΟΔΙΚΙΑΝ ΑΣΤΑΙΑΝ ΑΤΕΛΕΙΑΝ ΠΑΝΤΩΝ. Aliam *Cyriacus* excerpſit ἐπιγραφὴν corruptisſimam p. 27., iteravitque *L. A. Muratorius Theſ.* p. IↃ LXXXIX., facili opera, modo cura haud deſuerit, ex priore ſanabilem.

33. Λυδὲ ποδαβρὲ πολυψηφίδα &c.] *Heſychio* ἀβρὰ βαίνων eſt τρυφερόβιος, neque diſcrepat ποδαβρός. *Themiſtius* recte Or. XIX. p. 226. D. ἀλλὰ τρυφῆς ἦν καὶ οὐκ ἀρετῆς ὁ ΠΟΔΑΒΡΟΣ ἐπωνυμία. Convenit etiam Euripideum ἄγειν ἁβρὸν πόδα *Troad.* v. 506. De tono vocis πολυψηφίδα disquirit *Euſtath. Hom.* p. 26, 35. & 1473, 53., atque utrobique πολυψηφίδα παρ' ἕρμον φεύγειν quaſi fuga ad navium ſtationes commendaretur. Nihil ſimile MSS. Hermi quoque obportuna mentio. Vid. C. 80.

Hellenica gens circa easdem terras semper morata. Pelasgorum barbara lingua. Attici Pelasgi.

νικοῦ· [a] ταῦτα μὲν ἦν τὰ προεκκεκριμένα ἐόντα τὸ ἀρχαῖον· τὸ μὲν, Πελασγικὸν, τὸ δὲ, Ἑλληνικὸν ἔθνος. καὶ τὸ μὲν, οὐδαμῇ κω ἐξεχώρησε· τὸ δὲ, πολυπλάητον κάρτα. ἐπὶ μὲν γὰρ Δευκαλίωνος βασιλῆος οἴκεε γῆν τὴν Φθιῶτιν· ἐπὶ δὲ Δώρου τοῦ Ἕλληνος, τὴν ὑπὸ τὴν [b] Ὄσσαν τε καὶ τὸν Οὔλυμπον χώρην, καλεομένην δὲ Ἱστιαιῶτιν. ἐκ δὲ τῆς Ἱστιαιώτιδος ὡς ἐξαέστη ὑπὸ Καδμείων, οἴκεε ἐν Πίνδῳ [c] Μακεδνὸν καλεόμενον. ἐνθεῦτεν δὲ αὖτις ἐς τὴν Δρυοπίδα μετέβη, καὶ ἐκ τῆς Δρυοπίδος ὕστως ἐς Πελοπόννησον ἐλθὸν, Δωριὸν ἐκλήθη. Ἥν τινα δὲ γλῶσσαν ἵεσαν οἱ Πελασγοὶ, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν· [d] εἰ δὲ χρεὼν ἐστὶ τεκμαιρόμενον λέγειν τοῖσι νῦν ἔτι ἐοῦσι Πελασγῶν, τῶν ὑπὲρ Τυρσηνῶν Κρηστῶνα πόλιν οἰκεόντων, οἳ ὅμουροί κοτε ἦσαν τοῖσι νῦν Δωριεῦσι καλεομένοισι· οἴκεον δὲ τηνικαῦτα γῆν τὴν νῦν Θεσσαλιῶτιν καλεομένην· καὶ τὴν Πλακίην τε καὶ Σκυλάκην Πελασγῶν οἰκησάντων ὑπ' Ἑλλησπόντῳ, οἳ σύνοικοι ἐγένοντο Ἀθηναίοισι· καὶ ὅσα ἄλλα Πελασγικὰ ἐόντα πολίσματα τὸ οὔνομα μετέβαλε· [e] εἰ τούτοισι τεκμαιρόμενον δεῖ λέγειν, ἦσαν οἱ Πελασγοὶ βάρβαρον γλῶσσαν ἱέντες. εἰ τοίνυν ἦν καὶ πᾶν τοιοῦτον τὸ Πελασγικὸν, τὸ Ἀττικὸν ἔθνος ἐὸν Πελασγικὸν, ἅμα τῇ μεταβολῇ τῇ ἐς Ἕλληνας, καὶ τὴν γλῶσσαν μετέμαθε. καὶ γὰρ δὴ οὔτε [f] οἱ Κρηστωνῆται οὐδαμοῖσι τῶν νῦν σφέας περιοικεόντων εἰσὶν ὁμόγλωσσοι

Ionico. Hæ namque gentes priſco tempore præferebantur, altera Pelasgica, altera Hellenica: quarum illa nunquam ex illo ſolo exceſsit, hæc valde multumque eſt vagata. Etenim ſub Deucalione rege oram Phthiotidem incoluit, ſub Doro autem Hellenis filio regionem, quæ ad Oſſam & Olympum iacet, nomine Iſtiæotim; unde a Cadmeis eiecta, coluit in Pindo, vocata Macedna; inde rurſus in Dryopidem commigravit, atque ita hinc in Peloponneſum veniens, Dorica nominata eſt. Ceterum qua lingua Pelasgi ſint 57 uſi, pro certo affirmare non poſsum: ſed ſi fas eſt coniectando dicere ex his, qui cum maxime ſuperſunt Pelasgorum, qui ſupra Tyrrhenos urbem Creſtonem incolunt, aliquando finitimi eorum, qui nunc Dorienſes vocantur, tunc incolentes regionem, quæ nunc Theſsaliotis nominatur, & Placiam ac Scylacen, qui Pelasgi habitaverunt in Helleſponto, qui contermini Athenienſium fuerunt; & quæcunque alia Pelasgica oppida nomen immutarunt: ſi hinc coniectantem oportet dicere, Pelasgi utebantur barbara lingua. Quod ſi igitur & tota gens Pelasgica talis erat, gens Attica utpote Pelasgica, quum in Hellenas transiit, linguam quoque iſtorum addidicit. Etenim neque Creſtoniatarum lingua cum ullis nunc circa habitantibus conſentit, neque Placia-

a Ingens orditur in *Vind.* & *Arch.*, *Valla*que hiatus ad principium C. 69. usque; idem in tribus *Vaticanis*. *Stephanus Byz.* in Δώριον *Bibl. Coisl.* p. 288. in uſus ſuos depoſuit τὸ δὲ πολυπλάνητον &c., mutata plerumque dialecto. *b Ald. Med. Steph.* vulgo Ὄσσην. *c* Habet hinc *Steph.* in Μακεδνόν. Sed errans, non enim loci, ſed gentis nomen eſt. Vide VIII, 43. & *Salmaſ.* Ling. Hellen. p. 277. *d Aldino* & *Hervag.* εἰ δὲ deſunt. *e* Ἐν iidem. *f* Citat *Dionyſius* Ant. I. p. 23.

45. Τὸ μὲν οὐδαμῇ κω ἐξεχώρησε] Supra οὐδαμᾶ βασιλεύσειν, ubi *Galeus* οὐδαμῇ ex *Arch.* maluit, nullo ſucceſſu; utrumque promiſcue ponitur. Verum leve hoc. Inquirendum eſt, qua de natione haec praedicentur, Hellenicane an Pelasgica? Cel. *Gronovius* ad Hellenicam transtulit, *altera* vertens *Pelasgica*, *altera Hellenica*, *quarum haec nunquam ex illo ſolo exceſsit*, *illa valde multumque eſt vagata*; ſed iniuria, praeterque ſcriptoris opinionem. Docet Athenienſes originis eſſe Pelasgicae, Lacedaemonios Hellenicae: illos ſedibus ſuis non migraſſe; Dores, quo cum genere Spartani mixti fuerunt, multum pervagatos & diu fuiſſe. Omnia quae ſubiunguntur, hanc ſententiam expoſtulant, inprimis καὶ ἐκ τῆς Δρυοπίδος οὕτως ἐς Πελοπόννησον ἐλθὸν, Δωριὸν ἐκλήθη, innuunt Dorienſem & Heraclidarum in Peloponneſum introitum. Atque hi πολυπλάνητοι, neque fugit *H. Stephanum*, ſine cauſsa ſpretum. *Stephanus Byz.* clariſſime: Ἡρόδοτος ἐν τῇ ά. περὶ τοῦ Δωρικοῦ γένους φησί, ΠΟΛΥΠΛΑΝΗΤΟΝ αὐτὸ καλῶν καὶ δεικνὺς οὕτω, additis *Noſtri* verbis. Par de Hellenibus aliorum narratio. *Lesbonax* Protrept. p. 173. οἱ μὲν ἄλλοι ΠΑΝΤΕΣ ΕΛΛΗΝΕΣ ἐκ τῆς σφετέρας αὐτῶν μετοικάντες οἰκοῦσιν ἕκαστος αὐτῶν, ἐξελάσαντες ἑτέρους καὶ αὐτοὶ ἐξελασθέντες ὑφ' ἑτέρων. Athenienſes vero nunquam ſua regione migraſſe, neque alios inde expuliſſe: οὔτε γὰρ ἐξηλάθητε, addit, ὑπὸ (ἀπὸ) τῆς σφετέρας αὐτῶν ὑπ' οὐδαμῶν ἀνθρώπων κ. λ. Ipſi de ſe Athenienſes glorioſe ad Gelonem VII, 161. ἀρχαιότατον μὲν ἔθνος παρεχόμενοι, μοῦνοι δὲ ἐόντες οὐ μετανάσται Ἑλλήνων. Non equidem neſcio Pelasgorum vagationes, multifariam ſuſceptas & abſolutas. *Straboni* ea propter πολύπλανον eſſe ἔθνος καὶ ταχὺ πρὸς ἐπαναστάσεις L. XIII. p. 922., neque diſſimilia litteris mandaſſe *Dionyſium Ant.* L. I. p. 14. At *Herodotus* de univerſa natione non loquitur, ſed de Athenienſibus, inde genus ſuum ducentibus. Id porro memorabile accidit, doctam hanc de Pelasgis, Doribus, Athenienſibus, Spartanis & Ionibus diſſertationem, XIII. ferme ſectionibus incluſam, pluribus ex ſchedis exulare, abſentiaeque eius cauſsam a doctiſſimo inter Italos viro in ſcholio quaeri: neque enim *Herodoti* eſſe: antiquum ſcholiaſten nimia ſedulitate adſcripſiſſe ſuo exemplari; hinc illis abeſſe libris, his adeſſe. Non placet commentum. *Herodoto*, ne longius evager, *Dionyſius*, *Strabo*, *Plutarchus*, *Athenaeus*, *Stephanus Byz.*, ut Grammaticos praeteream, disquiſitionem iſtam conſtanter adiudicant, eſtque doctior multo quam pro ſcholiaſtae ingenio. Neglecta a librariis videtur, ut ſuaviſſima rerum Croeſi narratio lenisſime decurreret atque inter ſe aptior cohaereret. Habetur adſine lacunae exemplum C. 131.

53. Ἥν τινα δὲ γλῶσσαν ἵεσαν οἱ Πελασγοί] Torſit haec *Noſtri* diſputatio doctiſſimorum virorum ingenia. *H. Stephani* & *Ph. Cluverii* in arbitraria vocum transpoſitione audaciam, cui inprudenter adſtipulatur Ampl. *Bouberius Diſſ. Herod.* C. IX. p. 109., recte compeſcuerunt *Gronovius* & *Geinozius*. Sunt quoque ſpectabiles & temerariae Illuſt. *Maffei* in *Origin. Etruſcis Hiſtor. Diplomat.* p. 242. machinationes. Interpunctio loci turbas dedit, cuius, uti opinor, haec genuina ſententia. De barbaro Pelasgorum ſermone coniecturam, ſi fas ſit, ſumi poſſe ex eorum reliquiis, Creſtonem ſupra Tyrrhenos incolentibus, qui quondam Doribus, Theſsaliam tum temporis habitantibus fuerant finitimi. Haec aperta cuivis. De Creſtone & Tyrrhenis dubitatur. Cl. *Reiskio* probabile non fit, Pelasgos adeo fuiſſe evagatos, ut derepente ex Graeciae oris in Etruriam transmiſerint; nedum Herodotum eam rem ſic nude fuiſſe elocuturum: nusquam praeterea tota Italia urbem Creſtonem inveniri. Itaque Τυρρηνῶν loco Γυρτώνην reponendam, ſupra quam Macedoniae urbem Creſtonica Thraciae regio fuit; cui quidem ſuſpicioni, MSS. nihil iuvantibus, tanquam nimiae, non adſurgo. Mihi Creſton & regio Creſtonica viſa olim fuit ſatis hic obportuna. Tyrrheni, Pelasgicae gentis propago, Lemnum olim Imbrumque inſederunt, occuparunt dein varia Cherſoneſi atque ad Helleſpontum loca, tum ad montem Atho, teſtibus *Thucydide* L. IV, 109. & *Conone* XLI. Supra hos in Thraciae finibus natio fuit Creſtonica, forſan & urbs Creſton, Thucydidis aetate paene barbara & δίγλωσσος, cuius & *Noſter* VII, 124. VIII, 116. meminit Quae cum bene habeant, poſsunt pro veris putari. Quoniam tamen Tyrrhenos Etruriae paſsim Herodotus memorat, non intercedam valde, ſi ex *Dionyſii* auctoritate *Corton* ſeu *Cortona* Etruriae intelligatur, modo ne Κρηστῶνα πόλιν moveant.

58. Καὶ τὴν Πλακίην] Iungit haec artiſsime *Corn. de Pauw* praecedentibus, omnia ab εἶκεον δὲ usque in μετέβαλε parentheſi includens: par *Reiskii* ſententia, ſed poſt Σκυλάκην terminum parentheſi ſtatuentis. Quo modo barbari Pelasgorum ſermonis in Placianis nullum argumentum, quod ſequentia manifeſto poſtulant. Arbitror articulum deeſſe, adſciſcendum certe ad verborum ſtructuram, καὶ τῶν τὴν Πλακίην, *& ex illis Pelasgorum*, *qui Placiam & Scylacem in Helleſponto condiderunt*, *& quae alia Pelasgica oppida ſunt*, *quae nomen mutarunt*: his interſeritur, iſtos ex eo Pelasgorum numero eſſe, qui Athenienſibus olim adfines fuerunt, de quibus VI, 137., ſicuti de oppidis iſtis *Thucydides* IV, 109. Et haec plana videntur. Praetuli

cum

Placianorum; inter ipsos vero convenit; & declarant, quam linguæ figuram intulerunt in hæc loca transeuntes, eandem se nunc con-
58 servare. At natio Hellenica, ex quo existit, eodem sermone semper utitur, ut mihi videtur; separata quidem ab Pelasgica, imbecillis, ab exiguo prorsus profecta, in multitudinem excrevit gentium plurimarum, quum etiam adnexuerint se illi aliæ gentes barbaræ frequentes. Quæ caussa insuper mihi videtur fuisse, cur gens Pelasgica, quum barbara esset, nequaquam magnos profectus fece-
59 rit. Ex his igitur gentibus, Atticam quidem Crœsus audiebat contineri distractamque esse à Pisistrato Hippocratis filio. Hic enim ea tempestate tyrannus Athenis erat. Cuius patri, quum privatus ivisset ad celebranda Olympia, ingens contigit portentum. Nam quum hostiam immolasset, ahena astantia plena & carnibus & aqua, absque igne ferbuerunt, ita ut aqua redundaret. Quod portentum conspicatus Chilon Lacedæmonius, qui forte aderat, suasit ei primum, ne uxorem proli gignendæ aptam duceret domum: sin vero iam haberet, secundo loco uxorem istam eiiceret: & siquidem ex ea filium sustulisset, abdicaret. Tali Chilonis consilio nolens obsequi Hippocrates, hunc postea Pisistratum filium sustulit, qui in seditione litoralium, quibus præerat Megacles Alcmæonis filius; & campestrium, quibus præerat Lycurgus Aristolaidæ filius, tertiam seditionem excitavit, tyrannidem affectans: contractisque seditiosis, per caussam tutandi montanos,

γλωσσαι, οὔτε οἱ Πλακιηνοὶ, σφίσι δὲ ὁμόγλωσσοι. δηλοῖ δέ τε ὅτι τὸν εἰνέκαιδεκα γλώσσης χαρακτῆρα μεταίνοντες ἐς ταῦτα τὰ χωρία, τοῦτον ἔχουσι οἱ Φυλακῆ. Τὸ δὲ Ἑλληνικὸν γλώσσῃ μὲν, ἐπεί τε ἐγένετο, ἀείκοτε τῇ αὐτῇ [a] ΔΔχχᾶται, ὡς ἐμοὶ καταφαίνεται εἶναι, ἀποσχισθὲν μέντοι ἀπὸ τοῦ Πελασγικοῦ, ἐὸν ἀσθενὲς, ἀπὸ σμικροῦ [b] τέο τὴν ἀρχὴν ὁρμεώμενον, αὔξηται ἐς πλῆθος τῶν ἐθνέων πολλῶν, μάλιστα προσκεχωρηκότων αὐτῷ καὶ ἄλλων ἐθνέων βαρβάρων συχνῶν. [c] πρὸς δὴ ὧν, ἐμοί τε δοκέει οὐδὲ τὸ Πελασγικὸν ἔθνος, ἐὸν βάρβαρον, οὐδαμᾶ μεγάλως αὐξηθῆναι. Τούτων δὴ ὧν τῶν ἐθνέων τὸ μὲν Ἀττικὸν καλεχόμενόν τε καὶ διεσπασμένον ἐπυθάνετο ὁ Κροῖσος ὑπὸ Πεισιστράτου τοῦ Ἱπποκράτεος, τύραννον τὸν χρόνον τυραννεύοντος Ἀθηναίων. Ἱπποκράτεϊ γὰρ, ἐόντι ἰδιώτῃ, καὶ θεωρέοντι τὰ Ὀλύμπια, τέρας ἐγένετο μέγα. θύσαντος γὰρ αὐτοῦ τὰ ἱρὰ, οἱ λέβητες ἐπεστεῶτες, καὶ κρεῶν τε ἐόντες ἔμπλεοι καὶ ὕδατος, ἄνευ πυρὸς ἕζεσαν, καὶ ὑπερέβαλον. [d] Χίλων δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος τῶν ἐπιχωρίων, καὶ θεησάμενος τὸ τέρας, [e] συνεβούλευε Ἱπποκράτεϊ, πρῶτα μὲν γυναῖκα τεκνοποιὸν μὴ ἄγεσθαι ἐς τὰ οἰκία· εἰ δὲ τυγχάνει ἔχων, δεύτερα τὴν γυναῖκα ἐκπέμπειν· καὶ εἴ τίς οἱ τυγχάνει ἐὼν παῖς, τοῦτον ἀπειπασθαι. ὑπέκων ταῦτα παραινέσαντος Χίλωνος πείθεσθαι θέλειν τὸν Ἱπποκράτεα· γενέσθαι οἱ μὴ ταῦτα τὸν Πεισίστρατον τοῦτον, ὃς, στασιαζόντων τῶν παράλων καὶ τῶν ἐκ τοῦ πεδίου Ἀθηναίων, καὶ τὸ μὲν προεστεῶτος Μεγακλέος τοῦ [f] Ἀλκμαίωνος, τῶν δὲ ἐκ τοῦ πεδίου Λυκούργου Ἀριστολαΐδεω, [g] καταφρονήσας τὴν τυραννίδα, ἤγειρε τρίτην στάσιν. συλλέξας δὲ [h] στασιώτας, καὶ τῷ λόγῳ τὸ ὑπεραχρίων τοὺς πολλοὺς, 22

a Sic *Med.* & *Paris.*, in aliis χρέεται. *b* *Ald. Herodg. Medic. Paris.*, vulgo τέως. Mox ὁρμεωμένου cum *Ald.* plures. Ὁρμώμενον *Med.*, sine caussa. *c* Sic *Medic.*, ὡς δὴ ὧν *Ald.* & alii. *d* *Medic.* adtentitur *Aldus.* Χείλων in editis & mox Χείλωνος. *e* *Aldus*, *Herv.* συνεβούλευεν. *Med.* συνεβούλεε. *f* Ἀλκμέωνος *Med.* ex frequentissima confusione diphthongi & vocalis eius. Paullo supra γενέσθαι δὲ οἱ *Reisk.*, neque absurde. *g* Usus hoc est *Priscian.* p. 1187. *Ed. Putsch.* *h* Στρατιώτας *Remig.* & statim μηχ. τοιόνδε.

cum *Corn. de Pauw* ἰκισάντων. Caussam dabit *Mela* I, 16. *Post*, *Placia & Scylace*, *parvae Pelasgorum COLONIAE*, *quibus a tergo inminet mons Olympus.* Quid nunc facies Illustri *Maffeio*, Placiam urbem ad Hellespontum Propontidemque nusquam fuisse adfirmante? Nostri verba Scholion aut redolere, quod fuerit καὶ τὴν Πακτύην κατὰ Σκύλακα & *Pactyen secundum Scylacem*, scriptorem videlicet *Peripli*, aut in Placianis latere Picenos. Praeclarius de Herodoteis meritus est doctissimus Abbas *Geinoz*, mihi in plerisque consentaneus, T. XVI. *Comment. Acad. Inscript.* p. 62.

68. Οὔτε οἱ Πλακιηνεί] Non sollicitantur a me Κρησωνιῆται, tametsi in *Dionysio* Κρετανιᾶται. Vulgavit *Bouberius Disc. Herod.* C. x. lapidis inscriptionem, Placiae, eius ex opinione, depositi, in qua τῆς μητρὸς Πλακιηνῆς sive *Cybeles* memoria, barbari nihil. Fuerunt fortasse inscripti marmoris tempore Placiani, si tamen illorum ea ἐπιγραφὴ, ut Pelasgicae gentis lapsu temporis plures, δίγλωσσοι. At non est. Venit Cyzico, quae vicini oppidi *matrem Placianam* honoris cultu dignata fuit. Vide Comitis *Caylus Antiq.* T. II. p. 198.

76. Καὶ ἄλλων ἐθνέων βαρβάρων] Delendam ἐθνέων vocem *Corn. de Pauw* censuit: sine caussa. Pastim ἔθνεα βάρβαρα in hoc scriptore; Vocabuli iterationi punctione succurrsum est. Mox *Reiskius* πρὸς ὧν δὴ aut πρὸς δὴ ὧν, *a quibus nempe mihi videtur.* Tu *Gronov.* adi. H. *Stephanus* praeterea in Prolegomenis *p.* 739. *Ed. Gron.* Καὶ διεσπασμένον, quod post pauca sequitur, in καὶ διεσπασυνόμενον mutatum voluit. Satis audacter. Δεσπόσυνος, δεσποσύνη Graecorum usu valent; at quis δεσποσύνεσθαι dixit adhibuitque? Rectum est κατεχόμενον τε καὶ διεσπασμένον. Namque & Pisistrati dominatione continebantur premebanturque Athenienses, & divulsi in partes erant, Alcmaeonidis, & quotquot eiusdem erant factionis, domo profugis, ut docetur C. 64. & V, 62.

85. Χίλων δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος] Ex *Florent.*, cui consentit *Aldus*, Χίλων receptus est. Alibi ex eodem Χείλων VII, 235., tum Χίλων VI, 65. Memini *Pausaniae* ac *Plutarcho* Χίλωνα probari, Χείλωνα *Diogeni Laërt.* In uno eodemque scriptore talis discordia cessare deberet.

87. Συνεβούλευεν Ἱπποκράτεϊ] Verum hoc. In *Med.* συνεβούλεε lenitas Ionica frustra invenitur. Mox C. 71. συνεβούλευσε Κροίσῳ τάδε. VIII, 101. νῦν τε συμβούλευσον. quibus locis *Medic.* a scribendi peccato sibi cavit. Quam vero γυναῖκα τεκνοποιὸν hic & V, 40. adpellat, ea aliis παιδοποιὸς & τεκνογόνος, *Euripid.* princ. *Androm. Aeschylo* VII. *Theb.* 935., *Sophocli Elect.* 590.

95. Καταφρονήσας τὴν τυραννίδα] *Affectandi meditandique* hinc in Lexicis nova verbo καταφρονεῖν attributa fuit significatio, quam certe poscit huius loci sententia. Pisistratus Athenis *regnum appetens*, qualis alias ἐρασθεὶς τυραννίδος *Herodoto* dicitur, & ἔρωτα σχὼν τυράννου γενέσθαι. Hic ex vulgari verbi notione potius dici potuisse videretur οὐ καταφρονήσας τὴν τυραννίδα· loquendi ratione satis usitata, qua οὐ καταφρονέειν, *non temnere*, & Homeréum οὐ φιλέειν, *detestari*, sunt opposita. Sed secundum *Aem. Portum* apud Ionas peculiaris viguit in verbo καταφρονεῖν *existimandi* vel *arbitrandi* significatio: in duobus, quae mihi quidem innotuerunt *Herodoti* locis obtinet quidem *opinionis* potestas, vel *arrogantis* potius de se suisque viribus *persuasionis*, sed *quam* aliorum vel parit vel *comitatur contemtus. Thucyd.* II, 62. εἶναι τοῖς ἐχθροῖς ὁμόσε, μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι· apud *Herod.* I, c. 66. καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι praegnans est locutio: *Arcadibus*, *quos contemnebant*, *se praestantiores arbitrati Lacedaemonii.* VIII, c. 10. καταφρονήσαντες ταῦτα· *ista cum contemtu considerantes.* Dum liquido constiterit, nulla habita contemtus ratione, καταφρονεῖν pro φρονεῖν vel ἄγαν φρονεῖν a veteribus (recentiorum abusum corrigit *Ammonius* in V. Φρονεῖν) usurpatum; suspicabor equidem pro καταφρονήσας leni mutatione corrigendum hoc in loco καὶ φρονήσας. Dum in Attica civitate Megacles & Lycurgus suae quisque factioni, cuius erat caput, tantum studebat; Pisistratus, καὶ φρονήσας τὴν τυραννίδα, *etiam tyrannidis occupandae studiosus*, τρίτην ἤγειρε στάσιν. *Aristophanes* Vesp. V. 505. — αἰτίαν ἔχω Ταῦτα δρᾶν ξυνωμότης ὢς, καὶ φρονῶν τυραννίδα· vulgato ὢν voculam ὢς isto versu substituendam censeo. VALKEN.

97. Καὶ τῷ λόγῳ τῶν ὑπερακρίων] *Gronov.* vide, & *Marshami* Can. Chronol. p. 647. *Edit. Franeq.*

Postremus astutior tyrannidem occupat, & electus recipit. Pisistratus a Minerva reductus

τας, μηχανᾶται τοιάδε. τρωματίσας ἑωυτόν τε καὶ ἡμιόνους, ἤλασεν ἐς τὴν ἀγορὴν τὸ ζεῦγος, ὡς ἐκπεφευγὼς τοὺς ἐχθρούς, οἳ μιν ἐλαύνοντα ἐς ἀγρὸν ἠθέλησαν ἀπολέσαι δῆθεν. ἐδέετό τε τοῦ δήμου Φυλακήν τινος πρὸς αὐτοῦ κυρῆσαι, πρότερον εὐδοκιμήσας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας γενομένῃ στρατηγίῃ, Νίσαιάν τε εἷλών, καὶ ἄλλα ἀποδεξάμενος μεγάλα ἔργα. ὁ δὲ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων, ἐξαπατηθεὶς [a] ἔδωκέ οἱ τῶν ἀστῶν κατα- 5
λέξας ἄνδρας τούτους, οἳ δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο Πεισιστράτου, κορυνηφόροι δέ. ξύλων γὰρ κορύνας ἔχοντες εἵποντό οἱ ὄπισθεν. συνεπαναστάντες δὲ οὗτοι ἅμα Πεισιστράτῳ ἔσχον τὴν ἀκρόπολιν. ἔνθα δὴ ὁ Πεισίστρατος ἦρχε Ἀθηναίων, οὔτε τιμὰς τὰς ἐούσας συντα- 10
ράξας, οὔτε θέσμια μεταλλάξας· ἐπί τε τοῖσι κατεστεῶσι [b] ἔνεμε τὴν πόλιν κοσμέων καλῶς τε καὶ εὖ. μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον τωὐτὸ φρονήσαντες οἵ τε τοῦ Μεγακλέος [c] στασιῶται καὶ οἱ τοῦ Λυκούργου ἐξελαύνουσί μιν. Οὕτω μὲν Πεισίστρατος ἔσχε τοπρῶτον Ἀθήνας, 15
καὶ τὴν τυραννίδα οὔκω κάρτα ἐρριζωμένην ἔχων, ἀπέβαλε. οἱ δὲ ἐξελάσαντες Πεισίστρατον, αὖτις ἐκ νέης ἐπ' ἀλλήλοισι ἐστασίασαν. Μεγακλέης δὲ τῇ στάσει ὁ Μεγακλέης, ἐπεκηρυκεύετο Πεισιστράτῳ, εἰ βούλοιτό οἱ τὴν θυγατέρα ἔχειν γυναῖκα ἐπὶ τῇ τυραννίδι. 20
ἐνδεξαμένου δὲ τὸν λόγον καὶ ὁμολογήσαντος ἐπὶ τούτοισι Πεισιστράτου, μηχανῶνται δὴ ἐπὶ τῇ κατόδῳ πρῆγμα εὐηθέστατον, ὡς ἐγὼ εὑρίσκω, ἀκέοντι γε ἐπεί γε ἀπεκρίθη ἐκ παλαιτέρου [d] τοῦ βαρβαρικοῦ ἔθνεος τὸ Ἑλληνικὸν εἶναι καὶ δεξιώτερον, καὶ εὐηθίης ἠλιθίης ἀπηλ- 25
λαγμένον μᾶλλον· εἰ καὶ τότε γε οὗτοι ἐν Ἀθηναίοισι τοῖσι πρώτοισι λεγομένοισιν εἶναι Ἑλλήνων σοφίῃ, μηχανῶνται τοιάδε. Ἐν τῷ δήμῳ τῷ Παιανιέϊ ἦν γυνὴ τῇ οὔνομα ἦν Φύη, μέγεθος ἀπὸ [e] τεσσέρων πηχέων ἀπολείπουσα τρεῖς δακτύλους, καὶ ἄλλως εὐειδής· ταύτην 30
τὴν γυναῖκα σκευάσαντες παναοπλίῃ, ἐς ἅρμα ἐσβιβάσαντες καὶ προδέξαντες σχῆμα οἷόν τι ἔμελλον εὐπρεπέστατον φανέεσθαι ἔχουσα, ἤλαυνον ἐς τὸ ἄστυ, προδρόμους κήρυκας προπέμψαντες, οἳ τὰ ἐντεταλμένα ἠγόρευον ἐς τὸ ἄστυ ἀπικόμενοι, λέγοντες τοιάδε, Ὦ 35
23 „ Ἀθηναῖοι, δέκεσθε ἀγαθῷ νόῳ Πεισίστρατον, τὸν „ αὐτὴ ἡ Ἀθηναίη τιμήσασα ἀνθρώπων μάλιστα, κα- „ τάγει ἐς τὴν ἑωυτῆς ἀκρόπολιν. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἀφραντέοντες ἔλεγον· αὐτίκα δὲ ἐς τε τοὺς δήμους φάτις

tanos, huiuscemodi rem machinatur. Se ipsum ac mulos quum vulnerasset, agitavit iumenta in forum, tanquam elapsus ex hostibus, quem rus proficiscentem scilicet illi prorsus interimere voluissent: & populum precatus est, ut aliquid custodiæ ab illo obtineret, quum prius laudabile specimen sui edidisset in ducatu contra Megarenses, tum capta Nisæa, tum aliis præclaris operibus editis. Populus igitur Atheniensis deceptus, dedit ei quosdam è civibus delectos viros, qui non satellites quidem Pisistrato ferrent hastas, sed clavas. Ligneas enim clavas habentes sectabantur eum à tergo. Qui simul cum Pisistrato insurgentes arcem occuparunt: & inde Athenienſium imperio potitus, nullis qui tum erant magistratibus perturbatis, neque legibus mutatis, sed priore statu integro administravit urbem bene ac pulchre exornans. Sed non multo post tempore factio Megaclis & Lycurgi concordibus animis eum eiecit. Hunc igitur in modum Pisistratus primum obtinuit Athenas, & tyrannidem nondum valde stabilitam habens amisit: cuius eiectores denuo inter se seditionem redintegrarunt. In qua obsessus Megacles, Pisistratum misso caduceatore invitat, nunquid velit sibi filiam capere uxorem sub tyrannidis præmio. Accipiente vero sermonem & condicente hanc conditionem Pisistrato, machinantur ad illius reditum, rem, ut ego comperio, longe stultissimam: quandoquidem iam olim separatum fuit a barbarico genere Græcum, quippe dexterius & a fatuitate stolida magis abhorrens; si etiam isti in Athenienſibus, qui inter Græcos feruntur sapientia primi, talia machinantur. Erat in populo Pæanienſi mulier nomine Phya, tribus digitis minus statura quatuor cubitorum: & præfertim formosa. Hanc mulierem plena armatura quum instruxissent, in currumque sustulissent, compositam in eum habitum, quo venustissima apparitura esset, in urbem agunt, præmissis qui præcurrerent præconibus, qui quum in urbem venissent, hæc mandata pronunciarent, dicentes; Athenienses, bona mente excipite Pisistratum, quem Minerva ipsa præcipuo inter homines honore prosequuta, in suam reducit arcem. Isti igitur passim euntes talia prædicaverunt: & statim rumor in populos ema-

a Med., alii ἔδωκεν aut ἔδωκέν οἱ. *b Paris.* duo cum *Aldo* ἔμενε. In *Med.* ἔνεμε. *c* Sic *Remig. Medic. Paris.*, στρατιῶται editi. *d* Sic *Aldus*, *Paris. B.* & alii. *Medic.* τὸ βάρβαρον ἔθνος τοῦ Ἑλληνικοῦ cum *Remig.* & ora *Steph.* *e* Ex *Med.*, in *Paris. B. Aldo*que πηχέων τεσσάρων.

3. Νίσαιάν τε ἑλών] De hac Pisistrati in Megarenses expeditione *Aeneas* Tactic. C. 4. Νίσαια an Νισαία rectius pingatur, Grammatici quaerunt apud Cl. *Dukerum* in *Thucyd.* I, 104.

11. Ἐπί τε — ἔνεμε τὴν πόλιν] *Reiskius* Aldi ἔμενε longe praefert. Favere videtur *Plutarchus* in Solon. p. 96. ἐφύλαττε γὰρ τοὺς πλείστους νόμους τοῦ Σόλωνος ΕΜΜΕΝΩΝ πρῶτος αὐτὸς καὶ τοὺς φίλους ἀναγκάζων sed diversum longe est. *Nostro* illud placuit: adstruo exemplis, a *Gronovio* in unum conductis ex L. V, 71. οἵπερ ἔνεμον τότε τὰς Ἀθήνας. Sic enim ibi *Arch.* & *Vind.* De intervallo temporis, quod abiit ab obpressis prima vice Athenis ad eversam priorem Pisistrati tyrannidem multa *Bouherius*, sed minime constituta, *Disc. Herodot.* C. XIV. Tu confer *Eduardi Corsini Fastor. Attic.* T. III. p. 101.

24. Τοῦ βαρβαρικοῦ ἔθνεος τὸ Ἑλληνικόν] Sive hoc, quod reposui, seu *Medic.* malueris, verum manebit, Hellenicum genus a barbaro fuisse seiunctum, & vicissim. At *Aldum* si sequare, oratio constabit pulcerrime, ex *Florentino* vehementer conturbata. Qua enim Ἑλληνικοῦ, ἓν, δεξιώτερον, ἀπηλλαγμένον concordia coibunt, uti necesse est? Athenienses quidem συνέσει εἰκείᾳ τὸ Ἑλληνικὸν ὑπερεβάλοντο, uti scribit *Pausanias* L. IV, 35., Barbari nunquam. Novi patrocinium *Mediceo* quaesitum sedulo fuisse, verum debile, &, si consideretur, alienum. Geminati genitivi ἐκ παλαιτέρου τοῦ βαρβάρου ἔθνεος, ambiguitatem quandam parientes, librarios, ut mutarent, permoverunt. Mecum sentit *Steph. Berglerus Act. Lipsi.* CIↃ IↃ CC XVI. p. 421.

29. Τῇ οὔνομα ἦν Φύη] Qua ostentata cives decepit Pisistratus, fuisse dicitur ἐυειδής. *Phylarchus Athenaei* XIII, p. 609. C. τὴν κατάγουσαν Πεισίστρατον ἐπὶ τὴν τυραννίδα, ὡς Ἀθηνᾶς πεῖραν εἶδος ἔχουσαν, καλὴν φησι γεγονέναι. Insanabile *Casaubono* vulnus non attigit in Pisistr. c. IV. *Meursius*: meo quidem arbitratu conmode corrigi poterit: ὡς Ἀθηνᾶς σωτείρας εἶδος ἔχουσαν. Ἀθηνᾶς τῆς σωτείρας meminit *Lycurgus* c. Leocr. p. 150, 5. locum adhibuerunt *Meursius* in Cecrop. c. 27. & plus una vice *Ez. Spanhemius*: eiusdem Minervae & alibi fit mentio, & in *Antipatri* epigr. quod vulgavit *L. Kuster.* ad *Suid.* in V. Φυγοδέμνιος. *Phya* tum *ad habitum Deae reducentis* ipsum *in arcem formata* fuisse traditur *Valerio Max.* I, c. 2. VALKEN.

32. Καὶ προδέξαντες σχῆμα] Fuit, qui προσάψαντες refingeret: ego olim προσδήσαντες ex IV, 195. VI, 119. Nunc repudio. *Hesychius*, προδέξαντες, προδείξαντες haud dubie hoc ex loco. Ostentarunt ergo magnificam illam speciem, ut incautos fallerent. *Polyaenus* hanc fraudem non neglexit *Lib.* I, 21, 1. ubi καὶ τὴν τυραννίδα τῶν Ἀθηναίων κατέσχεν cum *Berglero* si scripseris, suum auferet ille.

40. Καὶ

emanavit, Pisistratum a Minerva reduci. Qui vero in urbe erant, persuasi hanc mulierem esse deam ipsam, fœminæ supplicarunt pariter, & 61 Pisistratum acceperunt. Hunc in modum, quem diximus, recuperata tyrannide, Pisistratus, ex pactione quam inierat cum Megacle, filiam Megaclis ducit uxorem. Verum quum & filii esset ei adolescentes, & Alcmæonidæ dicerentur obnoxii esse piaculo, nolens ex novo coniugio liberos tollere, haud legitime coibat cum uxore. Quam rem quum primo mulier occultasset, postea sive inquisivisset seu non, matri suæ aperuit. Mater viro indicavit. Iste vero inique ferens se à Pisistrato contumelia affici, ut erat iratus, positis inimicitiis in gratiam rediit cum seditiosis. Quæ fieri Pisistratus contra se animadvertens, regione prorsus abscedit: & ubi Eretriam pervenit, una cum filiis deliberat. Quum autem sententia Hippiæ prævaluisset de tyrannide rursus recuperanda, ibi tum munera collegerunt ex civitatibus, quæ ipsis nonnullam ante reverentiam debebant. Et cum multi magnas contulerunt pecunias, tum vero Thebani liberalitate superaverunt. Post hæc ut brevi sermone dicam, tempus exortum est, & omnia ad reditum eis expedita fuerunt. Nam & ex Peloponneso Argivi aderant mercede conducti, & Naxius quidam, nomine Lygdamis, voluntarius ipsis adveniens, multum alacritatis addidit, allatis & pecuniis & viris. 62 Profecti autem Eretria, anno undecimo vertente redierunt, & primum in Attica Marathonem occuparunt. Ad quos interea ibi castra habentes cum factiosi ex urbe se conferebant, tum alii ex populis affluebant, quibus erat tyrannis quam libertas optabilior: atque ita hi quidem congregabantur. Ceterum quandiu Pisistratus pecuniam cogebat, & postea Marathonem tenebat, Athenienses qui intra urbem degebant, rem nihili fecerunt: sed ubi acceperunt eum ex Marathone urbem versus movere, ita demum auxilia adversus eum comparant. Isti igitur cum omnibus copiis infesti in illos redeuntes tendebant; & Pisistratus

ὅτις ἀπίκετο, ὡς Ἀθηναίη Πεισίστρατον κατάγει· καὶ ὑπ' αὐτῷ τῷ ἄστεϊ [a] πειθομένους τὴν γυναῖκα εἶναι αὐτὴν τὴν θεὸν, προσεύχοντό τε τὴν ἄνθρωπον, καὶ ἐδέχοντο τὸν Πεισίστρατον. Ἀπολαβὼν δὲ τὴν τυραννίδα τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ὁ Πεισίστρατος, κατὰ τὴν ὁμολογίην τὴν πρὸς Μεγακλέα γενομένην, [b] γαμέει τῆ Μεγακλέος τὴν θυγατέρα. οἷα δὲ παίδων τέ οἱ ὑπαρχόντων ἡβητέων, καὶ λεγομένων ὑπαγέων εἶναι τῶν Ἀλκμαιονιδέων, ἐβουλόμενός οἱ γενέσθαι ἐκ τῆς νεογάμου γυναικὸς τέκνα, ἐμίσγετό οἱ οὐ [c] κατὰ νόμον. τὰ μέν νυν πρῶτα ἔκρυπτε ταῦτα ἡ γυνή· μετὰ δὲ, εἴτε ἐπορεύση, εἴτε καὶ ὑπ', Φράζει τῇ ἑωυτῆς μητρί· ἡ δὲ τῷ ἀνδρί. τὸν δὲ δεινόν τι ἔσχεν, ἀτιμάζεσθαι τοῖς Πεισιστράτου. ὀργῇ δὲ ὡς εἶχε, καταλλάσσετο τὴν ἔχθρην τοῖσι [d] στασιώτῃσι. μαθὼν δὲ ὁ Πεισίστρατος τὰ ποιεύμενα ἐπ' ἑωυτῷ, ἀπαλλάσσετο ἐκ τῆς χώρης τοπαράπαν. ἀπικόμενος δὲ ἐς Ἐρέτριαν, ἐβουλεύετο ἅμα τοῖσι παισίν. Ἱππίεω δὲ [e] γνώμην νικήσαντος, ἀναχλᾶσθαι ὀπίσω τὴν τυραννίδα, ἐνθαῦτα ἤγειρον δωτίνας ἐκ τῶν πολίων, αἳ τινές σφι [f] προηδέατό κού τι. πολλῶν δὲ μεγάλα παρασχόντων χρήματα, Θηβαῖοι ὑπερεβάλοντο τῇ δόσει τῶν χρημάτων. μετὰ δὲ, ἐν πολλῷ λόγῳ εἰπεῖν, χρόνος διέφυ, καὶ πάντα σφι ἐξήρτυτο ἐς τὴν κάτοδον. καὶ γὰρ Ἀργεῖοι μισθωτοὶ ἀπίκοντο ἐκ Πελοποννήσου· καὶ Νάξιός σφι ἀνὴρ ἀπιγμένος ἐθελοντὴς, τῷ οὔνομα ἦν Λύγδαμις, προθυμίην πλείστην παρείχετο, κομίσας καὶ χρήματα καὶ ἄνδρας. Ἐξ Ἐρετρίης δὲ ὁρμηθέντες, διὰ ἐνδεκάτου ἔτεος ἀπίκοντο ὀπίσω. καὶ πρῶτον τῆς Ἀττικῆς ἴσχυσι Μαραθῶνα. ἐν δὲ τούτῳ τῷ [g] χώρῳ σφι στρατοπεδευομένοισιν, οἵ τε ἐκ τοῦ ἄστεος στασιῶται ἀπίκοντο, ἄλλοι τε ἐκ τῶν δήμων προσέρρεον, οἷσιν ἡ τυραννὶς ἐπ' ἐλευθερίης ἦν ἀσπαστότερον. [h] οὗτοι μὲν δὴ συνηλίζοντο. Ἀθηναίων δὲ οἱ ἐκ τοῦ ἄστεος, ἕως μὲν Πεισίστρατος τὰ χρήματα ἤγειρε, καὶ μετ' αὐτὸς ὡς ἔσχε Μαραθῶνα, λόγον οὐδένα εἶχον. ἐπεὶ δὲ ἐπύθοντο ἐκ τοῦ Μαραθῶνος αὐτὸν [i] πορεύεσθαι ἐπὶ τὸ ἄστυ, ὕστερον δὴ βοηθέουσι ἐπ' αὐτόν. καὶ οὗτοί τε παρατάξαντο ἧσσον ἐπὶ τοὺς κατιόντας· καὶ οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον,

24

a Ald. Hervag. & *Edd.* cum *Paris. C.*, *Medic.* πυθόμενοι. *b Med.*, vulgo γαμέει τ. θυγ. αὐτοῦ. *c Med.* & *Plut. de Malign.* p. 858., τὸν νόμον *Edd.* *d* Στρατιώτῃσι *Ald.* & *Stepb.* ora. *e* Γνώμην *Remig.* cum marg. *Stepb.* *f Remig. Paris. B.*, προηδέατο *Med.*, *Edd.* προειδέατο. *g* Χρόνῳ *Remig. Stepb.* ora & *Ald.* *h Med. Remig.* & *Stepb.* margo, *Edd.* οὕτω. *i Rem. Med.* ora *Stepb.*, στρατεύεσθαι *Ald.* & ceteri.

40. Καὶ ἐν τῷ ἄστεϊ πειθόμενοι] Ut mulierem pro dea adorarent, incessere animos persuasio debuit divinitatis. Πυθέμενοι natum est ex eo, quod restitutum. Simile amanuensium delictum L. III, 78. Δαρεῖος δὲ πυθέμενος ἄσε τὸ ἐγχειρίδιον, *cui Darius obtemperans* &c. Valla, qui quidem πειθόμενος, quo modo *Codd.* plures, in suo habuit. Facit mecum *Reiskius*. De Phya *Athenaeus* ex *Clidemo* L. XIII. p. 609., & Critici in Comici *Equit.* V. 447., varie errantes. Vid. *Jo. Meursii Pisistrat.* C. 16.

Quippe hunc Astyagem Cyaxaris filium, Medorum regem, affinem Crœsi, Cyrus Cambysis filius bello victum ceperat. Erat autem Crœso Astyages hunc in modum affinis. Apud Scythas Nomadas quum esset seditio, caterva virorum clam excesit in terram Medicam, qua tempestate Medorum tyrannus erat Cyaxares, Phraortis filius, Deiocis nepos; qui Scythas hos, utpote supplices, initio benigne excepit, & quum plurimi eos faceret, pueros eis tradidit imbuendos & lingua Scythica, & artificio sagittandi. Interiecto deinde tempore, quum Scythæ venatum assidue irent & semper aliquid afferrent, nonnunquam tamen contingebat ut nihil caperent. Quos ita revertentes manibus inanibus Cyaxares (erat enim, ut monstravit, iræ non imperans) aspere admodum cum contumelia insectabatur. Id illi, ut se indignum, a Cyaxare pati non ferentes, consilio habito decreverunt aliquem eorum puerorum quos docerent, concidere; apparatumque ut feras apparare consueverant, Cyaxari offerre, perinde ac ferinam: idque quum obtulissent, quam celerrime se ad Alyattem Sadyattis filium Sardes conferrent. Quod & factum est. Nam & Cyaxares & qui aderant convivæ ex his carnibus gustaverunt: & Scythæ perpetrato hoc, Alyatti se supplices præbuerunt. Quos postea 74
reposcenti Cyaxari, quod Alyattes reddere abnuerat, bellum inter Lydos Medosque quinquennale conflatum est. Quo in bello sæpe Medi, sæpe Lydi victores extiterunt, & nocturnum quoddam prœlium fecerunt. Quum vero pari fortuna hoc bellum utrisque cederet, sexto anno signis collatis, contigit, ut in medio pugnæ repente dies nox efficeretur. Quam immutationem diei futuram Thales Milesius Ionibus prædixerat, hunc ipsum annum præfiniens, quo immutatio facta est. Lydi ac Medi ubi diem noctescere viderunt, a pu-

a Medic. In *Paris. C.* ἴλη & editis. Haec vero *Arch.* & *Vind.* desunt usque in medium C. 75. *b Ald.* & ceteri. *Medic.* ἐκμαθεῖν. Porro παῖδας σφι *Paris. duo.* Παῖδα editi male. *c* Margo *Steph.* & *Eton.*, κενῇσι vulgo. *d Med.* Vulgo σφέων ἐωϋτέων· porro ἐβούλευσαν ex eodem: praestat vulgatum. *e* φέροντες *Paris.* unus; in quarto casu *Ald.* & reliqui. *f* Τούτων *Medic.* cui paullo ante ταῦτα καὶ ἐγένετο placuit. *g* Debetur articulus *Med.*, ignorant alii.

95. Τῶν νομάδων εἵλη ἀνδρῶν] Parum refert, εἵλη praeoptes an ἴλη. In membranis perpetua est discordia. Εἵλη tamen, si originem consideres, vetustior. Dixi ad *Diodorum* L. XVII, 33. dixerunt alii. In ἀνδρῶν vocabulo latere regis titulum, cuius obsequium fugitivi Scythae detrectaverint, *Reiskius* coniicit. Mihi tali nomine rex Scytha cognitus minime est. Scytharum νομάδες ἄνδρες non alii sunt ac νομάδες L. IV, 19., uti ἄνθρωποι νομάδες *Arriani Indic.* C. 29. Recurret alias ἀνὴρ αὐλητὴς & ἀνὴρ βασιλεύς &c.

100. Παῖδάς σφι παρέδωκε] Ita vetus interpres ex coniectura, *Galeus*, *Barbeyracius Histor. Foed.* Part. I. p. 46., *Corn. de Pauw*, *Reiskius* & Abbas *Geinoz* T. XVI. *Conm. Acad. Inscript.* p. 66., & merito: nam quae *Nostri* subiungit, plures postulant pueros. Indignor itaque, *coecum impetum* illis inpactum, quibus puerorum multitudo, ipso scriptore viam monstrante, potior visa fuit. MSS., quorum auctoritas desiderabatur, adsunt.

3. Νοσήσαντας —— κεινῇσι χερσί] Sic decuit. Κεινὰ χώματα L. IX, 84. & κεινοὺς ἀμφορέας VIII, 28. veteres schedae, postulante sermonis usu, dabunt.

5. Ἦν γὰρ, ὡς διέδεξε, ὀργὴν οὐκ ἄκρος] Qui poterit hoc esse verum? Is ὀργὴν ἄκρος censetur, qui iracundo animo est, sive in iram pronior. De Sulla *Appianus*, ὁ δὲ κατὰ τῶν μεγίστων ἀνδρῶν τε καὶ πόλεων ἄκρος ὀργὴν γενόμενος· tum de Sertorio, καὶ γεγένητο ὀργή τε ἄκρος δι' ὑπουλίας ποικίλας *Bell. Civil.* L. I. p. 692. & 700. Accedit *Dio Cassius* ex Cl. *Reiskii* indicio, t. I. p. 59. *Edit. Novisf.* θυμοῦ τε ἐπληρώθησαν, ὄντες καὶ ἄλλως ΟΡΓΗΝ ΑΚΡΟΙ, *furore succensi sunt, alioqui in iracundiam etiam proni.* Itaque ὀργὴν οὐκ ἄκρος, qui irae minime indulget, qualis profecto, uti res declarat ipsa, Cyaxares non fuit. Memini geminum videri L. V, 124. ἦν γὰρ δὴ, ὡς διέδεξε, Ἀριστα-
γόρης ψυχὴν οὐκ ἄκρος, vertique, *non erat compos mentis.* At discrepat, nec Latina bene procedunt. Aristagoras mentis quidem compos erat, sed in agendis rebus forti ac magno animo defectus, sive ψυχὴν οὐκ ἄκρος. Ne longum faciam, cum Cyaxares iram frenis conpescere haud valuerit, supervacanea videtur negans vox & tollenda. Mecum sentit Abbas *Geinozius.*

7. Ἐβουλεύσαντο τῶν παρὰ σφίσι &c.] Restitui, quod citra caussam immutatum fuerat. Vid. VII, 11, 4. VIII, 101. Neque displicuit Κυαξάρεϊ δοῦναι φέροντες ex *Parisino.* Habebat φέροντας quod illo verborum ordine displicere poterat.

22. Συνήνεικε —— τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτα &c.] Vulgi more satisque populariter *Noster*, quoties de solis eclipsibus sermo est. Ἀντὶ ἡμέρης νὺξ ἐγένετο VII, 37., ὁ ἥλιος ἀμαυρώθη ἐν τῷ οὐρανῷ IX, 10. Moverunt ea *H. Dodwellum*, ut *Herodoto* omnem sideralis scientiae notitiam detraheret, quod ferri utcunque, etsi sine iusta ratione propositum, poterat: verum grassatur ulterius, Thaletique peritiam astronomiae aufert, &, quem praedixerat solis defectum, talem fuisse infitiatur: *tenebras subito obortas fuisse, quas Thales e regionis tempestatisque exhalationibus observatis praedixerat*, in *Addend. ad Disf. de Cyclis* p. 912. Qua re dum Thaleti astronomiae usum & scientiam adimit, adauget eiusdem cognitionem rerum naturaliam adeo, ut neminem eo in genere parem habuerit, habeatve. Quis enim regionem aliquam ingressus conplures ante menses indicavit, indicabitve, quali vaporum exhalatione aëris, coelique habitus obscurandus obnubilandusque stato die sit? Ita porro fides *Eudemo* apud *Clementem Stromat.* L. I. p. 354. in Historia Astronomiae, *Ciceroni*, *Plinio*, *Diogeni Laërtio*, *Apuleio* & aliis pluribus, qui uno ore perhibent, Thaletem solis hanc eclipsin multo ante significasse, quam contigit, negatur. Verum con-

a pugnando destiterunt: eoque propensius utrique ad pacem inter se constituendam festinaverunt; auctoribus conventionis Syennesi Cilice & Labyneto Babylonio: qui ut & fœdus intercederet & matrimonii commercium fieret, enisi sunt; decernentes ab Alyatte Arienin filiam Astyagi Cyaxaris filio nuptum dari: quoniam sine vehementi necessitudine conventiones stabiles servari non queunt. Ineunt autem hæ gentes fœdera cum cetero ritu Græcorum, tum insecando brachia summa in cute, ac mutuum sanguinem delingendo. Hunc igitur Astyagem avum suum maternum Cyrus bello victum tenebat, ob eam quam in sequentibus indicabo caussam. Quo nomine Crœsus ei infensus, nunquid inferret Persis bellum, ad oracula miserat. Et quum responsum venisset haud sincerum, sibi favere interpretatus, expeditionem iniit adversus Persarum terram. Atque ubi ad Halym flumen pervenit, tunc, ut ego quidem narro, pontibus ibi sitis copias traduxit; ut autem Græci plurimi dictitant, Thales Milesius traduxit ei. Nam quum incertus animi Crœsus foret, qua parte fluminis traiiceret exercitum, (nullosdum enim ex illis pontibus ea tempestate fuisse) fertur Thalen, qui in his castris aderat, fecisse, ut fluvius qui ad lævam exercitus fluebat, flueret etiam ad dextram. Fecisse autem hunc in modum. Fossam altam, exorsus superiore loco, quam erant castra, ductam in speciem lunæ, depressit, quæ castra, ut erant metata, a tergo amplecteretur: illac per fossam quum traduxisset ex pristino alveo fluvium, iterum eum, ubi castra praeterisset, in suum alveum refunderet; ita ut quum divisus esset, celerrime fluvius utrinque permeabilis effectus sit. Quidam vero aiunt, veterem etiam omnino exaruisse alvenm. Cui rei equidem non accedo. Quod

ἐπεί τε εἶδον νύκτα ἀντὶ ἡμέρης γινομένην, τῆς μάχης τε ἐπαύσαντο, καὶ μᾶλλόν τι ἔσπευσαν καὶ ἀμφότεροι εἰρήνην ἑωϋτοῖσι γενέσθαι. οἱ δὲ συμβιβάσαντες αὐτοὺς, ἔσαν οἵδε, Συέννεσίς τε ὁ Κίλιξ, καὶ Λαβύνητος ὁ Βαβυλώνιος· οὗτοί σφι καὶ τὸ ὅρκιον οἱ σπεύσαντες γενέσθαι ἔσαν, καὶ γάμων ἐπαλλαγὴν ἐποίησαν· Ἀλυάττεα γὰρ ἔγνωσαν δοῦναι τὴν θυγατέρα Ἀρύηνιν Ἀστυάγεϊ τῷ Κυαξάρεω παιδί. ἄνευ γὰρ ἀναγκαίης ἰσχυρῆς συμβάσιες ἰσχυραὶ οὐκ ἐθέλουσι συμμένειν. ὅρκια δὲ ποιέεται ταῦτα τὰ ἔθνεα τάπερ τε Ἕλληνες· καὶ πρὸς τούτοισι, ἐπεὰν τοὺς βραχίονας ἐπιλάμωνται ἐς τὴν ὁμοχροΐην, τὸ αἷμα ἀναλείχουσι ἀλλήλων. Τοῦτον δὴ ὦν Ἀστυάγεα Κῦρος ἐόντα ἑωϋτοῦ μητροπάτορα κατεστρεψάμενος ἔσχε, δι' αἰτίην τὴν ἐγὼ ἐν τοῖσι ὀπίσω λόγοισι σημανέω. τὰ Κροῖσος ἐπιμεμφόμενος τῷ Κύρῳ, ὃς τε τὰ χρηστήρια ἔπεμπε, εἰ στρατεύηται ἐπὶ [b] Πέρσας; καὶ δὴ καὶ ἀπικομένου χρησμοῦ κιβδήλου, ἐλπίσας πρὸς ἑωϋτοῦ τὸν χρησμὸν εἶναι, ἐστρατεύετο ἐς τὴν Περσέων [c] μοίρην. ὡς δὲ ἀπίκετο ἐπὶ τὸν Ἅλυν ποταμὸν ὁ Κροῖσος, τὸ ἐνθεῦτεν, ὡς μὲν ἐγὼ λέγω, καλὰ τὰς ἐούσας γεφύρας διεβίβασε τὸν στρατόν· ὡς δὲ ὁ πολλὸς λόγος Ἑλλήνων, [d] Θαλῆς οἱ ὁ Μιλήσιος διεβίβασε. ἀπορέοντος γὰρ Κροίσου, ὅκως οἱ διαβήσεται τὸν ποταμὸν ὁ στρατὸς, (οὐ γάρ δὴ εἶναί [e] κω τοῦτον τὸν χρόνον τὰς γεφύρας ταύτας) λέγεται παρόντα τὸν Θαλῆν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ποιῆσαι αὐτῷ τὸν ποταμὸν ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς ῥέοντα τοῦ στρατοῦ, καὶ ἐκ δεξιῆς ῥέειν. ποιῆσαι δὲ ὧδε· ἄνωθεν τοῦ στρατοπέδου ἀρξάμενον, δώρυχα [f] βαθέην ὀρύσσειν, ἄγοντα μηνοειδέα, ὅκως ἂν τὸ στρατόπεδον ἱδρυμένον κατὰ [g] νώτου λάβοι· ταύτῃ καλὰ τὴν διώρυχα ἐκλιπόμενον ἐκ τὴν ἀρχαίην ῥέεθρον, καὶ αὖτις παραμειβόμενος τὸ στρατόπεδον, ἐς τὰ ἀρχαῖα ἐσβάλλοι. ὥστε ἐπεί τε καὶ ἐσχίοθη, τάχιστα ὁ πόλεμος ἀμφοτέρῃ διαβατὸς ἐγένετο. οἱ δὲ καὶ τὸ παράπαν λέγουσι καὶ τὸ ἀρχαῖον [h] ῥέεθρον ἀποξηρανθῆναι, ἀλλὰ τοῦτο μὲν [i] οὐ

προσ-

[a] Ἀμοιβρόϊην *Edit. Genev.* 1618. Paullo superius ἀπαλλαγὴν ἐπ. ex *Aldo*, ora *Steph.* Adde *Stob.* Serm. XXVIII. p. 197. ubi illud ἄνευ γὰρ ἀναγκ. exscribitur. [b] Εἰρωτέων addunt *Ald.* & alii. Abest *Med.* [c] *Med.* μοῖραν, quod Ionum non est. [d] *Med. Arch.*, in aliis διεβίβασε οἱ. [e] Κατὰ τοῦτον *Arch.*, citra caussam. [f] Βαθείην idem. Vide *Tzetzen Chil.* I. *Hist.* 30. & *Scholia* in *Comici Nub.* V, 180. [g] Νῶτα idem. [h] Ῥεῖθρον *Medic.* [i] Οὐδὲ προσιέναι *Arch. Vind.*

constet ea *Herodoto* ceterisque, uti oportet. De anno, quo deliquium istud sol passus fuerit, maior contentio & controversia. *Plinius* L. II. *Histor. Nat.* C. 12. in annum Olymp. XLVIII, 4. refert: *Clemens Alex.* in Olymp. L. circiter, ex coniectura. Utriusque sententiae officit rex Cyaxares, qui vitam in illos Olympiadum annos non prorogavit. *Cicero* I. Divinat. C. 49. solis a Thalete praedictam defectionem, Astyage regnante factam fuisse ait; idem alii dixerunt, contra *Nostri* descriptam rerum seriem, & liquidissimum *Eudemi* testimonium. Seriore aevo viri doctissimi *Scaliger*, *Calvisius*, *Petavius*, *Ricciolus*, *Usserius*, *Newtonus* defectionis tempus & indagarunt & suas secuti temporum rationes variis annis adligarunt. Examinavit dissidentes horum opiniones *Vignolius* t. II. *Chronol.* p. 254. &c. accurate, diemque defectioni ex arbitratu constituit. In alia abiit, *Vignolii* repudiata, neque citra caussam, opinione, *Bouberius Diss. Herod.* C. 4. Amplexus alia quoque est *T. S. Baierus* in *Memor. Scythicis*, insertis t. III. *Commentar. Acad. Petropolit.* p. 328.; cuius eximii viri quaestionis huius examen, cum cura institutum, minime displicuit: animi tamen pendeo, ad quos me adiungam, in tanto computantium dissensu, neque patitur adnotationum brevitas uberiorem excursum.

30. Συέννεσίς τε ὁ Κίλιξ καὶ Λαβύνητος] Verum est, quod *Stanleius* in *Aeschyli Pers.* v. 326. & *T. Faber* L. I. *Epist.* 39. docuerunt, Cilicum reges *Syennesis* titulo omnes olim adpellatos fuisse. Vide L. V, 118. VII, 98. & ad *Diodorum Siculum* XIV, 20. *Labyneti* nomen in Babylonis regibus itidem frequens, uti mox C. 77. & 118. Ille, qui pacis arbiter & sequester Medos inter & Lydos fuit, est Nabuchodonosorus, qui & Nebucadnezar: congruunt temporum rationes. Γάμων ἐπαλλαγὴν, uti mox, de consociata adfinitate loquendo. Herodoti verba ad Astyagis mortem pertinere videntur. De Abderitis & Democrito *Simplicius* de Coelo L. III. p. 150. τὴν συμπλοκὴν οἱ Ἀβδηρῖται ΕΠΑΛΑΛΑΞΙΝ, ὥσπερ καὶ ὁ Δημόκριτος. Iunge Cl. *Alberti* scholia in *Hesychii* Ἐπαλλάξαντες.

37. Ἐς τὴν ὁμοχροΐην] Damnanda temeritate Editor Genevensis CIↃ IↃ CXVIII. *Stephani*, *Chytraei*, *Porti* aliorumque coniecturam secutus ἀιμοῤῥοΐην publicavit. Vulgatum MSS. auctoritate munitum est, illis praeterea, quae viri doctissimi *Is. Vossius* & *Jac. Gronovius* in medium deposuerunt. Ἐς ὁμαοΐην *Corn. de Pauw* aeque pravum. Sola durat controversia, quid ὁμοχροΐη? *Jos. Scaliger Castigat. in Hippocrat. de vulnerib. capitis* principio, *hic*, inquit, ἡ ΌΜΟΧΡΟΪΗ *est curvatura interior brachii, qua contingunt se duae partes interiores brachii, cum angulum faciunt.* Quae ibi adduntur ex medicorum principe, illam non stabiliunt vocabuli notionem, sed superficiei quamdam aequabilitatem. ἡ ὁμοχροΐη ὀστέου calvariae laevis est superficies, ut bene *Foësius.* In *Aeschinis Dialog.* III, 15. οὐδὲ ἅπτεται ταῦτα τῆς ὁμοχροΐας, bene redditur, *neque attingunt haec superficiem.* Ad quem modum si cum Rev. *Horreo* ἐπιτάμωνται ἐς τὴν ὁμοχροΐην verteris *in summa cute*, seu *cutis superficie*, uti equidem interpretandum censeo, cessabit, si quae morata fuit, difficultas. *Tacitus* simili in ritu Ann. XII, 47. *levi ictu cruorem eliciunt.* Alia *Vossius* ad *Melam* II, 1., alia *Gronovius*, quae ipsis relinquo.

42. Εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας] Ἐιρωτέων quod his liberaliter adstructum fuit, recte abest. Vid. *Gronov.* & *adnotat.* ad *Diodor.* XIV, 112.

47. Ὡς δὲ ὁ πολλὸς λόγος Ἑλλήνων] Etsi *Noster* Graecorum hunc rumorem spreverit, amplexi dein eum alii sunt; uti *Apollodorus* in *Diogene* I, 38., *Lucianus* Hipp. C. 2., aliique, de quibus pro *Herodoto* ad eum Samosatensis locum Cl. *Gesnerus* erudite.

Pteria. Aequum in ea prœlium ostendit Crœsi culpam, quod paucos obiecisset pluribus, ideoque rediit Sardes. Portenti

προσίεμαι. κῶς γὰρ ὀπίσω πορευόμενοι διέβησαν αὐτόν; Κροῖσος δὲ, ἐπεί τε διαβὰς σὺν τῷ στρατῷ ἀπίκετο Καππαδοκίης ἐς τὴν Πτερίην καλεομένην. ἡ δὲ Πτερίη ἐστὶ τῆς χώρης ταύτης τὸ ἰσχυρότατον, κατὰ Σινώπην πόλιν τὴν ἐν Εὐξείνῳ πόντῳ μάλιστά [a] κη κειμένη. ἐνθαῦτα ἐστρατοπεδεύετο, φθείρων τῶν Συρίων τοὺς κλήρους. καὶ εἶλε μὲν [b] τὴ Πτερίων τὴν πόλιν, καὶ ἠνδραποδίσατο, εἶλε δὲ τὰς περιοικίδας αὐτῆς πάσας, Συρίους τε οὐδὲν ἐόντας αἰτίους, ἀναστάτους ἐποίησε. Κῦρος δὲ [c] ἀγείρας τὸν ἑωυτοῦ στρατὸν, καὶ παραλαβὼν τοὺς μεταξὺ οἰκέοντας πάντας, ἠντιοῦτο Κροίσῳ· πρὶν δὲ ἐξελαύνειν ὁρμῆσαι τὸν στρατὸν, πέμψας κήρυκας ἐς τοὺς Ἴωνας, ἐπειρᾶτό σφεας ἀπὸ Κροίσου [d] ἀποστάναι· Ἴωνες μέν νυν οὐκ ἐπείθοντο. Κῦρος δὲ ὡς ἀπίκετο, καὶ ἀντιστρατοπεδεύσατο Κροίσῳ, ἐνθαῦτα ἐν τῇ Πτερίῃ χώρῃ ἐπειρῶντο κατὰ τὸ ἰσχυρὸν ἀλλήλων. μάχης δὲ καρτερῆς γενομένης, καὶ πεσόντων [e] ἀμφοτέρων πολλῶν, τέλος μὲν ἑτέροι νικήσαντες διέστησαν, νυκτὸς ἐπελθούσης. καὶ τὰ μὲν στρατόπεδα ἀμφότερα ὧδε ἠγωνίσατο. Κροῖσος δὲ, μεμφθεὶς κατὰ τὸ πλῆθος τὸ ἑωυτοῦ στράτευμα· ἦν γὰρ οἱ συμβαλὼν στρατὸς πολλὸν ἐλάσσων ἢ ὁ Κύρου· τοῦτο μεμφθεὶς, ὡς τῇ ὑστεραίῃ οὐκ ἐπειρᾶτο ἐπιὼν ὁ Κῦρος, ἀπήλαυνε ἐς τὰς Σάρδις, [f] ἐν νόῳ ἔχων, παρακαλέσας μὲν Αἰγυπτίους κατὰ τὸ ὅρκιον, (ἐποιήσατο γὰρ καὶ πρὸς Ἄμασιν βασιλεύοντα Αἰγύπτου συμμαχίην πρότερον ἢπερ πρὸς Λακεδαιμονίους) μεταπεμψάμενος δὲ καὶ Βαβυλωνίους· (καὶ γὰρ πρὸς τούτους αὐτῷ ἐπεποίητο συμμαχίη· ἐτυράννευε δὲ τῶν Βαβυλωνίων τὸν χρόνον τοῦτον Λαβύνητος) ἐπαγγείλας δὲ καὶ Λακεδαιμονίους παρεῖναι ἐς χρόνον ῥητὸν· ἁλίσας τε δὴ τούτους, καὶ τὴν ἑωυτοῦ συλλέξας στρατιὴν, ἐνένωτο, τὸν χειμῶνα παρεὶς, ἅμα τῷ ἦρι στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Πέρσας. καὶ ὁ μὲν, ταῦτα φρονέων, [h] ὡς ἀπίκετο ἐς τὰς Σάρδις, [i] ἔπεμπε κήρυκας κατὰ τὰς συμμαχίας, προστέοντας ἐς πέμπτον μῆνα συλλέγεσθαι ἐς Σάρδις. τὸν δὲ παρεόντα καὶ μαχεσάμενον στρατὸν Πέρσῃσι, ὃς ἦν αὐτοῦ ξεινικὸς, πάντα ἀφεὶς, διεσκέδασε· οὐδαμᾶ ἐλπίσας μή κοτε ἄρα ἀγωνισάμενος οὕτω παραπλησίως Κῦρος [k] ἐλάσῃ ἐπὶ Σάρδις. Ταῦτα ἐπιλεγομένῳ Κροίσῳ τὸ προάστιον πᾶν ὀφίων ἐνεπλήσθη. Φανέντων δὲ [l] αὐτέων, οἱ ἵπποι μετιέντες τὰς νομὰς νέμεσθαι, [m] φοιτέοντες κατήσθιον. ἰδόντι δὲ τοῦτο Κροίσῳ, ὥσπερ καὶ ἦν,

Quo enim modo qui rursum redierunt, illum transiverunt? Crœsus igitur exercitu traiecto, venit in Cappadociæ regionem, quae dicitur Pteria, omnium eius plagæ tutissima, iuxta urbem Sinopen ad pontum Euxinum fere sitam. Hic stativa habens, prædia Syriorum vastat, & urbem Pteriorum expugnat diripitque. Cepit quoque cunctas circum sitas urbes, Syriosque ipsos nihil commeritos exterminavit. Hinc Cyrus coacto suo exercitu, adsumptisque omnibus, qui in medio incolebant, obviam pergit: missis tamen, antequam exercitum educere conaretur, caduceatoribus ad Ionas tentandos ut ad se a Crœso deficerent. Illis abnuentibus, profectus castra Crœso opposuit: ibidemque in regione Pteria pro viribus se invicem lacessere. Commissaque acri pugna, & multis utrinque cadentibus, ad extremum noctis interventu dirimuntur, neutri victores. Atque hunc in modum duo exercitus dimicaverunt. Crœsus, reprehensus propter suas ipsius copias respectu multitudinis (nam exercitus eius qui conflixit, multo minor erat, quam Cyri) in hoc reprehensus, quum postero die Cyrus ipsum superfederet invadere, regressus est Sardes, habens in animo evocare AEgyptios ex fœdere; quorum cum rege Amasi, antequam cum Lacedæmoniis, societatem inierat: arcessere etiam Babylonios, cum quibus & ipsis societatem armorum pepigerat; erat autem Babyloniorum tyrannus ea tempestate Labynetus: denunciare item Lacedæmoniis ut ad dictam diem præsto essent: hisque & suis copiis coactis, ubi per hyemem quievisset, initio statim veris tendere adversus Persas. Hæc destinans Crœsus, abiit Sardes, dimisitque caduceatores ad belli socios, edicentes, uti ad quintum mensem Sardes convenirent. Exercitum vero qui aderat ex militibus conductis, qui cum Persis dimicaverat, missum fecit ac dissipavit: minime sperans unquam fore, ut Cyrus, qui sic æquo Marte pugnasset, Sardes copias promoveret. Hæc Crœso ratiocinante, omnia suburbana colubris impleta sunt: quos, ut apparuerunt, equi fastidientes pascua tondere comedebant. Id Crœso cernenti visum est, ut erat, esse portentum: ideoque e vestigio mit-

a Ignorant κη *Iidem.* b Non est in *Arcb.* c Ἐγείρας *Vind.* d Ἀπισάμεναι *Ald.*, mox μὲν νυν *Arcb.*, sed paullo ante κήρυκας plerique omnes cum *Edit.* κήρυκα *Med.* e Defit haec vox *Arcb. Vind.* f Haec ex iisdem Schedis exulant usque in medium C. 79. g Sic *Medic.*, in aliis δέ. h Ὡς est ex *Medic.* i Ἔπεμπέ τε *Aldus* & ceteri. k Ex *Med.*, ἐλάσει vulgo. l Sic editi veteres. αὐτῶν *Med.* m Ex *Paris.* duobus & vulgatis libris. Φοιτέοντας *Ald.*, φοιτῶντες *Med.*, qui & ἰδόντι δὲ τοῦτο Κρ., in aliis & *Paris. C.* τῷ Κρ. τοῦτο.

66. Μάλιστά κη κειμένην] Κειμένη praestaret. Praedicatur de regione Pteria, quae in finibus Sinopes ad Pontum. *Steph. Byz.* ἔστι καὶ Πτερία πόλις Σινώπης ex hoc, opinor, *Nostri* loco. Pteriorum urbis mox mentio erit.

72. Πρὶν δὲ ἐξελαύνειν ὁρμῆσαι τὸν στρατόν] Est, cui ἐξελαύνειν glossatoris videtur, me dissentiente: putes simile esse L. VIII, 106. ὡς δὲ τὸ στράτευμα —— ὥρμα ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, discrepat tamen, ut quisque videt. Hoc specta VII, 105. πρότερον ἢπερ ὁρμῆσαι στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Restitui ex schedarum consensione κήρυκας. Plures Cyrus misit, sicuti C. 141. ubi ultro Iones postulant, quod hic negant Cyro, traditur.

78. Πεσόντων ἀμφοτέρων πολλῶν] Media vox perperam praeteritur. Vide C. 82., & illud III, 11., ubi plenius, καὶ πεσόντων ἐξ ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων πλήθεϊ πολλῶν· nam praepositionem quod *Arcb.* & *Vind.* omittant isthic, causa caret.

81. Κροῖσος δὲ, μεμφθεὶς &c.] Latina *Croesus reprehensus propter suas copias* non probo. A quo enim reprehensus? Immo vero ipse semet incusabat, quod copiarum numero longe inferior congressus cum Persarum rege esset. Melius *Stephanus* & *Portus*, postulante verbi usu, *caussatus exercitus sui paucitatem*, sive potius, *semet reprehendens ac incusans.* Statim οὐκ ἐπειρᾶτο ἐπιὼν *Reiskii* iussu ἐπωρᾶτο corrigendum foret, nisi si valide *Noster* resisteret. Ἐπειρᾶτο ἐπιὼν non aliud illi ac ἐπιέναι. Ecce tibi VII, 5. ἐπειρᾶτο κατιὼν ὁ Ἰσιακός. & C. 50. ὡς δὲ ἐπειρᾶτο συλλαμβάνων. Consimiliter VII, 172. & IX, 52. tum I, 84. ἐπειρᾶτο προσβαίνων.

91. Λαβύνητος] Regum Babyloniorum ultimus, Croeso ad coërcendam Cyri adaugescentem potentiam foedere iunctus, & belli huius fortasse occasio. *Beroso* apud *Josephum* Ναβόννηδος L. I. *Cont. Apion.* C. 20. Par causa Amasin Aegyptium, has in partes ut transiret, inpulisse videtur. Lege *Xenophontem* VIII. *Inst. Cyr.* p. 183.

3. Φοιτέοντες] Ut alibi saepius hic etiam obliteravit *Gronov.* Ionicam scribendi rationem; & c. 96. ἐφοίτεον e libro Flor. in ἐφοίτων transiit; cum paulo post ἐπιφοιτέοντες intactum relinquatur; alibi διαφοιτέοντες; & ἐπιφοιτέωσι. Hic vero scribi malim: οἱ ἵπποι, μετιέντες τὰς νομὰς νέμεσθαι, ἐσφοιτέοντες (nempe τὸ προάστειον) κατήσθιον. Verbum adhibuerunt *Euripides* & *Lysias.* VALKEN.

mittebat conſultores ad coniectores Telmeſſenſes. His ita profectis, ubi accepto reſponſo ab Telmeſſenſibus, didicerunt quid vellet ſignificare portentum, non contigit ut Crœſo renunciarent. Nam priusquam retro Sardes renavigarent, Crœſus eſt captus. Attamen Telmeſſenſes ita reſponderant, exercitum externum Crœſo illuc affuturum, qui quum advenisſet, indigenas ſubigeret: quod dicerent anguem terræ prolem eſſe; equum, hoſtem & advenam. Hæc Telmeſſenſes Crœſo ſunt interpretati, ſed iam capto; nondum tamen gnari eorum quæ de Sardibus ac ipſo
79 Crœſo agerentur. Cyrus certior factus, Crœſum, qui ſtatim poſt prœlium in Pteria geſtum abſceſſerat, conſtituiſſe poſt abitum diſpergere copias, conſilio inito, comperiebat operæ pretium eſſe, quam celerrime poſſet, promovere exercitum Sardes, priusquam contraherentur iterum Lydorum copiæ. Hoc ubi probavit, ſtatim quoque exequutus eſt: propereque ducto in Lydiam exercitu, ipſemet nuncius Crœſo advenit. Unde Crœſus in magnam ſollicitudinem adductus, quod præter opinionem præterque expectationem ſuam ſe res haberent, tamen Lydos in prœlium eduxit. Lydia vero gente in Aſia nulla fuit ea tempeſtate nec fortior nec magis ſtrenua: ex equisque illi pugnabant, haſtasque longas geſtabant, & erant equitan-
80 di ſane periti. Campus, in quo concurſum eſt, ante urbem Sardianam iacet, magnus & nudus: quem cum alii amnes perfluentes, tum Hyllus, perrumpunt ſimul in omnium maximum, qui vocatur Hermus, qui e monte ſacro Matris Dindymenæ lapſus infunditur mari iuxta Phocæam oppidum. Hic ubi vidit Lydos ad pugnandum inſtructos Cyrus, equitatum reformidans, conſtituit admonitu Harpagi Medi, ita faciendum: coactis omnibus quæ ipſius exercitum ſequebantur camelis, vel frumentum vel vaſa portantibus, ſarcinas

5 ἦν, ἔδοξε τέρας ὧν. αὐτὰρ ἐπεὶ
a ἐς τοὺς ἐξηγητέας Τ
σι θεοπρόποισι, καὶ μαθὼν τ
σημαίνειν τὸ τέρας, οὐκ ἐ
πρὶν γὰρ ἢ ὀπίσω σφέας ἀπ
ἄλλο ὁ Κροῖσος. Τελμησσέες μὰ
στρατὸν ἀλλόθροον προσδόκιμον ὑπ
ρην· ἀπικόμενον δὲ τοῦτον κα
ρίης, λέγοντες ὅφιν εἶναι γῆς παῖδα,
λέμιόν τε καὶ ἐπήλυδα. Τελμησσέας μὲ
15 c ὑπεκρίναντο Κροίσῳ ἤδη ἁλωκότι, οὐ
ἦν περὶ Σάρδις τε καὶ αὐτὸν Κροῖσον. Κῦρ
κα ἀπελαύνοντος Κροίσου, μετὰ τὴν μάχην τὴν
ἐν τῇ Πτερίῃ, μαθὼν ὡς ἀπελάσας d μέλλα
διασκεδᾶν τὸν στρατὸν, βουλεύμενος εὕρισκε πρῆγμα
20 εἶναι ἐλαύνειν ὡς δύναλο τάχιστα ἐπὶ τὰς Σάρδις, e πρὶ
ἢ τοὺς τε Λυδῶν δύναμιν. ὡς δὲ οἱ ταῦ-
τα ἔδοξε, καὶ ἐποίεε κατὰ τάχος· ἐλάσας γὰρ τὸν
στρατὸν ἐς τὴν Λυδίην, αὐτὸς ἄγγελος Κροίσῳ ἐληλύθεε.
ἐνθαῦτα Κροῖσος ἐς ἀπορίην πολλὴν ἀπιγμένος, ὡς οἱ
25 παρὰ δόξαν ἔσχε τὰ πρήγματα ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε, ὅμως τοὺς Λυδοὺς ἐξήγαγε ἐς μάχην. ἦν δὲ τοῦτο
τὸν χρόνον ἔθνος οὐδὲν ἐν τῇ Ἀσίῃ οὔτε ἀνδρειότερον, οὔτε
ἀλκιμώτερον τοῦ Λυδίου. ἡ δὲ μάχη σφέων ἦν f ἀπ'
ἵππων. δόρατά τε ἐφόρεον μεγάλα, καὶ αὐτοὶ ἔσαν
30 ἱππεύεσθαι ἀγαθοί. Ἐς τὸ πεδίον δὲ συνελθόντων τοῦτο
τὸ πρὸ τοῦ ἄστεός ἐστι τοῦ Σαρδηνοῦ, ἐὸν μέγα τε καὶ
g ψιλὸν, (διὰ δὲ αὐτοῦ ποταμοὶ ῥέοντες καὶ ἄλλοι, καὶ
h Ὕλλος συρρήγνυσι ἐς τὸν μέγιστον, καλεόμενον δὲ
Ἕρμον, ὃς ἐξ i ὄρεος ἱροῦ μητρὸς Δινδυμήνης ῥέων, ἐκ-
35 διδοῖ ἐς θάλασσαν κατὰ k Φωκαίην πόλιν) ἐνθαῦτα
ὁ Κῦρος ὡς εἶδε τοὺς Λυδοὺς ἐς μάχην τασσομένους,
καταῤῥωδήσας τὴν ἵππον, ἐποίησε, Ἁρπάγου ὑποθεμένου ἀνδρὸς Μήδου, τοιόνδε· ὅσα τῷ στρατῷ τῷ ἑωυτοῦ εἵποντο σιτοφόροι τε καὶ σκευοφόροι κάμηλοι, ταύ-
40 τας πάσας ἁλίσας, καὶ ἀπελὼν τὰ ἄχθεα, ἄνδρας ἐπ' αὐτὰς l ἀνέβησε ἱππάδα στολὴν ἐσταλμένους.

σκευ-

a Ἐς τοὺς ἐξηγητέας Τελμισσέων omnes *Ald.* ſecuti. ἐς τῶν ἐξηγητέων ora *Steph.* & *Medic.*, praetereaque Τελμησσέων, quo & modo deinde. b Πολέμιόν τε εἶναι Editi & *Pariſ. C.*, *Med.* εἶναι negligit, ſicuti & *Ald.* c Spectavit hoc *Euſtath.* in *Hom.* p. 787, 13. & *Suidas* in voc. d Μέλλει olim. *Med.* debetur receptum. e Ὅκως πρὶν ἢ *Arch. Vind.* & *Pariſ. C.*, abeſt *Med.* prius, qui τῶν Λυδ., non, ut alii, τὴν τῶν Λ. Omittit praeterea αὐτὸς ἐπικαταλάβοι, quae in *Aldo* poſt δύναμιν ſequebantur. f Ἀπ' ἵππων *Ald.*, duo *Regii*, *Vind.*, ἀφ' ἵππων *Arch.* & codex doctiſsimi *Askewii*, qui hic incipit. *Med.* ἀφ' ἵππων. g Sic *Med.* & *Ask.* ὑψηλὸν *Ald. Vind. Arch. Par. C.* h Bene *Med. Ask. Remig.* & *Pariſ.* duo cum Marg. *Steph.*, Ἕλλος *Ald.* aliique. i Οὔρεος *Ald. Vind. Arch.*, ὄρεος *Med.* & *Ask.*, ſed dialecti rationem ſaepe contemnens; mox Δινευμένης *Remig.* k Φωκίην male *Ald. Vind. Arch. Pariſ. C.*, melius *Med.* & *Ask.* l *Med. Ask. Rem.* & *Suidas* in voc., alii cum editis ἔβησε. Mox ἱππάδα στολὴν explicat *Heſychius* in V.

6. Ἐς τοὺς ἐξηγητέας Τελμησσέων] Dubium eſt, praeſtetne Τελμήσσεες an Τελμίσσεες, cum ſermo de his coniectoribus eſt. *Cicero* divinat. I, 41. *Telmeſſus in Caria eſt, qua in urbe excellit haruſpicum diſciplina.* Habet & *Strabo* Τελμήσσεως, ſive Τελμησσέων ἄκρων L. XIII. p. 935. *Arriano*, qui de hariolis & coniectoribus his diligentiſsime, Τελμισσεῖς *Exp. Alex.* II, 3., *Stephano Byz.*, *Suidae* atque aliis. Infra C. 84. eadem ſcripturae diverſitas. Non addo plura. *S. Bochartus* in *Chan.* L. I, 6. & *Ezech. Spanhemius Diſſ.* IX. *de uſu* & *Praeſt. Numiſm. p.* 563. abunde facient ſatis. Verum τοὺς ἐξηγητέας mutatos nolo. Non neſcio ἐς τῶν ἐξηγητέων, qua aliunde arceſſita voce, defendi queat: at cur contortam ſectabimur, ubi planiſsima & ſine incilibus munita via eſt? Vocabuli uſum ex Graecorum moribus in luce poſuerunt Viri Cl. *T. Hemſterhuſius* & *Rubnkenius* ad *Timaei Lexic.* p. 81.

19. Εὕρισκε πρῆγμά οἱ εἶναι] *Ex uſu ſuo eſſe.* Infra IV, 11. ὡς ἀπαλλάσσεσθαι πρῆγμα εἴη. VII, 12. πάγχυ εὑρισκέ οἱ οὐ πρῆγμα εἶναι στρατεύεσθαι· *conperit prorſus ſibi conſultum non eſſe Graeciae bellum inferre.* Quae *Florentini* imperio mox vetere poſſeſſione everturtur, defendi non debent.

25. Παρὰ δόξαν ἔσχε] Dare quidem potuerat: ὡς οἱ ἔσχε τὰ πρήγματα οὐκ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε· prout alibi dedit οὐκ ὡς ἤθελε. Sed ut hic, ſemel praeterea loquitur VIII, c. 4. ἐπεὶ αὐτοῖσι παρὰ δόξαν τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἀπέβαινε ἢ ὡς αὐτοὶ κατεδόκεον. VALKEN.

28. Ἡ δὲ μάχη σφέων ἦν ἀπ' ἵππων] Nihil in his mutari oportuit. Ἀφ' ἵππων, inſuper habito Ionum more, ex ἀφ' ἵππων progenitum fuiſſe codicum alii declarant. Eſt illud in pugna equeſtri probatum. Poëta *Odyſſ.* ι', 50. ἐπισσάμενοι μὲν ἀφ' ἵππων Ἀνδράσι μάρνασθαι. Cuius exemplo *Philoſtratus Heroic.* II, 18. p. 690. καὶ Μυσαὶ γυναῖκες ἀφ' ἵππων ξυνεμάχοντο τοῖς ἀνδράσι. Sunt praeterea rei equeſtris rudes & inperiti ἄφιπποι· *Themiſtius* Orat. XXIII. p. 285. A. καὶ τῷ Ἀφίππῳ (οὐχ ἥδυ ὁρᾷν) τὸν ἱππικόν. Atqui Lydi eo in genere praeter ceteros excellebant, ἱππεύεσθαι ἀγαθοί, uti *Noſter*, ſive φιλιππότατοι, quemadmodum *Philoſtratus* Icon. L. I, 17. p. 788., ante quos omnes *Homero* ἱπποκορυσταὶ *Il.* K, 431.

33. Καὶ Ὕλλος συῤῥήγνυσι] Amni verum nomen reddiderunt *Glareanus* ad *Livii* XXXVII, 38. *Leopardus Emend.* VII, 9., neque impediunt ſchedae veteres. Accedat *Strabo*, *Herodoti* teſtimonio uſus L. XIII. p. 928., cum de Hermo, εἰς ὃν καὶ ὁ Ὕλλος ἐμβάλλει — συμπεσόντες δ' οἱ τρεῖς καὶ ἄλλοι ἀσημότεροι σὺν αὐτοῖς, εἰς τὴν κατὰ Φωκαίαν ἐκδιδόασι θάλατταν, ὡς Ἡρόδοτος φησίν. Quae Geographi tanto ſunt obportuniora, quanto certius nunc adparet, *Medic.* bellisſime κατὰ Φωκαίην πόλιν offerre. Cl. *Reiskius* συῤῥήγνῦσι multitudinis numero pingit.

48. Μηδ'

tum eo conflixit, per camelos victor. Lydorum virtus. Odor & visus cameli terret equos. Crœsi obsessi vana consilia. Argi & Spartae certamina de Thyrea.

σκευάσας δὲ αὐτοὺς, προσέταξε τῆς ἄλλης στρατιῆς προϊέναι πρὸς τὴν Κροίσου ἵππον· τῇ δὲ καμήλῳ ἕπεσθαι τὸν πεζὸν στρατὸν ἐκέλευε. ὄπισθε δὲ τοῦ πεζοῦ ἐπέταξε τὴν πᾶσαν ἵππον. ὡς δὲ οἱ πάντες διελετάχατο, παραίνεσε τῶν μὲν ἄλλων Λυδῶν μὴ φειδομένους, κτείνειν [a] πάντα τὸν ἐμποδὼν γενόμενον, Κροῖσον δὲ αὐτὸν μὴ κτείνειν, μηδ' ἢν συλλαμβανόμενος [b] ἀμύνηται. ταῦτα μὲν παραίνεσε. τὰς δὲ καμήλους ἔταξε ἀντία τῆς ἵππου τῶνδε [c] εἵνεκεν· κάμηλον ἵππος φοβέεται, καὶ οὐκ ἀνέχεται οὔτε τὴν ἰδέην αὐτῆς ὁρέων, οὔτε τὴν [d] ὀδμὴν ὀσφραινόμενος. αὐτοῦ δὴ ὧν τούτου εἵνεκα ἐσεσόφιστο, ἵνα τῷ Κροίσῳ ἄχρηστον ᾖ τὸ ἱππικὸν, [e] τῷ δή τι καὶ ἐπείχε ἐλλάμψεσθαι [f] ὁ Λυδός. ὡς δὲ καὶ συνήεσαν ἐς τὴν μάχην, ἐνθαῦτα [g] ὡς ὄσφραντο τάχιστα τῶν καμήλων οἱ ἵπποι, καὶ [h] εἶδον αὐτὰς, ὀπίσω ἀνέστρεφον. διέφθαρτό τε τῷ Κροίσῳ ἡ ἐλπίς. οὐ [i] μέντοι οἵ γε Λυδοὶ τὸ ἐνθεῦτεν δειλοὶ ἦσαν· ἀλλ' ὡς ἔμαθον τὸ γινόμενον, ἀποθορόντες ἀπὸ τῶν ἵππων, πεζοὶ τοῖσι Πέρσῃσι συνέβαλλον. χρόνῳ δὲ πεσόντων ἀμφοτέρων πολλῶν, ἐτράποντο οἱ Λυδοί. κατειληθέντες δὲ ἐς τὸ τεῖχος, ἐπολιορκέοντο ὑπὸ τῶν Περσέων. τοῖσι μὲν δὴ κατέστηκε πολιορκίη. Κροῖσος δὲ δοκέων οἱ χρόνον ἐπὶ [k] μακρὸν ἔσεσθαι τὴν πολιορκίην, ἔπεμπε ἐκ τοῦ τείχεος ἄλλους ἀγγέλους ἐς τὰς συμμαχίας. οἱ μὲν γὰρ πρότερον διεπέμποντο ἐς πέμπτον μῆνα προερέοντες [l] συλλέγεσθαι ἐς Σάρδις, τούτους δὲ ἐξέπεμπε τὴν ταχίστην δέεσθαι [m] βοηθέειν, ὡς πολιορκεομένου Κροίσου. ἐς τε δὴ ὧν τὰς ἄλλας ἔπεμπε συμμαχίας, καὶ δὴ καὶ ἐς Λακεδαίμονα. Τοῖσι δὲ καὶ αὐτοῖσι [n] τοῖσι Σπαρτιήτῃσι κατ' αὐτὸν τοῦτον τὸν χρόνον συνεπεπτώκεε ἔρις ἐοῦσα πρὸς Ἀργείους περὶ χώρου καλεομένου Θυρέης. τὰς γὰρ Θυρέας ταύτας, ἐούσας τῆς Ἀργολίδος μοίρης, [o] ἀποταμόμενοι ἔσχον οἱ Λακεδαιμόνιοι. ἦν δὲ καὶ ἡ μέχρι Μαλεῶν ἡ πρὸς ἑσπέρην Ἀργείων, ἥ τε ὁ τῇ ἠπείρῳ χώρη, καὶ ἡ [p] Κυθηρίη νῆσος, καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν νήσων. βοηθησάντων δὲ Ἀργείων τῇ σφετέρῃ ἀποταμομένῃ, ἐνθαῦτα συνέβησαν ἐς λόγους συνελθόντες, ὥστε τριηκοσίους ἑκατέρων [q] μαχέσασθαι· ὁκότεροι δ' ἂν περιγένωνται, τούτων εἶναι τὸν χῶρον. τὸ δὲ πλῆθος τοῦ στρατοῦ ἀπαλλάσσεσθαι ἑκάτερον ἐς τὴν ἑωυτῶν, μηδὲ [r] παραμένειν ἀγωνιζομένων, τῶνδε εἵνεκα, ἵνα μὴ παρεόντων τῶν στρατοπέδων, ὁρῶντες οἱ ἕτεροι [s] ἐσσωμένους τοὺς

nas detraxit, & viros imposuit equestri veste indutos: quibus ornatis præcepit, ut præirent ceteras copias adversus Crœsi equitatum: peditatum, ut hanc cameli aciem subsequeretur, iussit. Post hunc collocavit omnem equitatum. Postquam omnes ordinati erant, imperat eis, ne cui ceterorum Lydorum parcerent, sed quemlibet occiderent obsistentem, præter ipsum Crœsum, ne si captus quidem repugnaret. Hæc imperavit. Camelos vero contra equitatum instruxit, hac ratione quod camelum equus reformidat, adeo quidem ut nec speciem eius intueri nec odorem sentire sustineat. Id ideo commentus est, ut equitatum Crœsi, quo ille se prævaliturum considerabat, inutilem redderet. Simulatque etiam in pugnam itum est, equi, olfactis protinus conspectisque camelis, retro se avertunt, unde spes Crœsi interiit. Verum non protinus Lydi ob id exterriti sunt, sed cognita re, ab equis desiliunt, ac pedites cum Persis confligunt; sed tandem, multis utrinque cadentibus, vertuntur in fugam: ac repulsi intra 81
muros, a Persis obsidebantur sic. Quam obsidionem in longius processuram ratus Crœsus, alios nuncios ex arce mittit ad socios. Nam qui antea dimissi erant, hi ad coëundum Sardes quintum mensem indixerant. At hos dimittebat, oratum, quam celerrima auxilia mitti sibi utique iam obsesso, & cum 82
ad alias societates misit, tum vero Lacedæmona. Ceterum per id ipsum tempus & ipsis Spartiatis inciderat cum Argivis contentio de loco, qui dicitur Thyrea. Quem locum, etsi terræ Argolidis partem, tamen Lacedæmonii abcisum tenebant. Etenim Argivorum etiam erat quidquid regionis Malea tenus ad occasum vergit, tum in continente, tum insulæ & aliæ, & Cytheria insula. Quum ergo Argivi suo territorio adempto auxilium ferrent, ibi ab utrisque in colloquium ventum est, pactique sunt, ut trecenteni utrinque dimicarent; & utri superiores extitissent, eorum regio foret: atque ambo exercitus in suam terram discederent, nec permanerent dum dimicaretur; ea scilicet causa, ne si adessent, parti succumbenti auxilium sui ferrent.

His

a Citant *Tb. Magist.* & *Suidas* in voce ea. *b* Ἀμύνηται editi cum *Parisinis*, *Vind. Arch. Remig.* ἀμύνεται *Medic. Ask.*, absurde. *c* Ex *Med. Arch. Vind. Rem.*, εἵνεκε *Ask.* vulgo εἵνεκα. *d* Ὀσμὴν *Arch. Vind.* *e* Τῷ δή τοι *Aldus*, *Editi*, & *Vind.*, Schol. *Hermogenis* p. 396., *Med. Arch. Ask.* habent receptum. *f* Ὁ αὐτὸς *Vind. Arch.*, ὦυτὸς *Remig.* *g* *Med. Ask.* ὡς ὄσφρ., ὡς ὀσφραντο *Remig.*, quod praestat. ὄσφραντο tantum alii. *h* Ἰδόντες αὐτὰς *Vind. Arch.* & alii cum editis. Quod nunc est, ex *Med.* & *Ask.* *i* Μέν τοι γε οἱ *Arch.* *k* *Med. Ask. Remig.* & ora *Steph.*, *Aldus* & alii μακρότερον. *l* Τὸ συλλεγ. *Arch. Vind.*, quo non indigemus. v. C. 77. *m* βοηθῆιν *Arch.*, βοηθεεῖν *Vind.* *n* *Med. Ask.*, ceteri articulum, non admodum necessarium, ignorant. *o* *Med. Ask. Remig. Vind. Arch.*, ἀποτεμνόμενοι alii cum *Ald.* *p* *M. Ask. Rem. Arch. Vind.* & *Steph.* margo. Vulgo Κύθηρα. *q* Φέρεσθαι *Remig.* *r* *M. Arch. Ask.*, περιμένειν ceteri. ἑκατέρων ἐς τὴν &c. potius videtur. *s* *Ask. M. Vind.*, ἡσσημένους *Arch.*, ἡσσωμένους editi.

48. Μηδ' ἢν συλλαμβανόμενος ἀμύνηται] Nimia & paene superstitiosa, qua in *Medic.* erat vir clarissimus, reverentia in orationem *Nostri* verbum, toti Graeciae ignotum, ἀμύηται invexit, citra dubitationem negligentia librarii prognatum. Ἀμύνεσθαι his libris frequens, nec aliubi, ne ab ipso quidem *Florent.*, ad eam formam scribitur. *L. Kusterum*, acerbius hoc de genere *Biblioth. Vet. & Nov. Clerici* T. v. p. 409. conquestum, missum facio. Cameli odorem & speciem equum non ferre, sed reformidare, in praelii huius enarratione *Xenophon Instit. Cyr.* L. vii. p. 176. E. & *Polyaenus Strateg.* vii, 6. 6. non praeterierunt.

54. Τῷ δή τι καὶ ἐπεῖχε ἐλλάμψεσθαι ὁ Λυδός] Parum refert hoc an δή τοι praeoptes. Ἐπείσθη ἐλλαμψ., placitum olim, merito vir doctus repudiavit ob C. 153. ἐπ' οὓς ἐπεῖχε. Addere potuisset vi, 96. ἐπὶ ταύτην — ἐπεῖχον στρατεύεσθαι. Quae mihi quidem *a navibus ad ancboras stantibus*, ἐπεχούσαις, repetita non videntur: multo commodius τὸν νεῶν ad dictionis complementum adscisceatur. Vide hoc *Polybii Exc. Leg.* p. 1108. δῆλος ἦν, ΕΠΕΧΩΝ πάλαι τοῖς κατὰ τὴν Εὐρώπην πράγμασι. & *S. Lucae Evang.* C. xiv, 7. ΕΠΕΧΩΝ πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο. In *Euripidis Heracl.* v. 846. aliud requiritur. Varius enim usus. Quod autem nonnulli praeferunt libri ὁ αὐτὸς, manifestos ex ὁ Λυδὸς natales habet, prorsus uti αὐλῶν κόραι fragmenti *Autocratis* apud *Aelian. de Animal.* xii, 9. Λυδῶν κόραι genuerunt invitae, monitore *J. Rutgersio Var. Lect.* ii, 1.

68. Δέεσθαι βοηθέειν] Non probo βοηθῆιν, tametsi Ionicae notae. Mox C. 83. δεόμενος Κροίσῳ βοηθέειν πολιορκομένῳ.

73. Περὶ χώρου καλεομένου Θυρέης] Vide *Jo. Meursium Miscell. Lacon.* iv, 13. *Barbeyracium Histor. Foeder.* t. i. p. 30. De vocabuli variante scriptura dicere memini ad *Diodor.* xiv, 44., de eadem *Rubnkenius ad Timaei Lexic.* p. 54. Κυθηρίη νῆσος *Gronovii* explicatione munita satis est.

90. Ἀλ-

His conventis, in diversa digrediuntur. Ex utrisque delecti viri qui relicti sunt conflixerunt: atque illis quidem ut æquo marte pugnantibus, ex sexcentis tres omnino reliqui fuerunt: idque noctis interventu. Ex Argivis duo, Alcenor & Chromius, qui tanquam victores cursu Argos contenderunt: ex Lacedæmoniis unus Othryades, qui spoliatis Argivorum cadaveribus, eorum arma ad sua castra detulit, & se in suo ordine tenuit. Secundo die utrique re audita adfuerunt, sibique victoriam vendicabant: Argivi quidem, quod suorum plures superfuisse dicerent: Lacedæmonii vero, quod qui eorum superfuerant, fugissent; suus autem perstitisset, & istorum cadavera spoliasset. Ex contentione tandem concurrentes pugnant: ac postquam permulti utrinque ceciderunt, Lacedæmonii vincunt. Quo ex tempore Argivi tonsis capitibus, quum antea necesario comati essent, legem condiderunt, se devoventes, ne prius comam aleret quisquam Argivorum, neve mulieres aurum ferrent, quam Thyreas recuperassent. His e diverso legem tulere Lacedæmonii, ut ab hoc tempore comati essent, quum antea non fuissent. Othryadem, qui unus e trecentis reliquus fuisset, aiunt pudore Spartam revertendi commilitonibus interfectis, illic apud Thyreas
83 mortem sibi consciviſe. Quum hæc esset apud Spartiatas rerum conditio, advenit caduceator Sardianus precatum Crœso obsesso auxilia. Illi, caduceatore audito, statuerunt Crœso statim succurrendum. Quibus iam se apparantibus, ac navibus paratis, alius affertur nuncius, murum Lydorum expugnatum, Crœsumque vivum esse captum. Sic Lacedæmonii ma-
84 gnitudine casus perculsi, supersederunt. Sardes autem hunc in modum sunt expugnatæ. Quartodecimo quam obsideri cœptæ sunt die, Cyrus, missis passim equitibus, suis copiis edicit, se dona daturum ei qui primus murum conscendisset. Posteaquam id conato exercitu res non processit, ibi, quiescentibus ceteris, Mar-

τὰς σφετέρας, ἐταμύοντο. [a] συνθέμενοι ὦν ταῦτα ἀπαλλάσσουσι. λογάδες δὲ ἑκατέρων ὑπολειφθέντες συνέβαλλον. μαχομένων δὲ σφέων, καὶ γινομένων ἰσοπαλέων, ὑπελίποντο ἐξ ἀνδρῶν ἑξακοσίων τρεῖς· Ἀργείων μὲν, [b] Ἀλκήνωρ τε καὶ Χρόμιος. Λακεδαιμονίων δὲ, Ὀθρυάδης. ὑπελείφθησαν δὲ ὅτοι νυκτὸς ἐπελθούσης οἱ μὲν δὴ δύο τῶν Ἀργείων, ὡς νενικηκότες ἔθεον ἐς τὸ Ἄργος· ὁ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων Ὀθρυάδης, [c] σκυλεύσας τοὺς Ἀργείων νεκροὺς, καὶ προσφορήσας τὰ ὅπλα πρὸς τὸ ἑωυτοῦ στρατόπεδον, ἐν τῇ τάξει εἶχε ἑωυτόν. ἡμέρῃ δὲ δευτέρῃ παρῆσαν πυνθανόμενοι ἀμφότεροι. τέως μὲν δὴ αὐτοὶ ἑκάτεροι ἔφασαν νικᾶν· λέγοντες, οἱ μὲν, ὡς ἑωυτῶν πλεῦνες περιγεγόνασι· οἱ δὲ, τοὺς μὲν ἀποφαίνοντες πεφευγότας, τὸν δὲ σφέτερον παραμείναντα, καὶ σκυλεύσαντα τοὺς ἐκείνων νεκρούς. [d] τέλος δὲ, ἐκ τῆς ἔριδος συμπεσόντες ἐμάχοντο· πεσόντων δὲ καὶ ἀμφοτέρων πολλῶν, ἐνίκων Λακεδαιμόνιοι. Ἀργεῖοι μέν νυν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου καλαχειράμενοι τὰς κεφαλὰς, πρότερον ἐπάναγκες κομῶντες, ἐποιήσαντο νόμον τε καὶ κατάρην, μὴ πρότερον θρέψειν κόμην Ἀργείων μηδένα, μηδὲ τὰς γυναῖκας σφι χρυσοφορήσειν, [e] πρὶν ἂν Θυρέας ἀνασώσωνται. Λακεδαιμόνιοι δὲ [f] τὰ ἐναντία τούτων ἔθεντο 34
νόμον, ἐπ' ᾧ κομῶντες πρὸ τούτου, ἀπὸ τούτου κομᾶν. τὸν δὲ ἕνα λέγουσι τὸν περιλειφθέντα τῶν τριηκοσίων, Ὀθρυάδην, αἰσχυνόμενον ἀπονοστέειν ἐς Σπάρτην τῶν οἱ [g] συλλογίλεων διεφθαρμένων, αὐτῶν μιν ἐν τῇσι Θυρέῃσι καταχρήσασθαι ἑωυτόν. Τοιούτων δὲ τοῖσι Σαρδιήτῃσι [h] ἐνεστώτων πρηγμάτων, ἦλθε ὁ Σαρδιηνὸς κήρυξ, δεόμενος Κροίσῳ βοηθέειν πολιορκεομένῳ. οἱ δὲ ὅμως ἐπεί τε ἐπύθοντο τῶν κήρυκος, ὡρμέατο βοηθέειν. καὶ σφι ἤδη παρεσκευασμένοισι, καὶ νεῶν ἐυσσέων ἑτοίμων, ἦλθε ἄλλη ἀγγελίη, ὡς ἡλώκοι τὸ τεῖχος τῶν Λυδῶν, καὶ ἔχοιτο Κροῖσος ζωγρηθείς. ὅτω δὴ ὅτοι μὲν συμφορὴν ποησάμενοι μεγάλην, ἐπέπαυντο. Σάρδιες δὲ [i] ἥλωσαν ὧδε. ἐπειδὴ τεσσερεσκαιδεκάτη ἐγένετο ἡμέρη πολιορκεομένῳ Κροίσῳ, Κῦρος τῇ στρατιῇ τῇ ἑωυτοῦ, διαπέμψας ἱππέας, προεῖπε, τῷ πρώτῳ ἐπιβάντι τοῦ τείχεος δῶρα δώσειν. μετὰ δὲ τοῦτο, [k] πειρησαμένης τῆς στρατιῆς, ὡς ὐ προεχώρεε, ἐνθαῦτα τῶν ἄλ-

a Συνθεμ. ὦν plerique omnes. Συνθέντες *Arch.*, sed ὧν ignorant *Med. Ask.* *b* *M. Ask. Arch.*, Ἀλκήνωρ *Ald.* &c. Paullo ante *συνέβαλλον Pariſ. B.* *c* Συννήσας *Rem.* & *Pariſ. A.* *d* Τέως *Ask.* *e* Πρὶν ἂν *Ask. Arch. Vind. Rem.* & alii cum *Aldo.*, *Med.* ἂν praeteriit, ſicuti *μηδένα* & *σφὶ* paullo ante *Arch.* *f* *Med. Ask. Arch.*, vulgo *τἀναντία.* *g* Συλλοχίων τε *διεφ. Arch.* Quae ſequuntur *Thom. Mag.* excerpſit in διαχρῶμαι & *Plut. de Malign.* p. 858. *b* *Med. Rem.* ora *Steph.*, *Ask.* interſerit *τῶν.* Alii *ἐνισταμένων τῶν πρ.* *i* *Rem. Med.* margo *Steph. Ask.*, ἠλώκεσαν *Vind. Arch.* &c. tum *τεσσαρεσκαιδεκάτη Ask.* & ceteri cum *Aldo.* *k* *Ask. Arch. Med. Remig.*, tum *προεχώρεε* iidem, *Arch.* excepto. *προσεχώρεε* & *πειρησάμενος* cum vulgo plerique.

89. Ἀλκήνωρ καὶ Χρόμιος] *Theſeus* in *Stob.* VII. p. 92. ἔνειτο Ὀθρυάδης μεταξὺ τῶν ἀνῃρεμένων Λακεδαιμονίων, μόνος περιλειφθείς. Ἀργείων δὲ δύο Ἀλκήνυρος καὶ Χραμίου. Vitium perſpexit *Gesnerus*, in corrigendo parum aberrans. Fuit, uti hic, Ἀλκήνωρ καὶ Χρόμιος. *Plutarchi* Ἀγήνωρ *Meurſius* dudum reformavit. De Othryade praeclare *Ti. Hemſterhuſius* ad *Lucian. Contemplant.* C. ult.

92. Σκυλεύσας τοὺς Ἀργείων νεκροὺς] Frequentatur his in libris *συννῆσαι*, ubi de rogo rebusque temere congeſtis ſermo eſt. Hic, tametſi ex MSS., adridere non debet. Valuitne Othryades, viribus ac ſanguine defectus, in unum Argivorum corpora coacervare? Belle *Theſeus* in *Stobenſi* Ὀθρυάδης πολλοὺς ΣΚΥΛΕΤΣΑΣ τῶν πολεμίων τρόπαιον ἔστησε. Non diſparia *Chryſermus* in *Plutarchi Parallel.* p. 306. t. II.

96. Λέγοντες, οἱ μέν &c.] Ut alia quaedam *Sophoclis* & *Euripidis*, quae legiſſe ſuſpicor Athenis *Herodotum*, expreſſit hunc locum de Phoeniſſis *Euripidae* V. 1471. &c. ἦν δ' ἔρις στρατηλάταις, Οἱ μὲν — verbum ἔλεγον, ἐλέγετο ſupprimitur haud ſemel in ſimillimo loco *Thucydidis* VI, c. 35. ὁ δῆμος ἐν πολλῇ πρὸς ἀλλήλους ἔριδι ἦσαν, οἱ μὲν ὡς οὐδενὶ ἂν τρόπῳ ἔλθοιεν οἱ Ἀθηναῖοι· — τοῖς δὲ, —. aliis ſupplementis non indigemus. VALKEN.

99. Τέλος δὲ, ἐκ τῆς ἔριδος &c.] Niſi *Chryſermus* fallit, Amphyctiones, capti arbitri, litem ſecundum Spartanos dederant. Priorem tamen victoriam ſibi tribuerunt Argivi apud *Pauſaniam* X, 9. Vindicarunt & ſibi Lacedaemonii, unde Θυρεατικοὶ apud eos σέφανοι, de quibus docti viri ex *Athenaeo* ad *Heſychium*.

5. Πρὶν ἂν Θυρέας ἀνασώσωνται] Situm Herodotus recepit. *Platone* in re obvia non uterer teſte, niſi eadem illi in animo atque oculis fuiſſent: ἔνορκον ἂν ποιησάμην, ὥσπερ Ἀργεῖοι, μὴ πρότερον κομήσειν, πρὶν ἂν νικήσω ἀναμαχόμενος &c. in *Phaedone* p. 89. C.

7. Οὐ γὰρ κομῶντες πρὸ τούτου] Conturbare orationis ſeriem γὰρ non latuit *Reiskii* ſollertiam. Non vidiſſe illud, ſaltem ſpreviſſe, *Euſtathium* argumento ſunt, Λακεδαιμόνιοι δὲ, νικήσαντες ἔνθεν τὸν (ἔθεντο voluit) νόμον, μὴ κομῶντες πρήν, ἀπὸ τούτου κομᾶν ex *Herodoto* in *Homer.* p. 165, 19. Comamne vero ab hac de Argivis victoria Spartani promiſerint, dubia in ſcriptorum diſſenſu res eſt, *Plutarchi* praeter ceteros, *Noſtrum*, ſed clanculum, taxantis *Vit. Lyſandri* principio. Lege *Jo. Meurſii Miſcell. Lacon.* I, 16. atque adde ex *Philoſtrati Vit. Apoll.* VIII, 6. p. 335. ubi Leonides κομῶν ὑπὲρ ἀνδρείας, ut amicis venerabilis & hoſtibus magis eſſet terribilis: tum ταῦτά τοι καὶ ἡ Σπάρτη ἐπ' αὐτῷ κομᾷ, μεῖον οὐδὲν ἢ ἐπὶ Λυκούργῳ τε καὶ Ἰφίτῳ. h. e. *iactat ſe Sparta & gloriatur Leonida non minus quam* &c. Doctus interpres a vero aberravit.

10. Αὐτοῦ μιν ἐν τῇσι Θυρέῃσι &c.] De Othryadae exitu iterum diſcordia. Periiſſe Perilai, Alcenoris F., manu Argivi ferunt in *Pauſan.* II, 20.; *Nicander* in culto Epigrammate cum *Herodoto* facit *Antbol.* III, 5. p. 299. Sed partium patriaeque ſtudio, uti nunc, pluriſm olim a tramite auferebantur.

22. Ὡς οὐ προεχώρεε] *Gronov.* laudo. Vide V, 62. VIII, 102. Amanuenſium in προχωρεῖν & προσχωρεῖν emi-

Ab primo Hyrœade conscensus mutus Sardium, cuius fata antiqua. Meles rex.

ἄλλων πεπαυμένων, ἀνὴρ Μάρδος ἐπειρᾶτο προσβαίνων, τῷ οὔνομα ἦν Ὑροιάδης, κατὰ τοῦτο τῆς ἀκροπόλιος τῇ οὐδεὶς ἐτέτακτο [a] φύλακος. οὐ γὰρ ἂν δεινὸν κατὰ τοῦτο μὴ ἁλῶναι. ἀπότομός τε γάρ ἐστι ταύτῃ ἡ ἀκρόπολις, καὶ ἄμαχος· τῇ οὐδὲ Μίλης ὁ πρότερον βασιλεὺς Σαρδίων μοῦνη οὐ περιήνεικε τὸν Λέοντα, τόν οἱ ἡ παλλακὴ ἔτεκε, [b] Τελμησσέων δικασάντων, ὡς περιενεχθέντος τοῦ Λέοντος τὸ τεῖχος, ἔσονται Σάρδιες ἀνάλωτοι. ὁ δὲ Μίλης κατὰ τὸ ἄλλο τεῖχος περιενείκας, τῇ ἦν ἐπίμαχον τὸ χωρίον τῆς ἀκροπόλιος, κατηλόγησε τούτῳ, ὡς ἐὸν ἄμαχόν τε καὶ ἀπότομον· ἔστι δὲ [c] πρὸς τοῦ Τμώλου τετραμμένον τῆς πόλιος. ὁ μὲν δὴ Ὑροιάδης αὐτὸς ὁ [d] Μάρδος, ἰδὼν τῇ προτεραίῃ [e] τῶν τινα Λυδῶν κατὰ τοῦτο τῆς ἀκροπόλιος καταβάντα ἐπὶ κυνέην ἄνωθεν κατακυλισθεῖσαν, καὶ ἀνελόμενον, ἐφράσθη, καὶ ἐς θυμὸν ἐβάλετο. τότε δὲ δὴ [f] ὁ αὐτός τε ἀναβεβήκεε, καὶ κατ' αὐτὸν ἄλλοι Περσέων ἀνέβαινον. προσβάντων δὲ συχνῶν, [g] οὕτω δὴ Σάρδιές τε ἑλώκεσαν, καὶ πᾶν τὸ ἄστυ ἐπορθέετο. Κατ' αὐτὸν δὲ Κροῖσον τάδε ἐγένετο. ἦν οἱ παῖς, τοῦ καὶ πρότερον ἐπεμνήσθην, τὰ μὲν ἄλλα ἐπιεικὴς, ἄφωνος δέ. ἐν τῇ ὧν παρελθούσῃ [h] εὐετῖ ὁ Κροῖσος τὸ πᾶν ἐς [i] αὐτὸν ἐπεποιήκεε, ἄλλα τε ἐπιφραζόμενος, καὶ δὴ καὶ ἐς Δελ-

Mardus quidam, cui nomen erat Hyrœades, aggredi est ausus a parte arcis ubi nullus ad excubandum erat collocatus, quia illinc nequando arx caperetur haud suspectum erat, utpote loco prærupto atque inoppugnabili: quaque una parte Leonem Meles, qui antea fuerat Sardium rex, non circumtulerat, ex pellice sua genitum: qui Leo si murum circumlatus esset, Sardes inexpugnabiles fore Telmessenses iudicaverant. Eum Meles per ceteram partem muri circumduxit, quacunque poterat arx oppugnari: per hanc partem, tanquam inoppugnabilem atque præcisam, circumducere prætermisit, quæ ad Tmolum vergit. Ab hac igitur parte ipse Hyrœades Mardus conspicatus quendam Lydum pridie descendisse ad galeam superne devolutam & recepisse, advertit animum, atque consideravit: dehinc & ipse tunc conscendit, & ad eius exemplum alii Persæ subinde, atque alii frequentes. Ita urbs Sardes capta est, atque omnis direpta. Ipsi autem Crœso hæc contigerunt. Erat ei filius, cuius superius habui mentionem, habilis ad cetera, sed mutus. In priore igitur annorum felicitate ad vitium eius emendandum Crœsus omnia fecerat, cum alia

a Habet hinc *Suidas* in Voc. Paullo superius πεπαυσμένων *Vind.* & *Arch.*, qui quoque Μάρδης, male. Vid. *Stephan. Byz.* b Τελμισσέων sive Τελμισέων, ut *Arch.*, plerique. Editum probat *M.* & *Ask.*, qui paullo ante cum *Medic.* ὁ πρότερον. In plerisque omnibus aliis ὁ πρότερος. c Πρὸς τὸν Τμῶλον *Reisk.* ex coniectura. d Μάρδης *Arch.* e Τῶν τινα Λυδ. *Paris. Arch. Vind. Remig.* cum editis. τὸν *Med. Ask.* f Αὐτός τε sine ὁ *Ask.*, articulum retinent omnes. Mox idem cum *Med. Arch. Vind.* καὶ κατ' αὐτὸν· ceteri καὶ μετ' αὐτ. g *M. Ask. Vind.*, δὴ deest aliis. Statim ἑαλώκεσαν *Arch.* h *M.* Εὐετοῖ, *Ask.* εὐεσοῖ & *Steph.* margo. In plerisque aliis & *Ald.* εὐθηνίᾳ ex glossa. i *Med. Ask.*, ἑαυτὸν *Vind. Arch.*, ἑωϋτὸν vulgo.

nent lapsus, etiam in *Thucydidis* II, 5. Arcem Sardianam *Ti. Hemsterhusius* ea luce circumdedit ad *Lucian. Contempl.* C. 9. ut nihil supra.

27. Τῇ οὐδὲ Μίλης ὁ πρότερον βασιλ.] Et hoc bene. Πρότερος, si valeret, non *primum*, sed priorem Croeso regem signaret, *Scaligero* Can. Isagog. III. p. 320. animadvertente. *Eusebius* habet in *Chron.* penultimum Heraclidarum regiae apud Lydos gentis *Melem.* Sic Myrsii Candaulaeque aetatem antevertit proxime. Verum multo hoc antiquior Meles in fragmentis est *Nic. Damasceni.* Praeclare de *Dione Chrysost.* Or. LXIV. p. 598. in refingendo regis huius & *Mardi* nomine meritus est *Valesius* ad *N. Damasceni Excerpt.* p. 442.

29. Τελμησσέων δικασάντων] Non erant δικασταὶ, sed *coniectores & interpretes portentorum*; quae duo coniunguntur a *Cicerone* de Divin. II, c. 28. qui L. II, c. 5. *Est*, inquit, *quidam Graecus vulgaris in hanc sententiam versus: Bene qui coniiciet, vatem hunc perhibebo optimum.* Μάντις γ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς. *Theocritus* Eid. XXI, 32. Ὃς γὰρ ἂν εἰκάζῃ κατὰ τὸν νόον, οὗτος ἄριστός ἐστιν ὀνειροκρίτας. Tametsi non ignorem, σημαίνειν, κρίνειν, γινώσκειν, in talibus etiam adhiberi ab *Herodoto*; una tamen mutata litera hic libenter legerim: Τελμησσέων εἰκασάντων, ὡς —. *Dion. Chrys.* Or. XXXIV. p. 414. C. τὰ μὲν τῶν οἰωνῶν εἰκάζειν δεῖ. *omnis divinatio coniectura nititur, ultra quam progredi non potest: Cicero* de Div. I, c. 14. Sunt mihi ad manum loca veterum, in quibus τοῖς δικαίοις, εἰκαῖα videantur substituenda. VALKEN.

29. Τελμησσέων δικασάντων] Insolens verbi usus originem suspicionibus praebet. Varias *Reiskius* offert *Miscell. Lipsi.* vol. VII. p. 616., praeterque alias διδαξάντων, *docentibus*, adprobat. Mihi expedita in hoc doctorum acumine omnia non sunt. Ampliabo, donec clarior e MSS. lux. Leonem circum arcis muros gestatum spectavit *Apollonius Tyan.* Epist. LXXV., cum rixantibus Sardianis, ὑμεῖς δὲ ποίῳ πεποιθότες ἅρα ΛΕΟΝΤΙ πόλεμον ἀσπονδον ἤρασθε;

35. Ὑροιάδης αὐτὸς ὁ Μάρδος] Melius οὗτος cum *Pavio* & *Reiskio*. Confer *Xenophontem* VII. *Inst. Cyr.* p. 180, ubi nonnulla diversitas. Mox τόν τινα Λυδῶν prave *Florentiae* scribitur. De *Nostri* more abunde testabuntur exempla, collata in C. 85. a *Gronovio*: accedent progressu operis ex MSS. plura.

καλέονται ὑπὸ τῶν περιοίκων οἱ Λύκιοι, [a] Τερμίλαι. ὡς δὲ ἐξ Ἀθηνέων Λύκος ὁ Πανδίονος, ἐξελαθεὶς καὶ οὗτος ὑπὸ τοῦ [b] ἀδελφεοῦ Αἰγέως, ἀπίκετο ἐς τὰς Τερμίλας παρὰ Σαρπηδόνα, οὕτω δὴ κατὰ τοῦ Λύκου τὴν ἐπωνυμίην Λύκιοι ἀνὰ χρόνον ἐκλήθησαν. νόμοισι δὲ, τὰ μὲν Κρητικοῖσι, τὰ δὲ Καρικοῖσι χρέωνται. ἓν δὲ τόδε ἴδιον νενομίκασι, καὶ οὐδαμοῖσι ἄλλοισι [c] συμφέρονται ἀνθρώπων· καλέσι ἀπὸ τῶν μητέρων ἑωυτοὺς, καὶ οὐκὶ ἀπὸ τῶν πατέρων. εἰρομένου δὲ ἑτέρου τὸν πλησίον, τίς εἴη, καταλέξει ἑωυτὸν μητρόθεν, καὶ τῆς μητρὸς [d] ἀναμεμέεται τὰς μητέρας. καὶ ἢν [e] μέν γε γυνὴ ἀστὴ δούλῳ συνοικήσῃ, γενναῖα τὰ τέκνα νενόμισται· ἢν δὲ ἀνὴρ αὐτὸς, καὶ ὁ πρῶτος [f] αὐτέων, γυναῖκα ξείνην ἢ παλλακὴν ἔχῃ, ἄτιμα τὰ τέκνα γίνεται. Οἱ μέν νυν Κᾶρες οὐδὲν λαμπρὸν ἔργον ἀποδεξάμενοι, ἐδουλώθησαν ὑπὸ Ἁρπάγου· οὔτε αὐτοὶ οἱ Κᾶρες ἀποδεξάμενοι οὐδὲν, οὔτε ὅσοι Ἑλλήνων ταύτην τὴν χώρην οἰκέουσι. οἰκέουσι δὲ καὶ ἄλλοι, καὶ Λακεδαιμονίων ἄποικοι Κνίδιοι, τῆς χώρης τῆς σφετέρης τετραμμένης [g] ἐς πόντον, τὸ δὴ Τριόπιον καλέεται. ἀργμένης δὲ ἐκ τῆς Χερσονήσου τῆς [h] Βυβασσίης, ἐούσης τε πάσης τῆς Κνιδίης, πλὴν ὀλίγης, περιῤῥοός· (τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς πρὸς βορῆν ἄνεμον, ὁ [i] Κεραμεικὸς κόλπος ἀπείργει, τὰ δὲ πρὸς νότον, ἡ καλὰ Σύμνη τε καὶ Ῥόδου θάλασσα) τὸ ὦν δὴ ὀλίγον τοῦτο, ἐὸν ὅσον τε ἐπὶ πέντε στάδια, ὤρυσσον οἱ Κνίδιοι, ἐν ὅσῳ Ἅρπαγος τὴν Ἰωνίην κατεστρέφετο, βουλόμενοι νῆσον τὴν χώρην ποιῆσαι· ἐντὸς δὲ πᾶσά σφι ἐγένετο. τῇ γὰρ ἡ Κνιδίη χώρη ἐς τὴν ἤπειρον τελευτᾷ, ταύτῃ ὁ ἰσθμός ἐστι, τὸν ὤρυσσον· καὶ δὴ πολλῇ χειρὶ ἐργαζομένων τῶν Κνιδίων· μᾶλλον γάρ τι καὶ θειότερον ἐφαίνοντο τιτρώσκεσθαι οἱ ἐργαζόμενοι τοῦ [k] οἰκότος τά τε ἄλλα τοῦ σώματος, καὶ μάλιστα τὰ περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, θραυομένης τῆς πέτρης· ἔπεμπον ἐς Δελ-

Lycii vocantur a vicinis Termilæ. Quum vero Lycus Pandionis filius, et ipse a fratre AEgeo Athenis pulsus, ad Sarpedonem in Termilas abiisset, factum est temporis progressu ut de Lyci nomine Lycii vocarentur. Legibus utuntur partim Creticis, partim Caricis. Hoc tamen unum pro lege habent peculiare, et cum nullis aliis hominum conveniunt, quod a matribus nomina sibi induunt, non a patribus: et si quis prope stantem percontetur quis sit, quave familia ortus? describet se ab matre, et matris avias protinus memorabit. Adde quod siqua urbana servo nupserit, liberi qui ex his suscipiuntur, ingenui existimabuntur: sin autem vir civis, et quidem inter eos primarius, uxorem duxerit externam aut pallacam, suscepti ex his liberi reputabuntur remoti ab honoribus. Enimvero huius tempestatis Cares nullo præ- 174
claro facinore edito, ab Harpago subacti sunt. Nec Cares tantum nullum ediderunt, sed nec Græci quotquot illam regionem tenent. Tenent autem cum alii, tum Lacedæmoniorum coloni Cnidii, quorum regio declinat ad mare, quæ appellatur Triopium. Nam quum initium ex Bybasia peninsula sumat, et præter exiguum quid Cnidia omnis sit circumflua: (eam enim partem qua boream spectat, Ceramicus coërcet sinus, australem vero mare, in quo est Syme ac Rhodus) istud igitur exiguum, circiter quinque stadiorum, Cnidii fodiebant, interea, dum Harpagus Ioniam everteret, volentes suam regionem in insulæ formam redigere. Intus vero universa illis erat: nam Cnidia regio, qua parte in continentem finitur, illic isthmus est, quem fodiebant. Et sane multa manu operantibus Cnidiis, amplius humano et divinius videbantur vulnerari operarii, quam solet in talibus fieri, cum alias corporis partes, tum præcipue oculos incisa

et

---

a Citat *Steph.* in Τέρμερα & *Eustath.* ad *Dionys.* v. 857. Mox bene *M. Ask.*: in reliquis Ἀθηναίων. Statim ἐξελαθεὶς *Ald.* alii ἐξελασθεὶς. b *Medic.*, reliqui ἀδελφοῦ. c *Ald.* & editi, tum *Paris. A. B.*, in *Ask. M* συμφέροντα. d *Ald.* & *Camerar.*, ἀνανεμεῖται *M. Ask.*, vulgo ex coniectura ἀναμνέεται. Vid. *Suidam* in V. e Ex *M. Ask.*, ab aliis γε abest. f Αὐτῶν *M. Ask.* g Ἔσποντο *Ask.* h *Vossii* coniectura est. Vulgo omnes Βυβλεσίης. i *Med. Rem. Ask.*; Κεραμικὸς *Ald.* & ora *Steph.*; Edd. alii Κεραυνικός. Statim ἀπέργει *Ask.* k *M. Ask.*, εἰκότος *Edd.*

59. Καὶ οὐδαμοῖσι ἄλλοισι συμφέρονται] Nollem tantopere sudasset pro *Medic.* vir Clarissimus: συμφέροντα scribentis error peperit. Vide L. VI, 59. Explicuit erudite hunc locum *Iac. Perizonius*, V. Cl. *Triad. Dissert.* I. p. 37., quem studiorum consortem et Academici operis collegam cur *Gronovius* nominare contemserit, nunc non dico. Addo Orestae dictum ex *Euripidis* Elect. v. 935. κἀκείνους συγῶ Τοὺς παῖδας, ὅστις τοῦ μὲν ἄρσενος πατρὸς Οὐκ ὠνόμαξαι, τῆσδε μητρὸς ἐν πόλει. Athenis, teste *Varrone*, statutum fuit, *ut nullus nascentium maternum nomen acciperet*, sive μητρόθεν adpellaretur, apud *Augustinum* Civit. D. XVIII, 9. Adplica ad haec *Suidae* Τῆς μητρὸς ὡς ἀΐξ καλεῖται.

62. Ἀνανεμεῖται] Ionicum flexum ἀνανεμέεται conservavit Ed. *Aldina*, genuinum, si verum est quod scribit *Suidas* Ἀνανέμεσθαι ἐπὶ τοῦ καταλέγειν positum ab *Herodoto*: ἀναμνέεται, *Kustero* probatum ad *Suid.*, attulit *Io. Iac. Westenius* ad Marci XIV, 72. sed cum millenis aliis rectius omisisset. Quam Lyciorum non sanequam absurdam memorat *Herod.* consuetudinem (καλέουσι ἀπὸ τῶν μητέρων ἑωῦτοὺς, καὶ οὐκὶ ἀπὸ τῶν πατέρων) tradidit & *Plutarch.* T. II, p. 248. D. νόμος ἦν τοῖς Ξανθίοις μὴ πατρόθεν ἀλλ' ἀπὸ μητέρων χρηματίζειν. Alia quaedam isti mori congrua *Nicolaus* addidit *Damascenus* in ἐθῶν συναγωγῇ (libello, cuius excerpta collegit *H. Vales.* p. 510. &c., hunc fuisse titulum e *Stobaei* p. 614. colligas:) apud *Stob.* p. 292, 23. Λύκιοι τὰς γυναῖκας μᾶλλον ἢ τοὺς ἄνδρας τιμῶσι· καὶ καλοῦνται μητρόθεν, τάς τε κληρονομίας ταῖς θυγατράσι λείπουσιν, οὐ τοῖς υἱοῖς. Hoc Athenis atque alibi quia fuit inauditum, *Demosthenes* c. Boeotum p. 577. §. 11. καί τις, inquit, ἤκουσε πώποτε, ἢ κατὰ ποῖον νόμον προσπαραγράφοιτ' ἄν (τὸ τῆς μητρὸς ὄνομα.) Materno genere superbus *Megacles* ὁ Κοισύρας audit *Aristophani* Ἀχαρν. v. 614. *Homero* prorsus inusitata, quod monuit *Heraclit.* Allegor. *Hom.* p. 417. μητρωνυμικὰ Poëtis adhibentur Λητοΐδης, Δαναΐδης, Νιοβίδης· &c. *Etymolog. M.* p. 166, 10. ἡ τετρὰς *numerus quaternarius Pythagoricis* Μαιάδης dicebatur, utpote τῆς δυάδος, Μαίας dictae, *filiolus*.

VALKEN.

72. Τῆς Βυβασσίης] *Is. Vossii* emendatio est ad *Melam* I, 16, 10., merito laudata & probata *Gronovio*. Nihili enim Βυβλεσίης, quod in libris. Chersonesi haec *regio Bubasius*, apud *Plinium* L. V. H. Nat. C. 28. Urbs, unde nomen, modo Βύβασος, modo Βύβασσος. Vide ad *Diodori* V, 62.

79. Ἐντὸς δὲ] Una duntaxat litera mutata legerim: ἐκτὸς δὲ πᾶσά σφι ἐγένετο· id est ἐκτὸς δὲ πᾶσα ἡ χώρη σφι ἐγένετο, sive ἦν, νῆσος· *extrinsecus enim tota ipsorum regio erat insula:* paulo superius ista leguntur: ἐούσης πάσης τῆς Κνιδίης, πλὴν ὀλίγης, περιῤῥοός. Istum quinque stadiorum Isthmum voluerunt perfodere, cui, quod non esset insula, peninsula debebat Cnidiorum: vid. *Pausan.* V, p. 440. F. Commode succedunt quae sequuntur apud *Herodotum*, in quibus ego quidem nihil desidero. Senarios Apollinis Pythii exagitat *Oenomaus Eusebii* Praep. V, p. 220. C. D.

VALKEN.

79. Ἐντὸς δὲ πᾶσά σφι ἐγένετο] Quae in haec verba animadvertit vir doctus *Miscell. Lipsi. Volumen* VII. p. 621. et VIII. p. 298. ostentabit. Ipse scripto ad me minore molimine, ἐγγὺς δὲ ταῦτά σφι ἐγ. *parum aberat, quin opus illud ex ipsorum sententia perficeretur, aut* εἰκότως δέ σφι ταῦτα — *non sine caussa faciebant.* Coniecturae illae alacrem ingenii volubilitatem declarant. Mihi licebit esse tardiori. Docetur intra eam fossam, quam deprimebant, Chersonesum universam tum fuisse, atque insulae ferme instar. Eum in modum qui confertim intra urbem se penetrarunt, ἀθρόοι ἐντὸς γενόμενοι in *Parthenii* Erot. C. 9., et de Chersoneso Thracia opportune *Noster* VI, 36. ἀπὸ δὲ τοῦ ἰσθμοῦ τούτου ἡ Χερσόνησος εἴτω πᾶσά ἐστι —.

95. Ἀλ-

et vulnerata petra: Delphos miserunt consultores oraculi, qui scisciterentur quidnam esset quod tantopere adversaretur? Pythia, ut ipsi referunt Cnidii, senario versu respondit talia:

Nec aggerate, nec vel Isthmum fodite:
Nam, si placuisset, insulam dederat Deus.

Quum talia respondisset Pythia, Cnidii a fodiendo destiterunt, et invadenti cum exercitu Harpago, ultro sese sine prœlio dediderunt. 175 Pedasenses erant qui mediterraneam supra Halicarnassum colunt; quibus quum incommodum aliquod eventurum est, ipsis seu eorum vicinis, sacerdos Palladis magnam barbam accipit; id quod ter illis accidit. Hi soli in Caria virorum Harpago aliquamdiu reluctati sunt, plurimumque negotii exhibuerunt, montem muniendo cui nomen Lida. Tandem tamen et ipsi expu- 176 gnati fuerunt. Ceterum ubi in Xanthium campum exercitum duxit Harpagus, Lycii contra procedentes, paucique cum multis confligentes, strenue sese gesserunt. Superati autem prœlio fugatique in urbem, uxores, liberos atque pecunias una cum familiis in arcem congregaverunt, admotoque mox igne arcem universam istam incenderunt. Quæ ubi fecissent, ipsi et iureiurando atroci adstricti et clam egressi, pugnando Xanthii omnes oppetierunt. Ex Lyciis autem, qui Xanthios nunc dicunt se esse, hi omnes præter octoginta familias sunt convenæ. Nam octoginta istæ familiæ tunc peregrinabantur, ideoque superstites remanserunt. Xanthum quidem igitur hunc in modum obtinuit Harpagus: pari modo Caunum. Nam Caunii Lycios imitabantur magna ex parte. 177 Tum igitur inferiorem Asiam Harpagus evertebat, superiorem ipse Cyrus, unamquamque gentem subigens nullamque prætermittens. At nos in præsentia illorum plura omittemus, ea duntaxat narraturi, quæ illi quamplurimo constiterunt labore, suntque memoratu dignissima. Quum igitur Cyrus continentem universam suæ 178 ditionis fecisset, Assyriis imminebat. ASSYRIAE autem cum alia multa sunt magna oppida, tum vero celeberrimi nominis ac validissimum est BABYLON, ubi ipsis post eversam Ninum regia erat, quæ urbs talis est. In magno campo illa sita est, quod ad magnitudinem, unamquamque

Δελφοὺς [a] θεοπρόπους ἐπερησομένους τὸ ἀντίξοον ἢ δὲ Πυθίη σφι, ὡς αὐτοὶ Κνίδιοι λέγουσι, χρᾷ ἐν [b] τριμέτρῳ τόνῳ τάδε,

Ἰσθμὸν δὲ μὴ τυγχάνητε, μήδ' ὀρύσσετε·
Ζεὺς γὰρ κ' ἤθελε νῆσον, [c] εἰ κ' ἐβούλετο.

Κνίδιοι μὲν, ταῦτα τῆς Πυθίης χρησάσης, τοῦ τε ὀ- 71
ρύγματος ἐπαύσαντο, καὶ Ἅρπάγῳ ἐπιόντι σὺν τῷ στρατῷ, ἀμαχητί σφεας αὐτοὺς παρέδοσαν. Ἦσαν δὲ Πηδασέες οἰκοῦντες ὑπὲρ [d] Ἁλικαρνασσοῦ μεσόγαιαν τοῖσι ὅκως τι μέλλοι ἀνεπιτήδεον ἔσεσθαι, αὐτοῖσί τε καὶ τοῖσι περιοίκοισι, ἡ ἱερείη τῆς Ἀθηναίης πώγωνα μέγαν ἴσχει. τρὶς σφι τοῦτο ἐγένετο. οὗτοι τῶν περὶ Καρίην ἀνδρῶν μοῦνοι τε ἀνέσχον χρόνον Ἅρπάγῳ, καὶ πρήγματα παρέσχον πλεῖστα, [e] ὄρος τειχίσαντες, τῷ οὔνομά ἐστι Λίδη. Πηδασέες μέν νυν χρόνῳ ἐξαιρέθη- 1
σαν· Λύκιοι δὲ, ὡς ἐς τὸ Ξάνθιον πεδίον ἤλασε ὁ Ἅρπαγος τὸν στρατὸν, ὑπεξιόντες, καὶ μαχόμενοι ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς, ἀρετὰς ἀπεδείκνυντο· ἐσσωθέντες δὲ, καὶ κατειληθέντες ἐς τὸ ἄστυ, [f] συνήλισαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν τάς τε γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα καὶ τὰ χρήματα καὶ τοὺς οἰκέτας· καὶ ἔπειτα ὑπῆψαν τὴν ἀκρόπολιν πᾶσαν ταύτην καίεσθαι. ταῦτα δὲ ποιήσαντες καὶ συνομόσαντες ὅρκους δεινοὺς, ὑπεξελθόντες ἀπέθανον πάντες Ξάνθιοι μαχόμενοι. τῶν δὲ νῦν Λυκίων Φαμένων Ξανθίων εἶναι, οἱ πολλοὶ, πλὴν ὀγδώκοντα [g] ἑστιέων, εἰσὶ ἐπήλυδες· αἱ δὲ ὀγδώκοντα ἑστίαι αὗται ἔτυχον τηνικαῦτα ἐκδημέουσαι, καὶ οὕτω περιεγένοντο. τὴν μὲν δὴ Ξάνθον οὕτως ἔσχε ὁ Ἅρπαγος. παραπλησίως δὲ καὶ τὴν Καύνον ἔσχε. καὶ γὰρ οἱ Καύνιοι τοὺς Λυκίους ἐμιμήσαντο τὰ πλέω. Τὰ μὲν νυν κάτω τῆς Ἀσίης Ἅρπαγος ἀνάστατα ἐποίεε. τὰ δὲ ἄνω αὐτῆς, αὐτὸς Κῦρος, πᾶν ἔθνος καταστρεφόμενος, καὶ οὐδὲν παριείς. τὰ μέν νυν αὐτέων πλέω [h] παρήσομεν· τὰ δέ οἱ παρέσχε πόνον τε πλεῖστον καὶ ἀξιαπηγητότατά ἐστι, τούτων ἐπιμνήσομαι. [i] Κῦρος ἐπεί τε τὰ πάντα τῆς ἠπείρου ὑποχείρια ἐποιήσατο, Ἀσσυρίοισι ἐπετίθετο. [k] Τῆς δὲ Ἀσσυρίης ἐστὶ τὰ μέν κου καὶ ἄλλα πολίσματα μεγάλα πολλά· τὸ δὲ ὀνομαστότατον καὶ ἰσχυρότατον, καὶ ἔνθα σφι, [l] τῆς Νίνου ἀναστάτου γενομένης, τὰ βασιλήια κατεστήκεε, ἦν Βαβυλών, ἐοῦσα τοιαύτη δή τις [m] πόλις· κέεται ἐν πεδίῳ μεγάλῳ, μέγαθος ἐοῦσα μέτωπον ἑκά-

[a] *M. Rem. Ask.*, alii cum *Aldo* θεοπρόπους negligunt. [b] Μέτρῳ *Ask.* [c] Αἰ κ' ἐβ *Oenomaus* in Praep. Ev. *Eusebii* v, 26. p. 220. [d] Ἁλικαρνασσοῦ *Ald.* Sequentia citat *Strabo* p. 909. ubi vide *Casaub.* [e] Ὀροσοιχίσαντες *Ask.* [f] *Med. Ask.*, in Edd. συνείλησαν & *Paris. A. B.* [g] Ἰσιαίων *Ald.*, unde error veteris interpretis, notatus a *Leopardo* Emend. VII, 11. & *H Stephano.* [h] *Med. Ask.*, vulgo παρήσομαι. [i] *M. Ask.*, in *Ald. Arcb. Vind.* Κῦρος δὲ, ἐπείτε. Mox ὑπὸ χεῖρα *V. Arcb.* [k] Τοῖσι δ' Ἀσσυρίοισι *Arcb.* non male: statim τὰ μέν κου ex *Med.*, in aliis non est τά. [l] Τῆς Νίνου *Arcb.* et ἀναστάτεω· articulum, qui aberat, revocavi. [m] Πόλις κέεται iungit *Paris. B.* distinctione post τὶς posita: κεῖται *Arcb.* spectavit haec *Eustath.* in *Dionys.* v. 1005.

95. Αὐτοῖσί τε καὶ] Primo adspectu scribendum potius videretur: αὐτοῖσί τε, ἢ καὶ τοῖσι περιοίκοισι· prouti cepit interpres: plura tamen tuentur vulgatam. Mirificum autem illud ostentum, quo malum imminens Pedasensibus horumque vicinis portendebatur, hic suo loco commemoratur; infra L. VIII, c. 104. loco, ut arbitror, satis alieno; atque adeo etiam attendenti videri poterunt ab aliena manu Herodoteis quae huc spectant illic interiecta. Verba *Strabonis* ad *Herodoti* loca iam contulerat ante *Casaubonum P. Leopardus* Em. VII, c. XI. p. 180. VALKEN.

97. Τρὶς σφι τοῦτο ἐγένετο] Dicetur VIII, 104. Mons Cariae, cui nomen *Lide*, mihi se, quod quidem recordor, alibi non obtulit. Prior interpres *Lyde* expressit, cui congruit *Ptolemaei* Geogr. V, 3. Cariae oppidum Λύδαι· quod tamen nomen Geographi libri variè scribunt: in *Ulmensi* versione anni CIↃCCCCLXXXVI. *Clyde*; Χύδαι *Coislin.* in Codice.

4. Συνήλισαν] Mihi quoque sincerum videtur: nisi tamen ista praecessisent proxima, κατειληθέντες ἐς τὸ ἄστυ· difficulter constitui posset, utrum posuisset *Herodotus* συνήλισαν, an συνείλησαν, vel συνήλασαν· siquidem ista tria reperiuntur in re simillima adhibita. Pheronem scribit *Herod.* II, c. 111. mulieres ἐς μίην πόλιν —— συναλίσαντα ὑποπρῆσαι πάσας σὺν αὐτῇ τῇ πόλι, alterum, hic merito repudiatum, legitur L. III, c. 45. ubi civium liberos & uxores Polycrates ἐς τοὺς νεωσοίκους συνείλησας εἶχε ἑτοίμους ὑποπρῆσαι. Recentioris aevi Xanthiorum simile huius facinus denarrans συνελάσαι *Philo* praebet *Iud.* p. 883. E. Attigit hanc historiam similesque commemorat *Casaubon.* Anim. in *Athen.* XII, c. VII. VALKEN.

7. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες &c.] Animosum hoc & triste in defendenda libertate exemplum Xanthii Alexandri Magni & Cassii Brutique per Asiam expeditionibus iterarunt, meriti *Philonis Iud.* praeconia *Quod O. Prob. Liber* p. 883., et *Appiani*, in Harpagi nomine aliorum culpa vitiosi, Bell. Civ. IV. p. 1017., qui sua *Plutarcho* debet in Bruto p. 998.

25. Τῆς Νίνου ἀναστάτου γενομένης] Supra C. 106. Mirum accidit *Arcb.* ἀνασάτεω· Scribaene in animo fuit secundus casus virilium Κροίσεω, Βάττεω, Πεισιστράτεω, Μεμβλιάρεω & similium? Non dixero.

καστον, εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίων, ἐύσης τετραγώνου· οὗτοι σάδιοι τῆς περιόδου τῆς πόλιος γίνονται συνάπαντες ὀγδώκοντα καὶ τετρακόσιοι. τὸ μέν νυν μέγαθος τοσοῦτόν ἐστι τοῦ ἄστεος τοῦ Βαβυλωνίου. ἐκεκόσμητο δὲ ὡς οὐδὲν ἄλλο πόλισμα τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. τάφρος μὲν [a] πρῶτά μιν βαθέα τε καὶ εὐρέα καὶ πλέη ὕδατος πε- 72 ριθέει· μετὰ δὲ, τεῖχος πεντήκοντα μὲν πηχέων βασιληίων εὸν τὸ εὖρος, ὕψος δὲ, διηκοσίων πηχέων. ὁ δὲ βασιλήιος πῆχυς τοῦ μετρίου ἐστὶ πήχεος μέζων τρισὶ δακτύλοισι. Δεῖ δή με πρὸς τούτοισι ἐπιφράσαι, ἵνα τε ἐκ τῆς τάφρου ἡ γῆ [b] ἀναισιμώθη, καὶ τὸ τεῖχος ὅττινα τρόπον ἔργαστο. ὀρύσσοντες ἅμα τὴν τάφρον, ἐπλίνθευον τὴν γῆν ἐκ τοῦ ὀρύγματος ἐκφερομένην· ἑλκύσαντες δὲ πλίνθους ἱκανὰς, ὤπτησαν αὐτὰς ἐν καμίνοισι· μετὰ δὲ, τέλματι χρεώμενοι ἀσφάλτῳ θερμῇ, καὶ διὰ τριήκοντα δόμων [c] πλίνθου ταρσοὺς καλάμων διαστοιβάζοντες, ἔδειμαν πρῶτα μὲν τῆς τάφρου τὰ χείλεα· δεύτερα δὲ, [d] αὐτὸ τὸ τεῖχος τὸν αὐτὸν τρόπον. ἐπάνω δὲ τοῦ τείχεος παρὰ τὰ ἔσχατα, οἰκήματα μονόκωλα ἔδειμαν, τετραμμένα ἐς ἄλληλα. τὸ μέσον δὲ τῶν οἰκημάτων ἔλιπον τεθρίππῳ περιέλασιν. πύλαι δὲ [e] ἐνεστᾶσι πέριξ τοῦ τείχεος ἑκατὸν, χάλκειαι πᾶσαι. καὶ σταθμοί τε καὶ [f] ὑπέρθυρα ὡσαύτως. ἔστι δὲ ἄλλη πόλις ἀπέχουσα ὀκτὼ ἡμερέων ὁδὸν ἀπὸ Βαβυλῶνος. Ἴς οὔνομα αὐτῇ, ἔνθα ἐστὶ πόλεμος οὐ μέγας· [g] Ἴς καὶ τῷ ποταμῷ τὸ οὔνομα· ἐσβάλλει δὲ οὗτος ἐς τὸν [h] Εὐφρήτην ποταμὸν τὸ ῥέεθρον. οὗτος ὦν ὁ Ἴς ποταμὸς, ἅμα τῷ ὕδατι θρόμβους ἀσφάλτου ἀναδιδοῖ πολλοὺς, ἔνθεν ἡ ἄσφαλτος ἐς τὸ ἐν Βαβυλῶνι τεῖχος ἐκομίσθη. Ἐτετείχιστο μέν νυν ἡ Βαβυλὼν τρόπῳ τοιῷδε. ἔστι [i] δὲ δύο φάσεα τῆς πόλιος. τὸ γὰρ μέσον αὐτῆς πόλεμος διείρ-

que frontem habens centum et viginti ſtadiorum; eſt enim quadrata. Ita ſtadia quadringenta et octoginta circuitus urbis colliguntur omnia. Tanta quidem igitur est Babylonicæ urbis magnitudo; quæ ſic exornata est, ut aliud nullum ex oppidis quæ nos novimus. Iam primum foſſa ambit alta atque lata et aquæ plena. Deinde murus quinquaginta cubitorum regiorum craſſitudine, ducentorum celſitudine. Eſt autem regius cubitus, quam is, quo pro menſura 179 utimur, tribus digitis maior. Oportet certe me præter hæc diſſerere, ubi ſit conſumpta terra, quæ ex foſſa fuerat egeſta, et murus quomodo fuerit exſtructus. Simul fodientes foſſam, terram egeſtam ex isto opere formabant in lateres: quorum postquam magnam vim traxerant, eos in fornacibus coquebant. Poſtea pro cœno vel calce utentes bitumine ferventi, et per triceſimas latericias compages conſtipantes crates arundinum, ſtruxerunt primum labra foſſæ, deinde ipsum murum ad eundem modum. Super hunc murum circa oras extruxerunt domunculas unius membri ad ſe invicem verſas; inter quas tantum intercapedinis medium relinquebatur, ut quadriga circumagi poſſet. Eius muri per ambitum centum portæ ſtabant, æreæ omnes, cum cardinibus itidem et ſuperliminibus. Babylone octo dierum itinere abest alia urbs nomine Is, ubi fluvius est haud magnus, etiam eiusdem urbi nominis, qui ſe devolvit in flumen Euphratem. Hic itaque fluvius Is, una cum aqua multos reddit bituminis grumos; unde bitumen ad murum Babylonis portatum fuit. Hunc igitur in modum Babylon 180 munita est. Eius duæ ſunt plagæ, quoniam illam

διείρ-

a *Med. Rem. Ask.*, in aliis μιν deſit, praeterea *βαθεῖα* & *εὐρεῖα Paris. A. B.* & *Arcb. Ask.* Statim καὶ ante πλέη non est in *Arcb.* b Ἀνεσιμ. *Arcb.* c Πλίνθοις idem. d Αὐ τὸ τεῖχος *idem.* e Ἐστᾶσι *id.*, exſcripſit haec *Euſtatb.* ad *Dionys.* v. 1005. Adde eundem in *Homer.* p. 758. f Τπέρθυρον *Arcb.* g Vid. *Stephan.* in V., ubi his utitur & *Euſtatb.* in *Homer.* p. 877, 16. h Εὐφράτην *Med. Ask. Arcb.* & mox Εὐφράτης, in ſcriptura ea non conſtantes. Quae adduntur de Euphrate fluvio, habet hinc *Euſtatb.* ad *Dionys.* v. 988. i Non eſt in *Arcb.*

30. Ὀγδώκοντα καὶ τετρακόσιοι] Amplitudinem urbis iisdem ſtadiis circumſcribunt *Plinius* N. Hiſt. VI, 26., *Philoſtratus* V. Apollon. I, 25. et *Oroſius* II, 6. *Cteſias*, *Clitarchus*, *Strabo*, *Curtius* diſſentiunt, de ſtadiorum numero centum ferme auferentes. Itaque *Noſtrum* erraſſe *Iſ. Voſſius* profitetur & confudiſſe nobiliſſimas urbes Ninum & Babylonem: illius ambitum ſtadiorum fuiſſe CCCCLXXX., non huius *Obſervat Var.* C. 8. Quae docte disputata, certa non ſunt, & paene arbitraria. De Nini & Babylonis ſpatio *Diodorus* II, 3. 7.

35. Ὁ δὲ βασιλήϊος πῆχυς τοῦ μετρίου &c.] *Lucianus* Catapli C. 16. de quodam beatulo, καὶ μονονουχὶ καλλίων καὶ ὑψηλότερος ὅλῳ ΠΗΧΕΙ ΒΑΣΙΛΙΚΩι· in quae criticus, ὁ βασιλικὸς πῆχυς ἔχει ὑπὲρ τὸν ἰδιωτικὸν καὶ κοινὸν τρεῖς δακτύλους, prorſus ad *Herodoti* mentem. Satis adparet, *regium cubitum* Perſicum videri: Perſarum enim reges βασιλεῖς dici adſolebant. Vulgaris cubitus Aſiaticus est et fortaſſe Samius, quem II, 168. Aegyptio parem, et ἑξαπάλαιστον ſive *ſex palmorum* eſſe in eadem Euterpe C. 149. perhibet. Atque haec de cubiti menſura. Ecce aliud animadvertendum. Muri Babylonici craſſitudinem & altitudinem minime eamdem finierunt *Herodoto* recentiores. *Plinii* ducentos celſitudinis pedes, hinc inconſiderate depromtos, examinavit *Salmaſius* in *Solin.* p. 871., examinavit eosdem ſicuti & *Cteſiae*, *Diodori*, *Philoſtrati* atque aliorum aberrationes *Olearius* in *Philoſtrati* V. Apoll. I, 25., quos conſule.

40. Ἑλκύσαντες δὲ πλίνθους] Nihil ineſt dictioni, quod ingratum ſit. Πλινθουργὸς, πλινθουλκὸς, πλινθουλκεῖν ſunt in *Polluce* VII, 163. Latinis *ducendi lateres*, *ducti lateres*, *ducere lateres* uſu teruntur in *Vitruvii* II, 3., *Plinii* Hiſt. Nat. XXXV, 14., Graecorum exemplo. ΠΛΙΝΘΟΤΣ ΕΙΡΤΣΑΝ in Pyramide latericia regis Aſychis II, 136., cui convenit Vatis *Nahumi* C. III, 14. החזיקי מלבן / εἵρυσον πλίνθον, *trahe* ſive *duc lateres.*

42. Καὶ διὰ τριήκοντα δόμων πλίνθου] *Salmaſium* & *Fabrum*, temere haec vellicantes, coërcuit *Gronov.*, beneque τριήκοντα δόμους expedivit. Gloſſarium *Sangermanenſe*, Δόμον, οὐκ ἐπὶ τῆς οἰκίας, ἀλλ' ἐφ' οὗ συνήθεια τάττει· Ἡρόδοτος Α. καὶ Β., nimirum hoc loco & II, 127. Id male, quod ταρσοὺς καλάμων *alas arundinum* eſſe Vir Cl. iuſſit, cui quidem decreto valide Grammatici obnituntur, *Scholiaſtes* Herodoti, *Heſychius*, *Suidas*, G. *Corinthus*, quamquam non eodem omnes pacto, *crates* πλέγματα interpretati. Tum praeter ceteros *Thucydides* II, 76. ἐν ταρσοῖς καλάμου πῆλον ἐνείλοντες· ubi Critici: πλέγμασιν, ἀπὸ καλάμου πεποιημένοις, rectiſſime: nam quae ſequuntur, non panuculas arundinum, ſed texta & crates requirunt. Iure ergo *Salmaſius* & *Reiskius* hoc probarunt. Quod autem crates eas inter laterum ordines ſtiparint ſtructores, non alia fortaſſe cauſſa inpulſi fuerunt, quam ut bitumini eſſent ligamento; prorſus uti Syracuſani τῶν ἑλῶν κάλαμον *arundinem paluſtrem* adhibuerunt πρὸς τὴν σύνδεσιν τῆς κονίας, *ut calx ligaretur magis* in *Diodori* XIII, 113. Quem quoque in uſum *Vitruvius* tomicem commendat ex ſparto Hiſpanico, arundinem Graecam, &, ſi eius copia non ſit, paluſtrem, de *Architect.* II, 3. Forte quoque non omnes latericias conpages, ſed imas triginta, ita conſtiparunt, quod ſtructurae ſeries, uti hic expingitur, videtur innuere; cuius quidem inſtituti rationes habere potuerunt varias. Ut ut eſt, non laudo correctiones *Corn. de Pauw*, διὰ τριήκοντα πλίνθων δόμων ταρσοὺς καλάμῳ διασοιβάζοντες, quippe violentas & veri colore defectas. Quis δόμων ταρσοὺς de ima murorum parte accipiet? ut alia ne tangam.

52. Ἴς καὶ τῷ ποταμῷ τὸ οὔνομα] *Etymologus* MS., de quo ſupra, Ἴς ὄνομα ποταμοῦ ὡς φησι Ἡρόδοτος καὶ Γύλαξ ὁ ἰσορικὸς, atque alibi iterum. An Σκύλαξ eſt? *Euſtathius* in *Iliad.* p. 877, 16. habet his conſimilia, ſed καί τις δὲ Φύλαξ ἰσορικὸς, quem non magis cognitum habeo. Adſeverat *S. Bochartus* Phaleg. IV, 17. Arabibus illud flumen nunc עיסי *Iſa* eſſe et dici, non ſine lapsu; aliud est, adcurate deſcriptum a *Golio* in *Alfergan.* p. 123. Nomen etiam illi multo recentius venit ab *Iſa*, Alis filio, Almanſoris Chalifae patruo; neque hoc inſuper habuit *Steph. le Moyne* Var. Sacr. p. 136.

59. Ἐξ

lam mediam separat fluvius nomine Euphrates, qui magnus et altus et celer, ex Armeniis in Rubrum mare decurrit. In hunc fluvium uterque murus cubitos exporrigit; inde vero curvaturæ per labrum utrumque fluminis, coctilium laterum maceria, prætenduntur. Ipsa urbs plena domibus ternarum quaternarumque contignationum secta est in vias, cum rectas alias, tum etiam transversas, quæ ad flumen tendunt; ad quarum quamque viam in maceria, quæ præter flumen ducebatur, portulæ factæ sunt pro numero vicorum et ipsæ æreæ, et ad flumen idem fe-
181 rentes. Et hic quidem murus lorica est. Alius vero intus murus non multo quam hic debilior circumtegit, sed angustior: inque utraque civitatis plaga per medium iste est erectus, quorum hic regiam comprehendit ambitu prægrandi atque valido: in altero vero Iovis Beli templum æreis portis, id quod mea etiam nunc ætate existit, duorum undecunque stadiorum amplitudine, quum sit quadratum. In templi medio turris solida, stadii longitudine simul et latitudine, cui alia superimposita turris et huic subinde alia, ad octavam usque. Adscensus in eas forinsecus per orbem circa singulas turres tendens factus est. Adscendenti per eum in medio est diversorium, sellæque ad quiescendum factæ, in quibus adscendentes sedent ac conquiescunt. In postrema turri templum est magnum, in quo lectus est magnus splendide stratus, et apposita illi mensa aurea. Statua tamen ibi nulla est posita: neque hic noctu cubat hominum aliquis, præter mulierem solam ex indigenis, quam ex omnibus deus delegerit, uti narrant Chaldæi
182 huius dei sacerdotes. Narrant autem ipsi illi, mihi quidem non credibilia referentes, deum ipsum et venire in templum, et in lecto conquiescere, perinde atque Thebis AEgyptiis, eodem modo quo ferunt AEgyptii. Nam et ibi in Thebæensis Iovis fano mulier cubat; quarum mulierum utraque cum nullis viris putatur

διείργει, τῷ οὔνομά ἐστι Εὐφρήτης· ῥέει δὲ ἐξ Ἀρμενίων θεῶν μέγας, καὶ βαθὺς, καὶ ταχύς· ἐξίει δὲ οὗτος ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν. τὸ ὦν δὴ τεῖχος ἑκάτερον τοὺς ἀγκῶνας ἐς τὸν ποταμὸν ἐλήλακεν. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, αἱ ἐπικαμπαὶ παρὰ χεῖλος ἑκάτερον τοῦ ποταμοῦ [a] αἱμασιὴ πλίνθων ὀπτέων παρατείνει. τὸ δὲ ἄστυ αὐτὸ ἐὸν πλῆρες [b] οἰκιέων τριωρόφων τε καὶ τετρωρόφων, κατατέτμηται τὰς ὁδοὺς ἰθείας, τάς τε ἄλλας, καὶ τὰς ἐπικαρσίας τὰς ἐπὶ τὸν ποταμὸν [c] ἐχούσας. κατὰ δὴ ὦν ἑκάστην ὁδὸν ἐν τῇ αἱμασιῇ τῇ παρὰ τὸν ποταμὸν πυλίδες [d] ἐπήεσαν, ὅσαιπερ αἱ λαῦραι, τοσαῦται ἀριθμόν. ἦσαν δὲ καὶ αὗται χάλκεαι, φέρουσαι καὶ αὐταὶ ἐς αὐτὸν τὸν ποταμόν. Τοῦτο μὲν δὴ τὸ τεῖχος θώρηξ ἐστί. ἕτερον δὲ ἔσωθεν τεῖχος [e] περιθεῖ, οὐ πολλῷ τέῳ ἀσθενέστερον τοῦ ἑτέρου τείχεος, στεινότερον δέ. [f] ἐν δὲ φάρσει ἑκατέρῳ τῆς πόλιος ἑτέτειχιστο ἐν μέσῳ, ἐν τῷ ἦεν τὰ βασιλήια, περιβόλῳ τε μεγάλῳ [g] τε καὶ ἰσχυρῷ. ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ, Διὸς Βήλεος ἱρὸν χαλκόπυλον, καὶ ἐς ἐμὲ τοῦτο ἔτι ἐὸν, δύο σταδίων πάντη, ἐὸν τετράγωνον. ἐν μέσῳ δὲ τοῦ ἱροῦ πύργος στερεὸς οἰκοδόμηται, σταδίου καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος· καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε, καὶ ἕτερος μάλα ἐπὶ τούτῳ, μέχρις ὀκτὼ πύργων. ἀνάβασις δὲ ἐς αὐτοὺς ἔξωθεν κύκλῳ περὶ πάντας τοὺς πύργους ἔχουσα πεποίηται. μεσοῦντι δέ κου [g] ἀναβάσιος, ἔστι καταγωγή τε καὶ θῶκοι ἀμπαυστήριοι, ἐν τοῖσι κατίζοντες ἀμπαύονται οἱ ἀναβαίνοντες. ἐν δὲ [h] τῷ τελευταίῳ πύργῳ νηὸς ἔπεστι μέγας· ἐν δὲ τῷ νηῷ κλίνη μεγάλη κέεται εὖ ἐστρωμένη, [i] καί οἱ τράπεζα παρακέεται χρυσέη. ἄγαλμα δὲ οὐκ ἔνι οὐδὲν αὐτόθι ἐνιδρυμένον, οὐδὲ νύκτα οὐδεὶς ἐναυλίζεται ἀνθρώπων, ὅτι μὴ γυνὴ μούνη τῶν ἐπιχωρίων, τὴν ἂν ὁ θεὸς ἕληται ἐκ πασέων, ὡς λέγουσι οἱ Χαλδαῖοι, ἐόντες ἱρέες τούτου τοῦ θεοῦ. Φασὶ δὲ οἱ [k] αὐτοὶ, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, τὸν θεὸν αὐτὸν φοιτᾶν τε ἐς τὸν νηὸν, καὶ [l] ἀμπαύεσθαι ἐπὶ τῆς κλίνης, κατάπερ ἐν Θήβῃσι τῇσι Αἰγυπτίῃσι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὡς λέγουσι οἱ Αἰγύπτιοι· καὶ γὰρ δὴ ἐκεῖθι κοιμᾶται ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Θηβαιέος γυνή. ἀμφὶ

a Αἱμασιαῖσι idem. *b* Οἰκίων *Arcb.* tum in *Ask.* τριορόφων & τετρορ. *c* Eton. *Arcb. V. M. Ask.*, in aliis ἀγούσας. Mox ὁδὸν *Arcb.* negligit. *d* Ἐσήκεσαν *Arcb.* ἐπῆσαν *Ask.* nec prave. Mox αἱ λαῦραι idem & *M.* *e* Non habent hoc verbum *Vind.* & *Arcb.* *f* Hic incipit hiatus usque in C. 184. in *Arcb. Vind.* *g* Dat *Med.* & *Ask.*, in aliis non invenitur. De Beli fano *Eustath.* ex *Nostro* ad *Dionysii* Perieg. v. 1005. *b* Articulum non habet *Ask.* *i Med. Ask.*, vulgo ἡ τραπ. *k* Αὐτοὶ οὗτοι, ἐμοὶ *Ask.* non male. *l M. Ask.* ἀναπαύεσθαι. *Aldus* & alii ἀμπαύεσθαι, quod restitui.

59. Ἐξ Ἀρμενίων] Supra C. 72. ἐξ Ἀρμενίου οὔρεος, quod planissime expressit *Dionysius* Perieg. v. 989. Verum quod hic scribitur, non discrepat. Vide *Procopium* Bell. Pers. I, 17. & *Salmasium* in *Solin.* p. 437.

62. Τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, αἱ ἐπικαμπαὶ &c.] Impeditior verborum ordo Cl. *Pauw* movit, ut τὰς ἐπικαμπὰς παρὰ κ. λ. mallet; *Reiskium* vero, τῇ αἱ ἐπικαμπαὶ — ποταμοῦ, αἱμασιὴ —. cui ego adsentirer, si quid esset innovandum. *Gronovium* vide, nimium tamen in rixa super τὸ ἅρπεζον, de qua *Dissert. Herodot.* C. 5. Mox ἐικίων ex *Arcb.* refinxissem, scriptoris consuetudini inhaerens, nisi ἐικίην & ἐικίας parili usu deposuisset I, 114. III, 51. IV, 79. Excusari autem non potest *Dionysius Halic.*, quum Art. Rhetor. C. I, 3. ὥς που καὶ Ἡρόδοτος πεντώροφα καὶ ἑξώροφά φησιν εἶναι ἐν Βαβυλῶνι, si errantem memoriam in lapsus patrocinium repudiet.

66. Καὶ τὰς ἐπικαρσίας] Imo vero legendum καὶ ἐπικαρσίας. Articulus in ista sede locum non invenit, definiens orationis quod dicitur subiectum: Babylon κατατέτμηται τὰς ὁδοὺς ἰθείας τάς τε ἄλλας, καὶ ἐπικαρσίας τὰς ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐχούσας· *in vias fuit divisa, ceteras quidem rectas, sed transversas quae ad flumen ferebant.* De Syracusarum Acradina *Cicero* in Verr. IV, c. 53. *ceterae urbis partes una via lata perpetua multisque transversis divisae.* Ferri nequit articulus bis positus apud *Herod.* L. V, c. 77. οἱ δ' ἱπποβόται· scribendumque, ἱπποβόται δὲ ἐκαλέοντο οἱ παχέες τῶν Χαλκιδέων. Recte legitur L. VII, c. 218. καταβρωθήσας μὴ ὑπὸ Φωκέων ἔωσι Λακεδαιμονίων. L. VIII, c. 26. πυνθανόμενος τὸ ἄεθλον ἦν τέφανον. L. IX, c. 11. ξείνους ἐκάλεον τοὺς βαρβάρους. Credi vix potest quam frequenter in minutis hisce fuerit ab hominibus etiam Graece perdoctis peccatum. Nostro loco si scriptus Codex praeberet καὶ δὴ καὶ ἐπικαρσίας genuinum videretur. VALKEN.

75. Ἐν τῷ ἦεν τὰ βασιλήια] Adstipulor *Gronovio*, ἐν τῷ μὲν — corrigenti. Hiat alioqui sententia. Confer *Diodorum* II, 8.

79. Σταδίου καὶ τὸ μῆκος &c.] Lapsum prioris interpretis, sive *Heresbachii*, in Latinis *crassitudine simul* et *altitudine* merito reprehendit S. *Bochartus* Phaleg. I, 13. Nihil hic de altitudine. Post pauca mavult *Reiskius* μέχρι καὶ ὀκτὼ, citra necessitatem.

81. Μέχρις οὗ ὀκτὼ πύργων] Herodoteus scribendi mos non est obliterandus: L. II, c. 19. μέχρι οὗ αὖτις τροπέων τῶν θερινέων. L. II, c. 53. c. 173. μέχρι ὅτου πλημθούσης ἀγορῆς. L. III, c. 104. μέχρις οὗ ἀγορῆς διαλύσιος. Ionismus & in his posuit μέχρι. VALKEN.

92. Ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες] Ita prudenter et sine superstitiosa credulitate. Turpissimae fraudes veteratorum fuerunt, quibus saepius, quam proditum litteris est, simplicitati matronarum & puellarum illuserunt. Quid Paullinae, Imperante Tiberio, evenerit, notum ex *Iosepho* est Ant. Iud. XVIII, 3, 4. Vide *Io. Clericum* in *Hesiodi* Theog. v. 940.

96. Κοιμᾶται ἐν τῷ — γυνή.] *Strabo* XVII. p. 1171. Iovi Thebaeo εὐειδεστάτην καὶ γένους λαμπροτάτου παρθένον ministrare perhibet, sed talem, qualis scurrae *Petronii* Quartilla. *Reiskius* supra κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ne bis idem dicatur, inducit. Ego, si quid mutandum, καὶ τὸν αὐτὸν — praeferrem.

ἀμφότεραι δὲ αὗται λέγονται ἀνδρῶν οὐδαμῶν ἐς ὁμιλίην Φοίβῃ· καὶ καθάπερ ἐν Πατάροισι τῆς Λυκίης ἡ πρόμαντις τοῦ θεοῦ, ἐπεὰν γένηται· ἐὼν γὰρ [a] ὢν αἰεί ἐστι χρηστήριον αὐτόθι· ἐπεὰν δὲ γένηται, τότε ὦν συγκαθακληίεται τὰς νύκτας ἔσω [b] ἐν τῷ νηῷ. Ἔστι δὲ τῷ ἐν Βαβυλῶνι ἱροῦ καὶ ἄλλος κάτω νηὸς, ἔνθα ἄγαλμα μέγα τοῦ Διὸς ἔνι κατήμενον χρύσεον· καὶ οἱ τράπεζα μεγάλη [c] παρακέεται χρυσέη, καὶ τὸ βάθρον οἱ καὶ ὁ θρόνος χρύσεός ἐστι· καὶ, ὡς ἔλεγον οἱ Χαλδαῖοι, τάλαντων ὀκτακοσίων χρυσίου πεποίηται ταῦτα. ἔξω δὲ τοῦ νηοῦ, βωμός ἐστι χρύσεος. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος βωμὸς μέγας, ὅπου θύεται τὰ τέλεα τῶν προβάτων. ἐπὶ γὰρ τοῦ χρυσέου βωμοῦ οὐκ ἔξεστι θύειν, ὅτι μὴ [d] γαλαθηνὰ μοῦνα. ἐπὶ δὲ τοῦ μέζονος βωμοῦ καὶ καλαγίζουσι λιβανωτοῦ χίλια τάλαντα ἔτεος ἑκάστου οἱ Χαλδαῖοι, τότε ἐπεὰν τὴν ὁρτὴν ἄγωσι τῷ θεῷ τούτῳ. ἦν δὲ ἐν τῷ τεμένεϊ τούτῳ ἔτι τὸν χρόνον ἐκεῖνον καὶ ἀνδριὰς δυώδεκα πήχεων, χρύσεος, στερεός. ἐγὼ [e] μέν μιν οὐκ εἶδον· τὰ δὲ λέγεται ὑπὸ Χαλδαίων ταῦτα λέγω. τούτῳ τῷ ἀνδριάντι Δαρεῖος μὲν ὁ Ὑστάσπεος ἐπιβουλεύσας, οὐκ ἐτόλμησε λαβεῖν· Ξέρξης δὲ ὁ Δαρείου ἔλαβε, καὶ τὸν ἱρέα ἀπέκτεινε, ἀπαγορεύοντα μὴ κινέειν τὸν ἀνδριάντα. τὸ μὲν δὴ ἱρὸν τοῦτο οὕτω κεκόσμηται. ἔστι δὲ καὶ ἴδια ἀνα-
74 θήματα πολλά. Τῆς δὲ Βαβυλῶνος ταύτης πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἐγένοντο βασιλῆες, τοὺς ἐν τοῖσι Ἀσσυρίοισι λόγοισι μνήμην ποιήσομαι, οἳ τά τε τείχεά τε [f] ἐπεκόσμησαν καὶ τὰ ἱρά· σφῶν δὲ δὴ καὶ γυναῖκες δύο· ἡ μὲν πρότερον ἄρξασα, τῆς ὕστερον γενεῇσι [g] πέντε πρότερον γενομένη, τῇ οὔνομα ἦν Σεμίραμις. αὕτη μὲν ἀπεδέξατο χώματα ἀνὰ τὸ πεδίον ἐόντα [h] ἀξιοθέητα· πρότερον δὲ ἐῴθεε ὁ ποταμὸς ἀνὰ τὸ πεδίον πᾶν πελαγίζειν· [i] Ἡ δὲ δὴ δεύτερον γενομένη ταύτης βασίλεια, τῇ οὔνομα ἦν Νίτωκρις (αὕτη δὲ συνετωτέρη γενομένη τῆς πρότερον ἀρξά-

tatur habere consuetudinem: sicut etiam dei antistita Pataris Lyciæ civitate, quando adest numen. Neque enim oraculum ibi viget perpetuo: ubi autem fuerit, tunc antistita noctu intus in templum concluditur. Porro in Baby- 183
lonis templo aliud etiam est sacellum inferius, ubi magna inest Iovis statua aurea sedens, eique mensa magna aurea apposita, simul et gradus et thronus aureus: adeo ut Chaldæi octingentorum talentorum auri opus æstimarent. Extra sacellum altare est aureum: atque præter hoc, aliud altare ingens, in quo integræ ætatis pecudes immolantur; nam supra aureum illud non licet adolere, præterquam solas lactentes. Insuper in hoc maiusculo altari Chaldæi quotannis mille talenta thuris adolent tunc, quando festum huic deo celebrant. Eratque in hoc templo etiamdum illo tempore statua duodecim cubitorum e solido auro: quanquam ego hanc non viderim, sed ea refero, quæ a Chaldæis referuntur. Hanc statuam quidem Darius Hystaspis filius insidiose captans, non ausus tamen fuit auferre: sed eam postea Xerxes Darii filius abstulit, sacrifico, qui prohibuerat statuam loco movere, interempto. Atque illud templum hoc pacto fuit ornatum, etiamsi sint peculiaria multa donaria. Huius Babylonis multi quoque et alii 184
quondam reges extitere, quorum in exponendis rebus Assyriis mentionem faciam, qui et muros amplius ornaverunt et templa: et inter eos duæ feminæ. Harum prior, quæ quinque ætatibus ante posteriorem regnavit, vocata est SEMIRAMIS. Hæc per campum aggeres excitavit spectatu dignos, quum antehac flumen per eum omnem restagnare solitum esset. Secunda post hanc regina, NITOCRIS nomine, 185
extitit superiore solertior; cuius cum alia monu-

a Iidem, in Edd. γὰρ δὴ ἀεί. Mox συγκατακλήεται *Ask.* vide *Gronov.* VII, 129. *b* Ἐν τῷ νηῷ *Med.*, ἐν τῷ νηῷ *Ask.*, *Paris. B.*, *Aldus* & eum secuti ἐς τὸν νηόν. *c* Παρακέεται *Ald.* *d* Exscripsit *Athen.* IX. p. 396. D. et ex eo *Eustath.* in *Hom.*. p. 1483, 53. *e* *Ald. Herv. Ask. Med.*, μέν νυν οὐκ vulgo. *f* Ἐκόσμησαν *Arcb.* *g* Abest πέντε in *Ask.* *b* Ἀξιοθήητα *Arcb.* tum mox ἐωθεν. *i* Ἡ δὲ δὴ ἡ δεύτ. *Arcb.*, non male. Tum Νίτρωκις *Ask.*

1. Ἔσω ἐν τῷ νηῷ] Dedi scriptis Codd., ne negligerentur, etsi in re ipsa differitas nulla. *Iosephus* in Paullinae historia ἔνδον ἐν τῷ νεῷ. De statuto tempore, quo Apollo Patara invisebat *Servius* Aen. IV, 143. *nam constat, Apollinem sex mensibus hiemalibus, apud Patara, Lyciae civitatem, dare responsa, unde Pataraeus Apollo dicitur, et sex aestivis apud Delum.*

10. Λιβανωτοῦ χίλια τάλαντα] *Vallae* grandis dica inpingitur ob *centum millia talentorum*, quae olim in Latinis: verum eius causa melior est. Codex, quem secutus est, haec omnia, sicuti *Arch. Vind.*, praeteriit. Absunt etiam a *P. Phoenice*, hiatus alioqui versionis Laurentianae farciente. Debetur peccatum *Heresbachio*. Atque hoc visum fuit verbo monere, ut criminatio cesset. Supra καὶ τὸ βάθρον rectissime *Gronovius* vertit *gradum* exemplo *Curtii*, qui *Diodori* XVII, 66. τὸ κατὰ τὸν θρόνον ὑπόβαθρον *imum gradum* suo sermone expressit. Vide *B. Brissonium* R. Pers. 1, 76. p. 104.

17. Ξέρξης δὲ ὁ Δαρείου] Redux ex infelice in Graecos expeditione, auctore *Arriano* Exp. Alex. VII, 17. Iunge *Diodorum* II, 9.

24. Τῆς ὕστερον γενεῇσι πέντε πρότερον &c.] *Quinque* hae *generationes* annorum circiter CLX. in varias angustias doctissimos coëgerunt viros. Ill. *Scaliger*, ut aliquis Cteſiam inter & Herodotum consensus esset, nec *Semiramidis* aetas tam sera haberetur, πέντε in πεντήκοντα mutavit in *Notis* ad *Fragmenta Vet.* p. 42. *Camp.* vero *Vitringa*, magnus et eruditus Theologus, alia ex causa γενεῇσι ιέ sive δεκαπέντε *Comment.* in Iesaiam C. XIII. p. 484., quae quoque coniectura *Galei* Herodoto adscripta cernitur. Neutra opus est. Non agitur de Semiramide, Nini coniuge: Ninum certe *Herodotus* in Musis uxoremque eius nusquam deposuit. Describitur regina Babylonis Semiramis, quae aggeribus obiectis restagnans flumen coërcuerit. Assyriam fuisse non meminit, nedum Babylonem condidisse. Errat enim *Stephan. Byzant.* in Βαβυλών, *Nostro* errorem exprobrans de Semiramide, quam struxisse illam urbem perhibuerit. Fuerunt, uti significavit, Babyloniorum reges plures: testatur eorumdem memoriam & nomina *Canon* Astronomicus sive *Ptolemaei:* sunt quoque in sacris nostris tabulis: horum uni centum & sexaginta annis ante Nitocrim Semiramis haec enupsit, operaque absolvit, de quibus heic loci. Plures autem reginas in Asia olim fuisse, quibus *Semiramidis* fuerit titulus, aliunde constat. Vide *Scaligerum* ad Chron. *Eusebii* A. DLXXXIII. et *Bouberii* Dissert. Herodot. C. 2.

28. Τῇ οὔνομα ἦν Νίτωκρις] Vide II, 100. Quaeritur cui regum Babyloniorum, quos cognitos aliunde habemus, Nitocris uxor fuerit. Viri multo eruditissimi *Scaliger*, *N. Abramus*, *Vitringa*, *Bouberius* atque alii eam Nabuchodonosoro sive Nebucadnezari, elocarunt, fuisseque adeo aviam ultimi Babyloniorum regis Labyneti sive Nabonedi, h. e. *Beltzasaris* apud *Danielem*. Mihi, omnia perpendenti, uxor fuisse Evilmerodachi, Nebucadnezaris F., videtur, habeoque eius sententiae ex aliqua parte adstipulatorem V. Cl. *H. Venemam*, longo mihi amicitiae usu iunctissimum, in *Disser.* ad *Vaticinia Danielis* p. 119. Atque hoc belle, si *Beltzasar* regum fuerit Babyloniorum postremus nec diversus a *Nabonedo*, uti equidem opinor, dicto *Ieremiae* C. XXVII, 7., *Nebucadnezari*, *filio*, et *nepoti* dicto audientes, neque ultra, subactas gentes fore, conveniet: concordabit praeterea C. 188., quod Nitocrim Labyneto, regum Babyloniorum ultimo, matrem, non aviam, quae *N. Abrami* & *Vitringae* sententia, contribuit. Neque obficit quidquam mentio Nini a Medis occupatae; quippe revera a Medorum rege Cyaxare superioribus annis domitae ac pessumdatae, uti narratum C. 106. Necesse enim non est, nec exigunt *Nostri* verba, ut Nitocris reginae tempore subiugata urbs censeatur. Corruit proinde *Bouberii* suspicio & coniectura, Ninum bis in Medorum venisse ditionem, & potestatem, primum Cyaxaris auspiciis, deinde Astyagis *Disser. Herodot.* C. 21, 11. p. 240. Ruit etiam elegans Cl. *Pavii* emendatio, ἐν δὲ δὴ καὶ τὴν Ἴνα, qua de urbe C. 179.

39. Ἀρὰ δὲ

numenta extiterunt, quæ ego memorabo, tum vero hoc; quod animadvertens imperium Medorum ingens ac non quiescens, subactaque ab his alia oppida, et inter hæc Ninum, præmunivit se omnibus quam potuit maxime. Ante omnia fluvium Euphratem, qui antea fluebat rectus, mediam ipsorum urbem interfluens, tortuosum reddidit, fossis superius depressis, adeo ut quendam Asyriæ pagum, nomine Ardericca, ter influat, et qui nunc e mari hoc per Euphratem Babylonem versus subvehuntur, ter ad hunc eundem pagum applicent, idque triduo. Et hoc quidem tale reddidit. Aggerem vero in utroque fluminis labro aggeravit visu mirandum: tantæ est et magnitudinis et sublimitatis. Multo supra Babylonem, exiguum quid deflectens a flumine, fodit paludi eluviem, profunditate quidem ad aquam usque semper effodiens, latitudine vero eius ad circuitum sumpta quadringentorum viginti stadiorum. Huius cavernæ fossitia humus per fluminis labra aggerendo impensa est. Quem locum ubi depressit, crepidinem ambitus eius lapidibus advectis duxit. Hæc duo, ut flumen flexuosum et tota fossa esset lacuna, ideo fecit ut fluvius per multas flexuras fractus, tardior mearet, et navigationes Babylonem versus essent tortuosæ, et ex ipsis navigationibus longus ambitus lacunæ exciperet. In ea vero parte regionis fecit hæc opera, ubi erant introitus in eam, et compendia ex Medis viæ, ne Medi commercio negotia sua cognoscerent. Et hæc quidem ex profundo circumiecit. Ceterum ex eis tale fecit additamentum. Quum sit urbs in duas dirempta regiones, fluvio medium tenente, quoties aliquis ex altera in alteram regionem transire volebat sub regibus superioribus, is necesse habebat navigio transire: quod erat, ut reor, molestum. Huic autem etiam rei ista prospexit; siquidem ubi effodit effluvium paludi, aliud istud ex opere eodem monumentum reliquit. Lapides prælongos excidit; qui ubi parati fuerunt, et locus effossus, in locum ipsum quem effoderat, omnem fluminis cursum avertit. Qui locus effossus dum impleretur, interea pristino alveo arefacto, partim labia fluminis intra urbem, ac descensus, qui ex portulis ad flumen ferunt, eduxit coctis lateribus, ea-

ἀρξάσης) τοῦτο μὲν, μνημόσυνα ἐλίπετο τὰ ἐγὼ ἀπηγήσομαι· τοῦτο δὲ, τὴν Μήδων ὁρῶσα ἀρχὴν μεγάλην τε καὶ οὐκ ἀτρεμίζουσαν, ἄλλα τε [a] ἀραιρημένα ἄστεα αὐτοῖσι, ἐν δὲ δὴ καὶ τὴν Νῖνον, προεφυλάξατο ὅσα ἐδύνατο μάλιστα· πρῶτα μὲν τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν, [b] ῥέοντα πρότερον ἰθὺν, ὃς σφι διὰ τῆς πόλιος μέσης ῥέει, τοῦτον, ἀνωθεν διώρυχας ὀρύξασα, οὕτω δή τι ἐποίησε σκολιὸν, ὥστε δὴ τρὶς ἐς τωὐτὸ κωμέων τὴν ἐν τῇ Ἀσσυρίῃ ἀπικνέεται ῥέων. τῇ δὲ κώμῃ οὔνομά ἐστι, ἐς τὴν ἀπικνέεσθαι ὁ Εὐφρήτης, [c] Ἀρδέρικκα. καὶ νῦν οἱ ἂν κομίζωνται [d] ἀπὸ τῆσδε τὴν θαλάσσης ἐς Βαβυλῶνα, καταπλέοντες ἐς τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν, τρὶς τε ἐς τὴν αὐτὴν ταύτην κώμην παραγίνονται, καὶ ἐν τρισὶ ἡμέρῃσι. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτό ἐποίησε. χῶμα δὲ παρέχωσε παρ' ἑκάτερον τὸν ποταμὸν τὸ χεῖλος, ἄξιον θωυμάσιος, μέγαθος καὶ ὕψος [e] ὅσον τί ἐστι. κατύπερθε δὲ πολλῷ Βαβυλῶνος ὤρυσσε ἕλυτρον [f] λίμνῃ, ὀλίγον τι παραλείψασα ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, βάθος μὲν ἐς τὸ ὕδωρ ἀεὶ ὀρύσσουσα, εὖρος δὲ τὸ περίμετρον αὐτοῦ ποιεῦσα εἴκοσί τε καὶ τετρακοσίων σταδίων· τὸν δὲ ὀρυσσόμενον χοῦν ἐκ τούτου τοῦ ὀρύγματος ἀναισίμου παρὰ τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ παραχέουσα. ἐπεί τε δὲ οἱ ὤρυκτο, λίθους [g] ἀγαγομένη, κρηπῖδα κύκλῳ περὶ αὐτὴν ἤλασε. ἐποίεε δὲ ἀμφότερα ταῦτα, τόν τε ποταμὸν σκολιὸν, καὶ τὸ ὄρυγμα πᾶν, ἕλος, ὡς ὅ, τε ποταμὸς βραδύτερος εἴη, περὶ καμπὰς πολλὰς ἀγνύμενος, καὶ οἱ πλόοι ἔωσι σκολιοὶ ἐς τὴν Βαβυλῶνα· ἕκ τε τῶν πλόων ἐκδέκηται περίοδος τῆς λίμνης [h] μακρή· κατὰ τοῦτο δὲ εἰργάζετο τῆς χώρης τῇ [i] ἄν τε ἐσβολαὶ ἦσαν, καὶ τὰ σύνομα τῆς ἐκ Μήδων ὁδοῦ, ἵνα μὴ ἐπιμισγόμενοι οἱ Μῆδοι ἐκμαθάνοιεν αὐτῆς τὰ πρήγματα. Ταῦτα μὲν δὴ ἐκ βάθεος περιεβάλετο· τοιῇνδε δὲ ἐξ αὐτῶν παρενθήκην ἐποιήσατο. τὴν πόλιος ἐούσης δύο Φαρσέων, τοῦ δὲ ποταμοῦ μέσον ἐχούσης, ἐπὶ τῶν [k] πρότερον βασιλέων ὅκως τις ἐθέλοι ἐκ τοῦ ἑτέρου Φάρσιος ἐς τοὔτερον διαβῆναι, χρὴν πλοίῳ διαβαίνειν. καὶ ἦν, ὡς ἐγὼ δοκέω, ὀχληρὸν τοῦτο· αὕτη [l] δὲ καὶ τοῦτο ἐποιήθη. ἐπεί τε γὰρ ὤρυσσε τὸ ἕλυτρον τῇ λίμνῃ, μνημόσυνα τόδε ἄλλο ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἔργου ἐλίπετο. ἐτάμνετο λίθους περιμήκεας· ὡς δέ οἱ ἦσαν οἱ λίθοι ἕτοιμοι, καὶ τὸ χωρίον [m] ὠρώρυκτο, ἐκτρέψασα τοῦ ποταμοῦ τὸ ῥέεθρον πᾶν ἐς τὸ ὤρυσσε χωρίον· ἐν τῷ ἐπιμωλατο τοῦτο, οἷ τούτῳ [n] ἀπεξηρασμένῳ τοῦ ἀρχαίου ῥεέθρου, τοῦτο μὲν τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ κατὰ τὴν πόλιν [o] καὶ τὰς καταβάσιας τὰς ἐκ τῶν πυλίδων ἐς τὸν ποταμὸν φερούσας ἀνοικοδόμησε πλίνθοισι ὀπτῇσι καὶ τὸν αὐτὸν λόγον τῷ τεί-

a Ἀναιρημένα *Arch.* *b* *M. Ask. Rem.* ora *Steph.*, in aliis ἐόντα. Statim μέσα ῥέει *Arch.* *c* *M. Ask. Arch.*, vulgo Ἀρδερικά. Mox ἀγκομίζονται in *Arch.* *d* *M. Ask. Rem.*, ἀπὸ τῆς Edd. *e* Ὅσον abest *Arch.* *f* *Med. Ask.*, ceteri λίμνης. Tum παρακλίνασα ἀπὸ τοῦ *Arch. Vind.* *g* *Rem. M. Ask.*, in aliis ἀγομένη. *h* Μακρὸς *Rem. M. Ask.* *i* Ἄν τε *Arch.*, et mox ἐκ Μήδου. Praeterea ἐπισμυγόμενοι *Ask.* *k* *M. Ask.*, *Aldus* cum *Arch.*, *Paris. B.* πρωτέρων. Paullo ante *Reisk.* τῆς Π. ἐόντων δύο. *l* Restitui καὶ, quod ex *Gronovii* Edito exulabat. *m* Ὀρώρυκτο *Arch. Ask.*, satis bene, ὠρώρυκτο *Med.* & alii. *n* Ἀποξηρασμένου *Paris.* unus, vulgo omnes ἀποξηραμένου. Paullo ante *Ald.* & *Edd.* ἐν τῷ, *Med. Ask. Arch.* ἐν ᾧ. *o* *M. Ask.*, vulgo καὶ κατά. In *Arch.* καταβάσεις.

39. Ἀρδέρικκα] Simili titulo urbs est VI, 119., verum alio situ. Scio *S. Bochart* aliter visum esse, & miror: haec ad Euphratem habuit sedem, illa in regione Cisia uls amnem Tigrim. De vocabuli origine quae disputantur *Phaleg.* IV, 16., erudita sunt, sed controversiis obnoxia.

45. Ὦρυσσε ἕλυτρον λίμνῃ] Si λίμνης malis, ipse IV, 173. dabit ἕλυτρα τῶν ὑδάτων, et *Pausanias* ἕλυτρον κρήνης VII, 27. et II, 27. ex iusta *Sylburgii* correctione. Vide vero mihi *Suidam.* Scholiastes ad hunc locum, Ἕλυτρον, σκέπη, δέρμα, & bene, etsi parum ad rem. Ille posthabita voce, quae explananda fuerat, Σκέπη· παρὰ Ἡσιόδῳ, θήκη, δέρμα. Non vidi magis.

55. Ἔκ τε τῶν πλόων ἐκδέκηται &c.] Haec innuere videntur, absoluta flexuosa per varios fluvii anfractus navigatione, ventum tamdem fuisse in amplissimum lacum, et, eo circumnavigato, Babylonem. Quod & praecedentia, & C. 186. falsi arguunt. Prudens regina duo meditata est & peregit, tum ut fluvius esset σκολιὸς, tum ut τὸ ὄρυγμα πᾶν foret ἕλος. Prius, ut inpetus fluvii variis flexuris frangeretur, et navigantes tardius procederent: hoc, ut lacuna obiiceretur Medis amplissima & ad amnis aquas recipiendas capacissima. Quae si vera sunt, uti mihi videntur, quid illud ἔκ τε τῶν πλόων; *Corn. de Pauw*, cuius animum eaedem difficultates agitarunt, in correctione remedium invenit, & quidem ἔκ τε τῶν πλεόνων sive πλεύνων *ex pluribus*, ex nimietate fluvii, *ut aquas lacus exciperet ingens.* Quo, qui volet, utatur: mihi non bene sapit. Quid si ἔκ τε τῶν πλόων tantumdem valeat ac ἔξω τε τῶν — *& praeter navigationes istas &c.?* Ita reginae consilio scriptoris oratio congruet. Sed viderint doctiores.

69. Ἐν τῷ ἐπίμπλατο] Non audio Codd. dialecti morem spernentes: pravum quoque, quod & *Kusterus* in *Clerici* Bibl. Vet. & Recent. commonefecit ἀπεξηραμένου. *Noster* ex *Med. Vind. Arch.* VII, 109. διαβὰς — τὸ ῥέεθρον ἀποξηρασμένον verum ostendit.

73. Ἀνοικοδόμησε πλίνθοισι ὀπτῇσι] Simile putares Comici in Pac. v. 99. τοὺς κοπρῶνας καὶ τὰς λαύρας καινοῖς πλίνθοις ἀνοικοδομεῖν i. e. ut Scholiastes explicat, ἀποφράσ-

et pons factus, cum sepulcro eius, et ludibrio in Darium. Huius reginæ filium invadit Cyrus. Cibus Persicus regi in expeditionem profecto, et aqua Choaspis.

τείχεϊ· τοῦτο δὲ, κατὰ μέσην κῶ μάλιστα τὴν πόλιν, τοῖσι λίθοισι τοὺς ὀρύξαλο, οἰκοδόμεε γέφυραν, δήσας τοὺς λίθους σιδήρῳ τε καὶ [a] μολίβδῳ. ἐπιτείνεσκε δὲ ἐπ' αὐτὴν, ὅκως μὲν ἡμέρη [b] γένοιτο, ξύλα τετράγωνα, ἐπ' ὧν τὴν διάβασιν ἐποιεῦντο τοὶ Βαβυλώνιοι· τὰς δὲ νύκτας τὰ ξύλα ταῦτα [c] ἀπαιρέεσκον, τοῦδε εἵνεκα, ἵνα μὴ [d] διαφοιτέοντες τὰς νύκτας κλέπτοιεν παρ' ἀλλήλων. ὡς δὲ τό, τε ὀρυχθὲν λίμνη πλήρης ἐγεγόνεε ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ, καὶ τὰ περὶ τὴν γέφυραν ἐκεκόσμητο, τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν ἐς τὰ ἀρχαῖα ῥέεθρα ἐκ τῆς λίμνης [e] ἐξάγαγε· καὶ ὕτω τὸ ὀρυχθὲν ἕλος γενόμενον, ἐς δέον ἐδόκεε γεγονέναι, καὶ τοῖσι πολίτῃσι γέφυρα ἦν κατεσκευασμένη. Ἡ δ' αὐτὴ [f] αὕτη βασίλεια καὶ ἀπάτην τοιήνδε τινα ἐμηχανήσατο· ὑπὲρ τῶν μάλιστα [g] λεωφόρων πυλέων τοῦ ἄστεος, τάφον ἑωυτῇ κατεσκευάσατο μετέωρον ἐπισωλῆς αὐτέων τῶν πυλέων. ἐνεκόλαψε δὲ ἐς τὸν τάφον γράμματα λέγοντα τάδε, ΤΩΝ ΤΙΣ ΕΜΕΥ ΥΣΤΕΡΟΝ ΓΙΝΟΜΕΝΩΝ ΒΑΒΥΛΩΝΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΗΝ ΣΠΑΝΙΣΗ [h] ΧΡΗΜΑΤΩΝ, ΑΝΟΙΞΑΣ ΤΟΝ ΤΑΦΟΝ, ΛΑΒΕΤΩ ΟΚΟΣΑ ΒΟΥΛΕΤΑΙ ΧΡΗΜΑΤΑ. ΜΗ ΜΕΝΤΟΙ ΓΕ ΜΗ ΣΠΑΝΙΣΑΣ ΓΕ, ΑΛΛΩΣ ΑΝΟΙΞΗΙ. ΟΥ ΓΑΡ ΑΜΕΙΝΟΝ. οὗτος ὁ τάφος ἦν ἀκίνητος, μέχρι οὗ ἐς Δαρεῖον περιῆλθε ἡ βασιληΐη. [i] Δαρείῳ δὲ καὶ δεινὸν ἐδόκεε εἶναι τῆσι πύλῃσι ταύτῃσι μηδένα [k] χρέεσθαι, καὶ χρημάτων κειμένων, καὶ αὐτῶν τῶν χρημάτων ἐπικαλεομένων, μὴ οὐ λαβεῖν αὐτά. τῆσι δὲ πύλῃσι ταύτῃσι οὐδεὶς ἐχρᾶτο τοῦδε εἵνεκα, ὅτι ὑπὲρ κεφαλῆς οἱ ἐγένετο ὁ νεκρὸς διεξελαύνοντι. ἀνοίξας δὲ τὸν τάφον, εὗρε χρήματα μὲν οὐ, [l] τὸν νεκρὸν δὲ, καὶ γράμματα λέγοντα τάδε, ΕΙ ΜΗ ΑΠΛΗΣΤΟΣ ΤΕ [m] ΕΑΣ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΑΙΣΧΡΟΚΕΡΔΗΣ, ΟΥΚ ΑΝ ΝΕΚΡΩΝ ΘΗΚΑΣ ΑΝΕΩΓΕΣ. αὕτη μέν νυν ἡ [n] βασίλεια, τοιαύτη τις λέγεται γενέσθαι. Ὁ δὲ δὴ Κῦρος ἐπὶ ταύτης τῆς γυναικὸς τὸν παῖδα ἐστρατεύετο, ἔχοντά τε τοῦ πατρὸς τοῦ ἑωυτοῦ οὔνομα [o] Λαβυνίτου καὶ τὴν Ἀσσυρίων ἀρχήν. στρατεύεται δὲ [p] δὴ βασιλεὺς ὁ μέγας καὶ σιτίοισι εὖ ἐσκευασμένοισι ἐξ οἴκου, καὶ προβάτοισι· καὶ δὴ καὶ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Χοάσπεω ποταμοῦ ἅμα ἄγεται τοῦ παρὰ Σοῦσα ῥέοντος, τοῦ [q] μοῦνα πίνει βασιλεὺς, καὶ ἄλλου οὐδενὸς ποταμοῦ. τούτου δὲ τοῦ Χοάσπεω τοῦ ὕδατος ἀπε-

eadem qua murum ratione; partim extruxit, circa mediam ferme urbem, pontem iis quos foderat lapidibus, ferro eos ac plumbo devinciens. Per hunc pontem sublices quadratas, per quas Babylonii transirent, interdiu extendebat, easdem noctu tollebant; hac videlicet causa, ne per noctem transeuntes mutua furta exercerent. Ubi porro id quod effossum erat, facta fuit palus repleta ex flumine, et opus pontis exornatum, tunc fluvium Euphratem ex palude in pristinum alveum revocavit: atque ita palus quam effoderat, visa est decenter et utiliter facta, et pons in usum civium extructus. Hæc 187
eadem ipsa regina hunc etiam machinata est dolum: supra porta urbis celeberrima, loco edito atque in superficie istius portae, sepulcrum sibi extruxit, atque literas hæc significantes insculpsit: SI CVI REGVM BABYLONIS POST ME FVTVRORVM FVERIT PECVNIAE PENVRIA, APERTO SEPVLCRO SVMITO QVANTVMCVNQVE LIBVERIT PECVNIAE. NE TAMEN NON INDIGENS TEMERE APERITO. NON ENIM ID MELIVS. Hoc sepulcrum tamdiu fuit immotum, dum regnum pervenit ad Darium. Is indignum etiam esse ratus neque uti quippiam hac porta, neque sumere pecunias ibi positas, et eas quidem ipsas invocantes. Ideo autem non utebatur porta illa, quod supra caput ipsi transeunti mortuus esset. Hinc referavit monumentum; in quo non quidem pecunias invenit, sed cadaver et literas hæc dicentes: NISI PECVNIAE ESSES INEXPLEBILIS ET TVRPIS LVCRI CVPIDVS, DEFVNCTORVM LOCVLOS NON APERVISSES. Talis extitisse hæc regina memoratur. Adversus cuius filium La- 188
bynitum, patris nomen et Asyriæ imperium habentem, Cyrus exercitum duxit. Ducit autem rex magnus exercitum probe domi comparata re cibaria atque pecuaria. Portatur etiam aqua ex flumine Choaspe, Susa præterfluente, ex quo uno rex potat et non ex alio flumine. Cuius Choaspis aquam decoctam,

a Μολύκδῳ *Arcb.*, tum *Ald.* & plures ἐπετείνεσκε· melius *M. Ask.* *b* Γένηται *Steph.* margo. Mox οἱ Βαβυλ. *Paris. B. Arcb. Vind.* *c* Ἀπαίρεσκον *M.* ora *Steph Ask.*, ἀπαιρέεσκον ceteri. *d M. Ask. Arcb.* margo *Steph.*, vulgo φοιτέοντες. *e Arcb. M. Ask.*, alii cum *Ald.* ἐξάγαγε. *f M. Ask.*, in aliis αὕτη defit. *g* Λεωφόρων *Ald. Arcb. Vind.*, λαοφόρων *M. Ask.* *b* Χρήματα *Vind. Arcb.* Vid. *Spanhem.* ad *Comici* Nub. v. 1288. *i* Τῷ δὲ Δαρ. *Arcb.* *k* Χρῆσθαι *M. Ask. Arcb.*; *Ald.* & ceteri χρέεσθαι. *l* Τὸν δὲ *Ask. Arcb.* *m Med. Ask.*, in *Arcb.* ἔεις, vulgo ἔης. Spectavit hoc vetus scriptor in *Stob. Serm.* x, p. 131. *Max. Tyrius* Diss. xxvi, p. 319., *Plut.* t. ii, p. 173. B. et *Apostolius* Prov. xii, 90. *n* Βασιλήϊα *Arcb.* *o* Λαβυρίτου *Arcb.* *p M. Ask.*, δὴ ab aliis exulat. *q* Μοῦνος *Arcb. Vind.* sine causa. Signavit haec *Athen.* ii. p. 45. B., *Eustath.* in Odyss. p. 1499. f. & ad *Dionysii* Perieg. v. 1073.

φράξαι, *obstruere*. Iverunt in eam quoque sententiam docti viri *Reiskius* et *Abresch*. Non nego, quod olim ad *Diodorum Siculum* infitiabar, ἀνοικοδομεῖν idem aliquando esse atque ἀποικοδομεῖν sive *aedificando obstruere*. Conlecta ab illo loca ad hanc verbi notionem sunt in *Comment. ad Constantin. de Caerimon.* p. 252., & ab hoc *Diluc. Thucyd.* p. 356., & possunt adcessione augeri. Verum hunc *Herodoti* sermonem idem requirere, non arbitror. Regina siccato fluvii alveo, labra sive margines eiusdem lateritio opere muniit, tum quoque gradus, quibus in flumen ex vicis descensus erat per portulas, de quibus C. 180, simili lapidum genere eduxit. De obstructione aut marginum aut descensus nihil hic, neque potuit referri, nisi absurde & contra matronae consilium. Adde C. 191. & fatebere τὰς πυλίδας non opere caementitio fuisse obstructas, sed arbitrio & commodo civium patere & claudi solitas.

79. Ταῦτα ἀπαιρέεσκον] Inprudenter littera verbo detracta est, uti & vii, 5. ποιέσκετο, quod vii, 119. scribitur rectius. Ποιέεσκε, φοβέεσκε & hoc de genere plura in usu sunt.

81. Ὡς δὲ τό, τε ὀρυχθὲν λίμνη &c.] Elegans est Cl. *de Pauw* correctio τό, τε ὀρυχθὲν λίμνη πλῆρες ἐγεγόνεε —— *ubi illud, quod effossum lacui erat, repletum ex flumine fuit.* Geminum ἕλυτρον λίμνη, superius bis usurpatum. Ἐξάγαγε ob speciem Ionicam praetuli.

95. Οὐ γὰρ ἄμεινον] Vetus formula, qua potissimum utebantur, si quid noxium atque inutile fore, testarentur. *Hesiodus* Oper. v. 748.

Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν, οὐ γὰρ ἄμεινον,
Παῖδα δυωδεκαταῖον' ——

ubi vide *D. Heinsium*, et *Iac. Perizon.* ad *Aeliani* Var. xiii, 3., *Nostrum* praeterea iii, 71. & 82.

4. Ἀπλησός τε ἔας] Retineri potuerat ἔης, ut iii, 143. iv, 151. &c. Sed placet *Med. Noster* ii, 19. πρόθυμος δὲ ΕΑ τάδε — πυθέσθαι· *Reiskius* superius corrigit καὶ αὐτῶν τὸν χρῃζοντα ἐπικαλεομένων, medicina arbitraria et superflua.

9. Λαβυνήτου] Scripsit Λαβυνήτου, uti C. 74. & 77. Nomen sola pronuntiandi mutatione discrepat a titulo *Nabonedi*, ultimi regis Babyloniorum, ut eruditi viri *Vitringa*, *Venema* atque alii ostenderunt. Opinor autem & patri, qui aliis Evilmerodachus, & avo Nebucadnezari honorarium hunc fuisse titulum, quales in Medorum, Persarum, Babyloniorum & Aegypti regibus varii.

15. Ἀμε-

coctam, et in argentea vasa diffusam, ferentia permulta plaustra quatuor rotarum, mulis trahentibus, assidue comitantur, quocunque ille proficiscitur. Cyrus igitur Babylonem tendens, ubi venit ad Gynden amnem (qui in Matienis ortus montibus, per Dardaneos fluens in Tigrim alterum amnem exit, qui Opin urbem præterlabens, Rubro infunditur mari) conabatur hunc traiicere, quum non posset nisi navibus traiici. Interim ei quidam e sacris equis candidis lascive ingressus fluvium transire conabatur. Hunc fluvius contorquens, submersum abripuit. Cyrus autem perquam ægre ferens hanc fluminis contumeliam, illi comminatus est, se sic redditurum eum tenuem, ut in posterum facile vel a mulieribus transiri posset, ne genua quidem tingentibus. Hæc minatus, expeditione in Babylonem intermissa, copias suas bifariam divisit. Dehinc alveos ad funem designavit centenos et octogenos, utrinque ad Gyndis labra omnimodo conversos; quos distributis copiis effodi iussit. Et opus quidem, ut quod a tanta multitudine fieret, perficiebatur; tamen istic in eo faciendo illam æstatem universam triverunt. Cyrus ergo quum Gynden mulctasset in trecentas et sexaginta fossas diductum, et alterum ver illuxisset, ita porro ire Babylonem pergit, Babyloniis eum educto exercitu præstolantibus. Qui, ubi propius urbem ille promovit, cum eo conflixerunt, prœlioque fugati, in oppidum compulsi fuerunt. Ii tamen, quia Cyrum iampridem animadverterant inquietum esse, viderantque omnes pariter gentes aggredientem, comportaverant permultorum annorum commeatus: ideoque tunc obsidionem

189

190

ἀπεψημένῳ πολλαὶ χάρτα ἅμαξαι τετράκυκλοι [a] ἡμιόνειαι κομίζουσαι ἐν ἀγγυρέοισι ἀγγείοισι ἕπονται οἱ, ὅποι ἂν [b] ἐλαύνῃ ἑκάστοτε. Ἐπεί τε δὲ ὁ Κῦρος πορευόμενος ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα ἐγίνετο ἐπὶ Γύνδῃ ποτ' ἀμῷ, τῦ αἱ μὲν πηγαὶ ἐν [c] Ματιηνοῖσι οὔρεσι, ῥέει δὲ [d] διὰ Δαρδανέων, ἐκδίδοῖ δὲ ἐς ἕτερον ποταμὸν Τίγριν, ὁ δὲ παρὰ Ὦπιν πόλιν ῥέων ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν ἐκδίδοῖ· τῦτον δὴ τὸν Γύνδην ποταμὸν ὡς διαβαίνειν ἐπειρᾶτο ὁ Κῦρος, ἐόντα νηυσὶ περητὸν, ἐνθαῦτά οἱ τῶν τις ἱρῶν ἵππων τῶν λευκῶν ὑπὸ ὕβριος ἐσβὰς ἐς τὸν ποταμὸν, διαβαίνειν ἐπειρᾶτο. ὁ δέ μιν [e] συμψήσας, ὑποβρύχιον οἰχώκεε Φέρων· [f] χάρτα τε δὴ ἐχαλέπαινε τῷ ποταμῷ ὁ Κῦρος τούτῳ ὑβρίσαντι· καί οἱ ἐπηπείλησε, οὕτω δή μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε τῦ λοιπῦ καὶ γυναῖκάς μιν εὐπετέως, τὸ γόνυ [g] οὐ βρεχύσας διαβήσεσθαι. μετὰ δὲ τὴν ἀπειλὴν, μετεὶς τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα στράτευσιν, διαίρεε τὴν στρατιὴν δίχα. διελὼν δὲ, κατέτεινε σχοινοτενέας ὑποδέξας διώρυχας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν, παρ' ἑκάτερον τὸ χεῖλος τοῦ Γύνδεω τετραμμένας πάντα τρόπον. διατάξας δὲ τὸν στρατὸν, ὀρύσσειν ἐκέλευε. οἷα δὲ ὁμίλῳ πολλῷ ἐργαζομένῳ, [h] ἤνεικε μὲν τὸ ἔργον, ὅμως μέντοι τὴν θερείην πᾶσαν αὐτοῦ ταύτῃ διέτριψαν ἐργαζόμενοι. Ὡς δὲ τὸν Γύνδην πόλαμὸν ἐτίσατο Κῦρος, ἐς τριηκοσίας καὶ ἑξήκοντά [i] μιν διώρυχας διαλαβών, καὶ τὸ δεύτερον ἦρ [k] ὑπέλαμπε, οὕτω δὴ ἤλαυνε ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα. οἱ δὲ Βαβυλώνιοι ἐκστρατευσάμενοι, ἔμενον αὐτόν. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο ἐλαύνων ἀγχῦ τῆς πόλιος, συνέβαλόν τε οἱ Βαβυλώνιοι, καὶ ἐσσωθέντες τῇ μάχῃ, [l] κατειλήθησαν ἐς τὸ ἄστυ. οἷα δὲ ἐξεπιστάμενοι ἔτι πρότερον τὸν Κῦρον ἐκ ἀτρεμίζοντα, ἀλλ' ὀρέοντες αὐτὸν παντὶ ἔθνεϊ ὁμοίως ἐπιχειρέοντα, [m] προεσάξαντο σιτία ἐτέων κάρτα πολλῶν. ἐνθαῦτα οὗτοι

[a] Ἡμιόνεχι *Vind. Arch.* Tum κομίζουσι *Rem.* [b] Ἐλαύνῃ *Arch. Vind.* et ὅπῃ ἄν Edd. ἐλαύνοι ex *Med. Ask.* ἐλαύνῃσι· Ἕπονται οἱ, ὅποι, *Athen.* et *Eustath.*, bene. [c] *M. Ask.*, Μαντίσισι *V. Arch.*, vulgo Μαντιηνοῖσι. [d] Διαρδανέων *Ask.* Mox Τίγρην *Arch.* [e] *Suidas* in v. [f] *Med. Ask.*, alii cum *Ald.* κάρτα δέ. [g] *Med. Ask.*, vulgo μή. [h] *Steph.* ora *Ask. Med.*, ceteri ἠνύετο. [i] Διώρυχάς μιν *Arch. Ask.* [k] Ὑπερέλαμπε male *Arch.* [l] Κατειλήφθησαν *Iungerm.* & *Galeus*, perperam. [m] *Med. Ask.*, in aliis προσάξαντο.

15. Ἅμαξαι — ἡμιόνειαι] Constans haec Codd. scriptura, si levem discrepantiam *Vind.* & *Arch.* praetervideas. *Athenaei* & *Eustathii* consensu magis roboratur. Cl. tamen *Reiskius* ἡμιονίαι reformat, qui *currus* fuerint *sescupli*, sive dimidio tanto maiores ordinariis plaustris: mulos enim esse tarda animalia, neque plaustris apta. Oblitus est *Homeri* Il. Ω, 266.

Ἐκ μὲν ἄμαξαν ἄειραν ἐΰτροχον, ἩΜΙΟΝΕΙΗΝ, Καλὴν, ——

tum τὰ ἑρικὰ sive ὀρεικὰ ζεύγη, quorum in *Platone*, *Isaeo*, *Demosthene*, *Aeschine* non infrequens memoria; ne quid addam ex rebus nostrae aetatis Hispanicis & Lusitanicis. De Choaspe & eius aqua *B. Brissonius* R. Pers. I, 82. p. 122. copiose.

17. Ὅποι ἂν ἐλαύνῃσι] Scribi poterit ἕπονταί οἱ, ὅποι ἀ. ἐ. ex *Athen.* II. p. 45. B. atque ita legit *Eustath.* ad Od. Δ, p. 173, 23. *Ctesias* apud *Athen.* ἱστορεῖ, ὅπως ἕψεται τὸ βασιλικὸν τοῦτο ὕδωρ, καὶ ὅπως, ἐναποτιθέμενον τοῖς ἀγγείοις, συμφέρεται τῷ βασιλεῖ. sic corrigendum puto vulgatum φέρεται· firmant emendationem *Brissonio* notata de R. P. p. 80. *aqua vasis recondita deportari solet quocumque se Rex moverit.* Scripserat, opinor, *Alex. Clemens*, omissis, quae feruntur intermedia, Paedag. II, p. 185, 10. ὡς οἱ βασιλεῖς οἱ ἀνόητοι, καθάπερ καὶ τοὺς φίλους, οὕτω καὶ τὸ ὕδωρ ἐπαγόμενοι· *ut amicos sic et aquam secum ducentes.* — Ceterum ad ἐλαύνῃσι mira scribit *Gronovius*: flexus est Ionicus pro ἐλαύνῃ· quem ab *Ibyci* sive Rheginorum norma scribendi distinguit *Heraclides Eustathii* ad Od. H, p. 281, 22. λάβῃσι, λάχῃσι — καὶ ὅσα τοιαῦτα οὐ Ῥηγίνων εἰσὶν, ἀλλὰ Ἰώνων· modum indicativum ita scriptisse perhibetur *Ibycus*: hinc Ἰβύκειον σχῆμα *Lesbonacti* p. 179. *Etymologo* p. 650, 11. — Sed quia, quantum memini, nuspiam alibi verbum sic scriptum legitur apud *Herod.* ego quidem vulgatum ἐλαύνοι non sollicitassem, nisi plures alterum Codices adfirmarent. VALKEN.

19. Διὰ Δαρδανέων] Δαρνέων *Chytraeus*, *H. Stephanus*, *Cellarius* probabiliter emendant, et favet aliquantisper *Cod. Ask.*; *Reiskius* Δαραίων maluit. Quorum hi ex oppido *Daras*, illi ex *Darna*, quae in *Ptolemaei* Geogr. VI, 1. hoc locorum tractu, nomen habent. Dardani sive Dardanes in Mediae et Mesopotamiae oris ignorantur. Ἐν Ματιηνοῖσι uti in *Ask.*, & saepe alias hoc tono, iustum esse ex V, 52. et mox huius libri C. 202., adparebit. Non nescio *Strabonem* XI. p. 803. C. posteriore loco ἐκ Μαντιηνῶν legisse videri, cuius tamen libri in vocabuli scriptura sibi non constant, uti *Casaubonus* ad p. 796. admonuit. Quid dicemus de *Arch.* Τίγρην; solet hic amnis Τίγρης in Musis scribi V, 52. VI, 20., sed patrio casu Τίγρητος, *Eustathio* ad Dionys. v. 976. teste. De urbe Opi quaeremus L. VI, 20. Vide interea *Strabon.*

23. Τῶν τις ἱρῶν ἵππων τῶν λευκῶν] Confer VII, 55. Vertit haec de Gynde & hausto eius fluctibus equo *Seneca* de Ira III, 21. et *Orosius* II, 6., cuius haec adscribere libet: *Nam cum unum regiorum equitum, candore formaque excellentem, transmeandi fiducia persuasum — abreptum praecipitatumque merserat.* Sic, *Fabricio* indice, plures MSS., in aliis *regiorum equorum*, quo modo ex coniectura *I. Broukbusius* ad *Tibulli* IV, 1, 141., et sua in editione *Havercampus*. Pati id possum; sed causae, quibus impelluntur viri doctissimi, nihil admodum urgent. *Equitem* de equo *Virgilium*, *A. Gellium*, *Minutium Felic.*, *Maerobium* & Ecclesiasticorum scriptorum plures usurpasse, quis ignorat? Mox *Sylburgius* ad *Brisson.* Reg. P. III, 98. legit τοῦτο ὑβρίσαντι, *qui istam ei fecerat iniuriam.*

35. Ἤνετο μὲν τὸ ἔργον] Optime *Med.* & *Gronov.* Idem dabunt schedae VIII, 71. Verbi usus olim tritissimus. Lege, si lubet, *Aeschyli* Choëphor. v. 797. *Apollon. Rh.* II, 496. III, 1339. & Poëtam Il. K, 251. quaeque ibi *Eustathius*.

46. Προεσάξαντο σιτία ἐτέων &c.] Vide *Gronovium*. Consentit *Xenophon*, ἔχοντες τὰ ἐπιτήδεια πλέον ἢ εἴκοσι ἐτῶν de Babyloniis, a Cyro obsessis, Instit. Cyr. VII. p. 190. C.

Astus Cyri ex die festo & fluvio derivato, unde intrat urbem. Præstantia Babylonis & Assyriæ.

οὗτοι μὲν λόγον εἶχον τῆς πολιορκίης οὐδένα. Κῦρος δὲ ἀπορίῃσι ἐνείχετο, ἅτε χρόνου τε [a] ἐγγινομένου συχνοῦ, ἀνωτέρω δὲ οὐδὲν τ πρηγμάτων προκοπτομένων. Εἴτε δὴ ὦν ἄλλος οἱ ἀπορέοντι ὑπεθήκατο, εἴ τε καὶ αὐτὸς ἔμαθε τὸ ποιητέον οἱ ἦν, ἐποίεε δὴ τοιόνδε· τάξας τὴν στρατιὴν ἅπασαν ἐξ ἐμβολῆς τῇ ποταμῷ, τῇ ἐς τὴν πόλιν ἐσβάλλει, καὶ ὄπισθε αὖτις τῆς πόλιος τάξας ἑτέρους, τῇ [b] ἐξίει ἐκ τῆς πόλιος ὁ ποταμός· προεῖπε τῷ στρατῷ, ὅταν διαβατὸν τὸ ῥέεθρον ἴδωνται γενόμενον, ἐσιέναι ταύτῃ ἐς τὴν πόλιν. [c] οὕτω τε δὴ τάξας, καὶ κατὰ ταῦτα παραινέσας, ἀπήλαυνε αὐτὸς σὺν τῷ ἀχρηίῳ τῷ στρατῷ. ἀπικόμενος δὲ ἐπὶ τὴν λίμνην, τάπερ ἡ τ Βαβυλωνίων βασίλεια ἐποίησε καλά τε τὸν ποταμὸν καὶ κατὰ τὴν λίμνην, ἐποίεε καὶ ὁ Κῦρος ἕτερα τοιαῦτα. τὸν γὰρ ποταμὸν διώρυχι εἰσαγαγὼν ἐς τὴν λίμνην ἐοῦσαν ἕλος, τὸ ἀρχαῖον ῥέεθρον διαβατὸν εἶναι ἐποίησε, ὑποκρησάμενος τῇ πόλαμῷ. γενομένῳ δὲ [d] τούτῳ τοιούτῳ, οἱ Πέρσαι οἵ περ ἐτετάχατο ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατὰ τὸ ῥέεθρον τῷ Εὐφρήτεω ποταμῷ, ὑποκατηχότος [e] ἀνδρὶ ὡς ἐς μέσον μηρὸν μάλιστά κη, καλὰ τῇσι τοῦτο ἐσῆκεσαν ἐς τὴν Βαβυλῶνα. εἰ μέν νυν προεπύθοντο [f] ἢ ἔμαθον οἱ Βαβυλώνιοι τὸ ἐκ τῆς Κύρου ποιεύμενον, [g] οὐδ' ἂν περιιδόντες τοὺς Πέρσας ἐσελθεῖν ἐς τὴν πόλιν, διέφθειραν κάκιστα. [h] κατακλήσαντες γὰρ ἂν πάσας τὰς ἐς τὸν ποταμὸν πυλίδας ἐχούσας, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τὰς αἱμασιὰς ἀναβάντες τὰς παρὰ τὰ χείλεα τῇ ποταμῷ ἑλλαμένας, ἕλαβον ἂν σφέας ὡς ἐν [i] κύρτῃ. νῦν δὲ ἐξ ἀπροσδοκήτου σφι παρέστησαν οἱ Πέρσαι. ὑπὸ δὲ μεγάθεος τῆς πόλιος, ὡς λέγεται ὑπὸ τ ταύτῃ οἰκημένων, τῶν περὶ τὰ ἔσχατα τῆς πόλιος ἑαλωκότων, τὸς τὸ μέσον οἰκέοντας τῶν Βαβυλωνίων, ἐὰν μανθάνειν ἑαλωκότας, ἀλλὰ (τυχεῖν γάρ σφι ἑοῦσαν ὀρτὴν) χορεύειν τε τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ ἐν εὐπαθείῃσι εἶναι. ἐς ὃ δὴ καὶ τὸ κάρτα ἐπύθοντο. καὶ Βαβυλὼν μὲν οὕτω [k] τότε πρῶτον ἁραίρητο. Τὴν δὲ δύναμιν τ Βαβυλωνίων πολλοῖσι μὲν καὶ ἄλλοισι δηλώσω ὅση τίς ἐστι, [l] ἐν δὲ δὴ καὶ τῷδε βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ ἐς τροφὴν αὐτοῦ τε καὶ τῆς στρατιῆς διαιρῆσαι, πάρεξ τῇ Φόρου, γῆ πᾶσα ὅσης ἄρχει· δυώδεκα ὧν μηνῶν ἐόντων ἐς τὸν ἐνιαυτὸν, τοὺς [m] τέσσερας μῆνας τρέφει μὲν ἡ Βαβυλωνίη χώρη, τοὺς δὲ ὀκτὼ τῶν μηνῶν ἡ λοιπὴ πᾶσα Ἀσίη. οὕτω [n] τριτημοιρίη χώρη τῇ δυνάμει τῆς ἄλλης Ἀσίης, καὶ ἡ ἀρχὴ

nem nihili faciebant. Et Cyrus, quum, iam longo tempore peracto, nihil admodum res ipsius proficerent, inops consilii erat. Tandem, sive alius ei anxio suggessit, sive ipsi in mentem venit, quid in rem esset, sic statuit faciendum: instructis universis copiis, partim qua fluvius urbem ingreditur, partim a tergo qua egreditur, præcipit, ut, quum cernerent alveum posse transiri, illac urbem invaderent. Ita instructis atque formatis suis, cum inutiliori exercitus parte abiit ad paludem. Eo ubi pervenit, quæ Babyloniorum regina fecerat circa flumen et circa paludem, eadem alia et ipse fecit. Nam fluvio per fossam inducto in paludem, quæ erat stagnum, alveum eius pristinum pervium reddidit subsidente aqua fluvii. Quod quum ita contingeret, Persæ, qui ad hoc ipsum instructi erant, per alveum, unde fluvius Euphrates abscesserat, ita ut vix medium femur transeuntis madefaceret, illac Babylonem introierunt. Quos Babylonii, si factum Cyri aut prius audissent aut sensissent, neque contemnentes Persarum ingressum, pessimo exitio affecissent. Nam obseratis omnibus, quæ ad flumen ferunt, portulis, conscensisque maceriis, quæ erant per labra fluvii ductæ, ipsi illos progressos veluti in nassa excepissent. Nunc ex inopinato eis Persæ astiterunt: et quum capti essent, qui extrema urbis incolebant Babylonii, propter eius tamen magnitudinem non sentiebant (ut fertur ab illis, qui istic habitabant) hi, qui circa medium habitabant, eos captos esse. Sed quod forte dies festus eis esset, exercendis choreis atque oblectationibus operam dabant, donec plane etiam hoc resciverunt. Atque ita primo tunc capta est Babylon. CUIUS civi- 192
tatis quanta sit potentia, cum ex aliis multis declarabo, tum vero ex hoc. Quum regi magno omnis plaga, cui imperat, sit distributa in ipsius atque exercitus eius alimentum, præter tributa, ex duodecim, quibus annus constat mensibus, per quatuor menses regio Babylonica, octo reliquis eum omnis Asia alit. Ita huius regionis potentia tertiam Asiæ alterius partem æquiparat, et eius præfectura, quam Satrapiam Per-

191

77

50 55 60 65 70 75 80 85

[a] Ἐγγινομένου *Arcb.* [b] *Med. Ask.*, ἐξήει *Ald. Paris. A., V. Arcb.*, nec prave. [c] *M. Ask.*, in ora *Stepb.* οὕτω δὲ δή, ab aliis vox media abest. [d] *V. Arcb. M. Ask.*, vulgo τοῦ τοιούτου. [e] *Rem. Ask. M.*, in aliis ἀνδρείως. Vid. *Gronov.* [f] Οἱ Βαβ. ἢ ἔμαθον *Arcb.* [g] Οὐμὰν idem et *Aldus.* [h] Κατακλείσαντες *Arcb.* [i] Sumsit hinc *Pollux* X, 160., Κυρτήῳ *Arcb.* [k] *M. Ask. Steph.* margo, vulgo οὕτω πρ. Tum ἀραίρητο *Paris.* unus. *Med.* & ceteri ἀναίρητο. [l] Ἕν *Arcb.*, sine caussa. [m] Τέσσερας τρέφει μὲν *Arcb. Rem. Ask.*, vulgo μὲν, *M.* τέσσερας μῆνας & *Eustath.* ad *Dionys.* V. 1005. [n] Τριτημορίη *Ask.* Mox ἡ Ἀσσυρίη non est in *Arcb.* nec *Valla*, neque *Aldo* & *Hervag.* Tum Σατραπίην *Arcb.* Vulgo τριτημ. ἡ Ἀσσυρίη χωρ.

61. Εἰσαγαγὼν ἐς τὴν λίμνην, ἐοῦσαν ἕλος] Non multum aliter *Xenophon.* Sunt & in *Ieremiae* oraculis, quae Cyri hoc inventum & institutum manifesto praedixerunt. Vide *H. Grotium* ad eius Vatis C. LI, 32. & *Camp. Vitringam* Obs. Sacr. VI, 5. 298. Nota vero discrimen inter τὴν λίμνην & ἕλος, quorum hoc stagnum, terra undique inclusum, & exitu aquarum carens; λίμνη, in quam aut fluvius incurrit, aut ducta fossa cum eo coniungitur, atque iterum exit. Ita Nitocris τὸ πᾶν ὄρυγμα fecit ἕλος supra C. 185., & λίμνη palus est Maeotis C. 104., tum Ismaris ac Bistonis, quibus fluvii miscentur, VII, 109. Στομαλίμνη, quae ore mare excipit, in *Strabone* cum nota magni viri, L. IV, p. 280. Neque tamen, etsi faveat discrimini *Heliodorus* Aethiop. I. p. 10., certum hoc & constitutum est. Noster ἕλος receptui etiam magnorum fluminum dat I, 202. IV, 53. Iunge *Eustath.* Il. T, 220.

68. Οὐδ' ἂν περιιδόντες] Demiror neglectui traditum fuisse *Aldi* & *Hervagii* οὐ μὰν, cui novum ex *Arch.* robur adcesit. Adscripserat *St. Berglerus* ex Poëta Il. Δ, 512. Οὐ μὰν οὐδ' Ἀχιλεύς· ubi scholia οὐ μὴν οὖν. *Apollonius Rhod.* II, 48. Οὐ μὰν αὖτ' Ἄμυκος πειρήσατο, i. e. οὐ μὴν, ut Critici & *Hesychius* explicant. Adde *Euripid. Phoen.* V. 1612. et *Valkenarium.* Equidem parum abfum ab eius in integrum restitutione.

76. Τῶν περὶ τὰ ἔσχατα τῆς πόλιος &c.] Clarius exprimi non possunt cursorum, occupatam regi urbem nuntiantium *Ieremiae* C. LI, 31. verba: namque עירו מקצה divini vatis huc tendit, et τὰ περὶ τὰ ἔσχατα τῆς πόλιος αὐτοῦ describit. De festo die, quo capta Babylon, non diversus abit *Xenophon*; nimius vero *Aristoteles* est Politic. III, 2., dum, capta iam tertium diem urbe, οὐκ αἴσθεσθαί τι μέρος τῆς πόλεως conmemorat, notatus propterea saepe.

80. Οὕτω τότε πρῶτον ἁραίρητο] Videlicet a Persis, quorum rex Darius secunda eam vice occupavit L. III, 159. Ἀναίρητο, quod in Edd. omnibus, ab hoc *occupandi* usu adeo longe deflectit, ut mirer tam diu tolerari potuisse. *L. Kusterus* ex schedis *Parisinis* belle instauravit in *Clerici* Biblioth. V. & Rec. t. V. p. 409. Ecce tibi ex Musa nona C. 101. ὡς δὲ καὶ τὸ τεῖχος ΑΡΑΙΡΗΤΟ· et VII, 83. ἢ νούσῳ ἄλλος ἀνὴρ ἀραίρητο ex *Med. Arcb. Ask.*, quo quidem loco antea, ut hic, ἀναίρητο. De verbi formatione consulto taceo: qui *Herodotum* trivit, in ea non haesitabit. Post pauca cum tot schedis exsulent ἡ Ἀσσυρίη, et praecesserit ἡ Βαβυλωνίη, suspicio de emblemate non iniusta nata est.

Persæ vocant, omnium Satrapiarum longe est optima, adeo ut Tritantæchmæ Artabazi filio, qui ab rege præfecturam hanc habebat, singulis diebus singulæ argenti plenæ artabæ penderentur. Artaba autem mensura Persica capit, quam Attica medimnus, amplius tribus chœnicibus Atticis. Ad hæc erant ei peculiares equi, præter bello destinatos, admissarii octingenti, cum equarum, a quibus admittebantur, sexdecim millibus; nam singuli mares a vicenis admittebantur. Præterea canum Indicorum tanta alebatur multitudo, ut ad præbenda eis cibaria, quatuor in eadem planitie magni vici attributi essent, aliorum tributorum immunes. Atque hæc
193 præsidi Babylonis eveniebant. Porro in Assyriorum terra parum pluit, et hoc est, quo enutritur radix frumenti, irrigatum quidem ex fluvio, et arvum fit pingue, provenitque frumentum, non sicut in AEgypto, flumine ipso in arva ascendente, sed manibus atque tollenonibus irrigatum. Etenim Babylonica regio omnis, quemadmodum AEgyptiaca, dissecta est in fossas, quarum maxima navibus traiici potest, ad solem hibernum vergens: tendit autem ex Euphrate in alterum flumen, in Tigrim, ad quem urbs Ninus sita erat. Hæc regio omnium, quas nos vidimus, longe optima est, duntaxat ferendo frumento. Nam alias arbores ferre, ficum, vitem, oleam, omnino ne conatur quidem; Cereris autem fructu proferendo tam commoda est, ut nusquam non ad ducena reddat: ubi autem bonitate sese ipsa vincit, etiam ad tricena efferat. Quaternûm autem digitorum commode latitudo est tritici illic atque hordei foliis. Ex milio autem ac sesamo quantæ proceritatis arbor surgat, etsi mihi comperta, tamen memorare supersedeo, probe sciens, iis qui nunquam Babylonicam regionem adierunt, quæ de frugiferis dicta sunt, perquam incredibi-

χὴ τῆς χώρης ταύτης, τὴν οἱ Πέρσαι Σατραπηίην καλέουσι, ἔστι ἁπασέων τῶν ἀρχέων πολλόν τι κρατίστη, ὄχθ[ον] [a] Τριταιχμαίχμῃ τῷ Ἀρταβάζου ἐκ βασιλέος ἔχοντι τὸν νόμον τοῦτον, ἀργυρίου μὲν προσιέι ἑκάστης ἡμέρης ἀρτάβη μεστή· ἡ δὲ ἀρτάβη, μέτρον ἐὸν Περσικὸν, χωρέει μεδίμνου [b] Ἀττικῆς πλέιον χοίνιξι τρισὶ Ἀττικῇσι. ἵπποι δέ οἱ αὐτοῦ ἦσαν ἰδίῃ, πάρεξ τῶν [c] πολεμιστέων, οἱ μὲν ἀναβαίνοντες τὰς θηλέας, ὀκταχόσιοι· αἱ δὲ βαινόμεναι, ἑξακισχίλιαι καὶ μύριαι. ἀνέβαινε γὰρ ἕκαστος τῶν [d] ἐρσένων τούτων εἴκοσι ἵππους. κυνῶν δὲ Ἰνδικῶν τοσοῦτον δή τι πλῆθος ἐτρέφετο, ὥστε τέσσερες τῶν ἐν τῷ πεδίῳ κῶμαι μεγάλαι, τῶν ἄλλων ἐούσας ἀτελέες, τοῖσι κυσὶ προσετετάχατο σῖλα παρέχειν. τοιαῦτα μὲν τῷ ἄρχοντι τῆς Βαβυλῶνος ὑπῆρχε ἐόντα. Ἡ δὲ γῆ τῶν Ἀσσυρίων ὕεται μὲν [e] ὀλίγῳ, καὶ τὸ ἐκτρέφον τὴν ῥίζαν τοῦ σίτου, ἐστὶ τοῦτο. [f] ἀρδόμενον μέντοι ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἀδρύνεταί τε τὸ λήϊον, καὶ παραγίνεται ὁ σῖτος, οὐ κατάπερ ἐν Αἰγύπτῳ, αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ ἀναβαίνοντος ἐς τὰς ἀρούρας, ἀλλὰ χερσί τε καὶ [g] κηλωνηίοισι ἀρδόμενος. ἡ γὰρ Βαβυλωνίη χώρη πᾶσα, κατάπερ ἡ Αἰγυπτίη, κατατέτμηται ἐς διώρυχας· καὶ ἡ μεγίστη τῶν διωρύχων ἐστὶ νηυσὶ [h] περητός, πρὸς ἥλιον τετραμμένη τὸν χειμερινόν. ἐσέχει δὲ ἐς ἄλλον ποταμὸν ἐκ τοῦ Εὐφρήτεω, ἐς τὸν [i] Τίγρην, παρ' ὃν Νῖνος πόλις οἴκηλο· ἔστι δὲ χωρέων αὕτη ἁπασέων μακρῷ ἀρίστη, τῇ ἡμεῖς ἴδμεν, Δήμητρος καρπὸν ἐκφέρειν· τὰ γὰρ δὴ ἄλλα δένδρεα οὐδὲ πειρᾶται ἀρχὴν φέρειν, οὔτε συκέην, οὔτε ἄμπελον, οὔτε ἐλαίην. τὸν δὲ τῆς Δήμητρος καρπὸν ὧδε ἀγαθὴν ἐκφέρειν ἐστὶ, ὥστε ἐπὶ δικόσια μὲν τοπαράπαν ἀποδιδοῖ· [k] ἐπὰν δὲ ἄριστα [l] αὐτὴ ἑωυτῆς ἐνείκῃ, ἐπὶ τριηκόσια ἐκφέρει. τὰ δὲ φύλλα αὐτόθι τῇ τε πυρῶν καὶ τῇ κριθέων τὸ πλάτος γίνεται τεσσέρων [m] εὐπετέων δαχτύλων. ἐκ δὲ κέγχρου καὶ σησάμου ὅσον τι [n] δένδρεον μέγαθος γίνεται, ἐξεπιστάμενος, μνήμην οὐ ποιήσομαι· εὖ εἰδὼς ὅτι τοῖσι μὴ ἀπιγμένοισι ἐς τὴν Βαβυλωνίην χώρην, καὶ τὰ εἰρημένα [o] καρπῶν ἐχόμενα, ἐς

---

a Med. Τριτανταίγμη, *Ask.* Τριτανταίχμη et *Eustath.* in Hom. p. 1206, 17., *Aldus* Τριταίχμη et *Tzetzes* Chil. III. p. 305. Paullo ante ἀρχαίων *Ald.* *b M. Ask. Rem.*, ora *Steph.*, alii cum *Ald.* μέτρον ἐστὶ — χώρεον — Ἀττικοῦ. *c Ald. Arch. Vind. Eustathius*, *Steph.* ora; alii πολεμιστηρίων. Statim θηλέας *Ask.*, θηλείας reliqui. Vide III, 85. *d* Ἀρσένων *Arch. Ask.* male. Tum mox τοσοῦτο iidem. *e* Ὀλίγον *Arch.* *f M. Ask. Rem. Steph.* ora, in *Edd.* ἀρδευόμενον. *g M. Ask.*, habet *Pollux* VII, 143. in *Arch.* χερσὶ ἰδίοισι ἀρδόμ., perperam. Vulgo κηλωνίοισι. *h* Πέριττος *Arch.* *i* Τίγρην *idem.* Tum statim οἰκώκητο cum *Vind.*, οἰ ᾤκητο *M.* διώκητο *Remig.*: ora *Steph.* et *Ask.* εἴκητο, vulgo εἰκέαται. *k M. Ask.*, in aliis ἐπεὰν δὲ. *l* Αὐτὴ plerique omnes. *m M. Rem. Ask. Arch.*, ora *Steph.* et *Vind.*, vulgo εὐπετέων. *n Arch. M. Ask.*, sed μέγεθος *V. Arch.* *o Paris. duo* & *Arch.*, alii καρπόν.

91. Τριταναίχμη] Sic praestat ob *Eustath.* & VII, 82., ubi *Valla*, & plures Codd. ad eum modum, et 121., consentientibus omnibus atque ipso *Mediceo.* Sitne vero idem *Tritantaechmes* Artabani F., non audeo, etsi confusio in Ἀρταβάνου & Ἀρταβάζου titulis frequens, decernere. De *Artaba*, Persarum mensura, ad *Diodorum* XX, 96. Μέδιμνον *Noster*, sicuti alii, masculina nota ponit VII, 187.

95. Πάρεξ τῶν πολεμιστέων] Sic praestat. *H. Stephanus* mutavit, codicem fortasse manu exaratum secutus. De Bucephalo Alexandri πολεμιστὴς ἀγαθὸς *Strabo* XV. p. 1023 A, ἵπποι πολεμισταὶ *Diodor. Sic.* II, 41., neque ignotus est *bellator equus* Latini poëtae. Et haec quidem dubio carent. Quid vero fiet his *Eustathii* in Il. T, 221. ἵπποι γὰρ αὐτῷ ἦσαν δίχα φησὶν (*Herodotus*) τῶν πολεμιστῶν, ὀκτακόσιοι μὲν ΚΗΛΩΝΕΣ· αἱ δὲ ἀναβαινόμεναι ἑξακισχίλιαι &c.? Illene hic κήλωνες invenit? *Tzetzes* hac eadem in re et bis quidem, κήλωνες ὀκτακόσιοι, χωρὶς τῶν ἐν πολέμοις Chil. IV. p. 331. Sunt sane κήλωνες iidem ac οἱ ἀναβαίνοντες τὰς θηλείας. *Glossae*, Κήλων, ὁ ἐπιβαίνων ἵππους, *Admissarius.* In *Hesychio* ex correctione ὁ ὀχευτὴς ἵππος. Frequentius asini equas inscendentes ad mulorum feturam. *Philo* de Leg. Special. p. 784. B. ὄνους ὑπερμεγέθεις, οὓς προσαγορεύουσι ΚΗΛΩΝΑΣ, ἀνατρέφουσι. In *Archilochi* fragmento ἔνοι κήλωνες apud *Eustath.* p. 1597, 28. Ego vero *Herodoto* κήλωνας, quippe *Eustathii* & *Tzetzae*, etiam alia ex arbitrio demutantium, interpretamentum, nego.

8. Καὶ κηλωνηίοισι] Laudo *Medic.*, tametsi *Pollux* κηλώνειον hinc habeat. Cur vero de vocis diversa scriptura additum a viro Cl. nihil est? Omnes, excepto *Genevensi* anni CIↃIↃCXVIII., ἀντλέεται μὲν κηλωνίῳ praeferunt Edd. VI, 119.; cui scriptioni consentit *Etymolog. M.* p. 510., et *Moschopulus* περὶ Σχεδ. p. 57., sollicite κηλόνειον, τὸ κοινῶς γεράνιον i. e. *tollenonem* et κηλώνιον, τὸ τρεφόμενον ζῶον ἐπὶ ὀχείᾳ distinguentes. Facit cum illis *Libanius* Declam. XXXV. p. 799. C. Causa differitatis in diversa vocabuli origine est, quam *Etymologi* in κήλον *ligno*, alii in κήλων, quo de supra, invenerunt.

13. Νῖνος πόλις οἴκητο] Accedo *Bocharto*, *Marshamo*, *Reiskio* & aliis, hoc praeferentibus. τὸ οἰ, quamtumvis in MSS. quibusdam, quid huic loco prosit, non exputo. *Horreus* Aldinum οἰκέαται tuetur *Observ. in Herodot.* p. 116., sed exemplis alienis. Si recordatus fuisset *Aldini* I, 151. ἐν Τενέδῳ δὲ μία οἰκέαται πόλις, vidisset de praesente urbis situ agi, non vero praeterito & olim florente: verius tamen illic οἰκέεται.

18. Ἄριστα αὐτὴ ἑωῦτῆς ἐνείκῃ] Per leve est, si tamen vile sit, quo suus veteri sermoni cultus integratur: αὕτη male edebatur. *Noster* C. 203. τῇ εὐρυτάτη ἐστὶ αὐτὴ ἑωῦτῆς· et II, 149. *Hippocrates* Aër. Aq. & Loc. p. 284, 37. ταῦτα μὲν ἄριστα αὐτὰ ἑωυτέων ἐστί. *Arrian.* Ind. C. 10. ἵναπερ μακροτάτη αὐτὴ ἑωῦτῆς ᾖκεται. Alia sciens praetereo et cupidos ad *Henr. Stephan.* de Dialect. p. 41. amando. *Strabo* de trecentesimae frugis incremento, quod ager Babylonius reddebat, L. XVI. p. 1077. D. καὶ γὰρ τριακοσάχια λέγουσι. Voluit credo τριακόσια uti *Herodotus*, aut, quia in MSS. τριακοσσάχοα, τριακοσιοντάχουν, quo usu ἑκατοντάχουν et διακοσιοντάχουν posuit superiore libro p. 1063. C. et τριακοντάχουν VII. p. 478.

24. Καρπῶν ἐχόμενα] Sic iubent membranae, et iu-

Oleum ex ſeſamis. Palmæ ſingulares. Naves fluviatiles. Navigandi ratio in Euphrate ex Armenia.

ἐς ἀπιξίην πολλὴν ἀπῖκται. χρέωνται δὲ οὐδὲν ἐλαίῳ, ἀλλ' ἐκ τῶν σησάμων [a] ποιεῦντες. εἰσὶ δὲ σφι φοίνικες πεφυκότες ἀνὰ πᾶν τὸ πεδίον, οἱ πλεῦνες [b] αὐτέων καρποφόροι· ἐκ τ' καὶ σιτία καὶ οἶνον καὶ μέλι ποιεῦνται. τοὺς συκέων τρόπον θεραπεύουσι τά τε ἄλλα, καὶ φοίνικων, τοὺς ἔρσενας Ἕλληνες καλέουσι, τοῦτον τὸν καρπὸν περιδέουσι τῇσι βαλανηφόροισι τῶν φοινίκων, ἵνα πεπαίνηται σφι ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἐσδύνων, καὶ μὴ ἀποῤῥέῃ ὁ καρπὸς ὁ τοῦ φοίνικος. ψῆνας γὰρ δὴ [c] φορέουσι ἐν τῷ καρπῷ οἱ ἔρσενες, [d] καλάπερ δὴ οἱ ὄλυνθοι. Τὸ δὲ ἀπάντων θῶυμα μέγιστόν μοί ἐστι τῶν ταύτῃ, μετά γε [e] τὴν πόλιν αὐτὴν, ἔρχομαι φράσων. τὰ πλοῖα αὐτοῖσι ἐστὶ τὰ καλὰ τὸν ποταμὸν πορευόμενα ἐς τὴν Βαβυλῶνα ἐόντα κυκλοτερέα, πάντα σκύτινα. ἐπεὰν γὰρ δὴ τοῖσι Ἀρμενίοισι [f] τοῖσι κατύπερθε Ἀσσυρίων οἰκημένοισι νομέας ἰτέης ταμόμενοι ποιήσωνται, περιτείνουσι τούτοισι διφθέρας ἐξεργασμένας ἔξωθεν, ἐδάφεος τρόπον, οὔτε πρύμνην ἀποκρίνοντες, οὔτε πρῴρην συνάγοντες, ἀλλ' ἀσπίδος τρόπον κυκλοτερέα ποιήσαντες, καὶ καλάμης πλήσαντες πᾶν τὸ πλοῖον [g] τοῦτο, ἀπιᾶσι καλὰ τὸν ποταμὸν φέρεσθαι, φορτίων πλήσαντες μάλιστα δὲ [h] βίκους φοινικηίους κατάγουσι οἴνου πλέους. ἰθύνεται δὲ ὑπό τε δύο πλήκτρων, καὶ δύο ἀνδρῶν ὀρθῶν ἑστεώτων. καὶ ὁ μὲν ἔσω ἕλκει τὸ πλῆκτρον, ὁ δὲ ἔξω ὠθέει. ποιέεται δὲ καὶ κάρτα μεγάλα ταῦτα τὰ πλοῖα, καὶ ἐλάσσω τὰ δὲ μέγιστα αὐτέων, καὶ πεντακισχιλίων ταλάντων γόμον ἔχει. ἐν ἑκάστῳ δὲ πλοίῳ ὄνος [i] ζωὸς ἔνεστι, ἐν δὲ τοῖσι μέζοσι πλεῦνες. ἐπεὰν [k] ὦν ἀπίκωνται πλέοντες ἐς τὴν Βαβυλῶνα, καὶ διαθέωνται τὸν φόρτον, νομέας μὲν τοῦ πλοίου καὶ τὴν καλάμην πᾶσαν [l] ἀπεκήρυξαν· τὰς δὲ διφθέρας [m] ἐπισάξαντες ἐπὶ τοὺς ὄνους,

dibilia viſum iri. Oleo autem non utuntur niſi quod ex ſeſamis faciunt. Naſcuntur eis per campum omnem palmæ, pleræque fructiferæ; ex quibus et panes et vinum et mel conficiunt, easque colunt ficuum more et tum in aliis, tum palmarum, quas Græci masculas vocant, quarum fructum circumligant iis palmis, quæ dactylos ferunt, ut illis maturet dactylum culex intrans, et non decidat fructus palmæ. Maſculæ enim in fructu ferunt culices, quemadmodum caprifici. Venio ad id, 194
quod ex omnibus, quæ ſunt in ea regione, ſecundum ipsam urbem, mihi ſummo miraculo est, diſſerendum. Navigia illorum ſecundo flumine commeantia Babylonem, ſunt orbiculata atque omnia coriacea. Nam postquam in Armeniis, qui ſupra Aſſyrios incolunt, ex cæſis ſalicibus coſtas fecerunt, obducunt illis pelles tectorias extrinſecus in modum pavimenti, neque puppe discreta, neque prora acuminata, ſed in ſpeciem clypei orbiculata. Tale navigium omne ſtramento replentes fluvio deferendum permittunt, oneratum mercibus: ſed maxime dolia ex palmis vino onuſta deferunt, dirigentibus illud duobus plectris vel palis, totidemque viris rectis ſtantibus; quorum alter introrſus palum trahit, alter extra pellit. Fiunt autem navigia hæc et magna admodum et minora: quorum maxima ferunt quoque pondus quinque millium talentorum, ſingula ſingulos aſinos vivos habentia, maiora etiam plures. Postquam igitur navigantes Babylonem pervenerunt, onusque diſtraxerunt, coſtas quidem navigii atque omnia ſtramenta venundant, ſed pelles aſinis imponunt,

[a] Ποιεῦνται *Arcb.* [b] Αὐτῶν *M. Arcb. Ask.* & *Athen.* XIV. p. 651. [c] Φορέουσι *Athen.*, et melius; φέρουσι *Edd.* Paullo ante *βαλάνην Arcb.* & ſemper ἄρσενες. In *Athen. Codd.* MSS. ἔρσενες. [d] Κατάπερ δὴ οἱ *Arcb. Vind. & Paris. B.* cum Edd. δὴ M. aberat. [e] Αὐτ. τὴν πόλιν *Ask. Arcb.* [f] Hoc non legit *Arcb.* [g] Τούτοισι *Arcb. V.* Tum ἀπιεῖσι *M. Ask.*, *Aldo* plerique MSS. conſentiunt. [h] Κίκους *Ask.* [i] Ζωὸς ora *Steph.*, ζοὸς *Ask.* ζὸς *Arcb.* vulgo ζῶς. [k] *M. Ask. Arcb.* vulgo οὖν. [l] Ἀπινεκήρυξαν in *Med.*, ſed ι alia manu tertiae litterae ſuperſcripto, quo modo *Ask.*, in vulgato omnes *Pariſini*, *V. Arcb.* adquieſcunt. [m] Habet hinc *Pollux* VII, 186.

ſtisſime. Vid. I, 120. Novi haec varie mutari, qua opera in poſterum ſuperſedendum est. Statim ἐκ τῶν σησάμων ποιεῦνται qui volunt, auxiliatorem *Arcb.* allegare poſſunt. Ego hoc patrono non utor.

29. Θεραπεύουσι· τά τε ἄλλα,] Hic voces istas non videtur legiſſe *Athenaeus* XIV, p. 650. C. quae in verſum 31. reiectae ſuam mihi ſedem viderentur recuperaſſe, ſi legeretur: τά τε ἄλλα, καὶ τὰ εἰρημένα καρπῶν ἐχόμενα. — Proxime ſequentia hunc in modum, ex *Athenaeo* partim, reſtituenda iudico: τῶν γὰρ φοινίκων, τοὺς ἔρσενας καλέουσι, τούτων τὸν καρπὸν περιδέουσι τῇσι βαλανηφόροισι τῶν φοινίκων, ἵνα πεπαίνῃ τέ σφι ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἐσδύνων· καὶ μὴ ἀποῤῥέῃ ὁ καρπὸς ὁ τοῦ φοίνικος· ψῆνας γὰρ δὴ φορέουσι ἐν τῷ καρπῷ οἱ ἔρσενες, κατάπερ οἱ ὄλυνθοι. Huc pertinent Ψῆνες in *Gloſſ. Herod. Heſychius* in v. Ψηνίζων *animalculum* esſe ſcribit, ὃ εἰσδύεται εἰς τοὺς ὀλύνθους τῶν σύκων, καὶ πεπαίνει αὐτούς. Vid. *Suidas* in Ἀνερίνασος. *Zenobius* II Prov. 23. ἐνδυόμενον εἰς τοὺς σφῆνας (legerim εἰς τοὺς ὀλύνθους ὁ Ψὴν) τὸ θηρίδιον ξερεῖ τούτους καὶ πεπαίνει· idem verbum πεπαίνειν in eadem re *Theophraſtus* adhibuerat de Cauſ. Plant. II, C. XII. — Ut hic in Edd. ſic & apud *Athen.* legitur ἵνα πεπαίνηται· perperam: fructus alligabantur, ἵνα ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἐσδύνων πεπαίνῃ, *ad maturitatem perduceret.* VALKEN.

29. Θεραπεύουσι τά τε ἄλλα, καὶ φοιν.] Haec artius inter ſe aptavi, quo orationi nexus rediret, ſecutus iudicium *Salmaſii* in *Solin.* p. 738., et qui eum exſcripſit, *Bod. a Stapel* ad *Theophraſti* Hiſt. Plant. II, 9. p. 115. Idem *Corn. de Pauw*, et *Reiskio* in opinionem venit. Vide & haec quae *Bod. a Stapel* corrigenda cum *Salmaſio* cenſuit, neque abſurde, me arbitro. Primo τούτων τὸν καρπὸν, tum ἵνα πεπαίνῃ τέ σφι ὁ ψὴν τὴν —. Quarum mutationum utraque exigua est, & ad ſententiam neceſſaria. Et hactenus doctiſſimis viris libens calculum addo. Quod vero uterque *Pollucem* & *Heſychium* erroris poſtulant, quoniam ψῆνας, καρπὸν τῶν ἀβρόνων φοινίκων explicuerunt, vereor ut iuſta ſit actio. *Theophylactus* certe, illi ſi rei ſint, in eodem luto haeret Epiſt. XVIII., in amore palmarum ſecutus *Achillem Tat.* L. I. de Clit. Amor. p. 57., neque omni a lapſu immunem. Maius est, quod *Herodoto* inpingitur: de culice, qui e maſcula palma in feminae fructum intret, ut dactylum ad maturitatem perducat et is tenacius haereat, monſtro ſimile esſe: quod in caprificatione uſus introduxerat, id Hiſtoricum transtuliſſe inprudenter ad palmas: audiendum esſe *Theophraſtum*, doctum ſua in arte hominem. Gravis accuſatio. Ego vero *Herodoto* patronum dabo virum eruditum *Iulium Pontederam*, qui *Bod. a Stapel* criminationes doctiſsime diſpulit, oſtenditque palmis per orientis plagas fructiferis, ne palmulas ante maturitatem amittant, per hos *culices*, ſive τοὺς ψῆνας ſuccurri. *Herodotum* teſtem fuiſſe oculatum, *Theophraſtum* ex aliorum narrationibus de palmarum coniugio ſcriptitaſſe, *Anthолog.* L. II, 32. p. 168.

40. Νομέας ἰτέης ταμόμενοι] Vide *I. Brodaeum* L. I. Miſcell. C. 10. & *P. Leopardum* Emend. XIII, 13., qui *Baiffium* ac *Vallam* comiter in viam revocarunt. De ſutilibus navibus culte *Antiphilus* Anthol. I, 57. p. 116.

46. Βίκους φοινικηίους — οἴνου] Adſtipulor doctis viris, qui cum *Valla* φοινικηίου corrigunt. Frequens in Oriente id vini genus. *Xenophon* Κύρου Ἀναβ. I. p. 54. *Ed. Hutchins.* οἶνον ἐκ τῆς βαλάνου πεποιημένον τῆς ἀπὸ τοῦ φοίνικος adpellat, *Noſter* ſuo more φοινικηίου II, 86, III, 20. Supra ἀπιᾶσι cur deterius τῷ ἀπιεῖσι *Med.* habitum fuerit, non capio. Vide II, 86.

51. Ὄνος ζωὸς ἔνεστι] Sic oportuit. Ζῶς Graecae dialecti formam non habet. Si σῶς fuiſſet, ſervaſſem. *Noſter* IV, 76. ἦν σῶς καὶ ὑγιὴς ἀπονοσήσῃ· et ſaepe Attici ſcriptores, *Sophocles* Oed. Colon. V. 1205., *Euripid.* Hecub. v. 994., *Plato* Phaedon. p. 87. B. Vide *Euſtath.* in Homer. p. 957. et *Thomam M.* in Σῶς.

55. Ἀπενεκήρυξαν] Quantillum erat litera transpoſita ſcripſiſſe ἐπανεκήρυξαν· *inſuper ſub praecone vendebant:* postquam nempe διαθέωνται τὸν φόρτον, —— τὴν καλάμην πᾶσαν ἐπανεκήρυξαν. A *Gronovio* vulgatum cum

nunt, eosque in Armeniam agitant; adverso enim flumine navigari præ illius rapiditate nullo pacto potest. Propterea enim quoque non ex lignis, sed ex pellibus navigia fiunt. Iidem, ubi asinos agitando in Armeniam redierunt, alia ad eundem modum navigia consuunt. Et naves quidem eorum tales sunt.
195 Amictu autem tali utuntur: duabus amiciuntur tunicis, una linea usque ad pedes demissa, cui alteram laneam superinduit: postremo candidam pænulam circumiicientes, calceos gerunt gentis more, soleis Thebanis pæne similes. Capita habentes comata, mitris redimiunt, unguentis toto corpore delibuti. Anulum signatorium quisque gestat, et baculum manu factum, cui adest politum aut malum, aut rosa, aut lilium, aut aquila, aut aliud quid: nam absque insigni gestare sceptrum ipsis nefas. Atque hic eorum corporis est
196 cultus. Leges vero constitutæ ipsis hæ sunt: una quidem prudentissima, quantum ego sentio, qua Enetos, qui sunt ex Illyriis, audio uti. Per singulos pagos semel quotannis ista fiebant. Vbi virgines effectae essent nubiles, eas quum congregassent universas, unum in locum sic iunctas recipiebant, quas circumsistente virorum frequentia, surgens præco singulatim vendebat: primum quidem pulcherrimam omnium; secundum hanc, postquam illa multo vendita esset auro, aliam proclamabat, quæ post illam esset speciosissima. Vendebantur autem in connubium. Babylonii igitur, qui locupletes et iidem maturi nuptiis erant, licitando quisque alterum superantes mercabantur pulcherrimas quasque. At iis ex plebe qui essent parati ad nuptias, his non opus erat pulchra forma: immo isti pecunias simulque fœdiores virgines accipiebant. Nam præco, ubi virginum speciosissimarum peregisset venditionem, excitabat deformissimam, aut siqua illarum esset mutila, eamque proclamabat dicens; quisquis vellet quamminimo auri accepto eam in matrimonio habere, donec illi, qui minimo contentus esset, addiceretur. Aurum vero istud ex speciosis virginibus conficiebatur, et sic speciosæ elocabant

ὄνους, ἀπελαύνουσι ἐς τοὺς Ἀρμενίους. διὰ τὸν πολαμὸν γὰρ δὴ οὐκ οἷά τε ἐστὶ πλέειν οὐδενὶ τρόπῳ, ὑπὸ τάχεος τοῦ ποταμοῦ. διὰ γὰρ ταῦτα καὶ οὐκ ἐκ ξύλων ποιεῦνται τὰ πλοῖα, ἀλλ' ἐκ διφθερέων. ἐπεὰν δὲ τοὺς ὄνους ἐλαύνοντες ἀπίκωνται ὀπίσω ἐς τοὺς Ἀρμενίους, ἄλλα τρόπῳ τῷ αὐτῷ ποιεῦνται πλοῖα. τὰ μὲν δὴ πλοῖα αὐτοῖσι ἐστὶ τοιαῦτα. Ἐσθῆτι δὲ τοιῇδε χρέωνται, χιτῶνι ποδηνεκέι λινέῳ· καὶ ἐπὶ [a] τούτου ἄλλον εἰρινέον χιτῶνα ἐπενδύνει, καὶ χλανίδιον λευκὸν περιβαλλόμενοι, ὑποδήματα ἔχουσι ἐπιχώρια, παραπλήσια τῇσι Βοιωτίῃσι ἐμβάσι. κομῶντες δὲ τὰς κεφαλὰς, μίτρῃσι ἀναδέονται, μεμυρισμένοι πᾶν τὸ σῶμα. σφρηγῖδα δ' ἕκαστος ἔχει, καὶ σκῆπτρον χειροποίητον· ἐπ' ἑκάστῳ δὲ σκήπτρῳ ἔστι πεποιημένον ἢ μῆλον, ἢ ῥόδον, ἢ κρίνον, ἢ αἰετὸς, ἢ ἄλλο τι. ἄνευ γὰρ ἐπισήμου οὐ σφι νόμος ἐστὶ ἔχειν σκῆπτρον. αὕτη μὲν δὴ σφι ἄρτιος περὶ τὸ σῶμά ἐστι. Νόμοι δὲ αὐτοῖσι ὧδε κατεστέαται· ὁ μὲν σοφώτατος ὅδε, κατὰ γνώμην τὴν ἡμετέρην, τῷ καὶ Ἰλλυριῶν Ἐνετοὶ χρέωνται· κατὰ κώμας ἑκάστας ἅπαξ τοῦ ἔτεος ἑκάστου ἐποιέετο τάδε· ὡς ἂν αἱ παρθένοι [c] γαμοίατο γάμων ὡραίων, ταύτας ὅκως συναγάγοιεν πάσας, ἐς ἓν χωρίον ἐσάγεσκον ἀλέας· πέριξ δὲ αὐτὰς ἵστατο ὅμιλος ἀνδρῶν· ἀνίστας δὲ κατὰ [d] μίην ἑκάστην κήρυξ πωλέεσκε, πρώτα μὲν τὴν εὐειδεστάτην ἐκ πασέων· μετὰ δὲ, ὅκως αὐτὴ εὑροῦσα πολλὸν χρυσίον [e] πρηθείη, ἄλλην ἀπεκήρυσσε, ἣ μετ' ἐκείνην ἔσχε εὐειδεστάτη. ἐπωλέοντο δὲ ἐπὶ συνοικήσει. ὅσοι μὲν δὴ ἔσχον εὐδαίμονες τῶν Βαβυλωνίων ἐπίγαμοι, ὑπερβάλλοντες ἀλλήλους ἐξωνέοντο τὰς καλλιστευούσας· ὅσοι δὲ τοῦ δήμου ἔσχον ἐπίγαμοι, οὗτοι δὲ εἴδεος μὲν οὐδὲν ἐδέοντο χρηστοῦ, οἱ δ' ἂν χρήματά τε καὶ αἰσχίονας παρθένους ἐλάμβανον. ὡς γὰρ δή οἱ ἐξέλθοι ὁ κήρυξ πωλέων τὰς εὐειδεστάτας τῶν παρθένων, ἀνίστη ἂν τὴν [f] ἀμορφεστάτην, ἢ εἴ τις αὐτέων ἔμπηρος ἦν, καὶ ταύτην ἀπεκήρυσσε, ὅστις [g] θέλοι ἐλάχιστον χρυσίον λαβών, συνοικέειν αὐτῇ· ἐς ὃ τῷ τὸ ἐλάχιστον [h] ὑπισταμένῳ προσέκειτο. τὸ δὲ ἐκ χρυσίου ἐγίνετο ἀπὸ τῶν εὐειδέων παρθένων. καὶ οὕτω αἱ εὔμορφοι τὰς ἀμόρφους καὶ ἐμπήρους ἐξεδίδοσαν. [i] ἐκδοῦναι δὲ τὴν ἑωυτοῦ θυγα-

a Med. Ask. Remig. alii τούτῳ. Mox εἰρίνεον *Ask.*, ἐρίνεον *Arch.*, in *Edd.* ἠρίνεον. *b* Περιβαλλόμενος — ἔχων *M. Ask.* in ceteris cum *Aldo* περιβαλλόμενοι — ἔχουσι, sed *Arch.* εἶχον. Tum statim τοῖσι Βοιωτίοσι *V. Arch.* *c* Γένοιτο *Arch.* et mox συνάγοιεν. *d* Μιὴν omnes praeter *M. Ask.* *e* *M. Ask. V. Arch.*, alii πραθείη. *f* *M. Ask. Arch. Rem. Vind.* margo *Steph.*, *Eustath.* p. 1441, 10. Vide ad C. 133. *Gronov.* ἀμορφοτάτην *Edd.*; tum ἕμπερος bis *Ald.*; praeterea pro ἥτε *Ask.* ἤ, ἦν *Arch.* *g* *Med. Ask. Arch.*; *Aldus* & alii θέλει. Mox βαλὼν *M.* sicuti & *Aldus.* *h* *V. Rem. M. Ask. Arch.*, ceteri ἐπισταμένῳ. *i* Quinque quae sequuntur voces desunt *Arch.*

eum ἀπεμπωλεῖν comparabat Clar. *Abresch.* Dilucid. *Thuc.* p. 584. ἐγκηρύσσειν tamen Graecum esse mecum, opinor, negaturus: *Thucydideum* ἐπαινεῖτον e L. VI, c. 60. ab *Hesychio* & *Suida* enotatum, ad nostrum illud aptius respondet. *Maxima voce* utentes saepe dicuntur ἀναφωνῆσαι, ἀνακηρύσσειν, ἀνειπεῖν. De praecone res vendendas *proclamante* ἀνακηρύσσειν bis adhibuit *Herod.* I. c. 196. Nostro tamen loco si Codices conspirarent in ἀπεκήρυξαν, causae nihil esset cur repudiaretur verbum, interdum significans *per praeconem vendere*, vel vendenda *voci subiicere praeconis*, ὑπὸ κήρυκος vel ὑπὸ κήρυκι πωλεῖν velut apud *Demosth.* C. Aristocr. p. 436. §. 325. In versu Comici *Platonis*, qui sic scribi debuerat ap. *Harpocr.* in v. Σκευάρια δὴ κλέψας ἀπεκήρυξ' ἐκφέρων *Menandri* ἀπεκήρυξεν *Ammonius* in v. Κηρύξαι explicat ὑπὸ κήρυκι ἐπώλησε. *Lysiae* forte restituendum isto sensu verbum frequentat in Βίων πράσει *Lucianus.* VALKEN.

64. Εἰρίνεον χιτῶνα] Bene *Ask.*; scriptor ipse VII, 91. καὶ χιτῶνας εἰρινέους ἐνδεδυκότες. Adde πίλους εἰρινέους IV, 73. et 11, 81. Non adiungo, *Strabonem* omnia haec suo sermone repraesentasse L. XVI. p. 1082. A.; id monere debeo, restitutam in integrum *Aldi* & plurium schedarum scripturam esse. Quod *Medic.* dedit, hiulcum est, neque habet περιβαλλόμενος & ἔχων suum sibi fulcrum. Solet *Herodotus* creberrime a plurali ad singularem numerum pergere & ad priorem reverti, uti C. 197. Mos idem aliis. Ecce ex *Hesiodi* Aspid. v. 253. &c., de Parcis ὧν δὲ πρῶτον μεμάποιεν —— ἀμφὶ μὲν αὐτῷ Βάλλ' ὄνυχας μεγάλους —— αἱ δὲ φρένας ——. Quae huius loci structurae adcurate respondent. Poëtae deest ἐκάτη; cuiusmodi vox & hic ad sententiae complementum advocanda est, ac saepe alias.

76. Ὡς ἂν αἱ παρθένοι &c.] Legendum puto vel ὧν ἄν, aut, si quis illud praeferat, τοῖσι ἂν αἱ παρθένοι γενοίατο γάμων ὡραίοισι. Legitur L. II, c. 85. τοῖσι ἂν ἀποτέκηται ἐκ τῶν οἰκηίων ἄνθρωπος. De puellarum hoc apud Assyrios mercatu *Nicolaus* agit *Damasc. Stobaei* p. 293, 16. *AElian.* vid. V. H. IV, p. 328. & *Perizonius.* Σαυρομάται περὶ πότνιαν τὰς θυγατέρας πιπράσκουσι; *Zenobius* Prov. V, 25. VALKEN.

86. Ἐπίγαμοι, οὗτοι δὲ εἴδεος &c.] Duae si transponerentur voculae, meo quidem iudicio rectius ista cohaererent hunc in modum scripta: ὅσοι δὲ τοῦ δήμου ἔσχον ἐπίγαμοι, οἳ δὴ εἴδεος μὲν οὐδὲν ἐδέοντο χρηστοῦ; οὗτοι αὖ χρήματά τε καὶ αἰσχίονας παρθένους ἐλάμβανον. —— Quod sequitur, ὡς γὰρ δή οἱ ἐξέλθοι ὁ κήρυξ πωλέων, mihi certe non placet. VALKEN.

86. Ἐπίγαμοι, οὗτοι] Fluit multo lenior oratio, si coniecturam amplectaris. *Reiskius* maluit ἐπίγαμοι, οὐ μέν τοι γ' εἴδεος οὐδὲν ἐδέοντο χρηστοῦ, οἳ δ' αὖ χρήματά. Statim corrigit idem, sicuti ante eum *St. Berglerus*, ὡς γὰρ διεξέλθοι ὁ κήρυξ —, quo sententia paullo fit expeditior.

γατέρα ὅτεῳ βούλοιτο ἕκαστος, οὐκ ἐξῆν, οὐδὲ ἄνευ [a] ἐγγυητέων ἀπαγαγέσθαι τὴν παρθένον πριάμενον, ἀλλ' ἐγγυητὰς χρῆν καταστήσαντα, ἢ μὴν συναικήσειν αὐτῇ, οὕτω [b] ἀπάγεσθαι· εἰ δὲ μὴ συμφεροίατο, ἀποφέρειν τὸ χρυσίον ἔκειτο νόμος. ἐξῆν δὲ καὶ ἐξ ἄλλης ἐλθόντα κώμης τὸν βουλόμενον ὠνέεσθαι. ὁ μὲν νυν κάλλιστος νόμος, οὗτός σφι ἦν· οὐ μέντοι νῦν γε [c] διετέλεσε ἐών. ἄλλο δέ τι ἐξευρήκασι νεωστὶ γενέσθαι, ἵνα μὴ ἀδικοῖεν αὐτὰς, μησὶ' ἐς ἑτέρην πόλιν ἀγωνται. ἐπεί τε γὰρ ἁλόντες ἐκακώθησαν καὶ οἰκοφθορήθησαν, πᾶς τις τῇ δήμῃ [d] βίῃ σπανίζων καταπορνεύει τὰ θήλεα τέκνα. Δεύτερος δὲ σοφίῃ ὅδε ἄλλος σφι νόμος κατεστήκεε· τοὺς κάμνοντας ἐς τὴν ἀγορὴν [e] ἐκφορέουσι· οὐ γὰρ δὴ χρέωνται ἰητροῖσι. προσίοντες ὦν πρὸς τὸν κάμνοντα, συμβουλεύουσι περὶ τῆς νούσου, εἴ τις καὶ αὐτὸς τοιοῦτον ἔπαθε, οἷόν [f] ἐν ἔχοι ὁ κάμνων, ἢ ἄλλον εἶδε παθόντα. ταῦτα προσιόντες συμβουλεύουσι, καὶ παραινέουσι [g] ἅσσα αὐτὸς ποιήσας ἐξέφυγε ὁμοίην νοῦσον, ἢ ἄλλον εἶδε ἐκφυγόντα. σιγῇ δὲ παρεξελθεῖν [h] τὸν κάμνοντα οὐ σφι ἔξεστι, πρὶν ἂν ἐπείρηται ἥντινα νοῦσον ἔχῃ. Ταφαὶ δέ σφι ἐν μέλιτι. Θρῆνοι δὲ παραπλήσιοι τοῖσι ἐν Αἰγύπτῳ. ὁσάκις δ' ἂν μιχθῇ γυναικὶ τῇ ἑωυτοῦ ἀνὴρ Βαβυλώνιος, [i] περὶ θυμίημα καταγιζόμενον ἵζει, ἑτέρωθι δὲ ἡ γυνὴ τωὐτὸ τοῦτο ποιέει. ὄρθρου δὲ γενομένου, λοῦνται [k] καὶ ἀμφότεροι· ἄγγεος γὰρ οὐδενὸς ἅψονται πρὶν ἂν λούσωνται. ταυτὰ δὲ ταῦτα καὶ Ἀράβιοι [l] ποιεῦσι. Ὁ δὲ δὴ αἴσχιστος τῶν νόμων ἐστὶ τοῖσι Βαβυλωνίοισι ὅδε· δεῖ πᾶσαν γυναῖκα ἐπιχωρίην ἱζομένην ἐς ἱρὸν Ἀφροδίτης, ἅπαξ ἐν τῇ ζόῃ μιχθῆναι ἀνδρὶ ξείνῳ. πολλαὶ δὲ καὶ οὐκ ἀξιεύμεναι ἀναμίσγεσθαι τῆσι ἄλλῃσι, οἷα πλούτῳ ὑπερφρονέουσαι, ἐπὶ ζευγέων ἐν [m] καμάρῃσι ἐλάσασαι, πρὸς τὸ ἱρὸν ἑστᾶσι· θεραπηίη δέ σφι ἕπεται [n] πολλὴ ὄπισθεν. αἱ δὲ πλεῦνες ποιεῦσιν ὧδε· ἐν τεμένεϊ Ἀφροδίτης κατέαται στέφανον περὶ τῆσι κεφαλῆσι ἔχουσαι θώμιγγος πολλαὶ γυναῖκες. αἱ μὲν γὰρ προσέρχονται, αἱ δὲ ἀπέρχονται. σχοινοτενέες δὲ διέξοδοι πάντα τρόπον [o] ὁδὸν ἔχουσι διὰ τῶν γυναικῶν, δι' ὧν οἱ ξεῖνοι διεξιόντες ἐκλέ-

bant deformes ac mutilas. Elocare vero filiam ſuam cui quisque vellet, non licebat, nec cuiquam emptori fas erat ſine fideiuſoribus abducere puellam, ſed datis fideiuſoribus, certe ſe ducturum illam uxorem, ita demum abducere; ſi de hoc non conveniebat, lex erat ut aurum redhiberet. Quinetiam ex alio pago venienti licebat mercari ſi vellet. Hæc apud eos honeſtiſſima lex erat, quæ tamen ad hoc tempus non perſeveravit. Sed noviſſime aliud quiddam excogitaverunt, ne quis feminas iniuria afficiat, neve quis aliam in urbem abducat. Nam poſteaquam expugnati male accepti ſunt, et res domi fuit perdita, unusquisque plebeius, qui victus inopia premitur, filias ſuas adigit ad quæſtum corpore faciendum. Alteram item ſapienter conſtitutam habent legem, qua ægrotos efferunt in forum: neque enim medicis utuntur; ut eum adeuntes, de languore conſulant, ſiquis et ipse eundem habuit morbum, aut alium vidit correptum. Hæc illi qui illuc adeunt conſulunt, hortanturque ad ea, quæ ipse faciendo effugerit ſimilem morbum, aut alium noverit effugiſſe. Nec fas est cuiquam ægrotantem præterire ſilentio, nec antequam exploraverit quonam ille morbo laboret. Sepulturæ eisdem in melle: luctus funebres AEgyptiacis perſimiles. Quoties autem cum uxore miſcetur vir Babylonius, ſuffitui conſecrato asſidet, et ex altera parte mulier idem facit. Sub diluculum etiam abluuntur ambo; nullum quippe vas priusquam ſe abluerint tangent. Eadem hæc et Arabes faciunt. Vna iisdem Babyloniis lex est omnibus modis fœda; nempe quamque mulierem indigenam oportet ſemel in vita ad Veneris templum deſidentem, cum externo viro conſuetudinem habere. Ceterum multæ et dedignantes aliarum conſortia, utpote divitiis tumentes, hæ iumentis in camaris vehentes, ad templum ſtant, ſequuta interim a tergo magna famulitii turba. Pleræque etiam ſic faciunt. In fano Veneris ſedent coronam funiculi in capitibus gerentes multæ mulieres, e quibus aliæ accedunt, aliæ discedunt. Nam diverticula undecunque funiculis diſtincta viam præbent externis per mulieres illas,

197 198 199

81

[a] Ἐγγυήτεω *Ask. Arcb.* [b] *M.*, ἂν ἄγεσθαι *Ask.*, ἀγάγεσθαι *Vind.*, ἀνάγεσθαι *Edd.* [c] Διετέλεσε ora *Steph.* et *Rem.* διετέλεσσε *M. Ask.*, vulgo διετέλεε. [d] Abeſt βίου *Arcb.* [e] Ἐκφέρουσι *idem.* [f] Ἔχει tantum *Arcb.* [g] Ἅττα idem. [h] Duo haec omittuntur in *Arcb.* Mox οὔ σφι ut *M. Ask.* vulgo οὔπω. [i] *M. Arcb. Ask.* πυρὶ vulgo. [k] Copula venit ex *M. Ask.*, aliis abeſt. [l] *M. Ask.*, ποιέουσι ceteri. Quae ſequuntur, deſunt *V.* & *Arcb.* usque in C. 200., etiam *Vallae.* [m] Sumſit hinc *Pollux* X, 52. [n] Ὄπισθεν ἑπ. πολλὴ *Ask.* [o] Ὁδὸν idem.

99. Οὕτω ἀπάγεσθαι] Praeclare *Medic.*, quamquam et ſua venus est in lectione ſchedarum *Ask.*, a qua non multum *Aldus* recedit. Tritum est οὕτω in ſententiae conſecutione. Noſter II, 92. ἐν κλιβάνῳ διαφανεῖ πνίξαντες, ΟΤΤΩ τρώγουσι· quibus uſus est *Georg. Raphelius* ad *Act. Apoſt.* XX, II. Alia conduxit *Io. Taylor* in *Demoſthenis* Midianam p. 193.

2. Ὁ μέν νυν κάλλιστος νόμος &c.] *H. Stephanus* hic praepoſtere quaedam collocata in Graecis esſe exemplaribus putavit: ſenſum esſe: *Et haec quidem apud illos honeſtiſſima conſuetudo erat, ne iniuria illas afficerent, neque in aliam urbem abducerent. Verum ad haec usque tempora non permanſit.* Cum quo non facio. Graeca bene habent. Quae ſedem ille migraſſe opinatus est, ſua ſtatione everti non posſunt. Scripſerat, licuisſe ἐξ ἄλλης ἐλθόντα κώμης τὸν βουλόμενον ὠνέεσθαι. Itaque aliorſum emtae abduci poterant, ac ſic iniuriis adfici: praeterea occupata urbe ab inimicis, eius rei amplior copia. Quare tenuiores καταπορνεύειν τὰ θήλεα τέκνα maluerunt, prorſus uti Lydi I, 94.

7. Δεύτερος δέ] Haec apta & nexa ſunt C. 196. ὁ μὲν σοφώτατος ὅδε ——. Quali periodo longiore & alibi utitur. Post pauca *Reiskius* εἴ τις ἢ καὶ αὐτὸς — ἔπαθε· nulla gravi cauſſa. *Plutarchus* eadem in re εἴ τι πρόσφορον ἔχοι παθὼν αὐτὸς ἢ παθόντα θεραπεύσας T. II. p. 1128. E. Adde *Strabonem* XVI. p. 1082., *Noſtri* aemulatorem. Rudia medicae artis primordia tali ex veterum more haud pauci repetunt. Nominavit nonnullos *Almeloveenius* ad *Strabonem*, alios *Daviſius* in *Max. Tyrii* Diſſ. XII. p. 540.

19. Περὶ θυμίημα καταγιζόμενον ἵζει] Etſi πυρὶ καταγίζειν II, 47. poſuerit, certae ſunt ſchedae veteres, et iuſta *Gronovii* opera. Alioqui locus Heinſianae coniecturae, qua παρὰ θυμίημα voluit, obportunus esſet. Dedit eam *Iungermannus* ad *Polluc.* I, 26. Adtigit & haec *Strabo* XVI. p. 1081. *Io.* autem *Spencerus* hunc & non disſimilem luſtrationis in Hebraeorum iure ritum ex AEgypto arcesſit, ſuo tamen arbitrio & ſine teſte, *Leg. Hebraeor.* L. I, 8. p. 257. Egregie *Theano* rogata ποσαία γυνὴ ἀπ' ἀνδρὸς καθαρεύει, ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου, εἶπε, παραχρῆμα· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου οὐδέποτε in *Stobaei* Serm. LXXII. p. 443. et *Diogen. Laërt.* VIII, 44. cum *Menagii* obſervatione.

31. Στέφανον — θώμιγγος] *Strabo* θώμιγγι δ' ἕξεπται ἑκάστη hoc ex loco XVI. p. 1081. C. Referunt huc, neque iniuria, ex Epiſtola, quae *Ieremiae* tribuitur, verſum 43., αἱ δὲ γυναῖκες περιβέμεναι σχοινία ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐγκάθηνται. Conveniunt egregie & turpem harum mulierum morem deſcribunt, uti copioſe docuit, *Nic. Bondt* V. C. in docta Diſſert. ad eam Epiſtolam, quam me ſuaſore ſcripſit & duce defendit. Θώμιγγες ſunt σχοινία· quod *Noſter* I, 26. de Epheſiis, urbem ſuam Dianae conſecrantibus, ἐξάψαντες ἐκ τοῦ νηοῦ σχοινίον ἐς τὸ τεῖχος, id *Polyaeno* VI, 50. θώμιγγας συνάψαι τοῖς κίοσι τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀρτέμιδος, pariterque *AEliano* Var. III, 26. Mox πάντα τρόπον διανέχουσι i. e. διήκουσι Cl. *Reiskius*, quem ſua correctione frui patior.

46. Ὅσαι

las, quas transeuntes deligunt, Porro quum illic confederit fœmina, non prius domum regreditur, quam externorum aliquis pecuniam in genua illi iniecerit, et cum eadem extra fanum abducta rem habuerit; illum autem qui iniicit, dicere oportet; Ego tibi deam Mylitta imploro. Mylitta enim Assyrii Venerem appellant; pecunia vero pretio est quantulacunque; non enim reiiciet; nec enim fas est, siquidem in sacrum convertitur; quicunque pecuniam obiecerit primus, hunc illa sequitur, neque quenquam repudiat: ubi congressa fuerit deæ conciliata domum revertitur; et ab hoc tempore haud ita magnum illi dederis, ut eam nanciscaris. Iam, quotquot forma et proceritate eminent, cito discedunt: quæ vero deformes, diutius desident, quia nequeunt legi facere satis. Fitque interdum ut nonnullas etiam triennio atque quadriennio expectare oporteat. Alicubi quoque in
200 Cypro similis quædam lex est. Hæc sunt Babyloniorum instituta; quorum tres sunt tribus, quæ nullo alio nisi piscibus victitant; quos captos ubi arefecerunt ad solem, hoc faciunt. In pilam coniiciunt, ac pistillis mitigatos per sindonem incernunt, unde quisquis illorum vult, velut placentam confectam habet; alius vero in mo-
201 dum panis torret. CYRO, post hanc quoque gentem subactam, incesit cupido MASSAGETAS in suam potestatem redigendi. Quæ gens fertur et magna esse et strenua, ad auroram solisque ortus sita, trans Araxem fluvium e regione Issedonum. Sunt etiam qui eam Scythicam nationem esse dicant. Araxes Istro maior et idem
202 minor esse memoratur; et in eo frequentes insulæ Lesbo fere pares magnitudine: et homines qui illas incolunt, æstate vesci radicibus quibuslibet, quas ipsi fodiunt; arborum autem fructus, quos maturos comperiunt, in cibum reponere, quo per hyemem vescantur. Ab illis inventas etiam esse arbores talem fructum ferentes, qui coniiciatur ab illis in ignem, quem catervatim collecti accenderint: illi vero circumquaque adsidentes et olfacientes crematem

ἐκλέγονται. ἔνθα ἐπεὰν ἵζηται γυνὴ, οὐ πρότερον ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ οἰκία, ἤ τις οἱ ξείνων ἀργύριον ἐμβαλὼν ἐς τὰ γούνατα, μιχθῇ ἔξω τοῦ ἱροῦ. ἐμβαλόντα δὲ δεῖ εἰπεῖν τοσόνδε, „ Ἐπικαλέω τοι τὴν θεὸν Μύλιττα". Μύλιττα δὲ καλέουσι τὴν Ἀφροδίτην Ἀσσύριοι. τὸ δὲ ἀργύριον, μέγαθός ἐστι ὅσον ὧν· ἀ γὰρ μὴ ἀπώσηται· ἱρὸν γάρ οἱ θέμις ἐστί· γίνεται γὰρ ἱρὸν τοῦτο τὸ ἀργύριον. τῷ δὲ πρώτῳ ἐμβαλόντι ἕπεται, οὐδὲ ἀποδοχιμᾷ οὐδένα· ἐπεὰν δὲ μιχθῇ, ἀπορισασαμένη τῇ θεῷ, ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ οἰκία· καὶ τὼ ἀπὸ τούτου οὐκ οὕτω μέγα τί οἱ δώσεις ὥς μιν λάμψεαι. ὅσαι μέν νυν εἰδεός τε [a] ἐπαμμέναι εἰσὶ καὶ μεγάθεος, ταχὺ ἀπαλλάσσονται· ὅσαι δὲ ἄμορφοι αὐτέων εἰσὶ, χρόνον πολλὸν προσμένουσι, οὐ δυνάμεναι τὸν νόμον ἐκπλῆσαι· καὶ γὰρ τριέτεα καὶ τετραέτεα μετεξέτεραι χρόνον μένουσι. ἐνιαχῇ δὲ καὶ τῆς Κύπρου ἐστὶ παραπλήσιος τούτῳ νόμος. Νόμοι μὲν δὴ τοῖσι Βαβυλωνίοισι οὗτοι [b] κατεστᾶσι. εἰσὶ δὲ αὐτέων πατριαὶ τρεῖς, αἱ οὐδὲν ἄλλο σιτέονται εἰ μὴ ἰχθῦς μοῦνον· τοὺς ἐπεί τε ἂν θηρεύσαντες [c] αὐήνωσι πρὸς ἥλιον, ποιεῦσι τάδε. ἐσβάλλουσι ἐς ὄλμον, καὶ λεήναντες ὑπέροισι, σῶσι διὰ σινδόνος· καὶ ὃς μὲν ἂν βούληται αὐτέων, ἄρτον μάζαν μαξάμενος ἔχει· ὁ δὲ, ἄρτον τρόπον ὀπτήσας. Ὡς δὲ τῷ Κύρῳ καὶ τοῦτο τὸ ἔθνος κατέργαστο, ἐπεθύμησε [d] Μασσαγέτας ὑπ' ἑωυτῷ ποιήσασθαι· τὸ δὲ ἔθνος τοῦτο, καὶ μέγα λέγεται εἶναι καὶ ἄλκιμον, οἰκημένον δὲ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς, πέρην τοῦ Ἀράξεω ποταμοῦ, ἀντίον δὲ Ἰσσηδόνων ἀνδρῶν. εἰσὶ δὲ οἵ τινες καὶ Σκυθικὸν λέγουσι τοῦτο τὸ ἔθνος εἶναι. Ὁ δὲ Ἀράξης λέγεται καὶ μέζων καὶ ἐλάσσων εἶναι τοῦ Ἴστρου· ῥόους δ' ἐν αὐτῷ Λέσβῳ μεγάθεα παραπλησίους συχνάς φασι εἶναι. ἐν δὲ [e] αὐτῇσι ἀνθρώπους, οἳ σιτέονται μὲν ῥίζας τὸ θέρος ὀρύσσοντες παντοίας, καρποὺς δὲ ἀπὸ δενδρέων ἐξευρημένους σφι ἐς φορβὴν καταθέσθαι ὡραίους, καὶ τούτους σιτέεσθαι τὸν χειμερινόν. ἄλλα δὲ σφι ἐξευρῆσθαι δένδρεα καρπούς τοιούσδε τινὰς φέροντα, τοὺς, ἐπεί τε ἂν ἐς τωὐτὸ συνέλθωσι κατὰ [f] εἴλας, καὶ πῦρ ἀναλαύσωσι, κύκλῳ περιίζομένους ἐπιβάλλειν ἐπὶ τὸ

a Med. Ask., in *Ald. Rem.* ἐπαγμέναι. Statim ἀπαλλάσσονται *Ask.*, vulgo ἀπαλλάττονται. *b Ald. Rem.* et *Edd.*; κατεσταῖσι *M. Ask.* Mox *Strabo* τρεῖς δ' εἰσὶ Φρατρίαι ex hoc loco L. XVI. p. 1082. B., sed verbis mutatis. *c* Ἀνήμωσι *Arcb.* Σῶσι, quod sequitur, explicat *Etymol.* p. 710. 82. *d* Μασαγ. *Arcb.* Tum ὑπ' ἑωυτῷ *M. Ask.*, ceteri ἑαυτόν. *e* Αὐτοῖσι *Arcb.* *f* Τλας *Arcb.*

46. Ὅσαι μέν νυν εἰδεός τε ἐπαμμέναι εἰσί] Vertebatur, *quotquot forma & proceritate potuerunt aliquos capere* ex ἐφάπτομαι, sed qui id fieri possit, fateor me ignorare: debuit sane *Herodotus*, hoc si voluit, alia verborum structura sententiam declarare: praeterea VIII, 105. παῖδες εἴδεος ἐπαμμένοι *pueri* sunt *forma praediti*, quales & hae mulierculae. Laudo tamen *Medic.*, quem levi auxilio iuvabam olim, πεπαμέναι legens. Sunt εἴδεος πεπαμέναι, quae pulcritudinis possessionem, ut sic dicam, habent, sive forma elegante instructae. *Hesychius* πεπαμένος, κεκτημένος. Sic πεπαμένος νόσον de aegro *AEschylo* Agam. v. 844., et φρόνημα παισὶ δύσθεον πεπαμένη Choëph. v. 189. In *Philostrato* v. Apoll. VIII, 26. p. 307. de Scythis οἰκίας τε ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν πέπτανται, scribi oportuerat πέπανται· quae enim adscripsit Cl. *Olearius*, aliena sunt. Ἄνθρωπον πολλὰς οἰκίας πεπαμένον dabit *Themistius* Or. XXIV. p. 307. A. Neque suspicioni diversor nocebat casus: Cui *Pempeli* succurrebat fragmentum in *Stob.* Serm. LXXVII. p. 460. σεμνὸν γάρ τε καὶ ΘΕΙΑΣ ΦΤΣΙΟΣ ΠΕΠΑΜΕΝΟΝ ἀμῖν τὸ τῶν φυτησάντων ἵδρυμά ἐστιν. Nunc coniecturae non admodum indulgeo. Ἐφημμέναι sive ἐπαμμέναι εἴδεος vi verbi ἐφάπτω erunt formosae, quae speciem sibi aptam & quasi connexam habebant. Convenit, quod hac origine manavit *Coelum stellis fulgentibus aptum* ex *Ennio*, & *Lucretii* vestis *purpurea, atque auro, signisque ingentibus apta.* Plura *Cario* in *Gellii* I, 15. Mox ἀπαλλάσσονται retinxi; sic enim plerumque solet.

50. Καὶ τῆς Κύπρου &c.] In more illic habebant, ἑταιρισμῷ τὰς ἑαυτῶν κόρας ἀφοσιοῦν, uti *Athenaeus* loquitur L. XII, 3. p. 516. B. Non repeto, quae de Amathusiis, Paphiisque *Io. Meursius* conduxit, Cypri L. I, 8. & II, 15.

55. Σῶσι διὰ σινδόνος] *Incernunt per linteum*, ut recte cepit *P. Leopardus* Em. VII. c. XI. Huc respiciens *Etymologus* p. 710, 41. Ἡρόδοτος, inquit, τοῦ σῶ τὸ τρίτον πρόσωπον τῶν πληθυντικῶν Σῶσιν, ἀντὶ τοῦ σήθουσι. Reperiuntur & νῶσιν, ἀντὶ τοῦ νήθουσιν, & alia huius generis apud Atticos plurima. VALKEN.

62. Ἀντίον δὲ Ἰσσηδόνων] Confer L. IV, 26. Turpis error *Philostrati* est Heroic. C. 5. p. 704., ubi ἐλάσας γὰρ Κῦρος ὑπὲρ ποταμὸν Ἶστρον ἐπὶ Μασσαγέτας τε καὶ Ἰσσηδόνας &c., quasi ultra Istrum atque in ipsa Europa, Massagetarum et Issedonum sedes fuisset. Adde *Ammianum* XXIII, 6. in simili luto haerentem.

64. Καὶ μέζων καὶ ἐλάσσων εἶναι &c.] Nescio quid Cl. *Reiskium* inpulerit, ut in priore καὶ nomen magni & clari fluvii abditum esse, decreverit. Potest utique omne flumen certa quadam ratione minus alio & maius esse. Verum id *Noster* spectasse non videtur: narrat diversas discrepantium opiniones, quarum aliae maiorem Istro, minorem aliae Araxem perhibebant. Namque omnia, quae de eo amne prodidit, ex auditione accepit, minime fida, tametsi, uti videtur, ipsius *Araxes* sit *Rha* sive *Volga*. Vide *Ionae Hanwaji* Itinera L. I, 10.

72. Πῦρ ἀναλαύσωνται] Herodoteum est πῦρ ἀναλαύεσθαι. Hinc, ut suspicor, edoctus istum attigit Massagetarum morem *Max. Tyr.* XXVII, 6. νήσαντες πυρὰν, θυμιῶντες εὐώδεις βοτάνας, περικαθίσαντες ἐν κύκλῳ τῇ πυρᾷ, ὥσπερ κρατῆρι, εὐωχοῦνται τῆς ὁδμῆς &c. Ad quem locum

τὸ πῦρ· ὀσφραινομένους δὲ [a] καταγιζομένου τοῦ καρποῦ τῷ ἐπιβαλλομένῳ, μεθύσκεσθαι τῇ ὀδμῇ, καὶ ἅπερ Ἕλληνας τῷ οἴνῳ. πλεῦνος δὲ ἐπιβαλλομένου τοῦ καρποῦ, μᾶλλον μεθύσκεσθαι· ἐς ὃ ἐς ὄρχησίν τε ἀνίστασθαι, καὶ ἐς ἀοιδὴν ἀπικνέεσθαι. τούτων μὲν αὕτη λέγεται δίαιτα εἶναι. ὁ δὲ Ἀράξης ποταμὸς ῥέει μὲν ἐκ [b] Ματιηνῶν, ὅθενπερ ὁ Γύνδης, τὸν ἐς τὰς διώρυχας τὰς ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας διέλαβε ὁ Κῦρος· στόμασι δὲ ἐξερεύγεται τεσσαράκοντα, τῶν τὰ πάντα πλὴν ἑνὸς, ἐς ἕλεά τε καὶ τενάγεα ἐκδιδοῖ. οἰκέουσι τοῖσι ἀνθρώπους [c] κατοικεῖσθαι λέγουσι ἰχθῦς ὠμοὺς σιτεομένους, ἐσθῆτι δὲ νομίζοντας χρᾶσθαι φωκέων δέρμασι. τὸ δὲ ἓν τῶν στομάτων τοῦ Ἀράξεω ῥέει διὰ καθαροῦ ἐς τὴν Κασπίων θάλασσαν. ἡ δὲ Κασπίη θάλασσα ἐστὶ ἐπ' ἑωυτῆς, οὐ συμμίσγουσα τῇ ἑτέρῃ θαλάσσῃ. τὴν μὲν γὰρ Ἕλληνες ναυτίλλονται [d] πᾶσαν, καὶ ἡ ἔξω στηλέων θάλασσα ἡ Ἀτλαντὶς καλεομένη, καὶ ἡ Ἐρυθρὴ, μία τυγχάνει ἐοῦσα· ἡ δὲ Κασπίη, ἔστι ἑτέρη ἐπ' ἑωυτῆς, ἐοῦσα μῆκος μὲν πλόῳ, εἰρεσίην χρεωμένῳ, πεντεκαίδεκα ἡμερέων· εὖρος δὲ, τῇ εὐρυτάτη ἐστὶ αὐτὴ ἑωυτῆς, ὀκτὼ ἡμερέων. καὶ τὰ μὲν πρὸς τὴν ἑσπέρην φέροντα τῆς θαλάσσης ταύτης ὁ Καύκασος παρατείνει, ἐὼν ὀρέων καὶ πλήθει [e] μέγιστον, καὶ μεγάθεϊ ὑψηλότατον. ἔθνεα δὲ ἀνθρώπων πολλὰ καὶ παντοῖα οἰκέει ἑωυτῷ ἔχει ὁ [f] Καύκασος· τὰ πολλὰ πάντα [g] ἀπ' ὕλης ἀγρίης ζώοντα. οἰκέουσι τοῖσι καὶ δένδρεα φύλλα τοιῆσδε ἰδέης παρεχόμενα εἶναι λέγεται, τὰ τρίβοντάς τε καὶ παραμίσγοντας ὕδωρ, ζῶα ἑωυτοῖσι ἐς τὴν ἐσθῆτα ἐγγράφειν· τὰ δὲ ζῶα οὐκ ἐκπλύνεσθαι, ἀλλὰ συγκαταγηράσκειν τῷ ἄλλῳ εἰρίῳ, κατάπερ [h] ἐνυφανθέντα ἀρχήν· μίξιν τε τούτων τῶν ἀνθρώπων εἶναι ἐμφανέα, καὶ ἅπερ τοῖσι προβάτοισι. Τὰ μὲν δὴ πρὸς ἑσπέρην

tem fructum perinde inebriantur odore iſto ac vino Græci: et eo vehementius, quo plus eius fructus fuerit iniectum, donec ad tripudiandum exſurgant et ad cantus veniant. Atque hæc fertur eorum eſſe vivendi conſuetudo. Araxes porro fluvius a Matienis quidem, unde et Gyndes, quem Cyrus in trecentos ac ſexaginta diduxit rivos, fluit; ſed per quadraginta ora erumpens, quæ omnia, uno excepto, in paludes eluviesque evolvuntur; ubi feruntur homines habitare, qui crudis victitent piſcibus, et pro veſtibus utantur phocarum pellibus. Reliquum illud inter oſtia Araxis per purum et ſolidum fluit in mare Caſpium, quod mare per ſeſe est, nec cum alio mari commiſcetur. Nam illud, quod Græci pernavigant omne, et id quod extra columnas est, Atlanticum dictum et Rubrum, idem est mare. Caſpium vero est alterum, ſeorſum in ſeipſo, longitudinis quindecim dierum, curſui navis quæ remis utatur: latitudinis, ubi ſpatioſiſſimum est, octo dierum. Est autem, qua ex parte ad veſperum vergit, Caucaſo prætentum monte, cuius cum maxima vaſtitas, tum ſumma est altitudo, multasque gentes atque omnigenas habet, ac plerasque omnes ab agreſti materia victitantes: ubi arbores folia talis naturæ proferentes dicuntur eſſe, quibus tritis et aqua dilutis illi animalia ſibi in veſte pingunt; eaque animalia non elui, ſed perinde prorſus ac ſi eſſent intexta, ſic cum reliqua lana veteraſcere. Horum quoque hominum concubitus, ſicuti pecoribus, in propatulo eſſe. Et huius quidem maris quod

Ca-

a Med. Ask. in aliis καταγιαζομένου. *b M.* & *Ask. Remig.* cum *Stepb.* ora. Μαΐτιονῶν *Arcb. Vind.*, vulgo Μαντιηνῶν, prave. Vide *Euſtath.* in Dionyſ. v. 739. *c Ald. Vind. Arcb. Paris. B. C. Remig.*, κατοικῆσθαι *M. Ask.*, ſtatim ἰχθεῖς *Arcb.* & ſupra quoque. Tum Φωκίων. *d Arcb. V. Rem.* tres *Paris. Aldus* & *Edd.*, πᾶσα *M.* & *Ask.* De Caſpio mari ex Noſtri praeſcripto *Euſtath.* in Dionyſ. v. 721., et v. 48. *e M. Ask. V. Arcb. Rem.* ora *Stepb.*, vulgo μέγιστος & ὑψηλότατος. *f* Καυκάσιος *Arcb. g M. Ask.*, reliqui ἐξ ὕλης. *Gronov.* vide. *b* Ἐνυφαθέντα *Arcb.*

ρην

locum *Dionis Chryſ.* verba *Dan. Heinſius* excitavit p. 61. ſimilis quaedam Scytharum conſuetudo memoratur *Herod.* L. IV, c. 75. VALKEN.

73. Καταγιζομένου τοῦ καρποῦ] Optime *Med.* & *Ask.*; Vitium, quod *Aldinum* occuparat, odoratus *H. Stephanus* est in Vocib. Herodot., & *Iungermannus* ad *Polluc.* I, 26.; *Herodotus* ſecum conſentit, ſermonisque uſus adſtipulatur. *Aelianus* de Animal. X, 50. πολλῶν δὲ ἐπ' αὐτὸν καθαγιζομένων θυμάτων —— ἐξάπτεται· et XIII, 21. τοῦ δέρματος πτρελῶν ὀλίγον καθήγισεν ἐπὶ πυρός. Iunge *Platonem* in Critia p. 119. fin., & agnoſces *Serranum* errare.

78. Ὁ δὲ Ἀράξης ποταμὸς ῥέει] Carpit haec *Strabo* XI. p. 803. C., quaedam *Noſtro* adfingens, quorum ille auctoritatem defugit. In *Araxis* fluvii ortu credibile fit, *Herodotum* eſſe falſum. Si fontes fuerint in Matienis, oportet Mediae flumen illud detur. Longe vero extra Mediae fines Masſagetae, Iſſedones & Scythae, quos eiusdem amnis accolas *Diodorus* II, 43. ſtatuit, habitarunt: praeterea in omni Media nullum eiusmodi flumen, quod tot oſtiis Caſpio mari iungatur. Congruunt pleraque omnia, ſi *Matienos* montes excipias, fluvio *Volgae*, qui & amplisſimus & diverſis oribus in Caſpium mare exoneratur. Oſtia ad octoginta & amplius, quae inſulas ingentes incingunt, memorat Ampl. *Nic. Witſenius* in Tartariae Deſcriptione Belgica p. 700. Amnis olim *Ros*, *Ras*, *Aras* adpellabatur, unde Graecorum Ἀράξης, quo etiam titulo plures orientis fluvii inſignes ſunt, de quibus, ſicuti & de hoc Araxe ſive *Volga* Ampl. *Bouberius* Diſſ. Herodot. C. 18. p. 190. & prior eo *Tb. Sig. Baierus* in *Origin. Scythic.* Commentar. Petropolit. T. I. p. 393. Id mirum accidit, animadverſam non eſſe verborum, in *Ariſtotelis* Meteorol. I, 13. transpoſitionem, factumque adeo, ut nunc ibi Araxes, cuius partem perhibet Tanaim, derivetur ex Indiae monte Parapomiſo, errore mirifico. Verum Philoſophi verba, καὶ ὁ Ἀράξης· τούτου δ' ὁ Τάναϊς ἀποσχίζεται μέρος ὢν εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην, collocata olim fuerant post Caucaſi montis mentionem & amnium inde devolventium ante voces καὶ ὁ Φάσις. Poſtulare ſeriem rei & orationis eam verborum iſtorum migrationem, agnoſcet, qui Philoſophum conſuluerit. Mihi longiori eſſe non licet.

85. Ῥέει διὰ καθαροῦ &c.] Inſolens haec dictio viſa nonnullis fuit, mihi nullo modo. Omnia amnis oſtia, praeter unum, in paludes & ſtagna lutoſa evolvebantur: illud διὰ καθαροῦ, videlicet τόπου, labebatur, minime turbidum & limoſum. Tale de Boryſtene IV, 53. ῥέει τε καθαρὸς πρὰ βολεροῖσι. Neque diſſimile, ſi dicendi genus adtendas, βῆναι ἐν καθαρῷ Sophocleum Oedip. Col. v. 1646., et *Homeri* Il. K, 199. ἐδριόωντο Ἐν καθαρῷ· tum Il. Ψ. 61. Reſtitutum in priſtinam ſtationem paullo ſupra est κατοικεῖσθαι. Vide *Herrei* Obſerv. Herod. p. 115.

85. Ἡ δὲ Κασπίη θάλασσα &c.] Verisſime *Noſter*, cui paria facit *Ariſtoteles* Meteorol. II, 1., & *Diodorus Sicul.* XVIII, 5. Ceteri fere omnes ex oceano ſeptemtrionali Caſpium mare influere tradiderunt, inprudenter horum ducum veſtigia deſerentes. Vid. *Caſaubon.* in *Strabon.* XI. p. 773. *Voſſium* ad *Melam* III, 5, 16. Πᾶσαν revocavi in ſuam ſedem.

94. Καὶ πλήθει μέγιστον] *Gronov.* bene. *Ariſtoteles* de Caucaſo Meteorol. I, 13. ὁ δὲ Καύκασος μέγιστον ὄρος —— καὶ ΠΛΗΘΕΙ καὶ ὕψει· tum post pauca τοῦ δὲ ΠΛΗΘΕΟΣ (σημεῖον) ὅτι πολλὰς ἔχει ἕδρας, ἐν αἷς ἔθνη κατοικεῖ πολλά. Quem philoſophi locum adſcripſerat & *Bergle-rus*. Nec convenit tamen omni ex parte. *Ariſtoteles* πλῆθος retulit ad incolentium multitudinem & ſedes. Noſter latisſimam eius amplitudinem & vaſtitatem ſpectavit. Mox C. 204. πεδίον ἐκδέκεται, ΠΛΗΘΟΣ ἄπειρον ἐς ἄποψιν· et IV, 123. Statim τὰ πολλὰ πάντα artisſime iunxi, uti L. II, 35.

99. Ζῶα ἑωϋτοῖσι ἐς τὴν ἐσθῆτα ἐγγράφειν] *Herodoto*, ſicuti *Euſtath.* monuit in *Iliad.* p. 626., ζῶα γράφειν & γράφεσθαι ex vetere more est *pingere*, uti IV, 88. Hoc ſi valeat, variis coloribus & picturis veſtes infecerunt Caucaſii. *Strabo* in eam ſententiam verba transtulit, τὴν δ' ἐσθῆτα ποικίλλουσιν ἐπιχρίσεσι φαρμάκοις, δυσεξίτηλον ἔχουσι τὸ ἄνθος L. XI. p. 781. B. Sed dubito, an iure fecerit.

15. Τὸ-

Caspium vocatur, partem, quae ad vesperam vergit, Caucasus disterminat: qua vero parte vergit ad auroram orientemque solem, planities excipit prospectu immensae magnitudinis. Huius spatiosae planitiei non minimam partem Massagetae possident, quibus bellum Cyrus inferre cupiebat, quum multa eum ac magna extollerent incitarentque. Primum sua nativitas et origo, quod videbatur maius quiddam homine esse: secundo loco, felicitas qua fuerat usus in bellis: quocunque enim se ad bellandum Cyrus direxerat, ea
205 gens nullo pacto poterat evadere. Erat autem Massagetarum regina, defuncti mariti vidua, TOMYRIS nomine. Hanc per legatos procabatur Cyrus verbo, volens eam habere uxorem; at illa animadvertens, non se ab eo coniugem peti, sed regnum Massagetarum, accessu Cyro interdicit. Postea Cyrus, quum dolus illi non procederet, progressus ad Araxem, aperte infesto cum exercitu in Massagetas tendens, tum flumen pontibus iungit, quibus copias traiiciat, tum in navibus ad
206 transvehendum flumen turres aedificat. Ad quem in hoc labore occupatum, Tomyris caduceatorem misit, qui diceret: o Rex Medorum, desine incumbere in quae incumbis, nescius an ista, quae constituisti, tibi conducibilia erunt. Omisso incepto in tuis regna, et nos sine finium quorum fumus principes esse. Verum tu admonitionibus his uti noles, et omnia males quam quietem. Quod si tantopere affectas experiri Massagetas, age, quam sustines aerumnam in iungendo fluvio, omitte: quin tu nobis tridui itinere ab fluvio digressis, traiicito in nostram regionem: aut, si mavis nos excipere in vestram, tu hoc idem facito. Haec ubi Cyrus audivit, accitis Persarum primoribus coactisque, in medium rem proponit, consulens utrum ageret. Illorum in idem convenere sententiae, iubentium, recipi in ipsorum regionem cum suo exercitu
207 Tomyrin. Quam sententiam Crœsus Lydus, quum adesset, improbabat, contrarium disserens his verbis; Equidem tibi, o rex, etiam antea dixi, quandoquidem Iupiter tibi me tradidit, quicquid animadvertero offensae in tua domo, id omne me pro viribus aversurum;

ρην τῆς θαλάσσης ταύτης τῆς Κασπίης καλεομένης. ὁ
5 [a] Καύκασος ἀπέργει· τὰ δὲ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἥλιον ἀνατέλλοντα, πεδίον [b] ἐκδέχεται, πλῆθος ἄπειρον ἐς ἄποψιν. τῷ ὦν δὴ πεδίῳ τῷ μεγάλῳ ὐκ ἐλαχίστην μοίρην μετέχουσι οἱ Μασσαγέται, ἐπ' οὓς ὁ Κῦρος [c] ἔσχε προθυμίην στρατεύσασθαι. πολλά τε γάρ μιν καὶ μεγάλα τὰ ἐπαείροντα καὶ ἐποτρύνοντα ἦν. πρῶτον μὲν ἡ γένεσις, τὸ δοκέειν πλέον τι εἶναι ἀνθρώπου· [d] δεύτερα δὲ, ἡ εὐτυχίη ἡ κατὰ τοὺς πολέμους γενομένη. ὅκη γὰρ ἰθύσειε [e] στρατεύεσθαι ὁ Κῦρος, ἀμήχανον ἦν ἐκεῖνο τὸ ἔθνος διαφυγέειν. Ἦν δὲ τῷ ἀνδρὸς ἀποθανόντος γυνὴ τῶν
15 [f] Μασσαγετέων βασίλεια· [g] Τόμυρις οἱ ἦν ὄνομα. ταύτην πέμπων ὁ Κῦρος ἐμνᾶτο τῷ λόγῳ, θέλων γυναῖκα ἣν ἔχειν. ἡ δὲ Τόμυρις [h] συνιεῖσα ὐκ αὐτὴν μιν μνώμενον, ἀλλὰ τὴν Μασσαγετέων βασιληίην, ἀπεῖπε τὴν πρόσοδον. Κῦρος δὲ μετὰ τοῦτο, ὡς οἱ δόλῳ ὐ [i] προεχώρεε,
20 ἐλάσας ἐπὶ τὸν Ἀράξεα, ἐπῆιε τὸν ἐκ τοῦ ἐμφανέος ἐπὶ τοὺς Μασσαγέτας [k] στρατηίην, γεφύρας τε ζευγνύων ἐπὶ τῷ ποταμῷ διάβασιν τῷ στρατῷ. καὶ πύργους ἐπὶ πλοίων τῶν διαποθμευόντων τὸν ποταμὸν οἰκοδομεόμενος.
Ἔχοντι δέ οἱ τοῦτον τὸν πόνον, πέμψασα ἡ Τόμυρις
25 κήρυκα, ἔλεγε τάδε, „ Ὦ βασιλεῦ Μήδων, παῦσαι „ σπεύδων τὰ σπεύδεις· ὐ γὰρ ἂν εἰδείης εἴ τοι ἐς καιρὸν ἔσται ταῦτα [l] τελεύμενα· παυσάμενος δὲ, βασί„ λευε τῶν σεωυτοῦ, καὶ ἡμέας ἀνέχευ ὁρέων ἄρχοντας „ τῶν περ ἄρχομεν. ὅκων ἐθελήσεις ὑποθήκησι τῇσιδε
30 „ [m] χρέεσθαι, ἀλλὰ πάντως μᾶλλον ἢ δι' ἡσυχίης „ εἶναι; σὺ δὲ ἢν μεγάλως [n] προθυμέαι Μασσαγετέων „ περιβῆναι, Φέρε, μόχθον μὲν, τὸν ἔχεις ζευγνὺς τὸν „ ποταμὸν, ἄφες. σὺ δὲ, ἡμέων ἀναχωρησάντων ἀπὸ „ τοῦ ποταμοῦ τριῶν ἡμερέων ὁδὸν, διάβαινε ἐς τὴν ἡμε-
35 „ τέρην. εἰ δ' ἡμέας [o] βούλεαι ἐσδέξασθαι μᾶλλον ἐς „ τὴν ὑμετέρην, σὺ τωὐτὸ τοῦτο [p] ποίεε." ταῦτα δὲ ἀκέσας ὁ Κῦρος συνεκάλεσε Περσέων τοὺς πρώτους· συναγείρας δὲ τούτους, ἐς μέσον σφι προετίθει τὸ πρῆγμα, συμβουλευόμενος ὁκότερα [q] ποιέοι. τῶν δὲ καὶ τωὐτὸ αἰ
40 γνώμαι συνεξέπιπτον, κελευόντων ἐσδέχεσθαι Τόμυρίν τε καὶ τὸν στρατὸν αὐτῆς ἐς τὴν χώρην. Παρεὼν δὲ, καὶ μεμφόμενος τὴν γνώμην ταύτην Κροῖσος ὁ Λυδὸς, ἀπεδείκνυτο ἐναντίην τῇ προκειμένῃ [r] γνώμῃ, λέγων τάδε, „ Ὦ βασιλεῦ, εἶπον μὲν καὶ πρότερόν τοι, [s] ὅτι ἐπεί
45 „ με Ζεὺς ἔδωκέ τοι, τὸ δὲν ὁρῶ σφάλμα ἐὸν οἴκῳ τῷ „ σῷ,

---

a Καυκάσιος *Arcb.*, tum ἀπείργει *Ask.* *b* *Ald. M. Ask.*, vulgo ἐκδέχεται. Mox Μασσάγ. *Arcb.* *c* Ἔσχε male *Arcb.*, simile delictum in *Edd.* semel iterumque alibi. *d* *M.* & *Ask.*, in *Paris. B.*, *Arcb. Vind. Ald.* δεύτερον. Mox πολεμίους γινομένη. *Edd.* γεγενομένη· quod nunc est, venit ex *M. Ask.* *e* Στρατεύειν ὁ Κῦρος *Arcb.* Articulum alii non habent. *f* Μασαγετέων *Arcb.*, et hunc ad modum semper. *g* *Suidas* Τόμυρις & Τώμυρις ex hoc loco. Mox ταύτην πεμπ. *Arcb.* *b* *M. Ask.* bene; in aliis συνεῖσα. Tum οὐ κατ' αὐτὴν *Arcb.* *i* *Ask. Med.* & *Suid.* in Μνωμένη· vulgo προσεχώρεε, quod & in Grammatici Τόμυρις. *k* *Arcb. Ask.*, *Suid.* στρατείαν; sed sibi non constans; *Med.* & *Aldus* cum *Edd.* στρατίην. Paullo ante Ἀράξην *Arcb. Vind.*; *Suidas* vulgatum probat. *l* *Aldus* & ora *Stepb.*, τελεσόμενα *Arcb.*, ceteri cum *Edd.* τελεόμενα, non magna differentia. *m* Χρῆσθαι *Ask. Arcb.*, tum πάντων μαλ. margo *Stepb.*, πάντα *Arcb.* *n* *Paris. A.*, in ceteris προθύμεαι. *o* Βούλεε εἰσδ. *Arcb.* *p* *Ald. Arcb. Vind. Paris.*, ποιεῖ *M. Ask.* Mox συνεκάλεε non male *Arcb.* *q* *Remig.* et *Paris A.*, in aliis ποιέει aut ποιέῃ. *r* *Arcb. V. M. Ask. Rem. Stepb.* ora. Editis γνώμῃ deest. *s* *M. Ask. Arcb.*, ὅτι *Edd.* aberat.

15. Τόμυρίς οἱ ἦν οὔνομα] Patet ex *Suida*, in reginae nominis principio scripturae constantiam non fuisse. *Lucian.* Contempl. C. 13. Τώμυρις ἐκείνη ἐστί, ubi praeclare hac de regina & nominis scriptione *T. Hemsterhusius.* Codd. *Herodoti* nihil variant; in *Iustini*, *Frontini*, *Valerii M.* schedis discordia viget, qua de *Oudendorpius* ad *Frontin.* II, 5, 5. Recte *P. Burmannus Secundus* Anthol. Latin. II. Epigr. 6. edidit, *Quam Tomyris turbata valet, cognovit in utre*, nimirum Cyrus.

20. Ἐποιέετο — στρατηίην] Ita oportuit. Κροῖσος — ἐποιέετο στρατηίην ἐς Καππαδοκίην I, 71. Verum crebro librarii inprudentes mutatum iverunt, veluti III, 3. 56. IV, 83. atque alibi, at contra tabulas.

28. Ἀνέχευ ὀρέων ἄρχοντας] Si οὐρέων esset, fors melius haberet. Docet *Strabo* Massagetarum plures loca montana habuisse L. XI. p. 780., Tomyrin praeterea Cyro posuisse in montibus insidias *Iustinus* auctor est I, 8. Hoc amplius, οὖρος, *terminus*, Ionibus ψιλοῦται, teste *Eustathio* ad Iliad. p. 149, 15. Sed nolo contra MSS. niti. Mox προθυμέαι optime *Paris A.*; id postulat linguae genius ex προθυμέομαι. *Aldi* operae dederant προθυμέει errantes: cuius ibi tonus verbi innuit in scripto libro προθυμέαι fuisse. Ex *Aldo* error late ad omnes editos manavit, *L. Kustero* in *Clerici* Bibl. V. & Nov. t. v. p. 407. bene monente.

32. Φέρε, μόχθον μὲν — ἄφες] Omnia ista *Reiskius* suo deposita loco negat: sedem olim habuisse et occupare rursus debere post σὺ τωὐτὸ — ποίεε, atque hunc quidem ad modum, Φέρε, ἡμέων ἀναχωρησάντων — σὺ — ποίεε, μόχθον δὲ, τὸν ἔχεις ζευγνὺς &c. Mihi opera displicet, quippe voluntaria & nimium audax. Bene Tomyris, omitti posse aerumnosum laborem iungendi struendique pontis, admonet: se tridui itinere retro cessuram, facilemque adeo amnis traiectum ratibus & navigiis, citra cum laborem, Cyro fore. Mox ποιέοι ex schedis probavi.

„ σῷ, κατὰ δύναμιν ἀποτρέψειν. τὰ δέ μοι παθήμα-
„ τα τὰ ἐόντα [a] ἀχάριτα, μαθήματα γεγόνει. εἰ μὲν
„ ἀθάνατος δοκέεις εἶναι, καὶ στρατιῆς τοιαύτης ἄρ-
„ χειν, οὐδὲν ἂν εἴη πρῆγμα γνώμας ἐμέ σοι ἀποφαί-
„ νεσθαι· εἰ δ' ἔγνωκας ὅτι ἄνθρωπος καὶ σὺ εἶς, καὶ
„ ἑτέρων τοιῶνδε ἄρχεις, ἐκεῖνο πρῶτον μάθε, [b] ὡς κύ-
„ κλος τὰ ἀνθρωπήϊα ἐστὶ πρηγμάτων· περιφερόμενος
„ δὲ, οὐκ ἐᾷ ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς εὐτυχέειν. ἤδη [c] ὦν ἐγὼ
„ γνώμην ἔχω περὶ τοῦ προκειμένου πρήγματος τὰ ἔμ-
„ παλιν ἢ ὅτοι. εἰ γὰρ ἐθελήσομεν ἐσδέξασθαι τοὺς πο-
„ λεμίους ἐς τὴν χώρην, [d] ὅδε τοι ἐν αὐτῷ κίνδυνος ἔνι·
„ ἐσσωθεὶς μὲν, προσαπολλύεις πᾶσαν τὴν ἀρχήν. δῆ-
„ λα γὰρ δὴ, ὅτι νικῶντες Μασσαγέται, οὐ τὸ ὀπίσω
„ φεύξονται, ἀλλ' ἐπ' ἀρχὰς τὰς σὰς [e] ἐλῶσι. νικῶν
84 „ δὲ, οὐ νικᾷς τοσοῦτον, ὅσον εἰ διαβὰς ἐς τὴν ἐκείνων,
„ νικῶν Μασσαγέτας, ἕπουο φεύγουσι. τοῦτο γὰρ ἀν-
„ τιθήσω ἐκείνῳ, ὅτι νικήσας τοὺς [f] ἐναντιουμένους ἐλᾷς
„ ἰθὺς τῆς ἀρχῆς τῆς Τομύριος. χωρίς τε τοῦ ἀπηγη-
„ μένου, [g] αἰσχρὸν καὶ οὐκ ἀνασχετὸν, τὸν Κῦρόν γε τὸν
„ Καμβύσεω γυναικὶ εἴξαντα ὑποχωρῆσαι τῆς [h] χώ-
„ ρης. νῦν ὦν μοι δοκέει, [i] διαβάντας προελθεῖν ὅσον οἱ
„ ἐκεῖνοι διεξίωσι· ἐνθεῦτεν δὲ τάδε ποιεῦντας, πειρᾶ-
„ σθαι ἐκείνων [k] περιγίνεσθαι. ὡς γὰρ ἐγὼ πυνθάνομαι,
„ Μασσαγέται εἰσὶ ἀγαθῶν τε Περσικῶν ἄπειροι, καὶ
„ καλῶν μεγάλων ἀπαθέες. τούτοισι ὦν τοῖσι ἀνδράσι
„ τῶν προβάτων ἀφειδέως πολλὰ καταχέαντας, καὶ
„ σκευάσαντας, προθεῖναι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῷ ἡμετέ-
„ ρῳ δαῖτα· πρὸς δὲ, [l] καὶ κρητῆρας ἀφειδέως οἴνου
„ ἀκρήτου, καὶ σιτία παντοῖα. ποιήσαντας δὲ ταῦτα,
„ ὑπολειπομένους τῆς στρατιῆς τὸ [m] φλαυρότατον, τοὺς
„ λοιποὺς αὖτις ἐξαναχωρέειν ἐπὶ τὸν πόταμόν. ἦν γὰρ
„ ἐγὼ γνώμης μὴ ἁμαρτάνω, κεῖνοι ἰδόμενοι ἀγαθὰ πολ-
„ λὰ, τρέψονταί τε πρὸς αὐτὰ, καὶ ἡμῖν τὸ ἐνθεῦτεν
„ λείπεσθαι ἀπόδεξις ἔργων μεγάλων. Γνῶμαι μὲν αὗ-
„ ται [n] συνέστασαν. Κῦρος δὲ, μεθεὶς τὴν πρότερην γνώμην,

rum; nam mei casus, ingrati illi, extitere disciplinæ. Si tibi esse videris immortalis, et eiusmodi exercitui præesse, nihil est opus, ut tibi dicam sententias: sin vero te quoque agnoscis hominem esse, et aliis talibus præes, illud in primis discito, humanarum rerum orbem esse, qui, rotatus, semper eosdem fortunatos esse non sinit. Ideoque de hac quam proposuisti re, secus ego atque isti sentio. Si enim hostes in hanc terram volemus excipere, id tibi inde periculum erit, ne fugatus omne simul amittas imperium: quia haud dubie victores Massagetæ, non se retro fuga recipient, sed tua regna adorientur. Victor autem tu non perinde proficis, quantum si traiectu in terram illorum facto, victoria Massagetarum potitus instabis fugientibus. Hoc ipsum enim illi opponam, ut victis hostibus, recta pergas ad Tomyris regnum. Ac præter istud, quod est memoratum, turpe est atque intolerabile, Cyrum, Cambysis filium, mulieri cedentem cessisse regione. Nunc igitur mihi placet, traiectis copiis procedere tantum, quantum illi processerint: atque dehinc ista faciendo, dare operam ut illos superemus. Namque, ut ego audio, Massagetæ bonorum sunt Persicorum insueti, et magnorum commodorum expertes; his ergo talibus viris propone in nostris castris lautam instructarum epularum copiam, magna vi pecorum mactata, cum crateribus etiam effuse vini meri, atque omnis cibariorum generis. Hoc ubi fecerimus, vilissimis quibusque militum ibi relictis, cum reliquis retro ad flumen nos recipiamus. Multis enim bonis conspectis illi, nisi me fallit opinio, se ad ea convertent: unde nobis supererit oportunitas egregiorum facinorum. Atque hæ quidem in medium ve- 208
nere sententiæ. Cyrus autem, priore repudiata,

[a] *Arcb. M. Ask.*, in aliis ἀχάριστα. [b] Habet *Stobaeus* Serm. CIII. p. 563. [c] Sic *Arcb.*, pronomen deerat *Edd.*, tum τὸ ἔμπαλιν idem. [d] Ὅδε τις ora *Steph.* [e] Citat *Thomas M.* in Ἐλάω. [f] *Ald.* & *Edd.* cum *Arcb.* Ἀντιουμένους *M. Ask.* Mox Τομύριδος *Edd.* quod nunc est, venit ex *M. Ask.* [g] Iidem & *Arcb.*, alii αἰσχρόν τε καὶ. [h] Μάχης *Paris. C. Rem. Arcb. V. Valla* & *Edd.*, χώρης *M. Ask.* [i] *Med. Ask.*, διαβάντα plerique alii; προσελθεῖν *Vind.* [k] *Ald. Arcb. Rem. Vind. Edd.*, περιγενέσθαι *Ask.* & *Med.* [l] Abest copula *Arcb.* [m] Habet *Suid.* in *V.* [n] Συνέταξαν *Arcb.*

46. Παθήματα τὰ ἐόντα ἀχάριτα] Potuerat ἀχάριστα sedis possessionem tueri. *Homer.* Odyss. Θ, 236. ἐπεὶ οὐκ ἀχάριστα μεθ' ἡμῶν ταῦτ' ἀγορεύεις. i. e. ut in scholiis, ἀνδῆ. *Hesychius* Ἀχαρίστερον, ἀχαριτώτερον, quod firmat verbis poëtae Odyss. Υ, 392. Quia tamen potiores scripti ἀχάριτα praeferunt, eos non desero. Dant Codd. VII, 156. συνοίκημα ἀχαριτώτατον. Corrigit *Mos. Solanus* ὡς δὲ καὶ ἀχάριτός εἰμι suo periculo in *Luciani* Merced. Cond. C. 30., ubi ex margine *Aldinae* meae ἄχαρις praestiterat. Εὐχάριτος *Xenophontis*, *Appiani*, *Aeliani*, et praescripta *Hesychii* verba analogiam vocabuli roborant. Vide ad *Diodori* XVIII, 28.

51. Ὡς κύκλος τῶν ἀνθρωπηΐων ἐστὶ &c.] *Aristoteles* Problem. Sect. 17. p. 129. haec spectasse videtur, καθάπερ καί φασι κύκλον εἶναι τὰ ἀνθρώπινα. Vidit hoc et *Herodoto* suo adscripsit *Schurzfleischius*, sicuti ex Cl. *Walchio* accepi. Amant hoc genus & Latini, sed varie. *Seneca* Cons. ad Marc. C. 15. *Sed videlicet it in orbem ista tempestas.* Aliter *Hilarius Pictav.* L. II. ad Constantium Imp. C. 4. *Orbem aeternum erroris et redeuntis in se semper certaminis circumtulerunt.* Vide *Gronovium.*

62. Ὅτι νικήσας τοὺς ἐναντιουμένους] *Hoc esse unicum in Herodoto exemplum huius sic compositi verbi: per reliqua non occurrere nisi simplex ἀντιόω*, adscripsit, ut *Medico* faveret, vir Celeb.; cuius illi memoria decreti utique evanuit, cum ἐναντιωθῆναι ex illo libro reposuit VII, 10, 3., motus Artabani verbis sect. 4. eiusdem capitis, εἰ γὰρ καὶ ἐναντιωθῆναί τοι θέλει. Fugerunt eumdem ista VII, 149. Καὶ δή τοι οὐδενὸς ἐναντιευμένου. Quae satis sunt ad compositum retinendum, pariterque patefaciunt, quanta cautione, ne similis peccati rei evadamus, et quanta indulgentia, si quid ab aliis tali in re aberretur, uti, aequum sit. Quae haec antevertunt τοῦτο γὰρ ἀντιθήσω —— tangit versatque *P. Horreus* Obs. Herod. C. 19.

65. Ὑποχωρῆσαι τῆς χώρης] Amplector *Mediceum.* Non sum nescius *Horreum* animose stetisse pro vetere τῆς μάχης Obs. Herod. C. 16. Verum, quod bene *Gronov.*, nihil de pugna praecesserit liquido, neque eam Cyro Croesus suadet: immo vero, ut in reginae Massagetarum fines transeat, & positis insidiis ad flumen Araxen se recipiat. Obportunum est ad dictionis habitum *Demosthenis* celebre dictum pro Coron. p. 162., quo tamquam emblemate *Diodorus* seriem scriptionis distinxit XVI, 85., τότε ἐγὼ τῷ Πύθωνι —— οὐκ εἶξα οὐδ' ὑπεχώρησα· neque alienus *Luciani* in Tox. locus C. 36., de quo *Abreschius* recte Lect. *Aristaen.* L. II. p. 186. Iam si cum viro Reverendo mox διαβάντα instauratum velis, non contentiose obnitar. Certe περιγίνεσθαι servari debuit.

71. Τῶν προβάτων — πολλά] Laurentius *magna vi pecorum mactata*; cuius versio moveri non debuerat. Πρόβατα olim πάντα τὰ τετράποδα dicebantur. Vid. Schol. in Il. Ξ, 124. *Herodoti* loca non adnumerabo, in quis saepe *oves* intelligunt, uti hic *Gronov.* De *Hippocratis* more multa *Galenus* in librum de Articul. p. 587., multa quoque *Eustachius* ad *Erotian.* p. 92. & *Foësius* in Oeconom. Haec tenuia videntur, nec recusant tamen adponi.

79. Γνῶμαι μὲν αὗται συνέστασαν] *In medium venere* in Latinis ex *Gronovii* opinione. Paene puto contrarias indicari, ut erant, sententias. Tales συνεγκυῖαι γνῶμαι VII, 142., dissentiente *Porto.* Tale IV, 132. συνεγήκεε δὲ ταύτῃ τῇ γνώμῃ ἡ Γοβρύεω in MSS. Tum VIII, 79. συνεγκότων τῶν στρατηγῶν, *contra se consistentibus ducibus.*

84. Τῷ-

diata, Crœsique probata sententia, indixit Tomyri ut retrocederet, utpote se ad illam traiecturo. Illa, quemadmodum primo sponderat, retrocessit. Cyrus in Cambysis filii sui, cui regnum tradebat, manus præbuit Crœsum, ac maiorem in modum ut hominem honore beneficiisque prosequeretur, præcepit, si sua adversus Massagetas traiectio non recte cederet. Hæc ubi præcepit, eosque remisit in Persidem, ipse cum copiis
209 suis flumen traiecit. Transmisso Araxe ubi nox advenit, vidit per quietem in terra Massagetide talem visionem: videbatur Cyrus in somno cernere maximum natu filiorum Hystaspis, habentem in humeris alas, quarum altera Asiam, altera Europam inumbraret. Hystaspi (qui Achæmenides erat, Arsamis filius) erat ex liberis natu maximus Darius, tunc ferme vicesimum ætatis annum agens, in Perside relictus, quod non maturus militiæ esset. Experrectus Cyrus de visu apud se cogitabat: qui quum ei magni momenti videretur, vocato Hystaspi remotis arbitris, inquit; Filius tuus, Hystaspes, mihi atque regno meo insidiari deprehensus est: hoc unde clare certeque noverim, ego indicabo. Dii mei curam gerunt, et quæcunque eventura sunt, mihi ostendunt. Igitur proxima nocte in quiete vidi liberorum tuorum natu maximum, in humeris habentem alas, quarum altera Asiam, altera Europam inumbraret. Ex quo viso nulla dubitatio est, quin ab illo mihi tendantur insidiæ. Quapropter tu quamprimum in Persidem revertere: faciteque ut quum ego subactis his illuc rediero, filium tuum mihi sistas ad causam dicendam.
210 Et Cyrus quidem hæc loquutus est, sibi insidiari Darium suspicatus. At dæmon huic ipsi portendebat illum ibi mortem oppeturum, et eius regnum ad Darium esse perventurum. Respondens igitur illi Hystaspes, Absit, inquit, o rex, ut quispiam vir, genere Perses, tibi moliatur insidias: quod siquis sit, is primo quoque tempore morte mulctetur; tu enim Persas ex servis liberos effecisti; ex subiectis aliorum, omnibus imperantes. Quod siqua tibi visio filium meum indicat rebus novis contra te studere, ego tibi eum dedo pro tuo arbitratu tractandum. Hoc reddito responso, Hystaspes traiecto Araxe in Persidem contendit, Cyro filium suum Darium custodi-
211 turus. Cyrus autem ab Araxe progressus diei iter, quæ Crœsus admonuerat exequitur: relictaque illic inutili manu, mox cum integra et pura exercitus parte ad Araxem revertitur. Hos itaque relictos ex Cyri exercitu aggrediens tertia Massagetici exercitus pars, sese

τὴν Κροίσου δὲ ἑλόμενος, προηγόρευε [a] Τόμυρι ἐξαναχωρέειν, ὡς αὐτῷ διαβησομένῳ ἐπ' ἐκείνην. ἡ μὲν δὴ ἐξαναχώρεε, [b] κατὰ ὑπέσχετο πρῶτα. Κῦρος δὲ Κροίσου ἐς τὰς χεῖρας ἐσθεὶς τῷ ἑωυτοῦ παιδὶ Καμβύσῃ, τῷπερ τὴν βασιληίην ἐδίδου, καὶ πολλὰ ἐντειλάμενος οἱ τιμᾷν τε αὐτὸν καὶ εὖ ποιέειν, ἢν ἡ διάβασις ἡ ἐπὶ Μασσαγέτας [c] μὴ ὀρθωθῇ· ταῦτα ἐντειλάμενος, καὶ ἀποστείλας τούτους ἐς Πέρσας, αὐτὸς διέβαινε τὸν ποταμὸν, καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ. Ἐπεί τε δὲ ἐπεραιώθη τὸν [d] Ἀράξεα, νυκτὸς ἐπελθούσης, εἶδε ὄψιν, εὕδων ἐν τῇ Μασσαγετέων τῇ χώρῃ, τοιήνδε. ἐδόκεε ὁ Κῦρος [e] ἐν τῷ ὕπνῳ ὁρᾶν τοῦ Ὑστάσπεος παίδων τὸν πρεσβύτατον ἔχοντα ἐπὶ τῶν ὤμων πτέρυγας· καὶ τούτεων τῇ μὲν τὴν Ἀσίην, τῇ δὲ τὴν Εὐρώπην ἐπισκιάζειν. Ὑστάσπεϊ δὲ τῷ [f] Ἀρσάμεος, ἐόντι ἀνδρὶ Ἀχαιμενίδῃ, ἦν τῶν παίδων Δαρεῖος πρεσβύτατος, ἐὼν τότε ἡλικίην ἐς εἴκοσί κω [g] μάλιστα ἔτεα. καὶ οὗτος καταλέλειπτο [h] ἐν Πέρσῃσι· οὐ γὰρ εἰχέ κω ἡλικίην στρατεύεσθαι. ἐπεὶ ὦν δὴ ἐξεγέρθη ὁ Κῦρος, ἐδίδου λόγον ἑωυτῷ περὶ τῆς ὄψιος· ὡς δέ οἱ ἐδόκεε μεγάλη εἶναι ἡ ὄψις, καλέσας Ὑστάσπεα, καὶ ἀπολαβὼν μοῦνον, εἶπε, „Ὑστάσπες, παῖς σὸς ἐπιβουλεύων
„ ἐμοί τε καὶ τῇ ἐμῇ ἀρχῇ ἐάλωκε· ὡς δὲ [h] ἀτρεκέως
„ ταῦτα οἶδα, ἐγὼ σημανέω. ἐμεῦ θεοὶ κήδονται, καί μοι
„ πάντα προδεικνύουσι τὰ ἐπιφερόμενα· ἤδη ὦν ἐν τῇ παροιχομένῃ νυκτὶ εὕδων, εἶδον τῶν παίδων τὸν πρεσβύ-
„ τατον ἔχοντα ἐπὶ τῶν ὤμων πτέρυγας· καὶ τούτεων τῇ μὲν
„ τὴν Ἀσίην, τῇ δὲ τὴν Εὐρώπην ἐπισκιάζειν· ἔκων ἐξ
„ μηχανῆς ἀπὸ [i] ὄψιος ταύτης οὐδεμίη, τὸ μὴ κεῖνον
„ ἐπιβουλεύειν ἐμοί. σὺ τοίνυν τὴν ταχίστην πορεύεο ὀπίσω
„ ἐς Πέρσας, καὶ ποιέε ὅκως, ἐπεὰν ἐγὼ τάδε κατα-
„ στρεψάμενος ἔλθω ἐκεῖ, ὥς μοι καλαστήσῃς τὸν παῖδα
„ ἐς ἔλεγχον." [k] Κῦρος μὲν δοκέων Δαρεῖόν οἱ ἐπιβουλεύειν, ἔλεγε τάδε· [l] τῷδε ὁ δαίμων προέφαινε ὡς αὐτὸς μὲν τελευτήσειε αὐτοῦ ταύτῃ μέλλοι, ἡ δὲ βασιληίη αὐτοῦ περιχωρέοι ἐς Δαρεῖον· [m] ἀμείβεσθαι ὦν δὴ ὁ Ὑστάσπης τοιοῖσδε. „Ὦ βασιλεῦ, μὴ εἴη ἀνὴρ Πέρσης γεγονὼς,
„ ὅστις τοι [n] ἐπιβουλεύσει. εἰ δ' ἔστι, ἀπόλοιτο ὡς τάχιστα· ὃς ἀντὶ μὲν δούλων, ἐποίησας ἐλευθέρους Πέρσας εἶναι· ἀντὶ δὲ ἄρχεσθαι ὑπ' ἄλλων, ἄρχειν ἁπάντων. εἰ δέ τίς τοι [o] ὄψις ἀπαγγέλλοι παῖδα τὸν ἐμὸν νεώτερα βουλεύειν περὶ σέο, ἐγώ τοι παραδίδωμι
„ χρῆσθαι αὐτῷ τούτῳ ὅ, τι σὺ βούλεαι." Ὑστάσπης μὲν τούτοισι ἀμειψάμενος, καὶ διαβὰς τὸν [p] Ἀράξεα, ἤιε ἐς Πέρσας, φυλάξων Κύρῳ τὸν παῖδα Δαρεῖον. Κῦρος δὲ προελθὼν ἀπὸ τοῦ Ἀράξεω ἡμέρης ὁδὸν, ἐποίεε τὰς Κροίσου ὑποθήκας. μετὰ δὲ ταῦτα, Κύρου τε καὶ Περσέων τοῦ καθαροῦ στρατοῦ [q] ἀπελάσαντος ὀπίσω ἐπὶ τὸν Ἀράξεα, λειφθέντος δὲ τοῦ ἀχρηίου, ἐπελθοῦσα τῶν Μασσαγετέων [r] τριτημορὶς τοῦ στρατοῦ, τούς τε λειφθέντας τῆς Κύρου στρατιῆς ἐφόνευε ἀλεξομένους, καὶ τὴν προσεμένην

a Τόμυριν *Arcb.* *b* Καθὰ id. & mox Κροίσου. *c* Defit negans vox in eodem. *d* Ἀράξην idem. In *Rem.* mox εὕδων νυκτὸς ἐπελθ. ἐν τῶν Μασσ. *e* Tria haec non legit *Arcb.* *f* Ἀρσάκεος ora *Steph.*, Ἀρτάμενος *Arcb. Valla.* *g* Ἕτεα μάλ. *Arcb.* *h* Ταῦτα ἀτρεκέως *Ask. Arcb.* *i* *Ald. V. Arcb. Rem.*, οὐδεμία *Med. Ask.*, qui mox σύ νυν in *Paris. A. B.*, & ceteris, quos nominavi, vulgatum. *k* Ὁ μὲν Κ. *Arcb.*, tum οἱ Δαρ. id. & *Ask.* *l* *Ald. Arcb. V. Rem.*, in *Med.* & *Ask.* τῷδε οἱ ὁ Δ., ſtatim τελευτῆσαι *Arcb.* *m* *Paris. A. Rem. Vind. Ald.*, ἀμείβεται οἱ *Arcb. M. Ask.*, tum τοῖσδε *Ask. Arcb.* *n* *M.* ora *Steph. Ask.*, ἐπιβουλεύσοι *Paris. A.* ἐπιβουλεύει *Arcb.*; *Ald.* ἐπιβουλεύοι. *o* Ἀπαγγέλλει in *Paris. B. C.* Tum αὐτῷ τοῦτο iidem & *Arcb.* *p* *M. Ask. Arcb.*, Ἀράξην, melius *Edd.*, ut ſaepe antea. *q* Ἐπελεύσαντος *Arcb. Vind. Ald.* & mox ἀπελθ.. *r* Citat *Pollux* IX, 66. et *Suidas* in Ἀλεξόμενος, ubi ἐπιληφθέντας.

84. Τῷπερ τὴν βασιληίην ἐδίδου] Solebat rex Persarum bellum ingressurus, ob incertum expeditionum successum, ex lege successorem designare, uti est VII. 2. Neque hoc neglexit *Brisson.* R. P. 1, 9.

94. Τῷ Ἀρτάμεος] Sic bene. Vide VII, 11. et 224. In somnio Cyrus explicando nimius est. Vanae artis consultissimus *Artemidorus* censet id genus πλουσίοις καὶ τοῖς μέγα δυναμένοις ἀρχὰς περιποιεῖν Onirocrit. II, 72., uti Dario contigit.

13. Τῷδε ὁ δαίμων] *Exquisitum* illud et *delicatum*, quod ex *Med.* receptum erat, vix ulli adgnoscunt et sentiunt. Si τῷ δὲ, aut τῷδε δὲ cum *Reiskio.* & *Valken.* malueris, constabit oratio: praecessit Κῦρος μέν. Porro ἀμείβεται ὦν restitui. Neque enim simili in dictione casum tertium amant.

22. Χρῆσθαι αὐτῷ τούτῳ ὅ, τι &c.] Gelo in *AEliani* Var. XIII, 27. Καὶ δίδωμι χρῆσθαι ὅ, τι βούλεσθε. Scriptorum *Codd.* τοῦτο ὅ, τι σὺ βούλεαι animum advertit. An plenissimam dictionis structuram exhibere voluerunt? Mox C. 215. οὐδ' ἀργύρῳ χρέωνται οὐδέν. & II, 108. τούτῳ μὲν τάδε ἐχρήσατο. *Libanius* Or. X. p. 288. D. καὶ περὶ τοῦ τί χρήσεται τὸ σῶμα τοῦ πολεμίου σκοπῶντα. Ubi τῷ σώματι alius mallet fortasse. Sed lege *Hutchinson.* ad *Xenophont.* Agesil. p. 84.

μένῃ ἰδόντες δαῖτα, ὡς ἐχειρώσαντο τοὺς ἐναντίους, κλιθέντες [a] δαίνυντο· πληρωθέντες δὲ φορβῆς καὶ οἴνου, εὗδον. οἱ δὲ Πέρσαι ἐπελθόντες πολλοὺς μὲν σφέων ἐφόνευσαν, πολλῷ [b] δ' ἔτι πλείονας ἐζώγρησαν, καὶ ἄλλους, καὶ τὸν τῆς βασιληίης [c] Τομύριος παῖδα, στρατηγέοντα Μασσαγετέων, τῷ οὔνομα ἦν Σπαργαπίσης. Ἡ δὲ, πυθομένη τά τε περὶ τὴν στρατιὴν γεγονότα καὶ τὰ περὶ τὸν παῖδα, πέμψασα κήρυκα παρὰ Κῦρον, ἔλεγε τάδε, „Ἄπληστε αἵματος Κῦρε, μηδὲν ἐπαρθῇς „τῷ γεγονότι τῷδε πρήγματι, εἰ ἀμπελίνῳ καρπῷ, „τῷ περ αὐτοὶ ἐμπιπλάμενοι μαίνεσθε οὕτω, ὥστε „κατιόντος τοῦ οἴνου ἐς τὸ σῶμα, [d] ἐπαναπλέειν ὑ„μῖν ἔπεα κακά· τοιούτῳ φαρμάκῳ δολώσας, ἐκρά„τησας παιδὸς [e] τῆς ἐμῆς, ἀλλ' οὐ μάχῃ κατὰ τὸ „καρτερόν. νῦν ὦν μευ εὖ παραινεύσης [f] ὑπόλαβε τὸν „λόγον. ἀποδούς μοι τὸν παῖδα, ἄπιθι ἐκ τῆσδε τ„χώρης ἀζήμιος, Μασσαγετέων [g] τριημορίδι τῇ στρα„τοῦ κατυβρίσας. [h] εἰ δὲ ταῦτα οὐ ποιήσεις, ἥλιον 86 „ἐπόμνυμί τοι τὸν Μασσαγετέων δεσπότην, [i] ἢ μήν „σε ἐγὼ καὶ ἄπληστον ἐόντα, αἵματος κορέσω." Κῦρος μέν νυν, [k] τῶν ἐπέων οὐδένα τουτέων ἀνενειχθέντων ἐποιέετο λόγον. ὁ δὲ τῆς βασιληίης Τομύριος παῖς Σπαργαπίσης, ὡς μιν ὁ τε οἶνος ἀπῆκε, καὶ ἔμαθε ἵνα ἦν κακοῦ, δεηθεὶς Κύρου ἐκ τῶν δεσμῶν λυθῆναι ἔτυχε· ὡς δὲ ἐλύθη τε τάχιστα, καὶ τῶν χειρῶν ἐκράτησε, διεργάζεται ἑωυτόν· καὶ δὴ οὗτος μὲν τρόπῳ τοιούτῳ τελευτᾷ. Τόμυρις δὲ, [l] ὡς ὁ Κῦρος οὐκ ἐσήκουσε, συλλέξασα πᾶσαν τὴν ἑωυτῆς δύναμιν, συνέβαλε Κύρῳ. ταύτην τὴν μάχην, ὅσαι δὴ βαρβάρων ἀνδρῶν μάχαι ἐγένοντο, κρίνω ἰσχυροτάτην γενέσθαι, [m] καὶ δὴ καὶ πυνθάνομαι οὕτω τοῦτο γενόμενον. πρῶτα μὲν γὰρ λέγεται αὐτοὺς διαστάντας [n] ἐς ἀλλήλους τοξεύειν· μετὰ δὲ, ὡς σφι τὰ βέλεα ἐξεπεπόνητο, συμπεσόντας τῇσι αἰχμῇσί τε καὶ τοῖσι ἐγχειριδίοισι συνέχεσθαι· χρόνον τε δὴ ἐπὶ πολλὸν συνεστάναι μαχομένους, καὶ οὐδετέρους ἐθέλειν φεύ-

sese defensantes interimit. Eadem, conspecto epularum apparatu, post adversariorum cædem, ad epulandum discumbit; refertaque cibo ac vino soporatur. Persæ supervenientes occidunt quidem multos horum, sed multo plures vivos capiunt, cum alios, tum vero ducem eorum, reginæ Tomyris filium, cui nomen erat SPARGAPISES. Tomyris, cognito exercitus ac filii sui casu, misso ad Cyrum caduceatore, ita inquit: Inexplebilis cruore Cyre, ne spiritus tollas ex hoc quod actum est. Si fructu vitino, quo ipsi distenti adeo desipitis, ut descendente in corpus vino mox improbis vos verbis expleamini, tali veneno fallens filium meum vicisti, non prœlio et viribus. Quare meum admitte consilium, bene nunc tibi consulentis: abi, reddito mihi filio, ex hac regione, ferens impune quod tertiæ Massagetarum parti insultavisti. Quæ nisi feceris, per Solem iuro Massagetarum dominum, fore ut ego te, etsi insatiabilem, cruore tamen satiem. Hæc verba ad se perlata Cyrus pro nihilo habuit. Filius reginæ Tomyris Spargapises, ubi a vino relaxatus didicit, quo in malo esset, exoravit Cyrum, ut vinculis solveretur; statimque quum solutus est ac manuum compos effectus, seipsum interimit: atque hic quidem talem obit mortem. Tomyris autem, quum Cyrus ipsi non auscultaret, contractis omnibus suis copiis ita conflixit cum Cyro, ut hanc pugnam ex omnibus, quæ ab barbaris viris editæ sunt pugnæ, acerrimam censeam extitisse. Eam autem ita gestam fuisse accipio: primum illos spatio distantes, sagittas in se invicem misisse: deinde sagittis absumptis concurrentes, lanceis et gladiis conflixisse: ac diu pugnantes confertim stetisse, neutris fugere volentibus: ad extremum Mas-

212

213

214

a Ἐδαίνυντο *Ask.* δαίνυντο *Arcb.* in *Edd.* ἐδαίνυντο. *b* Δέ τοι *Ask.* *c* *M. Ask.* ora *Steph.*, Τομύριδος *Edd.* *d* Ἐπαναπνέειν *V. Arcb. Ald.* ἀναπλώειν *Eustatb.* p. 1156, 3. 1241, 5. 1857, 37. Adde *Athen.* princ. L. XIV. *e* Τοὐμοῦ *Arcb.* *f* *Thom. M.* in *V.* Mox ἄπελθε ἐκ τῆσδε *Rem.* *g* Τρίτην μερίδα *Arcb.* *h* Εἰ δὲ μὴ ταῦτα σὺ ποι. *Paris. B. C.* et *Edd.*, in *Arcb.* μὴ post σὺ· quod nunc est debetur *Med.* & *Ask.* *i* Citat *Etymol.* p. 416, 48. *k* *M. Arcb. Ask.*, ἐπέων τουτέων ἀνεν. οὐδ. ἐπ. λόγ. *Aldus*, *Paris. Rem.*, τούτων in prioribus. Mox Τομύριδος *Ald.* et alii. *Med. Ask.* ora *Steph.* vulgatum stabiliunt. *l* Ὡς ὁ *Ald. Arcb. Herv. Edit. Genev.* CIↃIↃCXVIII. alii ὥς οἱ ὁ. Idem *Arcb.* πᾶσαν praeterit. *m* *Arcb. V. Rem. Paris. C. Ald.* et *Edd.*; *Medic.* & *Ask.* καὶ δὴ πυνθ. *n* Ἐπ' ἀλλ. *Remig.* Tum ἐξετοξεύετο *Ald. Vind.* imitatur haec *Zosimus* II, 18.

31. Κλιθέντες δαίνυντο] Verbi speciem Ionicam non repudio: sic Poëta Il. A, 468. In *Hesychio* δαίνυντο, εὐωχοῦντο, geminata, ut in *Ask.*, littera. De Istris simili paene in re cultissime *Livius* XLI, 2. *Ibi quum omnium rerum paratam expositamque copiam — invenissent, regulus accubans epulari coepit: mox idem ceteri omnes, armorum hostiumque obliti, faciunt: et, ut quibus insuetus liberalior victus esset, avidius vino ciboque corpora onerant.* Mitto *Iustinum* & *Polyaeni* aberrationes L. VIII, 28.

42. Ἐπαναπλέειν] Minus considerate *Ios. Wasse* ad *Thucyd.* p. 427. quod forsan in Cod. scripto repererat, ἐπαναπνέειν hic legendum esse putabat. Codicibus antiquior *Athenaeus* haec habet ut Herodotea XIV, p. 613. B. κατιόντος τοῦ οἴνου εἰς τὸ σῶμα, ἐπαναπλέει κακὰ ἔπεα καὶ μαινόμενα. *Eustath.* in Il. Σ, p. 1212, 12. ἀναπλώει ἔπεα μαινομένῳ πρέποντα· bis alibi tangens illud dictum habet ἀναπλώει, in Il. Φ. p. 1330, 28. & in Od. T, p. 685, 16. Ionicum est & Herodoteum ἐπαναπλώειν. — In proximis recte legitur: τοιούτῳ φαρμάκῳ δολώσας ἐκράτησας παιδὸς τοῦ ἐμοῦ. *Galeo* non debuerat in mentem venire δηλήσας· δηλήσασθαι tantum admisit usus. Δολῶσαι, qua hic structura, legitur in *Xenophont.* K. Π. I, p. 20, 13. δολοῦν ὗς ἀγρίους πλέγμασι καὶ ὀρύγμασιν· & in *Euripidis* Iphig. Aul. v. 898. In seqq. νῦν ὦν μευ εὖ παραινεύσης, si Codicibus abesset, μευ non requireretur. VALKEN.

42. Ἐπαναπλέειν ὑμῖν ἔπεα κακά] *Laurentius* ad reginae mentem non absurde, *improba a vobis verba fundantur:* quae vir Celeb. correxit, ut vides, nescio quid spectans. Ἀναπλεῖν praeter alia dicuntur, quae in summa aqua fluitant. *Aelian.* Anim. XI, 22. de delphino, ex fundo maris emergente, καὶ αὖθις ἀφυπισθεὶς τῇ κρύσει ἀναπλεῖ πάλιν· tum de sicca tusi, cum nihil egeritur, neque in ore fluitat XIV, 20. ἀναπλεῖν δ' αὐτῷ οὐδὲ ἓν· et mox ἀναπλεῖ δὲ οὐδέν. Indicat Tomyris ebriis sursum tendere & quasi in ore natare inproba verba. Non disparia *Abreschius* Diluc. Thucyd. p. 363. Ἐπαναπλώειν *Herodoti* sermoni melius congruebat. Vide VI, 33. 26. 116. &c.

48. Ἥλιον ἐπόμνυμί τοι τὸν Μασσ. δεσπότην] Frequens alibi locorum Solis titulus. Aegyptii ὦ δέσποτα ἥλιε καὶ θεοὶ πάντες ex *Eupbanto* apud *Porphyrium* A. A. IV, 10. Hydaspes Aethiops ὦ δέσποτα ἥλιε καὶ σελήνη δέσποινα in extremo L. X. *Heliodori.* Neque id mirum cum diis omnibus tribuatur, uti Isthm. *Pindari* O. VI, 7., *Eurip.* Hippol. v. 88., *Aristopb.* Vesp. 870. Sed desino, nec tango sacras nostras litteras. Tu vide *Cuperum* Harpocr. p. 113. et *N. Heinsium* in *Ovidii* Heroid. IV, 12.

49. Ἦ μήν σε ἐγώ] Perverse scripta prostant in *Etymologico M.* p. 416, 48. *Sylburgius* alia contulit, quae leguntur infra c. 214. *Schol.* ad *Dion. Chrys.* P. 592. in *Morelli* Collect. τὴν Κύρου, inquit, ὑπὸ τῆς Μούριδος (ὑπὸ Τομύριδος) τῆς Μασσαγέτιδος σφαγὴν ὁ — Ἡρόδοτος ἀναγράφει· de Tomyri notans vir Magnus ad *Luciani* p. 508. hoc etiam Scholion excitat & corrigit. VALKEN.

57. Ὡς ὁ Κῦρος οὐκ ἐσήκουσε] Expuli inportunum οἱ, quod unde in hanc viciniam inmigraverit, non quaero sollicite. Mox καὶ δὴ καὶ in integrum restitui. Eiecit et *Gronov.* ex II, 154., *Medic.* suo obtemperans citra causam urgentem. Vide I, 129. 165. VIII, 79. &c.

67. Αὐ-

Massagetæ superaverunt: ibique cum permagna exercitus Persici pars prostrata fuit; tum vero Cyrus ipse occumbit, quum undetriginta omnino regnasset annos. Cuius cadaver, inter cæsorum Persarum stragem Tomyris perquisitum, quum invenisset, caput in utrem demisit, quem humano cruore compleverat: et cadaver mutilans inquit: Tu quidem me viventem et in pugna victricem tui perdidisti, dum dolo cepisti filium meum: at ego te, prout interminata sum, cruore saturabo. Hæc de Cyri vitæ exitu, de quo multa referuntur, mihi maxime verisimilis videtur nar-
215 ratio. Massagetæ et amictum gerunt et victum habent Scythico similem. Ex equis præliantur, et pedites; utroque enim genere valent. Sagittarii item sunt atque hastati, sagares e more gestantes: in omnibus auro utentes et ære. Utuntur namque ære in omnibus, quæ ad hastas, ad sagittarum aculeos, ad secures pertinent: auro autem in cunctis, quæ ad capitis, ad baltéorum, ad axillarum ornamentum spectant. Equorum itidem pectoribus æreos thoraces circumdant: circa habenas frenaque et phaleras aurum adhibent, ferro atque argento nihil prorsus utentes: nam quum in eorum regione immensa sit auri atque æris copia, ferri tamen
216 atque argenti nihil est. Moribus his utuntur: singuli quidem uxorem ducunt, sed ea communiter utuntur. Nam quod Græci memorant facere Scythas, id non Scythæ faciunt, sed Massagetæ; siquidem vir Massageta quoties cupidine capitur mulieris, suspensa pro plaustro pharetra, sine metu concumbit. Terminus ætatis nullis eis propositus est: sed ubi quis admodum senuit, convenientes propinqui omnes eum immolant, et cum eo aliquot pecora; quas carnes, ubi coxerunt, epulantur, et hæc quidem apud eos beatissima habentur: Languore et morbo extinctum

Φεύγων· τέλος δὲ, οἱ Μασσαγέται περιεγένετο. ἡ τὸ δὴ πολλὴ τῆς Περσικῆς [a] στρατιῆς αὐτῇ ταύτῃ διέφθάρη· καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Κῦρος τελευτᾷ, βασιλεύσας τὰ πάντα ἐνὸς δέοντα τριήκοντα ἔτεα. ἀσκὸν δὲ πλήσασα αἵματος ἀνθρωπηίου Τόμυρις, ἐδίζετο ἐν τοῖσι τεθνεῶσι τῶν Περσέων τὸν Κύρου νέκυν. ὡς δὲ εὗρε, [b] ἐναπῆκε αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἐς τὸν ἀσκόν. λυμαινομένη δὲ τῷ νεκρῷ, [c] ἐπέλεγε τάδε, „ Σὺ μὲν „ [d] ἐμὲ ζῶσαν τε καὶ νικῶσάν σε μάχῃ ἀπώλεσας, „ παῖδα τὸν ἐμὸν ἑλὼν δόλῳ· ἀτὰρ δή τοι ἐγὼ, κατάπερ „ ἠπείλησα, αἵματος κορέσω." τὰ μὲν δὴ κατὰ τὸν Κύρου τελευτὴν τοῦ βίου, πολλῶν λόγων λεγομένων, ὅδε μοι ὁ πιθανώτατος εἴρηται. Μασσαγέται δὲ ἐσθῆτά τε ὁμοίην τῇ [e] Σκυθικῇ φορέουσι, καὶ δίαιταν ἔχουσι. ἱππόται δέ εἰσι καὶ ἀνιπποι· ἀμφοτέρων γὰρ μετέχουσι. καὶ τοξόται τε καὶ αἰχμοφόροι, [f] σαγάρεις νομίζοντες ἔχειν· χρυσῷ δὲ καὶ χαλκῷ τὰ πάντα χρέωνται. ὅσα μὲν γὰρ ἐς αἰχμὰς [g] καὶ ἄρδεις καὶ σαγάρεις, χαλκῷ τὰ πάντα χρέωνται. ὅσα δὲ περὶ κεφαλὴν, καὶ ζωστῆρας, καὶ μασχαλιστῆρας, χρυσῷ κοσμέονται· ὡς δ' αὕτως τ' ἵπποισι τὰ μὲν περὶ τὰ στέρνα, χαλκέους θώρηκας περιβάλλουσι· τὰ δὲ περὶ τοὺς χαλινοὺς καὶ στόμια καὶ φάλαρα, χρυσῷ. σιδήρῳ δὲ οὐδὲ ἀργύρῳ χρέωνται οὐδέν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ σφί ἐστι ἐν τῇ χώρῃ· [h] ὁ δὲ χαλκὸς καὶ ὁ χρυσὸς, ἄπλετος. Νόμοισι δὲ χρέωνται τοιοῖσδε· γυναῖκα μὲν γαμέει ἕκαστος, ταύτῃσι δὲ [i] ἐπὶ κοινὰ χρέωνται· ὃ γὰρ Σκύθας φασὶ Ἕλληνες ποιέειν, οὐ Σκύθαι εἰσὶ οἱ ποιέοντες, ἀλλὰ Μασσαγέται· τῆς γὰρ ἐπιθυμήσει γυναικὸς Μασσαγέτης ἀνὴρ, [k] τὸν φαρετρεῶνα ἀποκρεμάσας πρὸ τῆς ἁμάξης, μίσγεται ἀδεῶς. [l] οὖρος δὲ ἡλικίης σφι πρόκειται· ἄλλος μὲν οὐδεὶς, ἐπεὰν δὲ γέρων γένηται κάρτα, οἱ προσήκοντές οἱ πάντες συνελθόντες θύουσί μιν, καὶ ἄλλα πρόβατα [m] ἅμα αὐτῷ· ἑψήσαντες δὲ τὰ κρέα, κατευωχέονται· ταῦτα μὲν τὰ ὀλβιώτατά σφι νενό-

non

a Arcb., αὐτοῦ στρατιῆς *Ald.* & alii; αὐτῷ margo *Steph.* *b Paris.* tres, *Arcb. Vind. Rem.*, *Valla*, *Edd.* cum *Aldo*; ἐναπῆπτε *M. Ask.* ora *Steph.* *c* Εἶτ' ἔλεγε τοιάδε *Priscian.* p. 1189. *d Rem. Ask. M.* et fragm. Cod. *Paris. Arcb. Vind.* sed μάχῃ, hi duo negligunt: vulgo erat ἐμεῦ ζώσης τε καὶ νικώσης ἐς μάχην. Spectavit haec *Aelian.* de Animal. VII, 11. *e* Περσικῇ *Rem.* & margo *Steph.* Paullo ante ὅδε μὲν ὁ πιθ. *Arcb.* *f* Σαγγάρεις *Ald. Arcb.* *g* Καὶ φαρέτρας καὶ σαγγ. *Vind. Arcb. Valla.* *h* Ὁ δὲ χρυσὸς καὶ χαλκ. *Arcb. Ask.* *i* Ἐπίκοινα *Ask.*, haud fortasse prave: vulgato patrocinatur *Procopius* Bell. Pers. I, 5. Ante haec ταῦτῃ δὲ *Arcb.* *k* Τῶν φαρετρέων ἀποκ. *Arcb.* male. *l* Idem, rectissime: οὖρος alii; vide supr. C. 172. & 206. *m* Σὺν αὐτ. *Arcb.*

13 documentum mihi aiebant ſacerdotes, ſub rege Mœri fluvium, quoties octo minimum cubitos adſcenderet, irrigaſſe AEgyptum quæ infra Memphin eſt; necdum ab obitu Mœrios nongenti erant anni, quum hæc ego a ſacerdotibus audiebam. At nunc, niſi ad ſedecim aut minimum ad quindecim cubitos adſcendat fluvius, in regionem non ſupergreditur. Quæ regio, ſi proportione ſic in altum furgat, et tantundem ad incrementum tendat, non reſtagnante in eam Nilo, videntur mihi AEgyptii, utique AEgyptiorum illi, qui infra paludem Mœrin incolunt, cum alia loca, tum vero eum qui vocatur Delta, idem paſſuri omni futuro tempore AEgyptii, quod aiebant ipſi paſſuros aliquando Græcos. Nam quum audirent omnem Græcorum terram pluvia perfundi, non rigari fluminibus, ut ſuam, dicebant fore ut Græci decepti aliquando magna ſpe, male eſurirent. Qui ſermo hoc dicere vult, Græcos, ſi nolit eis deus pluere, ſed ſiccitatem immittere, fame extinctum iri, utpote quibus nullum ſit remedium aquæ, niſi
14 tantum a Iove. Atque hæc quidem ab AEgyptiis in Græcos recte perpenſa dicuntur; age, nunc vicisſim dicam quomodo res ipsis AEgyptiis ſe habeant. Si, ut ſuperius dicebam, quæ infra Memphin est regio, (hæc enim est quæ augeſcit) velit in altum creſcere proportione præteriti temporis, aliud quam AEgyptiorum illi, qui iſtic incolunt, eſuriant, ſi

μοῦ. τὴν δὲ Λιβύην ἴδμεν ἐρυθρετέρην τε γῆν, καὶ ὑποψαμμοτέρην· τὴν δὲ Ἀραβίην τε καὶ Συρίην ἀργιλωδεστέρην τε καὶ ὑπόπετρον ἐοῦσαν. Ἔλεγον δὲ καὶ τόδε
95 μοι μέγα τεκμήριον περὶ τῆς χώρης ταύτης οἱ ἱρέες, ὡς 93
ἐπὶ [a] Μοίριος βασιλῆος, ὅκως ἔλθοι ὁ ποταμὸς ἐπ' ὀκτὼ πήχεας τὸ ἐλάχιστον, [b] ἄρδοιτο Αἴγυπτον τὴν ὑπερθε Μέμφιος. καὶ [c] Μοίρι ὕκωι ἦν ἔτεα ἐνακόσια τετελευτηκότι, ὅτε τῶν ἱρέων ταῦτα ἐγὼ ἤκουον. νῦν δὲ [d] εἰ μὴ ἐπ' ἑκκαίδεκα ἢ πεντεκαίδεκα πήχεας ἀναβῇ
1 τοὐλάχιστον ὁ ποταμὸς, οὐκ ὑπερβαίνει ἐς τὴν χώρην. δοκέουσί [e] τέ μοι Αἰγυπτίων οἱ ὑπερθε τῆς λίμνης τῆς Μοίριος, οἰκέοντες τά τε ἄλλα χωρία καὶ τὸ καλεόμενον Δέλτα, ἦν οὕτω ἡ χώρη αὕτη κατὰ λόγον ἐπιδιδοῖ
5 ἐς ὕψος, καὶ τὸ ὅμοιον ἀποδιδοῖ ἐς αὔξησιν, μὴ καλαχλύζοντος αὐτὴν τοῦ Νείλου, πείσεσθαι τὸν πάντα χρόνον [f] τὸν ἐπίλοιπον Αἰγύπτιοι, τό κοτε αὐτοὶ Ἕλληνας ἔφασαν πείσεσθαι. [g] πυθόμενοι γὰρ ὡς ὕοιτο πᾶσα ἡ χώρη τῶν Ἑλλήνων, ἀλλ' ὑ ποταμοισι ἄρδοιτο, κα-
10 τάπερ ἡ σφετέρη, ἔφασαν Ἕλληνας ψευσθέντας κοτὲ ἐλπίδος μεγάλης, κακῶς [h] πευνήσειν· τὸ δὲ ἔπος τοῦτο ἐθέλει λέγειν, ὡς εἰ μὴ [i] ἐθελήσει σφίσι ὕειν ὁ Ζεύς, ἀλλ' αὐχμῷ διαχρᾶσθαι, λιμῷ οἱ Ἕλληνες [k] ἀπολοῦνται. ὑ γὰρ δὴ σφί ἐστι ὕδατος ὑδρηίη ἄλλη ἀπο-
15 στροφὴ, ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Διὸς [l] μοῦνου. Καὶ ταῦτα μὲν ἐς Ἕλληνας Αἰγυπτίοισι [m] ὀρθῶς ἔχοντα εἴρηται. Φέρε δὲ νῦν καὶ αὐτοῖσι Αἰγυπτίοισι ὡς ἔχει φράσω. εἰ σφι [n] ἐθελήσει, ὡς δὲ πρότερον εἶπον, ἡ χώρη ἡ ὑπερθε Μέμφιος (αὕτη γάρ ἐστι ἡ [o] αὐξανομένη) κατὰ λόγον τοῦ
20 [p] παροιχομένου χρόνου ἐς ὕψος αὐξάνεσθαι, ἄλλο τι ἢ οἱ ταύτῃ οἰκέοντες Αἰγυπτίων πεινήσουσι; εἰ [q] μήτε γε ὅσι-

a *M. Ask.*, perpetuo, in reliquis Μύριος plerumque ſemper. *b* *M. Ask. Paſſ.* vulgo ἀρδέσκε. *c* *Rem.*, ſed Μύρι, *M. Ask. Paris. A.*. ceteri Μύρις τετελευτηκὼς cum *Ald.*, εἰνάκοσια est in *Ask.* et *Rem. Paſſ.* alii ἐνακ. *d* Ἦν *Arcb.* *e* *M. Ask.*, alii δὲ. *f* Duo haec abſunt *Arcb.*, ſed οἱ Αἰγ paullo ſupra ἐς ὕψος — ἀποδιδοῖ non habet *Ask.* *g* *Rem. Ask. M.* ora *Steph.*, *Ald.* πυθανόμενοι et alii. *h* Πονήσειν *Ald. Steph.* margo, *Paris. C.* *i* Ἐθελήσοι *Ald.*, Ἐθελήσῃ σφιν *Arcb.* *k* Ἀναιρ. *idem.* *l* Μούνου *Paris. C.* *m* Deſunt *Arcb.* et *Vind.* usque ὡς ἔχει, culpa ſcribae. *n* Θέλει *R.*, ἐθελήσει *Arcb.*, quem ducem habeo. ἐθελήσοι *Ald.* θέλοι *M. Ask.* *o* Αὐξομένη *Arcb.* *p* *Arcb. R.* ora *Steph. M Ask. V.*, παρφχημένου vulgo. *q* *Rem. Ask. Med. Paſſ.* egregie. Vid. *Gronov.* vulgo μήτε γεύσεται — χώρη τὰ ἀπὸ Διὸς μήτε.

97. Ἄρδεσκε Αἴγυπτον] *Medic.* ex Ionum conſuetudine. *Abydenus* in *Euſebii* Pr. Euang. IX, 41. πύλας ἐπέσησεν, τὰς ἀνοίγοντες ΑΡΔΕΣΚΟΝ τὸ πεδίον. Scripsi etiam εἰνακοσσόσια, quemadmodum II, 145. *Homeri* εἴνατον, εἰνάνυχες nunc non attingo. Mire placet Gronoviana huius loci explanatio.

4. Κατὰ λόγον ἐπιδιδοῖ &c.] Dum quis ista nobis probabiliter interpretetur, ſuſpicabor equidem ex interpretamentis nata, quae quis olim vicinis adpoſuerit. Certe nihil impedit hoc in loco Κατὰ λόγον per κατὰ τὸ ὅμοιον interpretari, et Ἐς ὕψος, εἰς αὔξησιν. Mea ſaltem opinione nihil diſtarent κατὰ λόγον ἐπιδιδοῖ ἐς ὕψος et κατὰ τὸ ὅμοιον ἐπιδιδοῖ ἐς αὔξησιν. Cap. ſeq. 14. Εἰ σφι ἐθελήσει (ſic legerim.) — ἡ χώρη ἡ ὑπερθε Μέμφιος — κατὰ λόγον τοῦ παρφχημένου χρόνου ἐς ὕψος αὐξάνεσθαι. VALKEN.

4. Κατὰ λόγον ἐπιδιδοῖ ἐς ὕψος &c.] Invenit et hic manifeſtam ταυτολογίαν Cl. *Reiskius*, ſciolorum opera natam, *Miſcell. Lipſ.* Vol. VII. p. 629. Putares quodammodo adſtipulari ſchedas *Ask.*; in quis hiatus, ſed ex ſcribae ſocorde negligentia: eadem verborum ἐπιδιδοῖ et ἀποδιδοῖ terminatio hominis oculos, ut in medio utriusque poſita omitteret, praeſtrinxit. *Herodoti* dictiones bene conſtant: ἐς ὕψος alitudinem ſoli, ἐς αὔξησιν eiusdem incrementum, quo latius in vicinum mare protenditur, declarant. Ceterum XVI. aut XV. cubitos amnem adſcendiſſe et arva inundaſſe olim, *argumento* est *Nili* figura XVI. *liberis circa ludentibus, per quos totidem cubita ſummi incrementi augentis ſe amnis intelliguntur* in *Plinii* H. Nat. XXXVI, 7. ubi *Harduinus*, cui iungendus *Shaw* Obſ. Geogr. Syr. et Aegypti C. 5. p. 181., quantum aquis ſeriore tempore terra ea increverit, ex Arabibus docens.

14. Οὐδεμίη ἄλλη ἀποστροφὴ] *Valla* ἀποστροφὴν in verſione neglexerat, ſententia loci contentus. A *Gronovio* venit, *quibus nulla ſit averſio aquae.* Praeſtare *aquae perfugium* ſive *remedium*, *Portus* dudum monuit. *Noſter* VIII, 109. ἵνα — ἀποστροφὴν ἔχῃ pro quo ἀποστροφὴν καὶ καταφυγὴν ἔχειν *Plutarch.* t. II. p. 491. E. Et πάσης ἀποστροφῆς εἰργμένος, cui perfugii et ſalutis via est intercluſa in *Philoſtr.* V. Apol. VIII, 13., tum ἀποστροφὴν ἐποιοῦντο τοῦ Ἀθηναίων δήμου de Vit. Soph. I, IV. p. 549., cuius praeſidium et patrocinium rogabant. Hoc amplius de dira presſis fame *Liban.* Declam. XIX. p. 509. B. πᾶν γὰρ τὸ ἔμψυχον ἐκτείνετο — τοῦτο ἦν αὐτοῖς ἀποστροφὴ τοῦ κακοῦ. Quae quidem de dictionis uſu abunde erunt. Addo *Ioſephum* B. I. II, 11, 4. ἀποστροφὴν σωτήριον dixiſſe, quae *Thucydidi* ἀποστροφὴ σωτηρίας. Vide *Abreſchii* Dilucid. Thucyd. p. 782. Μούνου *Paris. C.* minime malum videtur.

15. Ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Διὸς μοῦνου] *Non enim certe habent aquam quae agros irriget, niſi pluviam duntaxat. Valla* dederat, *niſi tantum a Iove.* Romani quidem augures, pro *coelo fulgente, tonante* dicere ſueverant; *Iove fulgente, tonante*, *Cicero* de N. D. II, c. 25. Coelum et Aethera *Iovem* nuncupabant: rarius illud Comici *Platonis*, quod ſororis erat, marito tribuentis apud *Etymologum* in V. Εὔδιος· Ἀήρ, ὃν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία. Quaevis coeli tempeſtas Iovi contribuebatur; illud *Ariſtoph.* in Av. V. 1501. Τί γὰρ ὁ Ζεὺς ποιεῖ; recte cepit *Kuſter. quel temps fait il? Theocritus* Eid. IV, V. 43. Χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὗει et *Theognidis* V. 26. quem expreſſit etiam *Sophocles* in Polyxenae fragm. ap. *Stob.* p. 344, 4. *Orpheus* τὸν ὄμβρον dixerat Δάκρυα Διὸς teſte *Epigene* ap. *Clem. Alex.* Strom. V, p. 676, 3. *aquam pluviam Plato* dixit τὰ ἐκ Διὸς vel παρὰ τοῦ Διὸς ὕδατα, τὰ ἐκ Διὸς ἰόντα νάματα, T. II, p. 761. A. 844. A. T. III, p. 111. C. Cum pluebat, elegantioribus ὁ Ζεὺς, vel ὁ θεὸς, ὗειν dicebatur, (quam formulam *Alcaeus* iam adhibuit Lyricus *Athen.* X, p. 430. A.) Athenis vulgo ποιεῖν ὕδωρ attigit *Caſaub.* ad *Theoph.* C. III, p. 32. Nondum in Socratis ſchola corrupti ſenis Attici piam perſuaſionem memorat *Ariſtoph.* Nub. V. 372. Καί τοι πρότερον τὸν Δί' ἀληθῶς ἦμεν διὰ κοσκινοῦ οὐρεῖν. VALKEN.

cuius uberitas sine labore. Ionum inepta sententia de AEgypto.

ὔσεταί σφι ἡ χώρη, μήτε ὁ ποταμὸς οἷός τ' ἔσται [a] ἐς τὰς ἀρούρας ὑπερβαίνειν; ἢ γὰρ δὴ νῦν γε οὗτοι ἀπονητοτάλα καρπὸν κομίζονται [b] ἐκ γῆς, τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων ἁπάντων, καὶ τῶν λοιπῶν Αἰγυπτίων· οἳ οὔτε ἀρότρῳ ἀναρρηγνύντες αὔλακας, ἔχουσι πόνους, [c] οὔτε σκάλλοντες, οὔτε ἄλλο ἐργαζόμενοι οὐδέν, τῶν ἄλλοι ἄνθρωποι περὶ λήϊον πονέουσι, ἀλλ' ἐπεάν σφι ὁ ποταμὸς αὐτόματος [d] ἐπελθὼν ἄρσῃ τὰς ἀρούρας, ἄρσας δὲ, ἀπολείπῃ ὀπίσω, τότε σπείρας ἕκαστος τὴν ἑωυτοῦ ἄρουραν, ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν ὗς. ἐπεὰν δὲ [e] καταπατήσῃ τῇσι ὑσὶ τὸ σπέρμα, ἀμητὸν τὸ ἀπὸ τούτου μένει. ἀποδινήσας δὲ [f] τῇσι ὑσὶ τὸν σῖτον, οὕτω κομίζεται. Εἰ ὦν βουλόμεθα γνώμῃσι [g] τῇσι Ἰώνων χρᾶσθαι περὶ Αἰγύπτου, οἵ φασι τὸ Δέλτα μοῦνον εἶναι Αἴγυπτον, ἀπὸ Περσέως [h] καλεομένης σκοπιῆς, λέγοντες τὸ παρὰ θάλασσαν εἶναι [i] αὐτῆς, μέχρι ταριχηίων τῶν Πηλουσιακῶν, τῇδε τεσσεράκοντά εἰσι σχοῖνοι. τὸ δὲ ἀπὸ θαλάσσης λεγόντων ἐς μεσόγαιαν τείνειν [k] αὐτὴν μέχρι Κερκασώρου πόλιος, κατ' ἣν σχίζεται ὁ Νεῖλος, ἔς τε Πηλούσιον ῥέων καὶ ἐς Κάνωβον, τὰ δὲ ἄλλα λεγόντων τῆς Αἰγύπτου, τὰ μὲν Λιβύης, τὰ δὲ Ἀραβίης εἶναι· ἀποδεικνύοιμεν ἄν, τούτῳ τῷ λόγῳ χρεώμενοι, Αἰγυπτίοισι οὐκ ἐοῦσαν πρότερον χώρην. ἤδη γάρ σφι τὸ γε Δέλτα, ὡς αὐτοὶ λέγουσι Αἰγύπτιοι, καὶ ἐμοὶ δοκέει, ἔστι καταρρυτόν τε, καὶ νεωστί, ὡς λόγῳ εἰπεῖν, ἀναπεφηνός. εἰ τοίνυν σφι χώρη γε μηδεμίη ὑπῆρχε, τί [l] περιεργάζοντο δοκέοντες πρῶτοι ἀνθρώπων γεγονέναι; οὐδὲ ἔδει σφέας ἐς διάπειραν τῶν παιδίων

94

si neque pluviam accipiet regio, neque flumen exspatiari valebit super rura? Isti namque nunc tum ex aliis omnibus hominibus, tum ex reliquis AEgyptiis, maxime nullo partum labore percipiunt fructum, qui neque aperiendis aratro sulcis operantur, neque subigendo solo, neque aliud quicquam operis faciendo, quod in arvo colendo cæteri mortales sustinent: sed postquam fluvius sua sponte superveniens irrigavit rura, irrigataque reliquit rursus, tunc in suum quisque rus iacto semine sues immittit, et satis conculcato a suibus semine, messem deinde expectat: atque ubi suibus frumentum excusserit, ita demum percipit. Quod si vellem de AEgypto Ionum uti sententiis, qui solum Delta AEgyptum esse aiunt, a Persei appellata specula, dicentes illius secundum mare esse ad Pelusiacas usque taricheas, ubi quadraginta schœni sunt: partem vero a mari dicentium ad mediterranea pertinere usque ad Cercasorum urbem, iuxta quam scinditur Nilus in Pelusium fluens et in Canobum; cetera vero dicentium AEgypti, partim esse Africæ, partim Arabiæ: ostenderemus, hac ratione utentes, AEgyptiis primum non esse regionem. Iam quippe Delta eis, ut ipsi dicunt AEgyptii, et mihi videtur, fluctibus expositа est, et quæ nuper, ut sic dicam, apparuit. Itaque si nulla eis terra erat, quid curiosi erant, putantes se primos homines extitisse? neque in puerulorum oportuerat eos ire experimentum, quam primam

lin-

a *M. R. Ask.*, ἐς τὰς alii ignorant. b *R. M. Ask.* ora *Stepb. V.*, ἐκ τῆς *Arcb.*, vulgo ἐκτὸς τῶν. Statim πάντων *Ask.* c Duo haec non sunt in *Arcb.*, tum ὤλλοι sine ἄνθρωποι, οἱ ἄλλοι *Rem.* et *M.*, οἱ aliis abest. d *V. Rem.* ora *Steph. Ask. Arcb. M.*, ἐπανελθὼν alii. e *M. R. Ask. Steph.* margo, καταπατήσει ὑσὶ *V. Arcb.*, καταπαφθητῇ τοῖσι, *Ald.* tum τὸν ἀμητὸν τὸ *idem* et nonnulli: vulgatum ex *M. Ask. Arcb. Pasi.* f *M. Ask. Rem. Stepb.* marg., alii τοῖσι. g *R. Ask. Med.*, τισὶν *Arcb.*, alii τοῖσι· Tum τὰ περὶ Αιγ. tres priores et ora *Steph.* Αἰγυπτον *Ask.*, *Ald.* et alii τὰ damnant, sicuti et ego. h *Arcb. M. V. Ask.* margo *Steph.* Vulgo καλεομένην. i Αὐτῆς *Rem. Ask.* ora *Stepb.*, tum ταριχηίων *Arcb.* in aliis ταριχειῶν et αὐτὴν. k *Ald. V. Arcb. Rem. Paris. C.*, αὐτῶν *M. Ask.*, μεσόγειαν *Arcb.* pasim. l Περιειργάζοντο *Rem.* ora *Stepb.*, περιεργάζοντο *M.*, vulgo περιεργάζονται. Mox ἄπειραν *V. Arcb.*

27. Τῶν ὤλλοι ἄνθρωποι] Debetur *Arcb.* Variant in vocis scriptura editi libri. ὤλλοι I, 48. 125. ᾧ ἄλλοι II, 51., ὦλλοι ex *Med.* bis II, 36. Schol. *Apollon.* Rhod. I, 1081. ὦ ἄλλοι μέν ῥα· ἡ τοιαύτη συναλοιφὴ τῆς νεωτέρας ἸΑΔΟΣ ἐστί. διὸ μέμφονται Ζηνοδότῳ εἰπόντι. ὦ ἄλλοι μέν ῥα θεοὶ καὶ ἀνέρες. (Iliad. B, 1.) οὐ κέχρηται γὰρ ταύτῃ Ὅμηρος. Paria ad v. 998. At III, 356. et 365. ἄλλοι, quod praestare opinor ob synaloephes indolem. De Homero quod critici produnt, falsae opinioni tribuit *Barnes.* in *Iliad.* A, 288. Ceterum mirabilem hanc Aegypti ubertatem, quae sine magno et sollicito labore votis agricolae respondet, *Diodorus* I, 36. non praeteriit.

31. Ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν ὗς] *Galeo* designatus *Plutarchi* locus e L. IV. Symp. legitur p. 670. A. B. Rem sane vix credibilem suo quoque testimonio confirmat *Eudoxus* apud *Aelianum* de N. A. X, c. 16. hanc reddens rationem cur a suibus mactandis abstineant Aegyptii φειδόμενοι, ἐπεὶ τοῦ σίτου σπαρέντος, ἐπάγουσι τὰς ἀγέλας αὐτῶν αἱ δὲ πατοῦσι τοὺς πυροὺς, καὶ εἰς ὑγρὰν τὴν γῆν ὠθοῦσιν, ἵνα μείνῃ ἔμβιος, καὶ μὴ ὑπὸ τῶν ὀρνίθων ἀναλωθῇ. Mihi quoque *sues* hac in re non placent; sed, si iumentorum gregem designare voluisset, scripsisset utique βοῦς· &, ἐπεὰν δὲ καταπατηθῇ τῇσι βουσὶ τὸ σπέρμα· neque tamen hanc fabulam ornandam esse censuerim; quam Herodoto deberi minime dubito, secundum quem suum in segetes immissorum ungulis e spicis grana debuerunt exteri: ita mihi capienda videntur ista quae sequuntur: ἀποδινήσας δὲ τῇσι ὑσὶ τὸν σῖτον οὕτω κομίζεται. *suum ungulis excussum frumentum convehit:* quod aliis diceretur ἀπαλοήσας, *Herodoto* dicitur ἀποδινήσας. *aream Telesilla* δῖνον vocaverat: *Athen.* XI. p. 467. F. Τελέσιλλα δὲ ἡ Ἀργεῖα καὶ τὴν ἅλω καλεῖ Δῖνον. hinc *Eustath.* in Il. T. p. 1283, 4. *Aelianus* duobus in locis rarissimo hoc usu forsan alibi non obviam vocem adhibuit: vid. elegantissima Epist. Critica II. *D. Rubnkenii* p. 43. VALKEN.

31. Ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν ὗς] Adsentiuntur *Plutarchus* IV. Symp. C. 5. et *Eudoxus* in Animal. Histor. *Aeliani* X, 16., quos olim *Galeo* non *sues*, sed boves intelligenti opposui ad *Diodorum*. Nec poenitet operae. τὰς enim ὗς boves indicare, quibus testibus probabitur unquam? Creant tamen sues in illa sementis et triturae consuetudine molestiam. Si verum est, quod perhibetur, oportet diverso fuerint ingenio per Aegypti agros atque alibi locorum, rostrique usum rusticorum utilitati posthabuerint. At sus sui semper generis et indolis est, vorax pecus et gulae indulgens. Aegyptii praeterea boves, ut multae nationes, triturandis frugibus adhibuerint. *Cyrillus* in *Esaiae* C. 28. Αἰγυπτίων μὲν παῖδες συνενέγκαντες ἐξ ἀγρῶν ἐπὶ τὴν ἅλωνα δράγματα, εἶτα ΒΟΤΣ ἐπαφιέντες αὐτοῖς, καὶ ἐν κύκλῳ περικομίζοντες καταλεπτύνουσι ταῖς χηλαῖς τὰς ἀσάχνας. Prudenter profecto: sunt enim boves ad id negotium porcis multo aptiores. Considera praeterea, quod *Galenus* non neglexit, sues ab Aegyptiis studiosissime fuisse vitatos. Equidem, ni mihi obstarent *Plutarchus* atque *Eudoxus*, venisse ex scriptoris calamo ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν βοῦς et τῇσι βουσὶ τὸ σπέρμα, tum ἀποδινήσας δὲ τῇσι βουσὶ arbitrarer. Quid enim si menda utriusque aetatem anteverterit? *Diodorus* generali vocabulo βοσκημάτων uti maluit, suibus fortasse hanc operam negans. Triturae autem illum in oriente atque alibi morem copiose praeter alios exsequitur *Christ. Schoettgenius* Antiq. Tritur. Sect. IX. et AEgyptiorum *Fr. Lud. Norden* Itin. AEgypt. p. 58.

37. Τὸ παρὰ θάλασσαν εἶναι αὐτῆς] Non scripsit aliter. Agitur de regione Delta, cuius ad mare tractum, cum ea sola Aegyptus haberetur, usque ad taricheas Pelusiacas eiusdem esse Iones censebant. Consimile, quod sequitur, τὰ μὲν Λιβύης, τὰ δὲ Ἀραβίης εἶναι. Postulat porro rei et orationis habitus, ne *Ald.* et plurium schedarum ἐς μεσόγαιαν τείνειν αὐτὴν pro quisquiliis putetur. Ταριχηίων sive ταριχειῶν *Arcb* species est Ionica, neque spernenda. Fuere in Aegypto eo titulo loca compluria. Vide II, 113. et *Steph. Byz.* in v. Nominis fortasse causa ex contumulatis ibi hominum animaliumque cadaveribus, quae more gentis diligenti cura condiebantur, uti C. 86. Ταριχείας τῶν ζώων dabit *Aelian.* de Animal. X, 29., νεκρῶν ταριχείαν *Diodor.* I, 91.

50. Τίνα

linguam proderent. Ego certe AEgyptios opinor neque cum loco, quem Delta Iones vocant, pariter extitiſſe, ſed ſemper eſſe ex quo genus humanum fuit, progreſſaque terra multos ex eis relictos fuiſſe, multos vero paulatim deſcendiſſe. Ideoque olim Thebæ AEgyptus vocabatur, cuius ambitus eſt ſta-
16diorum ſex millium ac centum viginti. Itaque ſi nos de eis recte ſentimus, Iones non recte ſentiunt de AEgypto: ſin recte Iones ſentiunt, oſtendo Græcos et ipſos Iones ignaros computandi: qui aiunt tria membra totam eſſe terram, Europam, Aſiam, Africam; quartum enim membrum annumerare debent Delta AEgypti, ſi non ſit neque Aſiæ, neque Africæ. Nam ſecundum hanc rationem non eſt Nilus, qui Aſiam ab Africa diſterminat: quippe circa acumen illius Delta circumfrangitur Nilus, adeoque in medio Aſiæ
17et Africæ cenſenda erit. Sed nos Ionum ſententiam miſſam facientes, ita de his dicimus; AEgyptum quidem, eam omnem eſſe, quæ ab AEgyptiis incolitur, quemadmodum Ciliciam eam, quæ a Cilicibus, et Aſſyriam, quæ ab Aſſyriis. Sed Aſiæ et Africæ ſcimus recta ratione nullum eſſe terminum, niſi terminos AEgyptiorum. Si vero, quod Græcis perſuaſum eſt, ſequemur, ſentiemus omnem AEgyptum, quæ a Catadupis et Elephantina urbe incepit, bifariam dividi, et utrique cognomini adhærere: aliam enim eius partem eſſe Africæ, aliam Aſiæ. Quippe Nilus a Catadupis incipiens, mediam ſcindens AEgyptum, in mare fluit: usque ad Cercaſorum quidem urbem fluit unus plane Nilus; inde autem ſcindit triplices vias. Et quæ quidem ad auroram vergit, Peluſium oſtium: altera via ad veſperam tendens, Canobicum oſtium nominatum eſt. Recta autem viarum Nilo, talis eſt: Delatus ex ſuperioribus, ad acumen Delta pervenit; de hinc medium Delta ſcindens, in mare exit: non minimam hanc aquæ portionem præbens, nec minime celebrem. Sebennyticum oſtium appellatur. A Sebennytico item duo alia diviſa exſtant oſtia, in mare ferentia, quibus hæc ſunt impoſita nomina, uni Sai-

δέων ἰένας, τίνα γλῶσσαν πρώτην [a] ἀπήσουσι. ἀλλ' οὔτε Αἰγυπτίους δοκέω ἅμα τῷ Δέλτα τῷ ὑπ' Ἰώνων καλεομένῳ γενέσθαι, αἰεί τε εἶναι, ἐξ οὗ ἀνθρώπων γένος ἐγένετο. προϊούσης δὲ τῆς χώρης, πολλοὺς μὲν τοὺς ὑπολειπομένους [b] αὐτόχθονα γίνεσθαι, πολλοὺς δὲ τοὺς ὑποκαταβαίνοντας. τὸ δ' ὦν πάλαι ἡ Θηβαὶ Αἴγυπτος [c] ἐκαλέετο· τῆς τὸ περίμετρον στάδιοί εἰσι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ ἑξακισχίλιοι. Εἰ ὦν ἡμεῖς ὀρθῶς περὶ αὐτέων γινώσκομεν, Ἴωνες οὐκ εὖ φρονέουσι περὶ Αἰγύπτου. εἰ δὲ ὀρθή ἐστι [d] ἡ τῶν Ἰώνων γνώμη, Ἕλληνάς τε καὶ αὐτοὺς Ἴωνας ἀποδείκνυμι οὐκ ἐπισταμένους λογίζεσθαι. οἱ φασὶ τρία μόρια [e] εἶναι γῆν πᾶσαν, Εὐρώπην τε καὶ Ἀσίην καὶ Λιβύην. τέταρτον γὰρ [f] σφέας δεῖ προσλογίζεσθαι Αἰγύπτου τὸ Δέλτα, εἰ μή τί γε ἐστι τῆς Ἀσίης, μήτε τῆς Λιβύης. εἰ γὰρ δὴ ὁ Νεῖλός γέ ἐστι κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, ὁ τὴν Ἀσίην εὐρίζων [g] τῆς Λιβύης. τῷ Δέλτα δὲ τούτῳ κατὰ τὸ ὀξὺ περιρρήγνυται ὁ Νεῖλος· ὥστε ἐν τῷ μεταξὺ Ἀσίης τε καὶ Λιβύης γίνοιτ' ἄν. Καὶ τὴν μὲν Ἰώνων γνώμην ἀπίεμεν· ἡμεῖς δὲ ὧδε καὶ περὶ τούτων λέγομεν. Αἴγυπτον μὲν πᾶσαν εἶναι [h] ταύτην τὴν ὑπ' Αἰγυπτίων οἰκεομένην, κατάπερ Κιλικίην, τὴν ὑπὸ Κιλίκων, καὶ Ἀσσυρίην, τὴν ὑπὸ Ἀσσυρίων. οὔρισμα δὲ Ἀσίης καὶ Λιβύης [i] οἴδαμεν οὐδὲν ἐὸν ὀρθῷ λόγῳ, εἰ μὴ τοὺς Αἰγυπτίων οὔρεας. εἰ δὲ τῷ ὑπ' Ἑλλήνων νενομισμένῳ χρησόμεθα, νομιοῦμεν Αἴγυπτον πᾶσαν, ἀρξαμένην ἀπὸ Καταδούπων τε καὶ Ἐλεφαντίνης πόλιος, δίχα διαιρέεσθαι, καὶ ἀμφοτέρων τῶν ἐπωνυμιέων ἔχεσθαι. [k] τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς, εἶναι τῆς Λιβύης· τὰ δὲ, τῆς Ἀσίης. ὁ γὰρ δὴ Νεῖλος ἀρξάμενος [l] ἐκ τῶν Καταδούπων, ῥέει, μέσην Αἴγυπτον σχίζων, ἐς θάλασσαν. μέχρι μέν νυν Κερκασώρου πόλιος ῥέει εἷς ἐὼν ὁ Νεῖλος, τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης τῆς πόλιος σχίζεται τριφασίας ὁδούς· καὶ ἡ μὲν πρὸς ἠῶ τρέπεται, [m] τὸ καλέεται Πηλούσιον στόμα· ἡ δὲ ἑτέρη τῶν [n] ὁδῶν πρὸς ἑσπέρην ἔχει. τῇ δὲ Κανωβικὸν στόμα κέκληται. ἡ δὲ δὴ ἰθέα τῶν ὁδῶν τῷ Νείλῳ ἐστὶ ἥδε ἄνω θὶν Φερόμενος, ἐς τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα ἀπικνέεται. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, σχίζων μέσον τὸ Δέλτα, ἐς θάλασσαν ἐξίει, οὔτε ἐλαχίστην μοίρην τοῦ ὕδατος παρεχόμενος [o] ταύτην, οὔτε ἥκιστα ἀνόμαστον· τὸ καλέεται Σεβεννυτικὸν στόμα. ἔστι δὲ καὶ ἕτερα διφάσια στόματα ἀπὸ τοῦ Σεβεννυτικοῦ ἀποσχισθέντα, φέροντα ἐς θάλασσαν. τοῖσι οὐνόματα κέεται

a *M. Arcb.* ſed πρῶτον, *Ask.* vulgo ἀπούσουσι. *b* *Ald. R. V.*, αὐτῶν *M. Arcb.* et mox. *c* Ἐκαλέοντο *R.* ora *Steph.* *d* Γν. τῶν Ἰώνων *Ask.* et *Arcb.*, verum fine ἡ. *e* *M. Ask.*, in *Arcb.* εἶναι deest. Ceteri τὴν γῆν. *f* *M.*, δὴ εἰ ora *Steph.* In *Ald. Ask. Arcb.* σφέας δὴ, tum μή τί γε *R.* *g* Τῆς Λιβύης *Rem.* ceteri τῇ Λιβύῃ. *h* Abest *Arcb.* *i* *M. Arcb. Ask.*, οἶδα μὲν *Ald*, vulgo οἴδαμεν Mox ἐὸν deſit *Arcb. Vind.* *k* Undecim ſequentia non habet *Arcb.* *l* *M. Ask.*, ἀπὸ *Euſtath.* in *Dionys.* v. 226. *Ald.* et plures. Mox μέσον *Arcb.* *m* Articulum hunc *Ald.* et ceteri non norunt. Habet *M. Ask.* *n* Ὅλλων *Arcb.* *o* *M. Ask. Paſ.* in reliquis ταύτῃ, excepto *Paris. A.*

50. Τίνα γλῶσσαν πρώτην ἀπήσουσι] Poſſet *Aldi* ἀπύσουσι patronos advocare *Euripid.* Oreſt. v. 1253., Hecub. v. 155. Supplic. v, 800., *Sophocl.* Aiac. v. 896. ut de *Pindaro* aliisque taceam. Verum membranarum potior ſententia, cui uſus reſpondet. *Aeſchylus* VII. Theb. v. 871. αἰμαι —— σηθέων ἥσειν ἄλγος. *Euripid.* Med. v. 1176. ἥκεν ὀλοὺγῆς μέγαν κωκυτόν. Quod et in *Sophocl.* Aiac. v. 862. *Apollon. Rhod.* IV, 874. ἧκε δ' αὐτὴν σμερδαλέην· &c.

61. Τρία μόρια εἶναι γῆν πᾶσαν &c.] Vide IV, 42. In ea noſtri orbis partitione magnus olim diſſenſus. *Pletique in parte tertia Africam poſuere; pauci tantummodo Aſiam et Europam eſſe, ſed Africam in Europa*, ita *Salluſtius* B. Iug. C. 17. Sed veterum plures Aſiam duntaxat et Europam noviſſe, *Iſocratis*, *Hippocratis*, aliorumque teſtimoniis firmatur. Lege *Olympiodorum* ad *Ariſtotel.* I. Meteorolog. p. 23. et Scholiaſt. in *Ptolemaei* Tetrabibl. p 58. et *Lucanum* IX, 411. Mox οὐρίζων τὴν Ἀσίην τῆς Λιβύης ex *Remig.* praefero, tacitam praepoſitionem adſciſcens.

65. Οὐρίζων τῇ Λιβύῃ] Nilus dici potest τὴν Ἀσίην οὐρίζων· ſed non item, ut arbitror, τὴν Ἀσίην οὐρίζων τῇ Λιβύῃ. Suſpicor adeo συνουρίζων ſcribendum. VALKEN.

66. Ὥστε ἐν τῷ μεταξὺ τῆς Ἀσίης &c.] Emendata *Vallae* Latina, *ut ſit in eo id quod medium eſt Aſiae et Africae*, meras tenebras offundunt. Voluit, ἐν μεθορίῳ Aſiae et Africae Delta ea ex ſententia eſſe oportere, atque ita neutrius. Erant ſuper eius ſitu olim diſcordes. Schol. *Apollon. Rh.* IV, 1571. ἡ δὲ Αἴγυπτος κατὰ μέν τινας, τῆς Ἀσίας ἐστί. κατὰ δὲ τινας, τῆς Λιβύης. et Auctor de Mundo, quem *Ariſtotelem* male vocant, C. 3.

79. Μέχρι μὲν νυν Κερκασώρου πόλιος] Similia his C. 97. et *Mela* I, 9. Adſcribam *Achillis Tatii* verba Amor. L. IV. p. 245., ſanioris coloris indiga. ὁ Νεῖλος ῥεῖ μὲν ἄνωθεν ἐκ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων, καὶ ἔστιν ἐς τοσοῦτον ῥέων ἄχρι Μέμφεως, καὶ ἔστι μικρὸν κάτω κέρας. Σύρος ὀνομα τῇ κώμῃ πρὸς τῷ τέλει τοῦ μεγάλου ῥεύματος· ubi τέλος τ. μ. ῥεύματος haud aliud ac *Noſtri* ὀξὺ τοῦ Δέλτα ſive *acumen Delta*, uti in *Pomponio* legunt. At quid Σύρος; *Salmaſius* Aegyptiacum tali nomine pagum legiſſe ſe negat, et negabunt alii cum ipſo *Tatio*; qui quidem ad hunc forte modum dederat: καὶ ἔστι μικρὸν κάτω κώμη· Κερκάσωρος ὄνομα τῇ κώμῃ· πρὸς τῷ &c. Quae continuo ſubiunguntur de maiore amne ad hunc pagum in tres ſciſſo, in animo illi Herodotea fuiſſe, manifeſtant. Atque haec praecipua ex parte viro doctiſſimo *Steph. Berglero* debentur.

91. Τῇ

κέεται τάδε· [a] τῷ μὲν Σαϊτικὸν αὐτέων, τῷ δὲ, Μενδήσιον. τὸ δὲ Βολβίτινον στόμα καὶ τὸ Βουκολικὸν οὐκ ἰθαγενέα στόματά ἐστι, ἀλλ' ὀρυκτά. Μαρτυρέει δέ [b] μοι τῇ γνώμῃ ὅτι τοσαύτη ἐστὶ Αἴγυπτος, ὅσην τινὰ ἐγὼ ἀποδείκνυμι τῷ λόγῳ, καὶ τὸ Ἀμμωνος χρηστήριον γενόμενον· τὸ ἐγὼ τῆσι ἐμεωυτοῦ γνώμῃσι ὕστερον περὶ Αἴγυπτον ἐπυθόμην. [c] οἱ γὰρ δὴ ἐκ Μαρίης τε πόλιος καὶ Ἄπιος οἰκέοντες Αἰγύπτου τὰ πρόσουρα [d] Λιβύῃ, αὐτοί τε δοκέοντες εἶναι Λίβυες, καὶ οὐκ Αἰγύπτιοι, καὶ ἀχθόμενοι τῇ περὶ τὰ ἱρὰ [e] θρησκίῃ, βουλόμενοι θηλέων βοῶν μὴ [f] εἴργεσθαι, ἔπεμψαν ἐς Ἄμμωνα, Φάμενοι οὐδὲν σφίσι τε καὶ Αἰγυπτίοισι κοινὸν εἶναι. οἰκέειν τε γὰρ ἔξω τοῦ Δέλτα, καὶ [g] οὐκ ὁμολογέειν αὐτοῖσι· βούλεσθαί τε πάντων σφίσι ἐξεῖναι γεύεσθαι· ὁ δὲ θεὸς σφέας οὐκ ἔα ποιέειν ταῦτα, Φὰς Αἴγυπτον εἶναι ταύτην τὴν ὁ Νεῖλος ἐπιὼν ἄρδει· καὶ Αἰγυπτίους εἶναι τούτους, οἳ ἔνερθε Ἐλεφαντίνης πόλιος οἰκέοντες, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τούτου πίνουσι. οὕτω σφι ταῦτα ἐχρήσθη. Ἐπέρχεται δὲ ὁ Νεῖλος, ἐπεὰν πληθύῃ, οὐ μόνον τὸ Δέλτα, ἀλλὰ καὶ τῆς Λιβυκῆς τε λεγομένης [h] χωρίης εἶναι, καὶ τῆς Ἀραβίης ἐναχῆ· καὶ ἐπὶ δύο ἡμερέων ἑκατέρωθι ὁδὸν, καὶ πλεῖν ἔτι τούτου, καὶ ἔλασσον. τοῦ ποταμοῦ δὲ φύσιος πέρι, οὔτε τι τῶν ἱρέων, οὔτε ἄλλου οὐδενὸς παραλαβεῖν ἐδυνάσθην· πρόθυμος δὲ ἔα τάδε παρ' αὐτέων πυθέσθαι, ὅτι κατέρχεται μὲν ὁ Νεῖλος πληθύων ἀπὸ τροπέων τῶν [i] θερινέων ἀρξάμενος ἐπὶ ἑκατὸν ἡμέρας· [k] πελάσας δ' ἐς τὸν ἀριθμὸν τοῦτον τῶν ἡμερέων ὀπίσω ἀπέρχεται, ἀπολείπων τὸ ῥέεθρον· ὥστε βραχὺς τὸν χειμῶνα ἅπαντα διατελέει ἐών, μέχρι δ' αὖτις τροπέων τῶν θερινέων. τούτων ὦν περὶ οὐδενὸς οὐδὲν οἷός τ' ἐγενόμην παραλαβεῖν παρὰ τῶν Αἰγυπτίων, ἱστορέων αὐτοὺς ἥντινα δύναμιν ἔχει ὁ Νεῖλος τὰ ἄμπαλιν πεφυκέναι τῶν ἄλλων ποταμῶν. ταῦτά τε δὴ τὰ [l] λεγόμενα βουλόμενος εἰδέναι, ἱστόρεον. καὶ ὅτι αὖρας ἀπο-

Saiticum, alteri Mendesium. Nam quod Bolbitinum et quod Bucolicum nominatur, non sunt nativa ostia, sed effossa. Huic meæ 18
opinioni, tantam esse AEgyptum, quantam sermone demonstro, testimonium etiam dat oraculum, quod ab Hammone est redditum: 95
quod ego posterius quam ita in animum induxeram, circa AEgyptum audivi. Nam qui ex urbe Marea et Apie incolunt AEgypti partes Africæ confines, qui et ipsi Afri, et non AEgyptii videntur, et perosi sacrorum ceremonias, etiam recusantes bobus feminis prohiberi, miserunt ad Hammonem, negantes quicquam cum AEgyptiis sibi esse commune. Habitare enim se extra Delta, nec esse eiusdem illis sententiæ, ac velle sibi fas esse omnia gustare. Hæc eos deus facere non permisit, inquiens AEgyptum esse eam, quam Nilus supergressus irriget: quique infra urbem Elephantinen incolentes, ex hoc flumine potarent, eos esse AEgyptios. Hæc illis ita oraculo responsa sunt. PORRO NILVS, ubi plurimus est, non 19
modo Delta inundat, verum etiam aliquid eius plagæ, quæ dicitur Africana esse, et alicubi Arabicæ: idque utrobique duorum dierum iter, et amplius adhuc eo vel minus. De cuius fluminis natura neque a sacerdotibus quippiam, neque ab alio ullo percipere potui, sed promptissimo fui animo hæc ex illis cognoscere, cur Nilus aquis abundans defluat, inchoans ab æstivo solstitio, ad centum usque dies, et prope ad numerum horum dierum retrocedat, relinquens fluenta: ita ut per omnem hyemem tenuis esse perseveret ad solstitium rursus æstivum. De horum igitur nullo aliquid omnino potui percipere ab AEgyptiis scisciteando illos, 20
quam vim Nilus haberet, ut natura diversus esset ab ceteris fluviis. Hæc ego quæ celebrata sunt noscendi cupidus, eos interrogabam, et cur solus

[a] Τὸ μὲν *Arcb.*, et mox, tum ἰθαγενέα. [b] Δέ μοι τῇ *Arcb. Ald. V.*, ex *M. Ask.* vulgatum. Statim ὅσην τινὰ ἐγὼ *Paris. tres*, *Arcb. V. R. Ald.*, τινὰ omittit *M.* cum *Ask.* [c] Excerpsit *Origen. C. Cels.* v, 34. p. 603. In praecedentibus *Reiskius* corrigebat τῇ ἐμεωὐτοῦ γνώμῃ σύνεργον ὂν παρ' Αἰγυπτίων ἐπυθ.. [d] Λιβύης *Rem.*, mox καὶ οὐκ ἀχθόμενοι *Ask. Pasc.* et in margine *Paris. B.* [e] Θρησκίῃ *Arcb.*, sed τῇ περὶ τούτων θρησκ. Vulgo θρησκείῃ. [f] Ἐργεσθαι *Ald.*, et alii: etiam in nupera *Origen.* editione, olim tamen εἴγεσθαι, ut *M. Ask.* [g] *Origen. M. Ask.* alii καὶ οὐδὲν. [b] Ora *Steph. M. Ask.*, χώρου tres *Paris. Arcb. V. R. Ald.* Mox ἑτέρωθι *Arcb.* [i] *M. Ask.*, in aliis θερινῶν. [k] Πελάσας *Arcb. V. R. Paris. B. C.*, *Ald.* ceterique *Edd.*, πέλας *M. Ask. Pasc.* [l] *Arcb. V. Paris. tres*, *Rem. Pasc. Ald*, λελεγμένα *M. Ask.*

91. Τῷ μὲν Σαϊτικὸν] Ταινιτικὸν corrigentes male agunt, neque a *Strabone* XVII. p. 1154. adiuvantur: siquidem illius τὸ Ταινιτικὸν στόμα, ὅ τινες Σαϊτικὸν λέγουσι ex amne Bubastico sive Pelusio divergit: *Herodoti* vero ex Sebennytico. Credo rivo huic, quia praefecturam Saiticam radebat, nomen venisse. Addam *Platonis* ex *Timaeo* p. 21. E. verba, ad hanc rem opportuna. Ἔστι τις κατ' Αἴγυπτον ἐν τῷ Δέλτα, περὶ ὃ κατὰ κορυφὴν σχίζεται τὸ τοῦ Νείλου ῥεῦμα, Σαϊτικὸς ἐπικαλούμενος νομός· τούτου δὲ τοῦ νομοῦ μεγίστη πόλις Σάϊς· quibus non male nectentur *Proclo* disputata p. 50. Confer *Cellarium* Geogr. IV, 1. p. 24., horum oblitum.

92. Καὶ τὸ Βουκολικὸν] Haud aliter *Eustath.* in Dionys. v. 226. *Nostrum* secutus. Apud alios de eo silentium. Non male conponitur cum Phatnitico *Diodori* I, 33. XX, 76. Prope quod videntur τὰ βουκόλια, famosa latronum domicilia, fuisse, descripta eleganter abs *Heliodoro* I. p. 10., *Achille Tatio* IV. p. 250., tanquam loca palustria, ad struendas insidias et ad praedae receptacula commodissime posita. Etiam aliunde cognitum est, ad Phatniticum ostium pertinuisse regionem, cui a palustri situ Ἑλεαρχίας titulus, uti ad *Hieroclis* Synecdem. p. 726. significatum fuit. Quae quidem omnia persuadent, ostium Βουκολικὸν et Phatniticum non discrepare, nominisque caussam patefaciunt.

96. Τὸ ἐγὼ τῇσι ἐμεωὐτοῦ γνωμῇσι ὕστερον] Lenissima correctione sic ista mihi concinnanda videntur: *meam quoque firmat sententiam Ammonis oraculum: τὸ ἐγὼ τῆς ἐμεωὐτοῦ γνώμης ὕστερον περὶ Αἰγύπτου ἐπυθόμην; quod postea demum intellexi, quam sic de Aegypto iudicare in animum induxissem.* Edixerat Ammon, Αἴγυπτον εἶναι ταύτην, τὴν ὁ Νεῖλος ἐπιὼν ἄρδει. In eamdem ferme sententiam L. II, c. 104. Colchi inquit, esse videntur Aegyptii: νοήσας δὲ πρότερον αὐτὸς ἢ ἀκούσας ἄλλων λέγω. Iam quod vulgatur, τῇσι — γνώμῃσι ὕστερον, prorsus esset insolens in *Herodoto*, ὕστερον iungente passim cum casu secundo. Praeterea, de sua solius ubicunque loquitur sententia, vicies minimum γνώμην ponit numero singulari. VALKEN.

100. Τῇ περὶ τὰ ἱρὰ θρησκίῃ] Maluissem, si MSS. exemplo praeivissent, θρησκηίῃ. Quod *Arcb.* hic et C. 37. obtulit, in lucro putavi. Scholia a *Iohnstono* publicata in *Sophoclis* Electr. v. 996. τῆς νεωτέρας ἰδέας ἐστὶ τὸ λέγειν τὴν προμήθειαν ΠΡΟΜΗΘΙΑΝ, καὶ τὴν εὐσέπειαν ΕΤΕΠΙΑΝ, καὶ τὰ τοιαῦτα. Mox καὶ οὐκ ὁμολογέειν de sermone videtur intellexisse; ὁμολογέουσι κατὰ γλῶσσαν οὐδὲν in simili re I, 142.

17. Πελάσας δ' ἐς τὸν ἀριθμὸν &c.] *Medicei* πέλας δ' *Plinii* verbis munitur, non omnino congruis: *In totum autem revocatur intra ripas in Libra, ut tradit Herodotus, centesimo die.* Quid enim hic de *Libra* et *centesimo die*, quo intra ripas cogitur iterum, tametsi πέλας δ' probaveris? Haec et alia bene *Salmasius* in *Solin.* p. 310. Verum est, intra idem ferme spatium temporis, quo increverat, amnem decrescere. Culte *Aristides* T. II. p. 338. οὐ τοίνυν μόνον αὔξεται ΤΑΚΤΑ ὁ Νεῖλος, ἀλλὰ καὶ ἀπολήγει τεταγμένως ὀπίσω, καὶ σχεδὸν οὐκ ἐν ἐλάττονι χρόνῳ καθίσταται εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς, ἢ ἐν ὅσῳ προϊὼν ἐξεπλήρωσε. *Diodorus* praeterea I, 38. Utrum vero idem *Noster* indicaverit, caussa dubitandi adest in disensu tot schedarum: habet quoque nescio quid scabri πέλας δ' ἐς τὸν ἀριθμὸν τουτέων ἡμερ., quod detractum vulgato cernitur. Πελάσας paullo minus est ac πληρώσας ἐς τὸν ἀριθμὸν Cap. 7. In *Latinis* nihil mutavi, dubius tamen de *Laurentio*, cuius membranae, quod mihi liquido constat, persimiles *Arcb.* et *Vind.* fuere.

37. Πολ-

ſolus omnium amnium nullas efflantes auras præberet. De qua tamen aqua quidam Græcorum, quum inſignes vellent haberi ſapientia, trifariam diſſeruerunt; quarum opinionum duas ne mentione quidem dignas exiſtimo, niſi eatenus, ut illas tantum velim ſignificare. Earum una ait, ventos eteſias eſſe in cauſſa cur fluvius creſcat, prohibentes Nilum effluere in mare. Atqui crebro eteſiæ non ſpiraverunt, et tamen Nilus idem agit. Ad hæc ſi eteſiæ in cauſſa forent, oporteret aliis quoque fluminibus, quæcunque eteſiis adverſa fluunt, ſimiliter aliquid contingere, et idem quod Nilo, et eo adhuc magis, quo tenuiora quum ſint, imbecilliores fluctus exhibent. Sunt autem multa in Syria, multa in Africa flumina, quæ nihil tale patiuntur quale quid 21 etiam Nilus. Altera eſt inſipientior quidem, quam hæc quæ dicta eſt; ut tamen dicatur, quod res eſt, admirabilior, quæ ait illum, quod ab Oceano fluat, istud efficere: Oceanum 22 vero circumfluere omnem terram. Tertia opinio, ut multo modeſtiſſima, ita longe falſiſſima eſt: quippe quæ et ipſa nihil dicit, inquiens e nive liqueſcente manare Nilum: qui quum ex Africa per medios AEthiopes fluens in AEgyptum evadat, ex locis calidiſſimis ad frigidiora, quomodo ab nive flueret? De quibus multa ſane ſunt, quæ quis ad talia validus coniectare poſſit, non eſſe probabile, eum manare de nive: primum ac maximum teſtimonium perhibentibus ventis, qui ab his regionibus calidi ſpirant. Secundum, quod ea plaga ſine imbribus et ſine glacie perpetuo eſt; ſuper nivem autem, quæ cecidit, neceſſe omnino eſt intra quinque dies pluere: quare ſi in his regionibus ningeret, etiam plueret. Tertium, homines ab æſtu nigri; et milvi, atque hirundines illic perennare non deſinunt; grues quoque, hyemem Scythicæ plagæ fugientes, ad hæc loca ſe conferunt hybernatum. Si igitur vel quantulumcunque ningeret in ea plaga, per quam fluit et ex qua fluere incipit Nilus, profecto nihil horum eſſet, 23 quemadmodum neceſſitas arguit. At is qui de Oceano loquutus fuit, ad occultum deferens fabulam, caret evictione. Neque enim ego ullum novi fluvium, qui ſit Oceanus, ſed hoc nomen opinor Homerum, aut aliquem an-

ἀποστερεῖσας μοῦνος πάντων ποταμῶν οὐ παρέχεται. Ἀλλὰ Ἑλλήνων μέν τινες ἐπίσημοι βυλόμενοι γενέσθαι 95
σοφίην, ἔλεξαν περὶ τοῦ ὕδατος τούτου τριφασίας ὁδούς· τῶν τὰς μὲν δύο τῶν ὁδῶν οὐδ' ἀξιῶ μνησθῆναι, εἰ μὴ ὅσον σημήνω βυλόμενος μοῦνον. τῶν ἡ ἑτέρη μὲν λέγει τοὺς [a] ἐτησίας ἀνέμους εἶναι αἰτίους πλῆθύειν τὸν ποταμὸν, κωλύοντας ἐς θάλασσαν ἐκρέειν τὸν Νεῖλον· πολλάκις δὲ ἐτησίαι μὲν οὔκων ἔπνευσαν, ὁ δὲ Νεῖλος τωὐτὸ ἐργάζεται. πρὸς δὲ, εἰ ἐτησίαι αἴτιοι ἦσαν, [b] χρῆν καὶ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς, ὅσοι τοῖσι ἐτησίῃσι ἀντίοι ῥέουσι, ὁμοίως πάσχειν καὶ [c] κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ Νείλῳ· καὶ μᾶλλον ἔτι τοσούτῳ, ὅσῳ ἐλάσσονες ἐόντες, ἀσθενέστερα τὰ ῥεύματα παρέχονται. εἰσὶ δὲ πολλοὶ μὲν ἐν τῇ Συρίῃ ποταμοὶ, πολλοὶ δὲ ἐν τῇ Λιβύῃ, οἳ οὐδὲν τοιοῦτον πάσχουσι οἷόν τι καὶ ὁ Νεῖλος. Ἡ δ' ἑτέρη, [d] ἀνεπιστημονεστέρη μέν ἐστι τῆς λελεγμένης, λόγῳ δὲ εἰπεῖν, θωυμασιωτέρη· ἣ λέγει ἀπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ ῥέοντα αὐτὸν ταῦτα μηχανᾶσθαι· τὸν δ' Ὠκεανὸν γῆν περὶ πᾶσαν ῥέειν. Ἡ δὲ τρίτη τῶν ὁδῶν, [e] πολλὸν ἐπιεικεστάτη ἐοῦσα, μάλιστα ἔψευσται. λέγει γὰρ δὴ οὐδ' αὐτὴ οὐδὲν, φαμένη τὸν Νεῖλον ῥέειν [f] ἀπὸ τηκεμένης χιόνος· ὃς ῥέει μὲν ἐκ Λιβύης διὰ μέσων Αἰθιόπων, ἐκδιδοῖ δὲ ἐς Αἴγυπτον. κῶς ὦν δῆτα [g] ῥέοι ἂν ἀπὸ χιόνος, ἀπὸ τῶν θερμοτάτων τόπων [h] ῥέων ἐς τὰ ψυχρότερα; τῶν τὰ πολλά ἐστι ἀνδρί γε λογίζεσθαι τοιούτων περὶ οἵῳ τε ἐόντι, ὡς οὐδὲ εἰκὸς ἀπὸ χιόνος μιν ῥέειν· πρῶτον μὲν καὶ μέγιστον μαρτύριον οἱ ἄνεμοι παρέχονται, πνέοντες ἀπὸ τῶν χωρίων τούτων θερμοί· δεύτερον δὲ, ὅτι ἄνομβρος ἡ χώρη, καὶ [i] ἀκρύσταλλος διατελέει ἐοῦσα· ἐπὶ δὲ χιόνι πεσούσῃ, πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ ὗσαι ἐν πέντε ἡμέρῃσι, ὥστε εἰ ἐχιόνιζε, ὗσέ τ' ἂν ταῦτα τὰ χωρία. [k] τρίτα δὲ, οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τοῦ καύματος μέλανες ἐόντες· ἰκτῖνοί δὲ καὶ χελιδόνες δι' ἔτεος ἐόντες οὐκ ἀπολείπουσι· γέρανοι δὲ φεύγουσαι τὸν χειμῶνα τὸν ἐν τῇ Σκυθικῇ χώρῃ γενόμενον, φοιτῶσι ἐς [l] χειμασίην ἐς τοὺς τόπους τούτους· εἰ τοίνυν ἐχιόνιζε [m] εἰ καὶ ὀσονοῦν ταύτην τὴν χώρην, δι' ἧς τε ῥέει καὶ ἐκ τῆς δέχεται ῥέων ὁ Νεῖλος, [n] ἦν ἂν τούτων οὐδὲν, ὡς ἡ ἀνάγκη ἐλέγχει. Ὁ δὲ περὶ τοῦ Ὠκεανοῦ λέξας, ἐς ἀφανὲς τὸν μῦθον ἀνενείκας, οὐκ ἔχει ἔλεγχον. οὐ γάρ τινα ἔγωγε οἶδα ποταμὸν Ὠκεανὸν ἐόντα· Ὅμηρον δὲ, ἢ τινα τῶν πρότερον γε-

a Ἐτησίους *Arch.*, et ſaepe ea forma. Adtigit haec *Ariſtides* in Aegyptio ſermone p. 331. *b* Χρῆναι *Ask.* *c* *M.*, κατὰ αὐτὰ *Ask.*, ceteri cum *Ald.* κατὰ ταυτὰ, levi discrimine. *d* Ἀνεπισημοτέρη *Arch.* Mox θωμασιωτ. *M. Ask.*; *Aldus Arch. V. Paris. C.* vulgatum malunt. *e* Πολλῷ *Rem.* *f* Ἀποτηκομένης *Ask.* *g* Ῥέει *Arch.* *b* Deſit *Ask. Paſſ.* qui ψυχρότερα cum *M.* In *Paris. A. B.* ἀπὸ θερμοτάτων ῥέων, et ψυχρότατα, uti *Ald. Arch. V.* Mox ἀνδρί γε *M. Ask.*, encliticam plerique ſpernunt. *i* Ἀκρύσταλος *Arch.* *k* *Id.* et *M.* cum *Ask.*, τρίτον *Edd.* Porro ὗεν *Arch.* paullo ante. *l* *Rem.*, qui γιγνόμενον in praecedentibus, ora *Steph. Arch. Paſſ. V. M. Ask.*, vulgo χειμαδίην. *m* *M. Ask.*, in aliis καὶ tantum. *n* *M. Paſſ. Ask. R.* ora *Steph.*, ἂν τι τοιοῦτον vulgo.

37. Πολλοὶ μὲν ἐν τῇ Συρίῃ ποταμοί] Sunt quibus haec diſpliceant: eſſe enim plures in Syria fluvios, evolvi in mare mediterraneum, eorumque in ſolem occidentem oſtia tendere, non boream. Qui quidem ſi meminiſſent, eteſias non magis e ſeptemtrione quam occidentis plaga, ſive οὐδέν τι μᾶλλον ἀπὸ τῆς ἄρκτου ἢπερ τῆς ἑσπέρης ſpirare, ut, post *Ariſtotelem* Meteorol. II, 6., *Diodorus* obſervavit I, 39., in alia utique ivisſent. De eteſiis autem, atque eorum in Nili, aeſtate exundantis, oſtia vehemente flatu, quae veterum nonnulli tradiderunt, a vero non recedunt. *Philo*, AEgypti incola, id faſſus ultro est Vit. Moſ. I. p. 620. A., et noſtra aetate, diu eadem in regione occupatus, *B. Maillet* Deſcript. AEgypti p. 55. Neque ea tamen unica increſcentis Nili cauſſa.

48. Ἀπὸ τῶν θερμοτάτων τόπων &c.] Ψυχρότερα coniectura adſecutus *Corn. de Pauw* fuit. Adpoſite *Ariſtides* t. II. p. 334. ὁρμᾶται μὲν γὰρ ἐκ τῶν θερμοτάτων τῆς οἰκουμένης ὁ Νεῖλος δήπου, καὶ προϊὼν εἰς ἥττον' ἀεὶ θέρμην. Statim *Reiskius* τὰ ὦν τεκμήρια πολλά ἐστι —— ὡς· ego τῶν τὰ πολλὰ non moveo, et τεκμήρια ſive μαρτύρια ad ſententiam arceſſo. *Quorum*, paullo ante ſcriptorum, *indicia multa adſunt viro*, &c. Nec diſcrepat ſententia *Abreſchii*. Prudenter vero de Nili incrementis *Arrian.* Indic. Cap. 6.

55. Τσαι ἐν πέντε ἡμέρῃσι] *Tan. Fabri* L. I. Ep. 79. correctionem merito exploſit *Gronovius*, ſuffecta alia, minime meliore. *A. Gellius* N. Attic. VIII, 4. ſuper hoc loco diſputaverat non ſine *Noſtri* taxatione, *quod ſcriptor hiſtoriae memoratiſſimus de aqua pluviali et nive rem non ſatis exploratam pro conperta poſuerit*, ſicuti praefert capitis IV. argumentum. Periit quod dolemus, diſputatio; verba, quae ſuperant, idem tum in *Herodoto* fuiſſe, quod nunc examinamus, conmonſtrant. Ponunt enim de *nive et aqua pluviali rem pro conperta non ſatis exploratam:* neque usquam ulla in Muſa talis depoſita est. Vim proinde arceo, opinatus coeli habitum et clima, ſub quo ſcriptor aut Halicarnaſi aut Thurii vitam transegit, paucis post nivem diebus pluvioſum fuiſſe. Ut ut hoc fuit, per illud mihi mirum accidit, doctiſſimos viros Geſſiana, adeo obportuna, neglectui habuiſſe. Quae conſequuntur de aduſto hominum colore et gruibus, *Seneca* non praeteriit Q. N. IV, 2., cui *Euripidis* cothurnum Helen. v. 1497. adcommoda.

65. Ποταμὸν Ὠκεανόν] De eodem iterum IV, 8. *Homeri*

Auctoris ſententia de Nili auctu, eumque venire ab ſole;

νομένων ποιητέων, δοκέω [a] τοὔνομα ἐυρόντα ἐς τὴν ποίησιν ἐσωνείκασθαι. Εἰ δὲ δεῖ μεμψάμενον γνώμας τὰς προκειμένας, [b] αὐτὸν περὶ τῶν ἀφανέων ἀποδέξα-
97 σθαι, Φράσω διότι μοὶ δοκέει [c] πληθύεσθαι ὁ Νεῖλος τῦ Θέρεος. τὴν χειμερωὴν ὥρην [d] ἀπελαυνόμενος ὁ ἥλιος ἐκ τῆς ἀρχαίης διεξόδυ ὑπὸ τῶν χειμώνων, ἔρχεται τῆς Λιβύης [e] τὰ ἄνω. ὡς μέν νυν ἐν ἐλαχίστῳ δηλῶσαι, πᾶν εἴρηται· [f] τῆς γὰρ ἂν ἀγχοτάτω ἡ χώρης οὗτος ὁ Θεὸς, καὶ κατ' ἥν τινα, ταύτην οἰκὸς [g] διψῆν τε ὑδά-
τῶν μάλιστα, καὶ τὰ ἐγχώρια ῥεύματα μαραίνεσθαι τ' ποταμῶν. Ὡς δὲ ἐν πλέονι λύγῳ δηλῶσαι, ὧδε ἔχει. διεξιὼν τῆς Λιβύης τὰ ἄνω ὁ ἥλιος, τάδε ποιέει, ἅτε διὰ παντὸς τῦ χρόνυ [h] αἰθρίυ τε ἐόντος τῦ ἠέρος τῦ καλὰ ταῦτα τὰ χωρία, καὶ ἀλεεινῆς τῆς χώρης ἐύσης,
[i] ὐκ ἐόντων ἀνέμων ψυχρῶν, διεξιὼν, ποιέει οἷόν περ καὶ τὸ Θέρος ἐώθεε ποιέειν, ἰὼν τὸ μέσον τῦ ὐρανῦ. ἕλκει γὰρ ἐπ' ἑωϋτὸν τὸ ὕδωρ· ἑλκύσας δὲ, ἀποθέει ἐς τὰ ἄνω χωρία· ὑπολαμβάνοντες δὲ οἱ ἄνεμοι, καὶ διασκιδνάντες, τήκυσι· καί εἰσι [k] οἰκότως οἱ ἀπὸ ταύτης τῆς χώρης πνέοντες, ὅ, τε νότος, καὶ ὁ λίψ, ἀνέμων πολλὸν τῶν πάντων ὑετώτατοι. [l] δοκέει δέ μοι οὐδὲ πᾶν τὸ ὕδωρ τὸ ἐπέτεον ἑκάστοτε ἀποπέμπεσθαι τοῦ Νείλυ ὁ ἥλιος, ἀλλὰ καὶ ὑπολείπεσθαι περὶ ἑωϋτόν. πρηϋνομένυ δὲ τῦ χειμῶνος, ἀπέρχεται ὁ ἥλιος ἐς μέσον τὸν ὐρανὸν ὀπίσω· καὶ τὸ ἐνθεῦτεν ἤδη ὁμοίως ἀπὸ πάντων ἕλκει τ' πολαμῶν. τέως δὲ [m] οἱ μὲν, ὀμβρίυ ὕδατος συμμισγομένυ πολλοῦ αὐτοῖσι, ἅτε νομένης τε τῆς χώρης καὶ κεχαραδρωμένης, ῥέυσι μεγάλοι· τῦ δὲ Θέρεος τ' τε ὄμβρων ἐπιλειπόντων αὐτύς, καὶ ὑπὸ τῦ ἡλίυ ἑλκόμενοι, ἀσθενέες εἰσί. ὁ δὲ Νεῖλος, ἐὼν ἄνομβρος, ἑλκόμενος δὲ ὑπὸ τοῦ ἡλίυ, μοῦνος ποταμῶν τοῦτον τὸν χρόνον οἰκότως αὐτὸς ἑωϋτοῦ ῥέει [n] πολλῷ ὑποδεέστερος ἢ τοῦ Θέρεος. τότε μὲν γὰρ μετὰ πάντων [o] τ' ὑδάτων ἴσον ἕλκεται, τὸν δὲ χειμῶνα, μοῦνος πιέζεται. οὕτω τὸν ἥλιον νενόμικα [p] τούτων αἴτιον εἶναι. Αἴτιος δὲ ὡϋτὸς οὗτος καλὰ [q] γνώμην τὴν ἐμὴν, καὶ τὸν ἠέρα ξηρὸν [r] τὸν ταύτῃ εἶναι, διακαίων τὴν διέξοδον αὐτοῦ. οὕτω τῆς Λιβύης τὰ ἄνω Θέρος αἰεὶ κατέχει. εἰ δὲ ἡ στάσις ἠλλακτο τ' ὡρέων, καὶ τοῦ ὐρανοῦ, τῇ μὲν νῦν ὁ βορέης τε καὶ ὁ χειμὼν ἑστᾶσι, ταύτῃ μὲν τῦ νότυ ἦν ἡ στάσις, καὶ τῆς μεσαμβρίης, τῇ δὲ ὁ νότος [s] νῦν ἕστηκε, ταύτῃ δὲ ὁ βορέης· εἰ ταῦτα οὕτως εἶχε, ὁ ἥλιος ἂν ἀπελαυνόμενος ἐκ μέσυ τῦ ὐρανοῦ ὑπὸ τῦ χειμῶνος καὶ τῦ βορέω, ἤιε ἂν τὰ ἄνω

antiquiorum poëtarum, quum invenisſet, in poëticam intulisſe. Quod ſi opiniones, quas 24
propoſui, improbantem me ipsum oportet de illis occultis ferre ſententiam, dicam quare mihi videatur abundare Nilus æſtate. Hyberno tempore ſol depulſus a vetere meatu per hyemes incedit ſuperiora Africæ. Ut quidem ergo brevisſime demonſtrando, totum dictum est. Etenim deus hic cuicunque regioni proximus exiſtat, et circa quamcunque, eam maxime ſitire aquas credibile est, et ſcaturigines indigenas amnium areſcere. Ut autem pluribus verbis demonſtre- 25
tur, ita habet. Sol Africæ ſuperiora permeans, ea efficit; nam quum per omne tempus ſit ſerenus aër in istis regionibus, et ipsa regio calida, nec venti frigidi, peragrans facit, quale æſtate facere conſuevit means medium cœli; ad ſe enim trahit aquam, tractamque in ſuperna abigit loca; quam ſuſcipientes venti ac diſſipantes liquefaciunt; et ſunt probabiliter ab hac regione flantes, auſter et africus, multo ventorum omnium pluvioſisſimi. Quanquam mihi videtur non omnem humorem annuum Nili ſol demittere, ſed et penes ſeipſum reſervare. Idem, mitigata hyeme, rurſus in medium cœlum regreditur, atque illinc iam itidem ex cunctis fluminibus trahit; quæ mox, multa illis pluviali aqua ex imbribus commixta, utpote terra per pluvias madefacta et lacunoſa, magna fluunt: at æſtate, quum deſtituantur ab imbribus, et a ſole trahantur, imbecilla ſunt. Nilus autem qui imbribus caret, ſed qui trahitur a ſole, merito ſolus fluviorum eo tempore fluit multo ſe exilior quam per æſtatem. Tunc enim peræque trahitur atque omnes aquæ, per hyemem vero ſolus urgetur. Ita ſolem cenſui iiarum rerum esſe cauſſam. Idem iste, mea ſententia, auctor est 26
aëris ſicci in ea regione, dum perurit transitum istius. Ita ſemper Africæ ſuperiora æſtas obtinet. Quod ſi temporum ſtatio immutaretur, et in qua cœli parte nunc aquilo ſitus est et hyems, ibi auſtri ſitus esſet et meridiei: et ubi nunc auſter locatus est, illic aquilo esſet: ſi hæc ita haberent, profecto ſol amotus e medio cœlo ab hyeme et aquilone, mearet ſuperna Eu-

a Arcb. Ask. alii τὸ οὔνομα. Mox τὴν iidem damnant ante ποίησιν. Tum ἤδη δὲ μεμψ. *Arcb.* *b M. Arcb. Ask. R.*, αὐτέων *Ald.* &c. *c M. Ask.*, πληθύνεσθαι reliqui. *d* Citat Schol. *Hermogenis* p. 390. et *Plut.* Placit. Philoſ. IV. 1. *e M. Ask.* et *Ariſtides* t. II. p. 341. in plerisque aliis ἐς τά. *f Ask. Med.*, ſed prior cum *Paſ.* τῆς γὰρ ἂν ἀγχ., et melius; ceteri τῆς γ. ἀγχ. γε χώρ. *g* Δίψην τε *Arcb.* *b Ald. Paris.* tres cum *Arcb. V. Rem.* ἐόντος non est in *M.* et *Ask.* Mox in *Paſ.* ἀλεεινῆς explicatur θερμῆς. *i* Οὐκ ὄντων ſive ἐόντων ἀν. *Arcb.* et mox ἐιωθε ceteri καὶ ἀνέμων. *k M. Ask.*, vulgo εἰκότως, et mox iterum. *l* Δοκέω *Arcb.* Mox ὑπολείπεσθαι *Id. Paſ. Vind.* et ora *Steph.* alii ἀπολείπεσθαι. *m* Deſit οἱ *Arcb.*, tum ὀμβ. τοῦ ὕδατος idem et *Paris. A. B. V.* Statim αὐτὸς, διά τε ὑομένης *Rem.* *n Arcb. R. Ask. M.*, in aliis πολλὸν, nullo discrimine. *o* Abest *Arcb.* *p M. Ask, Paſ.*, τούτου alii. Statim ἑωϋτὸς οὗτος *Arcb.*, ὁ αὐτὸς *Ask. Paſ.*. *q Rem. Med. Ask.*, ora *Steph.*, in *Arcb. Vind. Ald.* ξηρ. ταύτῃ tantum. Mox δικαίων *Arcb.* et fortaſse *Valla.* *r Med. Ask.* αὐτῷ, alii omnes αὐτοῦ, excepto *Arcb.*, cui abest. *s* Συνέσηκε *Arcb.*, tum δὴ ὁ β.

meri Il. Ξ, 245. ποταμοῖο ῥέεθρα Ὠκεανοῦ variè olim docti homines agitarunt, quemadmodum ex *Strabone* novimus L. I. p. 9. AEgyptii autem, ſiquidem *Diodoro* I, 12. 36. et 96. adcredimus, Nilum ſuum pro Oceano cenſebant; alii ex mari Oceano amnis incrementa, quos *Seneca* in ordinem coëgit, derivabant. Confer *Libanium* in Baſilico p. 140., Herodotea haec amplexum.

74. Τῆς γὰρ ἂν ἀγχοτάτω ἦ χώρης] Inpendit qualemcumque his operam G. *Raphelius* ad *Matth.* C. XII, 35., ſed uſus vetere Editione. *Mediceo* iure merito *Gronovius* obſecutus est, repulſa *V. Fabri* L. I. Ep. 7. correctione. Θεὸς de ſole tritisſimum: *Appian.* Praefat. ἀρχομένου τε καὶ δυομένου τοῦ ΘΕΟΥ. Quae autem *Noſter* de Nili auctis per aeſtatem aquis et earum cauſſa, aliena ſunt et ſaepe exploſa. Lege *Ariſtidem* t. II. p. 341. et *Diodorum* I, 38.

81. Οὐκ ἐόντων ἀνέμων ψυχρῶν] Poſtulat ratio et rerum uſus, ut calidae regionis calidi ſint venti. Propterea *Pavius*, contraria contrariis adiuvanda et medicanda profeſſus, θερμῶν, quo etiam modo *Reisk.* in litteris ad me aut ξηρῶν, ſubſtituit. Scio eumdem Cl. virum, damnata ſuperiore ſententia, nihil mutatum velle, et turpem errorem ſcriptori inpingere. Mihi nulla hic aberratio placet, ſed quod ex *Arcb.* provenit, et ſcriptor ipse adfirmat C. 22. Dedi et ſuam ſedem participio ἐόντος, quam amiſerat.

89. Ἀλλὰ καὶ ὑπολείπεσθαι] Verius hoc. Cui uſui autem illa circa ſolem relicta aqua? an ut illi alimento, quae plurium olim perſuaſio, cederet? Γελοῖοι πάντες, ὅσοι τῶν πρότερον ὑπέλαβον τὸν ἥλιον τρέφεσθαι τῷ ὑγρῷ graviter Philoſophus Meteorol. II, 2. Sequentia ad examen vocavit *Salmaſius* in *Solin.* p. 303.

3. Διακαίων τὴν διέξοδον αὐτοῦ] In adnotationibus *Gronov.* αὐτῷ *Med.* ſumitur, ac ſi ἑωϋτῷ ſive ἑωῦτῷ foret. Malo *Aldi* et plurium ſchedarum, atque ad aërem, qui ſolis transitu excandeſcat, referre. *Reiskius* in ſuperioribus καὶ τοῦ τὸν ἠέρα —— reponit.

14. Οὐκ

Europæ, quemadmodum nunc Africæ: peragransque omnem Europam, faceret, opinor, eadem in Istro, quæ nunc facit in Nilo.
27 De aura autem, quæ nulla efflat, hoc mea fert opinio: valde consentaneum esse, e locis servidis nihil exspirare auræ: quippe quæ ab aliquo frigido flare gaudet. Verum hæc ita sint quemadmodum et sunt, et ab initio
28 fuere; Nili tamen fontes nemo neque AEgyptiorum, neque Afrorum, neque Græcorum, qui in colloquium mecum venerunt, se nosse professus est, præter scribam sacrarum Minervæ rerum in AEgypto, in urbe Saï: qui mihi iocari videbatur, affirmans se id procul dubio nosse. Sic autem dicebat, geminos esse montes, cacuminibus in acutum tendentibus, in medio Syenes urbis positos Thebaidis, et Elephantinæ: quorum uni nomen esset Crophi, alteri Mophi, et ex istorum montium medio Nili fontes abysses, *hoc est, sine fundo*, fluere; cuius aquæ dimidium AEgyptum versus et ventum aquilonem flueret, reliquum dimidium AEthiopiam versus atque austrum. Quod autem abysi forent fontes, aiebat Psammetichum AEgypti regem periculum huius rei fecisse: nam fune mensuræ, quæ quatuor cubitorum est, millenas plurimas continente nexo, ibi eum demisisse, tamen ad fundum non devenisse. Sic quidem scriba hic, si modo hæc, ut contingunt, dicebat, declarabat: ut ego opiner vortices quosdam illic esse validos, ac refluxum quippe aquæ insultantis montibus, unde nequeat funis ad explorandum demissus ire in fundum. Aliud
29 ab ullo quoquam audire non potui. Sed tale quidem aliud ad longissimum indagavi usque ad Elephantinam urbem ipse ad inspiciendum profectus; quod inde ulterius est, audiendo iam inquirens. Ab urbe Elephantina ad superiora eunti est locus acclivis, ubi necesse sit, navigio utrinque alligato, tanquam bove, pergere: et, si abrumpatur, abire navigium, raptum fluxus impetu. Abest autem hic locus quatuor dierum navigatione: estque ibi Nilus tortuosus veluti Mæander, et sunt hi duodecim schœni, quos hunc in modum enavigare oportet.

ἄνω τῆς Εὐρώπης κατάπερ νῦν [a] τῆς Λιβύης ἔρχεται: διεξιόντα δ' ἂν μιν διὰ πάσης Εὐρώπης, ἔλπομαι ποιέειν τὸν Ἴστρον τά περ νῦν ἐργάζεται τὸν Νεῖλον. Τῆς αὔρης δὲ πέρι, ὅτι μὴ [b] ἀποπνέει, τήνδε ἔχω γνώμην, ὡς κάρτα ἀπὸ θερμέων χωρέων, οὐκ οἰκὸς ἐστι οὐδὲν ἀποπνέειν. αὔρη δὲ ἀπὸ ψυχροῦ τινος φιλέει πνέειν. Ταῦτα μέν νυν ἔστω ὡς ἔστι τε καὶ [c] ὡς ἀρχὴν ἐγένετο· 98
παραλλάξαντα. ὑ γὰς δὴ συμπεσέειν γε φήσω τά τε ἐν Αἰγύπτῳ ποιεύμενα τῷ θεῷ, καὶ τὰ ἐν τοῖσι Ἕλλησι. [a] ὁμότροπα γὰς ἂν ἦν τοῖσι Ἕλλησι, καὶ οὐ πως [b] ἐσαγμένα. οὐ μὴν οὐδὲ φήσω ὅκως Αἰγύπτιοι παρ' Ἑλλήνων ἔλαβον ἢ τοῦτο, ἢ ἄλλο κὺ τι νόμαιον. πυθέσθαι δέ μοι δοκέει [c] μάλιςα Μελάμπυς τὰ περὶ τὸν Διόνυσον παρὰ Κάδμυ τε τῦ Τυρίυ, καὶ τ σὺν αὐτῷ ἐκ Φοινίκης ἀπικομένων ἐς τὴν νῦν Βοιωτίην καλεομένην χώρην. Σχεδὸν δὲ καὶ [d] πάντα τὰ ὀνόματα τ θεῶν ἐξ Αἰγύπτυ ἐλήλυθε ἐς τὴν Ἑλλάδα. διότι μὲν γὰς ἐκ τ βαρβάρων [e] ἦκει, πυθανόμενος ὕτω εὑρίσκω ἐών. δοκέω δ' ὧν μάλιςα ἀπ' Αἰγύπτυ ἀπῖχθαι. ὅτι γὰς δὴ μὴ Ποσειδέωνος, καὶ Διοσκούρων, ὡς καὶ πρότερόν μοι ταῦτα εἴρηται, καὶ Ἥρης, καὶ Ἱςίης, καὶ [f] Θέμιος, καὶ Χαρίτων, καὶ Νηρηίδων, [g] τ ἄλλων θεῶν Αἰγυπτίοισι αἰείκοτε τὰ οὐνόματά [h] ἐςι ἐν τῇ χώρῃ, λέγω δὴ τὰ λέγυσι αὐτοὶ Αἰγύπτιοι· τ δὲ οὐ φασι θεῶν γινώσκειν τὰ οὐνόματα, οὗτοι δέ μοι δοκέυσι ὑπὸ Πελασγῶν ὀνομασθῆναι, πλὴν Ποσειδέωνος· τὺτον δὲ τὸν θεὸν παρὰ Λιβύων ἐπύθοντο. [i] οὐδαμοὶ γὰς ἀπ' ἀρχῆς Ποσειδέωνος οὔνομα ἔκτηνται, εἰ μὴ Λίβυες· καὶ τιμέωσι τὸν θεὸν τοῦτον αἰεί. Νομίζυσι δ' ὧν Αἰγύπτιοι [k] ὑδ' ἥρωσι οὐδέν. Ταῦτα μέν νυν, καὶ ἄλλα πρὸς τύτοισι, τὰ ἐγὼ Φράσω, Ἕλληνες ἀπ' Αἰγυπτίων νενομίκασι. τοῦ δὲ Ἑρμέω τὰ ἀγάλματα ὀρθὰ ἔχειν τὰ αἰδοῖα [l] ποιεῦντες, ὐκ ἀπ' Αἰγυπτίων μεμαθήκασι, ἀλλ' ἀπὸ Πελασγῶν, πρῶτοι μὲν Ἑλλήνων ἁπάντων Ἀθηναῖοι παραλαβόντες, παρὰ δὲ τύτων ᾧ ἄλλοι. Ἀθηναίοισι [m] γὰς ἤδη τηνικαῦτα ἐς Ἕλληνας τελέυσι Πελασγοὶ σύνοικοι ἐγένοντο ἐν τῇ χώρῃ· ὅθεν περ καὶ Ἕλληνες ἤρξαντο νομισθῆναι. ὅςις δὲ τὰ Καβείρων ὄργια
109 μεμύηται, τὰ Σαμοθρήικες ἐπιτελέυσι [n] παραλαβόντες παρὰ Πελασγῶν, οὗτος οἶδε τὸ λέγω. τὴν γὰς Σαμοθρηίκην οἴκεον πρότερον Πελασγοὶ ὅτοι, [o] τοί περ Ἀθηναίοισι σύνοικοι ἐγένοντο, καὶ παρὰ τύτων Σαμοθρήικες τὰ ὄργια παραλαμβάνυσι. ὀρθὰ ὧν ἔχειν

tantem. Neque enim dixerim, quæ in AEgypto fiunt huic deo, casu congruere cum iis, quæ in Græcia; nam simili modo ea fuissent Græcis, non autem recens inducta. Neque tamen dicam AEgyptios a Græcis fuisse mutuatos aut hoc aut aliud quippiam ad ritus pertinens. Videtur autem mihi Melampus, quæ ad Bacchum pertinent, audisse ex Cadmo Tyrio et illis, qui cum eo e Phœnice venerunt in terram nunc Bœotiam appellatam. Ac omnia fere deorum nomina ex AEgypto in Græciam venerunt. Nam ex barbaris venisse scisitatus ita esse comperio. Reor igitur ex AEgypto præcipue venisse. Nam præter Neptuni, et Castorum, quemadmodum a me superius dictum est, et Iunonis, et Vestæ, et Themidis, et Gratiarum, et Nereidum, nomina aliorum deorum fuerunt perpetuo AEgyptiis in regione. Dico autem quæ ipsi dicunt AEgyptii. Quorum vero deorum negant se noscere nomina, isti videntur mihi a Pelasgis fuisse nominati, præter Neptunum; hunc quippe Deum ab Afris audierunt. Etenim Neptuni ab initio nulli obtinuerunt nomen, nisi Afri, qui semper hunc deum in honore habent. Sed heroas AEgyptii nullo cultu prosequuntur. Hos itaque ritus et alios præterea, quos ego referam, Græci sunt ab AEgyptiis mutuati. Sed ut Mercurii statuas facerent rectis cum veretris, non ab AEgyptiis, sed a Pelasgis didicerunt, primi quidem ex omnibus Græcis Athenienses nacti, et ab his alii. Nam Atheniensibus iam ea tempestate inter Græcos descriptis, contiguas domos in ea regione Pelasgi habuerunt, unde etiam pro Græcis incepe-
109 runt existimari. Hoc quod dico, quisquis Cabirorum sacra initiatus est, quæ Samothraces peragunt a Pelasgis accepta, novit. Nam Samothraciam prius incolebant hi Pelasgi, qui cum Athenienſibus habitaverunt, et ab illis orgia Samothraces accipiunt. Itaque primi e

Græ-

---

a Ὁμώτροπα *Arcb. Vind.*, tum, uti *Ald.* γὰρ ἦν. *Mediceo Pasſ.* et *Ask.* debetur editum. b *M. Ask. Pasſ.*, ἐσηγμένα *Paris. B. Rem.*, ἐσηγημένα ora *Steph. Ald. Vind. Arcb.*, qui mox οὐ μέν. c Deſit *Arcb.*, qui cum *Vind.* ſtatim Τύρεω. d Πάντων τῶν θ. τὰ οὐν. *Arcb. Vind.* e Ἦκε *Arcb.* f Θέμιδος *Pasſ. Ask.* et Νηριΐδων poſterior. g *Med.* et *Ask. Pasſ.*, ceteri cum *Edd.* καὶ τῶν ἄλλων perperam. h Εἰσὶ *Arcb.* i *Ask. M. Pasſ.* in aliis οὐδαμῇ. Mox κέκτηνται *Arcb. Pasſ. Ask.* k Οὐ δὴ δρῶσιν *Arcb. V. Valla.* Paullo ſupra *Ask.* τοῦτον εἶναι. l Ποιεῦνται *Arcb. Vind.* m Ex *Med.* et *Ask. Pasſ.*, γὰρ δὴ *Ald.*, in *Arcb.* et *Vind.* δὴ deſideratur. Porro ᾧ Ἄλλοι plerique hic omnes. n *M. Ask. Arcb. Pasſ.*, λαβόντες vulgo. Mox τὸ λέγω iidem, alii τά. Tum Σαμοθρήικην *V. Arcb. Ask.* o *Ald. R. Vind.*, οἵ περ *M. Ask. Arcb. Pasſ.*, neglecto Ionismo.

67. Ὁμότροπα γὰρ ἂν ἦν τοῖς Ἕλλησι] Deſiderant in his docti viri multa. Signum extulit Cl. *de la Barre* Hiſt. Acad. Inſcript. T. VI. p. 274., omnia haec ſequentibus, ut ratiocinium cohaereat, ſubnectens: coniunctionis γὰρ mirificam ſaepe poſitionem ait eſſe; poni nonnunquam periodi principio, cuius fini accedere debeat: corrigi oportere ὁμότροφα γὰρ ἂν ἦν. Velle ſcriptorem, *Non dicam etiam Aegyptios a Graecis ſacrorum ritus eſſe mutuatos: neque enim tum Graecis fuiſſent recentes ac noviſſime introducti, ſed una cum ipsis exſtitiſſent quaſi congeniti.* Sic ille. Ego vero deſidero ſtabilitam voculae γὰρ talem conſuetudinem, nec fero commutatam verborum explanationem, nedum ὁμότροφα. Recte dixeris ὁμότροφα ἀνθρώποισι θηρία, ſicuti II, 66., quae una cum hominibus aluntur et victitant, ſive ὁμοῦ τρεφόμενα apud *Xenophontem:* de cerimoniis credam, ubi exempli fuerit copia. Aliud ſectatus est Cl. *Reiskius*, excidiſſe ante haec ſcilicet, οὐδὲ λαβέειν αὐτὰ παρ' Αἰγυπτίων Ἕλληνας· *nolo quoque adſeverare ab Aegyptiis haec ſacra Graecos accepiſſe.* ὁμοιότροπα γὰρ ἂν ἦν —. Quae mihi negare videntur, quod *Herodotus* ſaepiſſime inſinuat, Graecos ab Aegyptiis ſacrorum plures ritus ſumſiſſe: tum ὁμότροπα leviter mutantur, quae ſua ſcriptor agnoſcit: memorant certe Athenienſes ἤθεά τε ὁμότροπα, quae cum reliquis Graecis communia et conſimilia in Sacris obſervabant VIII, 144. ſuntque ὁμότροποι in *Theophraſti* Charact. c. 26., quorum iidem mores, idem vitae inſtitutum. Vt paucis abſolvam: negat *Herodotus* caſu fortuito quadraſſe Dionyſia Aegyptiorum et Graecorum: tum enim in omnibus gemina germana, quod ſecus erat, neque noviter in Graeciam invecta eſſe debuiſſe. Itaque aliunde advenisse, ſed in paucis transmutata.

70. Μελάμπους τὰ περὶ τὸν Διόνυσον &c.] Haec *Diodoro* obverſata ſuſpicor I, 97., Melampodem tamen in Aegyptum deducenti. De *Nicephoro*, cui Αἰγυπτίων ἱερογραμματεὺς καὶ ἱεροφάντης Melampus, non repeto dicta.

79. Τῶν ἄλλων θεῶν Αἰγυπτίοισι] Sic iuncta procedere debent. *Gronovius* copulam, his olim praefixam, iustisſime induxit: turbabat ſcriptoris ſententiam. Scripsi praeterea τῶν δὲ, distracta voce, quod et *Reiskio* libuit. Neptunum vero Afrorum habet IV, 188. atque hinc *Euſtath.* in Homer. p. 1386, 38.

88. Ἀπ' Αἰγυπτίων νενομίκασι] Explent locutionis formulam, adſcito et intellecto ex ſequentibus μαθόντες. Vide *Abreſchii* Dilucid. Thucyd. p. 493. et de Mercurii Graecorum obſcoenius excitata et inprobiore natura *Kubnium* in *Pauſaniae* L. IV, 26. p. 518. Est autem *Noſtri* plauſibilis ſuſpicio, ſiquidem Hermetis Aegyptii paullo diverſior habitus et indoles in Panth. *Iablonskii* L. V, 5. Iam cur ἤδη τηνικαῦτα *acrius multo* quam δὴ τηνικ. ſit, cauſa nulla est, niſi ex deliciis *Medicei*. Auctor ipsemet *Aldinum* modo, modo illud maluit, ſicuti alii. Inſpice I, 63. VI, 53., *Sophoclem* Oed. Colon. v. 436. *Procopium* B. Vandal. II, 4.

99. Τοὶ περ Ἀθηναίοισι] Hoc melius. Confer I, 57. In Samothracum myſteriis ex Pelasgorum ſermone Mercurius Κασμίλου titulo cenſebatur, quod ſcholia ad *Apoll. Rh.* I, 917. teſtantur. Mox τὰ ἐν τοῖς ἐν Σαμ. idem cenſendum ac κατὰ τὰ, ſive ὡς.

9. Ὅτι

Græcis Athenienſes a Pelasgis edocti, ſtatuas Mercurii ut erecta pudenda haberent fecerunt. De qua re Pelasgi ſacrum quendam ſermonem retulerunt, qui in Samothraciæ my-
52ſteriis declaratus est. Isti Pelasgi antea diis vota facientes omnia immolabant, quemadmodum ego apud Dodonam audiendo cognovi; nulli autem eorum cognomen neque nomen imponebant, quippe non audierant uspiam. Deos autem cognominaverunt eos ob id, quod cum ornatu poſuerint omnes res atque omnes distributiones. Multo deinde progreſsu temporis quum aliorum deorum nomina reſciverunt ex AEgypto digreſsa, post multo nomen Bacchi intellexerunt. Itemque aliquanto post de nominibus in Dodona oraculum petiverunt. Namque hoc oracullum ex eis, quæ apud Græcos ſunt, oraculorum vetustisſimum eſse existimatur, atque adeo ſolum erat ea tempeſtate. Conſulentibus igitur Pelasgis apud Dodonam, nunquid nomina, quæ a barbaris advenirent, adſciſcerent, oraculum redditum est, ut illis uterentur. Atque ita ex eo tempore ſacrificaverunt, deorum nomina nuncupantes, et ea deinceps ab Pelasgis Græci
53exceperunt. Vnde autem unusquisque deorum extiterit, an vero cuncti ſemper fuerint, aut qua ſpecie, ignorarunt usque prius et heri, ut ſic dicam. Nam Heſiodus atque Homerus, quos quadringentis, et non amplius, annis ante me opinor extitiſse, illi fuere qui Græcis theo-

ἔσχον τὰ αἰδοῖα τἀγάλματα τοῦ Ἑρμέω, Ἀθηναῖοι πρῶτοι Ἑλλήνων [a] παρὰ Πελασγῶν μαθόντες, ἐποιήσαντο. οἱ δὲ Πελασγοὶ ἱρόν τινα λόγον περὶ αὐτοῦ ἔλεξαν, τὰ ἐν τοῖσι ἐν Σαμοθρηίκῃ μυστηρίοισι δεδήλωται. Ἔθυον [b] δὲ πάντα πρότερον οἱ Πελασγοὶ θεοῖσι ἐπευχόμενοι, ὡς ἐγὼ ἐν Δωδώνῃ οἶδα ἀκούσας· ἐπωνυμίην δ' οὐδ' οὔνομα ἐποιεῦντο οὐδενὶ αὐτέων· οὐ γὰρ [c] ἀκηκόεσάν κω. Θεοὺς δὲ προσωνόμασάν σφεας ἀπὸ τοῦ τοιούτου, ὅτι [d] κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα καὶ πάσας νομὰς εἶχον. [e] ἐπεί τε δὲ χρόνου πολλοῦ διεξελθόντος, ἐπύθοντο ἐκ τῆς Αἰγύπτου [f] ἀπικόμενα τὰ οὐνόματα τῶν θεῶν τῶν ἄλλων, Διονύσου δὲ ὕστερον πολλῷ ἐπύθοντο· καὶ μετὰ χρόνον ἐχρηστηριάζοντο περὶ τῶν οὐνομάτων ἐν Δωδώνῃ. τὸ γὰρ δὴ μαντήιον τοῦτο [g] νενόμισται ἀρχαιότατον τῶν ἐν Ἕλλησι χρηστηρίων εἶναι· καὶ ἦν τὸν χρόνον τοῦτον μοῦνον. ἐπεὶ ὦν ἐχρηστηριάζοντο ἐν τῇ Δωδώνῃ οἱ Πελασγοὶ εἰ ἀνέλωνται τὰ οὐνόματα [h] τὰ ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἥκοντα, ἀνεῖλε τὸ μαντήιον χρᾶσθαι. ἀπὸ μὲν δὴ τούτου τοῦ χρόνου ἔθυον, τοῖσι οὐνόμασι τῶν θεῶν χρεώμενοι. παρὰ δὲ Πελασγῶν Ἕλληνες [i] ἐξεδέξαντο ὕστερον. Ἔνθεν δὲ ἐγένετο ἕκαστος τῶν θεῶν, [k] εἴτε δ' ἀεὶ ἦσαν πάντες, ὁκοῖοί τέ τινες τὰ εἴδεα, οὐκ ἠπιστέατο μέχρι οὗ [l] πρώην τε καὶ χθὲς, ὡς εἰπεῖν λόγῳ. Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίην τετραχοσίοισι ἔτεσι δοκέω μευ πρεσβυτέρους γενέσθαι, καὶ οὐ πλέοσι. οὗτοι δέ εἰσι οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι, καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς

a Μαθ. παρ. Πελάσγων *Paſ. Arcb. Aſk. V.* *b* Omittunt iidem et *M.* καὶ, quod vulgo ante δὲ. Paullo ſuperius τοῖσι Σαμοθρ. ſine praepoſitione *Ald. V. Arcb.* *c* Ἀκηκόασιν ἂν κόθεν, οὓς δὲ *Arcb. V. Valla.* *d* Κοσμωθέντες *Arcb. V.*, tu vide *Euſtatb.* Il. A. p. 19, 2. *e* *Paſ. M. Aſk.*, ἔπειτα δὲ *Aldus* et alii. Lege notas *Gronov.* 1, 19.; mox διελθόντος plures. Ex *Mi Paſ.* vulgatum. *f* Ἀπηγμένα *Ald. Arcb. V. R.*, unde in ora *Stepb.* ἀπιγμένα non male, uti C. 58., et ἀπικόμενα, quod in *Paſ. M.* *g* *Paſ. M. Aſk. Arcb.*, νενόμιστο *Ald.* et alii. *b* Deſit *Arcb.* *i* *R. Aſk.* ora *Stepb. M.*, ἐδέξαντο ceteri. Mox ὅθεν δὲ *Ald. V. R.*, quod non damno: ἔνθεν *M. Paſ Aſk.*, qui ἐγένοντο cum *Arcb.* *k* *M. Aſk. Paſ.*, alii ſpernunt δέ. *l* *Ald. Arcb. R. V. Paris. B. C. Athenagoras* Apol. C. 14., qui haec citat, ſicuti *Cyrillus* in *Iulian.* III. p. 76. πρὶν τε *M. Paſ.*

9. Ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα] Putes haec *Clementii Alex.* in mente fuisse, cum fine *Stromat.* primi, Θεὸς δὲ παρὰ τὴν θέσιν εἴρηται, καὶ τάξιν, καὶ τὴν διακόσμησιν· namque *Protrept.* p. 22. derivationem *Platonis* Cratyl. p. 397. amplectitur. Prisci illi θεοὺς ex θῶ, unde τίθημι natales accepit, formarunt. Θεὸς itaque ὁ πάντα τιθεὶς καὶ ποιῶν *Euſtatbio* in Hom. p. 1148., eamdem ibi originationem probanti: namque alibi ſequitur aliud, quae et *Etymologi* fluctuatio. Sed his non immoror. Quae ſupra depoſita ſunt, πάντα πρότερον ἔθυον *Laurentius* verterat *in deorum invocatione omnia inmolabant*, ſecutusque ex parte *Gronov.* est. *Palmerius* vero, *quid ſibi vult ea verſio? num etiam ſtercus et feces diis immolabant?* Πάντα, ut ſaepisſime, idem esſe ac πάντως, vertendumque *primi omnium ſacrificavere.* Tu intellige θύσιμα, quod tali in dictione adſciſci oportere, ſupra vidimus.

17. Εἰ ἀνέλωνται] Vereor ut ſe tueri queat: ad normam uſitatam corrigi facile poterit: εἰ ἀνέλοιντο, ſive, εἰ ἀνελοίατο τὰ οὐνόματα τὰ ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἥκοντα, *num in uſum reciperent* ſciſcitantibus, reſponſum fuit χρέεσθαι. L. VIII, c. 49. εἰ νικηθέωσι, quod adoptavit *Gronovius*, ferri nequit. VALCKEN.

23. Μέχρι οὗ πρώην] Recte dederat Valla: *ignoratum est niſi nuper atque heri, ut ſic dicam.* Quod his ſubſtitutum fuit, *ut vere dicam*, congruit *Thucydideo* ἐς τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν, VI, c. 12. ubi contra res minus accurate videtur finienda, formulam adhibet *Thucyd.* ὡς εἰπεῖν· idem est *Herodoteum* ὡς εἰπεῖν λόγῳ, *Luciani* Timon. §. 8. οὕτωσι μὲν εἰπεῖν, quodque multo frequentius occurrit, ὡς ἔπος εἰπεῖν, *ut ita dicam.* Hoc quum in Epiſt. ad Hebr. VII, 9. legeretur, exemplorum congeſserunt aſſatim. Utramque *Herodoti* formulam iunxit *Plato* de LL. III, p. 677. D. ὡς ἔπος εἰπεῖν χθὲς καὶ πρώην γεγονότα· nuspiam in ista paene proverbiali formula, de qua *Gataker.* egit ad *M. Antonin.* X, 7. reperietur πρὶν, quod hic perperam a *Gronovio* poſitum *Weſſelingius* V. C. iam monuerat ad *Diodor.* T. I, p. 118. VALCKEN.

23. Μέχρι οὗ πρώην τε καὶ χθές] Magni facio *Medic.* et illi conſentaneos. Sed intra modum. Exemplum ſimilis locutionis, etsi *Gronovii* ſollers fuerit opera, nusquam ſe obtulit. Contra receptisſimum et proverbii inſtar πρώην τε καὶ χθὲς, quod *Athenagoras* hic reperit et tot MSS. ratum habent. Dedi ex *Demoſthene* et *Diodoro* ad eum ſcriptorem II, 5. quaedam; quibus adcumulo *Ioſephi* adv. Apion. I, 2. παρὰ τοῖς Ἕλλησι ἅπαντα νέα, καὶ χθὲς καὶ πρώην, ὡς ἂν εἴποι τις, εὑρήσεις γεγονότα· tum II, 2. de Pythagora οὐκ ἐχθὲς καὶ πρώην γεγονότος. et C. 15. ὡς ἐχθὲς δὴ καὶ πρώην· porro *Libanium* T. II. p. 124. C. et ea abunde ſunt.

25. Τετρακοσίοισι ἔτεσι] Claſsicus locus est de Homeri et Heſiodi aetate, neque ad verum incongruus. Herodotus natus est ex *Pamphilae* iudicio apud *Gellium* XV, 23, exeunte Olymp. LXXIV., paullo ante famoſam Xerxis in Graecos expeditionem: hinc in ſuperiora tempora ſi retrocedas, iustus ad Lycurgi et Iphiti aetatem progreſsus erit. Homerum vero utrique fuisse aequalem, plures olim cenſuerunt, docente *Marshamo* Canon. Chronic. p. 437. et *Dodwello* Diſs. de Cycl. III. p. 153. Hactenus itaque res bene haberet. At ubi calcem *Vit. Homeri*, quae *Noſtro* tribuitur, inſpexeris, alia omnia videbuntur dicenda; adnumerantur anni istic IOCXXII. ab Homeri aevo ad Xerxis expeditionem, inſigni discrimine; cui quidem medetur Ill. *Scaliger* ad *Euſeb.* Chron. p. 102. ibi legendo ἔτεά ἐξι τετρακόσια εἴκοσι δύο· Sic ſane discordia nulla. Contra venit *Bouberius* Diſs. Herodot. C. XI. p. 124. nihil isto in calculo inmutandum, ſed his in numeris, pertendens: ſcribendum esſe ἡλικίην ἑπτακοσίοισι ἔτεσι —— πρεσβυτέρους, *ſeptingentis annis mea aetate ſuperiores esſe.* Addit talia, ſi de Troia capta ſermo esſet, quae colore et ſpecie non carent. Conſtant hic numeri *Codd.* omnium conſpiratione, nec viderunt diverſos hoc loco *Athenagoras* et *Cyrillus.* Sitne *Noſter* Vitae Homeri ſcriptor in controverſia haeret; quae ſi vel ſecundum Herodotum pronuncietur, erit fortasse expeditior difficultatis ratio, uti ſuo loco declarabitur.

27. Οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι] Inventores Theogoniae, antea Graecis ignotae, Homerum et Heſiodum fuisse, ſi ſignificarit, aut erroris aut reus erit inprudentiae. Uterque poëta, quae de Diis canunt, non ut nova et a ſe primum excogitata perhibent, ſed cognita et a maioribus accepta. Tetigit eam rem *Io. Clericus* ad princ. Theogon. *Heſiodi* et ad V. 211. At alia verborum ſententia; indicant primos verſibus de-

τὰς ἐπωνυμίας δόντες, καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες, καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντες. οἱ δὲ [a] πρότερον ποιηταὶ λεγόμενοι τούτων τῶν ἀνδρῶν γενέσθαι, ὕστερον, [b] ἐμοί γε δοκέειν, ἐγένοντο τούτων. καὶ τὰ μὲν πρῶτα αἱ Δωδωνίδες ἱρήιαι λέγουσι· [c] τὰ δὲ ὕστερα, τὰ ἐς Ἡσίοδόν τε καὶ Ὅμηρον ἔχοντα, ἐγὼ λέγω. Χρηστήριον δὲ περὶ [d] τοῦ τε ἐν Ἕλλησι καὶ τοῦ ἐν Λιβύῃ τόνδε Αἰγύπτιοι λόγον λέγουσι. ἔφασαν οἱ ἱρέες τοῦ Θηβαιέος Διὸς, δύο γυναῖκας ἱρηίας ἐκ [e] Θηβέων ἐξαχθῆναι ὑπὸ Φοινίκων· καὶ τὴν μὲν αὐτέων πυθέσθαι ἐς Λιβύην πρηθεῖσαν, τὴν δὲ, ἐς τοὺς Ἕλληνας. ταύτας δὲ τὰς γυναῖκας εἶναι τὰς ἱδρυσαμένας τὰ μαντήια πρώτας ἐν τοῖσι εἰρημένοισι ἔθνεσι. εἰρομένου δέ μευ ὁκόθεν οὕτω ἀτρεκέως ἐπιστάμενοι λέγουσι, ἔφασαν πρὸς ταῦτα ζήτησιν μεγάλην ἀπὸ σφέων γενέσθαι τῶν γυναικῶν τούτων· καὶ ἀνευρεῖν μέν σφεας οὐ δυνατοὶ γενέσθαι· πυθέσθαι δὲ ὕστερον ταῦτα περὶ αὐτέων τάπερ δὴ ἔλεγον. Ταῦτα μέν νυν τῶν ἐν Θήβῃσι ἱρέων ἤκουον. [f] τάδε δὲ Δωδωναίων Φασὶ αἱ προμάντιες, δύο πελειάδας μελαίνας ἐκ Θηβέων τῶν Αἰγυπτιέων ἀναπταμένας, τὴν μὲν αὐτέων ἐς Λιβύην, τὴν δὲ παρὰ σφέας ἀπικέσθαι. ἱζομένην δέ μιν ἐπὶ φηγὸν, αὐδάξασθαι φωνῇ [g] ἀνθρωπηίῃ, ὡς χρεὼν εἴη μαντήιον αὐτόθι Διὸς γενέσθαι. καὶ αὐτοὺς ὑπολαβεῖν θεῖον εἶναι τὸ ἐπαγγελλόμενον αὐτοῖσι, καὶ σφέας ἐκ τούτου ποιῆσαι. τὴν δὲ ἐς τοὺς Λίβυας οἰχομένην πελειάδα, λέγουσι Ἄμμωνος χρηστήριον κελεῦσαι τοὺς Λίβυας ποιέειν· ἔστι δὲ καὶ τοῦτο Διός. [h] Δωδωναίων δὲ αἱ ἱρήιαι, τῶν τῇ πρεσβυτάτῃ οὔνομα ἦν Προμένεια, τῇ δὲ [i] μετὰ ταύτην, Τιμαρέτῃ, τῇ δὲ νεωτάτῃ, Νικάνδρῃ, ἔλεγον ταῦτα. συνωμολόγεον δέ σφι καὶ οἱ ἄλλοι Δωδωναῖοι οἱ περὶ τὸ

theogoniam fecerunt, deisque et cognomina dederunt honoresque et artificia separaverunt, et figuras eorum designaverunt. Quibus viris qui poëtæ feruntur extitisse priores, posteriores, ut ego opinor, illis fuerunt. Et prima quidem illa Dodonides sacerdotes memorant: posteriora autem ad Hesiodum et Homerum spectantia, ego refero. At de oraculis sive illo, quod habent Græci, sive illo, quod in Africa est, talia AEgyptii commemorant. Narrabant sacerdotes Iovis Thebæensis, duas feminas, quæ essent sacerdotes, Thebis a Phœnicibus fuisse abductas: et se audisse harum unam in Africam fuisse venundatam, alteram in Græcos: atque has feminas esse, quæ primæ apud dictas gentes oracula constituissent. Percontantique mihi unde id commemorarent, tanquam sic plane compertum habentes, ad hæc responderunt, maiorem in modum se institisse vestigare de his mulieribus, nec tamen unquam invenire potuisse, sed postea hæc quæ dicebant de eis audisse. Hæc quidem igitur Thebis a sacerdotibus audivi. Antistites autem Dodonæorum hæc aiunt: Geminas Thebis AEgyptiis columbas evolantes, utramque nigram, unam quidem in Africam venisse, alteram ad ipsos: quæ fago insidens humana voce eloquuta sit, fatum esse, ut eo loci Iovis oracului condatur: et ipsos interpretatos esse, quod ipsis annunciaretur id fieri divinitus, et inde se ita fecisse: eam vero quæ ad Afros abisset columbam, dicunt iussisse illos Ammonis oracului condere; quod et ipsum Iovis est. Ita referebant Dodonæorum sacerdotes, quarum vetustissimæ nomen erat Promeneæ: proximæ, Timaretæ: minimæ natu, Nicandræ; et his consentiebant reliqui Dodonæi, qui circa templum

in

a Πρότερόι *V.* et ora *Steph.* *b* *M. Ask.*, ἐμ. δοκέειν *Ald.*, δοκέει *Arcb.* *c* *M. Pasi.* ceteri τὰ δὲ ὕστερον. *d* *Ask. Arcb. Pasi.*, *Medic.* quoque sed sine ἐν vulgo καὶ τῶν τε ἐν Ἑλ. *e* Θηβαίων omnes, prave. Paullo ante ἱέρειαι *Ask. Pasi.* *f* *M. Ask. Pasi.*, in ceteris τὰ δὲ duntaxat. Δωδωνέων *Arcb. Vind.* tanquam ex Δωδῶναι apud *Steph. Byz.* et statim Θηβαίων, tum Αἰγυπτιέων cum *Pasi. Ask.*, Αἰγυπτίων vulgo. Confer *Theon.* Progymn. p. 90. Porro ἀναπταμένας *Ald. Arcb. V. R. Paris B.*, *Eustath.* in Odyss. p. 1760, 50. ubi haec tangit; ἀναπτομ. *Pasi. M. Ask.* *g* *Ask. Pasi.*; ἀνθρωπίνῃ *Ald.* et *Edd.* *h* Δωδωνέων *Arcb.* et ἱρήιαι sine articulo. *i* *Eustath. Arcb. V. R. Paris. B.* et *Ald.*, ταύτην *M. Pasi.* et statim οἱ ἄλλοι cum *Ask.*, articulus aliis abest.

scripisse atque ornasse. Simile *Diogenis Laërt.* praef. §. 3. de Musaeo ποιῆσαι δὲ θεογονίαν καὶ σφαῖραν πρῶτον. h. e. *scriptis versibus exposuisse.* Memini magnum nostra aetate virum aliter *Diogenem* explicuisse, de quo *Miscell. Obs.* Amstel. Vol. III. p. 346. Sed ποιῆσαι hoc significatu tritum. Tale Musae III, 38. καὶ ὀρθῶς μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι· nec diversum ambiguum istud *Sophoclis* Περικλῆς ΠΟΙΕΙΝ μὲν ἔφη με, στρατηγεῖν δὲ οὐκ ἐπίστασθαι in *Athenaei* XIII. p. 604. D., quem quoque vide XIV. p. 627. D. et animadversionem *Casauboni*, *Platon.* in Lysid p. 205. A. et de Rep. II. p. 379. A. Merito autem ob turpes de diis fabulas ambo taxantur ab *Isocrate* Laudat. Busirid. p. 229. *Ed. Steph.*

34. Περὶ τοῦ τε ἐν Ἕλλησι &c.] In praepositionis absentia singularis est *Mediceus.* Supra C. 51. cum *Aldo* pauci τὰ ἐν τοῖσι Σαμοθρηίκῃ μυστηρίοισι. Non nescio praepositionis, ubi eam consuetudo requirebat, neglectum. Quo ex more Σπάρτῃ ξυνοῖκει τῷ πατρὸς ξυνευνέτῃ *Eurip.* Iph. Taur. v. 524. et v. 538. ἄλλως λέκτρ' ἔγημεν Αὐλίδι, quod utique ἔγημ' ἐν Αὐλίδι commodum fuerat. *Sophocles* Trachin. v. 176. ὡς —— αὐδῆσαί ποτε Δωδῶνι. *Plato* Menex. p. 245. τὰ τρόπαια τά τε Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι καὶ Πλαταιαῖς. Sunt ad manum consimilia, quae sicubi consensus conspiret MSS., auxilio esse poterunt. Sed et saepe elisa videtur scribarum inconsiderantia. Sit *Philostratus* exemplo Heroic. II. p. 694. quum de Ulysse διαφυγόντα δὲ αὐτὸν τὰ ἐκεῖ πάθη, ἀπώλεσεν αὐτῇ Ἰθάκῃ ὕστερον· dederat ἐν αὐτῇ Ἰθ. neque enim Neptunus Ulyssem una cum insula Ithaca, quae Graecorum eorum sententia, sustulit: devoravit ἐν praecedentis terminatio. Hoc *Herodoti* loco vincunt schedae, citra quarum adstipulationem, re postulante, Θηβέων recepi.

36. Γυναῖκας ἱρηίας ἐκ Θηβαίων] Quia supra scribit C. 35. ἱρᾶται μὲν οὐδεμίῃ οὔτε ἔρσενος θεοῦ οὔτε θηλέης· ἄνδρες δὲ πάντων τε καὶ πασέων· non ἱρηίας, *sacerdotes*, illas fuisse censeo, sed *sacras*, sacerdotumque ministras; atque adeo scribendum: γυναῖκας ἱρὰς ἐκ Θηβέων ἐξαχθῆναι. Cap. 56. legitur: εἰ ἀληθέως οἱ Φοίνικες ἐξήγαγον τὰς ἱρὰς γυναῖκας, quarum alterum paulo dicit inferius ἀμφιπολεύσασαν ἐν Θήβῃσι ἱρὸν Διός· monstrat illud, fuisse mulieres ἱρὰς sive ἱεροδούλους. In templo Syriae Hierapolitano praeter sacerdotes fuisse ἄλλο πλῆθος ἀνθρώπων ἱρῶν scribit *Auctor.* lib. de Syria Dea §. 43. istius generis ἱεροδούλους *Strabo* vocat ἱερὰ σώματα VI, p. 418. B.

VALCKEN.

47. Ἐκ Θηβέων τῶν Αἰγυπτιέων] Dialecti ratio ut hoc admitterem, perpulit. Πασέων, ἀλλέων, ἀρπασθεισέων, ne alia advocem, praesidio sunt. *Theo*, detracta Ionica forma, ὅτι παρθένοι τινὲς ἐκ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων ἦσαν ἱέρειαι, ubi *Nostri* praescripto ἦχθησαν oportuerat: sunt et alia refingenda ibidem, quae missa facio. Ἀναπτομένας *Aristophanis* et *Hesychii* auctoritate servavissem, nisi *Eustathius*, quem magni, quando ex usu est, vir Celeb. aestimat, et tot membranae contraivissent.

50. Αὐδάξασθαι φωνῇ ἀνθρωπηίῃ] *Io. Iac. Wetstenius* ad secundam *Petri* Apostoli C. II, 16. plura coacervavit, quae ἀνθρωπίνῃ, si omnium eadem esset dicendi species, auxilio forent. Belle *Pasi.* et *Ask.*, pro quo *Gronov.* ad C. 57. prudenter.

56. Δωδωναίων δὲ αἱ ἱρήιαι] Haec et quae anteverterunt sacris Dodonaeis feminas fuisse antistites, liquido commonstrant. *Strabo* autem L. VII. p. 506. B. primitus ἄνδρες ἦσαν οἱ προφητεύοντες ait, deinde τρεῖς γραῖαι, in mulierum numero consentiens. Unde sumserit *mares* istos *prophetas*, an ex ὑποφητῶν *Homeri* voce, an aliunde, quaerunt docti viri, praeter ceteros *Gronovius* Exercitat. de *Dodona* p. 23. Προμένεια *Eustathii* patronum, non locupletem tamen, habet.

57. Προμένεια] Graece non dicitur προμενὴς, sed πρευμενὴς et πρευμένεια· scripserat fortasse, Πρευμενίη vel Πρευμενηίη. *Benevolam* nomen illud designaret.

VALCKEN.

63. Δω-

auctoris explicatio earum. Divinatio in templis instituta ab AEgyptiis, ut tota superstitio. Conventus AEgyptiorum publici in honorem Deorum. Urbes ad hos electæ VI.

in usu erant. De quibus ita mea fert opinio. Si re vera Phœnices eduxerunt feminas sacras, et earum alteram, ut in Africam, alteram, ut in Græciam exportarentur, vendiderunt: videtur mihi ista ipsa femina venundata esse in Thesprotos nunc dictæ Græciæ, antea vero Pelasgiæ vocatæ; deinde ancillans ibidem, condidisse sub fago ibi nata fanum Iovis; ut erat probabile, solitam Thebis tueri Iovis templum, quo processit, memoriam illic eius habere: atque hinc oracului ab ea fuit institutum; et post linguam Græcam apprehensam, dixisse, sororem suam in Africa ab eisdem Phœnicibus, ut
57 ipsa fuisset, venundatam. Quod autem mulieres a Dodonæis columbæ vocatæ sunt, ob id mihi videtur factum, quia barbaræ essent; simile quid avibus sonare ipsis videbantur. Interiecto deinde tempore columbam humana voce loquutam aiunt, postquam quæ ipsi intelligerent, mulier loquebatur; tamdiu volucris modo sonare visa, quamdiu barbare loquebatur; nam columba quomodo humanam vocem sonaret? nigram autem columbam esse dicentes,
58 AEgyptiam feminam significant. Suntque similia inter se oracula, et illud apud Thebas AEgyptias, et hoc apud Dodonam; estque divinandi in templis ratio ex AEgypto oriunda. Ipsi certe AEgyptii extiterunt principes conventuum sacrorum et pomparum et adductionum, et ab eis Græci didicerunt. Cuius rei hoc apud me argumentum est, quod illa constet ab multo quodam tempore factitata, Græ-
59 canica vero recenter facta sunt. Nec vero semel quotannis conventum publicum celebrant AEgyptii, sed frequentes illos, præcipue quidem ac studiosissime ad urbem Bubastin, in ho-

60 τὸ ἱρόν. Ἐγὼ δ' ἔχω περὶ αὐτέων γνώμην τήνδε· εἰ ἀληθέως οἱ Φοίνικες ἐξήγαγον τὰς ἱρὰς γυναῖκας, καὶ τὴν μὲν αὐτέων ἐς Λιβύην, τὴν δὲ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπέδοντο, [a] δοκέει ἐμοὶ ἡ γυνὴ αὕτη τῆς νῦν Ἑλλάδος, πρότερον δὲ Πελασγίης καλευμένης τῆς αὐτῆς
65 ταύτης, [b] πρηθῆναι ἐς Θεσπρωτούς. ἔπειτα δουλεύουσα αὐτόθι, ἱδρύσασθαι ὑπὸ φηγῷ πεφυκυίῃ Διὸς ἱρόν· ὅσπερ ἦν οἰκὸς, [c] ἀμφιπολεύουσαν ἐν Θήβῃσι ἱρὸν Διὸς, ἔνθα ἀπίκετο, ἐνταῦθα μνήμην αὐτοῦ ἔχειν. ἐκ δὲ τούτου, χρηστήριον κατηγήσατο, ἐπεί τε συνέλαβε τὴν
70 Ἑλλάδα γλῶσσαν, φάναι δὲ οἱ ἀδελφὴν ἐν Λιβύῃ πεπρῆσθαι ὑπὸ τῶν αὐτῶν Φοινίκων, ὑπ' ὧν καὶ αὐτὴ ἐπρήθη. Πελειάδες δέ μοι δοκέουσι κληθῆναι πρὸς Δωδωναίων ἐπὶ τῷδε αἱ γυναῖκες, διότι βάρβαροι ἦσαν· [d] ἐδόκεον δέ σφι ὄμοια ὄρνισι φθέγγεσθαι. μετὰ δὲ χρόνον
75 τὴν πελειάδα [e] ἀνθρωπηίῃ φωνῇ αὐδάξασθαι λέγουσι, ἐπεί τε τὰ συνετά σφι ἤδη ἡ γυνή· ἕως δὲ ἐβαρβάριζε, [f] ἐδόκεέ σφι ὄρνιθος τρόπον φθέγγεσθαι. ἐπεὶ τέῳ τρόπῳ δὴ πελειὰς γε ἀνθρωπηίῃ φωνῇ φθέγξατο; μέλαιναν δὲ λέγοντες εἶναι τὴν πελειάδα, σημαίνουσι ὅτι
80 Αἰγυπτίη ἡ γυνὴ ἦν. Ἡ δὲ μαντηίη, ἥ τε ἐν Θήβῃσι ἔτι τῇσι Αἰγυπτίῃσι καὶ ἐν Δωδώνῃ, παραπλήσιαι ἀλλήλῃσι τυγχάνουσαι ἐοῦσαι. ἔστι δὲ καὶ τῶν [h] ἱρῶν ἡ μαν- III
τικὴ ἀπ' Αἰγύπτου ἀπιγμένη· [i] πανηγύρις δὲ ἄρα καὶ πομπὰς καὶ προσαγωγὰς πρῶτοι ἀνθρώπων [k] Αι-
85 γύπτιοί εἰσι οἱ ποησάμενοι· καὶ παρὰ τούτων Ἕλληνες μεμαθήκασι. τεκμήριον δέ μοι τούτου, τόδε· αἱ μὲν γὰρ φαίνονται ἐκ πολλοῦ του χρόνου πεποιημέναι, αἱ δὲ Ἑλληνικαὶ νεωστὶ ἐπενοήθησαν. Πανηγυρίζουσι δὲ Αἰγύπτιοι οὐκ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, [l] πανηγύρις δὲ συχνάς. μά-
90 λιστα μὲν καὶ προθυμότατα [m] ἐς Βούβαστιν πόλιν, τῇ

Ag-

---

a Δοκέει *Arch. V.*, δοκέειν ceteri. *b* Προσθῆναι *Rem.* tum δουλεύουσαν *Vind. Arch.*, δουλεύσασα *Ask.* *c* *M. V. Arch. Ask. Pasf.*, alii cum *Ald.* ἀμφιπολεῦσαν. Statim ἔνθα ἀπίκ. *Paris. B. C. Ald. Arch. V. R.*, ἐνθαδ'. *Medic.* *d* *Eustath. Arch. V. Ask. Pasf.* et Scholiastes *Sophocl.* Trachin. v. 176., alii cum *Ald.* et *M.* ἐδόκεε. Porro ὅμοια *Vind.*, vulgo ὁμοίως. *e* *M. Ask. Pasf.*, ἀνθρωπίῃ *Arch. V.*, in aliis ἀνθρωπίνῃ. *f* Ὀρν. τροπ. ἐδόκεέ σφι φθέγγεσθαι *Pasf. Arch. V. Ask.*, non inconmode. *g* Τοῖσι Αἰγυπτίοισι *Vind.* *h* Ἱρῶν *Rem. Ald. Paris. B. C., V. Arch.*, ἱρέων *Pasf. M. Ask.*. *i* *Ask.*, πανηγύρεις *M.*, ceteri πανηγυρίας. Lege *Gron.* notas ad C. seq., et confer *Plut.* de Malign. p. 857. haec taxantem. Praecedens ἀπιγμένη in *Arch. Vind.* *k* Deest hoc *Arch.* *l* *M. Ask.*, πανηγύριας *Ald.* et alii. *m* Τὰ ἐς Βούβαστιν *Arch. V.*, ἐς Βούβαστιν ceteri, Βούβαστιν *M. Ask.*; Vide *Steph. Byz.* Voc.

63. Δοκέει ἐμοὶ ἡ γυνή] Hoc praetuli; sunt γνώμην ἔχω et δοκέειν ἐμοὶ eiusdem paene potestatis, nec concinne conponuntur. Scripti *Codd.* in verbi scriptura passim variant, adtentique lectoris expostulant iudicium. Mecum facit *Reiskius.* Formulam eiusque usum illustrant *Reitzius* ad *Lucian.* Astrolog. C. 9. et *Abresch.* Diluc. Thucyd. p. 5. Quod sequitur de parte Graeciae, olim *Pelasgia*, ratum ex *Homero* et certum ponit *Thucydides* I, 3.

65. Ἔπειτα δουλεύουσα] Voce transposita hunc in modum ista commode scribi posse suspicor, ut altera mulierum videatur πρηθῆναι ἐς Θεσπρωτοὺς δουλεύουσα· ἔπειτα αὐτόθι ἱδρύσασθαι ὑπὸ φηγῷ εὐ πεφυκυίῃ Διὸς ἱρόν· ὅπερ ἦν οἰκὸς, ἀμφιπολεύσασαν ἐν Θήβῃσι ἱρὸν Διὸς, ἔνθα ἂν ἀπίκετο, ἐνταῦθα μνήμην αὐτοῦ ἔχειν· *vendita, ut in Thesprotiam abduceretur servitutem servitura; postea illic sub procera quercu Iovis constituisse sacrarium, ut erat rationi congruum, quae Thebis in templo Iovis fuisset ministra, quo pervenisset illic eius colere memoriam.* VALCKEN.

67. Ἀμφιπολεύουσαν] Non multum refert, hoccine an *Aldin.* potius censeas; sapit tamen eius ἀμφιπολεῦσαν non nihil ex Ionia. Vide adscripta *Diodoro* XVI, 70. Mox ἔνθα ἀπίκετο mutari haud debuerat. Aliud ἔνθαδε et hic incongruum.

70. Ἐν Λιβύῃ πεπρῆσθαι] Nisi Codices iterum coniecturis obniterentur, paulo ante scribi malim χρηστηρίου κατηγήσατο· hic autem, ἐς Λιβύην π. Non quid evenisset in Africa, sed illud noverat mulier, comitem suam a Phoenicibus *fuisse venditam ut in Libyen abduceretur:* hoc vero saepe dicitur *Herodoto* ἐς Λιβύην πεπρῆσθαι vel πρηθῆναι. *Herod.* VIII, c. 105. παῖδας —— ἐπώλεε ἐς Σάρδις τε καὶ Ἔφεσον. *Demosth.* p. 708, 23. πραθεὶς εἰς Λευκάδα· ob locum *Lucae* Act. VII, 9. similia quaedam fuere collecta: vid. Celeberr. *T. H.*, in *Miscell. Obs.* VI, p. 344. Huc refero rarius illud *Xenoph.* E. I, p. 252, 32. ἐς Λακεδαίμονα γράμματα πεμφθέντα ἐάλωσαν ἐς Ἀθήνας· et de Periandro *Diogenis Laërt.* I, 94. τὸν παῖδα ἀπεκήρυξεν εἰς Κερκύραν, quaeque dantur similia. VALCKEN.

74. Ἐδόκεον δέ σφι ὅμοια &c.] Mira hominum studia; quod uni ridet, alteri accidit ingratum: si quid innoves aut coneris, in promtu acriora iudicia; quae equidem uti nec valde metuo, ita, prudentium ubi fuerint, non recuso. Hic allego novationis auctores Grammaticos ac schedas veteres, nexumque sermonis. Non nescio, quo fulcro ἐδόκεε niti queat: neque non intelligo, ὁμοίως probum multis videri. Ostendit Cl. *Hemsterhusius* utriusque usurpandi morem ad *Luciani* Somn. C. 2., adseruitque Ionibus ὅμοια τοῖς ——. Edidit *Aldus* III, 35. ὅμοια τοῖσι πρώτοισι mutavit *H. Stephanus:* et sic tamen eiusdem Musae c. 8. et 57. VII, 120. Quae autem fabulae origo atque unde antistites Dodonaeae πελειάδες, post doctissimorum virorum *Bocharti, Gronovii, Triglandii*, aliorumque suspiciones et coniecturas nondum in expedito versatur. *Valckenarium* adi ad *Tragici* Phoenisс. v. 1475.

82. Ἔστι δὲ καὶ τῶν ἱρέων ἡ μαντική] Sic ex *Florentino* vir Clarisс., *divinandi per sacerdotes rationem* intelligens; cuius explicationi pugnat C. 83., ubi ἀνθρώπων μὲν οὐδενὶ προσκέεται ἡ τέχνη sive *divinatio.* Alii ἱρῶν sive ἱρέων de victimarum extis interpretantur, et ad haruspicinam referunt: ἱρέων non aliud esse ac ἱρείων, ficuti χηνέα et βοέα, de anserum boumque carne, quae aliis χηνεῖα, βοεῖα: haec *Corn. de Pauw* et *Reiskii* opinio, qua ratione sacerdotum ars, quam illis scriptor negat, maneret. Mihi τῶν ἱρῶν μαντικὴ divinatio in templis, quae et responsis et signis absolvebatur, placet. Προσαγωγὰς explicat *Gronovius* et ad *Pauli* Epist. Roman. V, 2. Ephes. II, 18. docti interpretes.

90. Ἐς Βούβαστιν πόλιν] *Steph. Byz.* Βούβαστος, πόλις Αἰγύπτου, ἣν Ἡρόδοτος Βούβαστιν φησι, διὰ τοῦ ι.

Ἀρτέμιδι· δευτέρα ἐς Βούσιριν πόλιν τῇ Ἴσι· ἐν ταύτῃ γὰρ δὴ τῇ πόλι ἐστὶ μέγιστον Ἴσιος ἱρόν· ἵδρυται δὲ ἡ πόλις αὕτη τῆς Αἰγύπτου ἐν μέσῳ [b] τῷ Δέλτα· Ἶσις δέ ἐστι κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν Δημήτηρ. τρίτα δὴ ἐς Σάϊν πόλιν τῇ Ἀθηναίῃ πανηγυρίζουσι· τέταρτα δὲ ἐς Ἡλιούπολιν τῷ Ἡλίῳ· πέμπτα δὲ ἐς Βουτοῦν πόλιν τῇ Λητοῖ· ἕκτα δὲ ἐς [c] Πάπρημιν πόλιν τῷ Ἄρεϊ. Ἐς μέν νυν [d] Βύβαστιν πόλιν ἐπεὰν νομίζωνται ποιῆσι [e] τοιάδε. πλέουσί τε γὰρ δὴ ἅμα ἄνδρες γυναιξί, καὶ πολλόν τι πλῆθος ἑκατέρων ἐν ἑκάστῃ βάρι. αἱ μέν τινες τῶν γυναικῶν, κρόταλα ἔχουσαι, κροταλίζουσι· οἱ δὲ αὐλέουσι κατὰ πᾶσαν τὴν πλόον· αἱ δὲ λοιπαὶ γυναῖκες καὶ ἄνδρες ἀείδουσι, καὶ τὰς χεῖρας κροτέουσι· ἐπεὰν δὲ πλέοντες κατά τινα πόλιν ἄλλην γένωνται, ἐγχρίμψαντες τὴν βάριν τῇ γῇ, ποιοῦσι τοιάδε· αἱ μέν τινες τῶν γυναικῶν [f] ποιεῦσι τὰ εἴρηκα, αἱ δὲ ταραζουσι, βοῶσαι τὰς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ γυναῖκας· αἱ δὲ ὀρχέονται, αἱ δὲ ἀναστρώνται ἀνιστάμεναι· ταῦτα παρὰ πᾶσαν πόλιν παραποταμίην ποιεῦσι. ἐπεὰν δὲ ἀπίκωνται ἐς τὴν [g] Βύβαστον, ὀρτάζουσι μεγάλας ἀνάγουσι θυσίας· καὶ οἶνος ἀμπέλινος ἀναισιμοῦται πλέον ἐν τῇ ὀρτῇ ταύτῃ ἢ ἐν τῷ ἄπαντι ἐνιαυτῷ τῷ ἐπιλοίπῳ. [h] συμφοιτέουσι δὲ ὅ, τε ἀνὴρ καὶ γυνή ἐστι, πλὴν παιδίων, καὶ ἐς ἑβδομήκοντα μυριάδας, ὡς οἱ ἐπιχώριοι λέγουσι. ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ ποιέεται. Ἐν δὲ Βουσίρι πόλι ὡς ἀνάγουσι τῇ Ἴσι τὴν ὀρτήν, εἴρηται πρότερόν μοι. τύπτονται [i] μὲν γὰρ δὴ μετὰ τὴν θυσίην πάντες καὶ πᾶσαι, μυριάδες κάρτα πολλαὶ ἀνθρώπων. [k] τὸν δὲ τύπτονται, οὐ μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν· ὅσοι δὲ Καρῶν εἰσι ἐν Αἰγύπτῳ οἰκέοντες, οὗτοι δὲ τοσούτῳ ἔτι πλέω [l] ποιεῦσι τούτων, ὅσῳ καὶ τὰ μέτωπα κόπτονται μαχαίρῃσι· καὶ τούτῳ εἰσὶ δῆλοι ὅτι εἰσὶ ξεῖνοι καὶ οὐκ Αἰγύπτιοι. Ἐς Σάϊν δὲ πόλιν ἐπεὰν [m] συλλεχθέωσι τῇσι θυσίῃσι ἔν τῃσι νυκτὶ, [n] λύχνα καίουσι πάντες πολλὰ ὑπαί-

honorem Dianæ; ſecundo loco ad urbem Buſirin in honorem Iſidis. In hac enim urbe maximum est templum Iſidis, ipsa autem urbs in medio Delta AEgypti ſita. Est autem Iſis quæ Græca lingua dicitur Δημήτης, *Ceres*. Tertio celebrant conventus publicos ad urbem Sain, in honorem Minervæ; quarto ad Heliopolin, in honorem Solis; quinto ad urbem Buton, in honorem Latonæ; ſexto ad urbem Papremin, in honorem Martis. Ceterum quum ſe confe- 60
runt in urbem Bubastin, hæc faciunt: Navigant viri pariter et mulieres, magnaque est in unaquaque navi utrorumque multitudo. Inter navigandum asſidue mulieres aliquot, crepitacula tenentes ſtrepunt, viri tibiis canunt: ceteri ceteræque modulantur, manusque complodunt. Atque ut ad quamque aliam urbem perveniunt navigando, talia agunt. Appulſa ad terram navi, mulierum aliæ ea quæ dixi faciunt, aliæ compellantes eius urbis feminas, ingerunt probra, aliæ ſaltant, aliæ erectæ attrahunt vestem. Talia in ſingulis civitatibus ad flumen 1
opoſitis agunt. Quum ad urbem Bubastin perventum est, festum celebrant magnis hostiis offerendis; quo in festo plus vini ex vite abſumitur quam in reliquo univerſi anni tempore. Commeant illuc, ut indigenæ aiunt, virorum ac mulierum, præter pueros, etiam ad ſeptin- 15
genta millia. Atque hæc quidem illic fiunt. 61
At in urbe Buſiri quomodo festum Iſidi agant, ſuperius a me dictum est. Plangunt enim post ſacrificium cuncti et cunctæ, multa ſane hominum decem millia: quem autem propter verberent ſe, non est mihi fas dicere. Sed quotquot Cares AEgyptum incolunt, hi vero tanto plus in talibus faciendis excellunt, ut gladiis quoque frontes concidant. Ex quo facto datur intelligi eos hospites esſe, non AEgyptios. Vbi vero in Sain urbem ſacrifi- 62
catum noctu convenerunt, ſub dio circum domos

[a] Πόλι ſolus *Ask.*, πολεῖ alii. [b] Τῷ *Arch. Vind. Pasſ.*, τῶι *Edd.* [c] Πατρῆμιν *Arch.*, Πρήμην *Vind.* Vid. ad C. 71. [d] Βούβαστον πόλιν *M. Ask. Pasſ.*, ceteri omnes Βούβαστιν ἐπεάν. [e] *M. Arch. Ask. Pasſ. Vind.*; *Ald.* et alii τάδε. Post pauca idem quinque *Codd.* tum ἐγχρίψαντες *Arch.* et gloſsator cum *Suida* in V. [f] *Ask. Arch. Ald. V. Paris. B.*, ποιέουσι *M.* [g] Βούβαστον ἑορτάζουσι *M. Ask.* [h] Συμφοιτῶσι *Arch. V. Ask. Pasſ.* [i] *M. Ask. Pasſ.*, μὲν deſit aliis, etiam *Athenagorae* Legat. C. 25. p. 114. [k] *M. Ask. Pasſ.*, τὸ ᾧ δὲ *Arch. V.*, τῷ δὲ *Ald.* et alii. *Athenagoras* τὸν δὲ τύπτονται τρόπον. [l] Ποιέουσι *V. Arch.* [m] *M. Pasſ. Ask.*, recte. Vide VI, 58. in reliquis συλλεχθῶσι et τῇ νυκτί. [n] Habet hinc *Pollux* X, 115. *Athen.* XV. p. 701. et *Heſych.* in V.

Quae Ethnicographi cum *Gronovio* non laterent, vicit *Medic.* ſpectatisſima, uti fertur, fides, ut ἐς Βούβαστον obtrudi posſet. *Bubaſtis*, exemplo *Noſtri* II, 67. et 137., dicitur *Pomp. Mela*, aliis *Bubaſtus*, Βούβαστος. Mox ex *Arch. Vind. Pasſ.* ἐν μέσῳ τῷ Δέλτα non omnino abſurdum. Μέσον τὸ Δέλτα ſcripsit ſupra C. 17. Ceterum templi Iſidis, quod olim in urbe Buſiride, reſtant ſplendidisſimae ruinae, elegantisſimis optimi marmoris columnis, cultis hominum animaliumque figuris ac litteris hieroglyphicis ſpectabiles, deſcriptae cum cura a *Sicardo*, curioſo ex Ieſuitarum familia peregrinatore, in Novis Memor. Legationum eius ad Orientem ſocietatis T. II. p. 118.

98. Ἐπεὰν νομίζωνται] Nihil habebat cauſae cur hic ſcribi mallet *Galeus* κωμάζωνται, ignotum *Herodoto* verbum; apud quem, ut hic, frequenter alibi κομίζεσθαι notat *nave vehi* vel *deferri* L. IV, c. 76. V, c. 43. VII, c. 49. Quae *Galeo* obverſabantur, Aegyptiorum κωμασίας attigit vir Magnus ad *Diodor. Sic.* T. I, p. 177. VALCKEN.

5. Ἐγχρίμψαντες τὴν βάριν τῇ γῇ] Placet *Arch.* ἐγχρίψαντες, quem ille in modum III, 86., et *Aldus* IX, 97., nec tamen conſtanter. Antiquisſimi uſus fuit χρίπτειν et ἐγχρίπτειν, χρίμπτειν recentioris: quae cauſſa perpetuae in Edd. et ſcriptis discordiae. In *Sophoclis* Elect. V. 901. Μή πού τις ἡμῖν ἐγχὺς ΕΓΧΡΙΠΤΗι βροτῶν· at V. 723. ἔχριμπτ' ἀεὶ σύριγγα, ubi MSS. veterem ſequuntur morem. *Bacchylides* Eclog. Phyſ. *Stob.* p. 11. ἀλλ' ἐπιχρίπτει νέφος ἄλλοτε —, ſchedae, teſte *Grotio*, ἐπιχρίμπτει. Mitto alia, et harum cupediarum amatores ad Cl. *Ruhnkenium* in *Timaei* Lexic. p. 76., et *Euſtachium* ad *Eroticum* in V. amando.

19. Τὸν δὲ τύπτονται] Quod in *Athenag.* Legat. proſtat p. 114. τὸν δὲ τύπτονται τρόπον mihi quoque ſciolo videtur contribuendum; qui Herodoteum, τὸν δὲ τύπτονται, a *Gronovio* egregie adfirmatum, minus intellexerit, ſignificans id ipsum quod uſitatius Graecis diceretur τῷ δὲ τύπτονται, *quemnam inflictis ſibi verberibus lugeant*. Scripti tamen Codices ſi plerique praeferrent τῷ δὲ τύπτονται, *cui ſe verberent*, ſive, *in cuiusnam Dei honorem*; cum vicinis illud conſpiraret: ἐς Σάϊν πόλιν τῇ Ἀθηναίῃ πανηγυρίζουσι· ἐς Ἡλιούπολιν τῷ ἡλίῳ, ſimilibusque: *Herodoti* locum IV, c. 34. ad *Pauſaniae* I, p. 104. verba docte contulit *Leopardus* X. Em. c. 24. σεφανοῦσθαι τῷ θεῷ *Xenoph.* E. IV, p. 304, 26. πηλοῦνται τῷ θεῷ *Ariſtid.* T. I, p. 543. Achillis τὰς κόμας Πατρόκλῳ τιμηθείσας *Philoſtr.* de V. A. VII, c. 36. vid. *T. H.* in Add. ad *Luciani* p. 850. et *F. L. Abreſch* in Diluc. *Thucyd.* p. 452. VALCKEN.

19. Τὸν δὲ τύπτονται] Plena manu *Gronov.*, in patiente verbi poteſtate imprudentior: agentem et formae, quae media dici adſolet, requirit, indicente *d'Orvillio* ad *Chariton.* III. p. 347. *Cod. Bodleianus*, ſicuti Cl. *Waſſe* teſtificatur Indic. *Thucydid.* V. Ὅσια, τῷ δὲ τῷ τύπτονται praeferebat, quorſum *Vind.* et *Arch.* ſcriptura ducere videtur: nec abſona eius ſententia. *Bardeſanes* in Praep. Euang. *Euſebii* p. 279. D. ἐν τῇ Συρίᾳ —— ἀπεκόπτοντο πολλοὶ τῇ Ῥέᾳ· *in honorem Opis ſibi virilia amputabant*. Equidem in vulgato adquieſco.

25. Λύχνα καίουσι] Si Grammaticos, quos adpellavi, conſuleris, notatum τὰ λύχνα, tanquam rarum et inſigne, advertes. Gloſsae San. Germanenſes: λύχνα σὺν δετέρως· Ἡρόδοτος B., Ἐυριπίδης Κύκλωπι (V. 512.) Est ex Ionum conſuetudine. Schol. *Apoll. Rhod.* III, 137. Ἰωνικῶς δὲ τὰ κύκλα, ἀντὶ τοὺς κύκλους· ὡς ΑΤΧΝΑ καὶ δίφρα, quibus non diſſimilia Critici in *Nicandri* Theriac.

mos universi frequentes lucernas accendunt, vascula scilicet sale et oleo plena; in superficie adest ipsum ellychnium, quod tota ardet nocte. Cui festo nomen impositum est, Accensio lucernarum. Ad hunc conventum quicunque AEgyptiorum non ierint, observantes sacrificii noctem, et ipsi universi lucernas accendunt: atque ita accenduntur lucernæ non in Sai modo, sed etiam per universam AEgyptum. Qua vero gratia nox hæc lumen et honorem sortita sit, de eo sacer sermo commemoratur.
63 Ad Heliopolin et ad Butun qui veniunt, tantum sacrificant. In Papremi vero, quemadmodum alibi, et sacrificia et res divinas peragunt. Sed quando sol fit declivis, pauci sacerdotes circa simulacrum operati sunt: plures eorum tenentes ligneas clavas stant in ingressu templi; alii plus mille virorum, qui vota exequuntur: cum singulis fustibus frequentes alia ex parte consistunt. Porro simulacrum in parvo ligneo sacello deaurato exportant pridie in aliud sacrum habitaculum, paucis illis, qui ministerio simulacri relicti sunt, trahentibus plaustrum quatuor rotarum, quo vehitur sacellum cum simulacro quod intus est. Hos ingredi prohibent ii qui in anteforibus stant. At ii qui vota exequuntur, opitulantes deo, percutiunt hos, sese ipsi defensantes. Hic vehemens existit fustuaria pugna mutuo capita contundentium: multique ex vulneribus, ut ego opinor, pereunt, etsi AEgyptii quem-
64 quam mori negant. Aiunt autem indigenæ conventum hunc inde institutum: Templum id incolere matrem Martis, et Martem alibi educatum, venisse virili ætate, eo proposito, ὁκαίθρια περὶ τὰ δώματα κύκλῳ. τὰ δὲ λύχνα ἐστὶ ἐμβάφια ἔμπλεα ἁλὸς καὶ ἐλαίου· [a] ἐπιπολῆς δὲ ἔνεστι αὐτὸ τὸ ἐλλύχνιον, καὶ τοῦτο καίεται παννύχιος· καὶ τῇ ὀρτῇ οὔνομα κέεται [b] λυχνοκαΐη. οἱ δ' ἂν μὴ ἔλθωσι τῶν Αἰγυπτίων ἐς τὴν πανήγυριν ταύτην, φυλάσσοντες τὴν νύκτα τῆς θυσίης, καίουσι καὶ αὐτοὶ πάντες τὰ λύχνα. καὶ οὕτω οὐκ ἐν Σάϊ μούνῃ καίεται, ἀλλὰ καὶ ἀνὰ πᾶσαν Αἴγυπτον. ὅτευ δὲ ἕνεκα φῶς ἔλαχε καὶ τιμὴν ἡ νὺξ αὕτη, ἔστι ἱρὸς περὶ αὐτῆς λόγος λεγόμενος. Ἐς δὲ [c] Ἡλίου πόλιν καὶ Βουτῦν θυσίας μούνας ἐπιτελέουσι Φοιτέοντες. ἐν δὲ [d] Παπρήμι θυσίας μὲν καὶ ἱρὰ, καταπερ καὶ τῇ ἄλλῃ, ποιεῦσι. εὖ τ' ἂν [e] δὲ γίνηται καταφερὴς ὁ ἥλιος, ὀλίγοι μέν τινες τῶν ἱρέων περὶ τὸ ἄγαλμα πεπονέαται, οἱ δὲ πολλοὶ αὐτέων, [f] ξύλων κορύνας ἔχοντες, ἑστᾶσι τῇ ἱρῇ ἐν τῇ εἰσόδῳ· ἄλλοι δὲ εὐχωλὰς [g] ἐπιτελέοντες πλεῦνες χιλίων ἀνδρῶν, ἕκαστοι ἔχοντες ξύλα, καὶ οὗτοι ἐπὶ τὰ ἑτέρω [h] ἀλέες ἑστᾶσι. τὸ δὲ ἄγαλμα ἐὸν ἐν νηῷ μικρῷ ξυλίνῳ κατακεχρυσωμένῳ, προεκκομίζουσι τῇ [i] προτεραίῃ ἐς ἄλλο οἴκημα ἱρόν. οἱ μὲν δὴ ὀλίγοι οἱ περὶ τὸ ἄγαλμα λελειμμένοι ἕλκουσι τετράκυκλον ἅμαξαν, ἄγουσαν τὸν νηόν τε καὶ [k] τὸ ἐν τῷ νηῷ ἐνὸν ἄγαλμα· οἱ δὲ ἐκ ἐῶσι, ἐν τοῖσι προπυλαίοισι ἑστεῶτες, [l] ἐσιέναι· οἱ δὲ εὐχωλιμαῖοι, τιμωρέοντες τῷ θεῷ, παίουσι αὐτοὺς [m] ἀλεξόμενοι. ἐνθαῦτα μάχη ξύλοισι καρτερὴ γίνεται, κεφαλάς τε συναράσσονται, καὶ, ὡς ἐγὼ δοκέω, πολλοὶ καὶ ἀποθνήσκουσι ἐκ τῶν τραυμάτων, [n] ὑ μέντοι οἵ γε Αἰγύπτιοι ἔφασαν ἀποθνήσκειν οὐδένα. Τὴν δὲ πανήγυριν ταύτην ἐκ τοῦδε νομίσαι φασὶ οἱ ἐπιχώριοι, οἰκέειν ἐν τῷ ἱρῷ τούτῳ τῷ Ἄρεος τὴν μητέρα, καὶ τὸν Ἄρεα ἀπότροφον γενόμενον, [o] ἐλθεῖν ἐξανδρωμένον,

[a] Ἐπὶ πολλῆς *Arcb.* et *Valla*. [b] Citat *Pollux* VII, 178. [c] *M. Ask. Pasf.*; vulgo Ἡλίου τε π. [d] Πατρήμι ora *Steph. Arch. Vind.*, et mox ποιέουσι· *M. Pasf. Ask.* vulgatum dant. [e] *Ald.* et ceteri; δὴ *M.* et *Ask.* tum τῶν γλυμμα *V. Arch.*. [f] Ἐκ ξύλων *Paris. B. C. Ald. Arch. V. Rem.*, qui quidem non male: praepositionem negligit *M. Pasf. Ask.* qui et αὐτῶν. [g] Ἀποτελέοντες *Arch. Vind.*, statim ἕκαστος ora *Steph.* [h] *Eustath.* in Hom. p. 179, 20. [i] Προτέρῃ *Arch. V.* [k] Articulus abest *Arch.*. [l] Προσιέναι *Id.* [m] Ἀλεξομένους idem cum *Vind.* nec male, uti I, 211. [n] *Ask. Arch. Vind. Pasf.*, vulgo οὐ μέντοι γε οἵ τε. [o] Haec duo in *Med.* margine tantum.

riac. v. 591. Recurrunt τὰ λύχνα C. 133. et apud *Themistium* et *Procopium*, studiosos *Nostri*, saepe. Mox ἔμπλεα ςέατος καὶ ἁλὸς, *plena partim adipe, partim oleo* coniecit *Reiskius*, quod sal ad lampades nihil faciat: cui non subscribo. Frequentissimus olim in sacris usus salis aliud suadet; et quamquam vulgo sal crepitet magis et exsiliat in igne, quam luceat, satis erat si acetabulorum fundum peteret, oleo supernatante. Vide *Plin.* H. N. XXXI, 7.

29. Οὔνομα κέεται λυχνοκαΐη] Habuit haec ante oculos *Themistius* principio Orat. ad Constantium Imp. p. 49., quod *Hemsterbusium*, docto Oratori egregie opitulantem, in *Polluc.* X, 115. minime fugit. Spectavit et has lucernarum accensiones *Iosephus*, Apioni insultans et aliis suae gentis osoribus, λύχνον γάρ οὐδέπω — ἑωράκασιν, οἱ τὰς τοσαύτας καὶ τηλικαύτας ΛΥΧΝΟΚΑΙΑΣ ἐπιτελοῦντες contr. Apion. II, 9. p. 478., numero multitudinis electo, quandoquidem et Deorum aliis hunc habebant honorem in *Achillis Tatii* Amorib. p. 277.

38. Εὖτ' ἂν δὲ γίνηται καταφερὴς &c.] Rediit δὲ in pristinum locum, praecedente μὲν flagitante. *Is. Vossius*, V. Cl., adscripserat codici suo κατωφερὴς, nescio an motus *Hesychii* κατωφερὴς, κάτω φερόμενος. Novandi caussa urgens non est. Καταφερὴς gaudet eadem notione. *Dionysius Halicarn.* T. II. p. 187. καὶ ΚΑΤΑΦΕΡΗΣ ἡ φύσις τῆς λέξεως, ὥσπερ κατὰ πρανοῦς φερόμενα χωρίου σώματα, translata quidem, sed manifesta declivitatis sententia. *Polybius* II, 68. εἰς τὰ τὴν φυγὴν ἐπὶ πολὺ ΚΑΤΑΦΕΡΗ καὶ κρημνώδη γενέσθαι, *quoniam per declivia et abrupta hostibus erat fuga.* Alibi, sicuti et *Appianus*, χωρία κατωφερῆ III, 55., nec stabili scriptura.

43. Τὸ δὲ ἄγαλμα ἐὸν ἐν νηῷ μικρῷ ξυλίνῳ] Unde *Valla* acceperit *ligneum simulacrum*, dicere non habeo. Optime eum *Gronovius* in ordinem revocavit; dudum etiam ante *G. Cuperus* in Harpocrate p. 104. Multa istic vir longe doctissimus de hoc et similibus Aegyptiorum institutis ex *Diodoro* I, 97. atque aliis.

53. Οὐ μέντοιγε οἵτε] Una de particulis orationi nocet, sic tollenda, ut scribatur: οὐ μέντοι οἵγε Αἰγύπτιοι ἔφασαν· Hic etiam mos scribendi Herodoteus: p. 19, 32. p. 32, 46. οὐ μέντοι οἵγε Λυδοὶ δειλοὶ ἦσαν· p. 118, 6. 28. &c. atque isthoc ordine voculas istas passim collocat *Thucydides*.' VALCKEN.

56. Ἀπότροφον γενόμενον] Haec et vicina pervertit *Valla*, quae hunc vel similem in modum converti potuerant Latine: *Templum illud incoluisse matrem Martis; hunc educatum alibi, quum ad virilem pervenisset aetatem, colloqui cum matre voluisse; sed matris administros quem ante non viderant haud ingredi passos abegisse.* In his Editorum culpa perperam scribitur ματρὶ et ματρός. Ἀπότροφον *Hesychius* recte reddidit μακρὰν τεθραμμένον. De *commercio familiari* sive *colloquio* frequentatur συμμίξαι. *Herod.* VIII, c. 79, Aristides adversarium Themistoclem ἐξεκαλέετο θέλων αὐτῷ συμμίξαι· recte *Valla*, *colloquendi gratia*. *Xenoph.* E. III, p. 283, 37. ξυμμίξας τῷ Δερκυλλίδᾳ. *Demosth.* p. 234. §. 282. συνεμίξαμεν τῷ Προξένῳ. in *Aristoph.* Ἐκκλ. v. 512. Οὐδεμίᾳ γὰρ δεινοτέρᾳ σου ξυμμίξασ' οἶδα γυναικί. sic scribendum ante *Davesium* vidit *T. Faber*. Suspicor tamen et hic in ambiguo ludere voluisse *Herodotum*; puerumque ἀνδριζόμενον aliud quid isto captasse *colloquio*: διαλέγεσθαι et ὁμιλεῖν frequenter inserviunt istiusmodi lusibus: est et ubi sic adhibetur ἐς λόγους ἐλθεῖν. Propter ea certe quae sequuntur, τὸ μὴ μίσγεσθαι γυναιξὶ ἐν ἱροῖσι, in istum equidem sensum ceperim τὸ ἐσελθεῖν vel ἐλθεῖν παρὰ τὴν μητέρα, cum *Gronovio*, qui hanc in rem valde collegit opportuna, et Herodotea quidem diligentissime ad p. 130, 5. VALCKEN.

56. Ἀπότροφον γενόμενον] Plurima hic turbavit neglectus sermonis habitus. Ἀπότροφος non est *nutrimentis depulsus*, quomodo Latina *Gronovii*, sed *procul a parentibus educatus*, uti *Portus* bene. *Hesychius* Ἀπότροφος, μακρὰν τεθραμμένος. *Plutarcho* propterea T. II. p. 973. B. luscinae, nidis ereptae atque in caveis altae, ἀπότροφοι τῶν μητέρων, *Aristoteli*, quem Chaeronensis advocat, ἂν ἀπότροφα γένωνται, de iisdem aviculis.

ναι, ἐθέλοντα τῇ μητρὶ συμμίξαι, καὶ τοὺς [a] προπόλους τῆς μητρὸς, οἷα οὐκ ὀπωπότας αὐτὸν πρότερον, ἐᾶν περιοράν παριέναι, ἀλλ' ἀπερύκειν· τὸν δ' ἐξ ἄλλης πόλιος ἀγαγόμενον ἀνθρώπους, τούς τε προπόλους τρηχέως περισπεῖν, καὶ ἐσελθεῖν παρὰ τὴν μητέρα. ἀπὸ τούτου τῷ Ἄρεϊ ταύτην τὴν πληγὴν ἐν τῇ ὁρτῇ νενομικέναι φασί. καὶ τὸ μὴ μίσγεσθαι γυναιξὶ ἐν ἱροῖσι, μηδὲ ἀλύτους ἀπὸ γυναικῶν ἐς ἱρὰ ἐσιέναι, οὗτοί εἰσι οἱ πρῶτοι θρησκεύσαντες. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι σχεδὸν πάντες ἄνθρωποι, πλὴν Αἰγυπτίων καὶ Ἑλλήνων, [b] μίσγονται ἐν ἱροῖσι· καὶ ἀπὸ γυναικῶν ἀνιζάμενοι, ἄλυτοι ἐσέρχονται ἐς ἱρὸν, νομίζοντες ἀνθρώπους εἶναι κατάπερ τὰ ἄλλα κτήνεα. καὶ γὰρ τὰ [c] ἄλλα κτήνεα ὁρᾶν καὶ ὀρνίθων γένεα ὀχευόμενα ἔν τε τοῖσι νηοῖσι τῶν θεῶν καὶ ἐν τοῖσι [d] τεμένεσι. εἰ ὦν ἦν τῷ θεῷ τοῦτο μὴ φίλον, οὐκ ἂν οὐδὲ τὰ κτήνεα ποιέειν. οὗτοι μέν νυν τοιαῦτα [e] ἐπιλέγοντες ποιεῦσι, ἐμοί γε οὐκ ἀρεστά. Αἰγύπτιοι δὲ θρησκεύσι περισσῶς τά τε ἄλλα περὶ τὰ ἱρά, καὶ δὴ καὶ τάδε. ἐοῦσα δὲ Αἴγυπτος ὄμορος τῇ Λιβύῃ, οὐ μάλα θηριώδης ἐστί. τὰ δὲ ἐόντα σφι, [f] ἅπαντα ἱρὰ νενόμισται· καὶ τὰ μὲν, σύντροφα αὐτοῖσι [g] τοῖσι ἀνθρώποισι, τὰ δὲ, οὔ· τῶν δὲ [h] εἵνεκεν αἰτέεται τὰ ἱρά, εἰ λέγομι, καταβαίνει ἂν τῷ λόγῳ ἐς τὰ θεῖα πρήγματα, τὰ ἐγὼ φεύγω μάλιστα ἀπαγέεσθαι· τὰ δὲ καὶ εἴρηκα αὐτῶν ἐπιψαύσας, [i] ἀναγκάιη καταλαμβανόμενος εἶπον. νόμος δέ ἐστι περὶ τῶν θηρίων ὧδε ἔχων. μελεδωνοὶ [k] ἀποδεδέχαται τῆς τροφῆς χωρὶς ἑκάστων, καὶ ἕρσενες καὶ θήλεαι τῶν Αἰγυπτίων, τῶν παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδέκεται τὴν τιμήν. οἱ δὲ ἐν τῇσι πόλισι ἕκαστοι εὐχὰς τάσδε σφι ἀποτελέουσι· εὐχόμενοι τῷ θεῷ τῷ ἂν ἡ τὸ θηρίον, [l] ξυρῶντες τῶν παιδίων ἢ πᾶσαν τὴν κεφαλὴν, ἢ τὸ ἥμισυ,

69. Τοῖσι ἄλλα τε ἐπάξιά ἐστι νόμιμα, καὶ δή] Quod uni datur, id alii, in pari ſi cauſsa fuerit, ſine iniuria negari non potest. Poſtulant *MSS.* loci quandam innovationem. Quid vir celeberrimus ex *Mediceo* tentaverit, docebit ipse. Coniecturis indulgent alii, qualis Cl. *Reiskii* in litteris ad me ἄλλα, τὰ ἄπαξ σφί ἐστι νόμιμα, καὶ δὴ καὶ ἀεὶ μένει. τοῖσι ἄλλα τε πολλὰ ἐπαίνου ἄξιά ἐστι, καὶ δὴ καὶ ἄεισμα ἔνεστι, operoſa profecto et periculi plena. Mihi ſchedae viam planiorem, uti opinor, monſtrarunt. Non hic agitur de legibus, quas nec Graecas neque aliarum nationum AEgyptios adſciviſſe unquam C. 91. perhibet demum. *Hymnos* ſive *cantilenas*, quod *Galei* animum optime advertit, ſcriptor ſpectat; hos patrios habere, nullosque illis peregrinos addere, et eam rem ex *Manerote*, qui Graecorum *Linus*, cognoſci poſse. Videt quisque aptisſimam ſermonis cohaerentiam, nec deſiderabitur, ut νόμους et ἐπάξια locis conſimilibus adfirmem. Νόμους qui *cantilenas* esſe dubitat, rarus erit, et ablegandus, ſi haesitet, ad *Suetonii* Neron. C. 20. doctasque *Salmaſii* et *Burmanni* animadverſiones. Ἐπαξίου voci locus VII, 96. dabitur. Hactenus, niſi mihi blandior, bene habet. Quae ſequuntur, variis modis turbata ſunt. Dicam ingenue, quid in mentem multa agitanti venerit. Primo Λῖνος ſubſiſtere haud potest, recte a *Valla*, *Arch. Vind.* praeteritus. Docet ipse canticum AEgyptium, quod *Maneros* gentili dialecto, idem videri ac Graecorum *Linum*, hinc ſcioli arripuerunt. Scribatur itaque καὶ δὴ καὶ ἄεισμα ἔν ἐστι, ὅπερ ἔν τε Φοινίκῃ ἀοίδιμόν ἐστι —— *tum vero etiam cantilena una est, quae et in Phoenice cantatur* —. Iuvat *Arch.*, levi auxilio adiutus, praeterea ἀοιδὴ πρώτη καὶ μούνη in fine Capitis. Deinde συμφέρεται δὲ τωὐτὸ εἶναι τὸ οἱ Ἕλληνες Λῖνον —. *Pauſaniae* IX, 29. καλοῦσι δὲ τὸ ἄσμα Αἰγύπτιοι τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ ΜΑΝΕΡΩΝ, bene *Sylburgius*. Tandem καὶ τὸν Λῖνον ὁκόθεν ἔλαβον φαίνονται — aut certe ἔλαβον νόμιον· φαίνονται —. Non diffiteor, praeter morem aliam plura induere formam. Verum vara uti vibiam ſequitur, ita *Linus* ſemel intruſus conturbavit reliqua. Tu ſi aliter ſentis, fruere arbitrio. Meis a partibus ſtat doctisſimus *de Pauw*, et *Herodoti* disputatio. De *Manerote* AEgyptiorum *Plutarchus* Iſ. Oſir. C. 17. *Pauſaniasque.* Nam Linum notandorum anguſtiae nunc excludunt.

82. Ἑλλήνων μούνοισι Λακεδαιμονίοισι] Adludebat *Euſtath.* in Iliad. A. p. 176, 18. et p. 1484, 37., ubi memoriae labentis vitium doctisſimo episcopo nocuit. Certum est, Spartae *magnam* fuisſe *quondam capiti reverentiam cano* ex *Gellio* N. Attic. II, 15. et *Plutarcho* T. II. p. 235. C., et maiorem, quam corruptis moribus alibi. Olim Athenis καὶ τῶν θάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίσχεσθαι πρεσιοῦσι laudi cedebat in Comici Nubib. v. 989., quam ſuis etiam in diis venerationem poëta Il. A. 533. praedicat, meritoque, iisdem paene verbis, quibus *Herodotus*, Heroic. XI. p. 719. *Philoſtratus.* Plura *Gabr. Palaeotus* de Bono Senect. Part. III. p. 236. Mox τόδε μέντοι ἄλλο Ἑλλ. non damnasſem, niſi praeiisſent ſchedae et *Aldus.* Sententia vix discrepat.

84. Εἴκουσι τῆς ὁδοῦ] Quod Graecorum ſolis Lacedaemoniis *Herodotus*, Graecis in universum tribuit *Nymphodorus* in *Schol.* ad *Soph.* Oed. in Col. v. 329. Socrates *Xenophontis* Ἀπομν. II, p. 434, 25. οὐ γὰρ καὶ ὁδοῦ παραχωρῆσαι τὸν νεώτερον πρεσβυτέρῳ συντυγχάνοντι πανταχοῦ νομίζεται, καὶ οὐ καθήμενον ὑπαναστῆναι, [καὶ κοίτῃ μαλακῇ τιμῆσαι, ista Graeculo ludimagiſtro quam Socrate digniora cenſeo, atque eiicienda:] καὶ λόγῳ ὑπεῖξαι· ubi corrigi debet λόγων. In K. Π. VIII, p. 139, 9. ſe puerum didicisſe teſtatur Cyrus, τοῖς πρεσβυτέροις —— καὶ ὁδῶν καὶ θάκων καὶ λόγων ὑπείκειν. ſemper in talibus caſus adhibetur ſecundus, praepoſitione plerumque ſuppreſsa: vid. *Xenoph.* ſymp. p. 516, 28. p. 533, 1. *Ariſtoph.* B. V. 175. 802. *Philoſtr.* p. 719, 12. Plene *Tyrtaeus* in *Stobaeo Grot.* p. 195., V. 41. Πάντες δ' ἐν θώκοισι —— νέοι —— Εἴκουσ' ἐκ χώρης. *Ariſtoph.* N. V. 989. Καὶ τῶν θάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίσχεσθαι πρεσιοῦσι. *Herodotus obviam*, ait, *occurrentibus decedunt de via*, καὶ ἐπιοῦσι ἐξ ἕδρης ὑπανίσταται. Recta esſe ista et honeſta noverant, ſed facere nolebant Attici; et nuspiam ſenectuti honeſtius fuit domicilium quam Spartae. Quam *Cragius* et *Meurſius* vix attigerunt, Lycurgi legem humanisſimam exhibet *Aelianus* de N. A. VI, c. 68. tangunt idem *Aelian.* VII, c. 15. *Ariſtides* T. III. p. 505. (ubi ἀμαθῶς temere videtur adiectum:) et *Euſtathius* ad Il. A. p. 110, 26. VALCKEN.

89. Θυ-

81 Attamen in hac re cum nullis aliis Græcorum conveniunt. In viis pro ſalutatione mutua adorant, genu tenus demiſſa manu. Veſtibus amiciuntur lineis, circa crura fimbriatis, quas calaſires appellant, ſuper quas candida ferunt amicula lanea ſuperiniecta. Laneæ tamen veſtes neque in ædes ſacras inferuntur, neque una cum cadavere ſepeliuntur: profanum enim est. Conſentanea vero hæc ſunt iis, quæ Orphica appellantur et Pythagorea. Nam harum quoque ceremoniarum participem laneis in veſtibus humari religioſum est; de quibus ſacra
82 redditur narratio. Alia inſuper ſunt ab AEgyptiis excogitata, quis menſis diesve cuius deorum ſit, et quo quis die genitus qualia ſortietur, et quam mortem obibit, et qualis exiſtet. Quibus rebus Græci qui in poëſi verſati ſunt, uſi fuerunt. Plura quinetiam ab eis prodigia reperta ſunt, quam a ceteris omnibus hominibus; nam quum prodigium extitit, ſcribunt id, obſervantes quomodo eveniat: et, ſi quando postmodum huius ſimile extiterit, ex-
83 emplo prioris putant eventurum. Divinatio apud eos ita est conſtituta, ut eius artificium nulli mortalium vendicetur, ſed certis diis. Siquidem Herculis illic oraculum est, et Apollinis, et Minervæ, Dianæque ac Martis, et Iovis, et quod præcipuo honore colunt ex omnibus oraculis, Latonæ est in urbe Buto. Verum hæc vaticinia non eodem modo ſunt omnia
84 inſtituta, ſed differenter. Iam vero medicina apud eos hunc in modum est diſtributa, ut ſingulorum morborum ſint medici, non plurium; itaque omnia referta ſunt medicis. Alii enim ſunt oculorum, alii capitis, alii dentium, alvi
85 alii, alii morborum occultorum. Luctus eorundem ac ſepulturæ tales ſunt. Quibuscunque aliquis ex domeſticis decesſit, cuius aliquod momentum ſit, ibi omnes feminæ illius familiæ caput ſibi aut etiam vultum oblinunt luto; deinde relicto domi cadavere, ipsæ per-
ur-

85 ὑπαπτίαλα. τόδε μέντοι [a] ἄλλοισι Ἑλλήνων ὑδαμοῖσι συμφέρονται· ἀντὶ τοῦ προσαγορεύειν ἀλλήλους ἐν [b] τῇσι ὁδοῖσι προσκυνέουσι, κατιέντες μέχρι τῦ γούνατος τὴν χεῖρα. Ἐνδεδύκασι δὲ κιθῶνας λινέους, περὶ τὰ σκέλεα [c] θυσανωτοὺς, οὓς καλέουσι καλασίρις· ἐπὶ τούτοισι δὲ εἰρίνεα εἵματα λευκὰ ἐπαναβληδὸν φορέουσι. οὐ μέντοι ἔς γε τὰ ἱρὰ ἐσφέρεται εἰρίνεα, οὐδὲ συγκαταθάπτεται σφι· οὐ γὰρ ὅσιον. [d] ὁμολογέουσι δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι καὶ Πυθαγορείοισι· οὐδὲ γὰρ τούτων τῶν ὀργίων μετέχοντα, ὅσιόν ἐστι ἐν εἰρινέοισι εἵμασι
95 [e] θαφθῆναι. ἔστι δὲ περὶ αὐτῶν ἱρὸς λόγος λεγόμενος. Καὶ τάδε ἄλλα Αἰγυπτίοισί ἐστι ἐξευρημένα· μείς τε καὶ ἡμέρη ἑκάστη θεῶν ὅτευ ἐστί· καὶ τῇ ἕκαστος ἡμέρῃ γενόμενος, [f] ὁτέοισι ἐγκυρήσει, καὶ ὅκως τελευτήσει, καὶ ὁκοῖός τις ἔσται. καὶ τούτοισι τῶν Ἑλλήνων οἱ ἐν ποιήσει γενόμενοι ἐχρήσαντο. τέρατά τε πλέω σφὶν ἢ ἀνεύρηται ἢ τοῖσι ἄλλοισι ἅπασι ἀνθρώποισι. γενομένου γὰρ τέρατος, Φυλάσσουσι γραφόμενοι τῶ προβαίνοντι· καὶ ἢν κοτε ὕστερον παραπλήσιον τούτῳ γένηται, κατὰ τωὐτὸ νομίζουσι ἀποβήσεσθαι. Μαντικὴ δὲ αὐτοῖσι ὧδε διακέεται. ἀνθρώπων μὲν οὐδενὶ προσκέεται ἡ τέχνη, τῶν δὲ θεῶν μετεξετέροισι. καὶ γὰρ Ἡρακλέος μαντήιον αὐτόθι ἐστὶ, καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ [h] Ἀθηναίης, καὶ Ἀρτέμιδος, καὶ Ἄρεος, καὶ Διός, καὶ ὅγε μάλιστα ἐν τιμῇ ἄγοντες πάντων τῶν μαντήιων, Λητοῦς ἐν [i] Βουτοῖ πόλι ἐστί. οὐ μέντοι αἵγε μαντήιαί σφι κατὰ τωὐτὸ ἐστᾶσι, ἀλλὰ διάφοροί εἰσι. Ἡ δὲ ἰητρικὴ κατὰ τάδε σφι δέδασται. μιῆς νούσου ἕκαστος ἰητρός ἐστι, καὶ οὐ πλεόνων· πάντα δ' ἰητρῶν ἐστι πλέα. οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμῶν ἰητροὶ κατεστέασι· οἱ δὲ, κεφαλῆς· οἱ δὲ, ὀδόντων· οἱ δὲ, [k] τῶν κατὰ νηδύν· οἱ δὲ, τῶν ἀφανέων νούσων. Θρῆνοι δὲ καὶ ταφαὶ σφεων, εἰσὶ ἅδε· τοῖσι ἂν ἀπογένηται ἐκ τῶν οἰκηίων ἄνθρωπος, τοῦ τις καὶ λόγος ᾖ, τὸ θῆλυ γένος πᾶν τὸ ἐκ τῶν [l] οἰκηίων τούτων κατ' ὧν ἐπλάσατο τὴν κεφαλὴν πηλῷ ἢ καὶ τὸ πρόσωπον. κεῖται ἐν τοῖσι [m] οἰκίοισι λιποῦσαι τὸν νε-
κρὸν

[a] *Paſ. Arcb. V. Ask. M. Ald.*, ἄλλο *Edd.* [b] *M. V. Arcb. Ask. Paſ.*, et Edit. Genev. CIↃIↃCXVIII., τοῖσι vulgo perperam. [c] Θυσανωτοὺς *Vind. Arcb. Ask.*, alii θυσσαν. [d] Ὁμολογέει *Vind. Arcb.*, tum καλεομένοισι καὶ Βακχικοῖσι ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι καὶ Πυθαγ. cum *Paris. B. Rem. Ald.*, καὶ Βακχ. ε. δ. Αἰγυπτίοισι non ſunt in *Paſ. M. Ask.* Πυθαγορίοισι *Arcb. V.* [e] Ταφῆναι *Arcb. V.* male. Lege *Euſtath.* in Homer. p. 519, 41. [f] *Paris. B. C. Arcb. V. Ald.* quod praeſtat; τέοισι *M. Ask.*, tum ἐγγυρήσει *Arcb.* [g] Σφὶ εὕρηται *Paris. B. Arcb. V. Ald.*, σφὶν ἀνεύρηται *Paſ. M. Ask.* ora *Stepb.* [h] *Ald. Paris. B. Arcb. V. R.*, Ἀθήνης *M. Paſ. Ask.*, male. Vide *H. Stephanum* de Dial. p. 236. [i] Βουτοπόλι *Ask.* Βουτοῖσι *Ald.* [k] Τῶν κατὰ *Ald. Arcb. Paris. B. V. R.*, τῶν non habent *Med. Ask.* [l] Οἰκίων *Paſ. Ask.* tum mox πηλῷ ἢ καὶ τὸ *Idem*, *Paſ.* et *Med.*, ἢ reliqui non habent. [m] Οἰκίοισι *Ask. Paſ. Arcb. Vind. Valla*, vulgo οἰκηίοισι.

89. Θυσανωτοὺς] Hoc melius. Θυσσάνους et θυσσανωτοὺς metri modulo Poëtae nonnunquam. Tu vide IV, 189. et *Homerum* Il. Ξ., 181. &c. Quae post pauca *Medicei* iudicio *Gronovius* aliorſum relegavit, in exilio relinquo.

96. Μείς τε καὶ ἡμέρη — θεῶν ὅτευ ἐστί] Verum est de menſibus et ſeptimanae diebus, adgnoſcitque *Dio Caſſius* XXXVII. p. 123. Planetarum autem et dierum AEgyptia nomina, *Dioni* ex *Kircheri* Prodromo C. 5. adſcripta a Cl. *Reimaro*, non eſſe, quod praeclari viri *Spenceri* et *Vitringa* ſuſpicati fuerunt, bonae fidei, erudite expoſuit *Iablonskius* in Remphah AEgypt. p. 36.

98. Ὁτέοισι ἐγκυρήσει] Expreſſit, hunc locum imitando ſcriptor Epiſtol. *Phalarid.* 38. ὅσοις μέλλει δυσκόλοις ἐγκυρήσειν περὶ τὸν βίον. Verbum Ionicum praeter *Herodot.* adhibuere *Democritus*, *Euſebius Stobaei* p. 191, 18. *Heraclitus* ap. *Clem. Alex.* p. 432, 27. emendatus *Gataker* ad *M. Antonin.* p. 128. C. *Arcbilochi* nobiliſſimam nobis *Aeſchines Socr.* ſervavit ſententiam II, p. 66. Καὶ φρονεῦσι τοῖ' ὁκοίοις ἐγκυρέσιν ἔργμασι· poſtremum praebet *Stobaeus* p. 512, 51. ἔργματα corrigendum in isto trochaico monuit me olim amiciſſimus *T. H.* praeterea legerim: Καὶ φρονεῦσι τοῖ' ὁκοίως ἐγκυρέωσιν ἔργματα· ut ſenſus ſit: καὶ τοῖά εἰσι τὰ ἔργματα, ὁκοίως φρονεῦσι ἐγκυρέωσι· ſententiam ex *Euripideis* atque aliunde illuminare huius non est loci.

VALCKEN.

14. Ὀφθαλμῶν ἰητροὶ κατεστέασι] Salutarem artem mos AEgyptius in partes ſecuerat, quam ſeriore tempore *Maximus Tyrius* ante oculos ponit διαλαχοῦσαν τοῦ σώματος τὰ χωρία, ἄλλην ἄλλο τι, τὴν μὲν ὀφθαλμοὺς, τὴν δὲ νῶτα, τὴν δὲ ἄλλο τι μόριον, ubi cum *Marklando* τὴν δὲ ὦτα, ut ordo naturae ſervetur, malim, Diſſert. XXXIV, 1. p. 403. Mox τῶν κατὰ νηδὺν ob *Codd.* et ſermonis indolem ſperni non debuerat. Nam quod *Hieron. Mercurialis* Var. Lect. II, 8. ἢ τῶν ἀφυχνέων corrigit, ut particula ἢ expoſitiva ſit, id quidem neceſſarium non videtur, ſicuti ipsemet fatetur: iunge *Gronovio* dicta.

19. Κατ' ὧν ἐπλάσατο τ. κ. πηλῷ] Quando ſupra c. 70. capti crocodili et in terram attracti primum ὁ θηρευτὴς πηλῷ κατ' ὧν ἔπλασε αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, *opplet oculos luto*, ut alibi, deprehenditur et in his *Herodotus* utramque verbi formam accurate discreviſſe. Forſan hic quoque variabunt Codd., ſicut apud *Diodor. Sic.* de iisdem AEgyptiis in luctu publico privatoque loquentem L. I, p. 83, 37. et p. 101, 90. ubi Codicum lectio, καταπεπλασμένοι τὰς κεφαλὰς πηλῷ, et, καταπλαττόμενοι πηλῷ τὰς κεφαλὰς, propterea vulgatis videri poſſet anteponenda; quia κόνις quidem πάσσεται et καταπάσσεται· ſed πηλὸς, *lutum*, rectius dicetur καταπλάσσεσθαι. Pulvere adſperſo vultum foedare, ſatis erat vulgo; καταπλάσσεσθαι τὴν κεφαλὴν πηλῷ καὶ τὸ πρόσωπον, AEgyptiacum est et Orientale. VALCKEN.

20. Ἐν τοῖσι οἰκίοισι] Ita decuit. Reſpice I, 109. Στρωφώμενοι ex *Vind.* poſſet adſumi, neque in reiiculis forent ἑπεζωόμενοι et ὑποζωόμενοι ex priſca linguae conſuetudine, qua de *Suidas* in Σέσωφι. *Reiskius* ἀπεζωσμένοι et mox ἀπεζωσμένοι, ſiquidem ſine cingulo fue-

κρὸν, αὐτας ἀνὰ τὴν πόλιν [a] στροφώμενας, τύπτονται ἐπεζωσμέναι, καὶ φαίνουσαι τὰς μαζούς· [b] σὺν δὲ σφι αἱ προσήκουσαι πᾶσαι· ἑτέρωθεν δὲ οἱ ἄνδρες τύπτονται, [c] ἐπεζωσμένοι καὶ οὗτοι. ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, ὕτω ἐς τὴν παρίχουσιν κομίζουσι. Εἰσὶ δὲ οἱ ἐπ' αὐτῷ [d] τούτῳ καλέαται, καὶ τέχνην ἔχουσι ταύτην. ὕτοι ἐπεάν σφι κομισθῇ νεκρὸς, [e] δεικνύασι τοῖσι κομίσασι παραδείγματα νεκρῶν ξύλινα, τῇ γραφῇ μεμιμημένα. καὶ τὴν μὲν
119 σπουδαιοτάτην αὐτέων Φασὶ εἶναι, τῆ ὐκ ὅσιον [f] τὸ ὄνομα ἐπὶ τοιούτῳ πράγματι ὀνομάζειν· τὴν δὲ δευτέρην [g] δεικνύασι ὑποδεεστέρην τε ταύτης καὶ εὐτελεστέρην· τὴν δὲ τρίτην, εὐτελεστάτην. Φράσαντες δὲ, πυθάνονται παρ' αὐτέων καλὰ ἤν τινα βούλωνται σφι σκευασθῆναι τὸν νεκρόν. οἱ μὲν δὴ ἐκποδὼν μισθῷ ὁμολογήσαντες, ἀπαλλάσσονται· οἱ δὲ ὑπολειπόμενοι ἐν οἰκήμασι, ὧδε τὰ σπουδαιότατα ταριχεύουσι. πρῶτα μὲν σκολιῷ σιδήρῳ διὰ τῶν [h] μυξωλήρων ἐξάγουσι τὸν ἐγκέφαλον, τὰ μὲν αὐτῷ ὕτω ἐξάγοντες, τὰ δὲ [i] Φάρμακα ἐγχέοντες. μετὰ δὲ, λίθῳ Αἰθιοπικῷ ὀξέϊ παρασχίσαντες παρὰ τὴν λαπάρην, ἐξ ἧς εἶλον τὴν κοιλίην πᾶσαν. ἐκκαθήραντες δὲ αὐτὴν, καὶ διαθήσαντες οἴνῳ φοινικηίῳ, αὖτις διαθεῦσι θυμιήμασι [k] τετριμμένοισι. ἔπειτα τὴν γαστέρα σμύρνης [l] ἀκρήτου τετριμμένης, καὶ κασίης, καὶ τῶν [m] ἄλλων θυωμάτων, πλὴν λιβανωτοῦ, πλήσαντες, συρράπτουσι ὀπίσω. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ταριχεύουσι [n] λίτρῳ, κρύψαντες ἡμέρας ἑβδομήκοντα· πλεῦνας δὲ τουτέων ὐκ ἔξεστι ταριχεύειν. ἐπεὰν δὲ παρέλθωσι αἱ [o] ἑβδομήκοντα, λούσαντες τὸν νεκρὸν, κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος [p] βυσσίνης τελαμῶσι κεκατετμημένοισι, ὑποχρίοντες τῷ [q] κόμμι, τῷ δὴ ἀντὶ

urbem vagantes lamentantur succinctæ et ostendentes mammas, et eum eis propinquæ omnes. Altera ex parte viri, et ipsi succincti se verberant. His actis, ita demum ad condiendum portant. Sunt autem certi ad 86
hoc ipsum constituti, qui hoc artificium factitant: qui, quum ad ipsos cadaver portatum est, ostendunt iis, qui portaverunt, exemplaria cadaverum lignea, pictura assimilata. Et earum unam accuratissimam esse eius aiunt, cuius nomen nuncupare fas non puto in hac materia: alteram illa inferiorem ostendunt ac vilioris pretii: tertiam, vilissimi. Quibus expositis scisitantur ab iis, ad quam picturam velint effingi ipsis mortuum. Isti ubi de pretio convenerunt, illinc abeunt. At hi relicti in ædibus, hunc in modum diligentissime condiunt. Ante omnia incurvo ferro cerebrum per nares educunt, partim quidem ita educentes, partim medicamenta infundentes. Dehinc acuto lapide AEthiopico circa ilia conscindunt, atque illac omnem alvum protrahunt: quam ubi expurgarunt, ac vino palmeo perluerunt, rursus odoribus tritis proluunt: tum alvum complentes trita myrrha pura, et casia, et aliis, excepto thure, odoribus, postea consuunt. Vbi hæc fecere, saliunt nitro abditum septuaginta dies; nam diutius salire non licet. Exactis septuaginta diebus cadaver ubi abluerunt, sindonis bysinæ fasciis incisis universum eius corpus involvunt, gummi sub-

li-

a Στροφόμεναι *V.* στροφόμεναι *Arcb.*, tum ὑπεζωόμεναι. b Sex hae voces exulant de *Arcb.* c Ἐπεζωόμενοι *Arcb. V.* d Κατάτετάχαται *Arcb. Valla.* Mox νεκρὸς sine articulo *Ask. Arcb. V. Pasf. Athenagoras* Legat. C. 25. p. 115., ubi his utitur; aliis ὁ νεκρός. e *M. Ask. Athenag. Pasf., Thom. M.* in Ζευγνύασι. *Ald.* et alii δεικνύουσι. f Non est in *Vind. Arcb. Athenagor.* g *Pasf. M. Ask.*, δεικνύουσι ceteri. h Μυκτήρων *Arcb. V.* i Ἔγχ. Φαρμ. *Pasf. Ask. V. Arcb.* k *M. Pasf. Arcb. Ask. V. Rem.* ora *Steph.*, vulgo περιστρίμ. l Ἀκράτου *V. Arcb.* m *Ald. Rem. Paris. B. V. Arcb. R. Eustath.* in Hom. p. 1488, 16. *Thom. M.* in Voc., θυμιημάτων *M. Ask. Pasf.* et *Steph.* margo. n *Pasf. M. Ask.* plerique omnes νίτρῳ in *Pasf.* tanquam scholion. o Εὐδομηκ. *Vind.* et mox. p Συσσίνης *V. Arcb.* q Κόμμιδι Schol. Sangermanensis.

fuerint. Non audeo sequi, amiciendi AEgyptiorum et vestitus habitum ignorans. Vide *Diodorum* I, 91.

25. Εἰσὶ δὲ οἱ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατέαται] In aliis forsan Codicibus invenietur, quod in suo legisse videtur *Valla*, κατατετάχαται· mihi placet vulgatum κατέαται. *In re qualibet occupati*, inprimis ἐπιδίφριοι τεχνῖται (vid. *Diodorus* L. I, p. 101, I) dicuntur ἐπὶ τινὶ καθῆσθαι *Aristidi* T. III, p. 720. Ἐὰν ἀφέντες ἐφ' ᾧ, κάθηνται περιέρχωνται *Xenoph.* Oecon. p. 482, 18. In Pluto v. 533. fortasse dederat *Aristophanes*: Τὸν χειροτέχνην ὥσπερ δέσποιν' ἐπαναγκάζουσα καθῆσθαι, — ζητεῖν θ' ὁπόθεν βίον ἕξει· comparari possunt paulo diversae loquendi formulae, ἐπ' ἰχθύσι κατῆσθαι, et frequentior illa, ἐπ' ὄρνισι καθέζεσθαι. VALCKEN.

25. Ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατέαται] Multo mihi elegantius atque lonum sermoni κατατετάχαται convenientius videbatur; publica certe lege designati fuerunt, quibus funerandi illa cura, *Diodoro* I, 91. teste. Simile erat L. I, 191. οἱ Πέρσαι, οἵπερ ΕΤΕΤΑΧΑΤΟ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ, *Persae, qui ad hoc ipsum constituti erant.* Sed novationis nimiae criminationem reformido.

29. Σπουδαιοτάτην] Σπουδαιεστάτην, et paulo post σπουδαιέστατα libri forte dabunt fideliores, quales custodiverunt supra τὰ σπουδαιέστερα τῶν πρηγμάτων L. I, c. 8. et c. 133. ubi notat. *Gronov.* Huius moduli multa collegerunt *Eustathius* ad Od. B. p. 89. et *Athen.* X, p. 424. D. Conf. *Etymolog.* in v. Αἰδοιέστατος· Ἀνιηρέστερος· et in Ἤδυμος. Apud *Eustathium* hoc reperitur haud aspernandum *Hecataei* fragmentum: οἱ Βιαντίδαι ἄνδρες σπουδαιέστατοι ἐγένοντο. VALCKEN.

38. Λίθῳ Αἰθιοπικῷ] Paria *Diodorus* I, 91. Adde *Exodi* C. IV, 25., *Iosuae* C. V, 2. et Pentecont. *Ramirezii de Prado* C. 4. Habet *Middletonus* Monument. Antiq. p. 262. descriptas ex condito cadavere AEgyptio, *Mumiam* vocare solent, figuras in quibus παρασχίσης lapidem eiuscemodi manu tenens; iungi etiam *Io. Nardii* Adnotat. in *Lucretium* p. 650. possunt, adcuratiorem conditurae picturam sistentes. Paullo superius μισθὸν ὁμολογήσαντες *Reiskius*, dubito urgentene causa. Vide tamen *Themist.* Or. XXIII. p. 288. D.

43. Καὶ τῶν ἄλλων θυωμάτων] Hoc praefero. Non damno θυμιήματα, sicubi praesidio et consensu Codd. roborantur. Secus hic habet, neque *Herodotus* suum diffitetur III, 113. et supra C. 40. In *Simonidis* fragmento κηλειφόμην μύροισι καὶ θυώμασι apud *Athen.* XV, 12. mutavit aut *Clemens Alex.* ipse, aut eius scribae καὶ θυμιάμασι Paedag. II. p. 207. Adiunge his Cl. *Trillerum* ad *Thom. M.* De myrrha, casia, aliisque aromatibus pretiosioribus, quibus cadavera curata conditaque fuerint, dubia res medicis nostrae superiorisque aetatis est. *Io. Nardius*, qui diligentissime *Mumias*, quas adpellant, ad *Lucretium* p. 636. excusit atque examinavit, regum et regiae familiae cadaveribus funerationem aromaticam auferre non audet, vulgo negat: nihil certe se, post inpensissimum examen, praeter concretas bituminis glebulas in ventre cadaverum et parte calvariae observasse. Non dissimilia *Middletonus* et *Io. Gravius* Piramidogr. p. 49. Sed *Mumiae*, quae in aetatem nostram perseverant, pleraeque omnes *Herodoto* longe posteriores videntur.

45. Ταριχεύουσι λίτρῳ] *Moeris* λίτρον Ἀττικῶς, νίτρον Ἑλληνικῶς; hinc ψευδολίτρον in *Comici* Ranis apud *Pollux.* et *Eustath.* Vide not. *Piersoni.* Male ergo νίτρον post pauca. Multa sibi, ut fert querela, librarii adrogarunt olim, quaeque non bene habebant cognita, aliam in formam verterunt. Tale fortasse ὑποχρίοντες τῇ κόμμιδι. *Glossae Sangerman.* Κόμμιδι, ἡ δοτική, Ἡρόδοτος Β.; *Commis Alexandrina* est in *Scribonio Largo* Conpos. 72. Habet *Plinius* Nat. Hist. XIII, 20., et saepe quidem eo genere. *Alpinaque commis* citatur a *Nonio*: qua de *P. Leopardus* Emend. XVIII, 30. Tamen κόμμι ἐσί Cap. 96.

48. Σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι] Sic VII, 181. in vulnerum ligamentis. Inpendit his operam vir doctissimus *Steph. le Moyne*, et errantem *Vallam* adiuvit Observ. ad *Polycarpi* Epistol. p. 301. Contulit quoque *Valckenarius* ad *Euripid.* Phoenisf. v. 1663., quae his adplicari queunt. Id alienum haud erit ex *Athanasio* adiungere, funerationis et ταριχεύσεως hoc genus ipsos servasse Christianos, propterea que, quod supra significa-

linentes: quo AEgyptii glutinis loco plerunque utuntur, Eo deinde recepto, propinqui ligneum hominis effigiem typum faciunt, in qua mox inferunt mortuum, inclusumque ita, reponunt in conclavi loculis talibus dicato, statuentes rectum ad parietem. Sic quidem
87 sumptuosissimo modo curant cadavera. Eos autem qui mediocria volunt, nimium fugientes sumptum, ita apparant: post clysteres unguine quod e cedro gignitur completos, mox eodem alvum mortui implerunt, ipsum neque scindentes neque intranea extrahentes, sed per secessum infercientes et impedientes lavationem eadem via relabi, propositis diebus condiunt; quorum dierum ultimo cedrinum unguen, quod prius ingesserant, ex alvo egerunt: quod tantam habet vim, ut una secum alvum atque intestina tabefacta educat. Nitrum autem carnes tabefacit, mortuique tantum cutis et ossa relinquuntur. Vbi ista fecere, sic reddidere mortuum,
88 nihil amplius negocii suscipientes. Tertia conditura hæc est, qua adornantur mortui, qui tenuiori sunt fortuna. Ablutione ubi ventrem percolaverunt, condiunt septuaginta per dies, deinde sic tradunt reportandum.
89 Vxores tamen insignium virorum, non statim vita defunctas tradunt condiendas, nec quotquot formosæ valde et maioris pretii feminæ fuerunt, sed triduo atque quatriduo post mortem tradunt his unctoribus; ea de causa facientes ita, ne cum feminis isti coëant. Deprehensum enim quendam aiunt coëuntem cum recenti cadavere muliebri, delatumque
90 ab eiusdem artificii socio. Quisquis autem vel ipsorum AEgyptiorum vel externorum deprehendatur, sive a crocodilo raptus, sive ab ipso flumine mortuus, necesśarium prorsus est ei civitati, ad quam eiectus est, condire, et quam honestissime comparantes sepelire in sacris loculis; quem ne contingere quidem fas est alteri aut propinquorum aut amicorum, sed eum ipsi Nili sacerdotes, utpote maius quiddam quam hominis cadaver manibus tractantes
91 sepeliunt. Græcanicis institutis uti recusant, et, ut semel dicam, nullorum hominum aliorum institutis uti volunt. Et hoc quidem ceteri AEgyptii observant. Est autem Chemmis op-

ἀντὶ κόλλης τὰπολλὰ χρέωνται Αἰγύπτιοι. ἐνθεῦτεν δὲ παραδεξάμενοί μιν οἱ προσήκοντες, ποιεῦνται ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα· ποιησάμενοι δὲ, [a] ἐσεργνῦσι τὸν νεκρόν· καὶ καταχλησάντες οὕτω, θησαυρίζουσι ἐν οἰκήματι [b] θηκαίῳ, ἑστάντες ὀρθὸν πρὸς τοῖχον. οὕτω μὲν τὰ πολυτελέστατα σκευάζουσι νεκρούς· τοὺς δὲ τὰ μέσα βουλομένους, τὴν δὲ [c] πολυτελείην φεύγοντας, σκευάζουσι ὧδε. ἐπεὰν [d] τοὺς κλυστῆρας πλήσωνται τῷ ἀπὸ τοῦ κέδρου ἀλειφατος γινομένου, ἐν ὧν ἔπλησαν τοῦ νεκροῦ τὴν κοιλίην, οὔτε ἀναταμόντες αὐτὸν, οὔτε ἐξελόντες τὴν νηδύν· κατὰ δὲ τὴν ὄδεψιν ἐσηθήσαντες, καὶ ἐπιλαβόντες τὸ κλύσμα τῆς ὀπίσω ὁδοῦ, ταριχεύουσι τὰς προκειμένας ἡμέρας· τῇ δὲ τελευταίῃ ἐξιεῖσι ἐκ τῆς κοιλίης τὴν [e] κεδρίην, τὴν ἐσῆκαν πρότερον· ἡ δὲ ἔχει τοσαύτην δύναμιν, ὥστε ἅμα ἐωυτῇ τὴν νηδὺν καὶ τὰ σπλάγχνα κατατετηκότα ἐξάγει· τὰς δὲ σάρκας τὸ νίτρον κατατήκει· καὶ δὴ λείπεται τοῦ νεκροῦ τὸ δέρμα μοῦνον, καὶ τὰ ὀστέα. ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, ἀπ' ὧν ἔδωκαν οὕτω τὸν νεκρὸν, οὐδὲν ἔτι πρηγματευθέντες. Ἡ δὲ τρίτη ταρίχευσίς ἐστι ἥδε, [f] ἣν τοὺς χρήμασι ἀσθενεστέρους σκευάζει. συρμαίῃ διηθήσαντες τὴν κοιλίην, ταριχεύουσι [g] τὰς ἑβδομήκοντα ἡμέρας, καὶ ἔπειτα ἀπ' ὧν ἔδωκαν ἀποφέρεσθαι. Τὰς δὲ γυναῖκας τῶν ἐπιφανέων ἀνδρῶν, ἐπεὰν τελευτήσωσι, οὐ παραυτίκα διδοῦσι ταριχεύειν, οὐδὲ ὅσας ἂν ὦσι εὐειδέες κάρτα καὶ λόγου [h] πλεῖνος γυναῖκες· ἀλλ' ἐπεὰν τριταῖαι ἢ τεταρταῖαι γένωνται, οὕτω παραδιδοῦσι τοῖσι ταριχεύσι. τοῦτο δὲ ποιέουσι οὕτω τοῦδε [i] εἵνεκα, ἵνα μή σφι οἱ ταριχευταὶ [k] μίσγωνται τῇσι γυναιξί. λαμφθῆναι γάρ τινά φασι μιαγόμενον νεκρῷ προσφάτῳ γυναικός· [l] κατιπεῖν δὲ τὸν ὁμότεχνον. Ὅς δ' ἂν ἢ αὐτῶν Αἰγυπτίων ἢ ξείνων ὁμοίως ὑπὸ κροκοδείλου ἁρπαχθεὶς, ἢ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ φαίνηται [m] τεθνηὼς, κατ' ὃν δ' πόλιν ἐξενειχθῇ, τούτους πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ ταριχεύσαντας αὐτὸν, καὶ πεμτίλαντας ὡς κάλλιστα, θάψαι ἐν ἱρῇσι θήκῃσι. οὐδὲ θάψαι ἔξεστι [n] αὐτοῦ ἄλλον οὐδένα οὔτε τῶν προσηκόντων, οὔτε τῶν φίλων· ἀλλά μιν οἱ ἱρέες αὐτοὶ οἱ τοῦ Νείλου, ἅτε πλέον τι ἢ [o] ἀνθρώπου νεκρὸν, χειραπτάζοντες θάπτουσι. Ἑλληνικοῖσι δὲ νομαίοισι [p] φεύγουσι χρᾶσθαι· τὸ δὲ σύμπαν εἰπεῖν, μηδ' ἄλλων μηδαμῶν μηδαμῶν ἀνθρώπων νομαίοισι. οἱ μέν νυν ἄλλοι Αἰγύπτιοι οὕτω τοῦτο φυλάσσουσι. [q] ἔστι δὲ Χέμμις πόλις μεγ-

a Ἐσεργνύουσι *Arcb. Vind.* b Θηβαίῳ *Ask.*, in *Arcb. V.* ἐν οἰκήματι — νεκροὺς desiderantur. Mox βουλομένους *Vind.*, alii βουλευομ. c Πολυτελείην *Arcb. V. Ask.*, tum φεύγοντας *Pasf.* cum *M.* et ora *Steph.*; vulgo ἐκφεύγοντας. d *Med. Ask. Pasf.*, ceteris articulus abest. Vide *Polluc.* x, 150. Statim ἀπὸ κέδρου *Ask. Arcb. Vind. Pasf.* e Κέδρην *V. Arcb.* f Defit ἣ *Arcb. V.*, συρμαίην habet hinc *Pollux* I, 247. et *Suidas* Voc. g *M. Ask. Pasf.*, τὰς omittunt alii. h Πλεῦνες *Arcb.* i Εἵνεκεν *Pasf. Ask.* tum λαφθῆναι *Pasf.* k Μίσγονται *V. Arcb.* l *M. Ask. Pasf.*, κατεῖπε *Vind. Arcb.*, κατεῖπαι *Ald. Paris. B.* et alii. m Τεθνεὼς *Ask.* n Αὐτῷ *Arcbi V.* o *Pasf. M. Ask.*, qui mox χειραπάζοντες, prave. Vulgo ἄνθρωπον. p Non legit *Arcb.* nec *Vind.*, nec mox μηδαμῶ. q Ἔτι *V. Arcb.*, tum Χέμμις, *Ask.* πόλις abest.

ficavi *Mumias* tantae omnes vetustatis non videri, ac censentur pasim. Οἱ Αἰγύπτιοι scribit τὰ τῶν τελευτώντων σπυδαίων σώματα, καὶ μάλιστα τῶν ἁγίων μαρτύρων, φιλοῦσι μὲν θάπτειν καὶ περιελίσσειν ὀθονίοις· μὴ κρύπτειν δὲ ὑπὸ γῆν, ἀλλ' ἐπὶ σκιμποδίων τιθέναι, καὶ φυλάττειν ἔνδον παρ' ἑαυτοῖς, vitae S. Antonii C. 90. p. 862.

53. Ἐν οἰκήματι θηκαίῳ] Ne *Salmasius* quidem alibi, opinor, legerat οἴκημα θήκαιον, quod mihi oppido mirum videtur. Fac in antiqua membrana reperiri οἰκηματηκαίῳ· litera interserta legem ego quam vocant Criticam migrarem, atque ignotae notissimam vocem substituendo legerem: ἐν οἰκήματι καινῷ ἑστάντες ὀρθὸν πρὸς τοῖχον· neque aliter legisse suo tempore suspicor *Diodorum Siculum*, cuius eadem de re verba sunt L. I, c. 92. καινὸν οἴκημα ποιοῦσι κατὰ τὴν ἰδίαν οἰκίαν, καὶ πρὸς τὸν ἀσφαλέστατον τῶν τοίχων ὀρθὴν ἑστᾶσι τὴν λάρνακα· hanc dixerat *Herodotus* ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα· οἴκημα more satis usitato vocant *conclave*. VALCKEN.

55. Τὰ μέσα βουλομένους] Sequor *Vindob.*, nam *Porti* commentum, βουλευμένους *Poët. et Ionic. pro communi* βουλομένους, fundamento destituitur. Cognitissima est confusio utriusque verbi VI, 66. atque alibi. Supra C. 86. κατὰ ἥν τινα ΒΟΥΛΟΝΤΑΙ σφι σκευασθῆναι &c. Mox τὴν τε πολυτελῆ̃ην praeferrem. Hoc amplius, *T. Fabri* emendationem καὶ ἐπιβαλόντες τὸ κλύσμα contudit repressitque *Gronovius*, cuius observatis adstrue *Abreschii* Dilucid. Thucyd. p. 468.

81. Ὑπὸ κροκοδείλου ἁρπαχθείς] Exploratum si foret, abreptos a crocodilo capacem eius in ventrem semper et statim demergi, prorsus haec intricata atque inplicita durarent, quorsum doctissimi viri observatio porrigitur Miscell. Lipsi. Vol. VII. p. 634. At id nec liquet, nec fit vero adsimile. *Iosephi* iusta defensio est, huc pertinens, *Nos asinis*, ait, *neque bonorem – damus, sicut Aegyptii crocodilis et aspidibus: quando eos, qui ab istis mordentur, et a* CROCODILIS RAPIUNTUR, ἁρπαχθέντες ὑπὸ κροκοδείλων, *felices et deo dignos arbitrantur* C. Apion. II, 7. p. 475.

91. Ἔστι δὲ Χέμμις πόλις] *Hesychio* Κέμμις, πόλις Αἰγύπτου. Eadem, quae Πανὸς Graecis πόλις, teste *Diodoro* I, 18. Superest urbs, nec multum discrepat titulus *Achmin* sive *Ichmin*, quo nota nunc est apud *Golium* ad Alfergan. p. 102., et uberius in Pantheo AEgypt. *Iablonskii* L. II, 7. 294. Mox πέριξ δὲ αὐτὸ tueri se potest I, 196. II, 29.

Origo Perſei. Coniugium probant AEgyptii. Loti uſus, et bybli.

μεγάλη νομῷ τῷ Θηβαϊκῷ, ἐγγὺς Νέης πόλιος. ἐν ταύτῃ τῇ πόλι ἐστὶ [a] Περσέος τοῦ Δανάης ἱρὸν τετράγωνον· πέριξ δὲ [b] αὐτὸ φοίνικες πεφύκασι. τὰ δὲ πρόπυλα τοῦ ἱροῦ λίθινά ἐστι, κάρτα μεγάλα· ἐπὶ δὲ αὐτοῖσι ἀνδριάντες δύο ἑστᾶσι λίθινοι μεγάλοι. ἐν δὲ τῷ περιβεβλημένῳ τούτῳ νηός τε ἔνι, καὶ ἄγαλμα ἐν αὐτῷ ἐνέστηκε Περσέος. οὗτοι οἱ [c] Χεμμῖται λέγουσι τὸν Περσέα πολλάκι μὲν ἀνὰ τὴν γῆν φαίνεσθαί σφι, πολλάκι δὲ ἔσω τοῦ ἱροῦ· σανδάλιόν τε αὐτοῦ πεφορημένον εὑρίσκεσθαι, εὸν τὸ μέγαθος, δίπηχυ. τὸ ἐπεὰν φανῇ, [d] εὐθηνέειν ἅπασαν [e] Αἴγυπτον. ταῦτα μὲν λέγουσι. ποιεῦσι δὲ τάδε Ἑλληνικὰ τῷ Περσέϊ· ἀγῶνα γυμνικὸν τιθεῖσι διὰ πάσης ἀγωνίης ἔχοντα· παρέχοντες ἆεθλα, κτήνεα, καὶ χλαίνας, καὶ δέρματα· εἰρομένῳ δέ μευ ὅτι σφι μούνοισι ἔωθε ὁ Περσεὺς ἐπιφαίνεσθαι, καὶ ὅτι κεχωρίδαται Αἰγυπτίων τῶν ἄλλων, ἀγῶνα γυμνικὸν τιθέντες; ἔφασαν τὸν Περσέα ἐκ τῆς ἑωυτῶν πόλιος γεγονέναι. τὸν γὰρ Δαναὸν καὶ τὸν Λυγκέα, ἐόντας Χεμμίτας, ἐκπλῶσαι ἐς τὴν Ἑλλάδα. ἀπὸ δὲ τούτων γενεηλογέοντες, κατέβαινον ἐς τὸν Περσέα. ἀπικόμενον δὲ [f] αὐτὸν ἐς Αἴγυπτον, κατ' [g] αἰτίην, τὴν καὶ Ἕλληνες λέγουσι, οἴσοντα ἐκ Λιβύης τὴν Γοργοῦς κεφαλήν, ἔφασαν ἐλθεῖν καὶ παρὰ σφέας, καὶ ἀναγνώσαντας τὰς συγγενέας πάσας· ἐκμεμαθηκότα δέ μιν, ἀπικέσθαι ἐς Αἴγυπτον, τὸ τῆς [h] Χέμμιος οὔνομα πεπυσμένον παρὰ
121 τῆς μητρός· ἀγῶνα δέ οἱ γυμνικὸν αὐτῷ κελεύσαντος, ἐπιτελέειν. Ταῦτα μὲν πάντα οἱ καλύπτρῃ τῇ ἐλέων οἰκέοντες Αἰγύπτιοι νομίζουσι. οἱ δὲ δὴ ἐν τοῖσι [i] ἕλεσι κατοικημένοι, τοῖσι μὲν αὐτοῖσι νόμοισι χρέωνται τοῖσι καὶ οἱ ἄλλοι Αἰγύπτιοι· καὶ τἆλλα, καὶ γυναικὶ μιῇ ἕκαστος αὐτέων συνοικέει, κατάπερ Ἕλληνες. ἀτὰρ πρὸς [k] εὐτελείην τῆς σιτίων τάδε σφι ἄλλα ἐξεύρηται· [l] ἐπεὰν πλήρης γένηται ὁ ποταμὸς, καὶ τὰ πεδία πελαγίσῃ, φύεται ἐν τῷ ὕδατι κρίνεα πολλὰ, τὰ Αἰγύπτιοι καλέουσι λωτόν. ταῦτ' ἐπεὰν [m] δρέψωσι, αὐαίνουσι πρὸς ἥλιον· καὶ ἔπειτα τὸ ἐκ τοῦ μέσου τοῦ λωτοῦ, [n] τῇ μήκωνι ἐὸν ἐμφερὲς, πτίσαντες, ποιεῦνται ἐξ αὐτῆς ἄρτους ὀπτοὺς πυρί· ἔστι δὲ καὶ ἡ ῥίζα τοῦ λωτοῦ τούτου ἐδώδιμος καὶ [o] ἐγλύσσει, ἐπισιτέως ἐὸν στρογγύλον, μέγαθος κατὰ μῆλον. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα κρίνεα ῥόδοισι ἐμφερέα, ἐν τῷ ποταμῷ γινόμενα καὶ ταῦτα· ἐξ ὧν ὁ καρπὸς ἐν ἄλλῃ κάλυκι παραφυομένῃ ἐκ τῆς [p] ῥίζης γίνεται κηρίῳ σφηκῶν ἰδέην ὁμοιότατον. ἐν τούτῳ τρωκτὰ ὅσον τε πυρὴν ἐλαίης ἐγγίνεται συχνά, τρώγεται δὲ καὶ ἀπαλὰ ταῦτα καὶ αὖα. τὴν δὲ βύβλον τὴν ἐπέτειον γινομένην, ἐπεὰν [q] ἀνασπάσωσι ἐκ τῶν ἑλέων, τὰ μὲν ἄνω αὐτῆς ἀποτάμνοντες, ἐς ἄλλο τι τράπεσι τὸ δὲ [r] κάτω λελειμμένον ὅσον τε ἐπὶ πῆχυν, τρώγουσι, καὶ πω-

oppidum grande Thebaicæ regionis, prope Neapolin: quo in oppido est templum Perſei, Danaæ filii, quadratum ac palmeto circumdatum; antefores huius templi ſunt e
95 ſaxis, valde magnæ; in his ſtant duæ grandes e lapide ſtatuæ. In hoc ambitu est templum, et in eo ſimulacrum Perſei: quem Chemmitæ memorant ſibi apparere frequenter intra templum: eiusque ſandalium, quod geſtabat, inveniri, bicubitali magnitudine: quod postquam apparuerit, exuberare omnem AEgytum. Hæc quidem aiunt. Celebrant autem Perſeo Græcanica hæc; gymnicos ludos faciunt per omne certandi genus, propoſitis præmiis tum pecorum, tum palliorum, tum
5 pellium. Percontanti autem mihi, cur eis ſolis conſuevisſet apparere Perſeus, et cur ab AEgyptiis aliis discreparent edendo gymnico certamine, aiebant, Perſeum ex ipsorum civitate esſe oriundum: Danaum enim et Lynceum, qui esſent Chemmitæ, enavigasſe
10 in Græciam: a quibus originem poſteritatis recenſentes deveniebant ad Perſeum. Hunc in AEgyptum profectum eam ob cauſam, quam et Græci dicunt, laturum ex Africa caput Gorgonis, aiebant venisſe quoque ad ipsos, ac cognatos omnes agnovisſe; ve-
15 nisſe vero edoctum, Chemmis ex matre audito nomine, in AEgyptum; et ſe ei, quod iusſisſet, gymnicum certamen celebrare. Hæc 92
omnia AEgyptii qui ſupra paludes incolunt pro inſtitutis habent. Qui vero in paludibus, u-
20 tuntur eisdem quidem, quibus ceteri AEgyptii, legibus, et tum alia, tum quod unusquisque ducit unam uxorem, quemadmodum Græci: ceterum ad victus facilitatem alia hæc ſunt eis excogitata. Siquidem quum fluvius est pleniſsimus et campi ſunt inſtar æquoris, in ipsa
25 aqua oritur ingens vis liliorum, quæ loton AEgyptii vocant. Ea ubi demesſuerunt, ad ſolem exſiccant: deinde quod medium loti est, papaveri asſimile, postquam pinſerunt, ex eo faciunt panes asſos igne. Est autem huius loti radix quoque eſculenta, etiam tempera-
30 te edulcat, orbiculatum, mali magnitudine. Sunt et alia lilia roſis ſimilia, et ipsa in flumine naſcentia: quorum fructus in alio folliculo adnaſcente ex radice, ſimillimus ſpecie est favo veſparum. In eo bellaria inſtar nuclei olivæ innaſcuntur denſa, quæ et
35 tenera comeduntur et arefacta. Iam vero byblum annuam ubi e paludibus extraxerunt, ſuperiorem eius partem amputantes in aliud quiddam convertunt; quod reliſtum est inferius, longitudine cubitali, id edunt, ac ve-

[a] Τοῦ Περσ. *Ask. Pasſ.* [b] Αὐτὸ *Arcb. V.* [c] Χεμῖται et iterum *Ask. Arcb. V.* Conferˆ *Steph. Byz.* in Voc., ubi his utitur, moxque πολλάκις cum *Pasſ. Arcb. V.* et brevi post. [d] Εὐθυνέειν *Ald.* Paullo ante σανδάλιον citat hinc *Pollux* VII, 86. [e] *Vind. M. Ask. Arcb. Pasſ.*, ceteri τὴν Αἰγ. [f] Ἐς Αἰγ. αὐτὸν *Arcb.* [g] *Arcb. V. Rem. Paris. B. Aldus*, αἰτίην ἣν *M. Ask. Pasſ.* [h] Χέμιος *Ask.* mox πεπασμ. *Arcb.*. prave. [i] Ἑλλησι *Vind.* [k] Ἐυτελείην *Arcb. Vind.* [l] Exſcripsit *Euſtath.* ad *Hom.* p. 1616, 46. [m] *Arcb. V. Rem.* ora *Steph. Pasſ. M. Ask. Euſtath.*, vulgo δρέψωντα· vide *Gronov.* Mox ἐκ μέσου *V. Pasſ. Arcb.*, ceteri ἐκ τοῦ μ. Lege II, 97. [n] *Arcb. Ald. V. R. Euſtath.*, τῷ *M. Pasſ. Ask.*, tum πτίσαντες *V.* et *Euſtath.* loco indicato et Il. Δ. p. 481, 30., πτύσαντες *Arcb.*, reliqui cum Edd. ὀπτήσαντες. [o] *Pasſ. M. Ask.* et *Heſych.* ἐγγὺς εἰ *Arcb. V.*, ἐγγλύσει cum *Ald. Paris. C.* Schol. *Pasſ.* ἐγγλυκάζει. [p] Γῆς *V. Arcb. Valla.* [q] Σπάσωσιν *Arcb. V.* [r] Καταλελ. *Arcb.*

100. Σανδάλιόν τε αὐτοῦ] Veri fidem menſura longe excedit, et par tamen Herculei pedis modulus III, 81. Quo quidem in genere quid ſibi veteres indulſerint, poëtae declarant, nec opus indicio est. αὐτοῦ *Reiskius* αὐτῷ esſe iubet, quod equidem, ſi ſchedae addicerent, non recuſarem.

5. Καὶ δέρματα] Legebat vir doctus δέβρια *torques*, incertus dubiusque de torquibus et pellibus, quae certantibus praemia victoriae fuerint. Succurret, ne δέρματα male oleant, *Homerus* Il. X, 159.

——— ἐπεὶ οὐκ ἱερήϊον οὐδὲ BOEIHN
Ἀρνύσθην, ἅ, τε ποσσὶν ἀέθλια γίνεται ἀνδρῶν·

In quae *Scholiaſtes* a *Valckenario* editus, τὸ γὰρ παλαιὸν ἐν ἀγῶσι ΒΤΡΣΑΣ ἔδιδουν ἔπαθλον. Superiora διὰ πάσης ἀγωνίας ἔχοντα haud ſcio an verti debeant, *in omni certaminum genere eminentes*, quo modo διὰ πάντων τῶν βασιλήων VI, 63. et διὰ πάντων φασμάτων VIII, 37. Tale et διὰ πάντων τῶν Ἑλλήνων μάλιστα *Dionis Chryſ.* Or. XXXVII. p. 458., male ſollicitatum a *Seldeno*.

28. Τῇ μήκωνι ἐὸν ἐμφερές] Atticorum et Ionum est ἡ μήκων auctore *Dionyſio* in *Euſtath.* Comment. p. 1390, 50. Optime *Salmaſius* et eius exemplo *Bod. a Stapel* ad *Theophraſti* Hiſt. Plant. IV, 4. p. 447. πτίσαντες ποιεῦνται, quomodo in MSS. et *Euſtathius*. Prius certe est pinſere, quam panem coquere, neque locum hic habet mos torrendi farris, priusquam panis ex eo fiat.

41. Ἐκ

venundant: et ſiqui admodum utili byblo uti cupiunt, in luculento furno torrefactam ita comedunt. Sunt præterea ex eis, qui ſolis piſcibus victitant; quos ubi ceperunt, exenteratos ad ſolem ſiccant, ſiccatisque deinde
93 vescuntur. In fluminibus non fere gignuntur pisces gregales; ſed qui nutriuntur in ſtagnis, hæc faciunt. Simulac incesſit eis libido gignendi, gregatim in mare enatant, ducibus maſculis genituram ſpargentibus, quam feminæ conſectantes abſorbent, et ex ea concipiunt. Eædem ubi repletæ in mari ſunt, remeant ſinguli rurſus ad loca ſibi conſueta, non amplius iisdem anteeuntibus, ſed feminarum est ducatus. Gregatim autem præeuntes, faciunt quemadmodum fecerant mares, ova fundentes inſtar milii parva, quæ mares ſequentes deglutiunt. Sunt autem ea milii grana, piſces: quum ex granis, quæ manent integra, nec abſorbentur, ſed ubi ſunt nutrita, piſces fiant. Ex his piſcibus qui capiuntur, dum in mare exeunt, capitum ſiniſtram partem attriti apparent: qui autem retro remeantes, dextram habent attritam; idque ea de cauſa patiuntur, quod in mare tendunt, a ſiniſtra terram legentes; et rurſus revertentes, eandem oram ſtringunt, incurſantes tangentesque validiſſime, ne itinere aberrent propter aquæ decurſum. Nilo incipiente augeſcere, in primis cava terræ et lacunæ fluvio proximæ impleri incipiunt, percolante aqua ex flumine, et tum hæc ſtatim plena fiunt, tum continuo cuncta piſciculis minutis opplentur. Vnde autem veriſimile fit eos gigni, hoc mihi videor intelligere; ſuperiore anno postquam Nilus abscesſit, piſces qui ova in cæno pepererant, una cum postrema abeunt aqua: circumacto rurſus tempore, ubi aqua reſtagnavit, protinus ex his ovis gignuntur piſces.

πωλέυσι. [a] οἱ δὲ ἂν καὶ χάρτα βύλωνται χρῆσθαι τῇ βύβλῳ χρᾶσθαι, ὀπτῶ[b] χλιβάνῳ διαφανεῖ[c] πνίξαντες, οὕτω τρώγυσι. οἱ δέ τινες αὐτῶν ζῶσι ἀπὸ τῶν ἰχθύων μόνων· τοὺς ἐπὰν λάβωσι, καὶ ἐξέλωσι τὴν κοιλίην, ἀναίνυσι πρὸς ἥλιον, καὶ ἔπειτα αὖυς ἑόντας σιτέονται. οἱ δὲ ἰχθύες οἱ ἀγελαῖοι[d] ὀρμὲν τοῖσι ποταμοῖσι οὐ μάλα γίνονται· τρεφόμενοι δὲ ἐν τῇσι λίμνῃσι, τοιάδε[e] ποιεῦσι. ἐπὰν σφέας ἐσίῃ οἶστρος χυίσκεσθαι, ἀγεληδὸν ἐκπλώυσι ἐς τὴν θάλασσαν· ἡγέονται δὲ οἱ ἔρσενες, ἀποῤῥαίνοντες τοῦ θοροῦ· αἱ δὲ, ἑπόμεναι[f] ἀναχάπλυσι, καὶ ἐξ αὐτοῦ κυίσκονται· ἐπὰν δὲ πλήρεες γένωνται ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἀναπλώυσι ὀπίσω ἐς ἤθεα τὰ ἑωυτῶν ἕκαστοι· ἡγέονται μέντοι γε ὐκέτι οἱ αὐτοὶ, ἀλλὰ τῶν ἐ θηλέων γίνεται ἡ ἡγεμονίη. ἡγεύμεναι δὲ ἀγεληδὸν, ποιεῦσι οἷόν περ ἐποίευν οἱ ἔρσενες. τῶν γὰρ ὠῶν ἀποῤῥαίνυσι κατ' ὀλίγυς τῶν κέγχρων· οἱ δὲ[h] ἔρσενες καταπίνυσι ἑπόμενοι. εἰσὶ δὲ οἱ κέγχροι οὗτοι, ἰχθύες. ἐκ δὲ τῶν περιγινομένων καὶ μὴ καταπινομένων κέγχρων οἱ τρεφόμενοι ἰχθύες γίνονται. οἱ δ' ἂν αὐτέων ἁλῶσι ἐκπλώοντες ἐς θάλασσαν, φαίνονται τετριμμένοι τὰ ἐπαριστερὰ τῶν κεφαλέων. οἱ δ' ἂν ὀπίσω ἀναπλώοντες, τὰ ἐπιδεξιὰ τετρίφαται. πάσχυσι δὲ ταῦτα διὰ τόδε· ἐχόμενοι τῆς γῆς ἐπ' ἀριστερὰ καταπλώυσι ἐς θάλασσαν, καὶ ἀναπλώοντες ὀπίσω, τῆς αὐτῆς ἀντέχονται ἐγχριμπτόμενοι, καὶ ψαύοντες ὡς μάλιστα, [i] ἵνα μὴ ἁμάρτοιεν τῆς ὁδῦ διὰ τὸν ῥόον. ἐπὰν δὲ πλησθύσθαι ἄρχηται ὁ Νεῖλος, τά τε κοῖλα τῆς γῆς, καὶ τὰ τέλματα, [k] τὰ παρὰ τὸν ποταμὸν, πρῶτα ἄρχεται πίπλασθαι, διηθέοντος τῦ ὕδατος ἐκ τῦ ποταμῦ· καὶ αὐτίκα τε πλέα γίνεται ταῦτα, καὶ παραχρῆμα ἰχθύων σμικρῶν πίπλαται πάντα. [l] κόθεν δὲ εἰκὸς αὐτὺς γίνεσθαι, ἐγώ μοι δοκέω καταμαθεῖν τῦτο. τῦ προτέρυ ἔτεος ἐπὰν ἀπολίπῃ ὁ Νεῖλος, οἱ ἰχθύες [m] ἐκτεκόντες ὠὰ ἐς τὴν ἰλὺν, ἅμα τῷ ἐσχάτῳ ὕδατι ἀπαλλάσσονται· ἐπὰν δὲ περιελθόντος τῦ χρόνυ πάλιν ἐπέλθῃ τὸ ὕδωρ,

[a] Οἱ δὲ ἐὰν *Ask. Paſ.*, οἱ δὲ καὶ ἂν βουλ. κάρτα *Vind. Arcb.*, tum βύβλῳ ſine τῇ. [b] *Euſtath.* p. 975, 52. et *Athen.* III. p. 110. C. [c] *Heſych.* in voce; mox μοῦνον *Arcb. V.* [d] Haec quatuor ignorat *Arcb.* [e] *M. Ask. Paſ.*, ποιέονται *Arcb.*, ποιέουσι *Edd.* cum *Paris. B.*, ſtatim ἶσρος *V. Arcb.* [f] Ἀναλάμπτουσι *Ald.* et *Rem.* Gloſſa *Paſ.* κατεσθίουσι· vide *Ariſtotel.* III. Gener. Anim. C. 5. [g] *V. Arcb.* et ἡγεύμενοι. θηλεῶν *Ald.* et *Edd.* [h] Ἐῤῥένες *Arcb.* ἔρνεες *V.*, tum ἐρχόμενοι cum *Ald.* et *Paris. B. C.* Editum est *Med. Ask. Paſ.* Mox omnes *Edd.* ἐπ' ἀριστερὰ et ἐπὶ δεξιὰ, diſiunctim. [i] *M. Ask. Paſ.*. ceteri ἵνα δὴ μή. Statim πλήθεσθαι *Arcb. V.* haud male. [k] Τὰ deſit *Arcb. V. Paſ.* tum πίπλασθαι *M.*, at πίμπλασθαι *Paſ. Ask. V. Arcb. Ald. Paris. B.*, et mox. [l] Ὄθεν δεύτερον εἰκ. *Arcb. Vind.* [m] Ἐντεκόντες *Ask.*, οἱ τεκόντες *Arcb. V.*

41. Ἐν χλιβάνῳ διαφανεῖ] Interpres *in furno luculento*, i. e. bene candente et ignito. Λίθους ἐκ πυρὸς διαφανέας habemus IV, 73., διαπύρους καὶ διαφανεῖς in *Plut.* Opuſc. p. 1006. Ed. *H. Stepb.* Haec *Reiskius.* In gloſſis *Erotiani* διαφανέσι, διαπύροις, ac ſaepe *Hippocrates.* Vetus ſcriptor in Τηκτὰ *Suidae*, καὶ τὴν σιδηρῖτιν γῆν, ἣν πυρὶ πολλῷ ΔΙΑΦΑΝΗ ἐργασάμενοι. Tantilla res neglecta conturbavit viri egregii rationes, commentantis, *in furno* διαφανεῖ *quod quid ſit neſcio, niſi dicamus intelligi vitrea ista vaſa, quibus radices, fructus, flores, berbae, deſtillantur, quae vulgo dicuntur Alambica* Obſervat. in *Polycarp.* Epiſt. p. 611. Πνίξαντες, ad quod itidem adhaeſit, recte in *Heſychio* ὀπτήσαντες.

49. Ἐπόμεναι ἀνακάπτουσι] *Aldinum* et *Remig.* ἀναλάμπτουσι natum est ex ἀναλάπτουσι, quod etsi rei non male reſpondeat, poſterius vulgato manet. *Ariſtoteles*, explodens hanc in piſcium generatione fabellam, τὸν ἐυήθη λόγον — ὅνπερ καὶ Ἡρόδοτος ὁ μυθολόγος, ὡς κυϊσκομένων τῶν ἰχθύων ἐκ τοῦ ΑΝΑΚΑΠΤΕΙΝ τὸν θερόν. Editur ἀνακάμπτειν, quod *Laurentio* et hic repertum fraudi fuit: ſcripturae in Philoſopho vitium *Sylburgius* non neglexit.

49. Ἀνακάπτουσι] Legitur Ἀνακάψαι in *Ariſtoph.* Av. v. 580. et in *Schol.* ad v. 1550. reſtitui poterit *Hermippo:* Ἐγὼ δ' ἀνέκαψα, λαθών γε τὴν διφῃφόρον· niſi quis ἐνέκαυσα cenſeat praeferendum: vulgata, ſenſu caſſa; Ἐγὼ δ' ἕνεκα ψαλάθων τὴν διφροφόρον *Meurſium* non videntur offendiſſe in Panathen. p. 40. Si forte legeretur in Cod. *Herodoti* ἅμα τε κάπτουσι καὶ ἐξ αὐτοῦ κυίσκονται, hoc vulgato non poſtponerem; quia de piſcibus ſimplex ferme tantum κάπτειν adhibetur: in *Gloſſ. Herod.* vulgatur Κάπτοντες, ἀποδεχόμενοι. Κάψει πίνειν, e *Plinio*, *morſu bibere Caſaub.* interpretabatur Anim. in *Athen.* p. 669. Eximia notavit *Tib. Hemſterhuſius* ad *Ariſtoph.* Plut. p. 314. et ſeqq. *Sophron Athen.* VII, p. 286. D. et 323. A. Κέφραι βότιν κάπτουσαι. In *Eratoſthenis* Cataſt. c. 38. ὁ μέγας —— ἰχθὺς, ὃν καὶ πιεῖν —— coëant literae male distractae: ὃν κάπτειν λέγουσι τὸ ὕδωρ τῆς τοῦ ὑδροχόου ἐκχύσεως· non aliter in ſuis reperere libris *Theon* et interpretes Latini: vid. *Schol.* in *Arati* Phaen. v. 386. ubi pro κάμπτειν recte κάπτειν iam ſcribebat *Scaliger* ad *Manil.* p. 62. *Hygin.* P. A. II, c. 41. *Hic videtur ore aquam excipere a ſigno aquarii. Schol. German.* p. 134. *Piſcem dicunt aquarii urnae habere* (l. *bibere*) *effuſionem.* VALCKEN.

55. Κατ' ὀλίγους τῶν κέγχρων] Putes hanc ad formam eſſe IV, 181. τρύφεα κατὰ χόνδρους μεγάλους. Certe minuta et pauca grana, quae mox pisculos interpretatur, femellas eructare docetur. Quae ſubduntur autem de piscibus in mare nantibus et redeuntibus, verum et in thynnis, Pontum verſus pergentibus quodammodo apud *Athen.* VII. p. 301. E. ex *Ariſtotele* Hiſt. Anim. VIII, 13. Mox *Reiskius* οἱ δ' αὖ ὀπίσω praefert. Ego vero fidenter cum *Valckenario* ἐπαριστερὰ τῶν κεφαλέων et τὰ ἐπιδεξιὰ recepi ex IV, 191. Nam ἐπ' ἀριστερὰ et ἐπὶ δεξιὰ, ut edebatur, hic non quadrat, et error est ſcribarum. Non diſſimilis confuſio VI, 32.

70. Πίπλαται πάντα] Probo *Medic.*, cui plerique adſentiuntur I, 212., et IV, 72. Solent alioqui in verbi ſcriptura, ſicuti notum, diſcordes eſſe. De piscium ſubita, aquis Nili increſcentibus, origine alii aliter. *Arch.* οἱ ἰχθύες, οἱ τεκόντες ὠὰ —— paene iustum et legitimum opinor.

Sillicypria præbent materiam lucernis pro oleo. Retia adversus culices. Navis vectoriæ fabrica.

ὕδωρ, ἐκ τ ὠῶν τούτων παραυτίκα γίνονται [a] οἱ ἰχθύες. καὶ περὶ μὲν τοὺς ἰχθῦς οὕτω ἔχει. Ἀλείφατι δὲ χρέωνται Αἰγυπτίων οἱ περὶ τὰ ἕλεα οἰκέοντες, ἀπὸ τ σιλλικυπρίων τῦ καρπῦ, τὸ καλεῦσι μὲν Αἰγύπτιοι [b] κίκι· ποιεῦσι δὲ ὧδε· παρὰ τὰ χείλεα τ τε ποταμῶν καὶ τ λιμνέων σπείρουσι τὰ σιλλικύπρια ταῦτα, [c] τὰ ἐν Ἕλλησι αὐτόματα ἄγρια φύεται. ταῦτα ἐν τῇ Αἰγύπτῳ σπειρόμενα, καρπὸν φέρει πολλὸν μὲν, δυσώδεα δέ. [d] τοῦτον ἐπεὰν συλλέξωνται, οἱ μὲν κόψαντες ἀπιπτῦσι· οἱ δὲ καὶ φρύξαντες ἀπέψυσι, καὶ τὸ ἀπορρέον [e] ἀπ' αὐτοῦ συγκομίζονται. ἔστι δὲ πῖον, καὶ οὐδὲν ἧσσον τῦ ἐλαίου τῷ λύχνῳ προσηνές· ὀδμὴν δὲ βαρέαν παρέχεται. Πρὸς δὲ τὺς κώνωπας ἀφθόνους ἐόντας τάδε σφί ἐστι μεμηχανημένα· τὺς μὲν τὰ ἄνω τ ἑλέων οἰκέοντας οἱ πύργοι ὠφελέουσι, ἐς οὓς ἀναβαίνοντες [f] κοιμέονται· οἱ γὰρ κώνωπες ὑπὸ τῶν ἀνέμων οὐκ οἷοί τέ εἰσι ὑψοῦ πέτεσθαι. τοῖσι δὲ περὶ τὰ ἕλεα οἰκέουσι τάδε ἀντὶ τῶν πύργων ἄλλα μεμηχάνηται. πᾶς ἀνὴρ αὐτέων ἀμφίβληστρον [g] ἕκτηται, τῷ τῆς ἡμέρης μὲν ἰχθῦς ἀγρεύει, τὴν δὲ νύκτα αὐτῷ χρᾶται ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ· περὶ ταύτην ἵστησι τὸ ἀμφίβληστρον· καὶ ἔπειτα ἐνδὺς ὑπ' αὐτῷ, καθεύδει· οἱ δὲ κώνωπες, ἢν μὲν ἐν ἱματίῳ [h] ἐνελιξάμενος εὕδῃ, ἢ σινδόνι, διὰ τούτων δάκνουσι· διὰ δὲ τοῦ δικτύου οὐδὲ πειρῶνται [i] ἀρχήν. Τὰ δὲ δὴ πλοιάσφι, τοῖσι φορτηγέουσι, ἔστι ἐκ τῆς ἀκάνθης ποιεύμενα, τῆς ἡ μορφὴ μέν ἐστι [k] ὁμοιοτάτη τῷ Κυρηναίῳ λωτῷ· τὸ δὲ δάκρυον, κόμμι ἐστί. ἐκ ταύτης ὦν τῆς ἀκάνθης [l] κοψάμενοι ξύλα ὅσον τε διωρύχεα, πλινθηδὸν συντιθεῖσι, [m] ναυπηγεύμενοι τρόπον τοιόνδε· περὶ γόμφους πυκνοὺς καὶ μακροὺς περιείρουσι τὰ διωρύχεα ξύλα· ἐπεὰν δὲ τρόπῳ τούτῳ ναυπηγήσωνται, ζυγὰ ἐπιστολῆς 123 [n] τείνουσι αὐτῶν· νομεῦσι δὲ οὐδὲν χρέωνται· ἔσωθεν δὲ τὰς [o] ἁρμονίας ἐν ὧν ἐστάκτωσαι τῇ βύβλῳ· πηδάλιον δὲ

ces. Et circa piſces quidem ita ſe res habet. Porro AEgyptii qui paluſtria accolunt, unguento utuntur ex fructu ſillicyprioruм, quod appellant AEgypti κικι, hunc in modum conficientes. Sillicypria hæc, quæ apud Græcos ultro agreſtia naſcuntur, ad labra fluminum ſtagnorumque AEgyptii ſerunt, eaque in AEgypto multum quidem fructum ferunt, ſed graveolentem. Hunc ubi collegerunt, alii tuſum exprimunt, alii frictum coquunt, et quod ex eo defluit excipiunt, pingue quiddam, et non minus ad lucernam idoneum quam oleum, ſed graveolentiam exhibens. Sunt autem adverſus culices, quorum magna vis est, hæc ab eis excogitata. Illos quidem qui ſupra paludes incolunt, iuvant turres, quas dormituri ascendunt; nam culices ventus prohibet in alto volare. At qui circa paludes habitant, alia turrium vice ſunt machinati, hæc videlicet: ſinguli ſuum habent rete, quo per diem piſces capiunt, eodem noctu utuntur ad cubile, in quo requieſcunt. Circundant illud reti: deinde ingreſſi ſub illo ſomnum capiunt; qui ſi in veste involuti aut in ſindone dormirent, eos per ista culices morderent: per retia vero omnino nec conantur. Naves eorum vectoriæ ſunt factæ e ſpina, cuius figura ſimillima est loto Cyrenæo, et cuius lacryma gummi est. Ex hac igitur ſpina ligna cædentes fere bicubitalia, more laterum componunt, hoc modo navem fabricantes: ligna hæc bicubitalia circum denſos ac longos ſtipites circumnectunt; ubi hunc in modum compegerunt, deſuper transtra in illis tendunt. Coſtis nequaquam utuntur, ſed introrſum compages byblo inferciunt. Gubernaculum unum

[a] *Paſ. M. Ask. Arcb. V.*, qui tamen ambo ἰχθύες οὗτοι, uti *Ald.*, in quo praeterea περὶ μὲν τῶν ἰχθύων, ut *Edd.* alii. Mox Αἰγύπτιοι οἱ *Arcb. V.* [b] *Arcb. V. Rem. Paris. C. Ald.* et hoc ex loco *Strabo* XVII. p. 1179., τήκι *Paſ. M. Ask.* [c] *M. Ask. Vind. Paſ. Arcb.*, ſed qui ἐν ἕλεσι· vulgo τὰ γὰρ ἐν. [d] Τούτων *Arcb. V.* ſtatim ora *Stepb.* ἀπειτοῦσι, ἀπητοῦσι *Ask.* [e] *Med. Paſ. Ask.*, ἀπ' deest aliis. Porro συγκομίζουσι *Arcb. Vind. f. Ald. Paris. B. Rem.* cum *Edd.*, alii ut *M. Ask. Arcb.* κοιμῶνται ſpecie Ionica ſpreta. [g] Κέκτηται *M. Paſ.*, in aliis ἔκτηται cum *Aldo*; tum τῆς μὲν ἡμ. *Paſ. Ask. Arcb. V.* in aliis cum *Ald.* ἡμέρης μὲν. [h] *Paſ. M. Ask.*, ἐλιξάμενος *Ald. Paris. B. Vind.*, ἐιλιξ. *Arcb.*, et paullo ante ὑπ' αὐτὸ ſicuti *V.* [i] Τὴν ἀρχ. in *Arcb.* [k] *V. Arcb. Stepb.* ora, *Paſ. M. Ask.* Vulgo ὁμοίη. [l] Διπήχαια *Arcb.* et mox. [m] Ἀπηγεύμενοι *Ask.* tum τοιοῦτονδε *V. Arcb.* Mox τῷ τρόπῳ *Ask. Paſ.* [n] *Ald. V. Rem. Arcb. Paris. B. C.*, τίνουσι *M. Ask. Paſ.*, perperam. Ἐπὶ πολλῆς *V. Arcb.* [o] *Euſtath.* in Odyſſ. p. 1532, 56. et *Heſych.* Ἐπάκτωσαν.

78. Καλεῦσι μὲν Αἰγύπτιοι κίκι] Nimia admiratio *Medic.* eiusque τήκι abſtulit a tramite *Gronovium*. Ecquis τὸ τήκι memoravit? Mitto *Codd.* concordem, ſi *Ask.* et *Paſ.* ſeponas, a *Florent.* diſſenſum: praetereo medicos, κίκι et expreſſum inde oleum ſaepe numero adhibentes: tum *Diodorum*, *Plinium*, etiam שמן קיק *oleum Kik*, et קיקיון Hebraeorum; quae a *Scaligero*, *Salmaſio* atque aliis depoſita in medium ſi nihili duxit, ut ſane flocci fecit Vir Cl., morari eum debuerat, omnibus *Codd.* prior, *Strabo*, illis, quae veriſime de AEgypto *Noſter* prodidit, accenſens καὶ τὸ κίκι ſive κίκκι, κάρπος, verba eius ſunt, τὶς σπειρόμενος ἐν ἀρούρκις XVII. p. 1179. Sed hoc habet. Incredibilis paene praeiudicatarum opinionum vis est, quae, niſi caute et conſulto agas, aciem ingenii et obfuscabit et obtundet. *Sillicypria*, ſive *Silicypria* explicat *Salmaſ.* in *Solin.* p. 704. Quod autem *Arcb.* τὰ ἐν ἕλεσι conſiderationem meretur. Supra C. 92. ἐν τοῖσι ἕλεσι ſcribit *Vindobon.* ἐν τοῖσι Ἕλλησι, prave citra dubium. Alibi eadem ſcriptionis converſio, qua de pluribus olim ad *Hieroclis* Synecdem. p. 726.

81. Αὐτόματα ἄγρια] Apollonius *Philoſtrati* p. 27. f. ἡδίω μοι, εἶπε, τὰ ἄγρια καὶ αὐτόματα λάχανα τῶν ἡναγκασμένων· neque tamen putem, *Herodotum* absque copula dediſſe duas voces, quarum altera prorſus eſſet ſuperflua: mihi videtur ad αὐτόματα aliquis interpretamenti loco adpoſuiſſe ἄγρια. Quae ſic ſponte ſua naſcerentur αὐτόματα φύεσθαι dicuntur VIII, c. 138. III, c. 100. Olim, ni fallor, voce aliter collocata, ſic L. IV, c. 74. legebantur ista: Ἔστι δὲ σφι κάνναβις αὐτομάτη φυομένη ἐν τῇ χώρᾳ· — ταύτης δὲ πολλῷ ὑπερφέρει ἡ κάνναβις αὕτη, ἢ καὶ σπειρομένη φύεται. VALCKEN.

83. Κόψαντες, ἀπιποῦσι] Laurentius *alii contuſum ad ignem — coquunt*. Melius *Salmaſius* in *Solin.* p. 686. *alii contuſum exprimunt, alii frictum excoquunt.* Ἀπιπτῦν est *exprimere*, uti ἐξιπτῦν *Dioscoridi* V, 85. et 89. καὶ ἐξιπώσας ἀνελτῦ τὸ ἀποβρυέν. Ἰπτῦν et ἐιπτῦν non diſſimili gaudent poteſtate; *Comici* Equ. v. 920. ἰπώμενος ταῖς εἰσφοραῖς docte illuſtravit *Hemſterh.* ad *Plutum* v. 816. Scholiastes *Paſſion.* ἀπιπτῦσι bene explicuit ἐκπιέζουσι.

94. Τὴν δὲ νύκτα αὐτῷ χρᾶται] *H. Steph.* in Prolegom. p. 741. aliter interſtinguit, non diſſentiente admodum *Gronovio*, quem vide. Malim quoque cum *Abreſchio* καὶ ἐπ. ἐνδὺς, ὑπ' αὐτῷ —. Conopeum operis erat reticulati, inſtarque ἀμφιβλήστρου. *Paullus Silentiarius:*

Καλλιγάμοις λέκτροις περικίδναμαι· εἶμι δὲ κεδνῆς
Δίκτυον οὐ Φοιβῆς, ἀλλ' ἀπελῆς Παφίης,

culte, *Florileg.* IV, 32, 2.

43. Καὶ προσάτας τοῦ ἐμπορίου] Naucratitae inter civitatis rectores ſuum ſibi Τιμοῦχον habuerunt apud *Athen.* IV, 13., ab his emporii praefectis, modo ne fallat Cl. *Edm. Chisbull* coniectura Antiq. Aſiat. p. 100., titulo tenus discrepantem. Ego dubito. Quam reipublicae partem Naucrati et Teii Τιμοῦχοι et Τιμουχέοντες curaverint, decerni non potest. Προσάται τοῦ ἐμπορίου, PRAEFECTOS MERKATORVM ex *Reines.* lapide Cl. V, 16. dicere liceat, conmuni plurium civitatium ſuffragio legebantur, ut negotiatorum rebus adtenderent, et arbitri eſſent litium, quales recentior aetas in portubus et emporiis, deſcriptos in *Conſolato del Mare* C. I. et ſeq., vidit et habet plures; fortaſſis etiam ſuperior. Fuit olim in Delo ΣΤΝΟΔΟΣ ΤΩΝ ΤΤΡΙΩΝ ΕΜΠΟΡΩΝ ΚΑΙ ΝΑΤΚΛΗΡΩΝ ap. *Sponium* Miſcell. Erud. Antiq. p. 344., cui ſuus utique praefectus. Athenis decem ἐπιμεληταὶ τοῦ ἐμπορίου quibus rebus curam inpenderint, docemur ab *Ariſtotele* apud *Harpocrationem* in Voc.

58. Ὁ γὰρ πρότερον —— κατεκάη] Suſtuli inutilem parentheſeos, his circumdatam, notationem. Satis est iusta punctio. Coniiciunt docti viri ſtatim *Pavius* πλανώμενοί τε οἱ Δελφ., *Reiskius* οἱ δὲ, οἱ Δ. De Delphico fano, ab Alcmaeonidis inſtaurato, inferius V, 62. *Pauſan.* X, 5. et per erudite *Dion. Petavius* in *Themiſtii* Or. IV. p. 391. Στυπτηρίης τάλαντα certa praeſtant Codd. conſenſiones, quibus *Medic.* compendioſa lectio melior cenſeri non debuerat. Vide ad *Diodori* V, 10.

69. Βάττεω, οἱ δ' Ἀρκεσίλεω] Verius puto Βάττεω τοῦ Ἀρκεσίλεω; *Batti Arceſilai F.*, quem in modum *Arcb. Vind. Vall.* Res et tempus congruunt optime, ſiquidem Battus ille aequales habuit Aprien et Amaſin, *Noſtro* auctore IV, 159., Batti F. Arceſilaum minor aetas excludit. Filiam *Ladicen*, Amaſidis coniugem, Λαοδίκην aut Λευδίκην vir eruditus ſcriptam cupiebat. At nomen idem est, tantum modo contractius. Habet *Luc. Holſtenius* LADICON numum ad *Stepban. Byz.*, ΛΑΔΙΚΕΤΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΛΤΚΟΝ est in *Gudii* vetere lapide: urbem LAVDICIAM et LADICIAM pingunt MSS. *Itinerarii Antonini.*

76. Καί ἐσί τοι οὐδεμία μηχανή] Incommodum, quo *Med.* ἔστι τι premebatur, ceſſat: neque amplius offendet ὑπολωλέναι, quod olim operarum vitium opinabar, ſed

Statuæ Dearum in Græciam missæ pro dono. Danai filiæ Lindi. Cyprus capta.

„ οὐκ ἀπολωλέναι κάκιστα γυναικέων πασέων." ἡ δὲ Λαδίκη, ἐπεί τε οἱ ἀρνευμένῃ οὐδὲν [a] ἐγένετο πρηΰτερος ὁ Ἄμασις, εὔχεται ἐν [b] τῷ νηῷ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἢν οἱ ἐπ' ἐκείνην τὴν νύκτα μιχθῇ ὁ Ἄμασις, τοῦτο γάρ οἱ κακῶν εἶναι μῆχος, ἄγαλμά οἱ ἀποπέμψειν ἐς Κυρήνην. μετὰ δὲ τὴν εὐχὴν αὐτίκα οἱ ἐμίχθη ὁ Ἄμασις· καὶ τὸ ἐνθεῦτεν [c] ἤδη ὁκότε ἔλθοι πρὸς αὐτὴν, ἐμίσγετο· καὶ κάρτα μιν ἔστερξε μετὰ τοῦτο. ἡ δὲ Λαδίκη ἀπέδωκε τὴν εὐχὴν τῇ Θεῷ. ποιησαμένη γὰρ ἄγαλμα, ἀπέπεμψε ἐς Κυρήνην, τὸ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν [d] σόον, ἔξω τετραμμένον τῆς Κυρηναίων ἄστεος. ταύτην τὴν Λαδίκην, ὡς ἐπεκράτησε Καμβύσης Αἰγύπτου, καὶ ἐπύθετο αὐτῆς [e] ἥντις εἴη, ἀπέπεμψε ἀσινέα ἐς Κυρήνην. Ἀνέθηκε δὲ καὶ ἀναθήματα ὁ [f] Ἄμασις ἐς τὴν Ἑλλάδα· τοῦτο μέν, ἐς Κυρήνην ἄγαλμα ἐπίχρυσον Ἀθηναίης, καὶ εἰκόνα ἑωυτοῦ γραφῇ εἰκασμένην· τοῦτο δὲ, τῇ ἐν Λίνδῳ Ἀθηναίῃ δύο τε ἀγάλματα λίθινα, καὶ θώρηκα [g] λίνεον ἀξιοθέητον· τοῦτο δή, ἐς Σάμον τῇ Ἥρῃ εἰκόνας ἑωυτοῦ διφασίας ξυλίνας, αἳ ἐν τῷ νηῷ τῷ μεγάλῳ ἱδρύατο ἔτι καὶ τὸ μέχρις ἐμεῦ, ὄπισθε τῶν θυρέων. ἐς μέν νυν Σάμον ἀνέθηκε κατὰ ξεινίην τὴν ἑωυτοῦ τε καὶ Πολυκράτεος τοῦ Αἰάκεος· ἐς δὲ Λίνδον, ξεινίης μὲν οὐδεμιῆς εἵνεκεν· ὅτι δὲ τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Λίνδῳ τὸ τῆς Ἀθηναίης λέγεται τὰς τοῦ Δαναοῦ θυγατέρας [h] ἱδρῦσθαι πρεσχούσας, ὅτε ἀπεδίδρησκον τοὺς Αἰγύπτου παῖδας. ταῦτα μὲν ἀνέθηκε ὁ Ἄμασις. εἶλε δὲ Κύπρον πρῶτος ἀνθρώπων, [i] καὶ κατεστρέψατο ἐς φόρου ἀπαγωγήν.

omnes mulieres teterrima pereas morte. Ladice, quum pernegando nihilo placatiorem redderet Amasin, vovit in templo Veneri, si ea nocte secum coiret Amasis, hoc enim sibi mali esse remedium, statuam Cyrenas se illi missuram. Facto autem voto, coiit statim cum ea Amasis, ac deinceps quoties adiret, cum ea coibat: ac postmodum eam perquam dilexit. Et Ladice votum deæ persolvit, facta statua Cyrenasque missa, quæ ad meam usque memoriam incolumis erat, extra urbem Cyrenensem posita. Hanc Ladicen Cambyses, posteaquam AEgypto potitus est, cognito quænam esset, Cyrenas illæsam remisit. Dicavit item Amasis dona in 181
Græciam: partim quidem Cyrenas, statuam Minervæ inauratam, et sui imaginem pictura adsimulatam: partim autem Minervæ Lindi duo lapidea simulacra, et thoracem lineum spectaculo dignum: sed et in insulam Samum, Iunoni duplices sui imagines ligneas, quæ magno in templo erectæ erant post ianuas, ad meam usque ætatem. Samum quidem, propter hospitium, quod inter ipsum erat et Polycratem AEacis filium: Lindum autem, nullius quidem hospitii gratia, sed quia templum quod Lindi est Minervæ feruntur extruxisse Danai filiæ, illuc appellentes, quum filios AEgypti fugerent. Hæc quidem donaria dedicavit Amasis, primusque mortalium Cyprum cepit, et compulit ad tributi solutionem.

a Ἐγίνετο *Arcb. Pasf. V.*, tum ὁ Ἄμ. *Arcb. V.*, quem articulum spernunt alii. b *Med. Ask.*, τῷ νοῷ *Paris. A. B. Arcb. V. Ald.*, τῷ νῷ *Pasf.* c Δὴ *Arcb. V.*, tum Ἄμασις in utroque et *Valla* desideratur, estque repetitio ingrata: antea ἔλθοι Ἄμασις πρός. d Σόον *Ask. V. Pasf.*, bene, σῶον vulgo; mox ἱδρύμενον τοῦ Κυρ. *Arcb. V. Valla.* quod notabile. e Εἴ τι *Arcb. V.* f *M. Ask. Pasf.*, ceteri Ἄμασις πέμψας cum *Aldo.* g Abest ab *Arcb. V.* Confer L. III, 47. h Ἱδρῦσθαι *M. Pasf. Ask.*, ἱδρύσασθαι *Paris. A. B. Vind. Ald. Arcb. Rem.*, tum τὰς Δαν. *Vind. Arcb.* i Exscripsit *Eustath.* in Hom. p. 827, 27.

sed *Medic.*, etsi tacitum habuerit vir Celeb., debetur. Iam γυναικέων *Arcb.* si cui scabrum tinniat, χιλιαδέων, μυριαδέων, ἀνδρέων, et quae alia *Portus* stipavit, recordetur. Ἐν τῷ νηῷ in re dubia nolui sollicitare, adposito paene, cuius se auctorem profitetur *Gronovius*, cultissimo Epigrammate.

87. Ἐς ἐμὲ ἦν σόον] Non excidit memoria καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν σῶαι I, 66. Puto Ionici et veteris usus vocabulum redire in possessionem debere. Reddunt schedae V, 96. VI, 86, I. VIII, 39. Ἔξω τετραμμένον in Latinis *extra urbem Cyrenensem posita* ex Laurentio, qui ἱδρυμένον invenit. Si τετραμμένον locum non migrabit, statuam notabit, vultu extra urbem verso, sive spectantem loca suburbana. Verum in talibus saepe anceps electio.

1. Τὰς τοῦ Δαναοῦ θυγατέρας] Ipsi Danao dedicationem tribuit *Callimachus* apud *Euseb.* Pr. Euang. III, 8. in Epigrammate, quo de ad eius Poetae fragmenta *R. Bentleius*, V. Cl., p. 357. Cyprum, ab Amaside occupatam, non praeteriit *Diodor.* I, 68. Quod autem librum terminat ἐς φόρου ἀπαγωγήν, advertimus supra semel atque iterum, frequentissime apud *Priscum Patric.* in Exc. *Hoesch.* p. 22. 26. &c., *Procopium* B. Goth. I, 5. p. 10. 23. &c. *Agathiam* I. p. 13. C., veterum studiosos imitatores.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ
ΤΟΥ
ΑΛΙΚΑΡΝΗΣΣΗΟΣ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΡΙΤΗ
ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗ ΘΑΛΕΙΑ.

HERODOTI
HALICARNASSEI
HISTORIARVM
LIBER TERTIVS.
QVI INSCRIBITVR THALIA.

ADVERSVS hunc Amasin CAMBYSES Cyri filius, comparato cum ex aliis quibus imperabat, tum ex Græcis Ionibus AEolensibusque exercitu, bellum movit ob hanc causam. Missо in AEgyptum legato, Cambyses petiit ab Amasi filiam; et petiit consilio cuiusdam AEgyptii, qui Amasi erat infensus, quod se potissimum ex omnibus AEgypti medicis Amasis ab uxore et liberis abstraxisset, amandando in Persas, quo tempore Cyrus ad Amasin miserat petitum ocularium medicum, omnium qui in AEgypto essent præstantissimum. Ob id infensus Amasi ille AEgyptius, instítit suadere Cambysi, ut ab Amasi filiam peteret; ut ille aut mœrore afficeretur data filia, aut non data, Cambysi redderetur invisus. Amasis Persarum potentiam exosus horrensque, eam nec dare audebat, nec abnuere; nam Cambysem intelligebat non ha-

ΕΠΙ τούτων δὴ τὸν Ἄμασιν Καμβύσης ὁ Κύρου ἐστρατεύετο, ἄγων [a] καὶ ἄλλους, τῶν ἦρχε, καὶ Ἑλλήνων Ἰωνάς τε καὶ Αἰολέας, δι' αἰτίην τοιήνδε. Πέμψας Καμβύσης ἐς Αἴγυπτον κήρυκα, αἴτεε Ἄμασιν θυγατέρα· αἴτεε δὲ ἐκ [b] συμβουλίης ἀνδρὸς Αἰγυπτίου, ὃς μεμφόμενος Ἄμασιν, ἔσχε ταῦτα, ὅτι μιν ἐξ ἁπάντων τῶν ὁ Αἰγύπτῳ ἰητρῶν ἀποσπάσας ἀπὸ γυναικός τε καὶ τέκνων, ἔκδοτον ἐποίησε ἐς Πέρσας, ὅτι Κῦρος πέμψας παρὰ Ἄμασιν αἴτεε ἰητρὸν ὀφθαλμῶν, ὃς εἴη ἄριστος τῶν ὁ Αἰγύπτῳ. ταῦτα δὴ ἐπιμεμφόμενος ὁ Αἰγύπτιος, ἔσπευδε τῇ [c] συμβουλίῃ, κελεύων αἰτέειν τὸν Καμβύσεα Ἄμασιν θυγατέρα· ἵνα ἢ δοὺς ἀνιῴτο, ἢ μὴ δοὺς, Καμβύσῃ ἀπέχθοιτο. ὁ δὲ Ἄμασις τῇ δυνάμει τῶν Περσέων ἀχθόμενος καὶ ἀρρωδέων, οὐκ εἶχε οὔτε δοῦναι οὔτε ἀρνήσασθαι. [d] εὖ γὰρ ἠπίστατο, ὅτι οὐκ ὡς γυναῖκά μιν ἤμελλε Καμβύσης ἕξειν,

159

VARIAE LECTIONES.

a Ἄλλους τε τῶν *Arcb. Vind.* *b* lidem, *Ald.* βουλίης, vulgo βουλῆς; *Theo* Progymn. p. 56., ubi haec considerat, συμβουλῆς. *c* *Ald. Paris. A. B. Rem.*, συμβουλῇ ora *Stepb. M. Ask. V. Arcb.* *d* Ἐπίστατο γὰρ *V. Arcb.*, mox οὐκ *Ask. Arcb.*, ceteri οὐχ cum *Ald.*; tum παλακὴν *Pasc.*

14. Ἐνῆγε τῇ συμβουλίῃ] Servo *Aldinum*, in cuius codice supra βουλίης, hinc calami errore natum testantur *Arcb. V.* et *Theo.* Solet scriptor hanc in consiliis vocem frequentare. Loca notavit *Portus.* Συμβουλὴ sicubi conspiciatur, dubiae fidei est, uti VI, 109. et 1, 157.; Alibi MSS. damnant mutantque, quemadmodum *Med. Pasc. Ask.* VII, 15. VIII, 101. 102. Non nescio in *Platone*, *Xenophonte*, *Demosthene*, *Dinarcho* multisque aliis συμβουλὴν sese legentibus obferre, sed eos nunc moror nihil.

15. Ἵνα ἢ δοὺς ἀνιῴτο, ἢ μὴ δούς] Ista scribens et vicina, οὐκ εἶχε οὔτε δοῦναι οὔτε ἀρνήσασθαι meminerat forsan *Euripidis* in Iphig. Aul. v. 56. Tyndarei sollicitudine distractum in diversa animum, quum tot nobilissimi filiam ambirent proci: Δοῦναί τε, μὴ δοῦναί τε, τῆς τύχης ὅπως Ἄψαιτ' ἄθρυπτα· ista vulgatae vocis ἄριστα correctio, a nullis Codicibus, ut equidem arbitror, exspectanda, debetur ingenio *Ti. Hemsterhusii*, locum explanantis ad *Hesych.* in Ἀθρύπτα. *Euripides* illic suum imitabatur *Æschylum* Suppl. v. 385. ἀμηχανῶ —— Δράσαι τε, μὴ δράσαι τε, καὶ τύχην ἑλεῖν. VALCKEN.

Cauſæ belli inter Cambyſem et Amaſin creditæ. Caſſandane mater Cambyſis.

ἔχειν, ἀλλ' ὡς παλλακήν. ταῦτα δὴ ἐκλογιζόμενος, ἐποίησε [a] τάδε. ἦν Ἀπρίεω τοῦ πρότερον βασιλέος θυγάτηρ κάρτα μεγάλη τε καὶ [b] εὐειδὴς μούνη τοῦ οἴκου λελειμμένη· οὔνομα δέ οἱ ἦν Νίτητις. ταύτην δὴ τὴν παῖδα ὁ Ἄμασις κοσμήσας [c] ἐσθῆτί τε καὶ χρυσῷ, ἀποπέμπει ἐς Πέρσας ὡς ἐωυτοῦ θυγατέρα. μετὰ δὲ χρόνον ὡς μιν ἠσπάζετο, πατρόθεν οὐνομάζων, λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ παῖς, „ [d] Ὦ βασιλεῦ, διαβεβλημένος ὑπὸ Ἀμάσιος οὐ „ μανθάνεις, ὃς ἐμέ σοι κόσμῳ ἀσκήσας ἀπέπεμ„ ψε, ὡς ἐωυτοῦ θυγατέρα δώσων, ἐοῦσαν τῇ ἀ„ ληθείῃ Ἀπρίεω τὸν ἐκεῖνος ἐόντα ἑωυτοῦ [e] δεσπό„ τεα, μετ' Αἰγυπτίων ἐπαναστὰς ἐφόνευσε." τοῦτο δὴ τὸ ἔπος καὶ αὕτη ἡ αἰτίη [f] ἐγγενομένη ἤγαγε Καμβύσεα τὸν Κύρου, μεγάλως θυμωθέντα, ἐπ' Αἰγυπτίους. ὕτω μέν νυν λέγουσι Πέρσαι. Αἰγύπτιοι δὲ [g] οἰκηϊεῦνται Καμβύσεα· φάμενοί μιν ἐκ ταύτης [h] δὴ τῆς Ἀπρίεω θυγατρὸς γενέσθαι· Κῦρον γὰρ εἶναι τὸν πέμψαντα παρὰ Ἄμασιν ἐπὶ τὴν θυγατέρα, ἀλλ' οὐ Καμβύσεα. λέγοντες δὲ ταῦτα, οὐκ ὀρθῶς λέγουσι. οὐ μὴν οὐδὲ λέληθε αὐτοὺς (εἰ γάρ τινες καὶ ἄλλοι, τὰ Περσέων νόμιμα [i] ὀρθῶς ἐπιστέαται καὶ Αἰγύπτιοι) ὅτι πρῶτα μὲν νόθον οὐ σφι νόμος ἐστὶ βασιλεῦσαι, γνησίου παρεόντος· [k] αὖτις δὲ, ὅτι Κασσανδάνης τῆς Φαρνάσπεω θυγατρὸς ἦν παῖς Καμβύσης, ἀνδρὸς Ἀχαιμενίδεω, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς Αἰγυπτίης. ἀλλὰ παρατρέπουσι τὸν λόγον, προσποιεύμενοι τῇ Κύρου οἰκίῃ συγγενέες εἶναι. καὶ ταῦτα μὲν ὧδε ἔχει. Λέγεται δὲ καὶ [l] ὅδε ὁ λόγος, ἐμοὶ μὲν οὐ πιθανός· ὡς τῶν Περσίδων γυναικῶν [m] ἐσελθοῦσά τις παρὰ τὰς Κύρου γυναῖκας, ὡς εἶδε τῇ Κασσανδάνῃ παρεστῶτα τέκνα εὐειδέα τε καὶ μεγάλα, πολλῷ ἐχρᾶτο τῷ ἐπαίνῳ, [n] ὑπερθωυμάζουσα. ἡ δὲ Κασσανδάνη, ἐοῦσα τοῦ Κύρου „ γυνὴ, εἶπε [o] τάδε· Τοιῶνδε μέντοι ἐμὲ παίδων μη„ τέρα ἐοῦσαν Κῦρος οὐ τιμῇ ἔχει· τὸν δ' ἀπ' Αἰ„ γύπτου ἐπίκλητον οὐ τιμῇ τίθεται." τὴν μὲν ἀχθομένην τῇ [p] Νιτήτι εἰπεῖν ταῦτα. τῶν δὲ οἱ παίδων τὸν πρεσβύτερον εἰπεῖν Καμβύσεα, [q] „ Ταγαθέ τα, „ ὦ μῆτερ, ἐπεὰν ἐγὼ γένωμαι ἀνὴρ, Αἰγύπτου τὰ „ μὲν

habiturum illam uxoris loco, ſed pellicis. Hæc reputans, ita ſibi faciendum ſtatuit. Erat Apriæ ſuperioris regis filia, nomine Nitetis, unica domus relicta, grandis admodum atque ſpecioſa. Hanc puellam Amaſis, veſtitu pariter et auro exornatam, pro ſua filia in Perſas dimittit. Quam quum post aliquantum tempus Cambyſes ſalutasſet filiam Amaſis appellans, ipsa ad eum, Rem, inquit, rex, ignoras, ab Amaſi eluſus, qui me ornatu comptam tibi transmiſit, tradens pro ſua filia, quum revera ſim Apriæ filia, quem ille dominum ſuum cum AEgyptiis rebellans interemit. Hic ſermo et haec cauſa exorta Cambyſem Cyri filium vehementer indignatum impulit adverſus AEgyptum. Atque ita quidem memorant Perſæ. AEgyptii autem Cambyſem ſuum vendicant aſſeverantes, ex hac Apriæ filia illum eſſe genitum: Cyrum enim fuiſſe, qui ad Amaſin miſerit ſuper filia, non Cambyſem. Quod quum dicunt, non recte dicunt. Equidem eos hoc non latet (nam ſiqui alii, profecto et AEgyptii recte norunt mores Perſarum), apud eos primo vetari lege ſpurium regnare, ſi adſit legitimus. Præterea Caſſandanes filius erat Cambyſes, Pharnaſpe viro Achæmenida genitæ, non mulieris AEgyptiæ. Sed AEgyptii hiſtoriam invertunt, fingentes ſibi cum Cyri familia intercedere cognationem. Et hæc quidem ita habent. Ceterum ille etiam ſermo iactatur, mihi quidem non probabilis; mulierem quandam Perſidem ad uxores Cyri introgreſſam, quum liberos Caſſandanæ aſſiſtentes forma ac ſtatura egregia conſpicaretur, ſupra modum admirabundam magnis tuliſſe illam laudibus: eique Caſſandanen Cyri uxorem ita dixiſſe; Me, quæ talium filiorum ſum mater, Cyrus contemptui habet, illam vero ex AEgypto adquiſitam æſtimat. At illam infenſam Niteti ista dixiſſe, et maiore natu filium Cambyſen ei ſubiecisſe, Ego vero, mater, quum in virilem ætatem adolevero, ſumma AEgypti red-

a *M. Paſſ. Ask. Arcb. V.*, ταῦτα *Aldus* &c. b Adrigit Gloſſ. *Sangermanenſis* hinc et ex Muſa I. c *M. Paſſ. Ask. Arcb. V.*, alii ἐσθῆτι καὶ tantum. d Citat G. *Corinthus*. e Δεσπότην *Arcb.* ſine ratione f *Ask. Arcb. Paris. A. B.*, γενομένη *V.*, ἐγγιν. *M. Paſſ. Ald.* g *Arcb.* optime; οἰκειοῦνται *Ask.*, οἰκειεῦνται *Ald. M. Paſſ.* h Deſit *Vind.* mox καὶ γὰρ Κῦρον *Arcb.* i Deest *Paſſ. Ask.* k Αὖτις *Arcb.*, alii αὖθις, bene *Arcb.* et Ἰωνικῶς: tum Κασσανδάνης *M. Ask. Paſſ. Arcb. V.* ſemper, Κασανδάνης *Ald.* cum vulgo. l *Arcb. Vind.* Fragm. *Paris.*, ὅδε λόγος *Paris. B.*, alii ὧδε. Recurre ad I, 52. m *Ald. Rem. V. Arcb. Paris. A. B.*, εἰσελθ. *Med. Paſſ. Ask.* contra morem. n Ἀποθωῦμ. *Arcb.* o Τοιαῦτα *Arcb.*, τοιάδε *Vind.* p Νικήτι *Arcb.* et ſtatim τὸν πρεσβύτατον cum *Valla* et *Vind.* non absurde. q *Med. Paſſ. Ask.* Fragm. *Paris.*, alii, uti *Ald.*, τοιγὰρ, ὦ μ.

22. Μεγάλη τε καὶ εὐειδὴς] Gloſſator S. Germani Εὐειδὴς· οὕτως φασὶν ἀδόκιμον εἶναι τὸ ὄνομα· ἀλλ' ὁ καλὸς Ξενοφῶν ἀπομνημονευμάτων Γ. (p. 783. E.) Ἡρόδοτος Α. δὶς καὶ τρὶς, καὶ ἀπειράκις οἱ Κωμικοί. Qui improbabant, litem de differente uſu τοῦ καλοῦ, εὐμόρφου et εὐειδοῦς in *Ammonio* et *Thoma M.* ſpectarunt. Τέκνα εὐειδέα τε καὶ μεγάλα habet C. 3. Ego vero ſpecioſam Niteti formam non nego, miror tamen. Erat unica Apriae filia, quem ante hos XLIV. annos Amaſis exſtinxerat, fato functus, ſicuti C. 10. perſcribitur, in auſpiciis huius Perſicae expeditionis. Conſequens est, ut plures annis XL, quum in Cambyſis amplexus veniret, numerarit.

28. Διαβεβλημένος ὑ. Ἀ. οὐ μανθάνεις] *Ab Amaſi deceptus eſſe neſcis*, pro *te deceptum*. Quam L. I, c. 5. recte converterat *Valla*, hic formam loquendi minus apte interpretabatur, Poëtis etiam Latinis notam, quorum ubi loca collegit *Io. Davies.* ad *Ciceron.* Tuſc. IV, c. 15. rectius omiſisſet ad mentem *Bentleii*. Optimi quique veterum, Tragici praeſertim, amant verbis γνωρισικοῖς in istum ſenſum rectos adiungere caſus participiorum. Pro οὐ μανθάνεις hic quoque ſcribi potuerat οὐ γινώσκεις vel οὐκ αἰσθάνῃ. De multis ista quadrant Herodoteis: *Soph.* Antig. v. 538. οὐδ' ἐμάνθανον Τρέφων δύ' ἄτα. Ai. v. 818. Ἔγνωκα μὲν δὴ φωτὸς ἠπατημένη, &c. *Pauſan.* II, p. 157. ὡς ἔγνωσαν ἀπατώμενοι. VII, p. 557. ἐπεὶ ἀπατώμενοι συνῆκαν. *Eurip.* Med. v. 26. ἐπεὶ πρὸς ἀνδρὸς βροτοῦ ἠδικημένη. *Xenophon* E. VII, p. 359, 41. οὐκ αἰσθάνεσθε ἐξαπατώμενοι. *Thucyd.* II, c. 51. ὅπότε τις αἴσθοιτο κάμνων· vertit *Lucretius* VI, 1229. *ubi ſe quisque videbat Implicitum morbo.* Graecismus fuisſet: *ubi quis ſentiebat morbo implicitus: Senſit medios delapsus in hostes*, Virgilius. VALCKEN.

35. Οἰκειεῦνται Καμβύσεα] *Dinon* in Perſicis, et *Lynceas Naucratites* in AEgyptiacis τὴν Νειτῆτιν Κύρῳ πεμφθῆναί φασιν ὑπὸ Ἀμάσιδος, ἐξ ἧς γεννηθῆναι τὸν Καμβύσεα· ap. *Athen.* XIII. p. 560. F. ubi quae narrata fuerant e *Cteſia*, de Neitetide, ad Cambyſen miſsa, pleraque concinunt Herodoteis. In Νειτῆτις, Νίτωκρις, aliisque nominibus AEgyptiacum latere *Minervae* Νεῖτ vel Νηΐθ, vidit *Iablonskius*, monuitque plus semel. VALCKEN.

35. Αἰγύπτιοι δὲ οἰκηϊεῦνται Καμβύσεα] *Herodoti* haec manus. Vide I, 4. 94. AEgyptiorum de Cambyſis matre Niteti opinionem, ſicuti *Athenaeus* ostendit XIII, 1. p. 560., *Dino* in *Perſicis* et *Lynceas* Naucratites *AEgyptiacorum* L. III. amplexi fuerunt, quos *Polyaenus* Strateg. VIII, 29. ſequitur. *Noſtri* disputatio an valida ſit, nunc quaerere omitto: adprobavit ſuo eam calculo *Cteſias*.

58. Αἰγύπτου τὰ μὲν ἄνω &c.] Non disſimiles minae,

reddam ima, et ima ſumma: eaque dixiſſe ipsum circiter decem natum annos, admirantibus mulieribus. Et quum in virilem adolevisſet ætatem, et regnum obtinuisſet, huius rei memorem, AEgypto bellum intu-4lisſe. Accesſit huc et aliud quiddam ad hanc ſumendam expeditionem. Erat quidam auxiliariorum Amaſis, nomine Phanes, genere Halicarnasſenſis, vir conſilio præſtans, et in re bellica ſtrenuus. Hic Phanes nescio quid Amaſi ſuccenſens, navigio profugit ex AEgypto, volens in colloquium venire Cambyſis. Eum Amaſis, quod inter auxiliares non parvi momenti eſſet, quodque de re-7bus AEgypti nihil non compertiſſimum haberet, inſequi ſtatuit, adhibita diligentia asſequendi. Itaque ad hominem inſequendum mittit cum triremi eunuchorum fidisſimum, qui Phanem asſequutus in Lycia cepit, ſed ne ſic quidem reduxit in AEgyptum; astu enim illum circumvenit Phanes. Nam postquam inebriaverat cuſtodes, abiit in Perſas, Cambyſemque molientem adverſus AEgyptum expeditionem, et quo pacto carentia aquis loca transmitteret ambigentem, adiit;8eique cum alias Amaſis res expoſuit, tum vero quæ ad transmittendum pertinebant, ſuadens, ad regem Arabum mitteret oratum, ut ſibi tutum præberet transitum. Hac enim duntaxat patet ingreſſus in AEgyptum. Nam a Phœnice usque ad fines Cadytis urbis, *regio* Syrorum, qui Palæſtini vocantur: ab urbe Cadyti, non multo minore,

„ μὲν ἄνω, κάτω θήσω· τὰ δὲ κάτω, ἄνω.“ ταῦτα εἰπεῖν αὐτὸν ἔτεα ὡς δέκα κου γεγονότα, καὶ τὰς γυναῖκας ὑπ' ἀνθρώπου γενέσθαι· τὸν δὲ, διαμνημονεύσαντα, οὕτω δὴ, ἐπεί τε ἀνδρώθη, καὶ ἴσχε τὴν βασιληίην, ποιήσασθαι τὴν ἐπ' Αἴγυπτον [a] στρατηίην. Συνήνεικε δὲ καὶ ἄλλο τι τοιόνδε πρῆγμα γενέσθαι ἐς τὴν [b] ἐπιστράτευσιν ταύτην. ἦν τῶν [c] ἐπικούρων τῶν Ἀμάσιος ἀνὴρ γένος μὲν [d] Ἁλικαρνησσεὺς, οὔνομα δὲ οἱ Φάνης, καὶ γνώμην ἱκανὸς, καὶ τὰ [e] πολέμια ἄλκιμος. οὗτος ὁ Φάνης μεμφόμενός κού τι [f] Ἄμασι, ἐκδιδρήσκει πλοίῳ ἐξ Αἰγύπτου, βουλόμενος Καμβύσῃ ἐλθεῖν ἐς λόγους. ἐ οἷα δὲ ἐόντα αὐτὸν ἐν τοῖσι ἐπικούροισι λόγου ἐν σμικρῷ, ἐπισάμενόν τε τὰ περὶ Αἴγυπτον ἀτρεκέστατα, μεταδιώκει ὁ Ἄμασις, σπουδὴν ποιούμενος [h] ἑλεῖν· μεταδιώκει δὲ, τῶν εὑρέων τὸν πιστότατον ἀποστείλας [i] τριήρεϊ κατ' αὐτὸν, ὃς αἱρέει μιν ἐν Λυκίῃ, ἑλὼν δὲ, οὐκ ἀνήγαγε ἐς Αἴγυπτον· σοφίῃ γάρ μιν περιῆλθε ὁ Φάνης. [k] καταμεθύσας γὰρ τοὺς φυλάκους, ἀπαλλάσσετο ἐς Πέρσας. ὡρμημένῳ δὲ Καμβύσῃ στρατεύεσθαι ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ ἀπορέοντι τὴν ἔλασιν ὅκως τὴν ἄνυδρον διεκπερᾷ, ἐπελθὼν Φράζει [l] μὲν καὶ τἆλλα τὰ Ἀμάσιος πρήγματα· ἐξηγέεται δὲ καὶ τὴν ἔλασιν, ὧδε παραπέσων· πέμψαντα παρὰ τὸν Ἀραβίων βασιλέα δέεσθαι, τὴν διέξοδόν οἱ ἀσφαλέα παρασχεῖν. Μούνη δὲ ταύτῃ εἰσὶ φανεραὶ ἐσβολαὶ ἐς Αἴγυπτον. ἀπὸ γὰρ Φοινίκης μέχρι ὀρέων τῶν Καδύτιος πόλιος, ἥ ἐστι [m] Σύρων τῶν Παλαιστίνων καλεομένων· ἀπὸ δὲ Καδύτιος, ἐούσης πόλιος,

a Vind. praeclare; στρατεῖαν *Paris.* Fragm., vulgo στρατιήν. *b M. Arcb. V. Ask. Paſ.* ora *Steph.* Gloſſae *Sangerman.*, στράτευσιν. *Ald.* *c* ἐπικούρων τῶν Ἀμάσιος *Arcb. V.*, ceteri τῶν negligunt. *d* Ἁλικαρνησσεὺς iidem, tum οἱ ἦν Φάν. haud male. *e Arcb. Vind. Rem. Ald.*, πολεμικὰ *Med. Ask. Paſ.* ſine cauſſa. *f* Ἄμασιν διαδιδρήσκει *Arcb.* *g* Ὁ δὲ *V. Arcb.*, tum οὐ σμικροῦ *Vind.* ex Ionum more; μικροῦ vulgo. *h* Ἑλεῖν *Arcb.* *i* Τριήρεϊ *Ald. Paris. A. B. Vind. Rem.*, τριήρεϊ ἐς ταυτὸν *Arcb.*, τριήρη *M. Paſ. Ask.* *k* Θύσας *Arcb. Valla.* *l* Μὲν *Vind. Arcb.* *m M. Ask. Paſ.* et mox denuo, Συρίων utrobique alii plerique cum *Aldo*, tum Καυδύτιος bis *Arcb.*

nae, neque fugit *Berglerum*, Carthaginienſium, alio tamen gestu declaratae, in *Plutarchi* Timol. p. 240. E. Cambyſis dictum, et haud paullo ſignificantius, convenit Platonico in Phaedon. p. 90. C. ἀλλὰ πάντα τὰ ὄντα ἀτεχνῶς, ὥσπερ ἐν Εὐρίπῳ, ΑΝΩ καὶ ΚΑΤΩ στρέφεται· et *Demoſthen.* adv. Ariſtogit. I. p. 492. ὅταν τὸ δίκαιον — ἡττᾶται τοῦ φθόνου, τότε ΑΝΩ καὶ ΚΑΤΩ πάντα χρὴ νομίζειν ἐστράφθαι. Rurſus περὶ στεφ. p. 156. Τῶν μὲν οὖν λόγων, οὓς οὗτος ΑΝΩ καὶ ΚΑΤΩ διακυκῶν ἔλεγε. Quo ille de genere ſaepe plura, atque eius exemplo *Dio* uterque, *Ariſtides*, *Libanius* &c. Neque id mirum, populare enim. Mox τὴν ἐπ' Αἴγυπτον στρατηίην repoſui, ut I, 206.

63. Τὴν ἐπ' Αἴγυπτον στρατιήν] Apud *Athen.* XIII. p. 560. F. tradidiſſe dicuntur *Dinon*, et *Lynceas*, Καμβύσην ἐκδικοῦντα τῇ μητρὶ, [τὴν] ἐπ' Αἴγυπτον ποιήσασθαι στρατείαν. Suum hic atque alibi recuperabit *Herodot.* στρατηίην cui *exercitus* dicitur στρατιὴ, *expeditionem ſuſcipere*, στρατηίην ποιέεσθαι, III, c. 39. V, c. 77. Vt *Herodotus*, στρατείαν et στρατιὰν tanquam diverſa ſemper distinxerunt *Thucydides*, *Xenophon*, ceterique ſcriptores antiqui. In his itaque corrigendis ſequerer iudicium *H. Stephani*, *Sylburgii*, *Hemſterbuſii*, *Taylori*, *Marklandi*, *Rubnkenii*. VALCKEN.

67. Καὶ τὰ πολέμια ἄλκιμος] Poſſunt τὰ πολεμικὰ apud alios valere, ſaepe citra ius inculcata. *Herodotus* non admittet, niſi vi coactus, qui οὐδαμῶν ἦσαν τὰ πολέμια ἀμείνους V, 78. et τὰ δὲ πολέμια κάρτα δόκιμος eodem libro C. III., ſive, uti ibi ſcriptus codex, τὰ πολεμήϊα· tum ἄριστοι τὰ πολέμια VII, 9, 3., ἀγαθοὶ τὰ πολέμια VII, 238., πρῶτοι τὰ πολέμια IX, 57. ſed manum conprimo. Confer ad *Diodor.* I, 54. et *Abreſchii* Dilucid. Thucyd. p. 196.

74. Ἀποστείλας τριήρεϊ] Bene *Arcb.*; Τριήρη *Med.* et aliorum turbat orationem, et Scriptoris morem, quo VI, 39. ἐπὶ Χερσονήσου ἀποστέλλουσι τριήρεϊ οἱ Πεισιστρατίδαι· et V, 85. μετὰ τὴν ἀπάτησιν ἀποσταλῆναι τριήρεϊ μιῇ· tum III, 44. ἀπέπεμπε τεσσεράκοντα τριήρεσι· accedat, quod *Reiskius*, V. Cl., admovit, στείλας πλοίῳ ἐς Κέρκυραν III, 52. ex *Med.* in πλοῖον converſum.

76. Καταμεθύσας γὰρ τοὺς φυλάκους] *Mactatis cuſtodibus* Laurentius ex Cod. ſui θύσας, conſentiente *Arcb.* Non arbitror ex vero. Commodius multo est vulgatum. Quod de Cambyſe ſequitur καὶ ἀπορέοντι τὴν ἔλασιν, exercuit doctiſſimum virum *Miſcell. Lipſ.* Vol. VIII. p. 87., exercuit alios. Deſit κατὰ, quod orationem fulcire, etſi tacitum, debet, ut ſaepe numero. Simile in *Vindob.* II, 121, 3.

85. Ἥ ἐστι Σύρων τῶν Παλαιστινῶν] Principem harum vocum *Iac. Perizonius* Orig. AEgypt. C. 23. p. 475. nullo iure ſuſtulit. Pingi debet aut ἡ ἐστὶ, ſublato tono, aut γῆ ἐστι, quae *Iac. Gronovii* plauſibilis divinatio. In Phoenice Sidon et Tyrus fere ultimae erant II, 44. et C. 116. Phoenicen excipiebat Syria Palaestina, iuxta mediterranei maris litus ad AEgyptum usque protenſa. Τῆς Συρίης τοῦτο τὸ χωρίον καὶ τὸ μέχρι Αἰγύπτου πᾶν, Παλαιστίνη καλέεται ſcribit VII, 89. Paria his, ἀπὸ τῆς Φοινίκης, *a Phoenice porrigitur propter hoc mare illud litus* παρά τε Συρίην τὴν Παλαιστίνην, καὶ Αἴγυπτον, ἐς τὴν τελευτᾷ IV, 39. Sic de tractu regionis maritimo generatim: hic explanatur, quorum ditionis ſit, diſtinctius. A Phoenice ad fines urbis Cadytis, male μέχρι οὔρων *ad montes* vertunt, quod *H. Stephan.* et *Gronovius* pulcre viderunt, Palaeſtinorum cenſebatur: hinc emporia ad mare, nam ἐπὶ iuſtum est, lenyſum usque regis Arabis, τοῦ Ἀραβίου recte *Arcb.* et *Vind.*, inde vero ad Serbonidem lacum omnia iterum Syrorum Palaeſtinorum. Haec, puto, aperta et vera ſunt. Conſequens videtur, ut *Cadytis* et Hieroſolyma longe discrepent. Illa erat regionis maritimae ac Philiſtaeae, haec a mari remotior, et mediterraneis montibus inpoſita, Iudaeae. Et quis Hieroſolyma Κάδυτιν adpellavit? *Sanctam* aiunt קדושה ſive קדישה fuiſſe nuncupatam viri eruditiſſimi, a quorum ego opinione olim non abhorrui, inde et קדותא Κάδυτιν, formatam. Fac vero, Iudaeos *Sanctam* religionis ſuae metropolim habuiſſe et vocaſſe, ut ſane dixerunt, etiamne Philiſtaei et vicinorum alii, gentis Iudaicae oſores maximi? Qua porro dialecto קדותא *Caduta*, cum קדש apud omnes ſibilantem litteram ſervet conſtanter? Inpulit

Typho ubi obrutus. Cambyſis paſtum cum rege Arabum.

λιος, ὡς ἐμοὶ δοκέει, Σαρδίων ὑ πολλῷ ἐλάσσονος· ἀπὸ ταύτης τὰ ἐμπόρια τὰ [a] ἐπὶ θαλάσσης μέχρι Ἰηνύσου πόλιός ἐστι τῆ Ἀραβίη· ἀπὸ δὲ [b] Ἰηνύσου, αὖτις Σύρων μέχρι Σερβωνίδος λίμνης, παρ' ἣν [c] δὴ τὸ Κάσιον ὄρος τείνει ἐς θάλασσαν. ἀπὸ δὲ Σερβωνίδος λίμνης, ἐν τῆ [d] δὴ λόγος τὸν Τυφῶ κεκρύφθαι, ἀπὸ ταύτης [e] δὴ Αἴγυπτος· τὸ δὴ μεταξὺ [f] Ἰηνύσου πόλιος, καὶ Κασίου τε ὄρεος καὶ τῆς Σερβωνίδος λίμνης, ἐὸν τοῦτο οὐκ ὀλίγον χωρίον· ἀλλ' ὅσον τε ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὁδόν, ἄυδρόν ἐστι δεινῶς. Τὸ δὲ [g] ὀλίγοι τῶν ἐς Αἴγυπτον ναυτιλλομένων ἐπιστέαται, τοῦτο ἔρχομαι Φράσων. ἐς Αἴγυπτον ἐκ τῆς Ἑλλάδος πάσης, καὶ πρὸς, [h] ἐκ Φοινίκης, κέραμος ἐσάγεται πλήρης οἴνου [i] δὶς τοῦ ἔτεος ἑκάστου· καὶ ἓν κεράμιον οἰνηρὸν ἀριθμῷ· [k] κείμενον ἤκ ἔστι, ὡς λόγῳ εἰπεῖν, [l] ἰδέσθαι. κῦδηται, εἴποι τις ἄν, ταῦτα [m] ἀναισιμοῦται; ἐγὼ καὶ τοῦτο Φράσω δεῖ τὸν μὲν δήμαρχον ἕκαστον [n] ἐκ τῆς ἑωυτοῦ πόλιος συλλέξαντα πάντα τὸν κέραμον, ἄγειν ἐς Μέμφιν· τοὺς δὲ ἐκ Μέμφιος ἐς ταῦτα δὴ τὰ ἄνυδρα τῆς Συρίης κομίζειν, πλήσαντας ὕδατος. Οὕτω ὁ ἐπιφοιτέων κέραμος, καὶ ἐξαιρεόμενος ἐν Αἰγύπτῳ ἐπὶ [o] τὸν παλαιὸν κομίζεται ἐς Συρίην. Οὕτω μέν νυν Πέρσαι εἰσὶ οἱ τὴν ἐσβολὴν ταύτην παρασκευάσαντες [p] ἐπ' Αἴγυπτον, κατὰ δὴ τὰ εἰρημένα [q] σάξαντες ὕδατι, ἐπεί τε τάχιστα παρέλαβον Αἴγυπτον· τότε δὲ ἐκ ἐόντος [r] κω ὕδατος ἑτοίμου, Καμβύσης πυθόμενος τοῦ [s] Ἁλικαρνησσῆος ξείνου, πέμψας παρὰ τὸν [t] Ἀραβίων ἀγγέλους, καὶ δεηθεὶς τῆς ἀσφαλείης ἔτυχε, πίστις δούς τε καὶ δεξάμενος παρ' αὐτοῦ. Σέβονται δὲ Ἀράβιοι πίστις ἀνθρώπων ὁμοίως [u] τοῖσι μάλιστα. ποιεῦνται δὲ αὐτὰς τρόπῳ τοιῷδε· τῶν βυλομένων τὰ πιστὰ ποιέεσθαι, ἄλλος ἀνὴρ ἀμφοτέρων αὐτῶν ἐν μέσῳ ἑστεὼς, λίθῳ ὀξέϊ τὸ [x] ἔσω τῶν χειρῶν παρὰ τοὺς δακτύλους τοὺς μεγάλους ἐπιτάμνει τῶν ποιευμένων τὰς πίστις· καὶ ἔπειτα λαβὼν ἐκ τοῦ ἱματίου [y] ἑκατέρου

nore, ut mea fert opinio, quam Sardes, ab hac, inquam, emporia ad mare usque ad urbem Ienyſum Arabicæ ditionis ſunt. Ab urbe Ienyſo rurſus Syriacæ, usque ad paludem Serbonidem, iuxta quam Caſius mons pertinet ad mare. A Serbonide palude, in qua Typho fertur occultatus, ab illa plane AEgyptus est. Hoc tamen intercapedinis, quod est inter urbem Ienyſum et montem Caſium et paludem Serbonidem, non exiguus tractus est, ſed itineris inſtar trium dierum, vehementer aridus. Verum quod pauci eorum qui in AEgyptum navigant, notum habent, hoc dicere inſtitui. Ex omni Græcia, et præterea ex Phœnice, portatur in AEgyptum bis quotannis teſta vini plena: et tamen ibi ne unum quidem numero, ut ſic dicam, dolium vinarium aspici iacens potest. Vbinam ergo, dicat aliquis, hæc vaſa conſumuntur? hoc quoque ego depromam. Præfectus populi neceſſe habet ex ſua quisque urbe colligere vaſa teſtacea omnia, quæ Memphin portentur: eadem incolæ Memphis aquæ referta portare in hæc arida Syriæ loca. Ita teſta adveniens et exempta in AEgypto, ad veterem in Syriam portatur. Atque hoc modo Perſæ fuerunt, qui transitum hunc in AEgyptum apparaverunt, ſecundum ea, quae narrata ſunt, aquam ſtipantes, ſimulatque AEgypto potiti ſunt. Sed tunc, quum alicubi parata aqua non eſſet, Cambyſes, audito hospitis Halicarnaſſenſis conſilio, miſſis ad regem Arabum nunciis, tutum iter precatus, obtinuit, data acceptaque ab eo fide. Servant autem fidem Arabes inter homines ut qui maxime, quam hunc in modum paciſcuntur: quoties fœdus inire volunt, alius vir medius inter utrosque ſtans, acuto lapide ſecat volam iuxta maiores digitos eorum, qui fœdus ineunt. Deinde ſumpto flocco ex utriuſ-

[a] *Ald. Arcb. Paris. A. Rem.*, ἀπὸ ora *Steph. V. M. Paſſ.*, ſed ἐμπόρια non habet *Arcb.*, qui et Ἰκνύσου cum *Valla.* praeterea τοῦ Ἀραβίου cum *Vind.* belle: τῆς Ἀρ. vulgo. [b] Ἰηνύσου πόλιος Συρίων *Vind.*, in *Arcb.* Ἰκνύσου πόλιος Συρίων, ſine αὖτις, perperam. [c] Δὲ *Vind.*, et ἐπὶ θάλασσαν *Arcb.* [d] Omittit *V. Arcb.* [e] *M. Paſſ. Arcb.*, ἤδη *Ald. V. Arcb. Paris. A. B.* [f] Ἰκνύσου *Arcb. V. Valla: Steph. Byz.* Ἰνυσὸς hoc ex loco. Mox Σερβωνίτιδος *Vind.* Spectavit haec *Plinius* H. Nat. v, 13. [g] Ὀλίγον *Arcb.*, et ſtatim ἐννενοήκασι *Vind.*, tum Φράσσων *Paſſ.* [h] *M. Aſk. Paſſ.* ora *Steph.*: in *Arcb. Vind.* νῦν καὶ πρὸς ἐκ Φοινίκης, vulgo ἐκ Φοινίκων. [i] Δι' ἔτεος *Arcb.* [k] Κεινὸν *Arcb. Vind. Valla*, δινηρὸν κεράμιον citat hinc *Pollux* VII, 161. et *Gloſſ. Sangerm.* [l] *Ald. M. Aſk. Paſſ.*, ἐδέσθαι *Arcb.*, ἰδέσθαι ceteri. [m] *M. Paſſ. Aſk.*, ἀναισιμοῦνται nec male *Ald.* et alii. Mox τῶν μὲν δημάρχων ἐκ. eleganter *Reiskius.* [n] Sic *Paſſ. Arcb. V. Aſk.*, vulgo συλλ. ἐκ τ. ἑωϋτοῦ πολ. [o] *M. Arcb. Paſſ. Aſk. V.*, τῶν παλαιῶν vulgo. [p] *M. Aſk. Paſſ.*, in aliis ἐς Αἰγ. [q] Σάξαντες *Arcb.*, tum ἐπὶ τὸ χασὰ reliqui ἕλξαντες. [r] *Arcb. Paſſ. Aſk. V.* ora *Steph. Rem.*, alii cum *M.* κου. [s] Ἁλικαρνασσῆος *Arcb.*, Ἁλικαρνησσέος *Aſk. Paſſ.*, alii cum vulgo Ἁλικαρνασσ. Maluit πειθόμενος τοῦ Cl. *Abresch.* [t] Ἀράβιον βασιλέα *Arcb. Vind.* [u] Τίσι *Arcb.* [x] *Paſſ. Arcb. Vind.*, vulgo εἴσω. [y] Ἑκάστου χειρίδα *Arcb. V.*, ἑκατέρου κροκύδα *Rem. M. Paſſ. Aſk.* ora *Steph. Pollux* VII, 63., alii κροκύην.

ea res V. Cl. *Thom. Hyde*, ut Κάδυσιν ſuperiore libro atque hic Καδύσιος corrigeret ad *Itiner. Mundi Abr. Peritzol* p. 19., callide quidem, ſed contra tabulas. Atque haec de *Cadytis* ſitu paucis: qua in diſputatione ex parte quadam conſortes *Perizonium*, *Relandum* et doctum iuvenem, dignum, ſi fata ſivisſent, vita prolixiore, *Iſac. Touſſaint* Diſſert., ante hos XXII. annos Franequerae ſcripta, *de Cadyti Herodotea*, habui. Anceps nunc et difficilis reſtat ex urbibus electio eius tractus, quibus *Scaligeri* et *Perizonii*, quippe in Arabiae mediterranea atque a mari rectratior, *Cades Barnea* inferi non potest. *Gaza* Diſſertationis *Touſſaint*, foret opportuna, modo nomen congrueret. *H. Relandi* Philiſtaeorum *Gath*, unde Κάδτις et Κάδυτις naſci potuerit, non inprudenter huc advocata fuit. Mihi, quod in vetere formula, N. L. in *Ienyſo* nihil quoque habeo conſtitutum, niſi ex trium dierum eam inter et Caſium montem intervallo videri prope Rhaphiam fuiſſe. De Serbonide palude et Typhone demerſo in eam *Apollon. Rhod.* II, 1215. cum Criticis veteribus.

10. Σάξαντες ὕδατι] Divinus hic *Arcb.* liber est. Ἕλξαντες ὕδατι quis intelligit? nec melius erit ἐλπίσαντες ὕδατι, quod *Pauii* extudit ingenium; namque κατὰ δὴ τὰ εἰρημένα, *ſecundum ea, quae dicta ſunt*, ſpem istam, ut ne de Codd. dicam, excludunt. Vaſa innuuntur vinaria, quae aqua ſtipabantur, ut ſitientibus potum in Arabiae illis arenis praeberent: hoc σάξαντες ὕδατι, ſive, ut proxime, πλήσαντες ὕδατος. Cl. *Reiskius*, cui idem in opinionem incidit, ut verbo liquidis in rebus uſus adpareret, ex *Clementis Alex.* Paedag. II. p. 219. ἀποσεσαγμένους τρόφαις, et *Athen.* VII. p. 322. τυρῷ τε σάξας· tum *Polybii* Excerpt. p. 1489. σάττωσιν εἰς ἄγγεια adpoſuit, neque oblitus, prorſus obportunum, ἀγγεῖον ὕδατι σεσαγμένον *Luciani* Deae Syr. C. 48. Accedit *Cercidae* verſus in *Stobaei* Serm. IV. p. 54. ἀνέρες, ὧν τὸ κέαρ Παλῷ σέσακται καὶ δυσεκνίπτῳ τρυγί. *Quibus omne luto*, ſeu *vino*, uti opinor, *Cor ſordet atque faece non purgabili* ex verſione ſummi *Grotii*. Nam αἵματί τε καὶ σαρξὶν διασάττειν *Galeni* Protrept. p. 5. praetereo. Neque enim in dubio res manet. Latina in fraudem alios ne induere pergant, correctione gaudebunt.

22. Κροκύδα] Corrigenti docto viro κροκίδα favent *Arcb* et *Vindob.*, non certior uſus. Κροκὺς est in *Polluce*, quin ipsa haec Herodotea ex *Falkenburgii* Codice. Κροκύδας reliquiſſe *Heſychium* vocum ſeries monſtrat. Κροκυδίζειν in floccis legendis poſuit *Aretaeus*: ha-

triusque veſtimento, inungit eo ſanguine ſeptem lapides in medio poſitos, inter inungendum invocans Bacchum et Vraniam. Hoc per istum acto, is qui facit fœdus, amicis vadatur hospitem aut etiam civem, ſi cum cive res agitur. Amici vero et ipsi fidem colere iustum cenſent. Bacchum unum Deum, et Vraniam eſſe arbitrantur. Et capillorum tonſuram tonderi dicunt, quemadmodum Bacchum ipsum tonſum fuiſſe: tondentur autem in rotundum tempora ſubradentes. Appellant vero Bacchum quidem 9Vrotal, Vraniam Alilat. Igitur postquam fœdus cum nunciis a Cambyſe miſſis iniit Arabs, talem rem commentus est: Camelos omnes posteaquam utribus camelinis aqua completis oneravit, egitque ad loca humore carentia, ibi Cambyſis exercitum opperiebatur. Et iis quæ narrantur, hoc quod dixi, propius fidem est; tamen id quoque, quod minus credibile est, quandoquidem refertur, commemorare debeo. Est magnum in Arabia flumen nomine Corys, exiens in mare quod dicitur Rubrum: ab hoc flumine fertur Arabum rex canalem ex bovinis aliisque crudis coriis conſutum, tanta longitudine produxiſſe, ut ad loca arida per illum aquam produceret: inque ipso arido ſolo ingentes cisternas fodiſſe, quibus recepta aqua ſervaretur: et quum ſit a flumine ad hanc aridam duodecim dierum via, per tres ca-10nales in tres regiones aquam ducere. Ceterum apud Nili ostium, quod dicitur Peluſium,

τέρᾳ κροκύδα, ἀλείφει τῷ αἵματι ἐν μέσῳ κειμένους λίθους ἑπτά· τοῦτο δὲ ποιέων, ἐπικαλέεται τόν τε Διόνυσον καὶ τὴν Οὐρανίην. [a] ἐπιτελέσαντος δὲ τούτου ταῦτα, ὁ τὰς πίστις ποιησάμενος τοῖσι Φίλοισι παρεγγυᾷ τὸν ξεῖνον, ἢ καὶ τὸν ἀστὸν, ἢν [b] πρὸς αὐτὸν ποιήσηται. οἱ δὲ Φίλοι, καὶ αὐτοὶ τὰς πίστις δικαιοῦσι σέβεσθαι. Διόνυσον δὲ θεὸν μοῦνον καὶ τὴν Οὐρανίην [c] ἡγεῖσθαι εἶναι· καὶ τῶν τριχῶν τὴν κορὴν κείρεσθαι Φαῖσι, κατάπερ αὐτὸν τὸν Διόνυσον κεκάρθαι· κείρονται δὲ [d] περιτρόχαλα, περιξυρῶντες τοὺς κροτάφους. ὀνομάζουσι δὲ τὸν μὲν Διόνυσον, [e] Οὐροτάλ· τὴν δὲ Οὐρανίην, Ἀλλάτ. Ἐπεὶ ὦν τὴν πίστιν τοῖσι ἀγγέλοισι τοῖσι παρὰ Καμβύσεω ἀπιγμένοισι ἐποιήσατο ὁ Ἀράβιος, ἐμηχανᾶτο τοιάδε· ἀσκοὺς καμήλων πλήσας ὕδατος, [f] ἐπίσαξε ἐπὶ τὰς ζωὰς τῶν καμήλων πάσας· τοῦτο δὲ ποιήσας, ἤλασε ἐς τὴν ἄνυδρον, καὶ ὑπέμενε ὀθαῦτα τὸν Καμβύσεω στρατόν. ἔστι μὲν ὁ πιθανώτερος τῶν λόγων εἰρῆται. δεῖ δὲ καὶ τὸν ἧσσον πιθανὸν, ἐπεί γε δὴ λέγεται, ῥηθῆναι. ποταμός ἐστι μέγας ἐν τῇ Ἀραβίῃ, τῷ οὔνομα Κόρυς· ἐκδιδοῖ δὲ οὗτος ἐς τὴν Ἐρυθρὴν καλεομένην θάλασσαν· ἀπὸ τούτου δὴ ὦν τοῦ ποταμοῦ λέγεται τὸν βασιλέα τῶν Ἀραβίων, [g] ῥαψάμενον τῶν ὠμοβοέων καὶ τῶν ἄλλων δερμάτων ὀχετὸν μήκεϊ ἐπικτεύμενον ἐς τὴν ἄνυδρον, ἀγαγεῖν διὰ δὴ [h] τούτου τὸ ὕδωρ· ἐν δὲ τῇ ἀνύδρῳ μεγάλας δεξαμενὰς ὀρύξασθαι, ἵνα δεκόμεναι τὸ ὕδωρ [i] σώζωσι· ὁδὸς δ' ἐστὶ δυώδεκα ἡμερέων ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐς ταύτην τὴν ἄνυδρον. ἄγειν δέ μιν διὰ [k] ὀχετῶν τριῶν ἐς τριξὰ χωρία. Ἐν δὲ τῷ Πηλουσίῳ καὶ

a Arcb. M. V. Paſ. Ask. Rem. optime, *ἐπικαλέσαντος Ald.* &c. *b* Πρὸς αὐτὸν *Arcb. Vind. c Arcb. Vind.*, *ἡγέονται* ceteri. *d* Περὶ *τρόχαλα Arcb.*, *περιτρόχαλα Vind.* et *Photius* in Lex. ex hoc loco; *ὑποτρόχαλα* vulgo. *e* Ὀροτὰλ *Arcb. V. Valla*, et Cod. *Bodleianus*, in alio Ὀροτάλατ, teste *Pocockio*, tum Ἀλιὰτ Vulgo Ὀυροτάλτ' Ὀροτάλτ *Ask. Paſ. f* Citat Gloſſ. Sangerman., post pauca *ὑπέμενε Paſ. g Ald. Arcb. Vind. Rem. Paris. A. B.*, *ἀψάμενον τῶν ὠμ. M. Paſ. Ask.*, mox *καὶ ἄλλων Arcb. Vind. h* Τούτου *Arcb. V.*, *τούτῳ* vulgo reliqui. *i Ποτίζωσιν Arcb. V. Valla. k Ald. Arcb. V. Rem. Paris. B.*, quos ſequor: *τριῶν* non legit *M. Paſ. Ask.*

habet *Aëtius* L. III. C. 161. *περὶ κροκύδων*. In *Theophraſti* Charact. C. 2. vetuſtiſſimi MSS. *ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἀφελεῖν κροκύδα*. *Hippocratis* et *Galeni* libri variant, ſicuti *Foëſius* in Oeconomia docuit. Quae ſi ſatis non faciunt, obſervata *Salmaſio* in Solin. p. 283. adcedere poterunt.

31. Ὑποτρόχαλα, *περιξυροῦντες*] Περιτρόχαλα recipiet e Codd. *Herod.* vid. Diſſ. *Herod.* p. 100. Praebet illud *Plutarch.* T. II. p. 261. F. *περιτρόχαλα κείρεσθαι* Athenis, quod ex *Heſych.* conſtat, *σκαφίον* dicebatur: ad *Harpocr.* in Σκαφίον notat *H. Valeſ.* plura dedit *H. Iunius* de Coma c. VI. Potuerunt autem ista, *κείρονται περιτρόχαλα τοὺς κροτάφους* commode reddi *περιξυροῦνται*. Sed pro *περιξυροῦντες*, quae forma certe non est Ionica, fortaſſe cui ſcripſiſſe ſuo more videbitur *Herodotus πέριξ ξυρεῦντες τοὺς κροτάφους*· mihi tamen vulgatum potius ex interpretamento videretur natum. VALCKEN.

31. Κείρονται δὲ *περιτρόχαλα*] Verum hoc praeſtant veteres ſchedae et ſermonis conſuetudo. *Pollux* de tonſurae generibus, *κουρᾶς δὲ εἶδη, κῆπος*, —— *περιτρόχαλα*, ex *Salmaſii* in *Tertulliani* Pall. p. 266. certa emendatione, II, 29. Conſentit *Heſychius* in Σκάφιον. Hinc Ariſtodemus tyrannus in *Plutarchi* T. II. p. 261. F. *τὰς δὲ θηλείας*, bene ita *Salmas.*, *ἠνάγκαζε* ΠΕΡΙΤΡΟΧΑΛΑ *κείρεσθαι in orbem tonderi*. Talis *εὐείμων* ille *καὶ ἀποκειράμενος τὴν κεφαλὴν* ΠΕΡΙΤΡΟΧΑΛΑ in *Priſci* Excerpt. Legat. p. 45. Tales Franci *περίτροχον κειρόμενοι Agathiae* L. I. p. 11. C. Arabum olim idem tonſurae modulus, propterea que *Ieremiae* C. IX, 26. קצוצי פאה *circumcisi capitis angulos* ſeu in rotundum capitis comam adtonſi. Plura *Salmaſii* Epiſt. de Coma p. 50. et *Vitringae* Commentarius in *Eſaiae* C. XV. p. 463.

32. Ὀυροτάλ] Dedi *S. Bochart* Phal. II, 19. p. 110. et *Reiskio* Miſcell. Lipſ. T. VIII. p. 88. hanc ex Codd., niſi Ὀροτὰλ quis maluerit, ſcripturam: nam Ὀυροτὰλτ ultimam ex ſequente articulo ſibi ſociavit. Deſignantur duo totius Orientis praecipua numina, Sol et Luna. In Ὀυροτὰλ princeps ſyllaba manifesto Hebraeorum et Arabum אור / ſolem lumenque indicans, ſe prodit: deſit enim praegnans cauſſa, ut Ὀλοτὰλ cum *Pocockio* Specim. Hiſt. Arab. p. 107. formetur. Pars vocis extima in ambiguo haeret. *Reiskius* אורטל *Urotal* h. e. *lux et umbra*. Qua quidem ratione ſonus et litterae voci conſtant, haud ſcio an et Arabum atque Orientis Theologia. *Lux* illorum in disciplina boni origo, *umbra* et tenebrae mali; ex bono et malo eidem numini cognomen inpingere, incongrui quidpiam habet. Manet tamen ſuum ſpecimen coniecturae. Aliam dabit *Io. Clericus* ad *Iobi* C. XXXI, 26. Mihi quoque ſuborta alia fuit, cuius in re ancipiti fidem prodigere nolo. *Luna*, ſive Coelestis Venus Arabum I, 131. Ἀλίττα perhibebatur; unde, niſi binominis fuerit, alterutrum vitioſum videri poſſet. Sed puto neutrum. Ἀλιλὰτ, quod Ill. *Scaliger* ad Fragment. Graec. p. 27. iam pridem docuit, Arabum est הלאלה *Halala*, *Alila*, ſive *Luna μηνοειδὴς et crescens*. *Bochartus* plura.

44. Ῥαψάμενον τῶν ὠμοβοέων &c.] *Aldi* et aliorum; etiam *Arcb.*, e quo *ἀψάμενον Galeus*, longe errans, produxit, potior lectio. Conſui profecto prius coria ista bubula, ut canalem ſcorteum darent, debuerunt, quam variis ex partibus aptari inter ſe nectique. Non nego *βάπτειν* in Muſis iterari, nec adſpernantur tamen *ἐς τὸν μῆρον ἐνεβάψατο* II, 146. Amnis *Corys* Arabum Geographo ואדי אלקרי / *torrens Core*.

47. Τὸ ὕδωρ σώζωσι] Nihil in his quod offendat: parantur cisternae, ut aquam ſervent. Nonne quoque, ut potum ſitientibus dent? Hoc poſtulant *Valla* et ſchedae, quae *ἵνα δεκόμεναι τὸ ὕδωρ ποτίζωσι*, *ut aquam recipientes potum praebeant*. Lubens fateor, me Laurentio adſentiri, ſiquidem plenior ita ſurgit ſententia. Nolui tamen orationi, ne videar modum excedere, inſerere; qua formidine praepeditus non ſum in revocata *τριῶν* voce et *ἑρπετοπεδεύετο*. Lævia admodum ſunt, quibus contra utramque pugnatur. Nam *de locis tam arctis et difficilibus* quod obponitur, ipse Vir Celeb. V, 116. profligavit. Ἐν Πηλουσίῳ *στόματι*, *ad Peluſium ostium* bene *Valla*. Στρατεύεσθαι praeterea et *στρατοπεδεύεσθαι* permiscentur V, 14. Sed quid multa? *στρατοπεδεύσασθαι ἐν* Πηλουσίῳ habetur II, 141.

Pſammeniti caſtra, Amaſis mortuus. Pluit Thebis. Phanis liberi occiſi, et ſanguis vino et aqua mixtus pro potu fuit. AEgyptii victi, quorum crania duriora Perſicis,

καλεομένῳ στόματι τοῦ Νείλου [a] ἐστρατοπέδευετο Ψαμμήνιτος ὁ Ἀμάσιος παῖς, ὑπομένων Καμβύσεα. Ἄμασιν γὰρ οὐ κατέλαβε ζῶντα Καμβύσης ἐλάσας [b] ἐπ' Αἴγυπτον· ἀλλὰ βασιλεύσας ὁ Ἄμασις τέσσερα καὶ τεσσεράκοντα ἔτεα, ἀπέθανεν. ἐν τοῖσι οὐδέν [c] οἱ μέγα ἀνάρσιον πρῆγμα συνεπέχθη. ἀποθανὼν δὲ, καὶ ταριχευθεὶς, ἐτάφη ἐν τῇσι ταφῇσι τῇσι ἐν τῷ ἱρῷ, τὰς αὐτὸς [d] οἰκοδομήσατο. ἐπὶ Ψαμμήνιτε δὲ τοῦ Ἀμάσιος [e] βασιλεύοντος Αἰγύπτιε, Φάσμα Αἰγυπτίοισι μέγιστον [f] δὴ ἐγένετο· ὕσθησαν γὰρ Θῆβαι αἱ Αἰγύπτιαι, ὅτε πρότερον ὐδαμᾶ ὑσθεῖσαι, ὅτε ὕστερον τομέχρι ἐμεῦ, ὡς λέγουσι αὐτοὶ Θηβαῖοι. ἔ ὐ γὰρ δὴ ὕεται τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτε τοπαράπαν· ἀλλὰ καὶ τότε ὕσθησαν αἱ Θῆβαι [h] ψακάδι. Οἱ δὲ Πέρσαι, ἐπεί τε διεξελάσαντες τὴν ἄνυδρον, ἵζοντο πέλας τῶν Αἰγυπτίων, ὡς [i] συμβαλέοντες, ἐνθαῦτα οἱ ἐπίκυροι οἱ τῆ Αἰγυπτίῃ, ἐόντες ἄνδρες Ἕλληνές τε καὶ Κᾶρες, μεμφόμενοι [k] τῷ Φάνῃ, ὅτι σφέας ἦγαγε ἐπ' Αἴγυπτον ἀλλόθροον, μηχανῶνται πρῆγμα ἐς αὐτὸν τοιόνδε· ἦσαν τῷ Φάνῃ παῖδες ἐν Αἰγύπτῳ καταλελειμμένοι· [l] τοὺς ἀγαγόντες ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ ἐς ὄψιν τῆ πατρὸς, κρητῆρα ἐν μέσῳ ἔστησαν ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων· μετὰ δὲ, ἀγινέοντες κατὰ ἕνα ἕκαστον τῶν παίδων, [m] ἔσφαζον ἐς τὸν κρητῆρα. διὰ πάντων δὲ διεξελθόντων τῶν παίδων, οἶνόν τε καὶ ὕδωρ ἐσεφόρεον ἐς αὐτόν. ἐμπιόντες δὲ τῆ αἵματος πάντες οἱ ἐπίκυροι, ὅτω δὴ συνέβαλον. μάχης δὲ γενομένης καρτερῆς, καὶ πεσόντων [n] ἐξ ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων πλήθεϊ πολλῶν, ἐτράποντο οἱ Αἰγύπτιοι. Θώϋμα δὲ μέγα [o] εἶδον πυθόμενος παρὰ τῶν ἐπιχωρίων· τῶν γὰρ ὀστέων περιεχομένων χωρὶς ἑκατέρων τῶν ἐν τῇ μάχῃ ταύτῃ πεσόντων· (χωρὶς μὲν γὰρ τῶν Περσέων [p] ἔκειτο τὰ ὀστέα, ὡς ἐχωρίσθη κατ' ἀρχὰς, ἑτέρωθι δὲ, τῶν Αἰγυπτίων) αἱ μὲν τῶν Περσέων κεφαλαὶ εἰσὶ ἀσθενέες ὕτω, ὥστε εἰ θέλεις ψήφῳ μούνῃ βαλέειν, [q] διατετραυέες· αἱ δὲ τῶν Αἰγυπτίων, ὕτω δή τι ἰσχυραί, [r] μόγις ἂν λίθῳ παίσας διαῤῥήξεις· αἴτιον δὲ τούτου τόδε ἔλεγον, καὶ ἐμέ γ' εὐπετέως ἔπειθον, ὅτι Αἰγύπτιοι μὲν, αὐτίκα ἀπὸ παιδίων ἀρξάμενοι,

sium, castra habebat PSAMMENITVS Amaſis filius, Cambyſem opperiens. Nam Amaſin Cambyſes in AEgyptum progreſſus vivum nactus non est, ſed defunctum, quum quatuor et quadraginta annis regnaſſet: per quos nihil admodum magnæ calamitatis est expertus, defunctusque et conditus ſepultus fuit in ſepulchris in templo, quæ ipse ædificaverat. Sub eius autem filio Pſammenito iam regnante maximum extitit AEgyptiis portentum: apud Thebas AEgyptias (quod neque prius unquam neque postea ad meam usque ætatem contigit, ut ipsi Thebani aiunt) pluit. Nam ſuperiora AEgypti penitus pluviam non ſentiunt, attamen Thebis tunc pluit guttis. Perſæ porro ubi ſicca transmiſſa ſubſedere vicini AEgyptiis, tanquam congreſſuri; ibi AEgyptiorum auxiliatores Græci et Cares, Phani, qui externum exercitum in AEgyptum adduxiſſet, exprobrantes, hoc rei in illum ſunt machinati: filios, qui erant a Phane relicti in AEgypto, in caſtra perduxerunt, atque in conſpectum patris, poſitoque in medio duorum exercituum cratere; dehinc productos ſingulos puerorum ſuper craterem obtruncaverunt. Omnibus interfectis, vinum et aquam in craterem intulerunt: hunc ſanguinem quum bibiſſent omnes auxiliatores, ita conflixerunt. Acri prœlio commiſſo, perquam multis utrinque cadentibus, in fugam vertuntur AEgyptii. Ibi ego rem mirandam vidi, ab indigenis edoctus: oſſa utrorumque, qui in acie ista ceciderunt, quum ſeorſum iacerent circumfuſa, ut ab initio distincta fuerant, ſeorſum erant Perſarum, aliorſum AEgyptiorum: ſed Perſarum capita adeo fragilia ſunt, ut ſi velis ferire vel ſolo calculo, perforare poſſis: AEgyptiorum autem ita firma, ea vix ictu lapidis perfringes. Cuius rei cauſſam hanc illi reddebant, facile mihi perſuadentes, quod AEgyptii ſtatim a pueris radere capita incipiunt,

a Ἐστρατοπεδεύετο *Ald. V. Arcb. Paris. A. B. Rem.*, ἐστρατεύετο *M. Paſ. Ask.*, tum Ψαμίνητος *Arcb.* et mox; nam *Tb. Gale* fallitur. b Ἐς *Arcb. Vind.* mox τέσσερα καὶ in *Arcb. Vind.* deſiderantur. c *M.* ora *Steph. V. Arcb. Paſ. Ask.*, alii οἱ ἀνάρσιον. d Οἰκονομ. *Arcb.* e *Arcb. V.* bene, βασιλεύσαντος *Ald.* et alii. f Deſit *Arcb. V.*; quae ſequuntur adtigit *Suid.* in Βουλήσεται et Τσθης. g Οὔτε γὰρ ὕεται *Arcb. Vind.* b *M. Ask. Paſ.* ψεκάδι *Arcb. Euſtath.* in *Dionyſ.* v. 248., ψεκάσι *Ald. Paris. A. Rem. V.* praeterea οἴσθησαν *Med.* i Συγκαλ. *Ald.* k Τὸν Φάνεα *Arcb.* et ἐπ' Αἰγύπτου. l Τούτους *id. Vind.* m Decem ſequentia vocabula neglexit ſocordia *Arcb.*, mox ἐφόρεον cum *Vind.* n Deest *V. Arcb.* o Ἴδον uterque, tum τῶν ὀς. κεχυμένων. p Κέεται ambo. q Spectavit haec *Syneſius* Encom. Calvit. p. 77. Paullo ante εἰ θέλοις *Arcb.* r *M. Paſ. Arcb. V. Ask.*, ceteri ὡς μόγις, tum διαῤῥήξεις *M. Paſ. Ask.*, διαράξειας *Vind.*, διαῤῥήξειας *Arcb. Paris. A. B. Ald. Rem.* non utique male.

64. Τσθησαν αἱ Θῆβαι ψακάδι] Hoc mihi quoque ſincerius videtur ante vulgato ψεκάσι. Veteris erant Atticismi, *Moeridi* adnotatae formae: Ψακὰς, Ψίαθος, Τάλως, Σίαλον· eundem ſonum in nonnullis alteri praetulerunt Iones. Numerum adfirmabit *Ariſtides* T. III. p. 567. τὰ κάτω τῆς Αἰγύπτου λαμπρῶς (λαμπρῷ fortе ſcribendum:) πολλάκις ὕεται, ψεκάδι μὲν γὰρ καὶ τὰ ἄνω· quod multo verius Herodoteis proximis: οὐ γὰρ δὴ ὕεται τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου τὸ παράπαν· vid. *Weſſeling.* ad *Diodori* I, p. 84. *Pluvia irrigari* vel *humectari* est Τεσθαι. Recte reſtituit e MS. *Gronov.* L. II, c. 14. εἰ μήτε γε ὕσεται σφι ἡ χώρη. Aſſyria ὕεται ὀλίγῳ I, c. 193. hieme Scythia, IV, c. 50. ὕεται ταῦτα τῆς Λιβύης, IV, c. 198. In excerptis ex Indicis *Cteſiae* ſcribendum p. 655, 11. οὐχ ὕεται, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ ποτίζεται ἡ Ἰνδική· contra ſcribit *Philoſtr.* Indiam θαμὰ ὕεσθαι· *AElianus* N. A. XV, c. 6. ὕεται Ἰνδῶν γῆ διὰ τοῦ ἤρος μέλιτι ὑγρῷ. VALCKEN.

64. Τσθησαν αἱ Θῆβαι ψακάδι] Sequor *Med.*, etſi patroni ψεκάδι non deſint; at ſcribi demiror, augeri ſic magnitudinem miraculi, *quod ubique obſervata eodem tempore fuerit lapsa ex aëre una gutta, et mox ceſſaverit, non geminando lapsu:* eoque magis, quod venerint ex calamo viri eruditi. Vide hoc *Ariſtidis* in AEgypt. p. 339. τὰ κάτω τῆς Αἰγύπτου λαμπρῶς πολλάκις ὕεται· ΨΕΚΑΔΙ μὲν γὰρ καὶ τὰ ἄνω πολλάκις ὡς ἐν χρόνοις· ubi ſi poſterius πολλάκις tollatur, uti aequum est, nihil utique indicatur aliud, quam minutam ſubinde in ſuperiore AEgypto pluviam cadere, ſive, uti *AElian.* de Anim. VI, 41., ῥανίσι δεύειν λεπταῖς τὸν θεόν. Mitto νιφετὸν ΨΕΚΑΔΙ λεπτῇ μεμιγμένον *Plutarchi* Socr. Gen. p. 596. C., et κατὰ νεφῶν ψεκάδας ὕεσθαι *Heracliti* Allegor. p. 466.

78. Πεσόντων ἐξ ἀμφοτέρων] Male praepoſitionem ab *Arcb.* et *Vind.* exilio tradi, ſupra I, 76. ſignificatum est. Inmani autem barbariei, qua ſanguinem humanum, vino mixtum, in pateris circumtulerunt, per ea est ſimilis Apollodori Caſſandrenſis Tyranni in *Diodori* T. II. p. 563., ubi olim plura.

82. Χωρὶς μὲν τὰ Περσέων &c.] Omnia ista, uncinis incincta, ex Grammatici ſcholio derivat Cl. *Abreſchius.* Non audeo accedere. Abeunt minime ab abundantiore *Noſtri* in ſcribendo more, habuitque ſuo *Syneſius* in libro, tantum in regis Pſammeniti nomine lapsus. Cur autem AEgyptiorum capita fuerint duriora, fragiliora Perſarum, disputavit praeter alios *Mercurialis* Var. Lect. I, 21.

95. Ἀσ-

Piunt, et os ad solem redditur compactum. Quæ eadem causa est non calvescendi; nam ex omnibus hominibus paucissimos quis AEgyptios calvos videat. His igitur hoc causæ est cur robusta capita gestent. At Persis cur fragilia sint capita, id in causa est, quod a principio assuefiunt in umbra nutriri, gestantes pileos tiaras. Hæc ergo quidem talia vidi. Vidi item alia istis similia in Papremi, eorum qui una cum Achæmene filio Darii ab Inaro Afro sunt cæsi.

13 AEgyptii quoque postquam ex acie terga dederunt, nullo ordine fugam capessunt. Ad quos, quum se recepissent Memphin, misit Cambyses per flumen navim Mitylenæam cum caduceatore viro Persa, qui illos ad pactionem hortaretur. Isti ubi navim ingredi Memphin vident, frequentes ex castello effusi, navim corruperunt, virosque instar carnis dilaniatos in castellum afferunt. Et AEgyptii quidem post hæc obsessi tandem in deditionem venerunt. Afri vero finitimi, ea quæ AEgypto contigissent veriti, sese citra pugnam dediderunt, tributumque descripserunt ac dona miserunt. Cyrenæi quoque ac Barcæi itidem ut Afri timentes; similia et ipsi fecere. Cambyses munera, quæ ab Afris venere, perbenigne accepit: quæ autem a Cyrenæis, succensens, ut opinor, quod exigua erant; quingentas enim minas argenti miserant, quas sua manu prehensas

14 dispersit in milites. Decimo autem die quam castellum in urbe Memphi cepisset Cambyses, Psammenito AEgyptiorum rege, qui sex omnino regnarat menses, collocato in suburbio ignominiæ gratia, cum AEgyptiis aliis, hoc fecit ut eius animum experiretur: filiam illius, vestitu servili indutam, cum hydria ad aquam emisit; et cum ea similiter indutas alias, quas delegerat, primorum vi-

7. Γράψας δὲ ἐς Αἴγυπτον ἐπέθηκε] Reddi debet: *tradidit epistolam in AEgyptum perferendam*, sive *tradisam misit in AEgyptum.* Commodum *Harpocration* in Ἐπιθέτους ἑορτάς· λέγειν, inquit, ἣν εἰθισμένον, Ἐπέθηκεν ἐπιστολὴν, ἀντὶ τοῦ παρέδωκεν, *Cratinum* excitans testem et *Demosth.* pro Chrysippo: postrema *Suidas* et *Etymol.* omiserunt. in Demostheneis illud non invenerat *H. Vales.* olim lectum p. 542, 41. οὐ τὰς ἐπιστολὰς ἀπέδωκας αὐτοῖς, ἃς ἡμεῖς (*ego et frater*:) ἀπεδώκαμεν· nam dubium erit nemini, quin ex *Harp.* corrigendum sit ἃς ἡμεῖς ἐπεθήκαμεν· *quas nos tibi* in Bosporum *deferendas dederamus.* Supra p. 540, 11. *venit* εἰς τὸν Βόσπορον *Phormio* ἔχων ἐπιστολὰς, ἃς δέδωκ' αὐτῷ ἀπενεγκεῖν τῷ παιδὶ τῷ ἐμῷ, παραχειμάζοντι ἐκεῖ. Contractam loquendi formam *Pausanias* explicuit IV, p. 334. ubi heroum optimi consilia proditorum inter Graecos exemplar Aristocrates ἐγγράψας βιβλίῳ καὶ τὸ βιβλίον ἐπιθεὶς τῶν οἰκετῶν fidissimo πρὸς Ἀνάξανδρον ἀπέστελλεν ἐς Σπάρτην· paulo post scribendum putem τὰ ἀντεπεσταλμένα· quae dici quoque possent Ἀντεπιτεθειμένα· vid. *Harpocr.* in Ἀντεπιτίθησιν et notas ad *Thom. Mag.* in Ἐπέθηκά τινι ἐπιστολήν. VALCKEN.

14. Τοῦδε εἵνεκα] Τοῦδε δὲ εἵνεκα *Abreſcbius*, neque inconmode. *Synesius* Amasidis institutum haud probans, id laudat, quod Polycratis calamitati, si ea amicitiae renunciationem antevertisset, lacrymas non fuissent negaturus, κήρυκα πέμψας τὴν φιλίαν ἀπείπατο, δῆλον ἐποίησεν, ὅτι χὰν ἐδάκρυσεν, εἰ προὔλαβεν ἡ συμφορὰ τὴν ἀπόῤῥησιν· Epist. XLVI.

30. Ὑπὸ Πολυκράτεος] Non intercedo, quo minus haec deleantur; quamquam tales περισσολογίαι in Musis geminae conplures. Ἐν Καρπάθῳ Laurentius *in Carpathio mari* rectissime: nihil certe est cur ἐν Καρπαθίῳ reperisse eum putemus cum *Corn. de Pauw.* Tritum dicendi genus viri Cl. *Perizonius*, *Gronovius*, *Dukerus* abunde declararunt. Ecce tibi hoc *Diogenis Laërtii* I, 81. χρόνῳ δ' ἐν ΤΑΙΣ ΑΘΗΝΑΙΣ —— τοῦ τρίποδος εὑρεθέντος ὑπὸ τῶν ἁλιέων h. e. in mari, quod Athenas alluit, περὶ τὴν Ἀθηναίων θάλασσαν scripsit Sect. 31. *Strabo* de Caesarauguſta II. p. 246. B. ἣν ἔφαμεν ἐν τῷ Ἰβήρι ἱδρύσθαι· ubi vir magnus ἐπὶ τῷ —— scriptore in praecedentibus praeeunte. At idem I. p. 64. C. οὔτε γὰρ ἐν ΤΗι καθ' ἡμᾶς ΘΑΛΑΤΤΗι οἰκοῦσί τινες Αἰθίοπες, mare nostrum sive mediterraneum non accolunt AEthiopes. Sed manum, quod dici solet, de tabula.

42. Πολυκράτεα παρασήσασθαι] Laxius est *ad expellendum.* *Thucydidis* καὶ πολιορκίᾳ ΠΑΡΕΣΤΗΣΑΝΤΟ Schol. recte explicant ἐδούλωσαν I, 98. et 124. *Suidas* in Παρίσημι ex *Procopio*, ut opinor, ὧν τὰ μὲν βίᾳ ἤρει, τὰ δὲ ὁμολογίᾳ ΠΑΡΙΣΤΑΤΟ. Is certe B. Vand. I, 3. ἐπεὶ οὐδὲ βίᾳ, οὐδὲ ὁμολογίᾳ — ΠΑΡΑΣΤΗΣΑΣΘΑΙ οἷά τε ἦσαν. Lege Schol. in *Sophoclis* Oedip. Colon. v. 909. et Cl. *Wasse* Addend. *Thucydid.* p. 667.

49. Ἦν

cum auxiliarii mercede conducti, tum domestici sagittarii, is a Samiis redeuntibus numero paucis fuerit superatus; eorum vero qui sub ipso erant civium liberi atque uxores Polycrates in navalia coactos tenebat paratos, ut si ii eum redeuntibus aliis prodidissent, una cum ipsis navalibus comburet.

46 Posteaquam vero Samii qui a Polycrate exacti erant, Spartam venerunt, introducti ad principes multa sane, qualia supplices, commemorabant. Quibus illi primo congressu responderunt, eorum quæ isti dixissent, priorum quidem oblitos esse, posteriora vero non intelligere. Secundo deinde congressu nihil isti dixerunt, nisi allato panario, illud pane indigere. Quibus iidem responderunt panario curiose actum fuisse. I-

47 taque opem ferendam eis censuerunt. Ac postea instructi Lacedæmonii, cum exercitu in Samum se contulere, referendæ gratiæ caussa, ut Samii aiunt, quia illis aliquando Samii adversus Messenios navibus auxilio fuissent: ut vero Lacedæmonii aiunt, non tam ut tutarentur precantes Samios, militavisse, quam ut ulciscerentur rapinam crateris, quem Crœso portabant, et thoracis ab Amasi rege AEgypti ipsis muneri missi. Interceperant enim Samii priore quam craterem anno, thoracem quoque, lineum quidem, et frequentibus animalium figuris intextis, sed ornatum auro lanisque ex xylo:

οἰκήϊοι ἦσαν πλήθεϊ πολλοί, [a] τοῦτον ὑπὸ τῶν κατιόντων Σαμίων ἐόντων ὀλίγων ἐσσωθῆναι· [b] τῶν δ' ὑπ' ἐωυτῷ ἐόντων πολιητέων τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ὁ Πολυκράτης ἐς τοὺς νεωσοίκους συνειλήκας, εἶχε ἑτοίμους, ἢν ἄρα προδιδῶσι οὗτοι πρὸς τοὺς κατιόντας, ὑποπρήσας αὐτοῖσι νεωσοίκοισι. Ἐπεί τε δὲ οἱ [c] ἐξελαθέντες Σαμίων ὑπὸ Πολυκράτεος ἀπίκοντο ἐς τὴν Σπάρτην, καταστάντες ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, ἔλεγον πολλὰ, οἷα κάρτα δεόμενοι. οἱ δὲ σφι τῇ πρώτῃ καταστάσει ὑπεκρίναντο, τὰ μὲν πρῶτα λεχθέντα [d] ἐπιλελῆσθαι, τὰ δὲ ὕστερα οὐ συνιέναι· μετὰ δὲ ταῦτα, δεύτερα καταστάντες, ἄλλο μὲν εἶπον οὐδέν, θύλακον δὲ Φέροντες, ἔφασαν [e] τὸν θύλακον ἀλφίτων δέεσθαι. οἱ δέ σφι ὑπεκρίναντο, τῷ θυλάκῳ [f] περιεργάσθαι· βοηθέειν δ' ὦν ἔδοξε αὐτοῖσι. Καὶ ἔπειτα παρασκευασάμενοι ἐστρατεύοντο Λακεδαιμόνιοι ἐπὶ Σάμον· ὡς μὲν Σάμιοι λέγουσι, εὐεργεσίας [g] ἐκτίνοντες ὅτι σφι πρότεροι αὐτοὶ νηυσὶ ἐβοήθησαν ἐπὶ Μεσσηνίους· ὡς δὲ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, [h] οὐκ οὕτω τιμωρήσαι δεομένοισι Σαμίοισι ἐστρατεύοντο, ὡς τίσασθαι βουλόμενοι τοῦ κρητῆρος τῆς ἁρπαγῆς, τὸν ἦγον Κροίσῳ, καὶ τοῦ θώρηκος τὸν αὐτοῖσι Ἄμασις ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς ἔπεμψε δῶρον. καὶ γὰρ θώρηκα ἐληίσαντο τῷ πρότερῳ ἔτεϊ ἢ τὸν κρητῆρα, οἱ Σάμιοι· ἐόντα μὲν λίνεον, καὶ ζώων συνφασμένων [i] συχνῶν, κεκοσμημένον δὲ χρυσῷ καὶ εἰρίοισι ἀπὸ ξύλου· τῶνδε εἵνεκα θωϋμάσαι

178

a Τούτων *Arcb.* b Excerpsit *Suidas* in Νεώσοικοι, legitque εἶχε ἑτοίμως et ἀυτοῖσι νεωσοίκοισι recte, vulgo ἀὐτοῖσι τοῖσι. c Ἐξελασθέντες *M. Pasf. Ask.*, vulgatum *Ald. V. Arcb.* et ceteri probant. Vide I, 168. d Quatuor sequentes voces tantum in margine *Med.*, ἐπιλελῆθέναι *V. Arcb.* et ὕσατα belle utrumque. Vulgo ἐπιλελῆσθαι et ὕσατα. e *M. Pasf. Ask. V. Arcb. Rem. Paris. A. B.* ora *Steph.*, τὸν ἀλφίτων *Ald.* f Περιεργάσασθαι *V. Arcb.* et ex glossa *Pasf.* g Ἐκτείνοντες *Arcb. Ald.* h *M. Arcb. V. Ask. Pasf. Paris. A. B.*, vulgo οὔκω τι τιμωρ., porro δεόμενοι *Arcb.* Citat *Plut.* et carpit de Malign. p. 859. B. i Tres proximas voces negligit *Arcb. Vind.*, tum ἐρίοισι uterque.

49. Ἦν ἄρα προδιδῶσι οὗτοι] *Vallam*, cuius Latina durant, legisse hic προΐωσι aut προσάγωσι, suspicatur doctus vir in litteris ad me, neutro contentus, ut nec vulgato. De Laurentio omnia alia pronuntiare debeo; in schedis *Arcb.* discrepantia nulla, nulla in *Vind.*, quibus *Vallam* simillimas versasse, constat. Προδιδῶσι πρὸς τοὺς —— idem est, ac inita proditione transfugiant. Congruit ἐβουλεύοντο ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν ἐς τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίης VI, 100. et de Thespiensibus αὐτέων ἐκλελοιπότων ἐς τὴν Πελοπόννησον· quibus citra talem ellipsin tenax gratia non perseverabit. Mox *Suida* duce et genio Sermonis αὐτοῖσι νεωσοίκοισι amplecti libuit. Vide ad Librum superiorem C. 46.

54. Τὰ μὲν πρῶτα λεχθέντα] Nervos Laconico dicto *Med.*, prorsus sine auxiliatore, incidit, propterea que vituperium, non laudem meritus. Si *Plutarcho* fides, responderunt Samiis Lacones, τὰ μὲν πρῶτα ΕΠΙΛΕΛΑΘΑΜΕΣ, τὰ δὲ ΤΣΤΕΡΑ οὐ ΣΤΝΗΚΑΜΕΣ, διὰ τὸ τὰ πρῶτα ἐπιλελᾶσθαι Laconic. p. 232. D., quorum postrema Spartanam fortasis breviloquentiam dedecorant, reliqua pondus addunt atque auctoritatem scripturae Codd. *Arcb.* et *Vind.*, defenduntque probantem.

57. Τὸν θύλακον ἀλφίτων δέεσθαι] Quod aliunde *Steph.* enotarat, e *Med.* recepit *Gronov.* Melior meo iudicio vetus est lectio: τὸν (id est τοῦτον) ἀλφίτων δέεσθαι, aut, quod hic praetulerim, τόνδε· δεικτικῶς, *buncce, quem digito monstrabant, saccum inanem farina indigere*, atque adeo tacendo dicentes: Ὡς ἄλφιτ' οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ θυλάκῳ. Illud τόνδε et τουτονὶ sic in primis comoedia frequentat: in *Aristoph.* Nub. v. 1145. τουτονὶ πρῶτον λαβέ· *Bergler. istum saccum farinae prius accipe. Schol.* θύλακον ἀλφίτων δίδωσιν αὐτῷ· vulgatur in Av. v. 443. Μήτ' ὀρχίπεδ' ἕλκειν, μήτ' ὀρύττειν. X. Οὔτι που Τὸν, οὐδαμῶς. Quibus non est ignota comoediae petulantia, Τόνδ' οὐδ' scribendum esse fatebuntur. Neque in Comicis tantum Tragicisque, sed et in Oratoribus et Historicis multa pendent ab actione animo repraesentanda. Exemplo sit notum illud, quod perhibent statuae monumenti Sardanapali inscriptum: ἔσθιε, πῖνε, παῖζε, ὡς τἄλλα τούτου οὐκ ἄξια· ap. *Athen.* XII, p. 530. C. qui ad τούτου recte scribit, τοῦ ἀποκρότηματος ἔοικε λέγειν· *cetera huius non facio, digitorum crepitus* nimirum: quae leguntur alibi istius τούτου sunt interpretamenta: vid. Ill. *Boubier Disf. sur Sardanapale* p. 384. Ista prostant in App. *Vatic.* Prov. p. 312. τὸ ἐφεσὸς τῷ μνήματι ἄγαλμα, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχον τὰς χεῖρας, πεποίηται ὡς' ἀναπολήχουν τοῖς δ. corrigo: ὥς τινα ἀποτελοῦν ἦχον τοῖς δακτύλοις. Eadem hac opera in *Schol.* ad *Arist.* Ran. v. 944. γρύξοντας οὐδὲ τουτί· emendari poterit: εἰκὸς αὐτὸν ἀποκροτοῦντα τῷ δακτύλῳ δεικνύειν τὸ, οὐδὲ τουτί· vulgatur ἀπρακτοῦντα. VALCKEN.

59. Τῷ θυλάκῳ περιειργάσθαι] Frustra *H. Stephanus* ad haec adhaesit, mutila arbitratus. Diogenes, luxum Socrati exprobrans, περιειργάσθαι γὰρ καὶ τῷ οἰκιδίῳ καὶ τῷ σκιμποδίῳ, *nimium fuisse* aiebat *in parva domo et lectulo* ap. *AElian.* Var. IV, 11. Non alia Lacedaemonii sententia. Samii panarium, et vacuum quidem, in medium collocarant: addiderant, τὸν θύλακον ἀλφίτων δέεσθαι. Id Spartani dictum nimiae loquacitatis damnant: satis enim fuisse ostensum panarium. Res manifesta ex *Sexto Empir.* est L. II. Adv. Mathemat. p. 293., ubi Chiorum legatus, cum alius in petendo ob multum loquentiae frumento repulsam Lacedaemone tulisset, κενὸν θύλακον porrigens insuper, ἀλφίτων αὐτὸν δεῖσθαι, prorsus ut Samii, adiungit. At illi oratorem reprehendunt ὡς ἀδολέσχην, *tanquam nimis garrulum.* ἀποχρώντως γὰρ κενὸς δειχθεὶς ὁ θύλακος ἐσήμηνε τὴν τῶν Χίων αἴτησιν. Sic *Sextus.*

64. Οὐκ οὕτω τιμωρῆσαι] Recte restituit *Gronov.* pro οὔκω τι e *Med.* cui plures forte Codd. suffragabuntur. Vellem praeterea praeberent: οὐκ οὕτω τιμωρίης δεομένοισι Σαμίοισι ἐστρατεύοντο, ὡς τίσασθαι βουλόμενοι, *non adeo Samiis, ut vindictae sumendae cupidis auxiliarentur, quam ut ipsi vindicarent iniuriam sibi illatam*, apud *Plutarch.* II, p. 859. C. dixisse feruntur Lacedaemonii, ὡς οὐ βοηθοῦντες, οὐδ' ἐλευθεροῦντες, ἀλλὰ τιμωρούμενοι Σαμίους ἐστρατεύσαντο. *Auxilium alteri ferre in iniuria propulsanda* dicitur τιμωρεῖν, ἀμύνειν, et ἀρήγειν· sed τιμωρεῖσθαι, τίσασθαι, ἀμύνεσθαι, et ἀλέξασθαι significant *sibi illatam vindicare.* Illud *Herodoti* haud tritissimum, οὐκ οὕτω —— ὡς βουλόμενοι quantillum fuisset *Gronovio*, lectoribus commendasse simillimis aliquot locis designatis e p. 206, 24. p. 350, 15. p. 366, 46. οὐ κατὰ ἐυνοίην οὕτω, ὡς βουλόμενοι. VALCKEN.

70. Καὶ ζώων ἐνυφασμένων] Haec redarguunt *Plinius*

sociis Corinthiis, qui infesti Samiis. Inimicitia Corcyraeorum et Corinthiorum;

μάσαι ἄξιον, [a] ἀσπιδόπη ἑκάστη τοῦ θώρηκος ποιεῦ-
ἐοῦσα γὰρ λεπτὴ, ἔχει ἀσπίδωτας ἐν ἑωυτῇ τριη-
κοσίας καὶ ἑξήκοντα, πάσας φανερὰς· τοιοῦτος ἕτε-
ρός ἐστι καὶ τὸν ἐν Λίνδῳ ἀνέθηκε τῇ Ἀθηναίῃ Ἄμασις.
[b] Συνεπελάβοντο δὲ τοῦ στρατεύματος τοῦ ἐπὶ Σάμον
ὥστε γενέσθαι, καὶ Κορίνθιοι προθύμως· ὕβρισμα γὰρ
καὶ ἐς τούτους εἶχε ἐκ τῶν Σαμίων γενόμενον γενεῇ πρό-
τερον τοῦ στρατεύματος τούτου, κατὰ δὴ τὸν αὐτὸν
χρόνον τοῦ κρητῆρος τῇ ἀρπαγῇ γεγονός. Κερκυραίων
γὰρ παῖδας [c] τριηκοσίους ἀνδρῶν τῶν πρώτων, Πε-
ρίανδρος ὁ Κυψέλου ἐς Σάρδις ἀπέπεμψε παρὰ Ἀ-
λυάττεα [d] ἐπ' ἐκτομῇ· προσχόντων δὲ ἐς τὴν Σάμον
τῶν ἀγόντων τοὺς παῖδας Κορινθίων, πυθόμενοι οἱ Σά-
μιοι τὸν λόγον, [e] ἐπ' οἷσι ἀγοίατο ἐς Σάρδις, πρῶ-
τα μὲν τοὺς παῖδας ἐδίδαξαν ἱροῦ ἅψασθαι Ἀρτέμι-
δος· μετὰ δὲ, οὐ περιορέοντες ἀπέλκειν τοὺς ἱκέτας
ἐκ τοῦ ἱροῦ, σιτίων δὲ τοὺς παῖδας ἐργόντων Κορινθίων, ἐποιήσαντο οἱ Σάμιοι ὀρτὴν, τῇ καὶ νῦν ἔτι
χρέωνται κατὰ [f] ταυτά· νυκτὸς γὰρ ἐπιγενομένης,
ὅσον χρόνον [g] ἱκέτευον οἱ παῖδες, ἔστασαν χορεὺς [h] παρ-
θένων τε καὶ ἠθείων· ἱστάντες δὲ τοὺς χορούς, τρωκτὰ
179 σησάμου τε καὶ μέλιτος ἐποιήσαντο νόμον φέρεσθαι· ἵνα
ἁρπάζοντες οἱ τῶν Κερκυραίων παῖδες ἔχοιεν τροφήν.
[i] ἐς τοῦτο δὲ τόδε ἐγένετο, ἐς ὃ οἱ Κορίνθιοι τῶν παι-
δων οἱ Φύλακοι [k] οἴχοντο ἀπολιπόντες· τοὺς δὲ παῖ-
δας ἀπήγαγον ἐς Κέρκυραν οἱ Σάμιοι. Εἰ μέν νυν
Περιάνδρῳ τελευτήσαντος τοῖσι Κορινθίοισι [l] Φίλα ἦν
πρὸς τοὺς Κερκυραίους, οἱ δὲ ἐκ δὴ συνελάβοντο τοῦ
στρατεύματος τοῦ ἐπὶ Σάμον ταύτης [m] εἵνεκεν τῆς
αἰτίης. νῦν δὲ αἰεὶ ἐπεί τε ἔκτισαν τὴν νῆσον, εἰσὶ ἀλ-
λήλοισι διάφοροι ἐόντες ἑωυτοῖσι· τούτων ὦν εἵνεκεν ἀπε-μνη-

lo: ob id admiratione dignum faciunt thoracis licia: nam quum ea tenuia et exilia, tamen in se habeant trecenta ac sexagena licia, singulaque conspicua. Qualis alter est, quem in Lindo Minervae idem Amasis dedicavit. Adiuverunt autem hanc expedi- 48
tionem contra Samios, ut fieret, admodum prompte Corinthii. In quos etiam Samiorum extabat iniuria ætate, quæ præcessit hanc expeditionem, circa idem tempus facta, quo crater interversus est. Nam quum Periander Cypseli filius, Sardes ad Alyattem castrandos mitteret trecentos primorum in Corcyræis liberos, Corinthiique qui illos ducebant, Samum appulsi essent, audita Samii caussa cur Sardes ducerentur, primum edocuere pueros, ut templum Dianæ tangerent: deinde non negligentes abstrahere supplices a templo, quum arcerent Corinthii eos alimentis, ipsi Samii diem solennem egerunt, quem nunc quoque per eadem facta celebrant. Quum enim nox advenerat, quamdiu pueri supplicabant, exercebant choros virginum atque adolescentium, et interea dum choros exercent, ritum instituerunt ferendi esculenta ex sesamo ac melle, ut ea Corcyræorum filii rapientes, alimenta haberent; id eousque factum est, dum Corinthii puerorum custodes, illis omissis, abierunt. Ita Samii pueros Corcyram reduxerunt. Quod si defuncto Perian- 49
dro, Corinthiis cum Corcyræis amicitia extitisset, illi non fuissent portio expeditionis huius contra Samum propter hanc causam: nunc ab ipsis insulæ originibus, Corinthii semper cum Corcyræis discordes mutuo fue-

[a] Sumsit hinc *Pollux* VII, 31., mox τοῦ θώρηκος omittit *Arch.*, legitque τριηκοσίους *Med.* [b] Συνεπιλάβοντο sine augmento *V.*, *Plut.* exscripsit p. 859. E. [c] *Pasf. Ask. Paris. A. B. Vind. Plutarch. Valla*; τριηκοσίων vulgo. Praeterea Κερκυρέων *Arch. V.* et iterum. [d] Ἐπ' ἐκτ. *V. Arch.*, bene. Vid. *Wasse* Addend. *Thucyd.* p. 668. ἐπὶ vulgo, et statim πρὸς τὴν Σ. [e] Ἐπεὶ συνάγοιντο iidem, tum consentiunt *M. Pasf. Ask.* in omissione vocum οἱ παῖδες, quas *Ald.* post ἀγοίατο habet et *Edd.* [f] Τοῦτο *Arch. Vind.* [g] Ἱκετεύοντο iidem, neque male. [h] Octo sequentia neglexit socors librarius *Arch.* [i] Ἐς τοῦτο δὲ τόδε ἐγένετο (ἐγίνετο *Pasf. Ask.*) ἔτι ἐς τώυτὸν, ἐς ὃ *Arch. Vind.* in Edd. ἐς τοῦτο δέ οἱ. [k] *Ask. M. Pasf.*, ᾤχοντο *Arch. V.*, οἴχοντο *Ald.* et alii. [l] Φίλα *V. Arch.* [m] Iidem et *M. Pasf. Ask.*, ἕνεκα vulgo, etiam mox.

na H. Nat. VIII, 48. *Plurimis vero liciis texere, quae Polymita appellant, Alexandria instituit.* Magis etiam *Is. Vossii* coniecturas de Iudaeis Alexandrinis, talis ὑφαντικῆς auctoribus, et monstra fabulosaque animalia, *cuiusmodi erant Cherubini et Seraphini*, ut scribit, intexentibus: ad *Catull.* p. 196. Ars enim in AEgypto Alexandria multo vetustior, et, quae Iudaeis adfricantur, sine locuplete teste. Verum ista huius non sunt temporis et loci. Meliora *Plinii* de thorace Amasidis, Minervae sacrato, L. XIX, 1. et *AElian.* H. An. IX, 17., in quo Ἄμασιν ex ἅσμασιν praeclare *Trillerus* extudit.

81. Παῖδας τριηκοσίους] Inmanem hanc crudelitatem *Plinius* N. Hist. IX, 25. et *Diogenes* I, 95. obliti non sunt, de nobilium numero puerorum nihil. *Plutarchus* et MSS. in trecentis acquiescunt, a quibus nihil dissentio.

95. Ἐς τοῦτο δέ οἱ] Literis duabus repetitis legerim: ἐς τοῦτο τόδε σφι ἐγένετο, ἐς ὃ οἱ Κορίνθιοι, τῶν παιδων οἱ Φύλακοι, οἴχοιντο· si correctioni favent Codd. ut favere videtur MS. *Arch.* tantilla forte non displicebit. VALCKEN.

95. Ἐς τοῦτο δὲ τόδε ἐγένετο] Vulgata ἐς τοῦτο δέ οἱ excusatione caret: τοῦτο δέ σφι, ne sententia labaret, *Reiskius* reposuit; ego MSS. sequor *Arch.* et *Vind.*, diversas Codd. scripturas edentes. Quod autem φίλα ἦν πρὸς —— mutatum ierunt, non laudo. Herodotea sunt φίλα ποιέεσθαι, εἰρηναῖά οἱ ἦν et consimilia.

1. Εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι ἐόντες ἑωϋτοῖσι] Praeferunt haec insoliti quidpiam. Est, cui placet ἑόντες οἱ ὦϋτοὶ h. e. αὐτοὶ, *quamvis iidem sint*, quippe ex Corinthiorum metropoli et eius propago, me non invidente. *Herodotus* II, 7. ΕΣΤΙ εὐρέα Αἴγυπτος ΕΟΥΣΑ ὑπτίη. Iterum IV, 46. ἀλλὰ Φερέοικοι ΕΟΝΤΕΣ πάντες ΕΩΣΙ ἱπποτοξόται· tum V, 95. αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει. Alia prudens negligo. De tempore deductae in Corcyram coloniae, non eadem omnium opinio: *Eusebium* si sequi consultum fuerit, Olymp. XVIII. a Corinthiis occupata est: cuius quidem sententiam dum Ill. *Scaliger* testimonio *Diodori* V, 16. stabilire voluit, a vero aberravit. Pityusae isthic initia describuntur, nulla Corcyrae. *Strabo* VI, p. 414. Echecratem, Corcyrae conditorem, comitem Archiae, colonos Syracusas deducenti, adiungit sub Olymp. XI. *Timaeus* vero in Scholiis *Apollonii Rh.* IV, 1216. sexcentis ab eversa Troia annis constitutam ait, gravissime, modo Critici verba eius bene expresserint, lapsus: foret enim his ex calculis colonia Cypselo et Periandro posterior. Ut ut fuit, si *Ecbecrates*, coloniae auctor, aut ira percitus aut ignominia notatus, Corintho excesit, quod *Timaeus* significat, certa manent, quae de Corcyraeorum et Corinthiorum inimicitiis hic produntur. Adde antiquissimum tota Graecia navale, hos inter pugnatum, praelium apud *Thucydidem* I, 13.

2. Διάφοροι ἐόντες ἑωϋτοῖσι] Nota quidem Graeca locutio, διάφοροι ἐτύγχανον ἐόντες· sed nondum exputo, quid sibi velint ista: εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι ἐόντες ἑωϋτοῖσι. Ponuntur ab *Herodoto* valde vicina, ἐοῦσα ἦν —— ἐὼν, et similia; sed de rebus tamen diversis: p. 237, 15. 20. 268, 26. 278, 5. L. VI, c. 52. de Eurysthene et Procle, τούτους, inquit, ἀνδρωθέντας, αὐτούς τε ἀδελφεοὺς ἐόντας, λέγουσι διαφόρους εἶναι τὸν πάντα χρόνον τῆς ζόης αὐτέων ἀλλήλοισι. Ad istam rationem si hic legeretur, νῦν δὲ αἰεὶ, ἐπείτε ἔκτισαν τὴν νῆσον, εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι, ἐόντες —— συγγενέες, vel ὁμογενέες, vel simile quid, nihil hic esset impediti: nam revera Corcyraei cum Corinthiis eiusdem fuere generis atque originis participes, Corinthiorum quippe coloni; sed, quae maioribus suis debebant, habentes neglectui, opibus etiam elati, marique potentes,

qui hinc infesti Samiis. Periandri uxor, et filii, et socer Procles, quem visunt nepotes. Mira iunioris torvitas in patrem, huiusque ultio. Dira truculentia

re. Huius igitur rei memores Corinthii, exulcerato in Samios animo erant. Mittebat autem Periander ad castrandrum Sardes primorum Corcyræorum delectos pueros; ulciscendi gratia, quia Corcyræi priores nefandum facinus in eum admiserant. Nam posteaquam uxorem suam Melissam necavit Periander, accidit, ut ad superiorem calamitatem hæc quoque altera illi accederet. Erant ei ex Melissa filii duo, unus septem et decem, et alter duodeviginti natus annos, hos avus maternus Procles, Epidauri tyrannus, ad se accitos, ea prosequebatur charitate qua par erat nepotes ex filia sua. Quos ubi remittendos statuit, deducens illos, Scitis, inquit, pueri, quis matrem vestram interemerit? Hoc dictum, ei qui maior natu erat, nullius momenti habitum est: at minor, cui nomen erat Lycophroni, ita hoc audito doluit, ut reversus Corinthum, patrem neque salutaverit, neque colloquentem vicissim alloqui, ac ne interroganti quidem sermonem aliquem dederit. Eum Periander tandem sane indignatus a laribus eiecit. Quo eiecto, maiorem natu percontatur quænam cum ipsis avus esset colloquutus. Ille narrare ut ipsos avus amantissime accepisset: non tamen recordari dicti illius quod Procles in eis dimittendis dixisset, quippe quod in mentem non admiserat. Periander dicere, nulla ratione fieri posse quin aliquid illis ab avo sit suggestum: itaque percontando instare. Tunc adolescens in memoriam rediens, id quoque narravit. Quod Periander etiam animo attendens, tamen nolens aliquid concedere mollius, mittit illue apud quos filius ab ipso expulsus degebat, prohibens ne adolescentem in domum excipiant. Iste postquam eiectus in alteram se domum conferebat, ab hac quoque abigebatur; et Periandro iis qui acceperant comminante, atque ut arcerent imperante, expulsus in aliam sodalium domum se contulit. Illi etsi formidantes, tamen quod esset Periandri filius, hominem excipiebant. Ad postremum Periander per præconem edici iussit, quisquis hunc in domum recipiret, aut alloqueretur, eum sacram mulctam Apollini debiturum, quantam ipse nuncupans. Ad hoc edictum quum nemo affari, nemo illum

μησικάκειν τοῖσι Σαμίοισι οἱ Κορίνθιοι. [a] ἀπέπεμπε δὲ ἐς Σάρδις ἐπ' ἐκτομῇ Περίανδρος, τῶν πρώτων Κερκυραίων ἐπιλέξας τοὺς παῖδας, τιμωρεύμενος. [b] πρότεροι γὰρ οἱ Κερκυραῖοι ἦρξαν ἐς αὐτὸν πεῖγμα ἀτάσθαλον ποιήσαντες. Ἐπεί τε γὰρ τὴν ἑωυτοῦ γυναῖκα Μέλισσαν Περίανδρος ἀπέκτεινε, συμφορὴν τοιήνδε οἱ ἄλλην συνέβη πρὸς τῇ γεγονυίῃ γενέσθαι. ἦσάν οἱ ἐκ Μελίσσης δύο παῖδες, ἡλικίην ὁ μὲν ἑπταικαίδεκα, ὁ δὲ ὀκταικαίδεκα [c] ἔτεα γεγονώς· τούτους ὁ μητροπάτωρ Προκλῆς, ἐὼν Ἐπιδαύρου τύραννος, μεταπεμψάμενος παρ' ἑωυτὸν, [d] ἐφιλοφρονέετο, ὡς εἰκὸς ἦν, θυγατρὸς ἐόντας τῆς ἑωυτοῦ παῖδας· ἐπεί [e] τε δέ σφεας ἀπεπέμπετο, εἶπε προπέμπων αὐτούς, „Ἆρα ἴστε, ὦ παῖδες, ὃς „ὑμέων τὴν μητέρα ἀπέκτεινε;" τοῦτο τὸ ἔπος ὁ μὲν πρεσβύτερος αὐτῶν οὐ οὐδενὶ λόγῳ ἐποιήσατο· ὁ δὲ νεώτερος, τῷ οὔνομα ἦν Λυκόφρων, ἤλγησέ τε ἀκούσας οὕτω, ὥστε ἀπικόμενος ἐς τὴν Κόρινθον, ἅτε φονέα τῆς μητρὸς τὸν πατέρα οὔτε [f] προσεῖπε, διαλεγομένῳ τε [g] οὔτε προσδιελέγετο, ἰστορέοντί τε λόγον οὐδένα ἐδίδου· τέλος δέ μιν [h] περιθύμως ἐχόμενος ὁ Περίανδρος ἐξελαύνει ἐκ τῶν οἰκίων. Ἐξελάσας δὲ τοῦτον, ἱστόρεε τὸν [i] πρεσβύτερον τά σφι ὁ μητροπάτωρ διελέχθη. ὁ δέ οἱ ἀπηγέετο ὡς σφέας Φιλοφρόνως ἐδέξατο. ἐκείνου δὲ τοῦ ἔπεος τὸ σφι ὁ Προκλῆς ἀποστέλλων εἶπε, ἅτε οὐ νόῳ λαβών, οὐκ ἐμέμνητο. Περίανδρος δὲ οὐδεμίῃ μηχανῇ ἔφη εἶναι μὴ οὐ σφι ἐκεῖνον ὑποθέσθαι τι· ἐλιπάρεέ τε ἱστορέων· ὁ δὲ, ἀναμνησθείς, εἶπε καὶ τοῦτο· Περίανδρος δὲ νόῳ λαβὼν καὶ τοῦτο, καὶ μαλακὸν οὐδιδοὺς βουλόμενος οὐδέν, ᾧ ὁ [k] ἐξελαθεὶς ὑπ' αὐτοῦ παῖς δίαιτα ἐποιέετο, ἐς τούτους πέμπων ἄγγελον, ἀπηγόρευε μή μιν δέκεσθαι οἰκίοισι· ὁ δὲ, ὅκως ἀπελαυνόμενος ἔλθοι ἐς ἄλλην οἰκίην, ἀπελαύνετ' ἂν καὶ ἀπὸ ταύτης, [l] ἀπειλέοντός τε τοῦ Περιάνδρου τοῖσι δεξαμένοισι, καὶ ἐξείργειν κελεύοντος· [m] ἀπελαυνόμενος δὲ ἦιε ἐπ' ἑτέρην τῶν ἑταίρων· οἱ δὲ, ἅτε Περιάνδρου ἐόντα παῖδα, καίπερ δειμαίνοντες, ὅμως ἐδέκοντο. Τέλος δὲ, ὁ Περίανδρος κήρυγμα ἐποιήσατο, ὃς ἂν [n] ἢ οἰκίοισι ὑποδέξηταί μιν, ἢ προσδιαλεχθῇ, ἱρὴν ζημίην τοῦτον τῷ Ἀπόλλωνι ὀφείλειν, ὅσην δὴ εἶπας· πρὸς ὧν δὴ τοῦτο τὸ κήρυγμα, οὔτε τὶς οἱ διαλέγεσθαι, οὔτε οἰκίοισι δέκεσθαι ἤθελε· πρὸς δὲ, οὐδὲ

52 51 50 5 10 15 20 25 30 35 40 45

180

a *Pasſ. Ask.*, ἀπέπεμπεν *M.*, ἔπεμπε *Ald. V. Arcb.*, ἔπεμψε ora *Steph.* *b* Πρότερον *V. Arcb.*, tum quae γὰρ excipiunt, ſocordia ſcribae desunt *Arcb.* usque τὴν Μελίσσαν. *c* Abest *Arcb.* *d* *Rem. M. Ask. Pasſ.* ora *Steph.*, ἐφιλοφρόνεε τε *Ald. Arcb. V.* *e* Omittunt *V. Arcb.* *f* Προεῖπε *Arcb. Valla.* *g* *V. Arcb. Steph.* margo, alii ὀυ. *h* Περιθύμως *Arcb.*, περὶ θύμῳ reliqui cum Edd., ſtatim ἐξελαύνει οἱ ἐκ idem. *i* Πρεσβύτατον in ora *Steph. Pasſ. Ask.* *k* Ἐξελασθεὶς *M. Ask. Arcb.*, qui quidem cum *Vind.* ὑπὸ ἑωϋτοῦ. Vulgatum debetur *Aldo* et aliis. *l* Ἐπιλέγοντος *Arcb.* *m* *M. Ask. Pasſ.*, in *Ald.* aliisque ἀπελαυνόμενος δ' ἄν. *n* *M. Ask. Arcb. Pasſ. V.*, ᾗ deerat *Ald.*, οἰκίῃσι *Paris. A.*

tentes, ab antiquissimis usque temporibus in sua viscera saevientes bella gesſere cum Corinthiis, vicinis Athenienſibus, discordiam foventibus, dum suas inter se vires colliderent, utilissima. VALCKEN.

4. Ἐπ' ἐκτομῇ] Sardes misit τῶν πρώτων Κερκυραίων τοὺς παῖδας. Cap. 48. dicitur eum in finem misisse παῖδας τριηκοσίων ἀνδρῶν τῶν πρώτων· ubi rectius τριηκοσίους videtur legisse *Plutarch.* II, p. 859. F. Hic et in seqq. narrata *Diogen. Laërt.* adtigit I, 94. 95. ubi notat *Menagius.* VALCKEN.

12. Προκλῆς] Sic omnes. *Tb. Gale* ex *Arcb.* Πατροκλῆς eruit, deceptus linea, qua προκλης in codice ornatur: habet eandem Περιανδρος, et, quae propria dicuntur, nomina. *Diogenes*, I, 100., *Athenaeus* XIII. p. 589. F. tyranni nomen parili modo scribunt; *Pausaniae* II, 28. Πατροκλῆς est, frequentissima utriusque tituli ex conpendiariae scriptionis lege conmutatione.

23. Τέλος δέ μιν περιθύμως ἐχόμενος] Quod edebatur περὶ θυμῷ ἐχόμενος docti viri per tmesin disſectum censuerunt: mihi περιέχεσθαι creberrime se in Musis offert, nusquam, quod quidem recordor, tali usu. Περιθύμως dabit *AEſchylus* Choëph. v. 38. Περιθύμως, quod in *Arcb.*, ἔχων *Noſter* II, 162. et ὀργῇ ἐχόμενος I, 141., etiam *Procopius* B. Goth. I, 10. qui quoque C. 7. καὶ θυμῷ πολλῷ ἤδη ἐχόμενος, et C. 18. θυμῷ μεγάλῳ ἐχόμενος· tum, quod paullo audacius, C. ult. θυμῷ τε πολλῷ καὶ κραυγῇ ἐχόμενοι.

38. Ἀπελαυνόμενος ἂν ἦιε] Eleganter ὃς ἂν ἦιε Cl. *Reiskius.* Quid si ἂν istud παραπληρωματικὸν sit, ut profecto paullo superius est? Porro ἐπ' ἑτέρην τῶν ἑταίρων vitiose scriptum Cl. *de Pauw* censetur: nam *ſodalium*, inquit, *aedes ſi adiiſſet Lycophron, non recepiſſent eum, quia Periandri erat filius, ſed quoniam amicus et ſodalis: praeſtare* ἐπ' ἑτέρην τῶν ἑτέρων. Sic ille, argute magis, opinor, quam solide. *Sodalium* τῶν ἑταίρων abesse non potest mentio. Ceterum a Periandri edicto Oedipi verba ap. *Sophoclem* Oed. Tyr. v. 347. μήτ' εἰσδέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα, non abirent multum, ni uberiorem ea quae sequuntur, sanctionem complecterentur.

Inter patrem et filium. Periander Epidaurum expugnat et Proclem capit. Filia Periandri.

οὐδὲ αὐτὸς ἐκεῖνος ἐδικαίευ πειρᾶσθαι ἀπειρημένου, ἀλλὰ διαφερτερέων ἐν τῇσι [a] φρεσὶ ἐκαλινδέετο· τετάρτῃ δὲ ἡμέρῃ ἰδὼν μιν ὁ Περίανδρος ἀλουσίῃσί τε καὶ ἀσιτίῃσι συμπεπλωκότα οἰκτειρε· ὑπεὶς δὲ τῆς ὀργῆς, ἧιε ἄσσον, καὶ ἔλεγε, „ Ὦ παῖ, κότερα τῶν αἱρετώτερά ἐστι, ταῦτα τὰ νῦν ἔχων πρήσσεις, ἢ τὴν τυραννίδα, καὶ [b] τὰ ἀγαθὰ τὰ νῦν ἐγὼ ἔχω, ταῦτα, ἐόντα τῷ πατρὶ ἐπιτήδεον, παραλαμβάνειν; ὃς ἐὼν ἐμός τε παῖς, καὶ Κορίνθου τῆς εὐδαίμονος βασιλεὺς, ἀλήτην βίον εἵλευ· ἀντιστατέων [c] τε καὶ ὀργῇ χρεώμενος ἐς τόν σε ἧκιστα ἐχρῆν· εἰ γάρ τις συμφορὴ ἐν αὐτοῖσι ἐγεγόνεε ἐξ ἧς ὑποψίην ἐς ἐμὲ ἔχεις, [d] ἐμοί τε αὕτη γέγονε, καὶ ἐγὼ αὐτῆς τὸ πλεῦν μέτοχός εἰμι, [e] ὅσῳ αὐτός σφε ἐξεργασάμην· σὺ δὲ μαθὼν [f] ὅσῳ φθονέεσθαι κρέσσον ἐστὶ ἢ οἰκτίρεσθαι, ἅμα τε ὀκοῖόν [g] τι ἐς τοὺς τοκῆας καὶ ἐς τοὺς κρέσσονας τεθυμῶσθαι, „ ἄπιθι ἐς τὰ οἰκία.“ [h] Περίανδρος μὲν τοιούτοισι αὐτὸν κατελάμβανε· ὁ δὲ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀμείβεται τὸν πατέρα, ἔφη δέ μιν ἰρὴν ζημίην ὀφείλειν τῷ θεῷ, ἑωυτῷ ἐς λόγους ἀπιχόμενον. μαθὼν δὲ ὁ Περίανδρος ὡς ἄπορόν τι τὸ κακὸν εἴη τοῦ παιδὸς καὶ ἀίκητον, ἐξ ὀφθαλμῶν μιν ἀποπέμπεται, στείλας [i] πλοίῳ ἐς Κέρκυραν· ἐπεκράτεε γὰρ καὶ ταύτης· ἀποστείλας δὲ τοῦτον ὁ Περίανδρος, ἐστρατεύετο ἐπὶ τὸν πενθερὸν [k] Προκλέα, ὡς τὸν παρεόντων [l] οἱ πρηγμάτων ἐόντα αἰτιώτατον· καὶ εἶλε μὲν τὴν Ἐπίδαυρον, εἶλε δὲ αὐτὸν Προκλέα, καὶ ἐζώγρησε. Ἐπεὶ δὲ τῷ χρόνῳ προβαίνοντος, ὅ, τε Περίανδρος παρηβήκεε, καὶ συνεγινώσκετο ἑωυτῷ οὐκέτι εἶναι δυνατὸς τὰ πρήγματα ἐπορᾶν τε καὶ διέπειν, [m] πέμψας ἐς τὴν Κέρκυραν, [n] ἀπεκάλεε τὸν Λυκόφρονα ἐπὶ τὴν τυραννίδα· ἐν γὰρ δὴ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων οὐκ [o] ἐνεώρα, ἀλλὰ οἱ κατεφαίνετο εἶναι νωθέστερος· ὁ δὲ Λυκόφρων· οὐδὲ [p] ἀναχρίσιος ἠξίωσε τὸν φέροντα τὴν ἀγγελίην. Περίανδρος δὲ, περιεχόμενος τοῦ νεηνίεω, δεύτερα ἀπέστειλε ἐπ' αὐτὸν τὴν [q] ἀδελφεὴν, ἑωυτοῦ δὲ θυγατέρα· δοκέων μιν μάλιστα [r] ταύτῃ ἂν πείθεσθαι· ἀπικομένης δὲ [s] ταύτης, καὶ λεγούσης, „ Ὦ παῖ, βούλεαι τὴν τε τυραννίδα ἐς ἄλλους πεσεῖν, καὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς διαφορηθέντα μᾶλλον, ἢ αὐτός σφε ἀπελθὼν „ ἔχειν;

lum in domum recipere vellet, etiam ipse ille non putavit rem illicitam esse tentandam: sed sustinens in porticibus assidue versabatur. Quem die quarta Periander illuvie et inedia enectum cernens, misertus est, depositaque ira propius accedens, Fili, inquit, utrum est optabilius, istud quod cum maxime toleras, an tyrannidem atque opes, quas ego nunc habeo, accipere patri obtemperantem? qui quum sis et meus filius et beatæ Corinthi rex, præoptasti mendicam vitam, obsistendo atque irascendo illi cui minime debebas. Nam si quid calamitatis in iis accidit, unde suspicionem in me habes, id mihi accidit, eiusque ego particeps eo magis sum, quod ipse id perpetravi. Tu vero, edoctus quanto satius sit invideri quam miserabilem esse, et simul quid sit in parentes et in maiores irasci, abi domum. Periander quidem his verbis filium corripiebat: ille autem nihil patri respondit, nisi ipsum sacram mulctam deo debere, quod in ipsius colloquium venisset. Ibi Periander animadvertens malum filii desperatum esse et insuperabile, ab oculis eum amandavit, navigio in Corcyram missum, nam et huic imperitabat. Eo autem amandato, bellum socero Procli intulit, tanquam præcipuo harum rerum autori: expugnataque Epidauro, Proclem cepit, quem tamen vivum servavit. Interiecto deinde tempore quum senuisset Periander, sibique esset conscius se non esse amplius parem administrandis obeundisque rebus, mittit Corcyram arcessitum Lycophronem ad tyrannidem. Nam in maiore filio nihil animadvertebat, hebetiorque esse ei videbatur. Lycophron ne interrogatione quidem est dignatus eum, qui sibi nuncium afferebat. At Periander in amorem adolescentis propensus, rursus ad eum misit sororem filiam suam, sperans fore ut ille huic præcipue auscultaret. Hæc, ubi venit, o puer, inquit, mavis tyrannidem recidere in alios, et domum patris dispergi potius, quam tu ipse habere illuc reversus? Redi

53

181

a Στοιῇσιν *Arcb. V.* b Abest articulus *Pasſ. Arcb. V.* c Ἐμοὶ καὶ ὀργῇ *Arcb.*, haud ineleganter. d Ἐμή τε id. e Ὅσον id., ὅσῳ ἂν *Rem.*, tum ἐξειργασ. *Med. Pasſ.*, vulgatum *Ald. V. Arcb. Rem. Paris. A. B.* ſervant. f Ὅσον *Stob.* Serm. III. p. 42. g Defit in *Stob.*, addit *Arcb.* ἐστὶν ἐς· tum τοκέας id. et *Ask.* h Ὁ μὲν Περ. *Arcb.* i Πλοῖον *M. Ask. Pasſ.*, editum est in *Ald. R. Arcb.* Conf. supra C. 4. k Προκαλέα *Ask.* l Non est in *Arcb. V.* m Πέμπων iid. n *M. Pasſ. Ask. Arcb.*, Edd. ἐπεκ. o *Ald. Arcb. V. R. Paris. A. B.*, οὔκων ἐώρα *M. Ask. Pasſ.*, mox νωθρέστερος *Ask.* p Ἀποκρίσιος *Arcb. V. Valla*, ut I, 49., et forte verius, nisi ὑποκρίσιος ex lonum consuetudine malueris. q *M. Pasſ. Ask. Arcb. V.*, ἀδελφὴν *Ald.* et alii, male. r Ταυτῆς *Arcb.* s Αὐτῆς id.

57. Ἐν αὐτοῖσι] *Hesychius*: Ἐναντιότης, ἔρις· καὶ Ἐναντίοι, ἀλλήλοις ἐρίζοντες· hoc si verum est, ἐναντίοισι hic scribi potuit pro ἐρίζουσιν· εἰ γάρ τις συμφορὴ ἐναντίοισι ἐγεγόνεε, ἐξ ἧς ὑποψίην ἐς ἐμὲ ἔχεις· suum sic tegit irati crudele facinus Periander, qui uxorem Melissam interfecerat, ὑπὸ ὀργῆς βαλὼν ὑποβάθρῳ, ἢ λακτίσας τὴν γυναῖκα ἔγκυον οὖσαν, ut scribit *Diog. Laërt.* I, 94. Quid Periandrum crudelem reddiderit narrat *Parthen.* π. Ἐ. Π. c. 17. VALCKEN.

57. Ἐν αὐτοῖσι ἐγεγόνεε] Fuit, qui ἐν οἰκίοισι emendaret: neque enim αὐτοῖσι, si ad ἀγαθὰ referatur, consistere posse. Hoc verum quidem. At ἐν αὐτοῖσι modo tacitum πρήγμασι intelligatur, bene procedit. *Reiskio* ἐν αὐτοῖσι, aut αὐτοῖσι idem est atque ἐν ἡμῖν αὐτοῖς, *si quae calamitas nobismet ipsis contigit.* In celebri et passim cunctis probato ὅσον φθονέεσθαι κρέσσον —— ex *Stobaeo* si qui praeoptaverint, non repugnabo. Brevius ΚΡΕΣΣΩΝ ΟΙΚΤΙΡΜΩΝ ΦΘΟΝΟΣ *Pindarus* extr. Ode I. Pythion.

71. Ἑόντα αἰτιώτατον] Perbrevis exstat apud *Diogen. Laërt.* I, 100. epistola Dorica velut a *Periandro* scripta ad socerum *Proclem*, cuius pars sic vulgari debuerat: Ἀμῖν μὲν ἀκούσιον τᾶς δάμαρτος τὸ ἄγος· τὺ δὲ ἐκὼν, τῷ παιδὶ ἦν ἀπὸ θυμοῦ με ποιήσαις, ἀδικεῖς. ἦ ὤν, παῦσον τὰν ἀπήνειαν τῷ παιδὸς, ἢ ἐγὼ τὺ ἀμυνοῦμαι· pro τοὶ Dorismus τὺ, id est σὲ, postulabat. Uxoris cadaver Epidaurum ad Proclem misisse videri posset e *Pausania* Periander, qui Melissae quoque μνῆμα prope Epidaurum invenit II, p. 177. VALCKEN.

78. Οὐκ ἐνεώρα] Tot schedis obluctari temerarium censeo, eoque magis, quod dictio *Herodoti* genium spiret. Εἰ γὰρ ΕΝΩΡΩΝ τοῦτο ἐν ὑμῖν scripsit VIII, C. 140, 2. et I, 38. οὔτε ἄλλο —— παριδών τοι. Ex *Medic.* οὔκων ἐώρα finxit docte οὐ νόον ἐώρα *Reiskius*, quo uti non licet. Nomen iuveni, quod hic signatum non est, Nobil. *Palmerius* Exercit. p. 15. ex *Aristotelis* Politic. L. V, 12. *Gordium*, cuius filius *Psammeticbus* Periandro successerit, indidit. Verum Gordius ille sive Gorgias potius, Periandrum non agnovit patrem, sed fratrem, utpote Cypselo progenitus. *Plutarcbo* utor teste et auctore, Conviv. VII. Sapient. p. 160.

86. Ἢ ἀυτός σφε ἀπελθὼν ἔχειν] *Illa* σφέα saepe dixit *Herod.* forsan et hic, ἢ ἀυτός σφεα ἀπελθών, ubi poni quoque potuit tanquam de exule κατελθών. Duo memorarat puella, τήν τε τυραννίδα ἐς ἄλλους πεσέειν, καὶ τὸν

Redi quæso ad penates, desine tibimet officere. Ambitio est possessio sinistra: noli malum medicari malo. Multi iustis mansuetiora præponunt, multi iam et materna quærentes, paterna amiserunt. Lubrica res est tyrannis, cuius multi sunt amatores. Pater senex iam est provectæque ætatis: tua ipsius bona ne aliis tradas. His illa verbis ad inducendum maxime appositis fratrem alloquebatur, a patre edocta. Cui iste respondens, negat se iturum Corinthum quoad patrem superesse audiret. Hoc quum mulier renunciasset, tertio Periander caduceatorem mittit, qui dicat se quidem in Corcyram velle concedere, sed ut hic Corinthum proficiscatur ad tyrannidis successionem. Id approbante filio, Periander Corcyram ipse veniebat, iuvenis Corinthum. Hæc omnia edocti Corcyræi, ne ad ipsorum regionem Periander accederet, adolescentem interimunt. Ob hæc igitur Periander de Corcyræis ultionem sumebat.

54 Lacedæmonii ingenti cum classe ubi pervenere, Samum obsederunt, succedentesque muro, turrem mari imminentem in suburbio transcenderunt. Sed mox cum magna manu suppetias ipso ferente Polycrate, reiecti sunt. Sed quum a superiore turri, quæ tergo montis imposita erat, erupissent tum auxiliarii, tum ipsorum Samiorum permulti, et aliquantisper Lacedæmonios sustinuissent ipsi, retro fugam fecerunt, insequentique ab hoste cædebantur. Quod si Lacedæmonii qui aderant, Archiæ et Lycopæ similes extitissent eo die, capta Samus fuisset. Siquidem Archias et Lycopes soli cum Samiis intra murum simul irruentes, intercluſa ad redeundum via, intra urbem

„ ἔχων; [a] ἄπιθι ἐς τὰ οἰκία, παῦσαι σεωυτὸν ζη-
„ μιῶν; Φιλοτιμίη, [b] κτῆμα σκαιόν· μὴ τῷ κακῷ
„ τὸ κακὸν ἰῶ· πολλοὶ τῶν δικαίων τὰ ἐπιεικέστερα
„ [c] προτιθέασι· πολλοὶ δὲ ἤδη τὰ μητρῷα διζήμε-
„ νοι, τὰ πατρῷα [d] ἀπέβαλον· τυραννὶς, χρῆμα
„ σφαλερόν· πολλοὶ δὲ αὐτῆς ἐρασταί εἰσι· ὁ δὲ, γέ-
„ ρων τε ἤδη καὶ παρηβηκώς· μὴ δῷς τὰ [e] σεωυτοῦ
„ ἀγαθὰ ἄλλοισι." ἡ μὲν δὴ τὰ ἐπαγωγότατα δι-
δαχθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ἔλεγε πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ, [f] ὑποκρινάμενος, ἔφη οὐδαμᾶ ἥξειν ἐς Κόρινθον, ἐς ὃ τυνθάνηται περιόντα τὸν πατέρα· ἀπαγγελάσης δὲ ταύτης ταῦτα, τὸ τρίτον [g] ὁ Περίανδρος κήρυκα πέμπει, βουλόμενος αὐτὸς μὲν ἐς Κέρκυραν ἥκειν, ἐκεῖνον δὲ ἐκέλευε ἐς Κόρινθον ἀπικόμενον, διάδοχον [h] γίνεσθαι τῆς τυραννίδος· καταινέσαντος δ' ἐπὶ τούτοισι τοῦ παιδὸς, ὁ μὲν Περίανδρος ἐστέλλετο ἐς τὴν Κέρκυραν, ὁ δὲ [i] παῖς οἱ ἐς τὴν Κόρινθον· μαθόντες δὲ οἱ Κερκυραῖοι τούτων [k] ἕκαστα, ἵνα μή σφι Περίανδρος ἐς τὴν χώρην ἀπίκηται, κτείνυσι τὸν νεηνίσκον. ἀντὶ τούτων μὲν Περίανδρος Κερκυραίους ἐτιμωρέετο. Λακεδαιμόνιοι δὲ στόλῳ μεγάλῳ ὡς ἀπίκοντο, ἐπολιόρκεον Σάμον· προσβαλόντες δὲ πρὸς τὸ τεῖχος, τοῦ μὲν πρὸς θαλάσσῃ ἑστεῶτος πύργου κατὰ τὸ προάστιον τῆς πόλιος [l] ὑπερέβησαν· μετὰ δὲ, αὐτοῦ βοηθήσαντος Πολυκράτεος χυρὶ πολλῇ, [m] ἀπηλάθησαν· κατὰ δὲ τὸν ἑπάνω πύργον τὸν ἐπὶ τῆς ῥάχιος τοῦ οὔρεος ἐπεόντα ἐπεξῆλθον οἵ τε ἐπίκουροι καὶ αὐτῶν Σαμίων συχνοί· δεξάμενοι δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους ἐπ' ὀλίγον χρόνον, ἔφευγον ὀπίσω· οἱ δὲ, [n] ἐπισπόμενοι, ἔκτεινον. Εἰ μέν νυν οἱ παρεόντες Λακεδαιμονίων ὅμοιοι ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην Ἀρχίῃ τε καὶ Λυκώπῃ, [o] αἱρέθη ἂν Σάμος. Ἀρχίης γὰρ καὶ Λυκώπης μοῦνοι συνεσπεσόντες φεύγουσι ἐς τὸ τεῖχος τοῖσι Σαμίοισι, καὶ ἀποκληϊσθέντες τῆς ὀπίσω ὁδοῦ, ἀπέθανον ἐν τῇ πόλι

[a] Ἄπελθε ex Scholio *V. Arcb.*, et mox ἡ φιλοτ.; exscripsit *Stob.* Serm. XXIII. p. 190. [b] Χρῆμα *Rem.*, tum τῷ κακῷ τὸ κακὸν *Stob. V. Arcb. Ask. Pasc.*, τὸ κακ. τῷ κακῷ vulgo. [c] Ex *Stob.*, in Edd. προτιθεῖσι. [d] *Stob. Paris. A. R. Ald. V. Arcb.*, μετέβαλον *M. Ask. Pasc.* Quae sequuntur habet *Stob.* Serm. XLVII. p. 345. [e] Ἑωῦτοῦ *Arcb.*, paullo ante ἤδη omittens. [f] *M. V. Arcb. Pasc.*, alii ὑποκρινόμενος. [g] Articulus abest *Arcb. Pasc. Ask.* [h] *V. Pasc. Ask.*, vulgo γενέσθαι, mox καταρέσαντος δὲ καὶ *Arcb.*, copulam habet etiam *V.* [i] Παῖς ἐς *Arcb. V.* [k] Ἕκαστον *Arcb.* [l] Ἐπέβησαν *Arcb. V.* [m] *Ald. Paris. A. Rem. Vind.*, ἀπηλάσθησαν *M. Arcb. Pasc.* [n] Ἐπισπόμενοι *Paris. B.*, ἐπισπώμενοι ceteri, tum ἐκτείνοντες Λακεδ., omissis mediis *Arcb.* [o] Αἱρέθησαν Σαμίοις id., mox συμπεσόντες *Vind.* cum *Corinthо.*

τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς διαφορηθέντα μᾶλλον, ἢ —— *imperium*, et *bona paterna*, quae sic in Attico quoque foro dicebantur. VALCKEN.

88. Φιλοτιμίη κτῆμα σκαιόν.] Nihil verius: at Periandri Lycophron non φιλότιμος, sed erat φιλόνεικος et *pervicax*. Quandoquidem tamen nimia φιλοτιμία et φιλονεικία vitia sunt adfinia, sic ut saepe iungantur φιλότιμος ἄγαν καὶ φιλόνεικος· quin dici nonnunquam videtur veteribus φιλοτιμία, quae propria potius adpellatione vocanda esset φιλονεικία, nihil et hic novandum censerem; si scripti libri vulgatae lectioni concinunt. Hanc praefert et *Stobaeus* T. 23. p. 190. ubi sequentes quoque leguntur Herodoteae Periandrines egregiae sententiae, nisi fallor, e poëtis expressae. Primam harum *Sophocli* debet *Herod.*, postremam, τυραννὶς χρῆμα σφαλερόν, πολλοὶ δὲ αὐτῆς ἐρασταί εἰσι, forsan *Euripidi*. *Euripidea Stobaei* p. 343. Ἡ γὰρ τυραννὶς πάντοθεν τοξεύεται Δεινοῖς ἐρῶσιν, ἧς φυλακτέον πέρι· sic scripta retulit *Grotius* in Exc. p. 184. οἷς pro ἧς posito. Πέρι commutetur in περ, id est πάτερ, frequens in fine senariorum *Euripidae*. Locum sincerum praestabo, sic a me dudum emendatum:

Ἡ γὰρ τυραννὶς πάντοθεν τοξεύεται
Δεινῶς ἐρῶσιν, οὓς φυλακτέον, πάτερ.

Regnum undique petitur misere amantium insidiis, quae, mi pater, praecavendae sunt. VALCKEN.

88. Μὴ τῷ κακῷ &c.] Melior hic ordo et probatior. *Sophocles* in *Stob.* Serm. IV. p. 54. ΚΑΚΟΙΣ ὅταν θέλωσιν ἰᾶσθαι ΚΑΚΑ. *Apollon. Rb.* IV, 1081. σχεδόθεν δὲ ΚΑΚΩ ΚΑΚΟΝ — ἀκεσομένη. *Appian.* I. B. Civ. p. 601. Σύλλας κακῷ τὸ κακὸν ἰώμενος. *Libanium*, *Io. Chrysostomum*, *Palladium*, *Proclum*, ipsumque *Thucydid.* V, 65., etsi alia ordinatione usum, nunc omitto. Qui quidem cum κακῷ articulum negent, nec hic necessarius erit. Vid. *Duker.* ad *Thucydidem* et *Vincent. Riccardum* ad *S. Procli* Or. XVII. p. 505. Προτιθέασι, quod sequitur, dialectus, et ἀπέβαλον *Stob.*, MSS. atque usus rata habent.

2. Περίανδρος ἐστέλλετο ἐς τὴν Κέρκ.] Male Laurentius *Periander Corcyram ipse veniebat, iuvenis Corinthum.* Conatus et consilium itineris indicantur, quo de more ad 1, 68. Nex Lycophronis, ni fallat Schol. *Thucydid.* 1, 13., ansam dedit certamini Corinthiorum et Corcyraeorum navali, quo nullum tota Graecia prius. Si *Thucydidem* audimus ipsum, pugna ista CCLX. ante finem belli Peloponnesiaci annis pugnata fuit. Age, amputentur anni CCLX. a Period. Iul. An. 4310., quo bellum istud terminatum fuit, et praelium in annum eiusdem Periodi 4050. incidet: at eo Cypselus, Periandri pater, necdum Corintho, Bacchiadis obpressis, potitus erat. Itaque errat Scholiastes. Probe memini, Ampl. *Bouberium* in CCLX. *Thucydidis* annis vitium animadvertisse Disertum. Herodot. C. XV. atque ex CCLX., annos fecisse CLX., unde consequens esset, ut naumachia contigerit An. Per. Iul. 4150., quo, si *Diogeni Laërtio* et *Eusebio* credimus, Periander rebus humanis dudum exemtus erat. At hinc abeo. Satis est, egregie a *Thucydide* firmari, inimicitias Corcyraeorum et Corinthiorum citissime ortas et propagatas fuisse, quo de superius.

10. Ὑπερέβησαν] Reliqui sua in sede, haud incommodum ἐπέβησαν *Arcb.* et *Vind.* arbitratus. Sic IX, 69. ἐπέβησαν Ἀθηναῖοι τοῦ τείχεος. Cur mox ἀπηλάθησαν et ἐπισπόμενοι, quod *Portus* coniiciendo adsecutus fuerat, reformaverim, significatum saepe antea est.

πόλι τῇ Σαμίων· τρίτῳ δὲ ἀπ' Ἀρχίεω τούτου γεγονότι ἄλλῳ Ἀρχίῃ τῷ Σαμίου τοῦ Ἀρχίεω, αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ συνεγενόμην· [a] δήμου γὰρ τούτου ἦν· ὃς ξείνων πάντων μάλιστα [b] ἐτίμα τε Σαμίους, καὶ οἱ τῷ πατρὶ ἔφη Σάμιον τοὔνομα τεθῆναι, ὅτι [c] οἱ ὁ πατὴρ Ἀρχίης ἐν Σάμῳ ἀριστεύσας ἐτελεύτησε· τιμᾶν δὲ Σαμίους ἔφη, διότι ταφῆναί οἱ τὸν πάππον δημοσίῃ [d] ὑπὸ Σαμίων εὖ. Λακεδαιμόνιοι δέ, ὡς σφι τεσσερήκοντα ἐγεγόνεσαν ἡμέραι πολιορκέουσι Σάμον, ἐς τὸ πρόσω τε οὐδὲν προεκόπτετο τῶν πρηγμάτων, ἀπαλλάσσοντο [e] ἐς Πελοπόνησον· ὡς δὲ ὁ ματαιότερος λόγος ὥρμηται, λέγεται Πολυκράτεα ἐπιχώριον νόμισμα κόψαντα πολλὸν [f] μολύβδου, καταχεῦσαι σφι· τοὺς δὲ, δεξαμένους, οὕτω δὴ ἀπαλλάσσεσθαι· [h] ταύτην πρώτην στρατηΐην ἐς τὴν Ἀσίην Λακεδαιμόνιοι Δωριέες ἐποιήσαντο. Οἱ δὲ ἐπὶ τὸν Πολυκράτεα στρατευσάμενοι Σαμίων, ἐπεὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι αὐτοὺς ἀπολείπειν ἔμελλον, καὶ αὐτοὶ ἀπέπλεον ἐς Σίφνον· χρημάτων γὰρ ἐδέοντο· τὰ δὲ τῶν Σιφνίων πρήγματα ἤκμαζε τουτον τὸν χρόνον, καὶ νησιωτέων μάλιστα ἐπλούτεον, ἅτε ἐόντων αὐτοῖσι ὁ

182

urbem Samiorum occubuerunt. Equidem ipse cum tertio ab hoc Archia alio Archia, qui Archiæ nepos, Samii filius, congressus sum apud Pitanen, huius enim populi erat, qui ex omnibus hospitibus maxime Samios honorabat, dicente patri suo nomen Samio fuisse inditum, quod ei pater Archias strenue pugnans in Samo mortem oppetisset: se vero ideo Samiis honorem habere, quod avus suus fuisset a Samiis publica affectus sepultura egregie. Lacedæmonii, quadraginta diebus in obsidendo absumptis, quum in suscepta re nihil admodum proficerent, in Peloponnesum redierunt. Fertur, Polycratem, ut rumor quidam temerarius emanavit, magnum numerum monetæ patriæ e plumbo percussisse, eamque auro induxisse, ac Lacedæmoniis dedisse: atque ea accepta illos recessisse. Hanc primam expeditionem Lacedæmonii Dorienses in Asiam susceperunt. Samii, qui Polycrati bellum intulerant, posteaquam a Lacedæmoniis se relictum iri vident, et ipsi transmiserunt in Siphnum, deficiebant enim pecuniæ. Vigebant autem ea tempestate Siphniorum res, erant-

56

57

a Δήμου τ' αὐτοῦ ἦν *V. Arcb.*, δήμου τούτου τοῦ ἦν *Corinthus*, qui plura ex hoc capite mutua sumsit. *b* Ἐτιμᾶτο Σαμ. *Ask. Pasc.*; *Plutarch.* de Malign. p. 160. C. haec taxat. Mox οὔνομα τεθ. *Arcb. V.* *c* Οἱ ὁ πατὴρ *Arcb. V. Ask. Pasc. Paris. B.*, ὁ deerat aliis. *d* Εὖ ὑπὸ Σαμ. in *Arcb.*, ὑπὸ Σαμ. εὖ *Ald. V. Paris. A. B. Rem.*, εὖ *Med. Pasc. Ask.* abest. *e M. Ask. Pasc. Arcb. V.*, τὴν Πελοπ. *Ald.* et alii. *f Pasc. Arcb.*, μολίβδου *M. Ask. Ald.* *g* Abest *Arcb. V.* *h Ald. Arcb. V. Paris. A. B. Valla Rem.*, ταυτὴν τὴν *M. Ask. Pasc.*, tum Λακεδαιμόνιοι Δωρίεες iidem. In prioribus Λακεδαιμονίοισι Δωρ. Porro στρατείαν Editio Gen. CIↃIↃCXVIII. Vulgo στρατιήν.

22. Αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ συνεγενόμην] Quae sequuntur, δήμου γὰρ τούτου ἦν· *huius enim erat oppidi civis*, in ipsius Codice perverse scripta rectius non attigisset in libello de Dial. *Gregorius*, quem *Corinthum* vocant. Δῆμον sive *demum* dicamus, seu *oppidum*, sive *curiam*, singula *Ciceronis* adfirmari possunt auctoritate. Non apud Athenienses tantum, sed et alibi *pagi* vel *oppida minora* dicebantur δῆμοι· neque tamen promiscue de quibusvis ista fuit adhibita appellatio; nihil minus. Quando e pagis diversis, vel minoribus oppidis, cives, seu sponte, aut etiam inviti coaluerant in unam civitatem; tum dicebantur isti pagi δῆμοι singulorum cives, in suam singuli veluti *curiam* transcripti, *curiales* et δημόται. Singula ista oppida sua sibi sacra habuerunt non tantum, sed et suos Magistratus, suum δῆμον, sive *popularem regiminis formam*. Ea de re forte dicam aliquando explicatius in *Diatribe de demis Atticis*; in quibus eamdem nominis rationem fuisse iudico, atque alibi locorum; et in hac ipsa Pitana, uno e minoribus oppidis Laconicis, duro Spartanae civitatis imperio parentibus. Erat Archias *Herodoti* demo Pitanates, et Lacedaemonius. Videtur autem illo familiariter usus *Herod.* et, ut saepe humana fuit passus, propterea hanc avi huius Archiae collaudandi captasse occasionem: fecit idem in aliis. Verum hac etiam in parte a *Thucydide* diversissimi: ἡ Ἡροδότου διάθεσις ἐν ἅπασιν ἦν ἐπιεικὴς, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς συνηδομένη, ut vere civis eius iudicabat *Dionysius*. VALCKEN.

23. Δήμου γὰρ τούτου ἦν] Nulla status his foret controversia, ni MSS. et G. *Corinthus* dissentirent. Schedae *Vind.* et *Arcb.* longius, me iudice, aberrant: in *Corintho*, ut passim editur, est, quod inprobo. *Aldus* vulgaverat Anno CIↃIↃXII. αὐτὸς μὲν ἐπὶ τόνους συνεγενόμην δήμου τοῦ ἦν, ἀντὶ οὗ ἦν, vitiose citra dubium. Si scripseris, αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ συνεγενόμην, δήμου τοῦ ἦν, videbitur Herodoteum. Ita *Corinthus* certe opinatus est. Verum uberius hoc doctissimus iuvenis *Gisb. Koen*, cui *Corinthi* de Dialectis Eclogas, culte tractatas, brevi debebimus, examinabit. De Pitanae δήμῳ ad Eurotam Laconico *Gronov.* et *Io. Meursius* Miscell. Lac. IV, 9.

28. Ὑπὸ Σαμίων εὖ.] Malui MSS. plures sequi. Fateor publice contumulatos, *bene* εὖ plerumque fuisse sepultos, an semper, ignoro. Sane εὖ publicae sepulturae amplius quoddam decus addit. Vocula ipsa saepe orationem terminat in *Herodoto*, C. 82., monitore *Gronov.*, in *Peristiones* Fragm. ap. *Stob.* p. 488. ἐνδάνει ταῖς γιγνομέναισιν εὖ. Ego vero non ambigo, quin διότι ταφθῆναι *Noster* nationis et dialecti consuetudine exaraverit. Conf. *Eustath.* in *Homer.* p. 5194. 41.

32. Λόγος ὥρμηται, λέγεται] Apte nexa haec non sunt: saltem λέγεται γὰρ —. Praestaret ὥρμηται λέγεσθαι, Πολυκράτεα —. Sic adsolet enim. Ὁ λόγος ὅδε ΩΡΜΗΤΑΙ ΛΕΓΕΣΘΑΙ IV, 16. Iterum VI, 86, 4. Statim μολύβδου, *Ael. Dionysio* ap. *Eustath.* in *Homer.* p. 1340, 30. obtemperans, amplexus sum. Vid. ad *Diodorum* L. II, p. 125.

35. Ταύτην πρώτην στρατηΐην] Egregius, nimius tamen, *Medic.* est in Λακεδαιμόνιοι Δωριέες. Postremum satis fuerat. Alia prave mutat. Vagum et generale nimis, quod et *G. Arnaldus* Animadv. C. 29. vidit, ubi πρώτην induxeris, sententiae nascitur genus. Primam fuisse signat, ut eiusmodi in Asiam expeditionum initia constarent. Finxi praeterea στρατηΐην ex coniectura, quam perpetuus Scriptoris mos certissimam praestat. Praeivit quadam ex parte *Editor Genevensis*.

36. Λακεδαιμόνιοι Δωριέες] *Istam primam expeditionem in Asiam dicuntur suscepisse*, ταύτην πρώτην στρατηΐην· sic enim scripserat: perperam *Gronovium* obliterasse vocem πρώτην, monuerat *G. Arnaldus* Anim. p. 162. Precibus Ionum Asiaticorum excitati iam ante Spartani rebus se miscuerant Asiaticis, *Herod.* I, c. 152. sed haec prima illorum erat στρατεία, vel ἔξοδος, in Asiam: imitator *Herodoti Pausanias* de primo loquens bello Messenico IV, p. 292. ταύτην, inquit, Λακεδαιμόνιοι πρώτην ἐπὶ Μεσσηνίους ἔξοδον ἐποιήσαντο —. Scientem historiae Graecae neminem sanequam offenderent alibi Λακεδαιμόνιοι Δωριέες· sed hoc in loco *Lacedaemonios* e proximis notissimos nemo requireret, si Δωριέες in Codicum nominarentur contextu, voce Λακεδαιμόνιοι in marginem reiecta. Alia longe res est in his Atheniensis Euphemi apud *Thucyd.* VI, 82. imperio recusamus esse subditi ἡμεῖς, (Ἀθηναῖοι,) Ἴωνες ὄντες, Πελοποννησίοις, Δωριεῦσι, respondentis ad ista Syracusani Hermocratis, c. 80. ἐπιβουλεύμεθα μὲν ὑπὸ Ἰώνων, ἀεὶ πολεμίων, προδιδόμεθα δὲ ὑπὸ ὑμῶν, Δωριεῖς Δωριέων· apud *Pausan.* VII, p. 537. bellis Persicis Achaei Λακεδαιμονίους Δωριεῖς ἀπηξίουν σφίσιν ἡγεῖσθαι. Hoc nominis honore superbi praesertim Heraclidae Spartani se libenter Δωριέας nuncupabant; Asiaticos non tantum, sed Athenienses vel in primis per contemtum Ἴωνας: vid. *Thucydides* p. 323, 72. 426, 51. 450, 46. 482, 21. 483, 66. 520, 56. Propter ista horumque similia, plerique tanquam Herodotea hic etiam utrumque censebunt retinendum. VALCKEN.

41. Καὶ νησιωτέων μάλιστα ἐπλούτεον] Quod *Corinthus* hinc adfert κατ' ἀρχὰς νησιωτέων —— unde acceperit, iuxta

erantque inter inſulares locupletiſſimi, ut quibus in inſula eſſent auraria et argenti metalla, unde tantum pecuniæ redibat, ut ex decimis eius reponeretur apud Delphos theſaurus locupletiſſimo cuique par. Siphnii autem ipſi pecuniam, quæ quotannis conficiebatur, diſtribuebant. Qui dum theſaurum parabant, nunquid diu permanere poſſent ipsis præſentia bona, conſuluere oraculum. Eis ita Pythia reſpondit,

Quum tamen in Siphno fuerint prytaneia cana,
Cana fori facies, tunc vir vafer adſit oportet,
Qui notet e ligno agmen, legatumque rubentem.

Erant eo tempore Siphniis forum et prytaneium Pario lapide exculta. Hoc autem oraculum Siphnii neque tunc ſtatim, neque post adventum Samiorum intelligere potuerunt. Nam Samii quum primum ad Siphnum adplicuisſent, miſerunt ad urbem cum legatis unam e navibus. Veteri autem inſtituto naves omnes erant rubrica delibutæ: atque hoc erat quod Siphniis Pythia prædixit, ut obſervarent ligneum agmen ac rubrum legatum. Nuncii igitur ubi pervenere, decem ſibi talenta mutuari Siphnios precabantur. Negantibus Siphniis ſe mutua daturos, Samii eorum agros populabantur. Id audientes Siphnii, continuo occurrentes, commiſſa pugna fugati ſunt, eorumque multi ab urbe a Samiis intercluſi, a quibus postea centum talenta exegerunt. Ab Hermionenſibus inſulam Samii pecuniarum loco acceperunt, Hydream, Peloponneſo adiacentem, quam Trœzeniis obligaverunt: ipſi Cydoniam in Creta condiderunt, quum illuc non ea de cauſſa navigasſent, ſed ut Zacynthios ex inſula ſummoverent. In hac quinquennium degentes, ita rem bene geſſerunt,

ἐν τῇ νήσῳ χρυσέων καὶ ἀργυρέων μετάλλων οὕτω, ὥστε ἀπὸ τῆς δεκάτης τῶν γινομένων [a] αὐτόθεν χρημάτων, θησαυρὸς ἐν Δελφοῖσι ἀνακέεται, [b] ὅμοια τοῖσι πλουσιωτάτοισι· αὐτοὶ δὲ τὰ γινόμενα [c] τῷ ἑωυτῷ ἑκάστῳ χρήματα διενέμοντο· ὅτε ὧν ἐποιεῦντο τὸν θησαυρὸν, ἐχρέωντο τῷ χρηστηρίῳ, εἰ αὐτοῖσι τὰ παρεόντα ἀγαθὰ οἷά τέ ἐστι πολὺν χρόνον παραμένειν· ἡ δὲ Πυθίη ἔχρησέ [d] σφι τάδε,

Ἀλλ' ὅταν ἐν Σίφνῳ πρυτανήϊα λευκὰ γένηται,
Λευκοφρύς τ' ἀγορὴ, τότε δὴ δεῖ φράδμονος ἀνδρὸς,
[e] Φράσσασθαι ξύλινόν τε λόχον κήρυκά τ' ἐρυθρόν.

τὰ ὦτα ἀπέτεμε ἐπ' αἰτίῃ δή τινι οὐ σμικρῇ. ἡ ὦν
188 δὴ [i] Φαιδύμη αὕτη, ἡ τοῦ Ὀτάνεω θυγάτηρ, πάν-
τα ἐπιτελέσασα τὰ ὑπεδέξατο τῷ πατρὶ, ἐπεί τε
[k] αὐτῇ μέρος ἐγίνετο τῆς ἀπίξιος παρὰ τὸν μάγον,
ἐν περιξοπῇ γὰρ [l] δὴ αἱ γυναῖκες φοιτέουσι τοῖσι Πέρ-
σῃσι, ἐλθοῦσα παρ' αὐτὸν ηὕδα. ὑπωμένην δὲ καρτερῶς
τοῦ μάγου, [m] ἤφασσε τὰ ὦτα. μαθοῦσα δὲ οὐ χαλε-
πῶς, ἀλλ' εὐπετέως [n] οὐκ ἔχουσα τὸν ἄνδρα ὦτα, ὡς
ἡμέρη τάχιστα ἐγεγόνεε, πέμψασα ἐσήμηνε τῷ πα-
τρὶ τὰ γενόμενα. Ὁ δὲ Ὀτάνης παραλαβὼν [o] Ἀσπα-
θίνην καὶ Γωβρύην, Περσέων [p] τε πρώτους ἑόντας καὶ
ἑωυτῷ ἐπιτηδεωτάτους ἐς πίστιν, ἀπηγήσατο πᾶν τὸ
πρῆγμα· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ ἄρα [q] ὑπώπτευον οὕτω τοῦ-
το ἔχειν. ἀνευρίσκεται δὲ τοῦ [r] Ὀτάνεω τοὺς λόγους,
ἑδέξατο· καὶ ἔδοξέ σφι ἕκαστον ἄνδρα Περσέων προσ-
εταιρίσασθαι τοῦτον, [s] τῷ πιστεύει μάλιστα. Ὀτάνης
μέν νυν εἰσάγεται Ἰνταφέρνεα· [t] Γωβρύης δὲ Μεγάβυζον·
Ἀσπα-

debet tua fruens conſuetudine, et potentiam Perſarum obtinens, hinc lætus abire, ſed pœnas luere. Nunc igitur hoc agito: quum tecum cubabit, animadvertesque ſomno vinctum, palpa eius aures: quas ſi habentem compereris, cum Smerdie filio Cyri te cubare exiſtima: ſin minus, cum Smerdie mago. Ad hæc Phædyma remittit, ſe, ſi id faciat, magnum adituram diſcrimen, quoniam probe ſcit, ſi ille careat auribus, et ipsa in palpando deprehendatur, fore ut ipsa ab illo trucidetur; tamen ſe id facturam. Et Phædyma quidem recipit, ſe patri hoc perfecturam. Huic autem Smerdi mago Cyrus, quum regnaret, aures præciderat, non exigua de cauſſa. Ergo Phædyma hæc Otanis filia, quæcunque receperat patri, exequuta est, nam ubi vices eius fuerunt adeundi magum, etenim uxores Perſarum per circuitum ad illos pergunt, adiens magum, una cubuit, eiusque, dum vehementi ſomno correptus eſſet, aures palpavit: quibus carere hominem, non difficulter ſed facile ſane deprehendit. Vbi illuxit, celerrime patrem certiorem rei geſtæ facit. Iste, ſumptis Aſpathine et Gobrya, Perſarumque primoribus, et ad fidem ſibi ſervandam accommodatiſſimis, rem omnem exponit, qui et ipsi rem ita ſe habere ſuſpicabantur, eoque verba quæ Otanes attulerat, admiserunt: conſtitueruntque, ut ſinguli ſibi ſingulos in ſocietatem deligerent e Perſis quibus maxime confiderent. Adſcivit itaque ſibi Otanes Intaphernem, Gobryas Megabyzum, Aſpa-

a *Arch. V. M. Pasſ. Ask.*, olim τὸν ἄν. b *Suidas* in V. ex hoc loco: olim ἄφασον. c Ἡ Φαιδιμὴ et mox κινδυνεύειν cum *Vind. Arch.* d Εἰ et τυγχάνει *Arch. Vind. Pasſ.* e *Pasſ. Ask.* et *Paris.* unus, alii omnes ἐπίλαμπος, prave. f *M. Arch. Pasſ. Ask.*, ἀφάσσουσα *Ald.* et ſequaces. g Τοῦτο *Arch. V.* h *Med. Pasſ. Ask.*, κατεργάσασθαι *V. Arch. Ald. Paris. A.* crebra variatione. i Φαιδυμὴ *M. Arch. Pasſ.* k Αὐτῆς *Ask.* ora *Steph. Pasſ.*, mox τῆς ἀπάξιος *V. Arch.* l Iidem cum *M. Pasſ.* et *Ask.*, ἀι olim aberat. m Ἤφασε *Arch. Paris. B.*, vulgo ἤψασε. n Ὡς οὐκ *Arch.* o Ἀσπαβόνην *Arch. V.* et brevi post. p Τοὺς πρ. *Arch.* q Ὑπόπτευον denuo *Vind.* ſine ἀυξήσει. r *Ald. Arch. V. Paris. A. B*, Ὀτάνεος *M. Pasſ.* s Τῷ *V. Arch.*, ὅτῳ *Ald.* et reliqui: mox id. Ἰνταφρένεα cum *Valla.* t *M. Ask. Pasſ.*, in *Ald.* atque aliis ὁ δὲ Γωβρ.

98. Ἄφασσον αὐτοῦ τὰ ὦτα] *Suidas* Ἀφάσσων, ψηλαφῶν· Ἡρόδοτος: quod *Steph. Berglerus* in ἄφασσον, ψηλάφησον non inconſulte transmutat. Spectavit utique grammaticus haec *Noſtri*, in conſequentibus verbi ſibilantem literam ſemper geminantis. Eadem aliis conſuetudo: de *Hippocrate* liquido *Erotianus* et in eum *Euſtachius* p. 50.

3. Ἐπίλαμπτος δὲ] Capitalis inſtauratio. *Suidas*, *Scholiaſtes*, *Phavorinus*, et hoc de genere alii, nugantur, κατάδηλος et καταφανὴς ex Ionum more, ut aſſeverant, interpretati. Nihil futilius. Qui communiter Graecis ἐπιληπτὸς, uti *Antigono Caryſt.* C. 45., is Ionum lingua ἐπίλαμπτος, cuiusmodi et καταλαμπτέος III, 127. Viderunt verum et in clariſſima poſuerunt luce Cl. *Kuſterus* et *Alberti* ad Ἐπιληπτὸς *Heſychii.*

3. Ἐπίλαμπος] Tolletur ut opinor, menda vetus e Codd. ἐπίλαμπτος δὲ ἀφάσσουσα ἔσαι reſtituit e Codd. Paris. *L. Kuſter.* ad *Heſych.* ubi Ἐπίληπτος redditur καταφανής. Attice diceretur: αὐτὴ δὲ ληφθῇ vel φωραθῇ vel ἁλῷ ψηλαφῶσα, ſive ψαύουσα *deprehendatur*: ſolent ista, ſicut alia huius generis, adiungi participiis. — Eiusdem formae, cuius est ἐπίλαμπτος, pro φοιβόληπτος positum, φοιβόλαμπτος legitur in *Herod.* IV, c. 13. Sunt autem Ionici flexus istius verbi aliunde notiſſimi: conſtanter in Alexandrino Codice V. T. κήμψεσθαι, ληψθῆναι, et ſimilia ſcripta reperiri monuit et alibi *Io. Ern. Grabius* et in Proleg. ad Vol. I, c. 2. §. 7. Vid. *Kuſter.* Praef. ad Ed. N. T. *Io. Millii* p. 9. Sed a quibusvis Graecis literam μ. ſuperfluam in multis, tum verbis tum nominibus, praeſertim propriis, labialibus emolliendis praefigi tametsi conſtet, ſaepenumero tamen tentantur a correctoribus minime corrigenda. VALCKEN.

8. Ἡ ὦν δὴ Φαιδύμη] Paucis interiectis orationem interruptam ſolemnibus voculis redorſus non neceſſe quidem habebat *Herod.* iterum nobis narrare, quo patre ſata eſſet Phaedyme; ſed ſic ſtudet ille ſuaviloquus narrationes ſuas in animos inſinuare legentium, ut addere malit ſuperflua, quam obſcurus eſſe verborum aliquot parſimonia: addidit itaque, αὕτη ἡ τοῦ Ὀτάνεω θυγάτηρ. Utilis istius luxuriae, qua ſua ipsius explanat *Noſter*, centum forte poſſent exempla proferri. Hoc eo dico, ne quis olim ista talia intempeſtive obiiciat hic illic voculam velut Scholion proſcribenti ——. Quod paulo post legitur diverſi generis, μαθοῦσα οὐ χαλεπῶς, ἀλλ' εὐπετέως· pleonasmus est aliis etiam istius ferme aetatis ſcriptoribus optimis ſatis uſitatus: *Antiphontis* est, οὐκ ἐλάσσω, ἀλλὰ πολὺ μείζω, p. 118, 24. *Lyſiae*, οὐ βουλόμενος, ἀλλ' ἄκων, p. 319. *Iſaei*, οὐ μικρὰ, ἀλλὰ μεγάλα, p. 67, 4. VALCKEN.

10. Ἐπεί τε αὐτῇ μέρος ἐγίνετο] Graecus interpres *Eſtherae* C. II, 12. καὶ ὅταν ᾖ καιρὸς κορασίου εἰσελθεῖν πρὸς βασιλέα· quae verſio non est, ſed expoſitio. Hebraea ita, ובהגיע תר נערה לבוא אל המלך / *et quum veniret ordo*, τὸ μέρος, *puellae*, *ut ad regem accederet.* Gemina ſunt atque eadem de re.

21. Τοῦ Ὀτάνεω] Tametsi Ὀτάνεος ſequenti redeat capite, *Gronov.* ſequi auſus non ſum. Ὀτάνη vocandi caſu C. 72., ἀπὸ Ὀτάνεω et τῷ Ὀτάνῃ C. 84. Multa in talibus admiſſa ſunt; Τσάσπεος et Τσάσπεω pari variatione, quamquam Τσάσπεω apud *Agathiam.* Quem vero Ἰνταφέρνεα plerique ſcribunt, is *Arch.* et *Vallae* ſemper Ἰνταφρένης ſicuti Ἀρταφρένης pluribus in *Codd.* V, 25. et *AEſchyli* Perſ. v. 780. Paullo ante τοῦτον, τῷ legitimum est.

24. Εἰσάγεται Ἰνταφέρνεα] *Introducit?* quo tandem *introducebat?* Idem fere ſignificari debet, quod in proximis dicitur προσεταιρίσασθαι, *conſpirationis ſibi ſocium adſciſcere* vel *conciliare.* Corrigendum ἐπάγεται, *parat ſibi ϛασιώτην*, vel *in partes ſuas adlicit.* Hariolor id ipsum in Codd. adſervari, ſicut in ſuo *Zonaras*

Aspathines Hydarnem. Hi quum sex forent, advenit Susa Darius Hystaspis ex Persis veniens; nam his pater eius præerat. Qui quum advenisset, placuit sex Persis Darium quoque in societatem adsciscere. Qui quum septem essent, congressi fidem mutuo dederunt et colloquuti sunt. Quumque ad Darium ordo dicendæ sententiæ venisset, ita apud ceteros verba fecit: Equidem mihi videbar ego solus nosse magum regnare, et Smerdin, filium Cyri, mortem oppetiisse; atque ob id ipsum dedita opera huc me contuli, ad necem mago comparandam. Verum quandoquidem contigit, ut vos quoque rem sciatis et non solum ego, videtur mihi confestim esse peragendum neque differendum, neque enim id melius. Ad hæc Otanes, Fili, inquit, Hystaspis, et patre egregio ortus es, et te nihilo inferiorem esse patre tuo videris præferre: noli tamen ita properare ad rem aggrediendam inconsulto, sed considerantius illam capesse: oportet enim ita eam aggredi quum plures fuerimus. Tum Darius, Viri, inquit, qui adestis, si eo quem Otanes dixit utemini modo, sciatis vos teterrime perituros, aliquis enim privati lucri ratione habita rem ad magum deferet. Et vos quidem debebatis maxime in vos solos rem suscipientes exequi: sed quoniam statuistis ad plures referendum et me adhibendum, aut hodie conficiamus, aut scitote, vobis si hodiernus elabatur dies, non alium occupaturum, ut me accuset, sed ipse ego vos deferam
72 ad magum. Ad hæc Otanes, quum cerneret Darium properare, Quoniam, inquit, nos una maturare compellis, nec finis differre, age, expone ipse quonam pacto regiam introire posimus, et illos aggredi: excubias namque dispositas esse, ipse quoque, etsi non visu, certe auditu nosti: quas ratione transibimus? Cui respondens Darius, Certe multa sunt, inquit, Otanes, quæ nequeunt oratione declarari, sed facto: alia, quæ oratione quidem possunt, sed unde nihil clari operis existit. Vos vero nostis, excubias quæ dispositæ sunt, haudquaquam difficiles esse ad transeundum. Partim enim nos, qui tales sumus, nemo non, quisquis ille sit, cedet nobis, vel ob reverentiam,

25 Ἀσπαθίνης δὲ, Ὑδάρνεα· γενομένων δὲ τούτων ἓξ, παραγίνεται ἐς τὰ Σοῦσα Δαρεῖος ὁ [a] Ὑστάσπεος; ἐκ Περσέων ἦκων· τούτων γὰρ δὴ ἦν οἱ ὁ πατὴρ ὕπαρχος· ἐπεὶ ὦν [b] αὐτὸς ἀπίκετο, τοῖσι ἓξ τῶν Περσέων ἔδοξε καὶ Δαρεῖον προσείλαιρίσασθαι. [c] Συνελθόντες δὲ ὅτοι ἑπτὰ ἐγένοντο, ἐδίδοσάν σφισι πίστις καὶ λόγους. ἐπεί τε [d] δὲ ἐς Δαρεῖον ἀπίκετο γνώμην ἀποφαίνεσθαι, ἔλεγέ σφι τάδε· „ Ἐγὼ ταῦτα [e] ἐδόκεον μὲν αὐτὸς μοῦνος ἐπίστασθαι, ὅτι τε ὁ μάγος εἴη ὁ βασιλεύων, καὶ Σμέρδις ὁ Κύρου τετελεύτηκε· καὶ [f] αὐτῦ τούτου εἵνεκεν ἥκω σπουδῆ, ὡς συστήσων ἐπὶ τῶ μάγω θάνατον· ἐπεί τε δὲ συνήνεκε, ὥστε καὶ ὑμέας εἰδέναι, καὶ μὴ μοῦνον ἐμὲ, ποιέειν αὐτίκα μοι δοκέει, καὶ μὴ [g] ὑπερβάλλεσθαι· ὑ γὰρ ἄμεινον.” εἶπε πρὸς ταῦτα ὁ Ὀτάνης, „ Ὦ παῖ Ὑστάσπεος, εἰς τε παλοὺς ἀγαθῦ, καὶ ἐκφαίνειν ἔοικας σεωϋτὸν [h] ἐόντα τῦ παλοὺς ὑδὲν ἥσσω· τὴν μέντοι ἐπιχείρησιν [i] ταύτην μὴ ὕτω συντάχυνε ἀβύλως, ἀλλ' ἐπὶ τὸ σωφρονέστερον αὐτὴν λάμβανε· δεῖ γὰρ πλεῦνας γενομένους, ὕτω ἐπιχειρέειν.” λέγει πρὸς ταῦτα Δαρεῖος, „ Ἄνδρες οἱ παρεύντες, τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἐξ Ὀτάνεος [k] εἰ χρήσεσθε, ἐπίστασθε ὅτι ἀπολέεσθε κάκιστα. ἐξοίσει γάρ τις πρὸς τὸν μάγον, ἰδίῃ περιβαλλόμενος [l] ἑωϋτῷ κέρδεα· μάλιστα μέν νυν [m] ὀφείλετε ἐπ' ὑμέων αὐτῶν βαλόμενοι ποιέειν ταῦτα· ἐπεί τε δὲ ὑμῖν ἀναφέρειν ἐς πλεῦνας ἐδόκεε, καὶ ἐμοὶ [n] ὑπερέθεσθε, ἢ ποιέωμεν σήμερον, ἢ ἴστε ὑμῖν ὅτι ἦν [o] ὑπερπέσῃ ἡ νῦν ἡμέρη, ὡς ὐκ ἄλλος φθὰς ἐμεῦ κατήγορος ἔσται, ἀλλά σφεας [p] αὐτὸς ἐγὼ κατερέω πρὸς τὸν μάγον.” Λέγει πρὸς ταῦτα Ὀτάνης, 189 ἐπειδὴ ὥρα σπερχόμενον Δαρεῖον; „ Ἐπεί τε ἡμέας συλλαχύνειν ἀναγκάζεις, καὶ ὑπερβάλλεσθαι οὐκ ἐᾷς, ἴθι [q] ἐξηγέο αὐτὸς ὅτεῳ τρόπῳ πάριμεν ἐς τὰ βασιλήια, καὶ ἐπιχειρήσομεν αὐτοῖσι. Φυλακὰς γὰρ δὴ διεστώσας [r] οἶδας κου καὶ αὐτὸς, εἰ μὴ ἰδὼν, ἀλλ' ἀκούσας, ὡς τέῳ τρόπῳ [s] περήσομεν;” ἀμείβεται Δαρεῖος τοῖσδε· „ Ὀτάνη, [t] ἦ πολλά ἐστι τὰ λόγῳ μὲν οὐκ οἷά τε δηλῶσαι, ἔργῳ δέ· ἄλλα δ' ἐστὶ τὰ λόγῳ μὲν οἷά τε, ἔργον δὲ ὐδὲν ἀπ' αὐτῶν λαμπρὸν γίνεται· ὑμεῖς δὲ ἴστε Φυλακὰς τὰς καλεστώσας, ἐούσας οὐδὲν χαλεπὰς παρελθεῖν· τῦτο μὲν γὰρ, ἡμέων ἐόντων [u] τοιῶνδε, ὑδεὶς ὅστις ὐ παρήσει· τὰ μέν κου καταιδεόμενος ἡμέας, τὰ δὲ

a Ὑστάπεω *Arch.* etiam mox. *b* Οὗτος id. et *Vind.* *c* In his desinit Codex *S. Remigii*: mox ἐδίδοσάν σφισι *M. Pasc.*, in *Arch. V.* λόγους καὶ πίστις. *d* Omittitur a *Vind.* tum ἔλεγέ σφισι. Vulgatum amant Iones. *e* *M. Arch. Pasc. Ask. V.*, μὲν deerat Edd. *f* Αὖ τούτου *M. Ask.*, αὐτοῦ τούτου *Ald. V. Arch. Paris. B.* *g* Ὑπερβάλλεσθαι *Vind.* bene, ut C. 76., ὑπερβαλέσθαι olim. De formula sequente ad L. I. C. 187. *b V. M. Pasc. Ask.*, articulum negligunt alii. *i* Non legunt ταύτην *V. Arch.* *k* Duo haec absunt *Arch. l* Ἑωϋτοῦ id. cum *V.* *m* Ὠφείλετε *V.* et mox βαλόμενοι uti *Arch. M. Pasc. Ask.*, in *Aldo* et prioribus *Edd.* βουλόμενοι. *n* Ὑπεραίρεσθε ora *Steph.* *o* Ὅπερ πέσῃ *Arch.* περιπέσῃ *V.* *p* *Arch. V. Pasc. Ask.*, αὐτοὺς *Ald. M.* &c. *q* Ἐξηγέω *Arch. Ald.*, verius editum ex Ionum consuetudine, de qua *Portus.* *r* Οἶδά κου ora *Steph.*, et statim ἀκούων *Arch. V.* *s* Περήσομεν *Ald. Arch. V.* *t* Abest *Vind.* *u* Τοιῶνδε *Arch. V.*, bene. Vide VIII, 62. vulgo τοίων tantum. Supra ὑμέων *Ald.*

naras invenit, qui Ann. IV, p. 128. B. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς καὶ ἑτέρους προσεπιχειρίσασθαι, καὶ Ὀτάνης μὲν ἐπάγεται Ἰνταφέρνην· vid. *Andr. Dounaei*, viri Graece perdocti, Praelect. in *Demosth.* Philipp. p. 99. VALCKEN.

35. Καὶ αὖ τούτου εἵνεκεν ἥκω] Invexit iterum *V. C.* manifestam Codicis corruptelam. Venerat in urbem Regiam Darius αὐτοῦ τούτου εἵνεκεν, *ob id ipsum*, sive *solius istius rei gratia. Pausan.* I, p. 54. πολλοῖς, αὐτῶν τούτων εἵνεκα, ἐς λόγους ἦλθον. *Thucyd.* p. 544, 6. ἄλλο μὲν οὐδὲν, αὐτὸ δὲ τοῦτο· et p. 91, 19. *Xenoph.* p. 326, 26. αὐτὸ τοῦτ' ἔφη, προσήκει σκοπεῖν· elegantiorem usum *Iac. Perizon.* intellexit in *AEliani* V. H. II, c. 29. Videtur idem, neque est tamen, pervenustum illud Iovis *Lucianei* T. I, p. 210. Ὡς ἀφελὴς ὁ παῖς ἐστι, καὶ ἁπλοῦς, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο παῖς ἔτι. VACLKEN.

35. Καὶ αὐτοῦ τούτου εἵνεκεν ἥκω] Ex *Medic.* αὖ τούτου si valeret, vis et vigor sermonis Darii flaceescceret. Scriptor ipse L. II. C. 3. καὶ ἐς Ἡλιούπολιν αὐτέων τουτέων εἵνεκεν ἐτραπόμην· alias etiam, et quis non?

49. Μάλιστα μέν νυν ὀφείλετε] Non indigemus *Vindob.* ὠφείλετε· idem est vulgatum et Ἰακών· Verti *debetis* haud convenit, sed *debebatis*, ut olim *Valla*: languet alioqui inpetus Darii. Βαλόμενοι rectissime expedivit Cl. *Gronovius*. In *Libanii* Declam. II, p. 204. D. καὶ ὁ μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ βαλλόμενος, ἔπραττε τὸ τερπνόν. Notat *Morellus* ex MSS. ἐφ' ἑαυτοῦ et λαβόμενος ac βουλόμενος, quorum ultima corruptelae, verissimum prius, et inprudenter ab eo spretum.

52. Ὅτι ἦν ὑπερπέσῃ ἡ νῦν ἡμέρη] Non placet ὑπερπέσῃ. Multo cultius et suavius *Arch.* ἤντερ πέσῃ· nec muto tamen, quod displicet, ne nimium novator censear. Nemo tamen erit, quin ἀλλά σφεας αὐτὸς ἐγὼ — ex schedis restitutum adprobet.

„ δέ κε καὶ δυμαίνων. τοῦτο δὲ, ἔχω αὐτὸς σκῆ-
„ ψιν εὐπρεπεστάτην, τῇ [a] πάριμεν· φὰς ἄξειν τε
„ ἥκειν ἐκ Περσέων, καὶ βούλεσθαί τι ἔπος παρὰ
„ τοῦ πατρὸς σημῆναι τῷ βασιλέϊ· [b] ἔνθα γάρ τι
„ δεῖ ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω· τοῦ γὰρ αὐτοῦ
„ γλιχόμεθα οἵ τε ψευδόμενοι καὶ οἱ τῇ ἀληθείῃ
„ διαχρεώμενοι· οἱ μέν γε ψεύδονται τότε, ἐπειάν τι
„ μέλλωσι [c] τοῖσι ψεύδεσι πείσαντες, κερδήσεσθαι·
„ οἱ δ' [d] ἀληθίζονται, ἵνα τι τῇ ἀληθείῃ ἐπισπάσον-
„ ται κέρδος· [e] καί τι μᾶλλόν σφισι ἐπιτράπηται.
„ [f] οὕτω ὦν ταῦτα ἀσκέοντες, [g] τωὐτῶ περιεχό-
„ μεθα· εἰ δὲ μηδὲν κερδήσεσθαι μέλλοιεν, ὁμοίως
„ ἂν ὅ, τε ἀληθιζόμενος, ψευδὴς εἴη, καὶ ὁ ψευ-
„ δόμενος, ἀληθής· ὃς ἀν μέν νυν τῶν πυλωρῶν ἐ-
„ κὼν [h] παρείῃ, αὐτῷ οἱ ἄμεινον ἐς χρόνον ἔσται·
„ ὃς δ' ἂν ἀντιβαίνειν πειρᾶται, [i] δεικνύσθω ἐν-
„ θαῦτα ἐὼν πολέμιος, καὶ ἔπειτα ὡσάμενοι ἔσω,
„ ἔργῳ [k] ἐχώμεθα." Λέγει Γωβρύης μετὰ ταῦτα,
„ Ἄνδρες Φίλοι, ἡμῖν κοτε κάλλιον [l] παρέξει ἀνα-
„ σώσασθαι τὴν ἀρχὴν, ἢ, εἰ γε μὴ οἷοί τε ἐσόμεθα
„ αὐτὴν ἀναλαβέειν, ἀποθανέειν. [m] ὅτε γε ἀρχόμε-
„ θα μὲν, ἐόντες Πέρσαι, ὑπὸ Μήδου ἀνδρὸς μάγου,
„ καὶ τοῦτου οὔτα ὐκ ἔχοντος· ὅσοι τε ὑμέων Καμ-
„ βύσῃ νοσέοντι παρεγένοντο, πάντως κου μέμνησθε τὰ
„ ἐπέσκηψε Πέρσῃσι τελευτῶν τὸν βίον, μὴ πειρω-
„ μένοισι ἀναχλᾶσθαι τὴν ἀρχήν· τὰ τότε ὐκ ἐνεδε-
„ κόμεθα, ἀλλ' ἐπὶ διαβολῇ εἰδοκέομεν εἰπεῖν Καμ-
„ βύσεα· νῦν ὦν τίθεμαι ψῆφον πείθεσθαι Δαρείῳ,
„ καὶ μὴ διαλύεσθαι ἐκ τοῦ συλλόγου τοῦδε [n] ἄλ-
„ λοθι ἰόντας ἢ ἐπὶ τὸν μάγον ἰθέως." ταῦτα εἶ-
πε Γωβρύης· καὶ πάντες [o] ταῦτα αἶνεον. Ἐν ᾧ δὲ
οὗτοι ταῦτα ἐβουλεύοντο, ἐγίνετο κατὰ συντυχίην τά-

rentiam, vel ob timorem; partim habeo ipse prætextum accommodatissimum propter quem transeamus: siquidem modo e Persis venire me dicam, ac velle quædam a patre mandata regi nunciare. Vbi enim oportet mendacium dicere, dicatur, nam idem optamus, quique mendacium dicimus, quique veritatem: quippe quum illi mentiantur tunc, quum persuadendo sunt quippiam lucri facturi: et illi verum dicant, ut verum dicendo aliquod lucrum attrahant: et magis aliquid illis committatur. Sic igitur ista factitantes, idem tamen obtinemus, quod si nihil lucri facturi sunt, peræque et verax foret mendax, et mendax verax. Quod autem ad ianitores attinet, siquis eorum volens prætermittat, melius ei sequenti tempore erit: siquis resistere conabitur, ibi tunc pro hoste habeatur: et deinde intro irrumpentes, rem transigamus. Post 73
hæc Gobryas, Viri amici, inquit, nobis pulchrius erit recuperare imperium, aut, si recuperare non poterimus, mortem oppetere, quum quidem, qui sumus Persæ, ab viro Medo regamur, eoque aures non habente; et quicunque vestrum Cambysi ægrotanti adfuerunt, memoria teneatis omnes, quæ ille, dum vita excederet, Persis imprecatus est, imperium recuperare non tentantibus: quæ nos tunc non admittebamus, sed per calumniam dici a Cambyse existimabamus. Nunc igitur calculum pono in Darii sententiam, neque ex hoc cœtu dissolvi aliorsum euntes, quam recta adversus magum. Hæc dicta a Gobrya omnes comprobarunt. Interea vero dum ab istis con- 74
sultatur,

a Πάρειμι *Arcb.*, tum φὰς γὰρ ἥκειν id. et *Vind.* b Exscripsit *Stob.* Serm. XII. p. 141. sed καὶ ψεῦδος. *Eustath.* in Hom. p. 188. et 628, 8. vulgatis congruit. c *Pasc. V. Arcb. Ald. Paris. A. B.*, τοῖσι omittit *Med.* d Ἀληθίζονται, ἵνα τι τῇ *Arcb.*, τι abest *Pasc. Ask.* antea ἀληθ. τι, ἵνα e *M. Pasc. Ask.*, in ceteris τις, matum μᾶλλόν σφιν *V. Arcb.*, et τράπηται *Pasc. Ask.* cum *Stepb.* marg. f Οὕτω οὐ ταὐτὰ *Arcb. V. Valla*; οὖν *Ask. Pasc.* g *M. Arcb. Ask. Pasc. V.*, in aliis τωὐτῷ perperam. h Παρίῃ *V. Arcb.* satis commode. i Διαδεικν. iidem. k Ἐχώμεθα *Arcb.* tum λέγει non habet, quod abesse potest. l *M. Pasc. Ask. Arcb. Valla:* olim παρέξειν male. Statim ἀναλαβέειν et ἀποθανέειν *Arcb. V.* ex Ionum more. ἀναλαβεῖν et ἀποθανεῖν vulgo. m Ὅτε γε *Arcb.* n Ἀλλ' ἰόντας ἐπὶ τὸν omisis ceteris *Arcb. V. Valla.* o Ταῦτα iidem, olim ταύτῃ.

72. Ἔνθα γάρ τι δεῖ ψεῦδος &c.] Laxissima haec de mendacio professio, verumque fallaciloquentiae fuscitabulum. Genio Ulysis interroganti Neoptolemo, Οὐκ αἰσχρὸν ἡγῇ δῆτα τἀ ψευδῆ λέγειν; responsum Οὐκ, εἰ τὸ σωθῆναί γε τὸ ψεῦδος φέρει conveniebat belle in *Sophoclis* Philoct. v. 107. Discrepant nonnihil *Heliodori* Aeth. I, p. 50. Καλὸν γάρ ποτε καὶ τὸ ψεῦδος, ὅταν ὠφελοῦν τοὺς λέγοντας, μηδὲν καταβλάπτῃ τοὺς ἀκούοντας· neque enim mendacium adprobat, sed fictum, citra alterius ius et detrimentum, sermonem, quem *falsiloquium* nova voce adpellant. Utrumque scriptoris locum enotaverat *Stepb. Berglerus*, nec praeterierat in doctis de Mendacio et Verit. libris *Nicol. Abramus*, longe plura admensus L. I, 17. p. 465.

77. Οἱ δ' ἀληθίζονται, ἵνα τι] Verius hoc. Quae sequuntur optime *Gronovius* inlustravit. At illa οὕτω ὦν ταῦτα ἀσκέοντες intacta miror. Qui mentiuntur et qui veraces sunt, eademne exercent? Utrique, si *Nostro* creditur, lucrum spectant, in loquendo longe dissimiles. Cohaerebit oratio aptior, modo cum *Valla* et *Arcb.*, οὕτω δὴ ταὐτὰ ἀσκέοντες, probetur.

84. Δεικνύσθω ἐὼν πολέμιος] *Pro hoste habeatur:* verbi corrector *Reiskius* quae sunt huius generis paulo rariora non habebat in numerato. Δεικνύσθω ἐὼν, sive dicatur φανερὸς γενέσθω πολέμιος ὑπάρχων, seu ἔνδηλος, eodem sententia recidit: *pateat illum nobis hostem esse;* atque adeo tanquam talis *confodiatur*, συγκεντέσθω, quod verbum infra legitur, ubi *obviis interfectis*, ut scribit *Iustinus*, *ad Magos perveniunt:* intelligitur itaque id ipsum, quod suo more Vir D. exprimi volebat. In *Lysiae* p. 90. φανερός ἐστι ποιησάμενος, *patet eum fecisse*, *Marklandus* interpretatur; communivit exemplis aliquot *Io. Taylor*, V. C. *Eurip.* Bacch. v. 47. αὐτῷ θεὸς γεγὼς ἐνδείξομαι. *Andocid.* p. 31, 34. ἐνδεῖκνυται —— ὑμᾶς τοῖς αὐτοῦ τρόποις ἀκολουθεῖν ἀξιῶν. *Herod.* II, c. 119. ἐπαίσιος ἐγένετο τοῦτο ἐργασμένος. *Xenoph.* Ε. III, p. 291, 36. μάλα ἀχθεσθέντες φανεροὶ ἐγένοντο. II, p. 275, 14. *Thucyd.* II, c. 64. μὴ ἔνδηλοι ἔσε τοῖς παροῦσι πόνοις βαρυνόμενοι. *Soph.* Trach. v. 679. ἀθυμῶ δ' εἰ φανήσομαι τάχα Κακὸν μέγ' ἐκπράξασα. In *Xenoph.* K. Ἀ. V, p. 211, 8. si Codex scriptus praeferret: ἠξίουν Ἕλληνας ὄντας Ἕλλησι τούτῳ πρῶτον καλῶς δεικνυσθαι, τῷ εὔνους εἶναι· ego quidem vulgatum verbum huic postponerem. VALCKEN.

84. Δεικνύσθω ἐνθαῦτα ἐὼν πολ.] Varie tentantur haec. Est cui διακνάσθω, *confodiatur*, *lanietur*, non magna molitione, unice placet. Alius δεικνύσθω ἐνθαῦτα νεκρὸς, ἐὼν πολέμιος, *interimatur*, *quippe hostis*, praeoptat. Quorum equidem institutum sequi non audeo. Dictio rarior est, signatissima tamen. Δεικνύσθω πολέμιος aut, si velis, ex *Arcb.* διαδεικνύσθω *ostendatur* sive *manifestus hostis sit*, eaque, quae in hostem licet, patiatur: ὑπὸ τραυμάτων νεκρὸν δείξας est in *Diodori* Excerptis, aliud in *Libanii* Epist. CIX., quorum tamen utrumque diversius abit.

87. Κάλλιον παρέξει] Optime *Gronovius*. Ex Aldino *Corn. de Pauw* idem aut etiam παρέχει formaverat. Mox ὅτε γε ἀρχ. ex schedis, ut *Reiskius* divinarat, potius est visum: habet particula suam sibi in talibus vim et elegantiam, qua de Cl. *Valckenar.* ad Tragici Phoenisc. p. 209.

97. Ἄλλοθι ἰόντας ἢ ἐπὶ τόν] Si, quod sentio, dicere liceat, et quid ni? multo Gobryae sententia et ardor incenditur, ubi ἀλλ' ἰόντας ἐπὶ τὸν μάγον ἰθέως, *sed in magum statim et recta pergentes*, probabitur. Secutus hoc *Valla* est, et praeferunt membranae. Mox ταῦτα αἶνεον postulabat sermonis et Scriptoris usus: τὴν Δαρείου πάντες αἶνεον γνώμην C. 76. et IV, 80. ὁ δὲ Ὀκτομασάδης καταινέει TATTA.

ſultatur, ſorte hoc contigit, ut magi inito inter ſe conſilio ſtatuerent conciliandum ſibi amicum Prexaſpem, quod indigna paſſus a Cambyſe eſſet, occiſo eius filio ictu ſagittæ, et ſolus mortem Smerdis Cyro geniti noſſet, quem ipſe ſuapte manu interemiſſet: quod præterea apud Perſas in maxima eſſet exiſtimatione. His de cauſſis accitum hominem, ſibi amicum comparabant; accipientes fidem, ac iureiurando, certe fallaciam, quæ ab ipſis in Perſas facta eſſet, apud ſe habiturum, neque cuiquam mortalium patefacturum, pollicitantes omnia innumera ſe ei daturos. Recipiente Prexaſpe facturum ſe quæ magi ſuaſerant, iterum illi dicere, in animo ſe habere omnes Perſas ſub caſtellum regium convocare: ideoque iubere hunc conſcenſa turri prædicare, a Smerdie Cyri Perſis imperari, et ab alio nemine. Hæc illi ſic præcipiebant, veluti homini ſummæ apud Perſas autoritatis, et qui ſæpenumero aſſeveraſſet ſuperesſe Smerdin Cyri, ac cædem a ſe factam pernegaſſet. Hæc quoque Prexaſpe ſe paratum exequi dicente, magi, convocatis Perſis, hominem in turrim perductum iubent habere orationem. Prexaſpes ea, quæ ab istis oratus fuerat, ſponte obliviſcitur: exorſusque ab Achæmene, ſeriem familiæ Cyri recenſet: et ubi devenit ad hunc, tandem commemoravit Cyri in Perſas beneficia. His expoſitis, promsit veritatem, cauſſatus ideo ſe antehac occultaſſe, quod ſibi tutum non fuiſſet proferre rem geſtam, ſed in præſens ab neceſſitate deprehenſum proferre: dixitque ſe a Cambyſe adactum Smerdin Cyri quidem occidiſſe, et magos eſſe qui regnent. Multis quoque verbis Perſas quum devoviſſet, niſi rurſus imperium recuperarent, ac magos ulciſcerentur, ſeſe in caput a turri præcipitem dedit. Hunc in modum Prexaſpes, vir per omne tempus vitæ ſpectatus, occubuit. At ſeptem Perſæ, ubi conſtituerunt aggredi protinus magos, neque rem differre, deos comprecatum ierunt,

Τάδε τοῖσι μάγοισι ἔδοξε βουλευομένοισι Πρηξάσπεα φίλον προσθέσθαι, ὅτι τε ἐπεπόνθεε πρὸς Καμβύσεω ἀνάρσια, ὃς οἱ τὸν παῖδα τοξεύσας ἀπολωλέκεε· καὶ [a] διότι μοῦνος ἠπίστατο τὸν Σμέρδιος τοῦ Κύρου θάνατον, αὐτοχειρίῃ μιν ἀπολέσας· πρὸς δ' ἔτι, ἐόντα ἐν [b] αἴνῃ μεγίστῃ τὸν Πρηξάσπεα ἐν Πέρσῃσι· τούτων δὴ μιν εἵνεκε καλέσαντες, φίλον προσεκτέωντο [c] πίστι τε λαβόντες, καὶ ὁρκίοισι, ἢ μὴν ἕξειν παρ' ἑωυτῷ, μηδ' [d] ἐξοίσειν μηδενὶ ἀνθρώπων τὴν ἀπὸ σφέων ἀπάτην ἐς Πέρσας γεγονυῖαν· ὑπισχνεύμενοι τὰ πάντα οἱ μυρία δώσειν· [e] ὑποδεχομένου δὲ τοῦ Πρηξάσπεω ποιήσειν ταῦτα, ὡς ἀνέπεισάν μιν οἱ μάγοι, δεύτερα προσέφερον, αὐτοὶ μὲν Φάμενοι Πέρσας πάντας [f] συγκαλέειν ὑπὸ τὸ βασιλήιον τεῖχος, κεῖνον δ' ἐκέλευον ἀναβάντα ἐπὶ πύργον ἀγορεῦσαι, ὡς ὑπὸ τοῦ Κύρου Σμέρδιος ἄρχοιτο, καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἄλλου· ταῦτα δὲ οὕτω ἐπετέλλοντο, ὡς πιστότατα δὴ ἐόντος αὐτοῦ ἐν Πέρσῃσι, καὶ [g] πολλάκις ἀποδεξαμένου γνώμην ὡς περιείη ὁ Κύρου Σμέρδις, καὶ ἐξαρνησαμένου τὸν φόνον αὐτοῦ. Φαμένου δὲ καὶ ταῦτα ἑτοίμως εἶναι ποιέειν τοῦ Πρηξάσπεω, συγκαλέσαντες [h] Πέρσας οἱ μάγοι, ἀνεβίβασαν αὐτὸν [i] ἐπὶ πύργον, καὶ ἀγορεύειν ἐκέλευον· ὁ δὲ, τῶν [k] μέν τοι ἐκείνοι προσεδέοντο αὐτοῦ, τούτων μὲν ἐκὰν [l] ἐπελήθετο, ἀρξάμενος δὲ ἀπ' Ἀχαιμένεος, ἐγενεηλόγησε τὴν πατρίην τοῦ Κύρου· μετὰ δὲ, ὡς ἐς [m] τοῦτον κατέβη, τελευτῶν ἔλεγε ὅσα ἀγαθὰ Κῦρος Πέρσας [n] πεποίηκοι· διεξιλθὼν δὲ ταῦτα, ἐξέφαινε τὴν ἀληθηίην, Φάμενος πρότερον μὲν κρύπτειν· [o] οὐ γάρ οἱ εἶναι ἀσφαλὲς λέγειν τὰ γενόμενα· ἐν δὲ τῷ παρεόντι ἀναγκαίην μιν καταλαμβάνειν Φαίνειν· καὶ δὴ ἔλεγε, τὸν μὲν Κύρου Σμέρδιν ὡς αὐτὸς ὑπὸ Καμβύσεω ἀναγκαζόμενος ἀποκτείνειε, τοὺς μάγους δὲ βασιλεύειν. Πέρσῃσι δὲ πολλὰ ἐπαρησάμενος, εἰ μὴ ἀνακτήσαιατο ὀπίσω τὴν ἀρχὴν, καὶ τοὺς μάγους τισαίατο, ἀπῆκε ἑωυτὸν ἐπὶ κεφαλὴν φέρεσθαι ἀπὸ τοῦ πύργου κάτω. Πρηξάσπης μέν νυν ἐὼν τὸν πάντα χρόνον αἰνῆς δόκιμος, οὕτω ἐτελεύτησε. Οἱ δὲ δὴ ἑπτὰ τῶν Περσέων, ὡς ἐβουλεύσαντο αὐτίκα ἐπιχειρέειν τοῖσι μάγοισι, καὶ μὴ ὑπερβάλλεσθαι, ἧισαν

198

a Ὅτι *Arcb. V.* *b* Αἰτίῃ *Arcb. Valla.* *c* Πίσει aut πίστι τε καὶ *Ald. V. Arcb. Paris. A. B.*, πίστις τε καὶ *M. Paſ. Ask.* mox ἢν μὲν *Ask.* *d* *M. Arcb. Paſ. Ask.*, παρὰ μηδενὶ in aliis et *Ald.* *e* *Arcb. Vind. Eton. Valla*; olim ὑποσχομένου, quae gloſſa excuſi. Conf. II, 125. ſtatim Πρηξάσπεος *Paſ. Ask.* *f* Συγκαλέσειν *Arcb.* *g* Πολλάκις τε id. *h* *M. Arcb. Paſ. Ask.*, alii τοὺς Πέρσ. *i* Iidem et *V.*, τὸν πύργον vulgo; tum ἀναγορεύειν *Arcb. V.* *k* Μέν τοι ambo illi et *Paris. B.* in reliquis μέν τι. *l* Ἀπελάθετο ora *Steph.*; porro ἀπὸ Ἀχ. *Arcb. V.* Praeterea ἐγενεηλόγει *Steph.* margo. *m* Τοῦτον *V. Arcb. Valla*: olim τοῦτο. *n* Πεποιήκει *Ask.* *o* Ἐπιῤῥέειν *Arcb.*, ſtatim ἧισαν *Paſ.* bene; nec inuſitatum ἧεσαν.

4. Μοῦνος ἠπίστατο] Supra c. 61. noverat fraudator Magus, τὸν Σμέρδιος θάνατον — ὡς ὀλίγοι ἦσαν οἱ ἐπισάμενοι Περσέων· et ap. *Zonaram* p. 127. B. dicitur γνοὺς ὁ Κατιζείθης (Πατιζείθης) ὡς ὀλίγοις ὁ ἐκείνου θάνατος ἔγνωσαι. Prae paucis istis unicus Prexaſpes ea de re planisſime erat perſuaſus, quippe qui iuſſus Cyri Smerdin remotis arbitris e vita ſuſtuliſſet. Collectanea *Io. Iac. Wetstenii*, ad Euang. *Ioann.* XVII, 3. ὅλῳ τῷ θυλάκῳ excuſa, digna ſunt quae conſiderentur. VALCKEN.

6. Ἐόντα ἐν αἴνῃ μεγίστῃ] Futile est *Vallae* et *Arcb.* ἐν αἰτίῃ. Prexaſpes ὡς πιστότατος ἐὼν ἐν Πέρσῃσι, ſicuti mox perhibetur, non *flagrabat invidia* et odio, ſed omnium laudibus ferebatur, quippe maximo in honore. De Themiſtocle ὡς εἴη ἐν αἴνῃ μεγίστῃ τῶν στρατηγῶν L. VIII, 112. *Arrian.* Indic. C. 27. τῶν ἐν αἴνῃ — ὧν Μακεδόνων. Atque hoc quidem extra periculum. Quod ſuccedit πίστι τε λαβόντες καὶ ὁρκίοισι *Gronovio* ſe non probavit, contra ex *Med.* πίστις τε —, ſiquidem λαβεῖν πίστι ferri nequeat. Scriptor tamen ipse L. IX, 105. πίστι καταλαβόντες καὶ ὁρκίοισι· quomodo ὅρκοις δεινοτάτοις καταλαβὼν *Procopius* B. Goth. I, 11. Hiſt. Arc. C. 2. et *Zoſimus* ex certiſſima *Sylburgii* emendatione L. IV, C. 26. Fac vero πίστι λαβόντες καὶ — eadem in re inportune, quod ego quidem non largior, necti, nonne utroque in ſermone verbum, uni rei aptum, pluribus iungitur? Tetigit hanc figuram Scholiaſtes ad *Sophocl.* Electr. v. 438. Quid porro πίστις τε λαβόντες, καὶ ὁρκίοισι; unde pendebit poſterius? Succurrit Cl. *Abreſch* Diluc. Thucyd. p. 425. ὁρκίοισι; mutata diſtinctione, ſequenti ὑπισχνεύμενοι adſtruens; quod, ſi πίστις τε λαβόντες valere debeat, certiſſimum auxilium.

11. Ὑποσχομένου] Interpretamentum genuino locum cedet ὑποδεκομένου, quod in tribus inventum Codd. e *Galeo* iam conſtitit. Si mox praebent et ἀνέγνωσαν, hinc quoque deturbabitur ἀνέπεισαν, quod ſaepius ſede, quam occupat, non ſua deiectum iri, monſtrat Diſſ. *Herod.* p. 40. 41. *Zonaras*: καταβεμένου δ' ἐκείνου ποιήσειν ταῦτα, προσεπῆγον· hoc poſuit pro προσέφερον *Herodoti*, cuius ille veſtigia ſolius perſequitur in his enarrandis; ſicut in aliis *Xenophontea*. VALCKEN.

23. Τῶν μέν τοι ἐκείνοι προσεδ.] Multis non ſine ratione diſplicuit infelix τι: aut eraſerunt, aut τε eſſe voluerunt. *Abreſchius* μέν τοι, addicentibus ſchedis, e quibus post nonnulla ὡς ἐς τοῦτον κατέβη, *ad hunc*, *Cyrum* nempe. Non me fugit, neutrum τοῦτο locum capeſſere C. 82., ſed vicit *Codd.* imperium.

38. Αὐτίκα ἐπιχειρέειν] Litem his moveo nullam. Notabile *Arcb.* ἐπιῤῥέειν, *Herodoto* in confluente plurium multitudine non inſuetum IX, 37. Tale *Theocriti* Idyll. XV, 59. σπεύδωμες· ὄχλος πολὺς ἄμμιν ἐπηρεῖ. De invadendi inpetu, qualis horum in magos principum, non reminiſcor.

ἧισαν εὐξάμενοι τοῖσι θεοῖσι, τῶν περὶ Πρηξάσπεα πεπ-
χθέντων εἰδότες οὐδέν· ἔν τε δὴ τῇ ὁδῷ μέσῃ [a] στείχον-
τες ἐγίνοντο, καὶ τὰ περὶ Πρηξάσπεα γεγονότα ἐπυν-
θάνοντο· ἀθαῦτα ἐκ τάξιος τῆς ὁδοῦ, ἐδίδοσαν [b] αὐ-
τοῖσί σφισι λόγους· οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Ὀτάνην, πάγχυ
κελεύοντες [c] ὑπερβαλέσθαι, μηδὲ οἰδεόντων τῶν πρη-
γμάτων, ἐπιτίθεσθαι· οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Δαρεῖον, αὐτί-
κα τε ἰέναι, καὶ τὰ δεδογμένα ποιέειν, μηδ' ὑπερ-
191 βάλλεσθαι· ὠθιζομένων δ' αὐτῶν, ἐφάνη ἱρήκων ἑπτὰ
ζεύγεα, δύο αἰγυπιῶν ζεύγεα διώκοντα [d] τε καὶ τίλ-
λοντα καὶ ἀμύσσοντα· ἰδόντες δὲ ταῦτα οἱ ἑπτὰ, τήν
τε Δαρείῳ πάντες αἶνεον γνώμην, καὶ ἔπειτα [e] ἧισαν
ἐπὶ τὰ βασιλήια τεθαρρηκότες τοῖσι ὄρνισι. [f] Ἐπι-
σὰς δὲ ἐπὶ τὰς πύλας ἐγίνετο οἷόν τι Δαρείῳ ἡ γνώμη
ἔφερε· καταιδεόμενοι γὰρ οἱ Φύλακοι ἄνδρας τοὺς Περ-
σέων πρώτους, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ὑποπτεύοντες ἐξ αὐτῶν
ἔσεσθαι, παρίεσαν, θείῃ πομπῇ χρεωμένους· οὐδ' [g] ἐ-
πειρώτα οὐδείς· ἐπεί τε δὲ καὶ παρῆλθον ἐς τὴν αὐλὴν,
ἐνέκυρσαν τοῖσι τὰς ἀγγελίας ἐσφέρουσι εὐνούχοισι, οἳ
σφέας ἐπόρεον ὅ, τι θέλοντες ἥκοιεν· καὶ ἅμα ἐπορέοντες
τούτους, τοῖσι [h] πυλωροῖσι ἀπείλεον, ὅτι σφέας παρῆ-
καν· ἴσχον τε βουλομένους τοὺς ἑπτὰ ἐς τὸ πρόσω πα-
ριέναι· οἱ δὲ, διακελευσάμενοι, καὶ σπασάμενοι τὰ ἐγ-
χειρίδια, τούτους μὲν τοὺς ἴσχοντας αὐτῶ ταύτῃ συγκεν-
τέουσι· αὐτοὶ δὲ ἧισαν δρόμῳ ἐς τὸν ἀνδρεῶνα. Οἱ δὲ μά-
γοι ἔτυχον ἀμφότεροι τηνικαῦτα [i] ἐόντες τε ἔσω, καὶ
τὰ ἀπὸ Πρηξάσπεω γενόμενα ἐν βουλῇ ἔχοντες· ἐπεὶ
ὦν εἶδον τοὺς εὐνούχους τεθορυβημένους τε καὶ βοῶντας,
ἀνά τε ἔδραμον πάλιν ἀμφότεροι, καὶ ὡς ἔμαθον τὸ
ποιεύμενον, πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο· ὁ μὲν δὴ αὐτέων
φθάνει τὰ τόξα κατελόμενος· ὁ δὲ, πρὸς τὴν αἰχμὴν
ἐτράπετο· [k] ἀθαῦτα δὲ συνέμισγον ἀλλήλοισι· τῷ
μὲν δὴ τὰ τόξα ἀναλαβόντι αὐτέων, ἐόντων τε [l] ἀγχοῦ
τῶν πολεμίων, καὶ προσχειμένων, ἦν χρηστὰ οὐδέν· ὁ
δ' ἕτερος τῇ αἰχμῇ ἠμύνετο· καὶ τοῦτο μέν, [m] Ἀσπα-
θίνῃ παίει ἐς τὸν μηρόν· τοῦτο δὲ, [n] Ἰνταφέρνεα ἐς τὸν
ὀφθαλμόν· καὶ ἐξερήθη μὲν τῷ ὀφθαλμῷ ἐκ τοῦ τρώμα-
τος ὁ Ἰνταφέρνης, οὐ μέντοι ἀπέθανέ γε· τῶν μὲν δὴ
μάγων ὁ ἕτερος τρωματίζει τούτους· ὁ δὲ ἕτερος, ἐπεί
τέ οἱ τὰ τόξα οὐδὲν [p] χρηστὰ ἐγένετο, ἦν γὰρ δὴ θά-
λαμος ἐσέχων ἐς τὸν ἀνδρεῶνα, ἐς τοῦτον καταφεύ-
γει,

et hinc inutilis Persarum convocatio a magis facta. Darius fervet re statim agenda. Augurio firmati aggrediuntur regiam, ubi in aulam admissi coguntur omnia gladiis efficere,

runt, omnino ignari eorum quæ circa Prexaspem acta essent: sed hæc inter eundum in medio itineris audierunt: eoque a via secedentes inter se colloquuti sunt. Et Otanes quidem censuit propositum prorsus differri, neque tumescentibus rebus aggredi: Darius vero confestim ire, et quod decretum esset peragere, neque cessare. Eis concertantibus apparuerunt septem accipitrum paria, insectantium duo paria vulturum, eosque vellicantium atque infestantium. Quod intuentes illi septem, sententiam Darii omnes comprobarunt; et mox freti avibus ad regiam cum fiducia perrexerunt. Vbi ad portas adfuerunt, prout 77
Darius senserat, ita evenit, nam custodes reveriti Persarum primarios, nec aliquid huiusmodi suspicantes ex his fore, admiserunt missione divina instinctos; neque vel interrogavit quisquam. Vbi in aulam introgressi sunt, offendunt eunuchos qui erant a nunciis; et hos qua gratia venirent interrogaverunt; simulque inter percontandum ianitoribus minitabantur, quod istos ingredi permisissent: atque ulterius pergere volentes eosdem prohibebant. Isti se mutuo cohortati, eductis gladiis, eos a quibus arcebantur, ibidem simul trucidant; iidemque cursu in conclave contendunt. In eo tunc forte ambo magi agebant, et de iis quæ a Prexaspe erant acta consultabant. Qui quum vidisset tu- 78
multuantes eunuchos atque vociferantes, recurrerunt uterque: et quod fiebat animadvertentes, ad vires conversi sunt: quorum unus occupat arcum, alter lanceam sumit, atque inde adoriuntur invicem. Verum arcus ei qui illum sumpserat, quum hostes iuxta essent, et arriperent, nulli usui fuit: alter qui se lancea tuebatur, tum Aspathinis femur percussit, tum oculum Intaphernis; oculoque ex vulnere Intaphernes, non tamen et vita privatus est. Hos igitur alter magorum vulneravit: alter vero, quando arcus ei nulli usui erat, in thalamum, qui erat conclavi contiguus, se proripuit, fores occlusurus. Sed il-

a Paris. *A. B. Arch. V. Ald.*, στιχοντες *Med. Ask.* *b* Αὖτις *Arch. V.* *c Arch. V. Ald. Paris. A. B. Eustath.*, ὑπερβαλέεσθαι *M. Ask. Pasc.*, conmode minus. Mox μὴ δὲ *Ask.*, in *Arch.* μὴ δέ οἱ δεόντων *Ald. Arch.*, meliora *Eustath.*, haec adtingens, in Odyss. p. 1441, 61. *d* Omittit *Ask.*, sed τίλλοντά τε cum *Pasc.* αἰγυπτῶν habet ex praecedentibus *Suidas.* *e Arch. V. Pasc.* et mox, ἧεσαν *Ald.* et alii: tum τεθαρσηκ. *Arch. V.* *f* Ἐπισάντες *Arch. V.* *g* Iidem cum *Pasc.*, in aliis ἐπηρώτα. Paullo supra παρείησαν *Ald. b M. Pasc. Ask.*, πυλαροῖσι *Ald.* et *Arch. V.* *i M. Pasc. Ask. Arch. V.*, qui duo ἔσω: vulgo enclitica deficiebat et εἴσω legebatur. Statim Πρηξάσπεος *Ask.* *k* Ἔνθα *Arch. V.* *l M. Arch. Ask. V. Pasc.*, olim ἀγχοῦ αὐτῷ τῶν. *m* Ἀσπαθύνην *Arch.*, Ἀσπαθίμην *Pasc.* Ἀσπαθήνην *Vind.* et *Valla.* *n* Ἰνταφρένεα *Arch. V.* *o* Ὁ ἕτερος iidem. *p* Χρήσιμα *iidem* ex glossa cum marg. *Step.*

43. Ἐδίδοσαν αὐτοῖσι σφισι λόγους] Mire blanditur *Arch.* et *Vind.* αὖτις, ut iterum rem secum reputarint, quo modo IV, 102. et superiore libro C. 162. Abstinui a mutatione, arbitrio aliis relicto. *Aldum* μὴ δέ οἱ δεόντων — publicantem *H. Stephan.* Recens. Voc. Herod. p. 731. comiter in viam reduxit. Vide infra C. 127.

45. Ὑπερβαλέεσθαι] Si teritur usu, quam vim hic tempus haberet futurum non exputo: Ὑπερβαλέσθαι hinc excitat, et sequentia, καὶ μὴ οἰδούντων τῶν πρηγμάτων ἐπιτίθεσθαι, *Eustathius* ad Od. B, p. 90, 43. verum minus apte τὸ Ὑπερβάλλεσθαι hic interpretabatur per διατρίβειν. Voluit Otanes *oportunitatem exspectare rei gerendae*, ὑπερβάλλεσθαι, quod frequentius dicitur ὑπερτίθεσθαι, secundum *Ammonium* significans, τὸ ἐπιμένειν τὸν ἐπιτήδειον καιρὸν τῶν πράξεων, neque censuit consilium, quod ceperant, exsequendum, *dum res* adeo *essent turbidae* — Ἐπιτίθεσθαι τοῖς πράγμασι nimirum, hic non est *insidiari*, sed *res aggredi:* τοῖς πράγμασιν ἐπιχειρεῖν· ἀδυνάτοις ἐπιθέσθαι πράγμασιν, *Isocratis* est ad Philipp. p. 90. A. et *Xenoph.* Ἀπομν. III, p. 453, 29. *Longino* περὶ Ὕψ. XV, 6. ἐπιτίθεσθαι φαντασίαις οὐκ ἄτολμος dicitur *Euripides*; Αἰσχύλου φαντασίαις ἐπιτολμῶντος ἡρωϊκωτάτοις, ibid. §. 11. Ἐπιθέσθαι τῇ ποιήσει dixit *Eupolis*, in luculenta parte parabasis, ut puto, quam nobis servavit *Stobaeus* Floril. p. 53. Nihil vetat illinc duo tresve decerptos trochaicos hic ponere scriptos emendatius, quam vulgo solent, aut etiam leguntur in Exc. *Grotii* p. 31. Ἤν δέ τις τῶν ἐνθάδ' ἀσῶν, μηδὲ ἓν χείρων φρονῶν, Συνεπιθῆται τῇ ποιήσει, πάνυ δοκεῖ κακῶς φρονεῖν, Μαίνεταί τε καὶ παραρεῖ τῶν φρενῶν, τῷ σῷ λόγῳ. Cetera fortasse non cadent in controversiam: ad παραρεῖ *Hesychius* comparetur, et *Theocriti* ὁ πάραρος τῆνος, ex Eid. XV, 8. Schol. ὁ ἀνάρμοστος, καὶ μάταιος, ἐκ μεταφορᾶς τῶν παρήρων ἵππων· imo τῶν παρηόρων. VALCKEN.

56. Θείῃ πομπῇ χρεωμένους] Laurentius *Pompa.* Instinctum et divinum impulsum scriptor voluit, uti L. I, 62. IV, 152. *Aeschylus* Agam. v. 757. πομπᾷ Διὸς ξενίου. Apud *Suidam* in Ἀναλώθησαν scriptor incertus θηρίον αὐτοῖς πομπῇ κρείττονι ἐντυγχάνει quo de loco *Abresch.* ad *Aeschylum* Lib. I, 23.

81. Θείλων

ut res successit. Capita magorum ludibrio sunt. Hinc odium in ceteros magos ac cædes in festo hoc die. Post dies quinque deliberatum de imperio.

illuc duo de septem cum eo simul irrumpunt, Darius et Gobryas: quum autem Gobryas esset amplexus magum, Darius adstans atque hærens, utpote in tenebris, præcavebat ne Gobryam feriret. Eum cernens Gobryas ociosum adstantem, interrogavit cur non uteretur manu. Respondenti Dario, Sollicitus de te, ne feriam, Tu vero, inquit Gobryas, vel per utrumque exige gladium. Cui Darius obtemperans, pugionis ictu adacto magum casu
79 percussit. Interfectis magis et capitibus eorum amputatis, eos qui saucii ex suis erant illic relinquunt, tum quod invalidi essent, tum arcis tuendæ caussa; quinque eorum habentes magorum capita foras currunt cum vociferatione ac strepitu: ceterosque Persas compellando, rem gestam exponebant, capita ostentantes: et simul quicunque magorum ipsis occurrebat mactabant. Persæ, cognito quod actum ab septem istis erat ac dolo magorum, et ipsi facienda sibi alia eiusmodi censuerunt; eductisque gladiis, ubicunque reperiebant magum, interficiebant, et, nisi noctis interventu cohibiti fuissent, neminem magum reliquissent. Hunc diem Persæ maxime solennem publice observant, et in eo ingens celebrant festum, vocantes id Μαγοφόνια, *id est*, *magorum cædem*, quo die nulli mago fas est prodire in lucem, sed cuncti ma-
80 gi se intra domum continent. Vbi resedit tumultus, diesque quinque excessere, ii, qui magos invaserant, de omni rerum statu consultabant. Quorum orationes etsi apud nonnullos Græcorum fide carent, tamen huiusmodi fuerunt: Otanes hortabatur, ut rem Persicam in medium deponerent, ita inquiens; Unum e nobis principem solum amplius fieri mihi non videtur: neque enim

γει, θέλων αὐτοῦ [a] προσθεῖναι τὰς θύρας· καὶ οἱ συνεσπίπτουσι τῶν ἑπτὰ δύο, Δαρεῖός τε καὶ Γωβρύης· [b] συμπλακέντος δὲ Γωβρύεω τῷ μάγῳ, ὁ Δαρεῖος [c] ἐπεσχὼς ἦπόρει, οἷα ἐν σκότεϊ, προμηθεόμενος μὴ πλήξῃ τὸν Γωβρύην· ὁρέων δέ μιν ἀργὸν [d] ἐπεσχῶτα ὁ Γωβρύης, εἴρετο ὅτι οὐ [e] χρῆται τῇ χερί· ὁ δὲ εἶπε, „ Προμηθεόμενος σέο, μὴ πλήξω." Γωβρύης δὲ ἀμείβετο, „ Ὄθει καὶ δι' ἀμφοτέρων τὸ ξίφος." Δαρεῖος δὲ [f] πειθόμενος, ὥσέ τε τὸ ἐγχειρίδιον, καὶ ἔτυχε
90 κατὰ τοῦ μάγου. Ἀποκτείναντες δὲ τοὺς μάγους, καὶ ἀποταμόντες αὐτέων τὰς κεφαλὰς, τοὺς μὲν τραυματίας ἑωυτῶν αὐτοῦ λείπουσι, καὶ ἀδυνασίης εἵνεκεν, καὶ Φυλακῆς τῆς ἀκροπόλιος· οἱ δὲ πέντε αὐτέων ἔχοντες τῶν μάγων τὰς κεφαλὰς, [g] ἔθεον ἔξω, βοῇ
95 τε καὶ πατάγῳ χρεώμενοι· καὶ Πέρσας τοὺς ἄλλους 192
ἐπεκαλέοντο, ἐξηγεόμενοί τε τὸ πρῆγμα, καὶ δεικνύοντες τὰς κεφαλάς· καὶ ἅμα ἔκτεινον πάντα τινὰ τῶν μάγων τὸν ἐν ποσὶ γινόμενον· οἱ δὲ Πέρσαι, μαθόντες [h] τότε γεγονὸς ἐκ τῶν ἑπτὰ, καὶ τῶν μάγων τὴν ἀπάτην, ἐδικαίευν καὶ αὐτοὶ ἕτερα τοιαῦ-
1 τα ποιέειν· σπασάμενοι δὲ τὰ ἐγχειρίδια, ἔκτεινον ὅκου τινὰ μάγον εὕρισκον· εἰ δὲ μὴ νὺξ ἐπελθοῦσα ἔσχε, ἔλιπον ἂν οὐδένα μάγον· ταύτην τὴν ἡμέρην θεραπεύουσι Πέρσαι κοινῇ μάλιστα τῶν ἡμερέων·
5 καὶ ἐν [i] αὐτῇ ὁρτὴν μεγάλην ἀνάγουσι, ἣν κέκληται ὑπὸ Περσέων [k] μαγοφόνια· ἐν τῇ μάγον οὐδένα ἔξεστι φανῆναι ἐς τὸ φῶς, ἀλλὰ κατ' οἴκους ἑωυτοὺς οἱ μάγοι ἔχουσι τὴν ἡμέρην ταύτην. Ἐπεί τε δὲ κατέστη ὁ θόρυβος, καὶ [l] ἐκτὸς πέντε ἡμε-
10 ρέων ἐγένετο, ἐβουλεύοντο οἱ ἐπαναστάντες τοῖσι μάγοισι περὶ τῶν πρηγμάτων πάντων· καὶ ἐλέχθησαν λόγοι ἄπιστοι μὲν οἰοισι Ἕλλήνων, ἐλέχθησαν δ' ὦν. Ὀτάνης μὲν ἐκέλευε ἐς μέσον Πέρσῃσι καταθεῖναι τὰ πρήγματα, λέγων τάδε, „ Ἐμοὶ δο-
15 κέει, ἕνα μὲν ἡμέων [m] μούναρχον μοῦνον μηκέτι

γε-

a Exscripsit *Suidas* in *V.* et *Photius* in Lexic. mox συνεμπίπτ. *Arch.*, συνεπίπτουσι *Ask.*, συνεπιπίπτουσι Frag. *Paris.* b Συμπλεκέντος *Arch. Pasf.* c Ἔτι ἐσεὼς *Arch. Pasf.*, tum οἷον ἐν *Arch. V.*, ἐν σκότεϊ, ἠπόρει οἷα Fragm. *Paris.* d Ἐσεῶτα *Arch.* e Χρᾶται *Arch. Pasf. Ask. V.* f *V. Valla* et Fragm. et *Paris. B.*, in aliis cum *Aldo* πυθόμενος. Mox ὥσε τὸ *M. Pasf. Ask.*, ὥσέ τε τὸ *Arch. V. Ald. Paris. A. B.* quod malui. g Ἔθεον ἔξω *V. Arch. Valla*, vulgo ἔξω defit. h Τό τε γεγον. *Ask.*, τὸ γεγον. alii. i *M. Pasf. Ask. V. Arch. Paris. B.*, quorum tres ultimi ἄγουσι cum *Aldo*, quomodo I, 147. VIII, 65., ἀνάγουσι ceteri. olim ἐν αὐτῇ κοινῇ ὁρτὴν. k *Med.* ora *Steph. Pasf. Ask. Arch. V.*, Μαγοφονίαι *Ald.* et Edd. l *Arch. V. Valla*, olim ex *Aldo* ἐντός. m Μούναρχον μηκέτι ora *Steph. Arch. Vind. Pasf.*

81. Θέλων αὐτοῦ προσθεῖναι τὰς θύρας] Nimis sollicite quaesivit *Portus*, utrum αὐτοῦ an αὐτῷ, in quod pronior est, scriptum fuerit olim. Neutrum locum habuit; thalami fores signantur. Bene *Kuhnius* auxilio *Nostri* defendit *Diogen. Laërt.* II, 105. ἀλλὰ τὸ ΘΥΡΙΟΝ ΠΡΟΣΤΙΘΕΙΣ μετεῖχε Σωκράτους. Iungere potuerat ex *Lysiae* Or. de Caed. Eratosthen. p. 8. *Ed. Britan.* ἐκείνη δὲ ἀναςᾶσα καὶ ἀπιοῦσα ΠΡΟΤΙΘΗΣΙ τὴν ΘΥΡΑΝ. Atque hoc hactenus. Mox *Codd.* discors voluntas ambiguum τὸ συνεσπίπτουσι efficit, quod *Zonaras*, haec describendo imitatus, praetulit, et prior eo *Plutarch.* T. II, p. 50. E.

81. Προσθεῖναι τὰς θύρας] His commodum usus *Ioach. Kuhnius* aliis non intellectum explicuit *Diogen. Laërt.* II, 105. eo nomine laudatus *Kustero* ad *Aristoph.* Ἐκ. v. 420. E neutro *Pollux* enotasset X, 25. sed προσθεῖναι (τὰς πύλας) invenerat apud *Thucyd.* IV, c. 67. Ad illud *Lysiae* (Or. I, p. 8.) προσίθησι τὴν θύραν — καὶ τὴν κλεῖν ἐφέλκεται comparat *Salmas.* hoc *Petronii* e cap. 94. *adduxit repente ostium cellae,* —— *exemitque raptim clavem.* *Lucian.* de Paras. T. II, p. 878. τὴν θύραν τοῦ δωματίου προσίθησι. *Pausan.* II, p. 195. ἀναπεπταμένας ἔχοντες —— προσέθεσαν τὰς θύρας. *Adducere ostium* Graece dicebatur συναγαγεῖν τὴν θύραν *opponere ianuam*, vel *adponere* (si tamen hoc Romanis fuit in usu,) προσθεῖναι. VALCKEN.

88. Δαρεῖος δὲ πειθόμενος] Vel coecus videat, πυθόμενος consistere hac in vicinia non posse. Laudo *Io. Fridericbum*, illud in Magophonia secutum. Non male, etsi laxius, *Iustinus* I, 9. *Quorum alterum Gobryas medium amplexus, cunctantibus sociis, ne ipsum pro mago transfoderent, quia res obscuro loco gerebatur, vel per suum corpus adigi mago ferrum iussit.* Consimilia alii, omnes uno ex fonte. Quod vero mox narrationem voce ἔξω auxerim, excusabunt schedae et rerum series. Certe ἔθεον ἔξω principes, cum foras se proriperent, ut populo, quid magis factum fuisset, ostentarent.

6. Μαγοφόνια] Optime *Gronovius* ex *Med.*, addicentibus aliis. Postulabat regula, praescripta L. I. C. 148., *Agathias*que L. II, p. 47. A. Utrique *Io. Fridericbus* paruit. Quod brevi sequetur, καὶ ἐντὸς πέντε ἡμερέων —— nimis est angustum, nihilque certi finit: sequor scriptorum fidem.

12. Ἐλέχθησαν δ' ὦν] *Nibilominus:* οὐδὲν ἧσσον ab aliis adhibetur in talibus; aut etiam in fine periodi, ἐλέχθησαν δὲ diceretur, vel ἐλέχθησαν δ' ὅμως· sed ita solet *Herodotus*, praesertim ubi rem narrat minus credibilem, vel incertam: IV, c. 5. ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, λέγουσι δ' ὦν. IV, c. 82. ἔλεξε, οὔτε εἰ ψευδόμενος οὔτε εἰ ἀληθέα λέγων ἔχω σαφηνέως εἰπαι, ἔλεξε δ' ὦν. Qui *Herodotum* tanquam *fabulatorem* traducunt, suam quisque Helenam mirati, saepe minus attendunt ad minutas istas loquendi formulas; quas diligenter expresit *Pausanias*, fabulis, quas enarrat, minime fidem adhibens. VALCKEN.

15. Μούναρχον μοῦνον] Ad exemplum scripsit *Homeri*, ut erat Ὁμηρικώτατος *Herodotus*. Qualia saepius attigerat, multa collegit Homerea huius generis *Eustath.* ad Od. T. p. 699. *Eustathii* commentariis usus *Henr. Stephanus* diligentissime in Append. de D. A. nonnulla dedit p. 87. In sermone quoque quotidiano vis nativa saepius in compositis negligebatur: huc pertinent ξώπυρα πυρὸς· IV. *Maccab.* VIII, 12. Βυκόλια βοῶν,

„ γενέσθαι· οὔτε γὰρ ἡδὺ, οὔτε ἀγαθόν· εἴδετε μὲν γὰρ τὴν Καμβύσεω ὕβριν ἐπ' ὅσον [a] ἐπεξῆλθε, μετεσχήκατε δὲ καὶ τῆς τοῦ μάγου ὕβριος· κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα κατηρτημένον μουναρχίη, τῇ ἔξεστι [b] ἀνευθύνῳ ποιέειν τὰ βούλεται; καὶ γὰρ ἂν τὸν ἄριστον ἀνδρῶν πάντων στάντα [c] ἐς ταύτην τὴν ἀρχὴν, ἐκτὸς τῶν ἐωθότων νοημάτων [d] στήσειε· ἐγγίνεται μὲν γάρ οἱ ὕβρις ὑπὸ τῶν παρεόντων ἀγαθῶν, φθόνος δὲ ἀρχῆθεν [e] ἐμφύεται ἀνθρώπῳ· δύο δ' ἔχων ταῦτα, ἔχει πᾶσαν κακότητα· τὰ μὲν γὰρ ὕβρει κεκορημένος ἔρδει πολλὰ καὶ ἀτάσθαλα, τὰ δὲ, φθόνῳ· καίτοι ἄνδρα γε τύραννον, [f] ἄφθονον ἔδει εἶναι, ἔχοντά γε πάντα τὰ ἀγαθά· τὸ δ' ὑπεναντίον [g] τούτου ἐς τοὺς πολίτας πέφυκε· φθονέει γὰρ τοῖσι ἀρίστοισι περιεοῦσί τε καὶ ζώουσι, χαίρει δὲ τοῖσι κακίστοισι τῶν ἀστῶν· διαβολὰς δὲ [h] ἄριστος ὑποδέκεσθαι· [i] ἀναρμοστότατον δὲ πάντων· ἢν τε γὰρ αὐτὸν μετρίως θωυμάζῃς, [k] ἄχθεται ὅτι οὐ κάρτα θεραπεύεται· ἢν τε θεραπεύῃ τις κάρτα, ἄχθεται ἅτε [l] θωπί· τὰ δὲ δὴ μέγιστα ἔρχομαι ἐρέων· νόμαιά τε κινεῖ πάτρια, καὶ βιᾶται γυναῖκας, κτείνει τε [m] ἀκρίτους· πλῆθος δὲ ἄρχον, πρῶτα μὲν, οὔνομα πάντων κάλλιστον ἔχει, ἰσονομίην· δεύτερα [n] δὲ, τούτων τῶν ὁ μούναρχος, ποιέει οὐδέν· ὁ πάλῳ μὲν ἀρχὰς ἄρχει, 193 ὑπεύθυνον δὲ ἀρχὴν ἔχει· βουλεύματα δὲ πάντα ἐς τὸ κοινὸν ἀναφέρει· τίθεμαι ὦν γνώμην, μετέντας ἡμέας μουναρχίην, τὸ πλῆθος ἀέξειν· ἐν γὰρ τῷ πολλῷ εἶναι τὰ πάντα." Ὀτάνης μὲν δὴ ταύτην τὴν γνώμην ἐσέφερε. Μεγάβυζος δὲ ὀλιγαρχίην ἐκέ-

onim id aut iucundum est, aut bonum. Nam et insolentiam Cambysis novistis, quo processerit, et partem sensistis insolentiæ. Quomodo autem res apta habeatur monarchia, cui licet pro libidine agere quæ vult impune? quæ virum, etiamsi optimus omnium fuerit, tamen, quum in illa positus est, extra consuetos abiecerit sensus? Quippe quum præter invidiam ab initio ingenitam homini, ingeneretur ex præsentibus bonis insolentia. Itaque hæc duo habens, omnem malitiam habet; partim enim satiatus insolentia, multa et atrocia committit; partim per invidiam. At enim vir tyrannus, ut qui omnia bona obtineat, debebat sine livore esse: verum contrario modo is comparatus est erga populares suos, siquidem eorum optimis quibusque, qui superstites sunt atque vivunt, invidet, deterrimis civium delectatur: calumnias etiam admittere optimus est. Hoc autem omnium indecentissimum est. Nam sive mireris eum modeste, offenditur quod non effuse colatur, sive effuse colat quis, offenditur, quippe adulatorem existimans. Et ut exequar dicendo quæ maxima sunt, iura patriæ labefactat, feminis vim affert, et indemnatos interimit. At quum dominatur multitudo, primum quidem nomen obtinet omnium pulcherrimum, iuris æquabilitatem: deinde vero nihil eorum agit, quæ unus omne imperium tenens, nam magistratus sorte regit, tum administrationum rationem reddit: omnia denique consilia in commune refert. Itaque dico pro sententia nobis monarchiam seponentibus multitudinem auctum ire, in multo enim sunt omnia. Otanes quidem hanc sententiam dixit. Megabyzus autem

[a] Ἐξῆλθε marg. *Steph. V. Arch.*; tum μετέσχετε *V. Arch.* sequentem orationem exscripsit *Stob.* Serm. XVII. p. 545. [b] *M. V. Pasf. Ask. Stob.*, olim ἀνευθύνως. [c] *Stob. Arch. Vind. Ald.*, in *Medic. Pasf. Ask.* τὴν ἀρχὴν non sunt. [d] Στήσει *Arch. V.* [e] *Pasf. Ask. Stob.*, in *Med.* ἐνφύεται ita ut literae ν. sit super posita littera μ., ab *Aldo* venit ἐνεμφύεται absurde: in *Arch.* hiatus est, negligentia scribae. [f] Citat *Thom. Mag.* in *V.*, ἄφθονον *Arch.* ignorat. [g] Τούτῳ *Vind. Arch.* [h] Ἄριστος *Arch.*, et ἐκδέχεσθαι *Gesnerus* ad marg. *Stobaei*: Vulgo ἄριστον· quod addebatur ἡγέεται *Stob.* non novit, nec *Ald. Arch. Pasf. Med.*; olim erat ἐνδέκεσθαι ἡγέεται. [i] Ἀναρμοστότατον *Arch.*, ἀναρμόστατον *Stob.* Edit. Venetae. [k] Ἀπέχθεται ora *Steph.* ex *Aldo.* [l] Θωπείαν. τὰ *Pasf. Ask. M. Stob. Arch.* tres *Paris.*, ab *Aldo* venit θωπείαν ἡγούμενος. Verum in *Stobaei* prima editione ἅτε θωπὶ et *Arch.*, forsan etiam *Valla.* [m] *V. Pasf. Ask. Stob.*, ἀκρίτως *Ald.* et alii: in *Arch.* desideratur. Mox ἰσοτιμίην *Stobaeus.* [n] Omittit *Arch.* [o] *M. Stob. Pasf. Ask.*, alii πάλῳ μὲν γάρ.

βοῶν, *Ioëlis* I, 18. σαρκοφαγοῦσι σάρκας *Diodori Sic.* V, c. 39. Nonnihil hinc distant ista eiusdem *Diodori*, σαρκοφαγεῖν ἀνθρώπους· θρεμματοτροφεῖν ἀγέλας βοσκημάτων· σιδηροφορεῖν πελέκεις. VALCKEN.

22. Κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα κατηρτημένον] Scribi quoque potuit κατηρτυμένον vel κατηρτισμένον. Quae hinc sequuntur Otanis Herodotei descripsit *Stobaeus* p. 345. *Herodotus* de tribus rerum publicarum speciebus, *quae populi, quae paucorum, quae unius potestate regerentur*, ut loquitur *Quinctilianus*, ea facit Otanem, Megabyzum, Dariumque dicentes, quae pro singulis dici posse viderentur, aut ab aliis dicta meminisset. VALCKEN.

22. Κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα &c.] Elegans, sed communis de tyrannide disquisitio, nihil cedens Euripideis in Suppl. v. 428. Οὐδὲν τυράννου δυσμενέστερον πόλει Ὅπου τὸ μὲν, et quae succedunt. Iustissimum mox τῇ ἔξεσι ἀνευθύνῳ —. De Romanorum dictatore ap. *Dionysium* Antiq. VI. p. 370. ὃς ΑΝΕΥΘΥΝΩ χρώμενος ἐξουσίᾳ καὶ βουλῇ καὶ δήμου ἀναγκάσει· et in *Suidae* Ἀνεύθυνος· nam ad dictatorem fragmentum pertinere, credibile fit. Statim στάντα ἐς ταύτην τὴν ἀρχὴν Herodoteum videri, *Stobaeus* et MSS. ostendunt. Ceterum haec disputatio in oculis *Plutarchi* fuit T. II, p. 826. E.

28. Φθόνος δὲ ἀρχῆθεν ἐμφύεται] Facilitatem Cl. Viri miror. Vidit verum; tenere, *Herodoto* saltem reddere, noluit. Invidia insita plerisque mortalium est et adquiritur amplior. Alia in re *Eusebius* ap. *Stob.* Serm. XLI, p. 270. ὅκως μὴ — ὀλιγωρίη καὶ ἀνασκασίη ἀρετῆς ψυχαῖς τῶν κατὰ πόλιν ΕΜΦΤΗι. Insolentiam autem sive ὕβριν tyrannidis fusicitabulum et fomentum haberi, *Sophocles* Oed. Tyr. v. 883. Ὕβρις φυτεύει Τύραννον, ὕβρις κ. λ., ne alios adnumerem, testimonio est, ususque firmat.

36. Διαβολὰς δὲ ἄριστος ἐνδέκεσθαι] Saepe de librariorum editorumque perverso iudicio querela iteratur. Nunc insigne licentiae specimen, ut *Plautinum* usurpem, specitur. *Ald.*, *Camerarius*, *Stobaeus* et schedae habebant ἄριστον ἐνδέκεσθαι, de suo *H. Steph.* admensus est ἡγέεται. Quanto lenius et elegantius *Arch.*, ἄριστος ἐνδ. sine inutili fulcimento? Porro plures MSS. ἄχθεται ἅτε θωπείαν, cui *Aldus* ἡγούμενος adstruxit. Additamentis nunc locus nullus. Cui enim bono? Eccum aliud: *Stobaei* et *Arch.* ἅτε θωπὶ, itidem in θωπείαν inperite flexerunt. Habet in more *Herodotus* ἄχθεσθαι τῇ ἀρχῇ et hoc de genere alia struere, uti II, 103. et 175. Θεῷ asscnsator blandus est, cuius et λόγοι θῶπες ex *Euripidis* Syleo *Philoni Iud.* Adv. Flacc. p. 979. E. Legat. ad Cai. p. 1015. D., θῶπες καὶ ἀπατηλοὶ *Procopio* B. Pers. II, 30. Rem ipsam si velis, consentiet *Dio Chrysost.* Or. VI, p. 97. Denique κτείνει ἀκρίτους sincerum *Codd.* praestant. Culta profecto sunt quae simili in disquisitione conduxit *Theophylactus* Παιδ. Βασιλικῆς C. 8. et 9.

44. Ἰσονομίην] Erunt fortasse, qui *Stobaei* ἰσοτιμίην eligent, *Herodoto* vetante. Otanes ὁ Πέρσῃσι ΙΣΟΝΟΜΙΗΝ σπεύδων ποιῆσαι C. 83. et Maeandrius ad Samios ΙΣΟΝΟΜΙΗΝ ὑμῖν προαγορεύω C. 142. In populari statu laudatur iuris inter omnes aequabilitas. *Euripid.* Suppl. v. 433. ὅ, τ' ἀσθενὴς, Ὁ πλούσιός τε τὴν δίκην ἴσην ἔχει· et *Hyperides* ex versione *Rutilii Lupi* L. II. de Figur. Sentent. p. 7. *Non simile est vivere in aequa civitate, ubi ius legibus valeat: et devenire sub unius tyranni imperium, ubi singularis libido dominatur. Livii* memorabilia L. II, 3. non exscribo. Praeclare erudita sunt quae *Valckenarius* noster super hac ἰσότητι ad Tragici Phoenis. v. 541. p. 199.

53. Τὰ

tem imperio paucorum monebat permittere, his verbis; Quæ Otanes dixit de abolenda tyrannide, ea ſint dicta a me quoque: ſed quatenus hortabatur potentiam deferri ad multitudinem, ab optima erravit ſententia. Etenim inutili cœtu nihil eſt neque inſipientius, neque inſolentius. Itaque eos qui tyranni inſolentiam fugiunt, ad intemperantis plebis recidere inſolentiam, nequaquam tolerandum eſt. Nam tyrannus, ſiquid facit, intelligens facit: at plebi hoc adeſt, ut nihil intelligat, quo enim pacto intelligat, qui neque edoctus eſt, neque quidquam honeſtum novit, neque domeſticum? et qui incidens pellit negotia ſine mente torrenti flumini ſimilis? Quare ſiqui male conſultum Perſis cupiunt, ii ſtatu populari utantur: nos vero conventu virorum optimorum delecto, ad eos imperium deferamus, nam inter eos et ipsi erimus, et ex optimis viris credibile eſt optima exiſtere conſilia. Hanc Megabyzus ſententiam dixit.

82 Tertio loco ſuam Darius, inquiens, Quæ Megabyzus dixit, quatenus ad ſtatum popularem pertinent, recte mihi videtur dixiſſe: quatenus autem ad ſtatum paucorum, non recte, propoſitis enim tribus ſtatibus, et his omnibus optimis, ut optime imperet populus, optime pauci, optime unus, inter hæc multo antecellere hoc poſtremum ſentio, imperio enim unius viri qui optimus ſit, nihil melius queat eſſe. Hoc enim animo utens ſine reprehenſione multitudinem po-

ἐκέλευε ἐπιτράπειν, λέγων τάδε, „ Τὰ μὲν Ὀτάνης εἶπε, τυραννίδα παύων, λελέχθω κἀμοὶ ταῦτα· τὰ δ' ἐς τὸ πλῆθος [a] ἄνωγε φέρειν τὸ κράτος, γνώμης τῆς ἀρίστης ἡμάρτηκε· ὁμίλου γὰρ ἀχρηίου οὐδὲν ἐστὶ ἀξυνετώτερον, οὐδὲ [b] ὑβριστότερον· καί τοι τυράννου ὕβριν φεύγοντας ἄνδρας, ἐς δήμου ἀχολάστου ὕβριν πεσέειν, ἐστὶ οὐδαμῶς ἀνασχετόν· ὁ μὲν γὰρ, εἴ τι ποιέει, γινώσκων ποιέει· τῷ δὲ [c] οὐ γινώσκειν ἔνι· πῶς γὰρ ἂν γνώσκοι, ὃς οὔτ' ἐδιδάχθη, οὔτε οἶδε καλὸν οὐδὲν, οὐδ' οἰκήιον· ὠθέει τε ἐμπεσὼν τὰ πρήγματα ἄνευ νόου, χειμάρρῳ ποταμῷ ἴκελος· δήμῳ μέν νυν οἱ Πέρσησι [d] κακὸν νοέουσι, οὗτοι χράσθων· ἡμεῖς δὲ ἀνδρῶν τῶν ἀρίστων ἐπιλέξαντες ὁμιλίην, τούτοισι [e] περιθέωμεν τὸ κράτος· ἐν γὰρ δὴ τούτοισι καὶ αὐτοὶ ἐνεσόμεθα· ἀρίστων δὲ ἀνδρῶν εἰκὸς ἄριστα βουλεύματα γίνεσθαι." Μεγάβυζος [f] μὲν δὴ ταύτην γνώμην ἐσέφερε. Τρίτος δὲ Δαρεῖος [g] ἀπεδείκνυτο γνώμην, λέγων, „ Ἐμοὶ δὲ τὰ μὲν εἶπε Μεγάβυζος, ἐς τὸ πλῆθος ἔχοντα, δοκέει ὀρθῶς λέξαι· τὰ δ' ἐς ὀλιγαρχίην, οὐκ ὀρθῶς· τριῶν γὰρ προκειμένων, καὶ πάντων τῶν λέγω ἀρίστων ἐόντων, δήμου τε ἀρίστου, καὶ ὀλιγαρχίης, καὶ [h] μουνάρχου, πολλῷ τοῦτο προέχειν λέγω· ἀνδρὸς γὰρ ἑνὸς τοῦ ἀρίστου οὐδὲν ἄμεινον ἂν φανείη· γνώμῃ γὰρ τοιαύτῃ χρεώμενος, ἐπιτροπεύοι ἂν ἀμωμήτως τοῦ πλήθεος· [i] σιγῶτό τε ἂν βουλεύματα ἐπὶ δυσ-

„ με-

a Ἄνωγε κελεύων φέρειν *Arcb. V.* b *M. Arcb. Paſ. Ask.* et gloſator San-Germanenſis: ὑβριστικώτερον *Ald. V.* et tres *Paris.*; tum καὶ τοι τυρ. *Arcb.* optime: τοὶ aberat Edd. c *Ald. M. Arcb. Paſ. Ask.*, οὐδὲ γινώσκ. *Paris. B. V.* et Edd. ſuperiores. d Κακῶς *V. Arcb.*, et poſterior νοσέουσι. e Περιθείομεν *Ald.* f Μὲν δὴ νυν ora *Steph.*, in *Arcb. V.* μὲν ταύτην ἐσεφ., poſterius etiam *Paſ. Ask.*, olim εἰσεφ. g Ἀπεδείκνυε *Vind. Arcb.*; Quae ſequuntur *Stobaeus* Serm. XLV. p. 524. deſcripſit. h Μουναρχίης *Arcb.* i Σιγῶ τότε *Ask. Ald. Stob.*, errore ſcribentium.

53. Τὰ δὲ —— ἄνωγε φέρειν] Quia praecesſit τὰ μὲν —— τυραννίδα παύων, maluit Cl. *Pauw* ἀνώγων φέρειν. Qui ſi in MSS. ἄνωγε κελεύων — latere noviſſet, ſibi ſuiſſet haud dubie gratulatus. Id ego arbitrio legentium trado, non utique prorſus futile, neque vulgato detraho. De plebis multitudine δῆμος συνοίκημα ἀχαριστότατον VII, 157. Apud *Suidam* οὐδὲν ΤΒΡΙΣΤΙΚΩΤΕΡΟΝ ἔχειν· quo prior adſirmari huius loci ſcriptio videbatur; at praeſtantior nova. Ipse Grammaticus in Ὑβριστέρους testem adpellat *Xenophontem* K. Παιδ. V, p. 147. C.

58. Τῷ δὲ οὐ γινώσκειν ἔνι] Celeb. viri adnotationem confuſiorem animadverto. *Aldus* et *Camerarius* id, quod legitur, vulgaverunt: a *Stephano* eſt οὐδὲ γινώσκ. De plebis in adminiſtrandis rebus inſcitia non diſſimilia *Euripides* Suppl. v. 417. *AEſchines* Δῆμος γὰρ, ἀχάριστον, ἀψίκορον, ὠμὸν, βάσκανον, ΑΠΑΙΔΕΤΤΟΝ, Dial. III, 17. Non addo alia elogia, ſed haud efficacem καλὸν inter et οἰκήιον obpoſitionem haberi.

60. Οὔτε οἶδε καλὸν οὐδὲν, οὐδ' οἰκήιον] Sic ſcripta commodam vix admittunt interpretationem. Saepius opponuntur εἰδέναι, ſive νοῆσαι, et διδαχθῆναι· ut ap. *Xenoph.* Ἐ. V, p. 334, 14. ἢ αὐτὸς νοήσας ἢ διδαχθεὶς ὑπό του. *Sopb.* Oed. T. v. 714. *Pauſan.* V, p. 410. ἐξευρόντα αὐτὸν, ἢ καὶ ὑπ' ἄλλου διδαχθέντα: ſicut ap. *Platonem* plus ſemel, *Archytas Stobaei* p. 270, 8. Δεῖ ἢ μαθόντα παρ' ἄλλου ἢ αὐτὸν ἐξευρόντα — ἐπιστάμονα γενέσθαι eadem *Archytae* et plura dedit *Iamblichus* MS. περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης. Huc pertinet et nobile *Heſiodi* dictum Ἔ. καὶ Ἡ. v. 291. quod interpretantur *Cicero* pro A. Cluent. c. 31. atque ita *Livius* XXII, c. 29. *eum primum eſſe virum, qui ipse conſulat quid in rem ſit; ſecundum eum qui bene monenti obediat: qui nec ipse conſulere, nec alteri parere ſciat, eum extremi ingenii eſſe.* In poſtremam claſſem populus Megabyzo videretur reiiciendus, ὃς οὔτε — ἐδιδάχθη, οὔτε οἶδε καλὸν οὐδὲν, οὐδ' οἰκήιον, *qui nihil pulcri honeſtique novit aut ab aliis edoctus, aut a ſe ipse quod ſit proprium.* Literis aliquot, quae male fuerant repetitae, reiectis, ſic ista capienda iudico; atque οἶδε οὐδὲν οἰκήιον, idem eſſe ac οὐδεν οἶδεν οἰκοθεν, id est ἐξ αὐτοῦ. Quando tamen tres quatuorve iunguntur interdum negationes, ne litera pereat, forſan erit qui hic ſcribi malit: οὔτε οἶδε καλὸν, οὐδ' οὐδὲν οἰκ. advocato *Platone* in Theaet. p. 180. A. ἧττον αὐτοῖς ἓνι ἢ τὸ μηδὲν· μᾶλλον δὲ ὑπερβάλλει τὸ οὐδ' οὐδέν. VALCKEN.

62. Χειμάρρῳ π. ἴκελος] Ὁ δῆμος ὠθέει ἐμπεσὼν· τὰ πρήγματα ἄνευ νόου. Talis *Populus* illis omnibus videri debuit, quibus inconſulta concionum innotuerat Graeciae temeritas, Oratoribus in primis quotidie concionem habentibus, aut agentibus cum populo; qui ad iudicandum impetu temerario ductis ſaepe cedendum, atque ex Antigone *Sopboclis* (v. 727.) didicerant: παραβρείθροισι χειμάρροις ὅσα Δένδρων ὑπείκει πλάτανος ὡς ἐκσώζεται. *Cicero* Herodoteis inſtar erit commentarii in Or. pro Cn. Plancio, toto cap. 4. ibid. c. 6. *illae*, inquit, *undae comitiorum, ut mare profundum et immenſum, ſic efferveſcunt quodam quaſi aeſtu, ut ad alios accedant, ab aliis autem recedant.* Sicut isto loco, ter alibi *Cicero*, pro L. Murena c. 17. de Provinc. Conſul. c. 16. pro Milone c. 2., inſignem locum reſpexit, qui *Camerarium* et *Abramum* non latuit, *Demoſthenis* c. Aeſch. Falſae Legat. p. 229. ubi videri voluit non ipse dicere, quid ſibi de ſuperbis dominis videretur, ſed ſuam ipsius ſententiam artificioſe Philippo contribuit, quem oſores Atticae libertatis docerent: ὡς ὁ μὲν δῆμός ἐστιν ὄχλος, ἀσταθμητότατον πρᾶγμα τῶν ἁπάντων, καὶ ἀσυνθετώτατον, ὥσπερ ἐν θαλάττῃ κῦμα ὡς ἂν τύχοι κινούμενον, κ. τ. λ. ſic ista, partim ab aliis adiutus, legenda cenſeo. Praeter ceteros, *Demoſthenis* locum expreſſerunt oratores ſuo aevo nobiliſſimi, *Ariſtides* T. III, p. 78. et *Dion Chryſ.* Or. III, p. 44. C. Eiusdem quoque meminerat *S. Ioannes Chryſ.* Oper. T. III, p. 50. B. De multis unicum ponam incerti *Comici* dictum ex *Dione Chryſ.* p. 368. δῆμος ἄκατον κακὸν, Καὶ, θαλάσσῃ πάνυ ὅμοιον, ὑπ' ἀνέμου ῥιπίζεται. VALCKEN.

74. Πολλῷ τοῦτο προέχειν] Cave τοῦτον melius opineris. Adſolent in ſimilibus ita. Δῆμος, ἀχάριστον — *AEſchines*, videlicet χρῆμα. Mox καὶ ἐν τούτῳ — ὅσῳ ἐστὶ τοῦτο ἄριστον i. e. *Monarchia.* et C. 83. ὡς ἡ μουναρχίη κράτιστον, tum τὸ τοιοῦτο περιστέλλειν. Quae continuo ſuccedunt σιγῶτό τε ἂν — morari *H. Stephanum* non debuerant. In monarchia ſemper tectiora in hoſtes conſilia et expeditiora; quae multitudini conmittuntur, plenae rimarum, hac atque illac perfluunt, uti Comicus. Vide *S. Puſendorfium* I. N. et Gent. VII, 5.

81. Αὖ-

Mala democratiæ, bona monarchiæ. Otanes odit regnum, nec se suosve vult regnari, idque cum honore impetrat.

„ μενέας ἄνδρας οὕτω μάλιστα· ὁκόταν δὲ ὀλιγαρ-
„ χίη, πολλοῖσι ἀρετὴν ἐπασκέουσι ἐς τὸ κοινὸν, 80
„ ἔχθεα [a] ἴδια ἰσχυρὰ φιλέει ἐγγίνεσθαι· αὐτὸς γὰρ
„ ἕκαστος βουλόμενος κορυφαῖος εἶναι, γνώμησί τε
„ νικᾶν, ἐς ἔχθεα μεγάλα ἀλλήλοισι ἀπικνέον-
„ ται· ἐξ ὧν στάσιες ἐγγίνονται· ἐκ δὲ τῶν στα-
„ σίων, φόνος· ἐκ δὲ τοῦ φόνου, ἀπέβη ἐς μου- 85
„ ναρχίην· καὶ ὁκόταν τούτῳ διέδεξε [b] ὅσῳ ἐστὶ τοῦ-
194 „ το ἄριστον· δήμου τε αὖ ἄρχοντος ἀδύνατα μὴ
„ οὐ κακότητα [c] ἐγγίνεσθαι· κακότητος τοίνυν ἐγ-
„ γινομένης ἐς τὰ κοινά, ἔχθεα μὲν οὐκ ἐγγίνε-
„ ται [d] τοῖσι κακοῖσι, φιλίαι δὲ ἰσχυραί· οἱ γὰρ 90
„ κακοῦντες τὰ κοινὰ, [e] συγκρύπτοντες ποιεῦσι·
„ τοῦτο δὲ τοιοῦτο γίνεται, ἐς ὃ ἂν [f] προστάς τις
„ τοῦ δήμου τοὺς τοιούτους παύσῃ· ἐκ δὲ αὐτῶν
„ θωϋμάζεται οὗτος δὴ ὑπὸ τοῦ δήμου· θωϋμα-
„ ζόμενος δὲ ἂν ὢν ἐφάνη μούναρχος ἐών· καὶ ὃκῃ 95
„ τούτῳ δηλοῖ καὶ οὗτος ὡς ἡ μουναρχίη κράτι-
„ στον· ἑνὶ δὲ ἔπει πάντα συλλαβόντα εἰπεῖν, πό-
„ θεν ἡμῖν ἡ ἐλευθερίη ἐγένετο; καὶ τεῦ δόντος;
„ πότερα παρὰ δήμου, ἢ ὀλιγαρχίης, ἢ [h] μου-
„ νάρχου; ἔχω τοίνυν γνώμην, ἡμέας ἐλευθερω- 1
„ θέντας διὰ ἕνα ἄνδρα, τὸ [i] τοιοῦτο περιστέλ-
„ λειν· χωρίς τε τούτου, πατρίους νόμους μὴ λύειν
„ ἔχοντας εὖ· οὐ γὰρ ἄμεινον." Γνῶμαι μὲν δὴ τρεῖς
αὗται [k] προεκέατο· οἱ δὲ τέσσερες τῶν ἑπτὰ ἀν-
δρῶν προσέθεντο ταύτῃ· ὡς δὲ ἐσσώθη τῇ γνώ- 5
μῃ ὁ Ὀτάνης, „ Πέρσῃσι ἰσονομίην σπεύδων ποιῆ-
„ σαι, ἔλεξε ἐς μέσον αὐτοῖσι τάδε, Ἄνδρες στα-
„ σιῶται, δῆλα γὰρ δὴ ὅτι δεῖ ἕνα γέ τινα ἡ-
„ μέων βασιλέα γενέσθαι ἤ τοι κλήρῳ γε [l] λα-
„ χόντων, ἢ ἐπιτρεψάντων τῷ Περσέων πλήθεϊ 10
„ τὸν ἂν [m] ἐκεῖνοι ἕλωνται, ἢ ἄλλῃ τινὶ μηχα-
„ νῇ· ἐγὼ μέν νυν ὑμῖν οὐκ ἀναγωνιεῦμαι· οὔτε γὰρ
„ ἄρχειν οὔτε ἄρχεσθαι [n] ἐθέλω· ἐπὶ τούτῳ δὲ
„ ὑπεξίσταμαι τῆς ἀρχῆς, ἐπ' ᾧ τε ὑπ' οὐδε-
„ νὸς ὑμέων [o] ἄρξομαι, οὔτε αὐτὸς ἐγὼ, οὔτε οἱ 15
„ ἀπ' ἐμεῦ αἰεὶ γινόμενοι" τούτου εἰπαντος [p] ταῦτα
ὡς συνεχώρεον οἱ ἑξ ἐπὶ τούτοισι, οὗτος μὲν δὴ σφι οὐκ

populi curet, taceanturque sic præcipue consilia in viros infestos capta. At in statu paucorum, quum plures virtuti incumbant in publicum, vehementia privata odia excitari consuerunt, quum enim quisque princeps esse optet, et consiliis vincere, ad ingentes inter se inimicitias evadunt. Ex quibus seditiones existunt, e seditionibus cædes, e cædibus ad unius imperium devenitur, et hac re monstravit, quantum sit hoc præstantissimum. Iam vero, plebe imperante, fieri non potest, quin malitia intret: ingressa malitia in rempublicam malis quidem illis odia non existunt, sed amicitiæ validæ, qui enim rempublicam corrumpunt, mutuo se occultant: idque tamdiu fit, dum aliquis populo præpositus tales homines compescat; quem propter ista populus admiratur. Hic quum admirationi est, tunc vere monarchus ostenditur, declarans etiam in hoc monarchiam esse præstantissimum. Atque ut uno verbo omnia comprehendens dicam, unde nobis libertas extitit? et a quo data? a populone, an oligarchia, an monarcho? Ego igitur sentio, nos per unum virum liberatos, debere illud ipsum complecti; et præter hoc leges patrias bene constitutas non dissolvere: non enim melius. Hæ tres dictæ fuerunt sententiæ, et ex septem illis quatuor huic assenserunt. Otanes, qui iuris æquabilitatem facere Persis studebat, ubi ipsius sententia reiecta est, apud eos ita in medium loquutus est, Viri socii, videlicet necesse est unum aliquem e nobis regem fieri, sive sorte sortiamur, sive permittamus Persarum multitudini quem illi elegerint, sive qua alia ratione; equidem ego inter vos non contendam, quippe qui neque præesse volo, neque regnari. Et hac lege cedo imperio, ut a nullo vestrum regner aut ipse ego, aut ullus unquam meorum posterorum. Otane hæc loquuto, postquam ceteri sex eius postulatis assenserunt, ita hic in aliis non contendens, e me-

a Abest ab *Arcb.* et *Valla*, mox αὐτῶν γὰρ marg. *Stepb.* b *Stob. Arcb. V. Pasf. Ask. Paris. B.*, ὅσον *Ald.* et Edd., levi differentia: sed sequor. c *Arcb. V. Stob.*, ἐγγενέσθαι alii: paullo ante ἀδύνατον *Stob.* d *M. Arcb. Stob. Pasf. Ask. V.*, ab aliis κακοῖσι aberat. e Συγκρίψ. *Arcb.*, συγκύψαντες egregie *Stob.* ex Edit. prima. f Προστάτις *Stob.* g Δὲ *Stepb.* ora, *Arcb. Ask. V.* In *Stob.* οὗτος δὴ ὑπὸ τοῦ δήμου θαυμαζ., ἐφάνη ἐὼν μούν., *Ask.* vero et *Pasf.* ἐφάνη ὁ μούναρχος sive ἐών. h Μουναρχίης *Arcb.* tum παρὰ δήμου sine τοῦ idem et *V. Stob.*, quibus accedo. i Τοιοῦτον *Arcb.* k *M. Ask. Pasf.*, προσεκέατο *Arcb.*, προσκέατο *Ald. Paris. A.* l Λαχόντα *Vind. Arcb.* bene. m Ἐκεῖνο ἕλνται ora *Stepb. V. Pasf. Ask.*, ἐὰν ἐκεῖνος ἕλνται *Arcb.*; tum ἢ ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ iidem omnes cum *Paris. A. B.*, vulgo ἢ ἄλλην τινὰ μηχανήν. n Θέλω *Arcb. V.* o Ἄρχεσθαι iidem, haud prave. p *M. Pasf. Ask.*; ταῦτα omittunt *Arcb. V.*, alioqui consentanei.

81. Αὐτὸς γὰρ ἕκαστος] Noxium αὐτῶν γὰρ *Stobaei* etiam margini *Gesnerus* adlevit. Αὐτὸς ἕκαστος πρῶτος est VIII, 10. et C. 123. αὐτὸς ἕκαστος δοκέων ἄριστος γενέσθαι. Eum in modum *AEneas* Tactic. C. 4., levi macula spurcus, ὡς πρὸς φίλους ΑΤΤΟΤΣ ΕΚΑΣΤΟΣ δοκῶν ὕστερον παραγίνεσθαι. Quid dederit, cuilibet adparet; sequens quoque multitudinis numerus molestus recordato Sallustiani *coepere se quisque magis extollere* et L. VII, 144. non erit.

91. Συγκρύψαντες ποιεῦσι] Hoccine idem ac *mutuo se occultant?* Non opinor. Obtegunt fortasis furta, rapinas, flagitia, technasque. Saltem *occultantes faciunt.* At aliud voluit, a *Stobaeo*, MSS., qui nunc durant, antiquiore, fideliter custoditum: συγκύψαντες ποιεῦσι, *in idem incumbentes* et consentientes *faciunt*, uti VII, 145. εἰ ΣΤΓΚΤΨΑΝΤΕΣ τῶὐτὸ πρήσσοιεν πάντες. *Aristophanes* Equit. v. 850. τοῦτο δ' εἰς ἓν ἐσι ΣΤΓΚΕΚΤΦΟΣ· ubi Critici bene, δμονοοῦσιν ἑαυτοῖς καὶ συντρέχουσι. Venit hoc quoque in ingeniosam Cl. *Abrescbii* coniecturam. Quod apud eumdem autem *Stobensem* προσάτις τοῦ δήμου, fuit olim προσάτης, quo *Plato* in demonstratione, ὡς μεταβαίνει τύραννις ἐκ δημοκρατίας, saepius utitur L. VIII. Rep. p. 566.

93. Ἐκ δὲ αὐτῶν] Scripserat forsan: ἐκ δὲ αὖ τῶνδε θωῦμάζεται οὗτος δὴ ὑπὸ τοῦ δήμου· θωϋμαζόμενος δὲ ἂν' ὢν ἐφάνη μούναρχος ἐών. Ut praepositio ἀνὰ a verbo ἐφάνη, vocula ὢν interiecta, per tmesin usitatam *Herodoto* fuerit seiuncta: ἐκ τῶνδε significaret *postea*, noto praepositionis usu, de quo dedit egregia perdoctus Theologus *Io. Pearsonus* in Vind. *Ignat.* p. 372. VALCKEN.

9. Ἤ τοι κλήρῳ γε λαχόντων] *Sive sorte sortiamur* Latina, quae metuo ut ex Graecis bona sint. Hoc *AEschyli* vide Eumen. v. 33. ἴτων πάλῳ λαχόντες, ὡς νομίζεται. *Eant sorte lecti.* Rursus VII. C. Theb. v. 128. *Philo Iud.* Constit. Princip. p. 722. Ὃν τοίνυν προσήκει δεσπότας — ἀποφαίνειν τοὺς ΚΛΗΡΩι ΛΑΧΟΝΤΑΣ. Iam sorte legi plures, ut regnarent haud poterant, verum unus duntaxat, Otane liquido significante. Quidni ergo ex *Arcb.* et *Vind.* κλήρῳ γε λαχόντα *sorte adeptum* probamus? Ita IV, 94. τὸν πάλῳ λαχόντα ἀιεί σφεων αὐτέων ἀποπέμπουσι. *AEschylus* VII. C. Theb. v. 55. ὡς πάλῳ λαχὼν ἕκαστος ——. At hoc alii viderint. Quae in MSS. turbantur statim, ex generis et numeri enallage, satis obvia et proposita ad *Diodori* II, 19., natales acceperunt. Placet ἢ ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ ex formula, cui saepe repetitum *Lysiae* μήτε τέχνῃ, μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ concinit.

18. Ἀλλ'

e medio abiit alio sessum. Atque ad hunc usque diem sola hæc familia inter Persas libertatem retinet, et in tantum regnatur, quantum ipsa vult, leges Persarum non
84 transgrediens. Ceteris autem istorum septem de rege iustissime deligendo consultantibus, visum est, si ad aliquem ex ipsorum numero regnum perveniret, Otanem donari debere peculiariter eiusque deinceps universos posteros tum Medica quotannis veste, tum omni alio magnificentiæ genere apud Persas honorificentissimo. Quæ ideo decreverunt ei donanda, quod primus rem agitaverat, et ipsos in cœtum coëgerat. Et hæc quidem decora Otani decreverunt: illa vero in commune, ut regiam introire unicuique e septem sine internuncio liceret, nisi forte cum uxore cubaret rex: neve regi fas esset aliunde quam e familia coniuratorum uxorem ducere. De regno autem hunc in modum; ut sub ortum solis conscensis equis, dum in suburbio vectarentur, cuius equus sonum
85 primus edidisset, is regnum obtineret. Erat autem Dario equiso, vir solers, nomine OEbares: ad quem Darius, postquam e cœtu digressi sunt, ita inquit. OEbares, de regni negocio sic inter nos convenit: cuius equus sub ipsum solis ortum equis conscensis sonum primus ediderit, is regno potiatur. Nunc igitur siquid solertiæ habes, comminiscere, ut nos obtineamus hoc decus, et nemo alius. Respondet OEbares, o Here, si in hoc versatur tibi ut rex sis vel non, de hoc ne esto sollicitus, et bonum habeto animum; certe ante te rex nemo futurus est, eiusmodi habeo medicamenta. Si igitur, inquit Darius, habes istiusmodi commentum, adest tempus eo utendi, nec differendi rem, utpote crastino die nobis est certamen. Hæc ut audivit OEbares, ita facit: Vbi nox advenit, unam equarum quam equus Darii maxime adamabat, istam in suburbium adductam alligat: tum equum Darii inducit: eumque sæpius circumduxit prope equam identidem feminæ appropinquans, ac

οὐκ ἐπηγωνίζετο, ἀλλ' ἐκ τοῦ μέσου καθῆστο· καὶ νῦν αὕτη ἡ οἰκίη διατελέει μούνη ἐλευθέρη ἐοῦσα Περσέων,
20 [a] καὶ ἄρχεται τοσαῦτα ὅσα αὐτὴ θέλει, νόμους οὐκ ὑπερβαίνουσα τοὺς Περσέων. Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἑπτὰ ἐβουλεύοντο ὡς βασιλέα δικαιότατα ἕξουσι· καί σφι ἔδοξε, Ὀτάνῃ μὲν καὶ τοῖσι ἀπὸ Ὀτάνεω αἰεὶ γινομένοισι, ἢν ἐς ἄλλον τινὰ τῶν ἑπτὰ [b] ἔλθῃ ἡ βασιληίη, ἐξαίρετα δίδοσθαι ἐσθῆτά τε Μηδικὴν ἔτεος ἑκάστου καὶ τὴν ἄλλην δωρεὴν ἣ γίνεται ὑπὸ Περσέων τιμιωτάτη· [c] τοῦδε δὲ εἵνεκεν ἐβουλεύσαντό οἱ δίδοσθαι ταῦτα, ὅτι ἐβούλευσέ τε πρῶτος τὸ πρῆγμα, καὶ συνέσησε αὐτούς· ταῦτα μὲν δὴ Ὀτάνῃ ἐξαίρετα· τὰ
30 δὲ ἐς τὸ κοινὸν ἐβούλευσαν; παριέναι ἐς τὰ βασιλήια πάντα τὸν βουλόμενον τῶν ἑπτὰ ἄνευ ἐσαγγελέος, ἢν μὴ τυγχάνῃ εὕδων μετὰ γυναικὸς βασιλεύς· γαμέειν δὲ μὴ ἐξεῖναι ἄλλοθεν τῷ βασιλέϊ ἢ ἐκ τῶν [d] συνεπαναστάντων· περὶ δὲ τῆς βασιληίης 195
35 ἐβουλεύσαντο τοιόνδε· ὅτευ ἂν ὁ ἵππος ἡλίου [e] ἐπαναστέλλοντος πρῶτος φθέγξηται ἐν τῷ προαστείῳ, αὐτῶν ἐπιβεβηκότων, τοῦτον ἔχειν [f] τὴν βασιληίην. Δαρείῳ δὲ ἦν ἱπποκόμος, ἀνὴρ σοφὸς, τῷ οὔνομα ἦν Οἰβάρης· πρὸς τοῦτον τὸν ἄνδρα, ἐπεί τε διελύθησαν,
40 ἔλεξε Δαρεῖος τάδε, „ Οἴβαρες, ἡμῖν δέδοκται „ περὶ τῆς βασιληίης ποιέειν [g] κατὰ τάδε· ὅτευ ἂν ὁ „ ἵππος πρῶτος φθέγξηται ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι, „ αὐτῶν ἐπαναβεβηκότων, τοῦτον ἔχειν τὴν βασιληίην. „ νῦν ὦν εἴ τινα [h] ἔχεις σοφίην, μηχανῶ ὡς ἂν ἡμεῖς σχῶ-
45 „ μεν τοῦτο τὸ γέρας, καὶ μὴ ἄλλος τις." ἀμείβεται Οἰβάρης τοῖσδε, „ Εἰ μὲν δὴ, ὦ δέσποτα, ὀ τύ- „ τῳ τοί [i] ἐστι ἢ βασιλέα εἶναι ἢ μὴ, θάρσει τοῦτου „ εἵνεκα, καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθόν· ὡς βασιλεὺς ὑδεὶς „ ἄλλος πρὸ σεῦ ἔσται· τοιαῦτα ἔχω φάρμακα." λέγει
50 Δαρεῖος, „ Εἰ τοίνυν τι τοιοῦτον ἔχεις σόφισμα, ὄφρη „ μηχανᾶσθαι, καὶ μὴ ἀναβάλλεσθαι· ὡς τῆς ἐπι- „ ούσης ἡμέρης [k] ὁ ἀγὼν ἡμῖν ἐστι· ἀκούσας ταῦτα ὁ Οἰβάρης; ποιέει τοιόνδε· ὡς ἐγίνετο ἡ νύξ, τῶν θηλέων ἵππων μίην, τὴν ὁ Δαρείου ἵππος ἔστεργε μάλιστα,
55 ταύτην ἀγαγὼν ἐς τὸ προάστιον, κατέδησε, καὶ ἐπήγαγε τὸν Δαρείου ἵππον· καὶ τὰ μὲν πολλὰ [l] περιήγαγε ἀγχοῦ τῇ ἵππῳ, [m] ἐγχρίμπτων τῇ

a Καὶ οὔτε ἄρχεται πλὴν τοσαῦτα *Arch. Vind.* *b* Ἔλθοι *Pass. Ask.*, et Ὀτάνεος supra *Vind.* et *Ald.* *c* Τούτου δὲ *Arch. V.*, tum ἐβουλεύσαντό οἱ quod malui: olim ἐβούλευσάν οἱ. *d* Συναναστάντων *Arch. V.*, et ἐβουλεύσαντο alii ἐβούλευσαν. *e* Ἐπανατείλαντος *iidem.* *f* Τὴν Καμβύσεω βασ. *Valla* cum *Arch. V.* *g* Abest *Vind. b M. Pass. Ask. Arch.*, in *Ald.* et aliis ἔχοις, mox ἡμεῖς ἔχωμεν *Arch. V.* *i* Ἐσὶ ἡ βασιληῒη, θάρσει ora *Steph.* *k* Defit articulus *Arch.* *l* Περιῆγεν id. et *Vind.* *m* Ἐγχρίπτων τῇ θελέῃ *Arch.*, posterius et *Pass. Ask.* cum *Corintho.* Vulgo τῇ θηλῇ.

18. Ἀλλ' ἐκ τοῦ μέσου καθῆστο] Simillimum L. I. C. 46.; κατῆστο, ἐκατέατο et κατήμενος Ionum sunt. Dictio ipsa non vult *ex medio abire alio sessum*, sed e medio secedere et partium esse neutrarum, qui usus opportunius alibi valebit. Elegans est *Arch.* et *Vind.* καὶ οὔτε ἄρχεται, πλὴν τοσαῦτα —. Nec cultum minus, cui suus supra locus, ἐπ' ᾧ τε — ἄρχεσθαι. At manum abstineo.

26. Καὶ τὴν πᾶσαν δωρεήν] Haec recurrunt extremo hoc libro. Cuiusmodi autem dona fuerint, docte *Barn. Brissonius* Regn. Pers. I, 144. examinavit. *Medicam* vestem, Acanthiis honoris ergo a Xerxe datam L. VII. c. 116. habet.

31. Ἄνευ ἐσαγγελέος] Expressit hunc locum *Scriptor* libelli de Syr. Dea p. 472. ubi Rex ad Combabum: ἀπίξεαι παρ' ἡμέας ἄνευ ἐσαγγελέος, οὐδέ τις ἀπέρξει σε ἡμετέρης ὄψιος, οὐδ' ἢν γυναικὶ ἅμα ἐυνάζωμαι· hanc Proceres Herodotei constituerant exceptionem: ἢν μὴ τυγχάνῃ εὕδων μετὰ γυναικὸς βασιλεύς. VALCKEN.

35. Ἐβουλεύσαντο τοιόνδε] Sermonis studiosissimo hic quidem certe syllaba debet restitui, quam describentis praetermisit incuria: ἐβουλεύσαντο τοιόνδε, *re inter se deliberata constituerunt*: ponitur enim pro βουλευσαμένοις ἔδοξεν αὐτοῖς, vel συνεθήκαντο, prout legitur c. 86. *Iustinus: pactique inter se sunt, ut,* —— *cuius equus inter solis ortum binnitum primus edidisset, is rex esset.* In his convenisse *Ctesiae* videtur cum *Herodoto*; forsan ex *Hellanico*, multum diversa traduntur in *Scholiis* ad *Aeschyli* Pers. v. 776. VALCKEN.

35. Ἐβουλεύσαντο τοιόνδε] Hoc utilius et genio linguae congruentius in constitutione de regno, sicuti et paullo superius. Conf. I, 73. VIII, 101. Videntur autem matutinum legisse tempus, quod solem orientem Persae venerarentur. Εἶναι γὰρ αὐτοῖς νόμον τὰς τοῦ ἡλίου ἀνατολὰς προσκυνεῖν ἑκάστῃ ἡμέρᾳ in *Procopii* B. Pers. I. C. 3.

46. Εἰ — ἐν τούτῳ τοί ἐστι] Sententiam expressit *Zonaras* p. 129. A. θάρρει, ὦ δέσποτα, ἔφη, ὡς σὴ ἔσαι ἡ βασιλεία· apud *Iustinum* Dario *de regno sollicito equi custos ait, si ea res victoriam moraretur, nihil negotii superesse.* *Herodoti* formam loquendi, εἰ — ἐν τούτῳ τοί ἐστι ἡ βασιλέα εἶναι, ἢ μή· proximum accedit hoc *Eurip.* Iphig. Taur. v. 1057. τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐστιν, ἢ καλῶς ἔχειν, Ἢ μηδὲν εἶναι. *Herod.* VI, c. 109. ἐν σοὶ νῦν Καλλίμαχέ ἐστι, ἢ καταδουλῶσαι Ἀθήνας, ἢ ἐλευθ. Paulo plenius *Andocides* de Myst. p. 6, 18. ὅπως ἐν ἐκείνῳ εἴη ὁντινα βούλοιτο Ἀθηναίων φάναι τῶν ἀνδρῶν τούτων εἶναι, ὁντινα δὲ μὴ βούλοιτο λέγειν ὅτι οὐκ ἦν *Lysias* p. 20: ἐν ὑμῖν δ' ἐστὶ, πότερον χρὴ τούτους ἰσχυροὺς ἢ μηδενὸς ἀξίους εἶναι. VALCKEN.

50. Ὥρη μηχανᾶσθαι καὶ μὴ &c.] Sumtum fortasse ex nobili *Baccbylidae* Οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς. Sicuti ὡς —— ὁ ἀγὼν ἡμῖν ἐστι ad Proverbii modulum, Νῦν γὰρ ἐς ἀγών aut πλησίον ὁ ἀγών· de quibus nunc nihil, nisi culte a magno viro, *Is. Casaubono* explicita esse ad *Suetonii* Neron. C. 45.

57. Ἐγχρίμπτων τῇ θηλέῃ] *Arch.* ἐγχρίπτων non spre-

τῇ Ϝηλέῃ· τέλος δὲ, ἐπῆκε ὀχῶσαι [a] τὴν ἵππον. Ἅμ' ἡμέρῃ δὲ διαφαυσκούσῃ, οἱ ἑξ, κατὰ συνθήκας τοῦτο, [b] παρῆσαν ἐπὶ τῶν ἵππων· διεξελαυνόντων δὲ κατὰ τὸ προάστιον, ὡς κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον [c] ἐγίνοντο ἵνα τῆς παροιχομένης νυκτὸς κατεδέδετο ἡ Ϝηλέα ἵππος, ἐνθαῦτα ὁ Δαρείου ἵππος προσδραμὼν ἐχρεμέτισε· ἅμα δὲ τῷ ἵππῳ τοῦτο ποιήσαντι, ἀστραπὴ ἐξ [d] αἰθρίης καὶ βροντὴ ἐγένετο· ἐπιγενόμενα δὲ ταῦτα τῷ Δαρείῳ, ἐτελέωσέ μιν, ὥσπερ ἐκ συνθέτου τινὸς γενόμενα· οἱ δὲ, καταθορόντες ἀπὸ τῶν ἵππων, προσεκύνεον τὸν Δαρεῖον ὡς βασιλῆα. Οἱ μὲν δή φασι τὸν Οἰβάρεα ταῦτα μηχανήσασθαι· οἱ δὲ, τοιάδε· καὶ γὰρ ἐπ' ἀμφότερα λέγεται ὑπὸ Περσέων, ὡς τῆς ἵππου ταύτης τῶν ἄρθρων ἐπιψαύσας τῇ χειρὶ, [f] ἔχει αὐτὴν κρύψας ἐν τῇσι ἀναξυρίσι· ὡς δὲ ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι [g] ἀπίεσθαι μέλλεν τοὺς ἵππους, τὸν Οἰβάρεα τοῦτον [h] ἐξείραντα τὴν χεῖρα, πρὸς τὴ Δαρείου ἵππου τοὺς μυκτῆρας προσενεῖκαι· τὸν δὲ αἰσθόμενον, [i] Φριμάξασθαί τε καὶ χρεμετίσαι. Δαρεῖός τε δὴ ὁ Ὑστάσπεος βασιλεὺς ἀπεδέδεκτο, καὶ οἱ ἦσαν ἐν τῇ Ἀσίῃ πάντες κατήκοοι, πλὴν Ἀραβίων, Κύρου τε καταστρεψαμένου, καὶ ὕστερον αὖτις Καμβύσεω. Ἀράβιοι δὲ οὐδαμᾶ κατήκουσαν [k] ἐπὶ δουλοσύνῃ Πέρσῃσι, ἀλλὰ ξεῖνοι ἐγένοντο, παρέντες Καμβύσεα ἐπ' Αἴγυπτον· ἀεκόντων γὰρ Ἀραβίων, οὐκ ἂν [l] ἐσβάλλοιεν Πέρσαι ἐς Αἴγυπτον· γάμους τε τοὺς

ac tandem permisit ascendere. Postero die, quum illuceseeret, sex Persæ ex convento adfuerunt equis insidentes, et quum in suburbio ultro citroque vectarentur, ubi ad locum istum pervenerunt, ubi superiore nocte equa fuerat alligata, ibi Darii equus accurrens hinnitum edidit: et equo id exsequuto protinus fulgur sereno cœlo tonitruque extitit. Hæc quum Dario supervenissent, eum inaugurarunt, tanquam ex composito quodam evenientia, nam ceteri ex equis desilientes Darium ut regem adoraverunt. Sunt qui hoc dicant OEbarem fuisse machinatum, sunt qui illud, utroque enim modo refertur a Persis. Volunt namque OEbarem attrectatis manu huius equæ genitalibus, ipsam manum intra subligacula tenuisse abditam: et sub ipsum statim solis ortum, quum equi digressuri essent, eam extulisse, et naribus equi Darii admovisse, eumque ad odoris sensum infremuisse atque hinnisse. DARIVS itaque, Hystaspis filius, declaratus est rex: eique omnes Asiani audientes dicto fuerunt, præter Arabas, a Cyro et postea rursus a Cambyse subacti; Arabes vero a Persis nunquam in servitutem redacti sunt, sed hospites extiterunt, transmittentes Cambysem in AEgyptum: quippe quibus invitis haudquaquam invasissent Persæ AEgyptum. Da-

86 87 88

196

a Τὸν *V. Arcb. Ask. Pasi.*, mox διαφαυσκ. *V. Arcb.*, alii διαφωσκ. b Παρῆισαν iidem et διελαυνόντων. c Ἐγίνοντο ora *Steph. V. Arcb. Pasi. Ask.*, vulgo ἐγέν. d Ἄιθρης *Arcb.* e *M. Ask. Pasi. V. Arcb.*; *Aldus* et alii προσεκυνεόν μιν· male: porro ὡς βασιλέα negligunt *Arcb. V. Pasi. Valla.* f *Ald. Paris. A. B. V. Arcb.*, in *Med. Pasi. Ask.* ἔχοι, sine caussa. g Ἀπίσθαι *Arcb.* h Ἐξείρων τ. χ. προσένεικε πρὸς *Arcb.* i Habet hinc *Suidas* in *V.*, sed *Arcb.* φριμᾶσθαι. k *Eustath.* in *Dionys.* v. 933. l Ἐσβάλοιεν *Arcb. V.*

vimus ad superioris Musae C. 60. *Portus* τῇ θηλέῃ habet in Ἐγχρίμπτειν ex coniectura, sed bona: nam θηλέην amat dialectus I, 192. II, 41. III, 102. VII, 58., neque aut *Eustathio* in Hom. p. 546, 42. aut *G. Corinthio* latuit.

59. Ἅμ' ἡμέρῃ δὲ διαφωσκούσῃ οἱ ἑξ] *Postero die ubi primum illuxit sex illi* ——. *Zonaras*: Ἕωθεν δὲ τῶν ἑπτὰ παραγενομένων· dare quoque debuerat τῶν ἑξ, sed alterum posuit, eorum immemor quae de Otane legerat olim in excerpendo praetermisa: *Platonem* mirarer, cur de LL. III. p. 695. D. scripsisset, πάλιν εἰς Πέρσας ἐλθεῖν τὴν ἀρχὴν διὰ Δαρείου καὶ τῶν ἑπτὰ· dare potuerat διὰ Δαρείου αὐτοῦ ἑβδόμου· dederat forte καὶ τῶν ἕξ —. In ista formula legitur infra L. IX, c. 44. ἅμ' ἡμέρῃ δὲ διαφαυσκούσῃ. Codices si variant, vix constitui poterit, utrum dederit Noster: ad *Diodori Sic.* XIII, c. 18. τῆς ἡμέρας ὑποφωσκούσης, vid. *Wesselingius*. Aliorum in his fuere locutiones, ὡς ἡμέρα, vel ὡς ἕως ὑπέφαινε· *prima luce*, *primo luci*, et *ubi primum dilucularet*: vid. *Gellius* N. A. II, 29. p. 200. 201. *Io. Fr. Gronov.* et VII, c. 1. ubi *noctis* legitur *extremo*, *priusquam dilucularet*: ὄρθρου βαθέος· tempus memorat *Plato* ἀπ' ὄρθρου μέχρι περ ἂν ὁ ἥλιος ἀνίσχῃ, LL. XII. p. 951. D. VALCKEN.

59. Ἅμ' ἡμέρῃ δὲ διαφαυσκούσῃ] Sic ἅμα ἡμέρῃ διαφαυσκούσῃ L. IX, 44., ἥλιος ἐπιφαύσκων doctus *Iobi* interpres C. XXXI, 26. Apud alios ἡμέρας ὑποφωσκούσης, aut τῇ ἐπιφωσκούσῃ *Matth.* C. XXVIII, 1., nec concordi ubique scriptura, de qua ad *Diodori* XIII, 18. Quod praeterea in Codd. παρῄισαν ἐπὶ τῶν — vulgato concedit nihil. Ἥκειν ἐπ' ἵππου IX, 43., *Sophocl.* Oedip. Col. v. 305. Ἀιτναίας ἐπὶ πώλῳ βεβῶσα. Talia urbem *albis equis introiit* in Neron. *Suetonii*, et poëtae *per medias in equis itque reditque vias*. Plura Cl. *Burmannus* ad *Ovidii* Art. Am. L. I, 214.

66. Ἐτελέωσέ μιν] Laurentius *compotem voti fecit*; Quod nunc in Latinis, debetur viro celeberrimo. Simile Auctoris *Epist. ad Hebr.* C. II, 10. τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων ΤΕΛΕΙΩΣΑΙ *Th. Beza* recte accepit. Statim e MSS. quae exsulant ὡς βασιλῆα, si consensus foret, possent illic relinqui: Sollemnis certe principum προσκύνησις accessione illa non egebat. At vide *Polyaen.* VII, 9. et *Valer. Maxim.* VII, 3. Ext. 2.

72. Ἔχει αὐτὴν κρύψας] Recte cepit *Zonaras*, cui dicitur OEbares τὴν χεῖρα κρύπτειν ἐν τῇ ἀναξυρίδι. Κρύψας ἔχει ponitur pro κρύπτει, vel ἔκρυψεν, in *Euripidis* Danaë V, 40. Hec. V, 1012. πέπλων ἐντὸς ἢ κρύψασ' ἔχεις; *Hesiodus* Ἔ. κ. Ἡ. V, 42. Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι. *Pausan.* V, p. 408. ἔχειν ἀποκρύψαντα ὑπὸ τὴν ψάμμον. X, p. 832. ἅμοῦ τῷ χρυσίῳ καταπρύψαντα ἔχειν αὐτόν· sed in his tamen ἔχειν suam quoque vim exserit; in multis huius generis non item, de quibus ad Phoen. V, 712. VALCKEN.

76. Φριμάξασθαι τ. κ. χ.] Eadem verba retinuit *Zonaras*: Φριμάξασθαι hinc enotatum in *Glosi. Herod.* et *Suida* redditur per φρυάξασθαι· quod usitatius erat *de equo*; cum alterum eximie *de hirco* diceretur. VALCKEN.

76. Δαρεῖός τε δὴ ὁ Ὑστάσπεος] Cl. *Abreschius* Δαρεῖός γε δή — *Darius quidem certe*. Arabes, quum omnis Asia a Cyro et Cambyse domaretur, aut illi domandi in conatu essent, illorum in ditionem non venerunt, *Diodoro* L. II, 1. concordante. Atque illud est, quod olim Deus O. M. Ismaëli et posteris recepit *Genes.* C. XVI, 11, 12., cuius illi fructum promissi uberrimum abstulerunt habentque, liberi, sui iuris, ἀδούλωτοι. Prorsus eximie eruditi Britanni et cum cura super ea nationis libertate Tom. XVII. p. 829. Historiae Catholicae *Ed. Belg.*

83. Γάμους τε τοὺς πρώτους ἐγάμεε] Quatuor hic memorat uxores Darii; duas, praeter illas, alibi: vere tamen, opinor, scriptum fuit *Iustino* I, c. 10. *Principio regni Cyri Regis filiam in matrimonium recepit, regalibus nuptiis regnum firmaturus, ut non tam in extraneum translatum, quam in familiam Cyri reversum videretur.* De duabus unius tantum meminit *Atossae*, cuius, prae ceteris uxoribus, altera etiam Cyri filia, mulieris in aula Darii potentissimae, praecipua semper habita fuit ratio; quod variis documentis demonstrat *Herod.* et VII, c. 3. ἡ Ἄτοσσα, inquit, εἶχε τὸ πᾶν κράτος, *regnum obtinebat Atossa*. Ibid. c. 2. traditur, antequam pervenisset ad imperium Darius, ex filia Gobryae *tres* suscepisse filios; Rex factus Persarum, ex Atosa *quatuor*. Hoc loco motus *Schol.* ad *AEschyli* Pers. V, 719., Ἡρόδοτος, ait, ζ' φησὶ Δαρείου παῖδας εἶναι· addens, Ἑλλάνικος δὲ τέ. Atqui totidem ille apud *Herod.* reperire potuisset, quin imo XII, in transcursu plerosque memoratos Darii filios. Praeter pellices, sex habuit Darius uxores legitimas, atque ex his singulis liberos etiam mares procreavit; praeterquam ex Otanis filia *Phaedyma*, quae Magi fraudem patefecerat. Ex *Gobryae filia* tres suscepit filios Darius; natu maximus fuit Ἀρ-

τα-

Darius matrimonia primaria ex Perſis auſpicatus est, ductis duabus Cyri filiabus; Atoſſa, quæ ante Cambyſi fratri et postea mago nupſerat, et Artyſtona virgine. Præterea alteram Smerdis, filii Cyri, filiam, nomine Parmyn, nec non filiam Otanis duxit, quæ magum prodiderat. Idem, viribus omni ex parte ſtabilitis, ante omnia effigiem fecerat quam lapideam ſtatuit, cui inerat animal, vir eques, inſcriptis in hæc verba litteris, DARIVS, HYSTASPIS FILIVS, TVM EQVI VIRTVTE, (cuius nomen legebatur) TVM OEBARIS EQVISONIS, PERSARVM REGNVM ADEPTVS 89EST. His apud Perſas actis, viginti provincias, quas ipsi ſatrapeias vocant, conſtituit: earumque ſingulis præſides præfecit, deſcriptis quæ ei penderentur tributis per nationes, et nationibus finitimos adtribuens, et ſupergrediens vicinos, remotiores gentes alias aliis dividens. Provincias autem et tributorum reditus annuos hunc in modum diſtribuit. Aliis quidem argentum afferentibus iniungebatur Babylonico pondere talentum adferre: qui aurum, Euboico. Valet autem Babylonicum talentum ſeptuaginta minas Euboicas. Etenim ſub Cyro atque deinde ſub Cambyſe nihildum fuerat circa tributa inſtitutum, ſed munera afferebantur. Ob hanc tributi ordinationem

τοὺς πρώτους ἐγάμει Πέρσῃσι ὁ Δαρεῖος, Κύρου μὲν δύο θυγατέρας, Ἀτοσσάν τε καὶ Ἀρτυστώνην· τὴν μὲν Ἀτοσσαν, προσυναικήσασαν Καμβύσῃ τε τῷ ἀδελφεῷ καὶ αὐτὶς τῷ μάγῳ· τὴν δὲ Ἀρτυστώνην, παρθένον· ἑτέρην δὲ Σμέρδιος τοῦ Κύρου θυγατέρα ἔγημε, τῇ οὔνομα [a] ἦν Πάρμυς· ἔσχε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ὀτάνεω θυγατέρα, ἥ τὸν μάγον κατάδηλον ἐποίησε· δυνάμιός τε πάντα οἱ ἐπιπλέατο, πρῶτον μέν νυν τύπον ποιησάμενος λίθινον, ἔστησε, ζῶον δέ οἱ ἐπῆν, ἀνὴρ ἱππεύς· ἐπέγραψε [b] δὲ γράμματα λέγοντα τάδε, ΔΑΡΕΙΟΣ Ὁ ΥΣΤΑΣΠΕΟΣ ΣΥΝ ΤΕ ΤΟΥ ΙΠΠΟΥ ΤΗ ΑΡΕΤΗ, τὸ οὔνομα λέγων, ΚΑΙ ΟΙΒΑΡΕΟΣ ΤΟΥ ΙΠΠΟΚΟΜΟΥ, ΕΚΤΗΣΑΤΟ ΤΗΝ ΠΕΡΣΕΩΝ ΒΑΣΙΛΗΙΗΝ. Ποιήσας δὲ ταῦτα οἱ Πέρσῃσι, ἀρχὰς κατέστησατο εἴκοσι, τὰς αὐτοὶ καλέουσι σατραπηίας· καταστήσας [c] δὲ τὰς ἀρχὰς, καὶ ἄρχοντας ἐπιστήσας, ἐτάξατο φόρους οἱ προσιέναι κατὰ ἔθνεά τε, καὶ πρὸς τοῖσι ἔθνεσι τοὺς πλησιοχώρους προστάσσων, καὶ ὑπερβαίνων τοὺς προσεχέας, [d] τὰ ἑκατέρω ἄλλοισι ἄλλα ἔθνεα νέμων· ἀρχὰς δὲ καὶ φόρων πρόσοδον τὴν [e] ἐπέτειον κατὰ τάδε διείλε· τοῖσι μὲν αὐτέων ἀργύριον ἀπαγινέουσι εἴρητο Βαβυλώνιον σταθμὸν τάλαντον ἀπαγινέειν· τοῖσι δὲ χρυσίον ἀπαγινέουσι, [f] Εὐβοεικόν· τὸ δὲ Βαβυλώνιον τάλαντον δύναται Εὐβοίδας ἑβδομήκοντα μνέας· ἐπὶ γὰρ Κύρου ἄρχοντος, καὶ αὖτις Καμβύσεω, ἦν [g] κατεστηκὸς ὑδὲν φόρου πέρι, ἀλλὰ δῶρα ἀγίνεον· διὰ δὲ ταύτην τὴν ἐπίταξιν τῶν φόρων;

a Abest *Ask.*, in *Arcb.* et *Vind.* Πάρμυς ἐλέγετο δὲ καὶ· ſtatim ἐπιπλέατο et ποιησ. λίθον *Med. Paſ. Ask.*, ἐπιμπλέατο et λίθινον *Arcb. V. Ald. Pariſ. A. B.* b Δὲ οἱ *Arcb.* c Δὲ ἀρχ. ſine τὰς idem et *V.* d Ἀλλοισιν ἄλλα τὰ ἑκατέρω ἔθνεα νέμων *Arcb.* e Ἐπέτειον idem. f Εὐβοϊκὸν *V. Arcb. Ask.* g Κατεστεὼς *Arcb.*

τοβαζάνης (VII, c. 2.) memoratur et Ἀριαβίγνης (VII, 97.) Tertii nomen non memini me legere: ſed ſuſpicor matris olim factam mentionem VII, c. 68. quae ſi iuſta ſuſpicio, fuerit is Ἀρσαμένης· et certe *Plutarcho* aliisque filius ex uxore Darii prima vocatur Ἀριαμένης· vid. ad *Iuſtinum* notata II, c. 10. Ex *Atoſſa* Cyri filia, praeter *Xerxen* Darii ſucceſſorem, nati fuerunt Μασίστης, Ἀχαιμένης, et, fratribus minus nobilitatus, Τιγράνης· vid. *Herod.* VII, 82, 97, 64. Ex *Artyſtone*, altera Cyri filia, quam virginem duxit uxorem, (Atoſſam iam ante habuerant frater Cambyſis, et Magus Smerdis:) Ἀρσάμης et Γαβρύης, VII, 69, 72. Ex *Parmy*, Cyri nepte, filia Smerdis, unicus memoratur natus Ἀριόμαρδος, VII, c. 78. Tandem VII, c. 224. ex *Phratagyne*, filia fratris Artanis, nati dicuntur Ἀβροκόμης et Ὑπεράνθης. Postrema duo nomina hoc equidem miror, quod inter centena ſorte Perſica *Herodoti*, praeter *Phaedymae* nomen, ſola ſunt planiſſime Graeca. Adtigit illa *Hemſterhuſius* ad initium *Xenoph. Ephes.* Quid *Iac. Palmerius* velit in Exercit. p. 38. non ſatis liquet. In hiſtoria Perſica recentiori non ſane miror nomina Perſarum Graeca, neque adeo *Abrocomam* ſive *Acrocomam* ſatrapam, prout *Iſocrati* dicitur p. 69. D. ſed in Darii filiorum nominibus flexus Graecos mirabar ut inexſpectatos. VALCKEN.

90. Δυνάμιός τε πάντα οἱ ἐπιπλέατο] Apoſtoli ad *Ephes.* III, 16. δυνάμει κραταιοῦσθαι et *Ariſtidis* T. I. p. 326. δυνάμεως ἐμπίπλασθαι μετὰ κουφότητος cum his conpoſuit *Abreſchius*. Ego vero meis ex libris atque *Aldo* τύπον ποιησάμενος λίθινον malui, opinatus aliorum λίθου ex ſcripturae eſſe conpendio. Belle χρυσέους τύπους, τύπους λιθοκολλήτους, et χρυσέων ξοάνων τύπους *Euripidis* et aliorum novi, τύπον λίθον nequaquam. De Darii equo iucunde *Oppianus* Cyneget. I, 234. et *Rittershuſius*. Nam quod *Thom. Hyde* Relig. Perſ. C. 23. omnem de equo narrationem ex Perſarum vocabulo, ſed male expreſſo, *Ghesbtaſp*, i. e. *factus equo*, propagatam pertendit, a vero abhorret.

98. Ἀρχὰς κ. εἴκοσι] In ſequentibus *viginti* recenſentur istae ſatrapiae, quaeque ſingulis ſubiectae fuerint regiones; ſingulorum enim imperio plures ſuberant, exceptis praefectis Ciliciae atque Indiae. Videant homines eruditi, quo pacto haec *Herodoti* cum aliis poſſint in concordiam redigi; a quibus longius etiam diſtat, quod, undecunque tandem repetitum, duobus in locis *Plato* tradidit, quorum locorum alter notus fuit *Briſſonio* de R. P. I, p. 148. e LL. III, p. 695. c. Δαρεῖος βασιλέως οὐκ ἦν υἱός, παιδείᾳ τε οὐ διατρυφῶν τεθραμμένος· ἐλθὼν δ' εἰς τὴν ἀρχὴν, καὶ λαβὼν αὐτὴν ἑβδομος, διείλετο ἑπτὰ μέρη τεμόμενος· quarum partium ſingulas, regiones amplisſimas, ſingulis e ſex coniurationis ſociis regendas attribuerit: hoc *Platonem* voluiſſe liquet ex ipsius Epiſt. VII, p. 332. A. ubi Sicilienſem Dionyſium, qui paene *nemini ſe credebat*, (*Cicero* Tuſc. V, 20.) neque uxoribus nec filiabus, hac etiam parte multo fuiſſe ſcribit deteriorem Dario, ὃς οὐκ ἀδελφοῖς πιστεύσας, οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ τραφεῖσι, κοινωνοῖς δὲ μόνου τῆς τοῦ Μήδου τε καὶ εὐνούχου χειρώσεως, διένειμέ τε μέρη μείζω ἕκαστα Σικελίας πάσης ἑπτὰ, καὶ πιστοῖς ἐχρήσατο τοῖς κοινωνοῖς, καὶ οὐκ ἐπιτιθεμένοις οὔτε αὐτῷ οὔτε ἀλλήλοις· verboſa, quam ſuo more ſcribit in hunc locum, adnotatione parum extricat *H. Steph.* recte per *Medum et Eunuchum* eumdem intelligens; in cuius nomine quantum fuerit variatum docuit *Iac. Nic. Loënſis* Miſcell. Epiphyll. I, c. 21. Prior *Platonis* locus atque integra ista diſputatio Κύρου παιδείᾳ fuit oppoſita *Xenophontis*, quem virum optimum, ut et alios e *Socratis* palaeſtra, oderat *Plato*. VALCKEN.

5. Βαβυλώνιον ϛαθμὸν τάλαντον] Refingitur τάλάντου a docto viro. Contra L. I, 51. τὰ δὲ ἄλλα — ϛαθμὸν διτάλαντα· et ἔλκουσαν ϛαθμὸν τάλαντα δέκα. *AElianus* V. Hiſt. X, 17. Θεμιστοκλέα τρία τάλαντα ἔχειν τὴν οὐσίαν τὴν πατρῴαν. Atque ita ſolent Graeci Latinique, docente ſummo viro *Io. Fr. Gronovio* de Pecun. Vet. L. I, c. 6. Iam ſive Εὐβοεικὸν ſeu Εὐβοϊκὸν probetur, parum referet: illud *Steph. Byz.*, hoc *Polybius*, *Strabo*, *Appianus*, maluerunt. Maioris momenti minae ſunt ſeptuaginta Euboicae in talento Babylonio: aliter *AElianus* Var. I, 22., Atticas minas ſeptuaginta et duas illi talento tribuens. In primis autem, ſiquidem hoc auctore doctiſſimus *De la Barre* Hiſtor. Acad. Inſcription. T. VI, p. 355. ἑβδομήκοντα καὶ δύο μνέας *Herodoto* operoſa reddit diſputatione, cui calculum addere nondum audeo. Arcent auctaria ſchedae veteres, conſpiratque *Pollux* IX, 86., minis ſeptuaginta talentum Babylonium aequiparans: dubiae praeterea fidei *AEliani* locus est, et acriter oppugnatus a *Willebrodo Snellio* de Re Nummar. p. 41. Quin ſi fides illi conſtet, Atticas minas conplectitur duntaxat. Conf. *Panelium* de Ciſtophoris p. 110. &c.

ρυ, καὶ παραπλήσια ταύτῃ ἄλλα, λέγυσι Πέρσαι ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος· [a] Καμβύσης δὲ, δισσότης· Κῦρος δὲ, πατήρ· ὁ μὲν, ὅτι ἐκαπήλευε πάντα τὰ [b] πρήγματα· ὁ δὲ, ὅτι χαλεπός τε ἦν καὶ ὀλίγωρος· ὁ δὲ, ὅτι ἤπιός τε, καὶ [c] ἀγαθά σφι πάντα ἐμηχανήσατο. Ἀπὸ μὲν δὴ Ἰώνων, καὶ Μαγνήτων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ Αἰολέων, καὶ Καρῶν, καὶ Λυκίων, καὶ [d] Μιλυέων, καὶ Παμφύλων, εἷς γὰρ ἦν οἱ τεταγμένος Φόρος οὗτος, [e] προσήιε τετρακόσια τάλαντα ἀργυρίου· [f] ὁ μὲν δὴ πρῶτος οὗτός οἱ νομὸς κατεστήκεε· ἀπὸ δὲ Μυσῶν, καὶ Λυδῶν, καὶ [g] Λασονίων, καὶ Καβαλίων, καὶ [h] Ὑγεννέων, πεντακόσια [i] τάλαντα· νομὸς δεύτερος οὗτος. ἀπὸ δὲ Ἑλλησποντίων τῶν ἐπὶ δεξιὰ ἐσπλέοντι, καὶ Φρυγῶν, καὶ Θρηίκων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ Παφλαγόνων, καὶ [k] Μαριανδυνῶν, καὶ Συρίων, ἐξήκοντα καὶ τριηκόσια ἦν τά-
197 λαντα Φόρος· νομὸς τρίτος οὗτος· ἀπὸ δὲ Κιλίκων, ἵπποι τε λευκοὶ ἑξήκοντα καὶ τριηκόσιοι, ἑκάστης ἡμέρης εἷς γινόμενος, καὶ τάλαντα ἀργυρίου πεντακόσια· τούτων [l] δὲ τεσσεράκοντα καὶ ἑκατὸν ἐς τὴν Φρυρέυσαν ἵππον τὴν Κιλικίην χώρην [m] ἀναισιμοῦτο, τὰ δὲ τριηκόσια καὶ ἑξήκοντα Δαρείῳ ἐφοίτα· νομὸς τέταρτος οὗτος. Ἀπὸ δὲ [n] Ποσειδηίου πόλιος, τὴν Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιάρεω οἴκισε ἐπ' [o] ὅροισι τοῖσι Κιλίκων τε καὶ Σύρων, ἀρξάμενον ἀπὸ ταύτης μέχρι Αἰγύπτου, [p] πλὴν μοίρης τῆς Ἀραβίων, ταῦτα γὰρ ἦν ἀτελέα, πεντήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα Φόρος ἦν· ἔστι δὲ ὁ

tionem et alia huiusmodi, Perſæ aiunt Darium fuiſſe inſtitorem: Cambyſem autem, dominum: Cyrum vero, patrem, quoniam Darius res omnes quæſtui habebat: Cambyſes, aſper erat ac negligens: Cyrus mitis, et bona illis omnia aggreſſus fuit. Ab Ionibus igitur et Magnetibus qui in Aſia incolunt, et AEolenſibus et Caribus et Lyciis et Milyis et Pamphylis, unum enim erat illi poſitum hoc tributum, pendebantur quadringenta argenti talenta. Hæc erat ab eo prima præfectura inſtituta. A Myſis et Lydis et Laſoniis et Cabaliis et Hygennenſibus quingena talenta. Secunda portio hæc erat. Ab Helleſpontiis, qui ad dextram illuc innavigantium ſiti ſunt, et Phrygibus et Thracibus qui Aſiam incolunt, et a Paphlagonibus et Mariandynis et Syriis, trecenta et ſexaginta talenta erant tributum. Hæc tertia portio. A Cilicibus, equi albi trecenti ſexaginta in dies ſingulos ſinguli, nec non talenta argenti quingenta: quorum centum et quadraginta erogabantur in equitatum qui Ciliciæ regionem pro præſidio cuſtodiebat: trecenta autem et ſexaginta Dario obveniebant: Hæc quarta portio. Ab urbe Poſideio, quam Amphilochus Amphiarai filius exſtruxit in finibus Cilicum ac Syrorum, ab hac ad AEgyptum usque, præter Arabum partem, hæc enim erat immunis, trecenta et quinquaginta talenta erat tri-

a Citat *Suid.* in Κῦρος et *Euſtath.* in *Hom.* p. 317, 18. b Χρήματα *Steph.* margo. c *Ald. Arcb. V. Paris. A. B.* ἀγαθά σφι τὰ ἐμηχ. *M. Ask. Pasſ.* d *Arcb.*, olim Μηλυέων. e Προσῄιε id. et *Vind.*, προσεῖχε *Pasſ.* antea προσῄει. f *Med. Ask. Pasſ.*, οὗτος μὲν δὴ πρ. οἱ νομ. *Ald. V. Arcb. Paris. A. B.* g Λασονίων *Arcb. V.*, olim Ἀλυσονίων. h Αὐτενέων iidem et *Valla*, Ἀυγενέων *Eton.* i *Med. Arcb. Vall. Pasſ. Ask. Vind.*; vulgo τάλαντα ἀργυρίου. k *Arcb. Pasſ. Valla*, olim Μαριανδηνῶν contra verum. l Deſit *Arcb. V.*, ſed mox τεσσερ. μὲν καὶ uti *Ald.* et *Paris. A. B.*, μὲν non legit *M. Pasſ. Ask.* Porro τὴν Φορέουσαν *Arcb. V. Valla.* m *Arcb. V. M. Pasſ. Ask.*, ἀναισιμοῦντο *Ald. Paris. A. B.* n Ποσιδ. *Arcb.*, tum πόλιος cum *V. Pasſ. Ask.*, πόλεος olim. o *M. Arcb. V. Pasſ. Ask. Valla*; οὔρεσι *Ald.*; Porro Κιλικίων *Pasſ. Ask.* p Haec quatuor omittit *Arcb.*, et mox τάλαντα.

12. Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος] Signatiſſima ea ſunt et aliorum commentationibus frequenter ornatus intexta cauſſa, *Dionis Chryſoſtomi*, *Libanii*, *Iuliani*, *Themiſtii*, quorum loca *Spanhem.* ad *Iuliani* Or. I. p. 9. et *Daviſius* in *Maximi Tyr.* Diſſ. IV, p. 508. anteſtati illuſtrarunt docte. Commodum minus de tributo, a Dario primum deſcripto et inſtituto, hic et a *Polyaeno* VII, 10, 3. traditum, cenſeri poſſet, ſiquidem magi ἀτελείην στρατιῆς καὶ ΦΟΡΟΥ *in triennium* Perſis tribuerunt C. 67. huius Muſae. At bene habet: nam *tributum* continuum hic loci, poſteriore, quod in tempus et belli uſum, ac doni inſtar erat, tangi per bene amicus meus *Herm. Venema* Diſſert. ad *Daniel.* Vaticinia p. 161. animadvertit. De *Strabone* L. XV, p. 1068. tributorum, τοῦ φόρου, in Perſis primordia Artaxerxi Longimano aſſerente, conſulto taceo.

12. Δεσπότης· Κῦρος δὲ πατήρ·] Adtigit poſtrema *Weſſ.* ad *Diodori* T. I, p. 275. T. II, p. 553. Reliqua transſcripsit etiam *Euſtath.* Homerea tractans de Rege dicta, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν, Od. B, v. 57. ubi leguntur et ista: Κῦρος δὲ πατὴρ, —— ὅτι ἤπιος, καὶ ἀγαθά σφισιν ἐμηχανήσατο· quae lectionem adfirmant, a *Gronovio* non absurde mutatam. Praeſtantem bellica virtute virum, Philopoemenem, Meſſenii vere nuncupabant πλέον τι ἢ παντὸς τοῦ Ἑλληνικοῦ πατέρα. *Pauſan.* VIII, p. 704. *Herodoti* meminit agens de Rege *Dion Chryſ.* p. 5. C. &c. opponens πατέρα et δεσπότην· quae appellatio Graecis ſemper viſa fuit invidioſa: alibi *Dio* reſpicit et τὸν κάπηλον Darium: vid. *Io. Daviſius* in *Max. Tyr.* p. 508. De Dario, istiusmodi quoque καπήλων osor acerrimus, longe iudicabat aliter *Plato* Epiſt. VII, p. 332. B. ἔδειξε παράδειγμα, οἷον χρὴ τὸν νομοθέτην καὶ βασιλέα τὸν ἀγαθὸν γίγνεσθαι· hic titulus quam ſit amplus et magnificus docebit *Platonis* Politicus. VALCKEN.

15. Ὅτι ἤπιός τε] Erat elucubrantis in animo Homericum ex Odyſſea πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν, quo nihil in laudem praeclarius dici de rege potest, egregie *Sopatro* ap. *Stobaeum* Serm. XLIV, p. 312. monſtrante. Dabit conplura alia doctiſſimus *Gataker*us ad *Antonini* L. I, 9. p. 11. Ceterum ἀγαθά σφι τὰ ἐμηχανήσατο *Medic.* et conſentaneorum, tinnit ſcabrum et radit aures. Suavius multo et ad ſententiam gravius ἀγαθά σφι πάντα —, quomodo *Ald.* et plures.

18. Καὶ Μιλυέων] *Arcb.* optime et mox Μαριανδυνῶν. Sic veteres nuncupant omnes, ac Scriptor ipse, illos I, 173., hos I, 28. VII, 72. Reduxi quoque Λασονίων nomen, quoniam ita VII, 77. In Cabaliis ſive Cabalenſibus, qui eadem ſeptima Muſa Καβηλέες, nulla haeſitatio: incolis quippe regionis *Cabaliae* apud *Plinium*, ſeu Καβαλίδος, in *Stephano Byz.* ex *Strabone* cum *L. Holſtenii* obſervatis. Qui vero *Hygennenſes*, *Autenenſes*, *Augenenſes*, talis enim in ſchedis diſcordia, fruſtrata quaeſivi opera. Placuerat Lycaoniae regio *Obigene*, cui fidere non libet. Eccum tamen *Plinii* Hiſt. Nat. L. V. C. 32. verba: *Attingit Galatia et Pamphyliae CABALIAM et MILYAS.* —— *Item Lycaoniae partem OBIGENEN. Valckenarii* elegans hariolatio conſideranda est.

22. Καβαλίων καὶ Ὑγεννέων] Coniecturam ponam, quam ante aliquot annos cum *Weſſelingio* communicavi, quaeque etiam nunc videtur probabilis. Quandoquidem Ὑγεννέες, ſive Ὑτεννέες, quos hic in ſuo Codice *Stephanus* invenisſe videtur, aliunde ſunt ignoti, ſuſpicor literas, ΚΑΙΥΓΕΝΝΕΩΝ, in ΚΑΛΕΤΜΕΝΩΝ esſe transmutandas, et ſcriptum antiquitus fuiſſe: Λασονίων τῶν (hoc facile potuit elidi:) καὶ Καβηλέων καλευμένων. Fundus coniecturae locus est *Herodoti*, Xerxis copias recenſentis L. VII, c. 77. Καβηλέες δὲ οἱ Μήονες, Λασόνιοι δὲ καλεύμενοι. Sed et haec et quae ſequuntur Geographica praeſtiterit intacta viro ſummo reliquiſſe. VALCKEN.

30. Ἐς τὴν Φρουρέουσαν ἵππον] Omnia videntur plana. Laurentii, *in ea Ciliciae regione, quae equos producebat*, reſpondent *Arcb.* et *Vind.*; Cilicia fuit optimorum equorum altrix, ut vicina Cappadocia: Φορέουσα ἵππος notare potest τὰς φόραδας, ſicuti *Gregor. Nazianzenus* et *Baſilius M.* adpellant. Tum τῆς Κιλικίης χώρης praeſtaret; quod ego in re dubia adfirmare non ſuſtineo. Docte ἐπ' οὔρεσι defendit *Th. Pinedo* ad Ποσίδειον *Stephani*, et participium inperſonale ἀρξάμενον *Georg. Raphelius* verbis *Lucae* Euang. C. XXIV, 47.

42. Ἐκε-

tributum: Quinta portio hæc, cui annumeratur Phœnice omnis et Syria quæ dicitur Palæſtina, et Cyprus. Ab AEgypto et Afris AEgypto conterminis, et Cyrene et Barce, in portione namque AEgyptia istæ ordinantur, ſeptingenta proveniebant talenta, præter pecuniam e piſcario proventu lacus Mœris. Extra hanc pecuniam menſurati quoque frumenti ſeptingenta talenta obveniebant. Nam ad centum viginti millia etiam illis Perſis, qui in Albo muro Memphitico habitant, admetiuntur et eorum auxiliariis. Sexta portio hæc. Sattagydæ et Gandarii et Dadicæ et Aparytæ, in idem coniuncti, centum et ſeptuaginta talenta pendebant: Septima portio hæc. A Suſis et cetera Ciſiorum regione, trecenta: Octava hæc
92portio. A Babylone vero ceteraque Aſſyria mille talenta argenti proveniebant, et præterea pueri caſtrati quingenti: Nona portio hæc. Ab Ecbatanis et ab reliqua Medica et Paricaniis et Orthocorybantiis, quadringenta et quinquaginta talenta: Decima portio hæc. Caſpii et Pauſicæ et Pantimathi et Daritæ ſimul conferentes, ducenta talenta afferebant: Undecima hæc portio. A Bactrianis ad AEglos usque, trecentorum et ſexaginta talentorum erat tributum: Portio duodeci-
93ma hæc. A Pactyica et Armeniis, eorumque conterminis, Euxino tenus ponto, talenta quadringenta: Tertiadecima hæc portio. A Sagartiis et Sarangeis et Thamanæis et Utiis et Mycis, et iis qui rubri maris inſulas incolunt, ubi rex eos qui Relegati vocantur collocat: ab his omnibus ſexcentorum talentorum proveniebat tributum: Quartadecima portio hæc. Sacæ et Caſpii ducenta et quinquaginta talenta afferebant: Quintadecima portio hæc. Parthi Chorasmiique et Sogdi et Arii, trecen-
94ta talenta: Sextadecima portio hæc. Paricanii

τῷ νομῷ τούτῳ Φοίνιξ τε πᾶσα, καὶ Συρίη ἡ Παλαιστίνη καλεομένη, καὶ Κύπρος· νομὸς πέμπτος οὗτος· ἀπ' Αἰγύπτου δὲ, καὶ Λιβύων τῶν προσεχέων Αἰγύπτῳ, [a] Κυρήνης τε καὶ Βάρκης, ἐς γὰρ τὸν Αἰγύπτιον νομὸν αὗται [b] ἐκεκοσμέατο, ἑπτακόσια προσήϊε τάλαντα, πάρεξ τοῦ ἐκ τῆς [c] Μοίριος λίμνης γινομένου ἀργυρίου, τὸ ἐγίνετο ἐκ τῶν ἰχθύων· τοῦτο τε δὴ χωρὶς τοῦ ἀργυρίου, καὶ τοῦ [d] μετρεμένου σίτου προσήϊε ἑπτακόσια τάλαντα· πρὸς γὰρ δύο καὶ δέκα μυριάσι Περσέων τε τοῖσι ἐν τῷ Λευκῷ τείχεϊ τῷ ἐν Μέμφι κατοικημένοισι καταμετρέουσι, καὶ τοῖσι τούτων ἐπικούροισι· νομὸς ἕκτος οὗτος. [e] Σατταγύδαι δὲ, καὶ Γανδάριοι, καὶ Δαδίκαι τε καὶ Ἀπαρύται, ἐς τὠυτὸ τεταγμένοι, ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν τάλαντα προσέφερον· [f] νομὸς δὲ οὗτος ἕβδομος· ἀπὸ Σούσων δὲ, καὶ τῆς ἄλλης Κισσίων χώρης, τριηκόσια· νομὸς ὄγδοος οὗτος. Ἀπὸ Βαβυλῶνος δὲ, καὶ τῆς λοιπῆς [g] Ἀσσυρίης, χίλιά οἱ προσήϊε τάλαντα ἀργυρίου, καὶ παῖδες ἑκτομίαι πεντακόσιοι· νομὸς εἰνατος οὗτος· ἀπὸ δὲ [h] Ἀγβατάνων, καὶ τῆς λοιπῆς Μηδικῆς καὶ Παρικανίων, καὶ Ὀρθοκορυβαντίων, πεντήκοντά τε καὶ τετρακόσια τάλαντα· νομὸς δέκατος οὗτος. Κάσπιοι δὲ καὶ [i] Παυσίκαι, Παντίμαθοί τε καὶ Δαρεῖται, ἐς τὠυτὸ συμφέροντες, διηκόσια τάλαντα ἀπαγίνεον· νομὸς ἑνδέκατος οὗτος· ἀπὸ [k] Βακτριανῶν δὲ μέχρι Αἰγλῶν, ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα Φόρος ἦν· νομὸς [l] δυωδέκατος οὗτος. Ἀπὸ Πακτυϊκῆς δὲ, καὶ Ἀρμενίων, καὶ τῶν προσεχέων μέχρι τοῦ πόντου τοῦ Εὐξείνου, τετρακόσια τάλαντα· νομὸς τρίτος καὶ δέκατος οὗτος· ἀπὸ δὲ [m] Σαγαρτίων, καὶ Σαραγγέων, καὶ Θαμαναίων, καὶ Οὐτίων, καὶ [n] Μύκων, καὶ τῶν ἐν τῇσι νήσοισι οἰκεόντων τῶν ἐν τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ, ἐν τῇσι τοὺς Ἀναστάσεως καλεομένους κατοικίζει βασιλεὺς, ἀπὸ τούτων πάντων ἐξακόσια τάλαντα ἐγίνετο Φόρος· νομὸς [o] τέταρτος καὶ δέκατος οὗτος. Σάκας δὲ καὶ Κάσπιοι πεντήκοντα καὶ διηκόσια [p] ἀγίνεον τάλαντα· νομὸς πέμπτος καὶ δέκατος οὗτος. Πάρθοι δὲ, καὶ Χορασμιοι, καὶ Σογδοί τε 198
καὶ Ἄριοι, τριηκόσια τάλαντα· νομὸς ἕκτος καὶ δέκατος

a Καὶ Κυρ. id. et *V.* *b* *Arcb. V. Ald. Paris. A. B.*, ἐκοσμέατο *M. Pasſ. Ask.* Mox προσήϊς *Arcb. V.* et ſtatim, olim προσήει. Illud Ἰακλν. *c* *M. Pasſ. Ask.*, alii Μύριος. *d* Ἐπιμετρουμένου *Paris. A. B. Vind. Arcb. Ald.*, μετρουμένου *M. Pasſ. Ask.*, qui et πρὸς γὰρ δύο καὶ δέκα, in aliis σίτου γὰρ δυώδεκα ut *Paris. A. B. Ald. Arcb. V.* Conf. *Gronov.* *e* Σαττάγυται *Arcb.*, Σατταγύδαι *Pasſ. Ask. Paris. A. B. Vind. Ald.*, in *Med.* Σατγαγύδαι, tum Δάδναι *Arcb.* *f* *Arcb. M. Pasſ. Ask.*, vulgo νόμος ἑβδ. οὗτος· δὲ tamen non novit *Ask. Arcb.* *g* *M. Vind. Arcb. Pasſ. Ask.*, alii Ἀσσυρίης χώρης. *h* *M. Arcb. Ask. Pasſ. Paris. A. B. Valla*, olim Ἐκβατ. Vide I, 98.; mox Παρικανίων *Arcb. V.*, Παρικ. *Pasſ. Ask.*, tum Ὀρθοκορυβάντων ora *Steph. Arcb. Vind.* olim Παρυκανίων. *i* Παυσοὶ καὶ Παντιμαθεῖται καὶ *Arcb.* *k* Βάκτρων μέχρι Αἰγλῶν *Arcb. V. Valla. l* *Ald. V. Arcb. Paris. A.*, δωδέκ. *M. Ask. Pasſ.*, tum Πακτυικῆς *Arcb. V.* *m* Σαγαρτίων *Valla*, *Arcb. V. Ald. Paris. A.*, in *M. Ask. Pasſ.* Σαργατίων· tum Σαραγγέων *Vind. Arcb.*, qui posterior Θαμανέων καὶ Οὐτέων. Conf. *Steph.* in Θαμαναῖοι, haec citantem. olim Σαραγγαίων. *n* *Pasſ. Ask. Vind. Arcb.*, Μέκων vulgo. *o* Τεσσαρεσκαιδέκατος marg. *Steph. Ask. Pasſ.* *p* *M. Pasſ. Ask.*, ἀπαγίνεον *Arcb. V. Ald. Paris. A. B.* quod aeque bonum: mox πεντεκαιδέκατος ora *Steph. Pasſ. Ask.* Quae ſequuntur habet *Steph.* in Χορασμίη.

42. Ἐκεκοσμέατο] Mutari non debuerat. Sic L. I, 100. et IX, 30. ἐπί τε τάξις πλεῦνας ἐκεκοσμέατο, pro quo κατὰ ἔθνεα κεκοσμημένοι ἦσαν VII, 212., fortaſſe ex ſcholio. Κεκοσμέατο est in *Arriani* Indicis p. 321. Praeoptavi quoque προσήϊε ob Ionicam ſpeciem et verbi in Muſis frequentiam. De pecuniae ex Moeridis lacu proventus II, 149. Cetera *Gronovius* optime expedivit.

44. Τὸ ἐγίνετο ἐκ τῶν ἰχθύων] In alio ſcriptore viderentur ista lectoris emblema: in *Herodoto* caute verſandum est: vid. L. II, c. 149. *Diodor.* I, c. 52. τὴν ἐκ τῆς λίμνης ἀπὸ τῶν ἰχθύων γινομένην πρόσοδον ἔδωκε (Rex AEgypti, atque AEgyptiorum ad exemplum Perſa:) τῇ γυναικὶ πρὸς μύρα καὶ τὸν ἄλλον καλλωπισμόν· hinc ratio liquet exceptionis hoc in loco. VALCKEN.

49. Σατταγύδαι] Gentem non novi: nomen ita exaratum ex MSS. placuit; nam *Med.* et *Arcb.* una in littera aberrarunt. *Aparytas* fruſtra quaerendo veſtigavi. *Gandarii* et *Dadicae* recurrunt VII, 66., neque aliis ſunt ignoti.

57. Παρικανίων] Ad eum modum *Steph.* in Παρικάνη et alii cum *Noſtro* VII, 86. Sunt autem hi *Paricanii* ab illis diverſi, qui AEthiopibus iunguntur C. 94. *Orthocorybantii* an *Orthocorybantes* rectius pingantur decernere haud valeo. Παυσίκαι, ſi *Is. Voſſii* non fallit coniectura, Παυσίκαι erunt. Eum vide ad *Melam* III, 5.

62. Μέχρι Ἀγλῶν] *Steph. Byz.* Ἄιγλοι, ἔθνος Μηδικὸν quam nationem eamdem atque *AEglorum* ſuſpicabatur *Luc. Holſtenius*, et ante eum *Ortelius.* ΑΙΓΔΩΝ, quomodo *Valla* et *Arcb.*, et ΑΙΓΛΩΝ vocabulum idem: error est alterutra in ſcriptione, incertum qua. Habet L. VII, 72. Αιγύων in hac vicinia gentem, quae Αιγνέων et Αίγνες *Arcb.* Eadem Αιβύες et Bactris contermina C. 86. eiusdem libri. Qua quidem in diſcordia, cum auxilii ſpes aliunde deficiat, ἐπέχειν conſultum est.

66. Σαγαρτίων καὶ Σαραγγέων &c.] *Sagartii* memorantur a *Steph. Byz.*, *Ptolemaeo* et Noſtro I, 125. VII, 85., tuenturque nomen ſuum. *Sarangae*, Σαράγγαι, Σαραγγέων VII, 67., unde Σαραγγαίων absurde finxerunt, quo lapsu voces Ἀθηναίων, Θηβαίων locum Ἀθηνέων, Θηβέων invaſerunt. De *Mycis* nulla deinceps haeſitatio: adſtipulantur *Holſtenio* et *Berkelio*, titulum nationis Ethnicographi praeſcripto inſtaurantibus, ſchedae veteres et VII, 68.

Ratio thesauri Persici. Persia immunis ab tributo. AEthiopes ab Cambyse subacti.

τος ἕτος. Παριχάνιοι δὲ, καὶ Αἰθίοπες οἱ ἐκ τῆς Ἀσίης, τετρακόσια τάλαντα ἀπαγίνεον· νομὸς ἕβδομος καὶ δέκατος ἕτος. [a] Ματιηνοῖσι, καὶ Σάσπειρσι, καὶ Ἀλαροδίοισι διηκόσια ἐπετέτακτο τάλαντα· νομὸς ὄγδοος καὶ δέκατος ἕτος. Μόσχοισι δὲ, καὶ Τιβαρηνοῖσι, καὶ Μάκρωσι, καὶ [b] Μοσυνοίκοισι, καὶ Μάρδοισι, τριηκόσια τάλαντα προείρητο· νομὸς εἴνατος καὶ δέκατος ἕτος. Ἰνδῶν δὲ πλῆθός τε πολλῷ πλεῖστόν ἐστι πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ἀνθρώπων, καὶ Φόρον ἀπαγίνεον πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους, ἐξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα ψήγματος· νομὸς εἰκοστὸς ἕτος. Τὸ μὲν δὴ ἀργύριον τὸ Βαβυλώνιον πρὸς τὸ [c] Εὐβοεικὸν συμβαλλόμενον τάλαντον, εἶναι τεσσεράκοντα καὶ πεντακόσια καὶ εἰνακισχίλια τάλαντα· τὸ δὲ χρυσίον τρισκαιδεκατάσιον [d] λογιζόμενον, τὸ ψῆγμα εὑρίσκεται ἐὸν Εὐβοεικῶν ταλάντων ὀγδώκοντα καὶ ἑξακοσίων καὶ τετρακισχιλίων· τούτων ὦν πάντων συντιθεμένων τὸ πλῆθος, Εὐβοεικὰ τάλαντα συνελέγετο ἐς τὸν ἐπέτειον Φόρον Δαρείῳ, μύρια καὶ τετρακισχίλια καὶ πεντακόσια καὶ ἑξήκοντα· τὸ δ' ἔτι τούτων ἔλασσον ἀπιεὶς, οὐ λέγω. Οὗτος Δαρείῳ [e] προσήϊε Φόρος ἀπό τε τῆς Ἀσίης, καὶ τῆς Λιβύης ὀλιγαχόθεν· [f] προϊόντος μέντοι τοῦ χρόνου, καὶ ἀπὸ νήσων προσήϊε ἄλλος Φόρος, καὶ τῶν οἰκημένων τὴν Εὐρώπην μέχρι Θεσσαλίης [g] οἰκημένων· τοῦτον τὸν Φόρον θησαυρίζει ὁ βασιλεὺς τρόπῳ τοιῷδε· ἐς πίθους [h] κεραμίνους τήξας καταχέει· πλήσας δὲ τὸν ἄγγος, [i] περιαιρέει τὸν κέραμον· ἐπεὰν δὲ δεηθῇ χρημάτων, κατακόπτει τοσοῦτον ὅσου ἂν ἑκάστοτε δέηται. [k] Αὗται μέν νυν ἀρχαί τε ἦσαν, καὶ Φόρων ἐπιτάξιες· ἡ Περσὶς δὲ χώρη μούνη μοι οὐκ εἴρηται δασμοφόρος· ἀτελέα γὰρ Πέρσαι νέμονται χώρην· οἵδε δὲ Φόρον μὲν οὐδένα ἐτάχθησαν Φέρειν, δῶρα δὲ [l] ἀγίνεον· Αἰθίοπες οἱ πρόσουροι Αἰγύπτῳ, τοὺς Καμβύσης ἐλαύνων ἐπὶ τοὺς Μακροβίους Αἰθίοπας κατεστρέψατο· οἳ περί τε [m] Νύσην τὴν ἱρὴν κατοίκηνται, καὶ τῷ Διονύσῳ ἀνάγουσι τὰς ὁρτάς· οὗτοι οἱ Αἰθίοπες καὶ οἱ πλησιόχωροι τούτοισι, σπέρματι μὲν χρέωνται [n] τῷ αὐτῷ τῷ καὶ οἱ

ricanii et qui ex Asia sunt AEthiopes, quadringenta talenta: Septimadecima portio hæc. Matienis et Saspiribus et Alarodiis ducenta iniuncta talenta erant: Duodevicesima portio hæc. Moschis et Tibarenis et Macronibus et Mosynœcis et Mardis trecenta talenta præcepta erant: Undevicesima hæc portio. Indi, ut sunt multitudine multo numerosissimi inter omnes quos novimus mortales, ita tributum ad omnes ceteros afferebant trecenta sexaginta talenta auri ramentorum: Vicesima portio hæc. Quod si Babylonica pecunia ad talentum Euboicum redigatur, fiunt novies millena quingenaque et quadraginta talenta. Aurum vero si tredecies multiplicatum computetur ad argentum, ramentum reperitur ad rationem Euboicam esse quatuor millia talentorum sexcentaque et octoginta. Quibus in unum contractis, Euboica talenta colligebantur in summam annui tributi a Dario, quatuordecim millia quingenta et sexaginta. Minorem his summam omittens non refero. Hoc tributum Dario ex Asia obveniebat, et ex Africae paucis locis: ceterum procedente tempore et ab insulis obvenit aliud tributum, et ab iis qui Europam Thessalia tenus incolunt. Id tributum rex hunc ad modum in thesauris reponit. Liquefactum in fictiles fidelias defundit: expleta autem fidelia subinde testam aufert: ex eoque, quoties pecunia indiget, tantum decidit quantum usus postulat. Atque hæ quidem provinciæ erant ac tributorum taxationes. Sola autem regio Persis tributaria a me dicta non est, quod immunem regionem Persæ colunt. Isti autem ad ferendum ullum tributum non adigebantur, sed dona portabant. AEthiopes AEgypto contermini, quos Cambyses in expeditione contra Macrobios AEthiopes sumpta subegit; quique sacram Nysam incolunt, et Baccho dies festos agunt; isti AEthiopes eorumque

a Ask. Arcb. Vind., Μαντιηνοῖσι *M. Pasf. Ald.*, tum Σάσπειροι *Vall. Arcb.* recte; in Edd. Σαρπειροῖσι. Σάρπειρσι *Vind. Pasf.*, Ἀλαροδίους habet hinc *Steph. Byz.* *b* Μοσυν. *Ask.*, mox Μάρσυσι ora *Steph.*, Μαρσοῖσι *Arcb. Pasf. Ask. Vind.* *c* Εὐβοϊκὸν *Arcb. Ask.* et statim eadem forma, tum mox γίνεται ὀγδώκοντα καὶ ὀκτακόσια καὶ *Arcb.* ita tamen, ut ὀγδώκοντα et ὀκτακόσια sint in rasura: ad marginem literae ΘΩΠ numerales. *d* Defit *Arcb.* *e* Προσῄϊε id. et ἀπὸ τῆς τε et *Ask.* *f* Προσιόντος id. *g M. Pasf. Arcb. Ask.*, οἰκεομένων vulgo. *b M. Arcb. Pasf. Ask. Vind.*, κεραμέους *Ald. Paris. B.*, tum κατεγχέει. *Vind.* haud absurde. Paullo supra ὁ βασιλ. *Arcb.*, aliis ὁ abest. *i* Καὶ περιαιρέσας *Arcb.* δὲ statim omittens. *k Ald. V. Arcb.*, defit νυν *M. Pasf.* *l Arcb. V. Ald. Pasf. Paris. A. B.*, ἀγίεον *Med.*, ridicule. *m Pasf. Arcb. Vind. Valla*, in aliis Νίσσην, male. Vid. supra L. II, 146. *n* Τούτῳ τῷ οἱ Καλλιπίαι *Arcb. V. Valla* et mox κεκτ. κατάγεα.

78. Ματιηνοῖσι] Adsolent ad hoc vocabulum et *Saspires*, tanquam ad scopulum offendere scribae. Vide L. I. C. 189. et C. 110. Μοσσύνοικοι *Ask.* et L. VII, 78. Codd. plurium, haud male. Μόσσυνες gentili dialecto turres, quas quoniam incolebant, inde nomen in *Diodori* L. XIV, 30. Μάρδοισι ex *Is. Vossii* ad *Melam* L. I. C. 2. correctione Μαρσί. Certe Μᾶρες ap. *Stephanum* Mosynoecorum perhibentur vicini, suntque infra L. VII, 79., nec longe ab illa viri docti divinatione MSS. distant.

89. Τρισκαιδεκατάσιον] Auri ad argentum ratio varia pro minore et maiore eius abundantia. Quae hic τρισκαιδεκάσιος, ea aetate *Platonis* in Hipparch. p. 231. D. *duodecupla* sive δυωδεκασάσιος. *Menandri* Comici aevo *decupla* δεκαπλάσιος ap. *Polluc.* IX, 76. Adtigit hanc rem *Car. Arbuthnotius* Tabul. Antiq. Numm. C. 6. Est quoque in conparatione talenti Babylonici et Euboici, et utriusque inter se iusta proportione anceps disputatio et difficilis, iam olim ab egregio viro *Guil. Budaeo* de Asse L. IV, p. 87. prudenter instituta et nuper a Cl. *de la Barre* Histor. Acad. Inscript. T. VI. p. 355. docte iterata.

7. Δῶρα δὲ ἀγίνεον] Futile ἀγίεον superstitiosae *Florentini* Codicis admirationi, oculos clarissimi viri nimium praestinguenti, debetur. Nolo factum traducere, miror tamen, cum toties totiesque ἀγινέειν et ἀπαγινέειν in hac tributi descriptione deponantur. Sequentia exscripsit *Eustath.* ad Odyss. p. 1386, 8.

12. Σπέρματι μὲν χρέωνται] Paucis, ut solet ὁ πάνυ, lectionis vulgatae monstravit absurditatem in Diss. *Herod.* p. 174, 175. monuitque consuetudinem respici memoratam c. 38., qua solebant τοὺς πατέρας ἀποθνήσκοντας κατασιτέεσθαι, pro σπέρματι docte corrigens ἔργματι· cogitanti mihi, H saepius in Π mutatum a librariis, venerat in mentem σήματι (id est τάφῳ) μὲν χρέωνται τῷ αὐτῷ, τῷ καὶ οἱ Καλαντίαι Ἰνδοὶ, οἰκήματα δὲ ἔκτηνται κατάγαια. Potuit utraque domus simul commode memorari. Vid. *Diodor.* T. I, p. 60, v. 69. Mos ipse vix alibi narratur, ubi hac in re dissimillimae variarum gentium recensentur consuetudines *Nicolao Damasceno Stobaei*, *Diodoro Sic.*, *Plutarcho*, *Ciceroni*, ceterisque; quo scilicet hi Indi atque AEthiopes secundum *Herodotum viva* parentum suorum erant *sepulcra*, quorum illi cadavera visceribus suis ingesta condebant, et ἔμψυχοι τάφοι dici possent Γοργιάζοντι· vid. erudita collectanea *Th. Gatakeri* ad *M. Antonin.* IV, 21. et *Iac. Tollius* ad *Longin.* III, 6. Ad hanc consuetudinem accedebat prope illa Massagetarum ap. *Herod.* L. I, c. ult. atque hinc *Anonymo* memorata, cuius dissertationibus inter Pythagoreorum reliquias locum non dederim, p. 713. Μασσαγέται τοὺς γονέας (non quosvis:) καταπόψαντες κατέθυντι, καὶ τάφος

rumque finitimi, eodem quo Indi Calantiæ ſemine utuntur, ſubterraneasque habent domos: horum utrique tertio quoque anno portabant, portantque ad meam usque memoriam, binos chœnicas auri non igniti, et ducentas trabes ebeni, et quinque AEthiopes pueros, et viginti grandes elephanti dentes. Colchi quoque ad donationem ipsi ordinabant, eorumque finitimi ad montem usque Caucaſum. Ad hunc enim montem imperitatur a Perſis, nam qui ad aquilonem Caucaſi habitant, eorum iam nulli Perſas curant. Isti igitur dona ſibi imperata, etiam ad meam usque ætatem, quinto quoque anno afferebant, centum pueros, totidemque virgines. Afferebant et Arabes mille quotannis talenta thuris. Hæc quidem isti dona, præter tributum, regi portabant. Sed Indi id aurum tam multum, unde ramenta, quæ dixi, regi afferunt, hac ratione comparant. Indicæ regionis id quod ad ſolem orientem vergit, ſabuloſum est, nam ex illis quos ſcimus, de quibus aliquid pro certo narratur, primi ſunt hominum in Aſia ad auroram et ſolis ortum habitantes Indi. INDORVM enim tractus qui auroram ſpectat, propter arenam vaſtus est. Eorum autem complures ſunt gentes, atque eæ lingua inter ſe diſſonæ: et eorum alii ſunt dediti rei pecuariæ, alii non: item alii in paludibus fluvii habitant, crudis victitantes piſcibus, quos aggreſſi ex arundineis navigiis captant. Singula autem navigia e ſingulis arundinis genubus fiunt. Isti quidem ex Indis gerunt veſtem e libro; quam ubi e flumine meſſuerunt phleum contuderuntque, plectentes in modum ſtoreæ, tanquam thoracem induunt. 99 Alii Indorum, ad istorum auroram habitantes

οἱ Καλαντίαι Ἰνδοί· οἰκήματα δὲ ἔκτηνται κατάγαια· οὗτοι συναμφότεροι διὰ τρίτου ἔτεος ἀγίνεον, ἀγινέουσι δὲ καὶ τὸ μέχρι ἐμεῦ, δύο χοίνικας ἀπύρου χρυσίου, καὶ διηκοσίας [a] φάλαγγας ἐβένου, καὶ πέντε παῖδας Αἰθίοπας, καὶ ἐλέφαντος ὀδόντας μεγάλους εἴκοσι. Κόλχοι [b] δ' ἐτάξαντο ἐς τὴν δωρεὴν, καὶ οἱ προσεχέες μέχρι τοῦ [c] Καυκάσιος οὔ- 199
ρεος· ἐς τοῦτο γὰρ τὸ οὖρος ὑπὸ Πέρσῃσι ἄρχεται· τὰ δὲ πρὸς βορὴν ἄνεμον τοῦ Καυκάσιος, Περσέων οὐδὲν ἔτι φροντίζει· οὗτοι ὦν δῶρα τὰ ἐτάξαντο, ἔτι καὶ ἐς [d] ἐμὲ διὰ πεντετηρίδος ἀγίνεον, ἑκατὸν παῖδας, καὶ ἑκατὸν παρθένους. Ἀράβιοι δὲ χίλια τάλαντα ἀγίνεον λιβανωτοῦ ἀνὰ πᾶν ἔτος. ταῦτα [e] μὲν οὗτοι δῶρα πάρεξ τοῦ Φόρου βασιλέϊ ἐκόμιζον. Τὸν δὲ χρυσὸν τοῦτον τὸν πολλὸν οἱ Ἰνδοὶ, [f] ἀπ' οὗ τὸ ψῆγμα τῷ βασιλέϊ τὸ εἰρημένον κομίζουσι, τρόπῳ [g] τοιῷδε κτέωνται· ἔστι τῆς Ἰνδικῆς χώρης [h] τὸ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ψάμμος· τῶν γὰρ ἡμεῖς ἴδμεν, [i] τῶν καὶ περὶ ἀτρεκές τι λέγεται, πρῶτοι πρὸς ἠῶ καὶ ἡλίου ἀνατολὰς οἰκέουσι ἀνθρώπων τῶν ἐν τῇ [k] Ἀσίῃ Ἰνδοί. Ἰνδὴ γὰρ τὸ πρὸς τὴν ἠῶ ἐρημίη ἐστὶ, διὰ τὴν ψάμμον· ἔστι δὲ πολλὰ ἔθνεα Ἰνδῶν, καὶ οὐκ ὁμόφωνα σφίσι· καὶ οἱ μὲν αὐτῶν, νομάδες εἰσὶ, οἱ δὲ, οὔ· οἱ δὲ, ἐν τοῖσι ἕλεσι νεμέουσι τοῦ ποταμοῦ· καὶ ἰχθύας στέουσι ὠμοὺς, τοὺς αἱρέουσι ἐκ πλοίων καλαμίνεων ὁρμεύμενοι· [l] καλάμου δὲ ἓν γόνυ πλοῖον ἕκαστον ποιέεται· οὗτοι μὲν δὴ τῶν Ἰνδῶν Φορέουσι ἐσθῆτά τι [m] Φλοΐνην· [n] ἣν ἐπειὰν ἐκ τοῦ ποταμοῦ Φλοῦν ἀμήσωσι, καὶ κόψωσι, τὸ ὁμοιότατον Φορμοῦ τρόπον καταπλέξαντες, οἷς θώρηκα ἐνδυέουσι. Ἄλλοι δὲ τῶν Ἰνδῶν πρὸς ἠῶ οἰκέοντες τούτων, [o] νομά-

δες

a Citat *Euſtath.* in *Hom.* p. 469, 21. et *Plinius* Hiſt. N. XII, 4. ἐβένου ſcribit *Paſſ.* *b* *Arch. Vind.*, olim ἔταξάν οἱ ἐς. *c* Καυκάσοιο *Arch. V.* *d* *V. Arch. Paſſ. Ask.*, in *Ald. M.* ἐμεῦ. Quae ſequuntur habet *Euſtath.* in *Dionyſ.* v. 933. *e* *M. Ask. V. Arch. Paſſ.*, alii cum *Ald.* μὲν ὧν. *f* Ἀπ' ὧν *Arch.*, mox κομίζουσι non habent *M. Paſſ. Ask.* *g* Τοιῷδε δεκτῶνται *M.*, τοιῷ δεκτῶνται *Ask. Paſſ.*, cum quibus conſentiunt, τοιῷδε tamen pingentes, *V.* et *Arch.*, πτέωνται *Ald.* et alii, melius. *h* Τὰ *Arch.* *i* *Paris. A. B. Arch. V. Ald.*, καὶ non legit *Med. Ask.* *k* *Arch. Ald. V. Paris. A. B. Valla*, ex Scriptoris more: Ἀσίῃ. Ἰνδῶν *M. Paſſ. Ask.* *l* *Euſtath.* ad Perieges. v. 1107. excerpsit, et *Plinius* H. N. XII, 17. *m* Φλοΐνην *V. Arch.* Vid. *Polluc.* VII, 76. X, 178. *n* *M. V. Ask. Arch. Paſſ.*, ἣν ἐπειὰν *Ald. Paris. A. B.* Praeterea ἀμήσωνται *Arch. Vind.* *o* Μονάδες *Arch.* Mox ὠμῶν omittens.

Φος καλλιστος δοκεῖ ἦμεν ἐν τοῖς τέκνοις τεθάφθαι *in liberorum viſceribus conditum esſe, honeſtiſſimum videtur ſepulcrum.* Conf. *Herod.* III, 99. VALCKEN.

12. Σπέρματι μὲν γρέωνται &c.] Superius C. 38. Καλατίαι, veriore titulo. Quod autem hic de *ſemine*, σπέρματι, quo eodem AEthiopes et Indi Calatiae utebantur, expediri non potest. Nusquam quidquam Scriptor illo de ſemine. Contra prodit, Indos istos τοὺς γονέας κατεσθίειν, *parentes ſuos vorare.* Idem hi AEthiopes, uti verba requirunt, ſi factitarint, σπέρματι inſinuata est penitisſime labes, nec melius leniusve, niſi erro, detergenda, quam ἔργματι μὲν — *eodem facinore defunguntur, quo Indi Calatiae*, ſcribendo. Ita ſecum non pugnabit *Herodotus* et ſermo procedet recte. Ἔργματα καλὰ ſunt in *Perictionae* fragmento ap. *Stobaeum* p. 487. *Euripides* Orest. v. 160. Ὦ μέλεος, ἐχθίστων θεόθεν ΕΡΓΜΑΤΩΝ.

16. Καὶ διηκοσίας φάλαγγας ἐβένου] *Plinius* hoc ex loco *in tributi vicem regibus Perſidis e materie eius*, ebeni, *CENTENAS phalangas tertio quoque anno penſitasſe AEthiopas*; quibus, niſi memoriae ludibrium debuerit, longe minorem phalangarum ſe numerum invenisſe, declarat. Idem L. VIII, 3. *quae Iuba cornua appellat, Herodotus tanto antiquior, et conſuetudo melius, DENTES.* Conf. ad *Diodori* L. II, 19. ſtatim Κόλχοι δ' ἐτάξαντο ἐς —, *Colchi ipsi ad donationem ordinarunt*, ex ſcriptis. Fert ita mos in ultronea tributi et donorum collatione. Ipse post pauca οὗτοι ὦν δῶρα τὰ ἐτάξαντο. et C. 13. καὶ Φόρον τε ἐτάξαντο. Rurſus L. IV, 35. ἀντὶ τοῦ ὠκυτόκου τὸν ἐτάξαντο Φόρον· tum C. 165. eiusdem Melpomenes.

19. Τοῦ Καυκάσιος] Agnoſcit *Steph. Byz.*, alioqui Καύκασος mons ille aut Καυκάσιος L. I, 203. Quod ex *Aldo* venerat ἐς ἐμεῦ, bene L. I, 66., ubi idem olim, decurtarat *H. Steph.*, hic praetervidit. Ἐς ἐμὲ genius ſermonis flagitat, et uſus L. IV, 125. V, 45. &c.

26. Πάρεξ τοῦ Φόρου] Arabes ἀτελέες ſive a tributo erant immunes Cap. 91. Par et memoratarum paullo ante nationum conditio. Dona ferebant ultro, nullum tributum. Conſequens est, ut πάρεξ τοῦ Φόρου eas non ſpectet, ſed deſcriptum aliis et imperatum tributum. Geminum dabit C. 117. Iam κομίζουσι, cui in *Med.* et ſequacibus locus negatur, exſulare potest, *Gronovio* probe admonente: ſatis autem est τοιῷδε πτέωνται.

38. Ἐκ πλοίων καλαμίνων ὁρμεώμενοι] Diſplicuit ſemper ultimum vocabulum: nam quid? inſiliebantne ex navigiis Indi in piſces magno inpetu, ut manibus deprehenſos raperent? Id dicendum, ſi vulgato vigor adſit. Coniiciebam ὁρμευόμενοι. Apud *Heſych.* Ὁρμευτὴς est ἁλιεύς, hamo piſces captans, formatus utique ex ὁρμεύω. Video nunc ſimile in opinionem Cl. *Pauii* venisſe, ſcribentis ὁρμιώμενοι, ex ὁρμιὰ, ſive *linea hamoque*, unde ὁρμιάομαι. Foret ſane alterutrum ad ſententiam utile, Indosque ex navigiis hamo piſcibus exhiberet inſidiantes. At deest verbo auctoritatis uſus, favet analogia. Pro vulgato *Abreſchius* ad Thucyd. p. 297. Naves ex arundinis in India internodiis non neglexit *Diodor.* II, 17.

40. Ἐσθῆτά τε Φλοΐνην] *Ex libro* vir Cl., ſpreto Salmaſiano *ex phleo*, quod verius multo. Atticis φλέως, Ionibus φλοῦς herba paluſtris, ſcirpi inſtar, auctore *Polluce* X, 178. Ἐσθὴς φλοΐνη ſcirpea ſive ex phleo, etiam *Pauſan.* L. VIII, 22. p. 641. Conf. ad *Solin.* p. 702. et *B. a Stapel* in *Theophr.* L. IV. H. Plant. p. 463. Articulum ἣν ultima praecedentis ſyllaba in Codd. quibusdam devoravit, quae crebra omiſſionum cauſa.

45. Πα-

δες εἰσὶ, χρεῶν ἐδεσται ὠμῶν· καλέονται δὲ Παδαῖοι· [a] νόμοισι δὲ τοιοίσιδε λέγονται χρᾶσθαι· ὃς ἂν κάμῃ τῶν ἀστῶν, [b] ἢν τε ἀνὴς, ἢν τε γυνὴ, τὸν μὲν ἄνδρα ἄνδρες οἱ μάλιστά οἱ ὁμιλέοντες κτείνουσι, φάμενοι αὐτὸν, τηκόμενον τῇ νούσῳ, τὰ κρέα σφίσι [c] διαφθείρεσθαι· ὁ δὲ, ἀπαρνεόμενος ἔστι μὴ μὲν νοσέειν· οἱ δὲ, οὐ συγγινωσκόμενοι, [d] ἀποκτείναντες κατευωχέονται· [e] ἢν δὲ γυνὴ κάμῃ, ὡσαύτως αἱ ἐπιχρεώμεναι μάλιστα γυναῖκες ταυτὰ τοῖσι ἀνδράσι ποιεῦσι· τὸν γὰρ δὴ ἐς γῆρας [f] ἀπικόμενον θύσαντες, κατευωχέονται· [g] ἐς δὲ τούτου λόγον οὐ πολλοί τινες αὐτέων ἀπικνέονται· πρὸ γὰρ [h] τοῦ τὸν ἐς νοῦσον πάντα πίπτοντα κτείνουσι. Ἑτέρων δέ ἐστι Ἰνδῶν ὅδε ἄλλος τρόπος· οὔτε κτείνουσι οὐδέν, ἔμψυχον, [i] οὔτε τι σπείρουσι, οὔτε οἰκίας νομίζουσι ἐκτῆσθαι· ποιηφαγέουσι δὲ, καὶ αὐτοῖσί ἐστι ὅσον κέγχρος τὸ μέγαθος ἐν κάλυκι, αὐτόματον ἐκ τῆς γῆς γινόμενον· τὸ συλλέγοντες, [k] αὐτῇ κάλυκι ἕψησί τε καὶ σιτέονται· ὃς δ' ἂν ἐς νοῦσον αὐτέων πέσῃ, ἐλθὼν ἐς τὴν ἔρημον κέεται· φροντίζει δὲ οὐδεὶς οὔτ' ἀποθανόντος, οὔτε κάμνοντος. Μίξις δὲ τούτων τῶν Ἰνδῶν τῶν κατέλεξα πάντων, ἐμφανὴς ἐστι, κατάπερ τῶν προβάτων, καὶ τὸ χρῶμα Φορέουσι ὅμοιον πάντες καὶ παραπλήσιον Αἰθίοψι· ἡ γονὴ δὲ αὐτῶν, τὴν ἀπίεντας ἐς τὰς γυναῖκας, οὐ, κατάπερ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ἐστὶ λευκὴ, ἀλλὰ μέλαινα, κατάπερ τὸ χρῶμα· τοιαύτην δὲ καὶ Αἰθίοπες ἀπίενται θορήν· οὗτοι μὲν τῶν Ἰνδῶν ἑκατέρω τῶν Περσέων οἰκέουσι, καὶ πρὸς νότου ἀνέμου· καὶ Δαρείῳ βασιλῆος οὐδαμᾶ ὑπήκουσαν. Ἄλλοι δὲ τῶν Ἰνδῶν Κασπατύρῳ τε πόλι καὶ τῇ Πακτυϊκῇ χώρῃ εἰσὶ [l] πρόσοικοι, πρὸς ἄρκτου τε καὶ [m] βορέω ἀνέμου κατοικημένοι τῶν ἄλλων Ἰνδῶν, οἳ Βακ-

tes ſunt pecuarii, carnibus crudis veſcentes, nomine Padæi, qui talibus uti moribus narrantur: Quicunque civium ſeu vir ſeu fœmina ægrotat, virum quidem ſui maxime familiares interimunt; quod dicant illum morbo tabeſcentem, carnes ipſis corrumpere: et licet ſe neget ille ægrotare, nihilominus isti non ignoſcentes necant eum, epulanturque. Mulier vero ſi ægrotet, ſuæ maxime neceſſariæ fœminæ, idem quod viri faciunt. Qui enim ad ſenium pervenit, eo mactato paſcuntur. Sed in huius rationem non multi eorum perveniunt; nam ante id unumque, qui in morbum incidit, necant. Est aliorum Indorum hæc diverſa conſuetudo, ut nihil animatum interimant, utque ninil ſerant, nec domos posſidendas exiſtiment, atque herba victitent. Estque eis quoddam milii inſtar magnitudine, ſua ſponte naſcens e terra, ſuo in calyce: quod cum ipso calyce lectum coquunt, eduntque. Eorum quisquis in morbum incidit, is in locum deſertum pergit, ibique decumbit, eius vel defuncti vel decumbentis curam gerente nemine. Horum omnium quos recenſui Indorum coitus in propatulo est, ſicut pecorum: color ſimilis ac proximus AEthiopico, genitura quam in mulieres emittunt, non alba, quemadmodum ceterorum hominum, ſed atra, ut color corporis: quale virus AEthiopes quoque emittunt. Hi Indi longius a Perſis absunt, et ventum auſtrum verſus: eoque Dario neutiquam obtemperaverunt. Alii vero Indorum Caſpatyro urbi et Pactyicæ regioni contermini ſunt, verſus ſeptentrionem et ventum aquilonem habitantes aliorum Indorum, qui proximam

[a] Νομαίοισι ora *Steph.* τοιοῖσιδε *Arch.* vulgo τοιοῖσδε. Vide II, 37. [b] Ἢν τε γ. ἢν τε ἀν. *Arch. V. Paſ. Ask.* [c] *M. Ask. Paſ.*, διαφθείρειν *V. Arch. Paris. A. B.* cum *Aldo*, mox ἄπαρνός ἐστι ora *Steph. V. Arch.*, qui poſterior μὴ νοσέειν. Corrigunt docti viri μὴ μὲν, contra *Herodoti* adſuetudinem. [d] *M. V. Arch. Paſ. Ask.* olim ἀποκτείνοντες. [e] Ἢ δὲ ἂν γυνὴ marg. *Steph. V. Arch. Ask.* [f] Ἀπικνεόμενον *V. Arch.* [g] *M. Arch. V. Paſ. Ask.*, olim ex *Ald.* et *Paris. A. B.* ἐκ δὲ τούτου τοῦ λόγου. Conf. *Gronovium.* [h] Τούτου τὸν *Arch. V.* Statim ὅδε ἄλλος *Ald. Arch. V. Paſ.*, vulgo erat ὅτε ἄλλ., prave. [i] *Med. Paſ. Ask.*, ceteri cum *Aldo* illud τι non norunt. [k] Solus *Arch.* ſed vere. Vide II, 46. alii αὐτῇ τῇ καλ. [l] Πρόσοικοι *Arch. V.* [m] *Arch. V. M. Paſ. Ask.*, olim βορέου, tum *Arch.* κατοικ. τῶν ἄλλων. Vulgo καὶ τῶν et Βακτροίσι *Arch.*

45. Παδαῖοι] *Broukhuſius* aliique dudum viderunt, huc reſpexisſe *Tibullum* IV, 1, 144. *Impia nec ſaevis celebrans convivia menſis, Ultima vicinus Phoebo tenet Arva Padaeus.* Gentis nomen, auctoritate *Tibulli* ſatis munitum, reſtituendum videtur *Nicolao Damaſc.* ap. Stob. p. 105, 31. hinc in Excerptis *N. Cragii* et *H. Valeſii* p. 514. ſimiliter ſcriptum: ἐν Παιδαλίοις Ἰνδικῷ ἔθνει οὐχ ὁ θύων, ἀλλ' ὁ συνετώτατος τῶν παρόντων κατάρχεται τῶν ἱερῶν· αἰτεῖται δ' ἀεὶ παρὰ θεῶν οὐδὲν ἄλλο πλὴν δικαιοσύνης. Corrigebam ἐν Παδαίοις· nam inhumana gentis conſuetudo nihil impedit, quominus ſolam a Diis *virtutem*, ſive *iuſtitiam*, expetendam esſe cenſuerint. VALCKEN.

45. Καλέονται δὲ Παδαῖοι] Haesitat *Cl. Salmaſius* an forſan Παυδαῖοι *Pandaei* ſit legendum ad *Solin.* p. 700., quaſi a *Pandaea*, Herculis F., de qua *Arrian.* Indic. C. 9., genus duxerint. Sed de gentis nomine nihil dubitandum. *Tibullus*, quod vir ſummus fatetur, hinc L. IV, 1, 145.

Impia nec ſaevis celebrans convivia menſis
Ultima vicinus Phoebo tenet arva Padaeus.

ubi *Pandaeus* metri modulum depravabit. Quod et *Cellarium* V. Cl. Geogr. Ant. L. III, 23. p. 872. obſervasſe conperior. Νομαίοισι ex *Steph.* marg. Herodoteum dictionis colorem oſtentare, norunt omnes. Unde accesſerit, ignoro.

50. Μὴ μὲν νοσέειν] Hic forte legendum ſuſpicabatur vir Clar. μὴ μὴν, vereor ut uſpiam illud inveniatur in talibus: ἢ μὴν in iurandis frequentat et *Herod.* Quod hoc uno loco *R.* dimiſit intactum, saepe ſollicitavit, velut in his II, c. 179. χρῆν ὀμόσαι, μὴ μὲν ἑκόντα ἐλθεῖν· III, c. 66. ἕξαρνος ἦν μὴ μὲν ἀποκτεῖναι Σμέρδιν· V, c. 106. θεοὺς ἐπόμνυμι μὴ μὲν πρότερον ἐκδύσασθαι. Sana nunc videbuntur, quae ſuis ſingula locis cenſebantur vitioſa: amat hanc etiam voculam μὲν traiicere in alium locum *Herodotus.* VALCKEN.

58. Κτείνουσι οὐδὲν ἔμψυχον] Gentis Indicae nomen praebet *Nicol. Damaſc. Stob.* p. 66, 38. Ἀρίτουσι τῶν ἐμψύχων οὐδὲν ἀποκτείνουσι· τὰ δὲ κεράμεα τῶν χρηστηρίων ἐν χρυσοῖς ἐλύτροις φυλάττουσι· *Nic. Cragii*, *Conr. Gesnerum* ſequuti, corrigit errorem *Henr. Vales.* in Exc. *Peireſc.* p. 74. et τὰ κεράμεα τῶν χρηστηρίων, (aliis dicta τῶν σκευῶν τὰ κεράμεα,) recte interpretatur: conf. *I. G. Graevius* in *Heſiodi* Ἔ. κ. Ἡ. vs. 402. dudum ante *Vales. Nicolai* locum iam explicuerat *Caſaub.* in *Athen.* p. 20. vid. *Leopardus* Em. XIII, c. 6. VALCKEN.

70. Ἀλλὰ μέλαινα, κατάπερ τὸ χρῶμα] *Ariſtoteles* hanc asſertionem falſi, neque ſine ratione, coarguit H. Anim. III, 22. p. 82. et Generat. Animal II, 2. p. 207. Causſa Indorum AEthiopumque nigredinis *Oneſicritum* et *Theodecten* ſollicitos habuit ap. *Strabonem* XV, p. 1019., non inſulſe decernentem, in utero κατὰ σπερματικὴν διάθεσιν tales fieri, quales ſunt, qui genuerunt. Sed haec erudite Cl. *Bern. Sigef. Albinus* Diſſert. de Colore AEthiop. p. 10.

76. Κατοικημένοι τῶν ἄλλων Ἰνδῶν] Copula nexum et ſeriem ſermonis conturbabat: ſcripsisſe, *Corn. de Pauw* coniectura est, κατοικημένοι μετὰ τῶν ἄλλων Ἰνδῶν, οἳ —— *habitantes cum aliis Indis, qui Bactriorum more vivunt*, nam Indos, aurum colligentes, ex istis fuisſe, qui Bactriorum moribus utebantur. Atque haec tolerari utcunque potuerant, ni καὶ, fide MS., bonam eiurasſet copiam. Πρὸς ἄρκτου — κατοικημένοι τῶν ἄλλων Ἰνδῶν, οἳ — *Verſus ſeptemtrionem — incolentes aliorum Indorum, qui* &c. Tale IV, 7. πρὸς βορῆν — ἀνεμων τῶν ὑπεροίκων τῆς χώρης, *ad boream eorum, qui ſuperioris regionis incolae ſunt.* Caſpatyro Κασπάτυρος *Steph. Byz.*, opportunior opera L. IV, 44. veniet.

78. Εἰσὶ

mam Bactrianis vitam degunt; hi et pugnacissimi in eis sunt, et qui ad aurum mittuntur, hi sunt. Circa hanc enim plagam vasta sunt propter arenam loca, in ea igitur solitudine arenosa formicæ gignuntur, canum quidem magnitudine minores, vulpium vero maiores. Earum quippe nonnullæ et apud regem Persarum visuntur, hinc venatu captæ. Hæ formicæ in faciendis sub terra domiciliis egerunt arenam, ut apud Græcos formicæ, atque eodem modo, ipsa etiam specie corporis simillima. Ea autem quæ egeritur arena, aurea est: ad quam in desertum mittuntur Indi; ternis singuli camelis iunctis, ut utrinque funales mares trahant, femina in medio, in quam ipsi ascendunt: data opera ut a recentissimis fetibus abstractas iungant. Etenim istæ apud eos cameli nihilo sunt minori pernicitate quam equi, separatim vero ad feren-
103da onera multo valentiores. Qualem autem habeat camelus speciem, Græcis, utpote scientibus, non conscribo: sed quod de eo animali nescitur, id dicam. Camelus in posterioribus cruribus gerit quatuor femora, et totidem genua, et veretra per posterio-
104ra crura caudam versus spectantia. Hunc in modum iunctis camelis, Indi ad aurum tendunt dinumerate, ut quum ferventissimi fuerint æstus, sint in rapina, siquidem præ æstu formicæ sub terra se occultas tenent. Est autem illis hominibus sol ardentissimus matutinus, non quemadmodum aliis meridie, eousque capitibus imminens dum tempus, est a foro discedendi: per quod spatium multo magis urit quam meridianus Græciam, adeo ut dicantur illi tum in aqua se madefacere. Meridies vero fere Indos urit peræque atque alios homines: declinante meridie, talis est illic sol qualis alibi matutinus: ac deinceps magis ac magis frigescens, dum ad occasum perveniens
105præcipue friget. Vbi ad locum Indi pervenere, culeis quos attulere, arena completis, quamprimum retro se recipiunt. Protinus

Βακτρίοισι παραπλησίην ἔχυσι δίαιταν· ὕτοι καὶ μαχιμώτατοί εἰσι Ἰνδῶν· [a] καὶ ἐπὶ τὸν χρυσὸν στελλόμενοι εἰσὶ ὗτοι· κατὰ γὰρ τοῦτό ἐστι [b] ἐρημίη διὰ τὴν ψάμμον· ἡ δὴ ὦν τῇ ἐρημίῃ ταύτῃ καὶ τῇ ψάμμῳ γίνονται μύρμηκες, μεγάθεα ἔχοντες κυνῶν μὲν ἐλάσσονα; [c] ἀλωπέκεων δὲ μέζονα· εἰσὶ γὰρ [d] αὐτέων καὶ παρὰ βασιλέϊ τῶν Περσέων, ἐνθεῦτεν θηρευθέντες· ὕτοι ὦν οἱ μύρμηκες τρυέμενοι [e] οἴκησιν ὑπὸ γῆν, ἀναφορέουσι τὴν ψάμμον κατάπερ οἱ ἐν τοῖσι Ἕλλησι μύρμηκες, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον· εἰσὶ δὲ καὶ εἶδος [f] ὁμοιότατοι αὐτοί· ἡ δὲ ψάμμος ἡ ἀναφερομένη ἐστὶ χρυσῖτις· ἐπὶ δὴ ταύτην τὴν ψάμμον στέλλονται ἐς τὴν ἔρημον οἱ Ἰνδοὶ, ζευξάμενος ἕκαστος καμήλους τρεῖς, [g] σειρηφόρον μὲν ἑκατέρωθεν ἕρσενα παρέλκειν, [h] θήλεαν δὲ, ἐς μέσον· ἐπὶ ταύτης δὴ αὐτὸς ἀναβαίνει, ἐπιτηδεύσας ὅκως ἀπὸ τέκνων ὡς νεωτάτων [i] ἀποσπάσας ζεύξῃ· αἱ γάρ σφι κάμηλοι ἵππων οὐκ ἧσσονες ἐς ταχύτητά εἰσι· χωρὶς δὲ, ἄχθεα δυνατώτεραι [k] πολλὸν φέρειν. Τὸ μὲν δὴ εἶδος οἷόν τι ἔχει ἡ κάμηλος, ἐπισταμένοισι τοῖσι Ἕλλησι [l] οὐ συγγράφω· τὸ δὲ μὴ ἐπιστέαται αὐτῆς, τοῦτο φράσω· κάμηλος γὰρ τοῖσι ὀπισθίοισι σκέλεσι ἔχει τέσσερας μηροὺς, καὶ γούνατα τέσσερα· τὰ δὲ αἰδοῖα, διὰ τῶν ὀπισθίων σκελέων, πρὸς τὴν ὀρὴν τετραμμένα· Οἱ δὲ δὴ Ἰνδοὶ τρόπῳ τοιούτῳ καὶ ζεύξει τοιαύτῃ χρεώμενοι, ἐλαύνουσι ἐπὶ τὸν χρυσὸν λελογισμένως, [m] ὅκως ἂν καυμάτων τῶν θερμοτάτων ἐόντων ἔσονται ἐν τῇ ἁρπαγῇ· ὑπὸ γὰρ τοῦ καύματος οἱ μύρμηκες ἀφανέες γίνονται [n] ὑπὸ γῆν· θερμότατος δέ ἐστι ὁ ἥλιος τούτοισι τοῖσι ἀνθρώποισι τὸ ἑωθινόν· ὃ κατάπερ τοῖσι ἄλλοισι [o] μεσαμβρίης, ἀλλ' ὑπερτείλας μέχρις ἐς ἀγορῆς διαλύσιος· [p] τοῦτον δὲ τὸν χρόνον καίει πολλῷ μᾶλλον ἢ τῇ μεσαμβρίῃ τὴν Ἑλλάδα· ὕτως ὥστε ἐν ὕδατι λόγος αὐτούς ἐστι βρέχεσθαι τηνικαῦτα· μεσοῦσα δὲ ἡ ἡμέρη, σχεδὸν παραπλησίως καίει τούς τε ἄλλους ἀνθρώπους καὶ τοὺς Ἰνδούς· [q] ἀποκλινομένης δὲ τῆς μεσαμβρίης, γίνεταί σφι ὁ ἥλιος κατάπερ τοῖσι ἄλλοισι [r] ὁ ἑωθινός· καὶ τὸ ἀπὸ τούτου ἐπιὼν ἔτι μᾶλλον ψύχει, ἐς ὃ ἐπὶ δυσμῇσι ἐὼν, καὶ τὸ κάρτα ψύχει. Ἐπεὰν δὲ ἔλθωσι ἐς τὸν χῶρον οἱ Ἰνδοὶ, ἔχοντες θυλάκια, ἐμπλήσαντες ταῦτα τῆς ψάμμου, τὴν ταχίστην ἐλαύνουσι ὀπίσω· αὖτις

[a] *M. Pasf. Ask.*, καὶ οἱ reliqui. [b] Ἐρήμη et statim *Arcb.*, ἐρήμῳ *V.* [c] *M. Pasf. Ask.*, olim ἀλωπέκων. [d] lidem cum *Arcb. V.* sed αὐτῶν, alii γὰρ ἐξ αὐτέων. [e] Οἰκημα *Arcb. V.* et ἀναφέρουσι ψαμ. [f] *M. Pasf. Ask.*, in aliis ὁμοιότατοι οὗτοι, quod pronomen non legunt *Arcb. V.* [g] *M. Arcb. Pasf. Ask. V.*, vulgo σειροφόρον. [b] *Arcb. V.* bene. Conf. superius C. 85.; θήλειαν *Pasf. Ask.*, alii θήλεα ut *Ald.* et *Edd.* [i] Abest *Arcb.* [k] *M. Arcb. V. Ask. Pasf.*, olim ex *Ald.* πολλῷ. [l] lidem omnes, οὐ γράφω *Ald.* &c. Quae succedunt, hinc se derivasse *AElian.* de Anim. x, 3. fatetur. [m] Ὅπως αὐτῶν θερμοτάτων ἐόντων *Arcb. V.* [n] Ὑπὸ τὴν γῆν *Vind.* [o] Μεσημβρ. id. *Arcb. Pasf. Ask.* [p] Τούτῳ δὲ τῷ χρόνῳ ora *Stepb.* Mox τὴν Ἑλλάδα οὕτως· ὡς· ἐν non male distinguit *Aldo* praeeunte Cl. *Abresch.* [q] *Pasf.* recte. Sic. C. 114. alii ἀποκλινομ. [r] Defit ὁ *Arcb. V.*, tum ἐπὶ μᾶλλον *prior.*

86. Εἰσὶ δὲ καὶ εἶδος ὁμοιότατοι αὐτοὶ] Sequi si libuerit *Arcb.* et *Vind.*, οὗτοι ex pristina scriptura eradentes, nihil erit, quod molestiam creabit. Similes nostris quantum ad formam designantur. Ut nunc est, καὶ εἶδος αὐτοῖσι —— maluit *Cl. Reiskius*, cui *Dio Chrysost.*, Nostri vestigia premens, Or. xxxv. p. 436. B. favet, οὗτοι δὲ εἰσὶ ἀλωπέκων μείζονες· τἄλλα δὲ ὅμοιοι τοῖς παρ' ὑμῖν. Quae *Strabo* xv. p. 1032. et *Arrianus* Indic. C. 15. de formicis ex *Nearcbo* et *Megastbene*, prudens negligo. Omnes videntur, ut vere *Arrianus*, ἀκοὴν ἀφηγέεσθαι, nec ipsas vidisse. Habet ex *Busbequii* Epist. IV. magnus *Tbuanus* L. XXIII, p. 461. animal, cui formicae Indicae nomen ex quadam similitudine impositum, quod ad stabiliendam hanc rem Nobil. *Palmerius* Exercit. in Graec. Auct. p. 16. aptissimum censuit.

94. Δυνατώτεραι πολλόν] *Gronovio* et meliorum Codd. conspirationi, etsi multiplex πολλὸν inter et πολλῷ conversio, obniti recusavi. Editur L. VII, 7. Ἄργυρον πᾶσαν πολλῷ δουλοτέρην ποιήσας, invitis membranis, πολλὸν ostentantibus. Sed talium messis uberrima. De camelis taceo. Animal ex *Herodoto* doctissimi viri *Conr. Gesnerus*, *Bochartus*, *Shaw* atque alii illustrarunt.

97. Κάμηλος] *AElianus*, quando de N. A. X, c. 3. Ἡρόδοτος, inquit, λέγει, τὰς καμήλους ἐν τοῖς ὀπισθίοις σκέλεσιν ἔχειν τέτταρας μηροὺς, καὶ μέντοι καὶ γόνατα τοσαῦτα, τὰ δὲ ἄρθρα διὰ τῶν σκελῶν τῶν κατόπιν ἐς τὴν οὐρὰν τετράφθαι αὐταῖς· dubites ἄρθρα legerit, an αἰδοῖα· quae sic non *Herodoto* tantum, sed etiam *AEliano* frequentius quam aliis ἄρθρα vocantur, de animalibus loquenti, L. I, c. 17. III, 47. VI, 27. IX, 48. ad quorum locorum primum nonnulla notat *Trillerus*. Secundum *Solonis* tabulam, ὡς ὁ ἄξων φησὶν, *Lucian.* T. II, p. 358. *obtruncare* licebat Athenis *moechum*, quem *Plautus* vocat (Bacchid. IV, 8, 77.) *manifestarium*, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχοντα. *Petit.* in LL. Att. p. 463. VALCKEN.

13. Ἐπιὼν ἔτι μᾶλλον] Quod scriptus offert liber ἐπὶ μᾶλλον, damnabile non est. Haud dissimili in negotio L. IV, 181. ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἰὸν ἐς τὸ θερμόν ——: etiam I, 94. *Pherecydes* ap. *Diogenem* I, 122. τῇδε νοΰσῳ πιεζόμενος ἐπὶ μᾶλλον. Pulcre propterea Cl. *Reimarus* caussam infitiatur esse, cur *Dionis Cass.* L. LXVII. p. 507. *Ed. Nov.* ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μᾶλλον ἢ πρὶν ἐνεωτέρουν abeant in ἔτι μᾶλλον.

Camelus mas tardior in curſu, quam femina. Extrema orbis feliciora, quam media. Equi Niſæi.

αὐτίκα γὰρ ὀσμῇ μύρμηκες ὁδμῇ, ὡς δὴ λέγεται ὑπὸ Περσέων, μαθόντες διώκουσι· εἶναι δὲ ταχύτητα ὑδενὶ ἑτέρῳ [a] ὅμοιον οὕτω, ὥστε εἰ μὴ προλαμβάνειν τῆς ὁδοῦ τοὺς Ἰνδοὺς ἐν ᾧ τοὺς μύρμηκας συλλέγεσθαι, οὐδένα ἂν σφέων ἀποσώζεσθαι· τοὺς μέν νυν ἔρσενας τῶν καμήλων, εἶναι γὰρ ἥσσονας θεῖν τῶν θηλέων, [b] καὶ παραλύεσθαι ἐπελκομένους, οὐκ ὁμοῦ ἀμφοτέρους· τὰς δὲ θηλέας ἀναμιμνησκομένας τῶν ἔλιπον τέκνων, [c] ὀλιγίστου μελήσειν οὐδέν· τὸν μὲν δὴ πλέω τοῦ χρυσοῦ [d] οὕτω οἱ Ἰνδοὶ κτῶνται, ὡς Πέρσαι φασί· ἄλλος δὲ σπανιώτερός ἐστι ἐν τῇ χώρῃ ὀρυσσόμενος. Αἱ δ' ἐσχατιαὶ κως τῆς οἰκεομένης τὰ κάλλιστα ἔλαχον, κατάπερ ἡ Ἑλλὰς τὰς ὥρας πολλόν τι [e] κάλλιστα κεκραμένας ἔλαχε· τοῦτο μὲν γὰρ πρὸς τὴν ἕω ἐσχάτη τῶν οἰκεομένων ἡ Ἰνδική ἐστι, ὥσπερ [f] ὀλίγον πρότερον εἶπα· ἐν ταύτῃ τοῦτο μὲν, τὰ ἔμψυχα τετράποδά τε καὶ τὰ [g] πετεινὰ πολλῷ μέζω ἢ ἐν τοῖσι ἄλλοισι χωρίοισί [h] ἐστι, πάρεξ τῶν ἵππων· τοῦτο δὲ ἐσσοῦνται ὑπὸ τῶν Μηδικῶν, Νισαίων δὲ καλευμένων ἵππων· τοῦτο δὲ χρυσὸς ἄπλετος αὐτόθι ἐστὶ, ὁ μὲν, ὀρυσσόμενος· [i] ὁ δὲ, καταφορεύμενος ὑπὸ ποταμῶν· ὁ δὲ, ὥσπερ ἐσήμανα, ἁρπαζόμενος· τὰ δὲ δένδρα [k] τὰ ἄγρια αὐτόθι φέρει καρπὸν εἴρια καλλονῇ τε προφέροντα, καὶ ἀρετῇ [l] τῶν ἀπὸ τῶν οἰῶν· καὶ ἐσθῆτι οἱ Ἰνδοὶ ἀπὸ τούτων τῶν δενδρέων χρέωνται. Πρὸς δ' αὖ μεσαμβρίης ἐσχάτη Ἀραβίη τῶν οἰκεομένων [m] χωρίων ἐστί· ἐν δὲ ταύτῃ λιβανωτός τε [n] ἐστι μούνῃ χωρέων πασέων φυόμενος, καὶ σμύρνη, καὶ [o] κασίη, καὶ κινάμωμον, καὶ λήδανον· [p] ταῦτα πάντα πλὴν τῆς σμύρνης, εὐπετέως κτέωνται οἱ Ἀράβιοι· τὸν μέν γε λιβανωτὸν

tinus enim illos formicæ, ut a Perſis fertur, olfactu perceptos inſequuntur tanta pernicitate ut nulli alii ſit ſimilis; ita ut niſi viam interim dum formicæ congregantur, anticipent Indi, nemo ſit ipſorum inde evaſurus. Ideoque camelos mares, quod impares feminis ſunt in currendo, etiam plane reſolvi attractos, non pariter utrosque: feminas vero, pullorum quos reliquerunt memores, nihil remittere. Isti Indi maiorem auri partem poſſident, ut Perſæ memorant, nam quod effoditur in eadem regione aurum, rarius est. Et ſane pulcherrima quo- 106
dammodo extremæ orbis habitati partes fortitæ ſunt, quemadmodum Græcia tempeſtates optime temperatas nacta est. Nam, ut paulo ante dixi, ultima plagarum quæ ad orientem vergentes habitantur, Indica est: in qua tum animantes tam quadrupedes quam volucres, multo ſunt grandiores quam ceteris in locis, præterquam equi, nam quod ad eam partem attinet, ab equis Medicis vincuntur qui Niſæi vocantur; tum infinita vis auri illic est, partim effoſſi, partim per flumina devecti, partim ut indicavi ſurrepti. Præterea agreſtes arbores illic pro fructu lanam ferentes, ovillæ tum pulchritudine tum bonitate præcellentem: et ab his arboribus veſte Indi utuntur. Porro 107
ad meridiem ultima e regionibus quæ habitantur, Arabia est: in qua ſola omnium terrarum naſcuntur thus, myrrha, caſia, cinnamomum, et ledanum, cuncta hæc facilia Arabibus ad nanciſcendum, præter myr-

[a] *M. Paſ. V. Ask. Arcb.* Vide *Gronov.* ὁμοίαν οὕτω ora *Steph.*, vulgo ὁμοίαν τούτῳ, ὥστε. Porro τοὺς Ἰνδοὺς τῆς ὁδοῦ *Ask. Paſ. V. Arcb.* [b] Καὶ omittit ante παραλ. *Arcb.* et *Valla*, ceteri retinent. [c] *Arcb. V. Ald. Paris. A. B.*, et Schol. in *Ariſtoph.* Plut. v. 488., διδόναι *M. Paſ.* [d] Οὕτως Ἰνδοὶ *Arcb.*, οὕτω οἱ Ἰνδοὶ *Ald. Paris. A. B.* cum *Vind.*, οὕτοι οἱ *M. Paſ. Ask.* [e] Κάλλιστον κεκριμ. *V. Arcb.*, qui paullo ante ἐσχατοί κως· et οἰκημένης *Ask. Paſ.* [f] *M. Ask. Paſ.*, ὀλίγῳ *Paris. A. B. Ald. Arcb. V.* [g] *M. Paſ. Ask.*, πετεινὰ reliqui omnes. [h] *Arcb. V. Paſ. Ask.*, εἰσὶ *Ald. Med.*, tum τοῦτο δὲ ἐσσ. *Ald. Arcb. M. Paſ.*, alii οὗτοι γὰρ ἐσσ. Porro Νυσαίων *Arcb. Valla*, Νησ. *Paſ.* [i] Tria ista non legit *Arcb.*, mox ἐσήμηνα id. et *Vind.* [k] Deſit utrique. [l] *M. Arcb. Ask. Paſ.*, olim ex *Ald.* τῇ ἀπό. [m] Χωρέων *Arcb. V. Paſ.* neque absurde: mox δὲ non est in duobus prioribus. [n] *Med. Paſ. Ask.*, in aliis καὶ μούνῃ. [o] Semper *Arcb. Paſ. Valla*, *Euſtath.* in Dionys. v. 933., qui et κινων. Conf. L. II, 86., olim κασσίη. [p] *M. Arcb. Paſ. Ask.*, ταῦτα γὰρ *Ald.*, mox δυσπετέως κτέωνται *Arcb.*

22. Καὶ παραλύεσθαι ἐπελκομένους &c.] Inest his ingrati quidpiam ob ſequentia. Cl. *de Pauw* καὶ παραλ. ἐπελκομένους καὶ ὁμοῦ ἀμφοτέρους *et deficere attractos aliquando duos pariter*, levi mutatione. Maius est molimen docti viri in *Miſcell. Lipſienſibus* Vol. VII. p. 93. Mihi copula non placet, proſcripta in *Arcb.* et inducta: tum dubium est, debeatne παραλύεσθαι de virium reſolutione, an vinculorum ſumi. Quorum in poſterius ſaepe declivis fui. Mares cameli eraut *σειρηφόροι funales*: in pernici curſu cum feminis pares haud eſſent, *attracti exſolvebantur*, ſed οὐκ ὁμοῦ ἀμφότεροι, *non ambo pariter*, prior fortaſſe dexter, tum ſiniſter, aut contra. Hoc ſi valeat, ceſſabit fortaſſe difficultas. Certius est, διδόναι μαλακὸν pugnare ſermonis genio et ex ſchedarum macula veniſſe. *Hemſterbuſium* fugere hoc ad Comici *Plutum* non potuit, cuius monito adiungenda *Elsneri* obſervata Sched. Critici p. 10. Praeſtat praeterea οὕτω Ἰνδοὶ aut οἱ Ἰνδοὶ ex *Aldo* et aliis. Sic C. 109. οὕτω κτῶνται Ἀράβιοι.

24. Ἐνδιδόναι μαλακὸν οὐδέν] Virum Clar. notavit *T. H.* ad *Schol.* in *Ar.* Plut. v. 488. ubi haec *Herodoti* commodum admovit Grammaticus Ariſtophaneis, μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδέν· ſimilia quaedam collegere *L. Kuſter.* et in Schediasm. Crit. ſe longe doctiorum ſatis ſuperbus cenſor *Iac. Elsnerus*. Quid haec ſibi velint non est obscurum; *femellas* nempe *camelorum deſiderio pullorum, a quibus fuerant abſtractae, gradu currere concitatisſimo, maribus ſua quoque natura velociores.* Sed mihi non plane liquet, quid in proximis dixerit de duobus maribus *funariis*: σειρηφόρους fuisſe novimus ex Cap. 102. *inſidens femellae habebat Indus* σειρηφόρον ἑκατέρωθεν ἔρσενα παρέλκειν. VALCKEN.

27. Ὀρυσσόμενος] Omiſsum non requirerem: Hic ſatis erat dixisſe: ἄλλος δὲ σπανιώτερος ἐν τῇ χώρῃ. Flumina etiam erant aurifera: Cap. 106. χρυσὸς ἄπλετος αὐτόθι ἐστὶ, ὁ μὲν ὀρυσσόμενος· ὁ δὲ καταφορεύμενος ὑπὸ ποταμῶν· ὁ δὲ —— ἁρπαζόμενος. Haec *Is. Caſaubonus*, quaeque participium ὀρυσσόμενος ſequuntur, αἱ δ' ἐσχατιαὶ κως τῆς οἰκουμένης τὰ κάλλιστα ἔλαχον, adhibuit in *Athen.* VI, c. 4. ad ista p. 233. D. ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς οἰκουμένης καὶ ποτάμιοι τὰ τυχόντα ψήγματα χρυσοῦ καταφέρει· quae, ni fallor, *Poſidonii* verba, *Euſtathio* etiam excitata ad Od. Δ. p. 153, 42. Celtarum, quos vocabant, flumina potisſimum ſpectant. Eidem *Poſidonio* ſua hac de re debet *Diodorus Siculus* V, c. 27. ut pleraque, quae de Hiſpanis, Gallis, et finitimis populis nobis tradidit. Hunc quoque fontem *Diodori*, praeter ceteros, aperuit eruditio *Weſſelingii*. VALCKEN.

39. Καὶ ἀρετῇ τῶν ἀπὸ τῶν οἰῶν] Nihil verius. Idem ingenii remigio *Pauius* adſecutus fuit. Larga de hoc arborum genere *Palmerii* disputatio Exerc. in Gr. Script. p. 18. plantam, gosſypii feracem, excludit, arborem *gosſampinam* praeferens *Plinii*. Quae *Bellonius* Obſerv. II, 6., *Proſp. Alpinus* de Plant. AEgypt. C. 18. et popularis meus *Io. Veslingius* Obſerv. in Alpin. C. 18., ea disputanti adſentiunt cum *Bod. a Stapel* ad *Theophraſt.* H. Plant. L. V, C. 9. p. 427.

45. Εὐπετέως] Solam itaque *myrrham* ſibi comparabant χαλεπῶς et σὺν πόνῳ; haec enim apud noſtrum opponuntur τῷ εὐπετέως: cur ergo de illa tacet, multis enarrans quomodo colligerent λιβανωτὸν, κασσίην, κινάμωμον, λήδανον; ſic ut dici potius debuisſe videantur ταῦτα πάντα ναῖδι οὐκ εὐπετέως, vel δυσπετέως· poſtremum praebet Cod. *Arcb.* teſte *Galeo*. VALCKEN.

45. Πλὴν τῆς σμύρνης εὐπετέως κτέωνται] Velle haec videntur, myrrham difficulter comparari, de qua et eius colligendi modo, in aliis aromatibus ſtudioſe occupatus, nihil ſcriptor. Thus, caſiam, cinnamomum non

myrrham. Thus quidem Arabes styrace suffientes colligunt, ea quam Phœnices ad Græcos exportant: hanc suffientes thus capiunt. Etenim thuriferas illas arbores servant colubri subalati, exiguo corpore, discolori specie, permagno numero circa singulas arbores; iidem videlicet qui adversus AEgyptum facto exercitu tendunt. Nec ullo alio ab arboribus quam styracis fumo submoventur, universam terram oppleturi, ut Arabes aiunt, nisi, ut iidem narrabant, simile quiddam istis contingeret ei quod novimus contingere viperis, idque, ut credere debemus, solerti divinitatis prudentia, nam quæ et timido animo sunt et esculenta, ea omnia fetuosa fecit, ne assiduo esu deperirent: contra, quæ sæva et maligna sunt, parum fetuosa. Unde fit ut lepus, quem venatur omnis fera, ales, homo, tam ferax sit: solaque ex omnibus bestiis, quum gravida est, denuo se impleri patiatur, et alium fetum in utero gestet pilis vestitum, alium nudum, alium tantum quod formatum: alium concipiat. Et lepus quidem talis est. At leæna validissimum ferocissimumque animal, semel in vita unum parit, nam una cum fetu uteros emittit. Cuius rei causa est hæc, quod scymnus leoninus, ubi moveri in utero

ναιτὸν συλλέγυσι, τὴν σύραλα θυμιῶντες, τὴν ἐς Ἕλληνας Φοίνικες ἐξάγυσι· ταύτην θυμιῶντες λαμβάνυσι· τὰ γὰς δένδρεα [a] ταῦτα τὰ λιβανοτοφόρα, ὄφιες ὑπόπτεροι, μικροὶ τὰ μεγάθεα, ποικίλοι τὰ εἴδεα, φυλάσσυσι, πλήθει πολλοὶ περὶ δένδρον ἕκαστον· οὗτοι οἵπες [b] ἐπ' Αἴγυπτον ἐπισρατεύονται, οὐδενὶ δὲ ἄλλῳ ἀπελαύνονται ἀπὸ τῶν δενδρέων, ἢ τῆς σύραλος τῷ καπνῷ. Λέγυσι δὲ καὶ τόδε Ἀράβιοι, ὡς πᾶσα ἂν γῆ [c] ἐπίμπλατο τῶν ὀφίων τούτων, εἰ μὴ γίνεσθαι κατ' [d] αὐτοὺς οἷόν τι κατὰ ἐχίδνας ἠπισάμην γίνεσθαι· καί κως τοῦ θείυ ἡ πεονοίη, ὥσπες καὶ [e] οἰκός ἐσι, ἐοῦσα σοφή· [f] ὅσα μὲν γὰς ψυχήν τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πάντα πολύγονα πεποίηκεν, ἵνα μὴ ἐπιλίπηται κατεσθιόμενα· ὅσα δὲ σχέτλια καὶ ἄνομα, ὀλιγόγονα· τοῦτο μὲν, ὅτι ὁ [g] λαγὸς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίυ, καὶ ὄρνιθος, καὶ ἀνθρώπυ· οὕτω [h] δή τι πολύγονόν ἐσι· ἐπικυΐσκεταί μοῦνον πάντων θηρίων· καὶ τὸ μὲν δασὺ τῶν τέκνων ἐν τῇ γασρὶ, τὸ δὲ, ψιλόν· τὸ δὲ, [i] ἄρτι ἐν τῇσι μήτρῃσι πλάσσεται· τὸ δὲ, [k] ἀναιρέεται· τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτό ἐσι· [l] ἡ δὲ δὴ λέαινα, ἐὸν ἰσχυρότατον, καὶ θρασύτατον, ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἕν· τίκτουσα γὰς, συνεκβάλλει τῷ τόκῳ τὰς μήτρας· τὸ δὲ αἴτιον τούτυ ἐσί· ἐπεὰν ὁ σκύμνος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν ἄρχηται διακινέεσθαι,

a Desideratur hoc in *V. Arch.* Tangit *Plinius* XII. H. N. C. 17. b Omittit praepositionem *Arch.* c *M. Ask. Pasf.*; ἐπιμπλέετο *Ald. Arch. V.*, mallem ἐπιμπλέατο uti C. 88. d Αὐτοὺς ἀπηγέοντο οἷόν τι καὶ τὰς *V. Arch. Valla.* e *M. Ask. Pasf.*, εἰκὸς alii. Mox ἐοῦσα non est in *Arch. Vind.* f *M. Ask. Pasf. Arch. V.*, γὰς ab aliis negligitur. Statim ἐπιλίπῃ *Arch. Vind.* ora *Stepb.* et ἀνίητὰ *Arch.* g *Arch.*, Vide I, 123. λαγὼς *V. Pasf. Ask. Athenaeus* L. IX. p. 400. F., λαγωὸς Edd. tum ὑπὸ ἅπαντος *V. Arch.* h *Pasf. Ask. Athen. V. Arch.*, qui praeterea πολύγονος. Vulgo δή τι τὸ πολ. Mox ἐπικυΐσκει τε *Athen.* et *Eustath. Hom.* p. 908, 2. et πάντων θηρ., sine τῶν, cum *Arch.* et *Pasf.* Carere hic eo possumus. i Ἄρσην *Arch.* k Ἐπαναιρέεται *Eustath.*, ἐπ' ἀναίρεται *Athen.*, brevi post τοιοῦτόν ἐσι *V. Arch.* l Ἡ δὲ λε. *Ask.*, melius *A. Gellius* N. A. XIII, 7. Quae continuo, habet hinc *Antigon. Caryst.* Hist. Mirab. C. 25.

non sine periculo Arabes sibi quaerebant, in ledano fortasis non tantum discriminis et laboris. Qui ergo δυσπετέως de omnibus? Cl. *de Pauw* πλὴν hic alt includere, non, ut plerumque semper, excludere: verti debuisse; *praeter myrrham illa omnia facile parant Arabes:* non unam enim myrrham, sed omnia illa aromata in promtu et parato esse. Mihi dubius voculae talis usus, praestabiliusque *Arch.* δυσπετέως *difficulter* censetur. Myrrha sine magna colligebatur aerumna, reliqua δυσπετέως periculoso opere; quod in thure, casia et cinnamomo certum ipse praestat. Styracem autem ad serpentes fugandas, in odoriferis silvis frequentissimas, Arabes urere Nostri exemplo *Plinius* H. Nat. XII, 17. Serpentes habet Musa seeunda C. 75. et *Diodorus* L. III, 47.

60. Ἀνιηρὰ] *Quae* cutem *pungunt* aut etiam animum, dicuntur ἀνιαρὰ, *molesta. Muscae, crabrones, pulices* atque id genus animalcula hominibus sunt ἀνιαρά· ἀνιαρόν εἰσιν αἱ μυῖαι. *Leaenae, viperae*, de quibus acturus est, me iudice dici vix possunt ἀνιηρά. Non de nihilo est, quod legitur in Cod. *Arch.* ἀνιητά· parum distans ab ἄνικτα. Corrigendum arbitror: ὅσα δὲ σχέτλια, καὶ ἄμικτα, ὀλιγόγονα. Non ferae tantum istiusmodi, sed ferinis etiam moribus populi saepe dicuntur ἄμικτοι. Aristogiton, ὄφις ἢ σκορπίος dictus *Demosthenis*, vocatur eidem ἄμικτος, p. 489, 74. Centauros, θῆρας, *Soph.* vocat ἄμικτον σρατὸν, Trach. v. 1111. Obponuntur ap. *Herod.* ὅσα ψυχήν τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα. VALCKEN.

61. Ὁ λαγωὸς] Quae de *lepore* tradit, ex *Athen.* IX, p. 400. F. *Eustath.* in *Hom.* Il. M. p. 869, 16. et aliunde hunc in modum videntur integranda: ὁ λαγὸς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται καὶ θηρίου καὶ ἐρνιθὸς καὶ ἀνθρώπου, οὕτω δή τι πολυγονόν ἐσι· ἐπικυΐσκεταί τε μοῦνον πάντων θηρίων· καὶ τὸ μὲν δασὺ τῶν τέκνων ἐν τῇ γασρὶ, τὸ δὲ ψιλὸν, τὸ δὲ ἄρτι ἐν τῇσι μήτρῃσι πλάσσεται, τὸ δὲ ἐπαναιρέεται. Mitto reliqua, quae vulgatis procul dubio sunt meliora. Formam Ionicam λαγὸς dat Codex *Arch.*, λαγοῦ legitur et alibi ap. nostrum: Λαγὸς, ὁ Ἴων, *Phrynichus* p. 78. *Eustath.* in Il. χ, p. 1372, 47. *H. Stephan.* App. de Dial. A. p. 148, 149, 193. —— Postremum ἐπαναιρέεται est ex *Eustathio*, qui illud explicat: ἐπαναλαμβάνεται, καὶ ἐπὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ τελευτήροις κυήμασι σπερματικῶς συλλαμβάνεται. *Herodotea* comparans cum *Plinianis Salmas.* in *Solin.* p. 283, praefetre videtur ἐπαναίρεται, quod *Athenaei* praebet editum exemplar. Ἀναιρέεσθαι *Herodoteum* est: L. VI, c. 69. ad Demaratum mater: ἐν — σε τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἀναιρέομαι id est συλλαμβάνω· vid. Cl. *Abresch* ad lib. *Cattierii* p. 66. Lepus vero, quae *super priores foetus alium adhuc concipit*, ἐπαναιρέεται. Idem est paulo ante Ἐπικυΐσκεται· adiecto τε formam praetuli mediam vulgatae in *Athenaeo* et *Eust.* ἐπικαΐσκει τε memineram, bis apud *Herodotum* legi κυΐσκεσθαι, L. II, c. 93. *pisces* ἐπεὰν ἐσίῃ οἶσρος κυΐσκεσθαι. L. IV, c. 30. ἐπεὰν προσίῃ ἡ ὥρη κυΐσκεσθαι τὰς ἵππους· quin etiam ἐπικυΐσκεται apud *Clem. Alex.* reperiri Paedag. II, p. 223, 17. de leporis agentem salacitate: ὀχεύει πᾶσαν τὴν ὥραν ὁ λαγώς· —— κυεῖ δὲ κατὰ μῆνα καὶ ἐπικυΐσκεται· ὀχεύεται καὶ τίκτει· τεκοῦσα δὲ εὐθὺς ὀχεύεται ὑφ' οὗ ἂν τύχῃ λαγωοῦ· καὶ συλλαμβάνει πάλιν ἔτι θηλαζομένη. Paria de lepore tradiderunt *Xenophon* Cyneg. p. 572, 33. *Aristoteles* de Gen. Anim. IV, c. 5. *AElianus* de N. A. II, c. 12. Ex *Theone* partim, ad *Arati* Phaenom. V, 338. sic redintegrari poterit cap. 34. Catasser. *Eratosthenis:* Λαγωός ἐσιν ἐν τῇ κάλ. κυνηγίᾳ εὖ τεθεὶς· διὰ δὲ τὴν ταχύτητα τοῦ ζώου καὶ τὴν πολυγονίαν —— μόνον γὰς τῶν τετραπόδων δοκεῖ κύειν πλείονα, ὧν τὰ μὲν τίκτει, τὰ δ' ἔχει ἐν τῇ κοιλίᾳ. VALCKEN.

57. Σὺ γὰρ ἐν ἀνδρὸς λόγῳ] Minus adtendenti blandiri posset lectio Codd. ἀνδρῶν mihi genuinum videtur vulgatum ἀνδρός. *Viri* quidem *praestantes* εἶναι dicuntur ἐν λόγῳ (οἵπερ εἰσὶν ἐν λόγῳ restituerem in *Euripidis* Rhesо v. 149.) *quique nullo sunt numero*, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ· verum εἶναι ἐν ἀνδρῶν λόγῳ hoc sensu vereor ut Graecis fuerit in usu. Nisi fallor, σὺ γὰρ ἐν ἀνδρὸς λόγῳ; tantundem est ac σὺ γὰρ ἀνήρ; *tune vir fortis*, vel *egregius censereris?* sive σὺ γὰρ ἐν ἀνδρὸς μοίρᾳ vel μέρει. *Platoni* in Menex. p. 249. dicitur civitas bello defunctis ἐν κληρονόμου καὶ υἱέος μοίρᾳ καθεσηκυῖα· ἐν πολεμίου μοίρᾳ, *Demosth.* p. 412, 92. *Tanquam privatae sortis hominem degere*, ἐν ἰδιώτου μέρει διάγειν, *Isocrat.* Euag. p. 193. C. *Eusebius Stobaei* p. 567., 9. ὅδε μὲν καὶ ὅδε ἄρχουσι καὶ τετιμέαται· τὸ δ' ἐμὸν ἐν ἰδιωτέῳ λόγῳ καὶ ἀτίμου· eadem est *Herodoti* forma scribendi. VALCKEN.

65. Δι' ὅν τινα κακῶς ἤκουσε] Stat *H. Stephani* fides, ab omni in posterum suspicione inmunis. Certe commodissimum, agnoscente *Gronovio*, quod rediit. Cl. *Reiskio* διά τινα idem prorsus ac δι' ὅν τινα *propter quem*, ob veterum exempla, *Miscell. Lips.* Vol. IX, p. 312. sedulo conducta, quibus uti nunc non licet.

69. Καὶ Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον] AEtas hominis hinc constituta manet. Amores et Polycratis familiaritatem non persequor. Multa *P. Baelius* post alios in *Lexico*, verum copiosior, quam res postulabat, in scriptorum disensu ventilando. Vixit Musarum, Veneris Bacchique corculum Cyro, Cambyse et Dario, Persarum regibus: haec discrepantiae origo. Ipsa autem conmemoratio haec *Herodoti*, verborum seriem et structuram si consideres, inplicatior atque ex interpositis parenthesibus paullo inpeditior est: hinc variae coniecturae et mutationes, quas doctis auctoribus relinquo. Pendent omnia ex οἱ δὲ ἐλάσσονες λέγουσι &c.

79. Μύρσον τὸν Γύγεω] Genusne Myrsus ex Gyge, Lydorum rege, derivarit, non habeo, etsi veri specie defectum non sit, dicere. Nomen Lydum esse, Myrsi et Myrsili, Lydiae regum tituli L. I, 7. nitide declarant. Recurret homo L. V, 122., ubi mendose et contra fidem Codd. huc usque Μύρσης.

82. Πάρεξ Μίνωός τε τοῦ Κνωσσίου] De Minoë fatentur *Thucydid.* I, 4., *Diodorus* IV, 60. V, 54. et ibidem nominati. Minoëm inter et Polycratem tamen plures θαλασσοκρατοῦντας *Africanus* et *Eusebius* in Chronicis recensuerunt, a summis viris *Casaubono* in *Polyb.* p. 192. et *Seldeno* de Mar. Clauso L. I, 10. ordine digestos et temporibus divisos. Sed hic reges et tyranni nominantur. Nam aut Democratici aut Aristocratici formula imperii gubernabantur fere Graeci illi, penes quos dominium marinum toties, ut ap. *Eusebium* et *Africanum* traditur, variabatur, bene *Seldenus:* vere quoque *Scaliger* ἀνθρωπηίην γενεὴν esse tempus historicum, et opponi τῇ μυθικῇ L. III. C. Isagog. p. 278. Aliis ἀνθρωπίνη γενεὰ et ἀνθρώπειος spatium vitae humanae XXX. annorum aut etiam pauciorum, uti *Artemidoro*, *Porphyrioque*, quos *Berglerus*, huc non pertinentes, advocavit.

85. Πολυκράτης ἐστὶ πρῶτος,] Hiabat sermo, nunc lenis-

Ioniæ atque insulis dominandi. Hoc igitur eum in animo habere certior Orœtes factus, misit nuncium in hæc verba, OROETES POLYCRATI ITA INQVIT, Audio te res ingentes agitare animo, sed proposito rem pecuniariam non suppetere. Quod si ita feceris ut suadeo, prospexeris et tibi et saluti meæ. Nam rex Cambyses, ut mihi pro comperto renunciatur, de me interficiendo cogitat, nunc igitur me ipsum recipito, atque pecunias, earum partem tibi habiturus, partem mihi permissurus: et ipsarum pecuniarum beneficio omni Græciæ imperaturus. De quibus si mihi fidem non habes, mittito quempiam tibi fidissi-
123 mum, cui ego monstrabo. Quo audito Polycrates gavisus est, atque obsequi volebat, maiorem enim in modum pecuniam avebat. Mittit itaque prius ad rem inspiciendam e popularibus Mæandrium Mæandrii filium, scribam suum: qui non longo post hæc tempore ornatum conclavis Polycratis spectatu dignum templo Iunonis omnem dicavit. Hunc Orœtes quum cognovisset speculatorem esse exspectandum, ita sibi agendum putavit: Octo arcas lapidibus quum implevisset, præter admodum parvam partem circa ipsas oras, ac superficiem lapidum aurum iniecit: easque arcas alligatas in expedito habet. Quas adveniens Mæandrius quum inspexisset, Poly-
124 crati renunciavit. At ille dehortantibus multum tum vatibus, multum quoque amicis, profectus illuc est, quum etiam filia in somnio vidisset hoc visum. Videbatur sibi cernere patrem in aëre sublimem esse, qui a Iove quidem lavaretur, a sole autem unisime labens. Πρῶτος ob praecedentia placuit. Quod de *Ionia* sequitur, ridiculum Cl. *de Pauw* et plane absonum est. Non ea enim fuisse Polycratem potentia, ut Ioniam posset Persarum regi eripere: imperium maris et insularum animo agitasse, id hic innui; repetendum ex superioribus et considerandum ac si θαλάσσης Ἰωνίης foret. Sic vir doctus. Verum ut amantes sibi somnia fingunt, haud aliter ambitiosi. Polycrates mari, quod Ioniam adspergit, iam dominabatur in Musae huius C. 39. Crevit habendi cupido, et hominem in perniciem detrusit, vana se spe lactantem.

85. Πολυκράτης μοῦνος] Quomodo tandem *solus?* quum tam multi memorentur in historia veteri θαλασσοκράτορες. *Vallae* vetus et vera lectio fuit iterum a correctoribus obliterata: vertebat *Valla: Primus, inquam extitit ex eo genere, quod humanum vocatur* (opposite ad *heroicum:*) *qui multam conciperet spem Ioniae atque insulis dominandi.* Legit itaque, quod ex *Arcb.* Cod. dedit *Galeus:* Πολυκράτης ἐστὶ πρῶτα (vel πρῶτος) ἐλπίδας πολλὰς ἔχων Ἰωνίης τε καὶ νήσων ἄρξειν· quod, mea quidem sententia, paene significat idem atque illud de eodem Polycrate paulo ante dictum *Herodoto:* πρῶτος — Ἑλλήνων — θαλασσοκρατέειν ἐπενοήθη. *Thucydidi* dicitur insulas sibi subiecisse Polycrates ναυτικῷ ἰσχύων, I, c. 13. *Straboni*, fuisse δυνάμει λαμπρὸς, ὥστε καὶ θαλαττοκρατῆσαι, XIV, p. 945. B. Qui maris tenuere mediterranei partem Graeci, superbo θαλασσοκρατούντων insignes titulo, in aliquot insulas AEgaei maris exercebant imperium, sic satis interdum violentum; nam obniti quidem noverant dominationem affectantibus, sed moderate imperandi artem ignorabant Graeci. Insulas, quarum imperium erat τὸ θαλασσοκρατεῖν, per contemptum νησύδρια Thessalus vocabat Iason apud *Xenoph.* E. VI, p. 340, 8. Nobis ista nunc nota sunt, quae forsan ignorasemus, absque *Casauboni* fuisset in *Polybium* commentario p. 97. qui pag. 192. et seqq. sequutus *Eusebii* ductum populos θαλασσοκράτορας recensuit, huius Herodotei tum forte loci non memor; nam quod de Minoë tradit Noster, enotavit e L. IV, c. 60., *Diodori Siculi*, idem illud de Minoë ter quaterve tradentis alibi.

VALCKEN.

2. Μαιάνδριον Μαιανδρίου] Restituit e *Med. Gronov.* accedunt *Valla*, *Arcb.* et saepius in c. 142. et seqq. *Herodoto* dicitur Μαιάνδριος. Praeter *Perizon.* vid. *Hemsterh.* ad *Luciani* p. 478, 510. Patris nomen filio fuit inditum, more minus inter Graecos usitato: Persas id ipsum fecisse nonnunquam, Herodotei demonstrant Ἀρταφέρνης ὁ Ἀρταφέρνεος· et Τδάρνης ὁ Τδάρνεος. In duobus *Demosthenis* locis p. 144, 98. et p. 744, 191. quinque memorantur patribus cognomines, Cephisophon, Cleon, ipse Demosthenes, Hippocrates, Diophanes, omnes eiusdem aetatis Attici: hoc aevo multo fuit illud usitatius quam olim.

VALCKEN.

7. Λάρνακας ὁ. πληρώσας λίθων] *Amphoras complures complens plumbo, summas operiens auro et argento,* Gortynios dum callide ludificabatur Annibal, ut a Graecis alia, hoc forte ceperat ex *Herodoto* consilium; nam Graece Poenum scientem *nonnihil* etiam *temporis tribuisse literis* constat. Ut Polycratem Oroites, catos illos Athenienses non immeritos deceperunt Egestaei apud *Thucyd.* VI, c. 46. *Diodor.* XII, c. 83. *Polyaen.* VI, c. 21. Fraus dissimilis, qua Syracusanus Pythius bonum illum equitem Romanum circumvenit, *Ciceroni* venuste narratur, de Off. III, c. 14.

VALCKEN.

Ἰωνίης τε καὶ νήσων ἄρξειν· μαθὼν ὦν [a] ταῦτά μιν διανοεύμενον ὁ Οροίτης, πέμψας ἀγγελίην, ἔλεγε
„ τάδε, ΟΡΟΙΤΗΣ ΠΟΛΥΚΡΑΤΕΙ ΩΔΕ ΛΕ-
„ ΓΕΙ· Πυνθάνομαι ἐπιβουλεύειν σε πρήγμασι με-
„ γάλοισι, [b] καὶ χρήματά τοι οὐκ εἶναι κατὰ τὰ
„ Φρονήματα· [c] σὺ νῦν ὧδε ποιήσας, ὀρθώσεις μὲν
„ σεωυτὸν, σώσεις δὲ καὶ ἐμέ· [d] ἐμοὶ γὰρ βασιλεὺς
„ Καμβύσης ἐπιβουλεύει θάνατον, καί μοι τοῦτο
„ ἐξαγγέλλεται σαφηνέως· σὺ νῦν ἐμὲ ἐκκομίσας αὐ-
„ τὸν, καὶ χρήματα, τὰ μὲν, [e] αὐτέων αὐτὸς
„ ἔχε, τὰ δὲ, ἐμὲ ἔα ἔχειν· [f] εἵνεκέν τε χρημά-
„ των, ἄρξεις ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος· εἰ δέ μοι ἀπι-
„ στέεις τὰ περὶ τῶν χρημάτων, πέμψον ὅστις τοι
„ πιστότατος τυγχάνει ἐών, τῷ ἐγὼ [g] ἀποδέξω.”
Ταῦτα ἀκούσας ὁ Πολυκράτης, ἥσθη τε καὶ ἐβούλετο·
1 καί κως, ἱμείρετο γὰρ χρημάτων μεγάλως, ἀπο-
πέμπει πρῶτα κατοψόμενον [h] Μαιάνδριον Μαιανδρίου,
ἄνδρα τῶν ἀστῶν, ὃς οἱ ἦν γραμματιστὴς· ὃς χρόνῳ ὑ
πολλῷ ὕστερον [i] τετέων, τὸν κόσμον τὸν ἐκ τῆ ἀν-
5 δρεῶνος τῆ Πολυκράτεος ἐόντα ἀξιοθέητον ἀνέθηκε πάν-
τα ἐς τὸ Ἡραῖον· ὁ δὲ Οροίτης, μαθὼν τὸν κατάσκο-
πον ἐόντα [k] πρόσδοκιμον, ἐποίεε τοιάδε· λάρνακας
ὀκτὼ πληρώσας λίθων, πλὴν κάρτα βραχέος [l] τοῦ
περὶ αὐτὰ τὰ χείλεα, ἐπιπολῆς τῶν λίθων, χρυσὸν
10 ἐπέβαλε· καταδήσας δὲ τὰς λάρνακας, εἶχε ἑτοί-
μας· ἐλθὼν δὲ ὁ Μαιάνδριος, [m] καὶ θεησάμενος, ἀπ-
ήγγειλε τῷ Πολυκράτεϊ. Ὁ δὲ, πολλὰ μὲν τῶν
[n] μαντίων ἀπαγορευόντων, πολλὰ δὲ τῶν φίλων, ἐ-
στέλλετο [o] αὐτόσε· πρὸς δὲ, καὶ ἰδούσης τῆς θυγα-
15 τρὸς ὄψιν συμπίπτειν τοιήνδε· ἐδόκεέ οἱ τὸν πατέρα ἐν τῷ
ἠέρι μετέωρον ἐόντα, λοῦσθαι μὲν ὑπὸ τοῦ Διὸς,
χρίεσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ ἡλίου· ταύτην ἰδοῦσα τὴν ὄψιν,

παν-

a M. Pasſ. Ask. Arcb. V., vulgo μὲν aberat, mox ἐς ἀγγελ. *Arcb.* *b* Χρήμ. δέ τοι *Arcb. V.* *c* Σὺ νῦν *Ask.* ora *Steph.* *d Arcb. M. Pasſ. Ask. V.*, in aliis ἐμοὶ μὲν γ. *e* Abest *Ask.* et mox τάδ' ἔα *Arcb. V.* sine pronomine. *f M. Arcb. Ask. Pasſ.*, εἵνεκα *Ald.*, statim τῆς ἁπάσ. *V. Arcb.*, ἁπάσ. τῆς *M. Ask. Pasſ.*, articulum ceteri non norunt. *g* Sic omnes illi: ὑποδέξω *Ald.* et Edd. tum ὁ Πολ. bene *Arcb.*; deerat ὁ *Edd.* *b* Iidem omnes cum *Valla* et *Luciano* Contempl. C. 14. vulgo Μαιανδρον et mox. *i Arcb.*, τούτων *Ald.* &c. *k* Δόκιμον *Arcb.* male: statim consentit *M. V. Ask. Pasſ.* τοιάδε, nam τάδε *Ald.* Edd. *l* Defit *Arcb.* *m* Duo haec desunt eidem. *n M. Ask. Pasſ.*, μαντηΐων *Arcb. V. Ald. Paris. A. B.* *o* Αὐτὸς ἰέναι *Arcb.* αὐτ. ἀπιέναι *Vind.*

παντοίη ἐγένετο μὴ ἀποδημῆσαι τὸν Πολυκράτεα παρὰ τὸν Ὀροίτεα· καὶ δὴ καὶ ἰόντος αὐτοῦ ἐπὶ τὴν [a] πεντηκόντερον ἐπεφημίζετο· ὁ δέ οἱ ἠπείλησε, ἢν σῶς ἀπονοστήσῃ, πολλὸν μιν χρόνον παρθενεύεσθαι· ἡ δὲ ἠρήσατο ἐπιτελέα ταῦτα γενέσθαι· βούλεσθαι γὰρ παρθενεύεσθαι πλέω χρόνον ἢ τοῦ πατρὸς ἐστερῆσθαι. Πολυκράτης δὲ, πάσης συμβουλίης ἀλογήσας, ἔπλεε παρὰ τὸν Ὀροίτεα, ἅμα ἀγόμενος ἄλλους τε πολλοὺς τῶν [b] ἑταίρων, ὃν δὲ δὴ καὶ Δημοκήδεα τὸν Καλλιφῶντος, Κροτωνιήτην, ἄνδρα ἰητρόν τ' ἐόντα, καὶ τὴν τέχνην [c] ἀσκέοντα ἄριστα τῶν κατ' ἑωυτόν· ἀπικόμενος δὲ ἐς τὴν Μαγνησίην ὁ Πολυκράτης, διεφθάρη [d] κακῶς, οὔτε
208 ἑωυτοῦ ἀξίως οὔτε τῶν ἑωυτοῦ φρονημάτων· ὅτι γὰρ μὴ οἱ [e] Συρηκουσίων γενόμενοι τύραννοι, οὐδὲ εἷς τῶν ἄλλων Ἑλληνικῶν τυράννων ἄξιός ἐστι Πολυκράτεϊ μεγαλοπρεπείην συμβληθῆναι· ἀποκτείνας δέ μιν οὐκ [f] ἀξίως ἀπηγήσιος Ὀροίτης ἀνεσταύρωσε· τῶν δὲ οἱ ἑπομένων ὅσοι μὲν [g] ἦσαν Σάμιοι, ἀπῆκε, κελεύων σφέας ἑωυτῷ χάριν εἰδέναι, ἐόντας ἐλευθέρους· ὅσοι δὲ ἦσαν ξεῖνοί τε καὶ δοῦλοι τῶν ἑπομένων, ὀν ἀνδραπόδων λόγῳ ποιεύμενος εἶχε. Πολυκράτης δὲ ἀναχρεμάμενος, [h] ἐπετέλεε πᾶσαν τὴν ὄψιν τῆς θυγατρός· ἐλοῦτο μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ Διὸς ὅκως ὕοι, ἐχρίετο δὲ ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἀπιεὶς αὐτὸς ἐκ τοῦ σώματος ἰκμάδα. Πολυκράτεος μὲν δὴ αἱ πολλαὶ εὐτυ-

ungeretur. Hanc visionem conspicata, instabat omni modo disuadere, ne a patria proficisceretur ad Orœtem: quinetiam ad navem L remorum eunti male ominabatur. Cui quum ille minitaretur, si sospes rediret, fore ut hæc perdiu maneret virgo: ipsa ut ita contingeret, sibi imprecata est, malle enim se diutius virginem esse quam patre orbari. Polycrates omne consilium pro nihilo habens, ad Orœtem navigavit, cum alios multos familiarium secum ducens, tum vero Democedem Calliphontis filium, Crotoniensem medicum, qui eam artem optime omnium suæ ætatis exercebat. Vbi Magnesiam pervenit Polycrates, tetra morte est affectus, nec digna vel sua persona vel cogitationibus: nam præter illos qui Syracusis tyranni extiterunt, ne unus quidem aliorum Græcorum tyrannorum ullus est magnificentia cum Polycrate comparandus. Eum Orœtes, postquam, indigno, qui referatur, modo occiderat, cruci suffixit: ex illis vero qui illum comitabantur, Samios quidem dimisit, iubens eos gratiam sibi habere quod liberi essent: peregrinos autem atque servos eorum qui comites fuerant, pro mancipiis sibi vendicans, retinuit. Polycrates ergo suspensus omnem filiæ visionem explevit, nam ab Iove quidem, quum plueret, lavabatur; a sole autem ungebatur, dum ipse ex corpore humorem emitteret. Hunc exitum habuerunt tot prosperæ res Polycratis, quem ante

[a] Πεντηκόντερον *Pasf.*, alii πεντηκόντορον statim ἐφημίζετο *M. Pasf. Ask.*, vulgatum habent *Eustath. V. Arcb. Paris. A. B. Ald.* et Edd. [b] Ἑτέρων *Vind.* [c] *Steph.* ora, *Pasf. Arcb. V.*, vulgo ἐπασκ. [d] Κῶς *Arcb.* ex scribendi compendio. [e] Σαρακοσ. *Arcb. V.*, tum γεν. τύραννοι cum *Ald. Paris. A. B. Valla*, in *M. Ask. Pasf.* τύραννοι non sunt, neque eos laudo. [f] ἀξίω *Arcb.* [g] Ἦσαν *Arcb. V. Ask. Pasf.*, male, et mox iterum. [h] *Arcb. Ask. Pasf.* ora *Steph.*, alii ἐπετέλεσε.

18. Παντοίη ἐγένετο μὴ ἀποδ.] Cl. *Reiskius* τὸ μὴ ἀποδημῆσαι. Explicatur phrasis L. VII, 10, 3. τότε ΠΑΝΤΟΙΟΙ ἐγένοντο Σκύθαι ΔΕΟΜΕΝΟΙ Ἰώνων λῦσαι τὸν πόρον. Iam quod Polycratis filiae per quietem obiectum dicitur somnium, id ipsum vidisse tyrannum et recitasse, cum Persarum regis iussu in crucem tolleretur, *Philo Iud.* prodidit ap. *Euseb.* Pr. Euang. L. VIII, 13., alios fortasse secutus. Vid. *Mangeium* Oper. *Philon.* T. II. p. 639.

18. Παντοίη ἐγένετο μὴ] In *Xenophontis* semel, ut puto, reperietur: ἐν παντὶ ἦσαν, μὴ —— p. 334, 8. hinc diversum illud *Herodoti* significat: *in omnes se formas vertebat obsecrans Polycratem, domo ne abiret: δεομένη* namque subaudiendum, additum ab *AEliano* N. A. XV, c. 21. παντοῖοι ἐγένοντο οἱ Ἰνδοὶ δεόμενοι τοῦ Ἀλεξάνδρου μηδένα ἐπιθέσθαι τῷ ζώῳ· quod saepe facit, *Herodotum* imitabatur *AElianus*, cuius ista sunt VII, p. 385, 2. παντοῖοι ἐγένοντο Σκύθαι δεόμενοι Ἰώνων λῦσαι τὸν πόρον. Neutrum horum *Portus* adtigit. Quocunque *vehementiore mentis motu subito concitati, terrore* praesertim, seu *metu*, dicuntur παντοῖοι γενέσθαι· uxorem metuens Xerxes *Herod.* IX, c. 108. παντοῖος ἐγένετο, *in omnes se formas vertebat*, ut ne dare cogeretur, quod amata sibi petierat Artaynte: vid. *Luciani* T. I. p. 268. p. 725. T. II. p. 258. et p. 378, 78. ubi reperias παντοίους ὑπ' εὐφροσύνης γενομένους. VALCKEN.

20. Ἐπεφημίζετο] *Gronovio*, compositum hoc proscribenti, satis, puto, faceret *Eustath.* in Il. A. p. 28, 27. Σημειώσαι δὲ ὅτι τὸ παρ' Ἡροδότῳ ΕΠΙΦΗΜΙΖΕΣΘΑΙ, οὐ ταυτόν ἐστι τῷ ἐπευφημεῖν ἀλλὰ μαντικὴ λέξις ἐστὶ, δηλοῦσα προφοράν τινα μαντείας δι' ἀναμνήσεως ἐννυπνίου. Quorum quidem recordatio si animum non subiisset, aderat *Hesychii* Ἐπιφημίσμασιν, οἰωνίσμασιν, potuerantque in promtu esse *Thucydidis* et *Iosephi* verba, a Grammatico explicita. At homines sumus et specie deludimur. Tu vide *Albertium* ad Lexicographum. Restitui πεντηκόντερον, scriptore praeunte.

28. Καὶ τὴν τέχνην ἀσκέοντα] Minimi refert, utrum eligatur: parendum tamen Codd. imperio. Ἀσκεῶν πεντάεθλον IX, 32. pro quo ἐπάσκησας VI, 92. ἀσκεῖν χρηστότητα *Eurip.* Suppl. v. 872., κακότητα ἀσκεῖν *AEschyl.* Prometh. v. 1064. Superius Κροτωνιήτην ἄνδρα, ἰητρὸν fortasse voluit, ut C. 122. Μύρσον —— ἄνδρα Λυδὸν, nisi scribenti in oculis fuerit *Homeri* Ἰητρὸς γὰρ ἀνήρ——.

31. Ὅτι γὰρ μὴ οἱ Συρηκουσίων] Horum corruperat sensum *Valla*, qui eiectam a *Gronovio* reperit et in suo Cod. vocem τύραννοι. Per *Syracusanorum Tyrannos*, quorum μεγαλοπρέπεια cum illa posset Polycratis Samii componi, nullos, ut puto, designare potuit *Herodotus*, nisi nobilissimum illud par fratrum, *Gelonem*, et *Hieronem*; nam primus etiam *Hiero* paulo ante iam illuc abierat, quam historiam suam conderet *Herodotus*; quo tempore Syracusis imperium fuit penes suum dominum, Populum. Utrumque cum excellenti viro Pisistrato comparans *Plutarchus* de Sera Num. Vind. p. 551. F. *Gelonem*, inquit, *novimus, et Hieronem, Sicilienses, et Pisistratum*, ὅτι τυραννίδας ἐχρήσαντο πρὸς ἀρετὴν αὐταῖς, καὶ, παρανόμως ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἐλθόντες, ἐγένοντο μέτριοι καὶ δημοφελεῖς ἄρχοντες. *Gelo* certe, libertatis amantissimis civibus post obitum etiam desideratus, clementiae fuit, et moderationis, et propemodum Regis, qualem fingebant in umbra Philosophi, verum exemplar, civibus dictus εὐεργέτης, καὶ σωτὴρ, καὶ βασιλεὺς, *Diodor.* XI, c. 26. Ad illum non aequiparandus frater *Hiero*, eruditorum istius aevi hominum studiosissimus cultor, *Simonidis*, *Pindari*, *Bacchylidis*, *AEschyli*, ceterorumque (*AElian.* V. H. IV, c. 15.) eo dignus vel inprimis fuit *Herodoto* visus, qui huius laudis ornaretur titulo. Sed his longe recentioris *secundi Hieronis*, (cum *primo* saepe confusi,) sub Romanorum umbra Regis fortunatissimi, mihi multo notior est μεγαλοπρέπεια. VALCKEN.

34. Οὐκ ἀξίως ἀπηγήσιος &c.] Tentata haec varie sunt, frustraneo successu: explicatione indigent, nulla correctione. Significatur, Polycratem, postquam indigno modo, qui narretur, fuisset ab Oroeta occisus, in crucem sublatum. Modus supplicii, quem negat relatu dignum *Herodotus*, aliquod sine dubio crudelitatis insigne exemplum habuit. Solebant Persae cruci suffigendis capita amputare, ut Histiaeo VI, 30. et Leonidae VII, 238., aut pellem detrahere; qua fortasse excoriatione, ut multum in tollendis iis, quorum corpora in propatulo postea ponebant, abusi etiam fuerunt in Polycrate. De Bagapate *Ctesias* Eclog. Pers. C. 58. τὸ δέρμα περιαιρεθὲις ἀνεσαυρώθη. Haec magnus *Casaubonus*, atque, ut opinor, verissime, Exercit. XVI. ad Annal. *Baronii* p. 541.

47. Καὶ

ante vaticinatus ei fuerat Amaſis rex AE-
126gypti. Verum non multo post tempore Polycratis manes ab Orœte pœnas petiverunt, quippe post Cambyſis obitum et uſurpationem a magis regni, Orœtes quum maneret Sardibus, nihil de Perſis, qui a Medis imperio frauda tierant, bene meritus est: ille vero in ea rerum conturbatione Mitrobatem Daſcylii præfectum, qui illi de Polycrate exprobraverat, interemit, et eius filium Cranapem, ſpectatos in Perſis viros: et cum alia quoque generis omnis flagitia commiſit, tum quendam e nunciis, qui ad ipsum a Dario venerat, quod parum iucunda nunciasſet, trucidandum in via curavit, ſummisſis qui redeuntem aggrederentur; trucidatumque
127 cum ipso equo occultavit. Darius, ubi principatu potitus est, Orœtem ulciſci cum ob alia ſcelera, tum præcipue ob Mitrobatem filiumque, cupiebat: ſed adverſus eum directo mittere copias conſilii non erat, utique rebus nondum ſatis tranquillis, et imperio recens parto: quum præſertim audiret Orœtem multa vi nixum, quum mille Perſarum ſatellitio ſtipatus eſſet, nam ſuæ provinciæ habebat Phrygiam, Lydiam, Ioniam. Itaque Darius adverſus hæc hanc rationem inivit: Accitis Perſarum laudatiſſimis, eos alloquutus est his verbis, Perſæ, quis hoc veſtrum mihi repromittat, exequuturus et prudentia duntaxat, et nulla vi, nullisque copiis? Vbi enim opus prudentia est, ibi vi agere nihil attinet. Ergo quis veſtrum mihi Orœtem vel ducat vivum, vel interficiat? qui de Perſis nihil omnino bene meruit, ſed cum alia multa ſcelera admiſit, tum hæc duo: unum, quod duos e nobis, Mitrobatem eiusque filium interemit; alterum, quod a me miſ-

τοχίαι ἐς τοῦτο ἐτελεύτησαι, [a] τῇ οἱ Ἄμασις ὁ Αἰγύπτιος βασιλεὺς προεμαντεύσατο. Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ Ὀροίτεα Πολυκράτεος τίσις μετῆλθε· μετὰ γὰρ τὸν Καμβύσεω θάνατον, καὶ τῶν μάγων τὴν βασιληΐην, μένων ἐν τῇσι Σάρδισι Ὀροίτης, [b] ὠφέλεε μὲν οὐδὲν Πέρσας, ὑπὸ Μήδων ἁπαραιρημένους τὴν ἀρχήν· ὁ δὲ ἐν ταύτῃ τῇ ταραχῇ κατὰ μὲν ἔκτεινε [c] Μιτροβάτεα τὸν ἐκ Δασκυλείου ὕπαρχον, ὃς οἱ ὠνείδισε τὰ ἐς Πολυκράτεα ἔχοντα· κατὰ δὲ, τὸν Μιτροβάτεω παῖδα [d] Κρανάπην, ἄνδρας ἐν Πέρσῃσι δοκίμους· ἄλλα τε ἐξύβριζε παντοῖα, καί τινα [e] ἀγγαρήϊον Δαρείου ἐλθόντα παρ' αὐτὸν, ὡς ἑ πρὸς ἡδονὴν οἱ ἦν τὰ ἀγγελλόμενα, [f] κτείνει μιν ὀπίσω κομιζόμενον, ἄνδρας οἱ ἕ ὑπείσας κατ' ὁδόν· ἀποκτείνας δέ μιν, ἐφάνισε αὐτῷ ἵππῳ. Δαρεῖος δὲ ὡς ἔσχε τὴν ἀρχὴν, [h] ἐπεθύμεε τὸν Ὀροίτεα τίσασθαι, πάντων τε τῶν ἀδικημάτων εἵνεκε, καὶ μάλιστα Μιτροβάτεω, καὶ τοῦ παιδός· ἐκ μὲν [i] δὴ τῆς ἰθείης στρατὸν ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐδόκεε πέμπειν, ἅτε οἱ [k] οἰδεόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων, καὶ νεωστὶ ἔχων τὴν ἀρχὴν, καὶ τὸν Ὀροίτεα [l] μεγάλην τὴν ἰσχὺν πυνθανόμενος ἔχειν· τὸν χίλιοι μὲν Περσέων ἐδορυφόρεον· εἶχε δὲ νομὸν τόν τε Φρύγιον, καὶ Λύδιον, καὶ Ἰωνικόν· πρὸς ταῦτα δὴ ὧν ὁ Δαρεῖος τάδε ἐμηχανήσατο· συγκαλέσας Περσέων τοὺς [m] δοκιμωτάτους, ἔλεγέ σφι τάδε, „ Ὦ
„ Πέρσαι, τίς ἂν μοι τοῦτο ὑμέων [n] ὑποστὰς ἐπιτελέσειε σοφίῃ, καὶ μὴ βίῃ τε καὶ ὁμίλῳ· ἔνθα γὰρ
„ σοφίης δέει, βίης ἔργον οὐδέν· ὑμέων δὴ ὧν τίς μοι
„ Ὀροίτεα ἢ ο ζώοντα ἀγάγοι, ἢ ἀποκτείνειε· ὃς
„ ὠφέλησε μέν κω Πέρσας οὐδέν, κακὰ δὲ μεγάλα
„ ἔοργε· τοῦτο μὲν, δύο ἡμέων ἐπίστωσε, Μιτροβά- 209
„ τεά τε καὶ τὸν παῖδα [p] αὐτοῦ· τοῦτο δὲ, τοὺς
„ ἀρα-

[a] Septem has voces non agnoſcit *Arcb. V.* [b] *Paſ. Arcb.*, alii omnes ὠφέλει, ſtatim παραιρημένους *Arcb. V.* Vid. ſupra C. 65.; mox ἐν ταύτῃ τῇ ταραχῇ *Vall.* et *Arcb.*, ceteri τῇ ἀρχῇ. [c] Μιτροβάτεω παῖδα καὶ αὐτὸν Μιτροβάτεα κρανάτους ἄνδρας ἐν *Arcb.* [d] Κρανάσπην *Steph.* margo, Κρανάτην *Vind. Vall.* [e] Ἀγγαρήϊον *Vind.* et *Arcb.* ap. *Galeum:* in meis excerptis ἀγγελήϊον. Vulgo ἀγγελιηφόρον ἐλθ. Δαρείου quod excuſum, est *Arcb.* [f] *M. Arcb. V. Paſ. Ask.*, ἔκτεινε *Ald.* et alii. [g] Ἵπεις *V. Arcb.*, mox ὁδὸν iidem cum *Paſ. Ask.* [b] *M. Arcb. Paſ. Ask. Vind.*, olim ἐπεθύμησε· ſtatim πάντων τε *Arcb.*, quam voculam omittunt reliqui. [i] Γὰρ *Arcb. V.*, ἰθείης ap. *Suid.* in Ἰθύ. [k] Ora *Steph. Arcb. V.*, οἱ δεόντων *Paſ.*, οἰδούντων *Suid.* in Ὀιδοῦσαν. Vulgo οἰδαινόντων. tum ἐπὶ τῶν *Arcb.* [l] Non legunt μεγάλην *M. Ask. Paſ.*, habent alii omnes. [m] Λογιμωτάτους ora *Steph. V. Arcb.*, atque ita III, 65. IX, 15. et 24. Vulgatum gloſſa videtur. [n] *Euſtath.* in Hom. p. 222, 12. ſed τελέσειεν· mox σοφίῃ ſine enclitica *Arcb. Paſ.*, bene. σοφίῃ τε alii. [o] Καὶ ζῶντα *Ask.* [p] Non est in *Paſ. Ask.*

47. Καὶ τῶν Μάγων τὴν βασιληΐην] Hic iterum, ſi non fuiſſet interpolata, *Vallae* verſio, *post Cambyſis obitum, occupato a Magis regno*, demonſtrasſet attendenti, καὶ in κατὰ debere transmutari: μετὰ γὰρ τὸν Καμβύσεω θάνατον κατὰ τῶν Μάγων τὴν βασιληΐην· neceſsariam correctionem esſe ſciens hiſtoriae Perſicae nemo diffitebitur: vid. *Herod.* III, c. 61. et c. 67. Per ſeptem menſes Medus ille Smerdis regnavit cum fratre fraudis architecto: κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ evenerunt hic narrata: ut pasſim ab aliis κατὰ ſic etiam adhibetur ab *Herodoto* I, c. 67. κατὰ τὸν κατὰ Κροῖσον χρόνον, καὶ τὴν Ἀναξανδρίδεώ τε καὶ Ἀρίστωνος βασιληΐην ἐν Λακεδαίμονι· vid. *P. Leopard.* Em. XI, c. 5. — Paulo post, ut legit *Valla*, ſcribendum: ὁ δὲ ἐν ταύτῃ τῇ ταραχῇ κατὰ μὲν ἔκτεινε· —— adfirmant illud Cod. *Arcb.* et *Herod.* infra c. 150. ἐν ὅσῳ ὅ, τε μάγος ἦρχε καὶ οἱ ἑπτὰ ἐπανέστησαν, ἐν τούτῳ παντὶ τῷ χρόνῳ καὶ τῇ ταραχῇ. VALCKEN.

49. Ὠφέλει μὲν οὐδὲν Πέρσας] Coniiciendo adtigerunt *Pavius* et *Reiskius*. Post pauca C. 127. de Oroeta ὃς ΩΦΕΛΗΣΕ μέν κω οὐδέν. Succedit ἐν ταύτῃ τῇ ἀρχῇ —, ſuum ſibi inconmodum habens; neque enim bene adhaereſcit antea poſitis. Equidem proclivior ſum in *Vallae* et *Arcb.* ἐν ταύτῃ τῇ ταραχῇ, *in illa post Cambyſis fata rerum conturbatione.* Vide adnotationes *Galei*, quibus Cl. *Schurtzfleiſchius* calculum addidit.

55. Καὶ τινα ἀγγαρήϊον Δαρείου] Exquiſitius hoc est quam pro ſcribarum ingenio. Ἀγγελιηφόρους in Muſis ignorat nemo. Ἀγγαρήϊος Perſarum voce idem. Teſtes ἄγγαροι, toties apud alios obvii, tum ἀγγαρεύειν, docte illuſtratum a *Vinc. Riccardo* ad Homil. *Procli* XVIII. p. 523. et *Balth. Stolbergio* Exercit. Ling. Gr. p. 152. *Herodotus* Ionica ſpecie ἀγγαρηΐον extulit, quando de Perſarum vehiculari curſu τοῦτο τὸ δρόμημα τῶν ἵππων καλέουσι Πέρσαι ΑΓΓΑΡΗΙΟΝ L. VIII. C. 98., liquido docens, in regum nunciis, ſive pedibus ſeu curru eant, voci ſedem esſe. Statim κτείνει μὲν ὀπίσω —— iuſtisſime docti viri *Pauw*, *Reisk.*, *Abreſch.*, ἀποκτείνας δέ μιν —— ita poſtulat.

58. Τπείσας] Bis terve reperitur ap. Noſtrum Τπείς, p. 63, 41. p. 180, 12. et hoc loco praebet idem *Arcb.* ſi vel plures darent, ſervandum tamen rarius illud Ionicum iudicarem ὑπείσας· ut hic ἄνδρας οἱ ὑπείσας, legitur VI, c. 103. νυκτὸς ὑπείσαντες ἄνδρας. Formam, Grammaticis ferme ignotam, ut Iones, veteres etiam adhibuerunt Attici, ἀφεῖσα ἀφεῖσαν est in *Thucyd.* V, c. 81. et alibi. VALCKEN.

63. Οὐκ ἐδόκεε πέμπειν] In his requiritur vocula, quae in vicinis est ſuperflua. Scripſiſſe adeo Noſtrum arbitror: στρατὸν ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐδόκεε οἱ πέμπειν, ἅτε οἰδεόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων· neque enim οἰδεόντων, ſi plures dant Codices, alteri οἰδαινόντων postponerem: legitur et L. III, c. 76. μηδὲ, οἰδεόντων τῶν πρηγμάτων, ἐπιτίθεσθαι. *Platonis* imago non multum diſtat, πόλιν et ἀρχὴν φλεγμαίνουσαν memorantis de Rep. II, p. 372. E. de LL. II, p. 691. E. VALCKEN.

63. Ἅτε οἰ οἰδεόντων &c.] Praeivit Scriptor Thaliae C. 76. μηδὲ ΟΙΔΕΟΝΤΩΝ τῶν πρηγμάτων. *Aldus* ibi, ut hic *Paſ.*, οἱ δεόντων. Quod ipsum in *Suidae* Ἰθὺ fuit; *Kuſterus*, quum οἰδεόντων debuiſſet, reſcripsit hoc ex loco οἰδαινόντων, oblitus *H. Steph.*, dudum in Recens. Voc. Herod. verum tenuisſe. Οἰδαίνειν in irae fermento *Procopius* B. Perſ. I, 21. et Vand. I, 4. Mox μεγάλην τὴν ἰσχὺν non ſollicito.

„ ἀναχαλέοντας αὐτὸν, καὶ [a] πεμπομένους ὑπ' ἐμεῦ, „ κτείνει, ὕβριν οὐκ ἀνασχετὸν φαίνων· περί τι ὧν „ μέζον ἐξεργάσασθαί μιν Πέρσας κακὸν, [b] κατα- „ λαμπτέος ἐστὶ ἡμῖν θανάτῳ." Δαρεῖος μὲν ταῦ- τα [c] ἐπειρώτα, τῷ δὲ ἄνδρες τριήκοντα [d] ὑπέστησαν, αὐτὸς ἕκαστος ἐθέλων ποιέειν ταῦτα· ἐρίζοντας δὲ Δαρεῖος κατελάμβανε, κελεύων πάλλεσθαι· παλ- λομένων δὲ, λαγχάνει ἐκ πάντων Βαγαῖος ὁ Ἀρ- τόντεω· λαχὼν δὲ ὁ Βαγαῖος, ποιέει [e] τάδε· βι- βλία γραψάμενος πολλὰ, καὶ περὶ πολλῶν ἔχον- τα πρηγμάτων, σφρηγῖδά σφι ἐπέβαλε τὴν Δα- ρείου· μετὰ δὲ οἷος ἔχων ταῦτα ἐς τὰς Σάρδις· ἀπι- κόμενος δὲ, καὶ Ὀροίτεω ἐς ὄψιν ἐλθών, τῶν βι- βλίων ἓν ἕκαστον περιαιρεόμενος, ἐδίδου τῷ γραμμα- τιστῇ τῷ βασιληίῳ ἐπιλέγεσθαι· γραμματισταὶ δὲ βασιληίων οἱ πάντες ὕπαρχοι ἔχουσι· ἀποπειρεώμε- νος δὲ τῶν δορυφόρων, ἐδίδου τὰ βιβλία ὁ Βαγαῖος, [f] εἰ ἐνδεξαίατο ἀπόστασιν ἀπὸ Ὀροίτεω· ὀρέων δὲ σφέας τά τε βιβλία σεβομένους μεγάλως, καὶ τὰ λεγόμενα ἐκ τῶν βιβλίων ἔτι μεζόνως, διδοῖ ἄλλο, ἐν τῷ ἐπῆν ἔπεα [g] τάδε, „ Ὦ Πέρσαι, Βασιλεὺς „ Δαρεῖος ἀπαγορεύει ὑμῖν μὴ δορυφορέειν Ὀροίτεα·" οἱ δὲ, ἀκούσαντες [h] τούτων, μετῆκάν οἱ τὰς αἰχ- μάς· ἰδὼν δὲ τούτῳ σφέας ὁ Βαγαῖος πειθομένους τῷ βιβλίῳ, ἐνθαῦτα [i] δὴ θαρσήσας, τὸ τελευταῖον τῶν βιβλίων διδοῖ τῷ γραμματιστῇ, ἐν τῷ ἐγέγραπτο, „ Βασιλεὺς Δαρεῖος Πέρσῃσι τοῖσι ἐν Σάρδισι ἐν- „ τέλλεται κτείνειν Ὀροίτεα·" οἱ δὲ δορυφόροι ὡς ἤκουσαν ταῦτα, σπασάμενοι τοὺς ἀκινάκεας, κτεί- νουσι παραυτίκα μιν· οὕτω δὴ Ὀροίτεα τὸν Πέρσην Πολυκράτεος τοῦ Σαμίου τίσιες μετῆλθον. Ἀπικο- μένων δὲ καὶ ἀναχομισθέντων τῶν Ὀροίτεω χρημά- των ἐς τὰ Σοῦσα, συνήνεικε χρόνῳ ὑστέρῳ πολλῷ Βασιλέα Δαρεῖον, ἐν ἄγῃ [k] θηρῶν ἀποθρώσκοντα ἀπ' ἵππου, τραῦμα τὸν πόδα· καί κως ἰσχυροτέ- ρως [l] ἐτράφη· ὁ γὰρ οἱ ἀστράγαλος ἐξεχώρησε ἐκ τῶν ἄρθρων· νομίζων δὲ καὶ πρότερον περὶ ἑωυτὸν ἔχειν Αἰγυπτίων τοὺς δοκέοντας εἶναι πρώτους τὴν ἰητρι- κὴν, τούτοισι [m] ἐχρᾶτο· οἱ δὲ, στρεβλοῦντες καὶ βιώ- μενοι

misſos ad ſe arceſſendum necat, inſolen- tiam non tolerandam exhibens, ideoque priusquam maiora in Perſas mala admit- tat, occupandus est nobis nece. Hæc 128 Darius interrogabat; et triginta extite- runt qui repromitterent, ſinguli volentes ipsi id exequi. Quos invicem contenden- tes Darius reprehendens, ſortiri iuſsit, id quum feciſsent, ſors Bagæum Arton- tis filium ex omnibus contigit. Hic ſor- te delectus, hac ratione uſus est: Com- plures litteras variis de rebus ubi ſcripsit, ſigillumque Darii impreſsit, cum his pro- fectus est Sardes. Eas, posteaquam in conſpectum Orœtis venit, dedit ſepara- tim recitandas regio ſcribæ, regios autem ſcribas cuncti præſides habent. Reddebat autem ſeparatim Bagæus litteras, explo- randi gratia animos ſatellitum, numquid annuerent ad deficiendum ab Orœte. Quos animadvertens magnopere venerari litte- ras, et ea, quæ in illis dicerentur, et- iam vehementius, reddidit aliam epiſto- lam in hæc verba; Perſæ, Darius rex interdicit vobis ne apud Orœtem fungami- ni ſatellitum officio. His illi auditis lan- ceas depoſuerunt. Tunc Bagæus cernens illos obtemperantes huic epiſtolæ, ſump- ta fiducia reddidit ſcribæ ultimum libel- lum in hæc verba ſcriptum; Rex Darius mandat Perſis, qui Sardibus ſunt, ut Orœ- tem interimant. Id ubi audiere ſatellites, eductis acinacibus ſine mora Orœtem in- teremerunt. Ita vindicta Polycratis Sa- mii Orœtem Perſam inſequuta est. Tra- 129 ductis atque comportatis Suſa bonis O- rœtis, contigit non diu post, ut in ve- natu ferarum Darius rex, dum ab equo deſilit, pedem torſerit. Et ſane tortus fuit vehementius, nam talus e iuncturis exactus est. Se itaque exiſtimans, ut et- iam prius, habere ex AEgyptiis eos qui primi putarentur arte medicinæ, eorum opera utebatur. At isti retorquendo pe-

dem

a Τοὺς ἐκπεμπομ. *Arcb. Vind.*, tum ἐμεῦ posterior et *Paſ.*, recte: ἐμοῦ vulgo. *b* Καταλαμπτέον ἐστὶ μιν *Arcb.* *c* *Arcb. V. Paſ.*, in *Ald.* et aliis ἐπηρ., mox τῶν δὲ *Arcb. V.* *d* Ἐπέσησαν ora *Stepb.* ex *Ald.* tum θέλων *Arcb. V.* *e* Τάδε *Paſ. Aſk.* et *Stepb.* marg., frequente commutatione. *f* *M. Paſ. Aſk.*, reliqui omnes εἰ οἱ ἐνδεξ. *g* lidem cum *Arcb. V.*, *Ald. Paris. A. B.* τοιάδε. *h* Τοῦτο ora *Stepb.* *i* Abest *Arcb.* *k* Θηρίων *V. Arcb.*, *Suidas* haec exſcripsit in Δημοκήδης, vulgato conſentiens. Statim ἀπὸ ἵππ. id. et *Arcb. Vind.* *l* Omittit *Suid.*, ſine cauſa. *m* Ἐχρᾶτο *V. Arcb.*

83. Παλλομένων δὲ λαγχάνει] In his etiam fuit erra- tum. Idem ſaepe dicitur κληρουμένων δὲ λαγχάνει· nam quod Ionice πάλλειν et πάλλεσθαι, vulgo κληροῦν dice- batur et κληροῦσθαι· quae duo ſane differunt ſignifican- di dote. Sive *praefectus ſortitioni*, ſeu *ſortes* in alio- rum gratiam *coniiciens in galeam*, *ſitellam*, vel *ur- nam*, a *concuſsione* πάλλειν κλήρους et πάλλειν dicebatur ſimpliciter, vulgo κληροῦν. Πάλλεσθαι et κληροῦ- σθαι, *qui ſortiebantur*, ſive *rem inter ſe ſorti committebant*. *Quem* ex his *tangebat ſors*, ſive *cuius ſorte nomen excidebat*, is λαχεῖν dicebatur, vel κλήρῳ λαχεῖν, *Herodoto* πάλῳ λαχεῖν, et *AEſchylo* Sept. c. Theb. v. 55. Κληρουμένους δ' ἔλειπον, ὡς πάλῳ λαχὼν Ἕκαστος αὐ- τῶν ——. In *Soph.* Elec. v. 711. agoniſtas Brabeutae Κλήροις ἔπηλαν· hoc activo verbo Κληροῦν est et *Ari- ſtophani* Eccl. v. 678. Contra *Callim.* H. I. v. 64. ἐπ' ἰσαίῃ γὰρ ἔοικε Πήλασθαι. *Homerus* H. O. v. 191. Ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ Παλλομένων· hoc et κληρουμένων λαγχάνει, *Xenoph.* p. 22, 28. *Ly- ſiae* p. 105. *Demoſthenes* p. 322, 22. κληρουμένων πρῶ- τος αἱρεῖσθαι τὸν αὐλητὴν ἔλαχεν. Turpe mendum, ut alia non pauca, reliquerunt in *Harpocrat.* Πινάκια, τὰ καθιέμενα ἀντὶ κλήρων ὑπὸ τῶν κληρονόμων· corrige κλη- ρουμένων. *H. Valeſius*, vir ſummis, κληρούντων dum ſcri- bebat, Attici forte moris non recordabatur. VALCKEN.

94. Εἰ ἐνδεξαίατο ἀπόσασιν] Miſellum εἰ οἱ placere non potuit, quoniam ἐνδεξάιατο ex ἐνδέχεσθαι repeti- tum iverunt. Fac Ionum more ab ἐνδείξασθαι deſcen- dere, et voculae tuta erit ſtatio. *Diodori* ſunt, καὶ μὴ βάρβαρον ὠμότητα πρὸς ὁμοεθνεῖς ἀνθρώπους ἐνδεί- ξασθαι L. XIII, 27. et in Excerpt. T. II. p. 631. μει- ὑάλην ὕβριν τῇ πρεσβείᾳ ἐνεδείξατο. Nobile *Paulli* est *Apoſt.* Ἀλέξανδρος πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο 2. Tim. IV, 14. Alia prudens negligo. Artibus autem Bagaei ad Oroetem peſsumdandum conveniunt Macronis technae in Ael. Seiano ap. *Dionem Caſs.*, et Olym- pii ſive Honorii Imp. in Stilicone opprimendo ap. *Zo- ſimum*.

12. Ἀστράγαλος ἐξεχώρησε ἐκ τῶν ἄρθρων] De Dario καταπεσὼν ἀπὸ τοῦ ἵππου ἐν κυνηγεσίοις, τοῦ ἀστραγάλου ΕΚΧΩΡΗΣΑΝΤΕΣ *Dio Chryſoſt.* Or. XIV. p. 231. ex *Herodoto*, diſsenſu exiguo, iterato Or. LXXVII. p. 652. πεσόντι ἀπὸ τοῦ ἵππου ΜΕΤΑΧΩΡΗΣΑΣ ὁ ἀστράγαλος· maior est in medici nomine, quem Δημοδόκου, incer- tum ſuane an aliorum culpa, adpellat. Fieri potuit, ut Δημοδόκος, quo de *Ariſtoteles* Eth. ad Nicom. VII, 8. in Oratoris animo fuerit. In *Himerii* Eclog. p. 71. *Ed. Stepb.* Δημοκήδης ὁ Κροτωνιάτης, etiam ap. *Photium* Biblioth. p. 1142. ubi Sophiſtae verba *Hoe- ſchelii* adiumento correctiora leguntur.

15. Στρεβλοῦντες καὶ βιώμενοι] Haec et vicina obver- ſabantur *Dioni Chryſ.* Or. XIV, p. 231. B. et LXXVII, p. 652. D. et 653. ubi Chirurgi εἰς ἀγρυπνίας τε καὶ ἀλγηδόνας *Darium* ἐνέβαλον, ἕλκοντες καὶ βιαζόμενοι τὸ ἄρθρον, tum tangit laudabile Democedis facinus, invi- dos Medicos AEgyptios e praeſentiſsimo liberantis pe- riculo,

dem ac violenter tractando malum augebant; adeo quidem, ut septem dies totidemque noctes Darius, præ molestia qua afficiebatur, transegerit insomnes. Octavo die eidem male habenti quidam Democedis Crotoniatæ mentionem apud eum facit; cuius de artificio prius iam inde Sardibus audisset. Darius hominem quam celerrime arcessi ad se iubet. Ille, ut inter servos Orœtis fuit inventus, ubi pro neglecto habebatur, in medium adductus est, sicut erat trahens compedes ac pannosus. In medio positum Darius interrogavit numquid eam nosset artem. Democedes non promittere, veritus ne si se proderet, usquequaque Græcia privaretur, sed tamen visus fuit Dario dissimulandi artes bene nosse; unde iussit eos qui hominem duxerant, verbera et stimulos afferre in medium. Tunc ille dissimulatione missa, se plane quidem scire artem illam negavit, sed aliquantulum, ob eam consuetudinem quam cum medico habuisset. Factaque ei potestate curandi, Græcis medicamentis utens, et lenia post acria admovens, Darium compotem somni fecit, et brevi tempore incolumem reddidit; nequaquam amplius sperantem sibi integrum fore usum pedum. Ob quam curationem postea quum eum Darius duobus aurearum compedum paribus donasset, interrogavit Democedes numquid ideo se duplici malo ex industria mactaret, quod ipsum sospitem fecisset. Hoc dicto Darius delectatus, ad suas uxores hominem misit. Eunuchi vero qui eum deduxerunt ad feminas, dicebant hunc esse, qui restituisset animam re-

μενοι τὸν πόδα, κακὸν μέζον ἐργάζοντο. [a] ἐπ' ἑπτὰ μὲν δὴ ἡμέρας καὶ ἑπτὰ νύκτας ὑπὸ τοῦ παρεόντος κακοῦ ὁ Δαρεῖος [b] ἀγρυπνίῃσι εἴχετο· τῇ δὲ δὴ ὀγδόῃ ἡμέρῃ ἔχοντι οἱ Φλαύρως, [c] παραιτησάμενος πρότερον ἔτι ὑπὸ Σάρδισι τοῦ Κροτωνιήτεω Δημοκήδεος τὴν τέχνην, [d] ἀγγέλλει τῷ Δαρείῳ· ὁ δὲ ἄγειν μιν τὴν ταχίστην παρ' ἑωυτὸν ἐκέλευσε· τὸν δὲ ὡς ἐξεῦρον ἐν τοῖσι Ὀροίτεω ἀνδραπόδοισι [e] ὅκου δὴ ἀπημελημένον, παρῆγον ἐς μέσον, πέδας τε ἕλκοντα, καὶ ῥάκεσι ἐσθημένον. Σταθέντα δὲ ἐς μέσον, [f] εἰρώτα ὁ Δαρεῖος τὴν τέχνην εἰ ἐπίσταιτο· ὁ δὲ οὐκ ὑπεδέκετο, ἀρρωδέων μὴ ἑωυτὸν ἐκφήνας, τοῦ παράπαν τῆς Ἑλλάδος ἢ ἀπεστερημένος· κατιφάνη τε τῷ Δαρείῳ τεχνάζειν ἐπιστάμενος· καὶ τοὺς ἀγαγόντας αὐτὸν, ἐκέλευσε μάστιγάς τε καὶ κέντρα παραφέρειν ἐς τὸ μέσον· [g] ὁ δὲ ἐπειδὴ δὴ ὧν ἐκφαίνει, Φὰς, ἀτρεκέως μὲν οὐκ ἐπίστασθαι, ὁμιλήσας δὲ ἰητρῷ, Φλαύρως ἔχειν τὴν τέχνην· μετὰ δὲ, ὡς οἱ ἐπέτρεψε, Ἑλληνικοῖσι [h] ἰήμασι χρεώμενος, καὶ ἤπια μετὰ τὰ ἰσχυρὰ προσάγων, ὅπνου τέ μιν λαγχάνειν ἐποίεε, καὶ ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ ὑγιέα μιν ἐόντα ἀπέδεξε, οὐδαμᾶ ἔτι ἐλπίζοντα ἀρτίπουν ἔσεσθαι· δωρέεται δέ μιν μετὰ ταῦτα ὁ Δαρεῖος πεδέων χρυσέων δύο [i] ζεύγεσι· ὁ δέ μιν ἐπείρετο, εἴ οἱ διπλήσιον τὸ κακὸν ἐπίτηδες νέμει, ὅτι μιν ὑγιέα ἐποίησε· ἡσθεὶς δὲ τῷ ἔπει ὁ Δαρεῖος, ἀποπέμπει μιν παρὰ τὰς ἑωυτοῦ γυναῖκας· παραγόντες δὲ οἱ εὐνοῦχοι, ἔλεγον πρὸς τὰς γυναῖκας ὡς βασιλέϊ οὗτος εἴη ὃς τὴν ψυχὴν ἀπέδωκε· ὑποτύπτουσα δὲ αὐτέων ἑκάστη [k] φιάλῃ τοῦ

[a] Abest illis haec praepositio. [b] Ἀγρυπνίῃ συνείχετο *Suid.* [c] Οἷα δὴ παρακ. *Arch. V.* [d] Ἐσαγγέλλει iidem. [e] *M. Pasf. Ask. Suid.*, ὅκου δή κοτε *Ald. V. Arch. Paris. A. B.* [f] *Arch. V. Pasf.*, olim ἠρ. [g] Ὁ δ' ἐν ἑωῦτῷ δὴ ὢν *Suidas* perperam; tum ἀνεκφαίνει *Arch. V.* [h] Ῥήμασι vitiose *Suid.*; mox ἤπια μετὰ τὰ ἰσχυρὰ *Arch. V. Paris. A. B. Valla*, φάρμακα τὰ ἰσχυρὰ *Suid.* ἠπιάματα τὰ ἰσχυρὰ antea. [i] Ora *Steph. Arch. V. Pasf. Ask.*, ζεύγεα olim. Paullo ante δή μιν, tum in sequentibus ψυχὴν ἀπέδωκε, sine οἱ medio *Arch. Ask. Pasf. V.* et recte. Vulgo ψυχήν οἱ ἀπ. [k] *M. Ask. Pasf.*, alii φιάλην τοῦ, mox χρυσοῦ τὴν θήκην *Arch.* et Δημοκήδεα sine τὸν id. *Pasf. Ask.*

ticulo, narratum *Herodoto* c. 132. Bis in *Dione* medicus Crotoniata dicitur Δημεδόκης, qui fuit Δημοκήδης, et *Democedes* etiam vocatur *Timaeo* ap. *Athen.* XII, p. 522. B. *AEliano* V. H. VIII, c. 17. VALCKEN.

18. Ἀγρυπνίῃσι εἴχετο] *Suidas* male. Herodotea ἔχεσθαι ἀπορίῃ et ἐν ἀπορίῃσι IV, 131. IX, 97., ἀμφιβολίῃ ἐχόμενος V, 74., *AEliani* Var. XIII, 35. φαλαγγίων κνήσμασιν ἐχόμενος, *Luciani* Scyth. C. 2. τῷ λοιμῷ ἐχόμενος abunde Grammaticum redarguunt. Dignum magis consideratione παρακούσας τὴν τέχνην; studiosissime in Lexica, ut ἀκούειν et παρακούειν, contra compositionis indolem, idem habeatur, receptum. Consilio non favebit *Herodotus*, si, quod schedae offerunt, οἷα δὴ παρακούσας — dederit, tantum indicans, oscitanter et negligenter hominem Sardibus pridem audientem Dario nunc tandem Democedis artem indicasse.

28. Κατεφάνη —— τεχνάζειν ἐπισάμενος] *Vallae* Latina, *visus Dario fuit notitiam artis perite didicisse*, mala sunt, damnataque ab *H. Stephano* Thes. T. III. p. 1437., *Suidae* interprete et *Reiskio*. Dolos et strophas noverat Democedes, ut artis medicae peritiam dissimularet. Id τεχνάζειν. Ὁ δὲ Ἀρταφέρνης ὀρέων αὐτὸν τεχνάζοντα *dissimulandi artibus utentem*, infra L. VI, 1.

33. Τὴν τέχνην] Praeferrem, si Codices subministrarent φλαύρως ἔχειν τῆς τέχνης quo modo saepe loquuntur veteres: μακαρίως ἔχεις φρενῶν. Θράκης παρόδου χρησίμως ἔχειν· οὕτως εὐνοίας ἔχων· αὐχμηρῶς εἶχε τοῦ προσώπου· οὐ γὰρ οἶδα παιδείας ὅπως ἔχει καὶ δικαιοσύνης. Horum primum est *Dionysii* Tyr. ap. *Stobaeum* p. 531, 14. Postremum *Platonis* ita transtulit Latine *Cicero*: *cum ignorem quam sit doctus, quam vir bonus?* Tusc. V, c. 12. —— Paulo post suum *Herodoto* restitutum Iri, καὶ ἤπια μετὰ τὰ ἰσχυρὰ προσάγων. monstrat Diss. *Herod.* p. 81. Sic *Laurentium* legisse monuerat, qui primus ni fallor, omnium exactius expendere coepit monumenta veterum, Graeca praesertim, *P. Leopardus* Em. VII, c. 14. VALCKEN.

35. Καὶ ἤπια μετὰ τὰ ἰσχυρὰ] Series rerum MSS. adstipulatur. AEgyptii medici regem diu torserant et continuatis aerumnis somno prohibuerant. Democedes lenibus post acria illorum usus medicamentis Darii insomniam discutit, reddita sanitate. *Valla* verum perspexit, nactus *Morelli* ad *Dion. Chrys.* p. 72. et aliorum calculum. ΗΠΙΑ φάρμακα Poëta Il. Δ, 218., ΗΠΙΑ ἀκέσματα *AEschyli* Prometh. v. 481. loquendi genus adfirmant. *Hier. Mercurialis* Var. Lect. L. IV, 3. intacta non reliquit Herodotea.

45. Ὑποτύπτουσα δὲ αὐτέων ἑκάστη] *Stephani* ὑποκύπτουσα probarunt Ampl. *Cuperus* Ep. ad *Graev.* Syllog. *Burman.* T. II. p. 690. *Pavius*, *Geinozius*, merito inprobante *Gronovio*, sed vulgatum, in quod Codd. magna consensione conspirant, infeliciter explicante. Indiget locus interpunctione, bene a Cl. *Reiskio* picta, et ex *Arch.* τὴν θήκην, arca sive repositorio aureorum numorum. Donarunt regiae mulieres Democedem stateribus, cumulatim adeo in phiala coacervatis, ut plures deciderent. Singulae τοῦ χρυσοῦ τὴν θήκην *arcam*, ut numos phiala eruerent, concusserunt et subverberarunt: id ὑποτύπτειν II, 136. VI, 119., habetque iunctum utrobique sibi, quod quid egeritur, instrumentum, etiam in Comici Avib. v. 1145., ubi *Hemsterhusius* praeclare. Lege mecum, Ὑποτύπτουσα δὲ αὐτέων ἑκάστη φιάλῃ τοῦ χρυσοῦ τὴν θήκην ἐδωρέετο τὸν Δημοκήδεα οὕτω δή τι δαψιλεῖ δωρεῇ, ὡς —. *Earum unaquaeque phiala thecam* sive *auri arcam concutiendo eruens Democedem tam luculento munere donavit, ut servus* ——, et plana via erit. *Tzetzes*, laxius explanatione usus, χρυσαῖς φιάλαις τὸν ἐπέχεον ἐκείνῳ, *Democedi*, Chil. III. p. 314.

45. Ὑποτύπτουσα] Tentamina prostant *H. Stephani*, *Palmerii*, *Gronovii*, *Reiskii*. Qui hic Theologica potissimum tractat iuvenis Gallus *Io. le Febure* hunc in sensum accipiebat Herodotea: *chacune d'elles vuidant une fiole pleine d'or dans une caisse, la donnérent a Democéde avec la caisse.* Reliquis mea quoque succedat coniectura, τὸν χρυσὸν tantum scribentis pro τοῦ χρυσοῦ. *Herodoti* verba, ὑποτύπτουσα δὲ αὐτέων ἑκάστη φιάλῃ, τὸν χρυσὸν σὺν θήκῃ ἐδωρέετο τὸν Δημοκήδεα· sic im-

τοῦ χρυσοῦ σὺν θήκῃ ἐδωρέετο τὸν Δημοκήδεα· οὕτω δή τι [a] δαψιλείῃ δωρεῇ, ὡς τοὺς ἀποπίπτοντας ἀπὸ τῶν φιαλέων στατῆρας [b] ἑπόμενος ὁ οἰκέτης, τῷ οὔνομα ἦν Σκίτων, ἀνελέγετο, καί οἱ χρῆμα πολλόν τι χρυσοῦ συνελέχθη. Ὁ δὲ Δημοκήδης οὗτος, ὧδε ἐκ Κρότωνος ἀπιγμένος, Πολυκράτεϊ ὡμίλησε· [c] πατρὶ συνείχετο [d] ἐν Κρότωνι, ὀργὴν χαλεπῷ· τοῦτον ἐπεί τε οὐκ ἐδύνατο φέρειν, ἀπολιπὼν, οἴχετο ἐς Αἴγιναν· κατασὰς δὲ ἐς ταύτην, τῷ πρώτῳ ἔτεϊ ὑπερεβάλετο τοὺς [e] πρώτους ἰητροὺς, ἀσκευής περ ἐών, καὶ ἔχων οὐδὲν τῶν ὅσα περὶ τὴν τέχνην [g] ἐστὶ ἐργαλήια· καί μιν δευτέρῳ ἔτεϊ ταλάντῳ Αἰγινῆται [f] δημοσίῃ μισθοῦνται· τρίτῳ δὲ ἔτεϊ Ἀθηναῖοι, ἑκατὸν μνέων· τετάρτῳ δὲ ἔτεϊ Πολυκράτης [h] δυῶν ταλάντων· οὕτω μὲν ἀπίκετο ἐς τὴν Σάμον· καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ ἀνδρὸς οὐκ ἧκιστα Κροτωνιῆται ἰητροὶ εὐδοκίμησαν· ἐγένετο γὰρ ὧν τοῦτο [i] ὅτε πρῶτοι μὲν Κροτωνιῆται ἰητροὶ ἐλέγοντο ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα εἶναι, δεύτεροι δὲ, Κυρηναῖοι· κατὰ τὸν αὐτὸν [k] δὲ χρόνον καὶ Ἀργεῖοι ἤκουον μουσικὴν εἶναι Ἑλλήνων πρῶτοι. Τότε δὴ ὁ Δημοκήδης ὢν τοῖσι Σούσοισι ἐξημασμένος Δαρείου,
211 εἰκόν τε μέγιστον εἶχε, καὶ ὁμοτράπεζος βασιλεῖ ἐγεγόνεε· πλήν τε ἑνὸς [l] τοῦ ἐς Ἕλληνας ἀπιέναι, πάντα τἄλλα οἱ παρῆν· καὶ τοῦτο μὲν, τοὺς Αἰγυπτίους ἰητροὺς, οἳ βασιλέα πρότερον ἐῶντο, μέλλοντας [m] ἀνασκολοπιεῖσθαι, [n] διότι ὑπὸ Ἕλληνος ἰητροῦ ἐσσώθησαν, τούτους, βασιλέα παραιτησάμενος,

regi, tunc earum unaquæque ſubverberans auri phialam cum theca Democedi donavit tam amplo munere, ut famulus nomine Sciton qui ſequebatur, excidentes ex phialis ſtateres colligens, prorſus grandem auri ſummam coëgerit. Hic Demo- 131
cedes hunc in modum e Crotone profectus cum Polycrate conſuetudinem habuit. In Crotone continebatur ab patre, ſane difficili; quem cum gravaretur, eo relicto abiit in AEginam: ubi commoratus, primo anno ſuperavit primos medicos etſi imparatus, et nihil inſtrumentorum habens, quæ ad artem medicinæ pertinerent. Ex quo factum est, ut inſequenti anno AEginetæ publice conduxerint eum talento, Athenienſes tertio anno centum minis, Polycrates quarto anno talentis duobus, ita Samum profectus est. A quo viro non minimum medici Crotoniatæ inclaruerunt. Tunc enim id factum est, quando primi quidem Crotoniatæ medici celebrarentur per Græciam, ſecundi Cyrenæi. Qua etiam tempeſtate Argivi ceteris Græcis præſtare muſica ferebantur. Tunc itaque Democedes Dario ſa- 132
nato Suſis maximas ædes obtinebat, et cum rege menſam communem habebat, omnibus rebus affluens, præter hanc unam quod in Græciam redire non poterat. Quin etiam AEgyptios medicos regem antea curare ſolitos, quum eſſent patibulis ſuffigendi, quod a Græco medico ſuperati forent, impetrata ab rege

[a] Δαψιλῆϊ *Vind.* haud contra dialectum. [b] Deſit *Arcb.*, cui ſervus Σκίτων. [c] Πατρὶ συνειχ. *M. Paſſ. V. Arcb. Valla*, alii ὃς interponunt. [d] *Ask. Paſſ.*, olim τῇ Κρ. [e] Ἄλλους *Paſſ.* et *Stepb.* margo. [f] Non legit *Arcb.* et *V.* [g] Neque hoc *Arcb.* nec *Valla*: ambo male: olim medici publice conducebantur, indice *Strabone* L. VII, p. 273. cum ſcholio *Caſaub.* [h] *M. Ask. Paſſ. Vind. Arcb.*, olim δυοῖν ταλάντοιν. [i] Ὅτι *V. Arcb.*, mox πρῶτοι deſit *Ask.*, at *Arcb.* ἰητροὶ εὐδοκίμησαν καὶ ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλ. εὐφημίζοντο, δεύτεροι. [k] *M. Ask. Paſſ.*, δὲ τοῦτον χρ. *Paris. A. B. Arcb. V. Ald.* Quae ſequuntur adtigit *Euſtath.* in *Dionyſ.* v. 419. [l] Τούτου τοὺς Ἑλλ. *Arcb.* [m] Ἀνασκολοπίζεσθαι id. et *Vind.* Generoſam Democedis hanc deprecationem recte laudat *Dio. Chryſ.* Or. LXXVII. p. 653. A. [n] Ὅτι ora *Steph. Ask. Paſſ.*

interpretor: *earum autem ſingulae phiala eruentes, (aureos ſtateras*, ex arca videlicet:) *auro et phiala donabant Democeden:* atque ita verum me reperiſſe arbitror; probe tamen ſciens veritatis ſaepe nos decipi ſimulacris. Primum egeſtos ex arca ſtateras continens *phiala*, auri erat θήκη. Deinde, τὸν χρυσὸν — ἐδωρέετο τὸν Δημοκήδεα, qua ante ſtructura, δωρέεταί μιν Δαρεῖος π. χ. δύο ζεύγεα. Quid tandem ſit Ὑποτύπτειν ante hos 50 annos *Kuſterum* docuit venerandus ille nobis *Hemſterhuiſius:* vid. ad *Ariſtoph.* Av. v. 1145. *Kuſter.* dedit et *Bergler.* Herodotea ex L. II, c. 136. ubi ὑποτύπτοντες ἐς λίμνην notat: *conto in paludem immiſſo egerentes quod adhaerebat luti:* omisere locum *Herod.* VI, c. 119. p. 370, 37. ὑποτύψας τούτῳ ἀντλέει. *Ariſtophanis* anſeres, latis pedibus uſi *veluti palis*, ὥσπερ ἄμαις, lutum *eruentes*, ὑποτύπτοντες, in pelves ἐνέβαλον. Similiter uxores Darii quaeque dicuntur ὑποτύπτουσα φιάλῃ, tanquam palis uſae *phialis:* nec mirum; *phialarum* enim ampla quidem erat capacitas, ſed lata figura *palarum* inſtar: vocem idcirco Hebraeam יעים/ qua *palae* deſignantur, φιάλας interpretantur Numer. IV, 14. In *Homero* φιάλην exponunt χαλκεῖον ἐκπέταλον λεβετῶδες· vid. *Athen.* XI, p. 468. E. p. 501. A. *Euſtath.* ad Il. Ψ. p. 1412, 30. et *Weſſten.* ad *Ioannis* Apoc. V, 8. *Vas* ſive *poculum* ἐκπέταλον amplum est, atque *expanſum inſtar folii* vel *laminae: Athen.* XI, p. 485. E. 494. E. 496. A. *Harpocrat.* in v. Τριπτῆρα. —— Iſtarum itaque Darii uxorum unaquaeque donabat Democeden (fortaſſe regio more προπεπωκυῖα·) Λαβοῦσα πλήρη χρυσίων [μεσόμφαλόν γε] φιάλην· ſic ap. *Athen.* XI, p. 502. A. Iſcribendus est *Theopompi* Com. tetrameter, ex Althaea ſumtus. VALCKEN.

52. Πατρὶ συνείχετο ἐν Κρότωνι] Inſulſum ὃς damnavit *Gronovius*, nec induxit, *Reiskio* merito demirante. Tolerari non debuit. Simile erit *Homeri* Il. Z, 396. Τοῦ περ δὴ θυγάτηρ ἔχεθ' Ἕκτορι —— ſi ad ſtructuram animus ſe verterit, et VI, 12. τῇ παρεούσῃ (δουλιῇ) συνέχεσθαι *conflictari.*

59. Ἀθηναῖοι, ἑκατὸν μνέων] Polycratem non miror de male quaeſitis adeo munificum in medico ſuiſſe remunerando; ſed mirarer equidem AEginetarum, atque istius temporis Athenienſium munificentiam; niſi ſuſpicarer, ut alibi numeros, hic ſummam quoque pecuniae nimium ab *Herodoto* amplificatam. Dum opibus etiam Athenienſium civitas erat potentisſima, legatis in diem, *Ariſtophanis* aevo, duae dabantur drachmae: vid. *Ariſt.* v. 66. centum drachmae unam duntaxat minam conficiunt, quales minas centum annuas dediſſent Democedi: huc adde, medicis vix ullam tum publicitus datam fuiſſe mercedem: Pluti verſus est 408. Τίς δῆτ' ἰατρός ἐστι νῦν ἐν τῇ πόλει; Οὔτε γὰρ ὁ μισθὸς οὐδέν ἐσ', οὔθ' ἡ τέχνη. Sed ante bella Perſica cuperem equidem edoceri, unde tanta fuerit in Athenienſium aerario pecuniae vis, ut peregrino Medico annuum adſignare commode potuerint ſalarium talentum et minas quadraginta, ſive, ſecundum noſtram putandi rationem, tria millia Carolinorum. Illud adeo, vix credibile, ſi verum est, oportet iste Democedes ad rem valde fuerit attentus, qui minas, ad centum, viginti tantum adiicienti Tyranno ſuam maluerit operam addicere, quam Athenienſibus in libera civitate. Quibus exploratae ſunt Athenienſium opes diverſis temporum articulis, Herodotea mecum, credo, mirabuntur. VALCKEN.

63. Κροτωνιῆται ἰητροὶ ἐλέγοντο] Voluitne *Arcb.* librarius ἰητροὶ ἐλέγοντο, καὶ ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα εὐφημίζοντο; ſententia non erit mala, fortaſſe etiam nonnullis ſpecioſa, mihi tamen ex critici interpretamento nata. Democedes et Crotoniatae Medici plura ſcholae Italicae videntur debuiſſe: Pythagoras, artis non inperitus, tum temporis Crotone docebat. Milo, Democedis ſocer, teſtis erit C. 137. Ut taceam illuſtrem in Pythagorae rebus memoriam Democedis ap. *Iamblichum* Vit. Pyth. C. 35. Conf. *Dan. Clericum* Hiſt. Medic. L. II, 2. p. 79.

80. Ἔφυ

ge venia liberavit: item vaticinum quendam Eleum, qui Polycratem sequutus fuerat et inter mancipia pro neglecto relictus. Denique maximi apud regem momenti Democedes erat. Interiecto deinde brevi tempore, inter alia contigit, ut Atosſæ Cyri filiæ, quæ erat Darii uxor, in mamilla ulcus exoriretur, deinde diruptum porro serperet; quod ista, quoad fuit exiguum, præ pudore occultans, nemini indicavit: sed ubi male iam se habebat, arcesito Democedi rem ostendit. Ille se redditurum sanam affirmans, iureiurando adigit eam, ut sibi vicissim ipsa inserviat in eo quod oraverit, oraturum autem nihil, unde dedecus redundaret. A quo posteaquam medicis remediis curata est, edocta ab eodem, Darium, dum cum eo cubat, his verbis alloquuta est, o rex, quum tantum tu habeas copiarum, desides, nullam neque gentem neque potentiam Persis acquirens, atqui par est virum et iuvenem et magnarum opum dominum, aliquid operis edendo se ostendere, quo etiam Persæ cognoscant sibi virum præesse. Quod ut facias, duabus de caussis interest, ut Persæ et eum qui ipsis præest, virum esse intelligant, et bello atterantur: ne otium agentes tibi insidias tendant. Nunc ergo aliquod opus edas quoad in ætate iuvenili es: nam augescente corpore ingenium quoque pariter augescit,

133

134

dans arbitrari. Miltiadem, Paro reducem, ἔσχον ἐν στόμασι Athenienses, non utique laudantes, L. VI. C. 136. Ἐγκειμένας ἡμέρας alii explicent. Sequor quod MSS. liberaliter offerunt neque scriptori displicet.

8. Πάντα δὴ ἦν ἐν τοῖσι &c.] Dictionem istam uberrime docti viri *Des. Heraldus* in *Martial.*, L. I. Ep. 69., *Berglerus* ad *Alcipbron.* L. II. p. 236. et illorum copiis adiutus *Io. Iac. Wetsten.* in *S. Paulli* I. ad *Corinth.* XV, 26. explanarunt. Στρατάρχης munitus *Herodoti* est praesidio L. VIII, 44, *Medic.* nihil illic novante, *AEschyli* ap. *Athen.* I. p. 11. καὶ ταξιάρχας, καὶ ΣΤΡΑΤΑΡΧΑΣ, καὶ λόχους Ἔταξα, optime postrema *Valcken.* ad Phoenis. v. 549., *Philonis Iud.* C. Flacc. p. 981. *Pindarus* Isthm. Od. V, 30. στράταρχον habet et στραταρχίας *Philo* in Fragm. T. II. p. 644. Στρατιάρχην tamen maluit *Basilius Seleuc.* Mirac. S. Theclae L. II, 4. Diversior vocabuli origo hanc peperit variationem.

24. Ἐποίησε τουτέων οὐδέτερον] *Berosus*, Cyrum τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψαι ap. *Iosepb.* C. Apion. I. C. 20. adfirmans, in errore haerebit, si τείχη *moenia*, quae urbem incingebant stupendi operis, fignavit. Possunt alioqui τείχη τὰ ἔξω τῆς πόλεως, arces extra urbem munitiores, iussu Cyri disiectas, indicare. Ex *Xenophonte* et *Herodoto* adparet, Babylonios victoris Cyri clementiae debuisse multa: acerbiorem ob rebellionis consilium expertos esse Darium, paullatimque urbem, sed lento gradu, devenisse in perniciem, toties divino inpulsu ab *Esaia*, *Ieremia* et Prophetarum aliis in oraculis propositam. Erudita sunt et digna cognitu Cl. *Camp. Vitringae* observata in *Iesaiae* C. XIII, 19. p. 419.

32. Γυναῖκας ἐς Βαβυλῶνα κατιζάναι] Quod si usus τὴν γυναῖκα poneret, quem ad modum τὴν ἵππον pro *equitatu*, in *Florent.* et aliorum scripturam ire fortasse possem: at is deficit. Haud vero scio, an prorsus inconcinnum *Arcb.* ὥςε πέντε μυριάδες τὸ —— fit. Solent enim ita: *Lysias* Or. Parent. C. 7. Xerxes ἔσειλε πέντε ΜΤΡΙΑΔΑΣ στρατιάν. Simile *Iosephi* Bel. I. IV, 11, 3. πᾶσα δὲ στρατιὰ ΜΤΡΙΑΔΑΣ τρεῖς ἀνδρῶν· nec discrepat *Epist.* ad *Hebr.* C. XII, 22. ἀλλὰ προσεληλύθατε —— καὶ ΜΤΡΙΑΣΙΝ ἀγγέλων πανηγύρει· ubi μυριάδων qui legunt, ut *Spencerus* in *Origene*, caussa cadunt. Vid. L. VII. C. Cels. p. 714. et L. IV. II. Ἀρχ. p. 183.

40. Γνώμην τήνδε] Dictum celebre et praeclarum, sed varie habitum. *Polyaenus* L. VII, 12. consentit. *Plutarchus* Apophthegm. p. 173. ἑκατὸν Βαβυλῶνας, *Lucianus* Iov. Trag. C. 53. μυρίας, totidem Codex Proverb. Vaticanus ap. *Schottum* ad *Zenob.* Cent. IV, 9. Ita crevit eundo.

40. Γνώμην τήνδε] Veri nominis Rege dignam sententiam ad mentem expresit *Herodoti Polyaenus* VII, c. 12. ubi capta Babylone Darius ἐκεῖνο δὴ τὸ λαμπρὸν ἐφθέγξατο· ἀλλ' οὐδὲ εἴκοσι Βαβυλῶνας ἔχειν ἐβουλόμην ἄν, ἐφ' ᾧτε ὁρᾶν τοιαῦτα παθόντα Ζώπυρον. Comica licentia Iupiter in fine Iovis Trag. *Lucianeo* T II, p. 701. egregium illud de Zopyro Darii dictum collaudans, talem, inquit, ego quoque mallem unum habere defensorem, qualis est Damis, ἢ μυρίας μοι Βαβυλῶνας ὑπάρχειν. Quae de diversis dicta legerat Dariis *Plutarchus*, ut opinor, olim eodem in loco adnotata, postea veluti de uno eodemque Zopyro prolata (hinc saepius erravit:) depositit in Apophthegm. p. 173.

præoptaturum ſe, Zopyrum nihil eſſe cladis paſſum, quam viginti ſibi Babylones ultra illam quam haberet acquiri. Egregie vero eum remuneratus est, cum dando quotannis dona, quæ apud Perſas ſunt honorificentiſſima, tum tradita Babylone immuni, quoad viveret, in peculiarem portionem; ſed et alia multa inſuper dedit. Huius Zopyri filius fuit Megabyzus, qui dux exercitus extitit in AEgypto adverſus Athenienſes et ſocios: atque huius Megabyzi filius Zopyrus ille, qui ad Athenienſes transfugit a Perſis.

λετο ἐν Ζώπυρον εἶναι ἀπαθέα τῆς [a] ἀεικείης μᾶλλον, ἢ Βαβυλῶνάς οἱ εἴκοσι πρὸς τῇ ἐούσῃ προσγενέσθαι· ἐτίμησε δέ μιν μεγάλως· καὶ γὰρ δῶρά οἱ [b] ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐδίδου ταῦτα τὰ Πέρσῃσί ἐστι τιμιώτατα, καὶ τὴν Βαβυλῶνά οἱ ἔδωκε ἀτελέα νέμεσθαι μέχρι τῆς ἐκείνου ζόης· καὶ ἄλλα πολλὰ [c] ἐπέδωκε· Ζωπύρῳ δὲ [d] τούτῳ γίνεται Μεγάβυζος, ὃς ἐν Αἰγύπτῳ ἀντία Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων ἐστρατήγησε· [e] Μεγαβύζῳ δὲ τούτῳ γίνεται Ζώπυρος, ὃς ἐς Ἀθήνας [f] ἀποστὰς ἐκ Περσέων.

a Αἰκίης *Arcb.* *b* Ἀν' ἕκαστον id. et ταῦτα omittens. *c* *M. Ask. Arcb. Paſ.*, alii ἀπέδωκε perperam. *d* Deſit *Ask.*, qui mox Μεγάβυξος. *e* Τούτου δὲ τοῦ Μεγ. *Arcb.* *f* Αὐτομ. id. *Vind.*

p. 173. A. Illud de granis mali granati, quot numero *Megabyzos*, ſive milites egregios atque Imperatores, ſibi Darius optabat, reperitur apud *Herod.* IV, c. 143. Tot *Zopyros*, ſive viros conſilio praeſtantes, non deſiderasſet Darius. VALCKEN.

47. Ὃς ἐν Αἰγύπτῳ] Sub Olymp. LXXX., regis Artaxerxis tempore, quod *Thucyd.* L. I, 109. et *Diodorus* L. XI. C. 74. et 76. docent. Idem Megabyzus Polymn. C. 82. inter Xerxis duces. Filius Zopyrus Xerxe rege virili erat aetate L. IV, 43. Fugiſſe Athenas, damnata Artaxerxis obedientia, non multis ab Athenienſium in AEgypto clade et inpetrata abeundi a Megabyzo venia annis videtur: hinc illi cum Athenienſibus amicitiae conſociatio. Lege *Cteſiam* Excerpt. C. 42.



ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΤΟΥ

ΑΛΙΚΑΡΝΗΣΣΗΟΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΕΤΑΡΤΗ

ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗ ΜΕΛΠΟΜΕΝΗ.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM

LIBER QVARTVS,

QVI INSCRIBITVR MELPOMENE.

222 ΜΕΤΑ δὲ τὴν Βαβυλῶνος αἵρεσιν ἐγένετο ἐπὶ Σκύθας αὐτοῦ Δαρείου ἔλασις· ἀνθεύσης γὰρ τῆς Ἀσίης ἀνδράσι, καὶ χρημάτων μεγάλων συπόντων, ἐπεθύμησε ὁ Δαρεῖος τίσασθαι Σκύθας, ὅτι ἐκεῖνοι [a] πρότεροι ἐσβαλόντες ἐς τὴν Μηδικὴν, καὶ νικήσαντες μάχῃ τοὺς ἀντιουμένους, [b] ὑπῆρξαν ἀδικίης· τῆς γὰρ ἄνω Ἀσίης ἦρξαν, ὡς καὶ πρότερόν μοι εἴρηται, Σκύθαι ἔτεα δυῶν δέοντα τριήκοντα. [c] Κιμμερίους γὰρ ἐπιδιώκοντες ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀσίην, καταπαύσαντες τῆς ἀρχῆς Μήδους· οὗτοι γὰρ, πρὶν ἢ Σκύθας ἀπικέσθαι, ἦρχον τῆς Ἀσίης· τοὺς δὲ Σκύθας ἀποδημήσαντας ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἔτεα, καὶ διὰ χρόνου τοσούτου κατιόντας ἐς τὴν σφετέρην, ἐξεδέξατο οὐκ ἐλάσσων πόνος τοῦ Μηδικοῦ· εὗρον γὰρ ἀντιουμένην σφι στρατιὴν οὐκ ὀλίγην· αἱ γὰρ τῶν Σκυθέων γυναῖκες, ὡς σφι οἱ ἄνδρες ἀπῆσαν χρόνον πολλὸν, ἐφοίτεον παρὰ τοὺς δούλους. [d] Τοὺς δὲ δούλους οἱ

POST Babylonis expugnationem, ipse Darius adversus Scythas expeditionem fecit. Nam quum floreret viris Asia et magno pecuniae proventu, cupido incesſit ei Scythas ulciſcendi: quippe qui priores iniuriam intulisſent, quum Mediam ingressi essent, et eos qui reſtiterant, prœlio vicisſent. Etenim Scythæ, quemadmodum et ſuperius a me dictum est, duodetriginta annos ſuperiori Asiæ imperitaverunt, ſiquidem perſequentes gentem Cimmeriam, ingressi Asiam, abrogarunt imperium Medis, qui ante ipsorum adventum Asiam obtinuerant. Sed Scythas, quum octo et viginti annos peregre abfuisſent, et post tantum temporis in patriam reverterentur, excepit non minor, quam Medicus fuerat, labor: offenderunt enim non exiguam militarem turbam ſibi occurrentem. Uxores namque eorum, in diuturna virorum abſentia cum ſervis conſueverant. Occœcant au-

VARIAE LECTIONES.

a Πρῶτον ἐμβαλόντες ora *Stepb. Paſ. Ask.* *b* Citat *Suid.* in *V.* *c* Spectavit haec Schol. *Odyſſ.* Λ, 12., ſed errans. *d* Οὓς Σκύθαι τυφλ. π. *Arcb.* Vid. *Nonn.* in *Gregor. Naz.* p. 152.

9. Ὑπῆρξαν ἀδικίης] Docte et large hoc de genere *Valcken.* ad *Phoeniſſ.* Tragici p. 533. Verba Hiſtorici ex interpoſitis pluribus videntur turbatiora, conſideranda aptandaque ὑπῆρξαν ἀδικίης, καταπαύσαντες τῆς ἀρχῆς Μήδους, ut ſtructura procedat. Rem L. 1, 103. et 105. expoſuit.

20. Ἐφοίτεον παρὰ τοὺς δούλους] *Longa exſpectatione virorum feſſae — ſervis ad cuſtodiam pecorum relictis nubunt: Iuſtinus* II, c. 5. ſicuti *mulieres* παρὰ ἄνδρας, *viri* φοιτᾶν dicuntur *Herodoto* παρὰ γυναῖκας· huius generis collegit Herodotea Clar. *Gronov.* ad P. 130, 5. Quae hinc tamen diſtent, ſimilia quaedam leguntur apud alios: Iſchomachus *Xenoph.* Oecon. p. 487, 17. uxor, inquit, vix annos nata quindecim ἦλθε πρὸς ἐμέ· irata marito Iuno noluit φοιτᾶν εἰς τὸ αὐτὸ, ut ſcribit *Plutarch. Euſebii* Praep. III, p. 85. D. *Pauſan.* X, p. 868. γυναικῶν ὁπόσαις ἐς τὸ αὐτὸ Ἡρακλέα ἀφικέσθαι λέγουσιν. VALCKEN.

21. Οἱ

autem Scythæ servos omnes lactis gratia, quod potant; ita id facientes: Sufflatoria ossa fistulis simillima sumuntur, eaque genitalibus equarum imposita ore inflantur, aliis inflantibus, alii equas emulgent. Hoc ideo se facere aiunt, quod venæ equarum sufflatæ implentur et uber demittitur. Posteaquam emulxere lac, in cava vasa lignea diffundunt: et compungentes ad illa vasa cæcos lac agitant, cuius quod summum est delibatur, pretiosiusque habetur: vilius autem, quod subsidit. Huius rei gratia Scythæ quemcunque capiunt, visu orbant, non enim agricolæ sunt, sed pastores. Ex his igitur servis et uxoribus Scytharum educata est iuventus, quæ suorum natalium condicione cognita, obviam perrexit iis quum reverterentur a Medis. Et primum quidem regionem interscpserunt ducendo latam fossam, quæ a Tauricis montibus pertinebat ad Mæotin paludem maximam: deinde Scythis introire conantibus castris contra positis repugnabant. Sæpe commissa pugna, quum nihil tamen Scythæ pugnando proficerent, unus ex eis inquit, Quidnam rei facimus, viri Scythæ? cum nostris ipsorum servis dimicantes, dum interficimur, pauciores efficimur: et illos interficiendo, paucioribus deinceps imperabimus. Mihi videtur spiculis arcubusque omissis sumenda cuilibet flagella, quibus equos verberamus, et ad illos propius eundum. Nam quoad vident nos arma habentes, arbitrantur se similes nobis, atque e similibus esse: ubi nos pro armis verbera tenere viderint, tunc se nostros servos esse

οἱ Σκύθαι πάντας τυφλῶσι, τῇ γάλακτος εἵνεκε, τῇ πίνουσι, ποιεῦντες ὧδε· ἐπεὰν [a] Φυσσητῆρας λάβωσι ὀστέινους, αὐλοῖσι προσεμφερεστάτους, τούτους ἐσθέντες ἐς τῶν θηλέων ἵππων τὰ ἄρθρα, φυσῶσι [b] τοῖσι στόμασι· ἄλλοι δὲ ἄλλων φυσεόντων [c] ἀμέλγουσι· φασὶ δὲ τῦδε [d] εἵνεκα τοῦτο ποιέειν· [e] τὰς φλέβας τε πίμπλασθαι φυσωμένας τῆς ἵππου, καὶ τὸ οὖθαρ κατιέσθαι· ἐπὰν δὲ [f] ἀμέλξωσι τὸ γάλα, ἐσχέαντες ἐς ξύλινα ἀγγήϊα κοῖλα, καὶ [g] περιστίξαντες κατὰ τὰ ἀγγήϊα τοὺς τυφλοὺς, δονέουσι τὸ γάλα· καὶ τὸ μὲν αὐτῇ ἐπιστάμενον ἀπαρύσαντες, [h] ἡγεῦνται εἶναι τιμιώτερον· τὸ δ' ὑπιστάμενον, ἧσσον τῇ ἑτέρῃ. Τούτων μὲν εἵνεκα ἅπαντα τὸν ἂν λάβωσι [i] οἱ Σκύθαι, ἐκτυφλοῦσι· ἐπὶ γὰρ ἀρότῃ εἰσὶ, ἀλλὰ νομάδες. Ἐκ τουτέων δὴ ὧν σφι τῶν δούλων καὶ τῶν γυναικῶν [k] ἐτράφη νεότης· οἱ ἐπεί τε ἔμαθον τὴν σφετέρην γένεσιν, ἀντιοῦντο [l] αὐτοῖσι κατιοῦσι ἐκ τῶν Μήδων· καὶ πρῶτα μὲν τὴν χώρην ἀπετάμοντο, [m] τάφρον ὀρυξάμενοι εὐρέαν, κατατείνουσαν ἐκ τῶν Ταυρικῶν ὀρέων ἐς τὴν Μαιῶτιν λίμνην, ἥτις ἐστὶ μεγίστη· μετὰ δὲ, πειρωμένοισι ἐσβάλλειν τοῖσι Σκύθῃσι [n] ἀντικατιζόμενοι ἐμάχοντο· γνωμένης δὲ μάχης πολλάκις, καὶ οὐ δυναμένων οὐδὲν πλέον ἔχειν τῶν Σκυθέων τῇ μάχῃ, εἷς αὐτῶν εἶπε τάδε, „ Οἷα ποιεῦμεν, ἄνδρες Σκύθαι; δού„ λοισι τοῖσι ἡμετέροισι μαχόμενοι, [o] ἐλάσσονες κτεί„ νόμενοι γινόμεθα, καὶ ἐκείνους κτείνοντες ἐλασσό„ νων τολοιπὸν ἄρξομεν· νῦν ὦν μοι δοκέει αἰχμὰς „ μὲν καὶ τόξα μετεῖναι, [p] λαβόντα δὲ ἕκαστον „ τῷ ἵππῳ τὴν μάστιγα, ἰέναι ἅσσον αὐτῶν· μέ„ χρι μὲν γὰρ ὄψεος ἡμέας ὅπλα ἔχοντας, οἱ δὲ „ νομίζουσι ὁμοίους τε καὶ ἐξ ὁμοίων ἡμῖν εἶναι· ἐπεὰν „ δὲ ἴδωνται μάστιγας ἀντὶ ὅπλων ἐχοντας, μαθόν„ τες

223

a Φυσσῆρας *Arcb.* *b* Duo haec omittunt *Arcb. V.* *c* Ἀμέλγουσι *Ask. Pasf. V. Arcb. Ald. Paris. B.*, ἀμέλγωσι *Med.* prave. *d* Ἕνεκα *Pasf. Ask.*, τῦδε ποι. *Arcb.* *e* Τοῦ τὰς *Arcb.* et mox ἐμπίμπλ.; ἐμπίπλ. *Vind.* non citra exemplum, φυσσωμ. quoque cum *Ask.* In *Athen.* IX. p. 399. φυσσεωμένης. *f* Ἀμέλγωσι *Pasf. Ask.* *g* Περιστίξαντες *M. Pasf.*, περισήξαντες *Ald. Ask.*, περιστήσαντες *V. Arcb. Paris. A. B.* et *Editi* priores: sed κατὰ negligitur in *Arcb. V.* *b M. Pasf. Ask.*, reliqui ἡγέονται. *i* Abest a *Pasf. Ask.* *k* Ἐπετράφη *Arcb.*, ἐπετράφη *Vind.*, eleganter. *l M. Arcb. V. Pasf. Ask.*, olim τοῖσι. *m Steph. Byz.* Τάφραι et *Eustath.* in *Dionys.* V. 163. mox ὀρέων *Arcb. V.* *n* Ἀντικατιζεύμενοι *Ald.*, ἀντικαθεζόμενοι *Arcb.* ἀντικατιζόμενοι *V.* ἀντικατιεύμενοι *M. Pasf. Ask.* *o M. Pasf. Ask.* et Fragm. *Paris.*, a quo et *Ask. Pasf.* κτεινόμενοι abest; in *Arcb. V. Paris. A. B. Ald.* αὐτοί τε ἔλασσ. κτειν., satis utique ex Scriptoris more. *p* Λαβόντας δὲ τοῦ, neglecto ἕκαστον, *Valla*, *V. Arcb.*

21. Οἱ Σκύθαι πάντας τυφλοῦσι] Grammatici *Aristophanis* Μολγοὺς interpretantur τυφλοὺς, finguntque Scythicam ex *Herodoto* nationem, his eius verbis ad *Equit.* V. 957. abusi. *Plutarchus* alludit T. II, p. 440. A. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, Scythae, ὡς φησιν Ἡρόδοτος, τοὺς οἰκέτας ἐκτυφλοῦσιν, ὅπως παραδῶσιν αὐτοῖς· quorum ultima sine dubio sunt corrupta: *Guil. Canterus* Nov. Lect. L. IV, 25. ὅπως παραμένωσιν aut ὅπως γάλα δονῶσιν reponit: posterius a *Turnebo* probatum non mihi iniustum videtur, si quidem ita post pauca.

27. Φυσσεωμένας] Scribi malim, φυσσεωμένης τῆς ἵππου· ex *Athen.* IX, p. 399. C. ob vocem οὖθαρ haec citante: *Leopardus* adtigit Em. VI, c. 20. —— Proxima, mihi quidem satis obscura, respicit *Plutarch.* T. II. p. 440. A. ὁ μὲν τῶν ἄλλων ἀπολείπων τεχνῶν μάθησιν, ἀρετῆς δὲ ἀναιρῶν, τοὐναντίον ἔοικε τοῖς Σκύθαις ποιεῖν· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, ὡς φησιν Ἡρόδοτος, τοὺς οἰκέτας ἐκτυφλοῦσιν, ὅπως παραδῶσιν αὐτοῖς· quae prostant in *Plut.* diversae lectiones, *Turnebi* sunt et *Vulcobii* pleraeque coniecturae; hic melior illa videtur G. *Canteri* N. L. IV, c. 25., corrigentis, ὅπως παραμένωσιν αὐτοῖς. —— Quae paulo sequuntur inferius, οὐ γὰρ ἀρόται εἰσὶ, ἀλλὰ νομάδες, quid hic adeo sibi velint nondum exputo; nam fuerunt et secundum Herod. Scythae Ἀροτῆρες dicti, et saepe distinguuntur Scythae Νομάδες, et Γεωργοί. VALCKEN.

29. Καὶ περιστίξαντες] In diversissima describentium opinione περισήσαντες, invectum ab *H. Stephano* ex MSS., omnium planissimum: *ad multiralia coecos collocantes.* Tale alia in re L. II, 121. καὶ ταύτας περὶ τὰ ἀγγήϊα, ἐν τοῖσι τὰ χρήματα ἐνῆν, σῆσαι. *Aldinum* περιστήξαντες et aliorum περιστίξαντες idem, sed confusis pro more vocalibus. Qui prius *circumpositos* verterunt, in errore haeserunt; aliud requiritur, et περιστήκω dubiae est sanitatis. Περιστίξαντες *Gronov.* varie explicat: *compungentes ad vasa* non intelligo. Valere si debet, non aliud ac περιωκλώσαντες *circumdantes* et *collocantes*, et quidem ex περιστίχειν ob *Hesychium.* Iuvat ad speciem περιέστιξε καὶ τούτοισι τὸ τεῖχος L. IV, 202. *Reiskius* ex περιστίζειν arcessit, *in orbem ponendi* notione, originatione usus et exemplis, mihi admodum dubiis, ad Imp. *Constantini Porphyrog.* Cerimon. p. 150.

42. Ἀντικατιζόμενοι] Quoniam infestiores experitur *Aldin.* ἀντικατιζεύμενοι plures, etsi ex ἰζέω propagari potuerit, et similis haud pauca formae exstent in Musis, illud ex *Vind.* praetuli, recursurum L. V, 1. Ἀντικατιεύμενοι ex *Medic.* futuri potestate non quadrat. Alibi ἀντίοι ἵζοντο τοῖς κατιοῦσι L. VI, 77. IX, 26. De fossa, qua regionis aditum servi interspserunt, nonnulla Ampl. *Bouberius* Disc. Herodot. C. 6., minus accurata. Vide huius libri C. 20. et 28. et Imp. *Constantinum Porphyrog.*, qui terra oppletam suo fuisse tempore testatur; de *Administr. Imper.* C. 42.

49. Λαβόντα δὲ ἕκαστον τοῦ ἵππου &c.] *Polyaenum* et *Iustinum* non sollicito. Culte *Claudianus* in Eutrop. L. I, v. 506. —— *non est iaculis hastisque petendus Conscia succumbent audito verbere terga, Ut Scytha* &c. ubi bene *Claverius.* Similes Turxanthi in rebelles minae ap. *Menandrum* Eclog. Leg. p. 137. *Ed. Hoesch.* εἶγε τὴν κατ' ἐμὲ ΙΠΠΕΙΑΝ ἐσαρθρήσουσι ΜΑΣΤΙΓΑ, ὡς αὐτοὺς ἐκπεμφθεῖσαν, ἐς τὰ κατώτατα φεύξονται τῆς γῆς· Sic ea scribenda ex monitu magni *Valesii.*

53. Μάστιγας ἀντὶ ὅπλων] *Eustath.* respicit ad *Dion.* v. 364. Nostri vestigia sequutus est *Trogus. Iustin.* II, c. 5.

Origines Scytharum, qui se censent gentem novissimam. Aurum sacrum:

„ τες ὥς εἰσι ἡμέτεροι δῦλοι, καὶ συγγνόντες τῦτο, „ ἐκ ὑπομενέυσι." Ταῦτα ἀκυόσαντες οἱ Σκύθαι, ἐποίευν ἐπιτελέα· οἱ δ' ἐκπλαγέντες [a] τῷ γινομένῳ, τῆς μάχης τε ἐπελάθοντο, καὶ ἔφευγον· οὕτω οἱ Σκύθαι τῆς τε Ἀσίης ἦρξαν, καὶ [b] ἐξελαθέντες αὖτις ὑπὸ Μήδων, κατῆλθον τρόπῳ [c] τοιύτῳ ἐς τὴν σφετέρην· τῶνδε εἵνεκα ὁ Δαρεῖος τίσασθαι βυλόμενος, συνήγειρε ἐπ' αὐτοὺς στράτευμα. Ὡς δὲ Σκύθαι λέγυσι, νεώτατον ἁπάντων ἐθνέων εἶναι τὸ σφέτερον· τῦτο δὲ γενέσθαι ὧδε· ἄνδρα γενέσθαι πρῶτον ἐν τῇ γῇ ταύτῃ ἐύσῃ ἐρήμῳ, τῷ ὄνομα εἶναι Ταργίταον· [d] τῦ δὲ Ταργιτάυ τύτυ τοὺς [e] τοκέας λέγυσι εἶναι, ἐμοὶ μὲν οὐ [f] πιστὰ λέγοντας, λέγυσι δ' ὦν, Δία τε καὶ Βορυσθένεος τῦ ποταμῦ θυγατέρα· γένεος μὲν τοιύτυ δή τινος γενέσθαι τὸν Ταργίταον· τύτυ δὲ γενέσθαι παῖδας τρεῖς, [g] Λειπόξαϊν, καὶ Ἀρπόξαϊν καὶ νεώτατον Κολάξαϊν· ἐπὶ τύτων [h] ἀρχόντων, ἐκ τῦ ὑρανῦ Φερόμενα χρύσεα ποιήματα, ἄροτρόν τε καὶ ζυγὸν καὶ σάγαριν καὶ Φιάλην, πεσεῖν [i] ἐς τὴν Σκυθικήν· καὶ [k] τὸν ἰδόντα πρῶτον τὸν πρεσβύτατον ἄσσον
224 ἰέναι, βυλόμενον αὐτὰ λαβεῖν· τὸν δὲ χρυσὸν, ἐπιόντος καίεσθαι· ἀπαλλαχθέντος δὲ τύτυ, προσιέναι τὸν δεύτερον· καὶ τὸν αὖτις ταυτὰ ποιέειν· τοὺς μὲν δὴ καιόμενον τὸν χρυσὸν [l] ἀπώσασθαι· τρίτῳ δὲ τῷ νεωτάτῳ ἐπελθόντι [m] κατασβῆναι, καί μιν ἐκεῖνον κομίσαι ἐς ἑωυτῦ· καὶ τοὺς πρεσβυτέρυς ἀδελφεοὺς πρὸς ταῦτα συγγνόντας, τὴν βασιληΐην πᾶσαν παραδῦναι τῷ νεωτάτῳ. Ἀπὸ μὲν δὴ [n] Λειποξάϊος γεγονέναι τύτυς τῶν Σκυθέων, οἱ Αὐχάται γένος καλέονται· ἀπὸ δὲ τῦ [o] μέσυ Ἀρποξάϊος, οἱ Κατίαροί τε καὶ [p] Τράσπιες καλέονται· ἀπὸ δὲ τῦ νεωτάτυ αὐτέων, τοὺς βασιλῆας, οἱ καλέονται Παραλάται· σύμπασι δὲ εἶναι ὄνομα Σκολότυς, τῦ βασιλῆος [q] ἐπωνυμίην· Σκύ-

esse intelligentes, atque id agnoscentes, non perstabunt. Hoc Scythæ quum audissent; ita sibi faciendum putaverunt. Qua ex re perculsi illi, pugnæ immemores, fugam capesserunt. Ita Scythæ imperio fuerant Asiæ potiti: et rursus a Medis eiecti, ad patriam hunc in modum reversi. Hac de caussa Darius ulciscendi cupidus, comparavit contra eos exercitum. Scythæ gentem suam omnium novissimam esse aiunt, idque hoc modo extitisse. Virum quendam in hac terra, quum deserta esset, primum fuisse, nomine Targitaum, et eius parentes dicunt esse, mihi quidem non credenda dicentes, dicunt tamen, Iovem, Borysthenisque fluvii filiam. Tali quidem genere ortum Targitaum: eiusque tres liberos fuisse, Lipoxain, Arpoxain, et novissimum Colaxain. His regnantibus, ex cœlo in Scythicam regionem cecidisse ex auro facta, aratrum, iugum, securim, phialam. Quæ quum primus omnium vidisset natu maximus, accessisse prope animo illa sumendi: sed eo accedente, aurum arsisse: hoc digresso, secundum accessisse, et itidem aurum arsisse. Ambobus ab ardenti auro summotis, quum minimus natu accederet tertius, aurum constitisse, et ab illo asportatum ad domum illius, eaque re maiores fratres animadversa, totum regnum ad minimum detulisse. Et a Lipoxai quidem progenitos esse Scythas, quorum genus Auchatæ appellatur: ab Arpoxai vero, qui medius fuit, eos qui Catiari et Traspies nominantur: a minimo autem natu, reges qui Paralatæ vocantur. Omnibus autem nomen esse Scolotis, regis cognomen, sed Scythas

4 5 6 7 8 9

---

a Ἐπὶ τῷ *Ald. V. Arcb. Paris. A. B.* praepositio defit *M. Pasf. Ask.* b *Ald.*, ἐξελασθέντες *Med.* et alii. c *M. Pasf. Ask. Arcb. V.*, in aliis τοιῷδε. d Ταργιτάου δὲ τούτου *Arcb.* e Τοκέας ora *Stepb. V. Arcb. Pasf. Ask.*, quos sequor. γονέας *M. Ald.* f Πιθανὰ *V. Arcb.* mox Βαρυσθ. *Patf.* et *Valla.* g Νιτόξαϊν *Arcb. V. Valla.* h Desit iisdem. i Ἐς γῆν τὴν Σκ. uterque. k Τῶν *Arcb.*, tum statim ἰέναι ἄσσον αὐτῶν βούλομενον *Vind.* l Ἀπαλλάσσεσθαι *V. Arcb.* m Κατασβῆναι *Ald. Valla, Arcb. V. Paris. A. B. Eustath. Hom.* p. 513, 11., κατασῆναι *M. Ask. Pasf.* n Νιτοξάϊος *Vall. Arcb. V.* o Desit *Arcb.* p Τράπιοι *Valla Arcb. V.*, Τράπιες *Ask.* q Ὁμωνυμίην margo *Stepb. Ask. Pasf.*

admonentur Scythae — verbera in aciem non tela adferenda, omisfoque ferro, virgas ac flagella ceteraque fervilis metus paranda instrumenta. Probato (Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Σκύθαι ἐποίευν ἐπιτελέα· *Herod.*) *omnes consilio instructi, sicut praeceptum erat, — inopinantibus verbera intentant.* Sed *Herodoti* Scythae fatebantur, νεώτατον ἁπάντων ἐθνέων εἶναι τὸ σφέτερον· secundum *Iustin.* II, c. 1. inter Scythas atque AEgyptios de generis fuit vetustate contentio. VALCKEN.

61. Ὡς δὲ Σκύθαι λέγουσι] Emendabat *Cor. de Pauw* Οἱ δὲ Σκύθαι, oblitus Herodoteae consuetudinis, copiose a *Porto* in Ὡς Lex. Ion., ne *Stephanum* de Dialect. p. 138. advocem, declaratae. Numerant Scythae a Targitao, primo nationis suae rege, mille annos ad Darii expeditionem C. 7. Illa anno Per. Iul. 4206. congruit. Consequitur, ut gentis in Israëlitarum ex AEgypto abitum primordia incurrant circiter.

69. Λειπόξαϊν] Sitne hoc an Νιτόξαϊν verius, dicere non habeo: barbara mihi, forsan et aliis sunt. Prorsus autem credibile fit, *Colaxem* Scytham *Valer. Flaccum* L. VI, 48. hinc adscivisse, uti et *Vossio* visum. Mox ἐς τὴν γῆν τὴν Σκυθ. non male schedae veteres. Memini antea ostendere, Scriptorem in similibus hunc morem plerumque sequi. Conf. C. 8. et 99.

77. Τὸν χρυσὸν ἀπώσασθαι] Nimium hoc videtur. Schedarum ἀπαλλάττεσθαι non displiceret, modo καιομένου τοῦ χρυσοῦ scripsissent. Certius manet, κατασβῆναι *Herodoti* fuisse. Aurea illa ποιήματα, coela lapsa, adeuntibus regiis iuvenibus ardoris speciem praebuerunt et flammae: prodigio perculsi abeunt: tertio accedenti cessat flamma, exstinguiturque. Haec clara. Κατασῆναι si velis, oportet liquefacta diffluxerint prius: ubi tum *aratri*, *iugi*, *securis*, *phialae* figura?

77. Καιόμενον τ. χ. ἀπώσασθαι] Ἀπαλλάσσεσθαι, Codd. MSS. teste *Galeo*; *Valla: ambobus ab ardenti auro summotis:* legisse videtur *Valla*, scripsisse autem *Herod.* τοὺς μὲν δὴ καιομένου τοῦ χρυσοῦ ἀπαλλάσσεσθαι· et mox, τρίτῳ δὲ, τῷ νεωτάτῳ, ἐπελθόντι κατασβῆναι. VALCKEN.

85. Τοὺς βασιλῆας] Ingeniose *Io. le Febvre* corrigebat τοῦ βασιλῆος. Dixerat *Herod.* ἀπὸ μὲν δὴ Λειποξάϊος γεγονέναι τούτους τῶν Σκυθέων, οἱ Αὐχάται γένος καλέονται· a medio fratrum ortos, οἱ Κατίαροί τε καὶ Τράσπιες καλέονται· tandem addiderat secundum istam haud aspernandam lectionem, ἀπὸ δὲ τοῦ νεωτάτου αὐτέων, τοῦ βασιλῆος, (*Regis* videlicet, cui maiores natu fratres ut digniori regiam concesserant dignitatem:) οἱ καλέονται Παραλάται, nempe γεγονέναι τούτους τῶν Σκυθέων, οἱ κ. Π. saepenumero sic loqui solet Noster. VALCKEN.

86. Σκολότους] *Is. Vossius* Σκολοπίτους ob *Iustini* II, 4. regium iuvenem *Scolopitum*, *Reiskius* Σκότους. *Iustini* codices in regii iuvenis nomine variant, conspirant *Herodoti*. Qui *Scotos* ante Christi natales memorarit, nemo est. *Senecae* et *Flori* in *Spartiani* Hadriano verba qua lite agitentur, quis ignorat? Vero similius est in praecedentibus fuisse primitus ἀπὸ δὲ τοῦ νεωτάτου, τοὺς βασιληΐους ——, *regios* Scythas, de quibus C. 56. Nam gentis reges non a Colaxae, sed Herculis F. Scytha genus derivarunt C. 10. Non fugit hoc Cl. *de Pauw* sollertiam. Additur, Σκύθας δὲ Ἕλληνες ὠνόμασαν, non utique ob tituli Graecam originem, quae nulla: sed quod Graeci, qui in coloniis Ponticis inter eos degebant, cum admirabilem illorum in sagittando industriam artem cernerent, sagittariosque audirent dici *Scythas*, id cognominis toti nationi contribuerint. Durat adhuc vocabulum in Scythicae originis linguis, docte a *Theoph. Sig. Bayero* Disf. de Origine Scyth. T. I. Comment. Acad. Petropol. p. 391. illustratum.

94. Μετ-

thas Graeci appellavere. Hunc in modum se extitisse Scythae memorant, et ex quo extiterunt, a primo rege Targitao, usque ad Darii adversus ipsos transitum, annos omnino mille non amplius, sed totidem fuisse. Aurum vero illud sacrum accuratissime custoditur a regibus, placantesque magnis sacrificiis, adeunt quotannis et qui aurum sacrum habens, die festo dormierit sub die, is ab Scythis nunquam perennare fertur: et ob id dari ipsi tantum soli quantum uno die vectus equo circumire potest. Quum autem regio sit ingens, Colaxain constituisse triplex filiis suis regnum: et in his unum maximum, ubi aurum asservatur. Quae autem ad ventum aquilonem, ultra eos, qui supremi incolae regionis sunt, dicunt non posse ulterius neque prospicere neque transire, propter fusas pennas. Pennis enim tum terram, tum aërem oppletum esse: et has praepedire visum. Haec Scythae pariter de seipsis ac de regione superiore narrant. At Graeci qui Pontum incolunt, ad hunc modum: Herculem, Geryonis vaccas agentem, in hanc pervenisse terram, quae deserta esset, quam nunc Scythae incolunt. Geryonem autem habitasse extra Pontum, incolam insulae, quam Graeci Erythiam vocant prope Gades, quae sunt extra columnas Herculis in Oceano. Oceanum vero, ab ortu solis incipientem, circumfluere terram omnem, verbis quidem affirmant, sed re tamen non demonstrant. Herculem illinc in regionem quae nunc Scythia vocatur venisse, adducta sibi pelle leonis obdormisse, deprehenderat

Σκύθας δὲ Ἕλληνες ἐνόμασαν. Γεγονέναι μέν νυν σφέας [a] ὧδε λέγουσι οἱ Σκύθαι· ἔτεα δὲ σφι, ἐπεί τε γεγόνασι, τὰ σύμπαντα λέγουσι εἶναι ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλῆος Ταργιτάου ἐς τὴν Δαρείου διάβασιν τὴν ἐπὶ σφέας, χιλίων ἐλάσσω, ἀλλὰ τοσαῦτα· τὸν δὲ [b] χρυσὸν τοῦτον τὸν ἱρὸν φυλάσσουσι οἱ βασιλῆες ἐς ταμάλιτα, καὶ θυσίῃσι μεγάλῃσι ἱλασκόμενοι μετέρχονται ἀνὰ πᾶν ἔτος· ὃς δ' ἂν ἔχων τὸν χρυσὸν τὸν ἱρὸν ἐν τῇ ὀρτῇ ὑπαίθριος κατακοιμηθῇ, οὗτος λέγεται ὑπὸ Σκυθέων [c] οὐ διενταυτίζειν· δίδοσθαι δέ οἱ διὰ τοῦτο ὅσα ἂν ἵππῳ ἐν ἡμέρῃ μιῇ περιλάσῃ αὐτός· τῆς δὲ χώρης ἐούσης μεγάλης, τριφασίας τὰς βασιληίας τοῖσι παισὶ τοῖσι ἑωυτοῦ κατάστησασθαι Κολάξαϊν· καὶ τυτέων μίην μεγίστην ποιῆσαι, ἐν τῇ τὸν χρυσὸν φυλάσσεσθαι· τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς [d] βορῆν λέγουσι ἄνεμον τῶν ὑπεροίκων τῆς χώρης, ὑπ' οὗ τε εἶναι ἔτι προσωτέρω οὔτε ὁρᾶν, οὔτε διεξιέναι, ὑπὸ πτερῶν κεχυμένων· πτερῶν γὰρ καὶ τὴν γῆν καὶ τὸν ἠέρα εἶναι πλέον, καὶ ταῦτα εἶναι τὰ ἀποκληίοντα τὴν ὄψιν. Σκύθαι μὲν ὧδε ὑπὲρ σφέων τε [e] αὐτέων, καὶ τῆς χώρης τῆς κατύπερθε λέγουσι. Ἑλλήνων δὲ οἱ τὸν Πόντον [f] οἰκέοντες, ὧδε· Ἡρακλέα ἐλαύνοντα τὰς [g] Γηρυόνεω βοῦς, ἀπικέσθαι ἐς γῆν ταύτην τὴν ἐοῦσαν ἐρήμην, ἣν τινα νῦν Σκύθαι νέμονται. [h] Γηρυόνεα δὲ οἰκέειν, ἔξω τοῦ Πόντου, κατοικημένον, τὴν οἱ Ἕλληνες λέγουσι Ἐρύθειαν νῆσον, τὴν πρὸς Γηδείροισι τοῖσι [i] ἔξω Ἡρακληίων στηλέων ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ· τὸν δὲ Ὠκεανὸν λόγῳ μὲν λέγουσι ἀπὸ ἠλίου ἀνατολέων ἀρξάμενον, γῆν περὶ πᾶσαν ῥέειν, [k] ἔργῳ δὲ οὐκ ἀποδεικνῦσι· [l] ἐνθεῦτεν τὸν Ἡρακλέα ἀπικέσθαι ἐς τὴν τῶν Σκυθέων χώρην καλεομένην· καταλαβεῖν γὰρ αὐτὸν χειμῶνά [m] τε καὶ κρυμόν· ἐπειρυσάμενον δὲ τὴν λεοντῆν,

a *M. Arcb. V. Pasf. Ask.* olim οὕτω. *b* Χρόνον *Pasf.* mox τὰ μάλιστα sine ἐς *Arcb. V.* *c* Οὐ δ' ἐνιαυτίζειν *Ask.*, διενταυτίζειν *Arcb.* *d* *V. Arcb.*, βορέην alii. *e* Iidem: olim αὐτῶν. *f* Οἰκέουσι *Arcb. V.* *g* Γηρυόνεω βόας iidem, et ἐπικ. *b* Γηρυόνην *Arcb. V.* Mox τὴν οἱ Ἑλλ. iid., alii οἱ non habent. *i* *Arcb. V. Paris. A. B.*, ἔξω ἐπὶ Ἡρ. antea. *k* Tangit *Euftath.* in *Dionyf.* v. 41. *l* Ἔνθεν τε τὸν *Arcb.*, ἐνθένδε. Mox ὡς ἀπικ. et Σκυθικὴν *Arcb.* atque ita plerumque semper Scriptor et MSS. *m* Omittunt τε *Arcb. V.*, tum prior κρύμμον.

94. Μετέρχονται ἀνὰ πᾶν ἔτος] Scytharum regna tria erant, quorum in maximo fatale aurum sollicite asservabatur: curam reges inpendebant ipsi: Singulis tamen annis et festo quidem die ex sacrario efferebatur: id periculum eius ostendit, qui festo die aurum habens sub dio dormiret. Quae si, uti opinor, intendit, *μετέρχονται ἀνὰ πᾶν ἔτος reges arcessunt quotannis*, videlicet in suum quisque regnum. Ceteroqui θυσίῃσι μεγάλῃσι μετέρχονται fuisset satis, uti ἐπεί τέ με λιτῇσι μετέρχεαι L. VI, 69. *Hesychium* iunge in Μετέρχομαι.

1. Τὰ κατύπερθε πρὸς βορῆν &c.] Frustra in his corrigendis sudatur: alius νεμόντων ὑπεροίκων —— nimis officiose: alius τῶν ὑπερβορέων τῆς χώρης, etsi de Hyperboreis, ut infra testificabitur, nihil dicerent Scythae. Desit nihil omnino. Nectenda sunt πρὸς βορῆν ἀν. τῶν ὑπερόικων, quemadmodum τὰ πρὸς βορῆν τῆς ἠπείρου, aliaque ad L. III, 102. Πτερὰ κεχυμένα explicantur infra C. 31.

13. Τοῖσι ἔξω Ἡρακ. στηλέων] Inutile ἐπὶ Codd. voluntate induxi; feci quoque satis *Bouberio* et *Clerico*, viris praeclaris, τοῖσι ἔσω —— corrigentibus ad L. II, 35. *Erythiae* situm longe a Gadibus et Oceano removit *Hecataeus* in *Arrian.* Ἀναβ. II, 16., *Scylax* et *Aristoteles* ob Epigramma, vitiosum admodum et variantibus coniecturis vexatum a *Salmasio*, *Is. Vossio*, *Bouberio*, cuius super eo Epistola in Illustr. *Scipion. Maffei* Gall. Antiq. p. 162. In Oceano iteratur error L. II, 23.

13. Τοῖσι ἔξω ἐπὶ] Equidem illud ἐπὶ librario contribuerim, cuius oculus describentis aberravit ad vicina. Forsan quis Codex scriptus voce carebit, quae mea sententia hac in sede ferri nequit. Recte quoque *Valla* dederat: *Gades, quae sunt extra columnas Herculis in Oceano:* ne scilicet egregium illud omitteretur, corrector voculam *ad* his interiecit. Non insulae duntaxat extra fretum Herculeum sitae, sed terra quoque continens Europae et Africae, quae hoc freto magis versus Occidentem vergeret, fuisse dicuntur *extra columnas Herculis*; etiam *Herodoto* ἔξω Ἡρακληίων στηλέων· quales Cynesii Celtaeque L. II, c. 33. ubi notat *Wesf.*, n. 55. memorat IV, c. 196., Λιβύης χῶρόν τε καὶ ἀνθρώπους ἔξω Ἡρακληίων στηλέων κατοικημένους. Insulam Κέρνην ἔξω οὖσαν τῶν Ἡρακλείων στηλῶν dixerat *Palaeph.* π. Ἀ. c. 32. emendatus ad *Diodori Sic.* T. I, p. 222. idem saepe dicitur de Tartesso, etiam in App. *Vatic.* 1 Prov. 35. Conf. *Herod.* IV, c. 152. Praebent id ipsum formae loquendi proverbiales, *Isocrat.* Panathen. p. 285. c. *Aristid.* in AEgypt. T. III, p. 597. πῶς οὐκ ἀληθῶς ἔξω στηλῶν καὶ Γαδείρων φήσει τις ἐπισκῶπτων εἶναί σοι τὸν νοῦν; *Extra orbem terrarum circumfusam Oceano insulam* Gades dicebat P. Scipio *Livii* XXVIII, c. 32. *Herod.* Ἐρυθείαν, quam Geryones scilicet incoluerit, insulam fuisse scribit πρὸς Γηδείροισι τοῖσι ἔξω Ἡρακληίων στηλέων ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ. De Erythia, Gadibus, et vera Geryonis in Epiro sede, cuius eximias boves Hercules abegerit Graecus, a Phoenicio, qui columnas erexit, diversissimus, pro eruditione sua *Sam.* egit *Bochartus* G. S. Part. II, L. 1, c. 34. VALCKEN.

17. Καταλαβεῖν γὰρ αὐτὸν] Prout in versione *Vallae* collocavit, vir Doctus ad ordinis ista nativi necessitatem redacta voluit: dissidet ab huius iudicio *Herod.*, qui centies minimum ex isto naturali situ verba distraxit, seu ut illa confusa rerum accommodaret perturbationi, sive ut suo singula loco posita gratius aures acciderent; ut adeo mirum sit qui *Herodotum* triverint ista talia velle mutata. Ubi *Longino* Sect. 22. §. 1. Ὑπέρβατον esse dicitur λέξεων ἢ νοήσεων ἐκ τοῦ κατ' ἀκολουθίαν κεκινημένη τάξις, καὶ οἱονεὶ χαρακτὴρ ἐναγωνίου πάθους ἀληθέστατος, verborum ordinis commutati primum ponit exemplum Herodotea Phocaeensis Dionysii verba e L. VI, c. 11. Quae consueto scribendi more sequi debebat, ratio *Herodoto* sic saepissime reliquis praemittitur. VALCKEN.

τῆν, κατυπνῶσαι· τὰς δὲ οἱ ἵππους τὰς [a] ἀπὸ τοῦ ἅρματος νεμομένας ἐν τούτῳ τῷ [b] χρόνῳ, ἀφανισθῆναι
225 θείῃ τύχῃ. Ὡς δ' ἐγερθῆναι τὸν Ἡρακλέα, διζήσασθαι· [c] πάντα δὲ τὰ τῆς χώρης ἐπεξελθόντα, τέλος ἀπικέσθαι ἐς τὴν Ὑλαίην [d] καλεομένην γῆν· ἐνθαῦτα δὲ αὐτὸν εὑρεῖν ἐν ἄντρῳ [e] μιξοπάρθενόν τινα Ἐχιδνὰν διφυέα· τῆς τὰ μὲν ἄνω ἀπὸ τῶν γλουτέων, εἶναι γυναικός· τὰ δὲ ἕνερθεν, ὄφιος· ἰδόντα δὲ καὶ θωϋμάσαντα, ἐπείρεσθαί μιν εἴ κου ἴδοι ἵππους πλανωμένας· τὴν δὲ φάναι ἑωυτὴν ἔχειν, καὶ οὐκ ἀποδώσειν ἐκείνῳ [f] πρὶν ἢ οἱ μιχθῆναι· τὸν δὲ Ἡρακλέα μιχθῆναι ἐπὶ τῷ μισθῷ τούτῳ· κείνην τε [g] δὴ ὑπερβαλέσθαι τὴν ἀπόδοσιν τῶν ἵππων, βουλομένην ὡς πλεῖστον χρόνον συνεῖναι τῷ Ἡρακλέϊ· καὶ τὸν, κομισάμενον, ἐθέλειν ἀπαλλάσσεσθαι· τέλος δὲ, ἀποδιδοῦσαν αὐτὴν εἰπεῖν,
„ Ἵππους μὲν [h] δὴ ταύτας ἀπικομένας ἐνθάδε, ἔσωσά τοι ἐγώ· σῶτρά [i] τε σὺ παρέσχες· ἐγὼ γὰρ ἐκ
„ σεῦ τρεῖς παῖδας ἔχω· τούτους, ἐπεὰν γένωνται
„ [k] τρόφιες, ὅ, τι χρὴ ποιέειν, ἐξηγέο σύ· εἴτε αὐ-
„ τοῦ κατοικίζω, χώρης γὰρ τῆσδε ἔχω τὸ κράτος
„ αὐτὴ, εἴτε ἀποπέμπω παρὰ σέ" τὴν μὲν δὴ ταῦτα ἐπειρωτᾶν· τὸν δὲ λέγεσι πρὸς ταῦτα εἰπεῖν,
„ Ἐπεὰν ἀνδρωθέντας ἴδῃαι τοὺς παῖδας, τάδε ποι-
„ εῦσα οὐκ ἂν ἁμαρτάνοις· τὸν μὲν ἂν ὁρᾷς αὐτέων
„ τόδε [l] τὸ τόξον ὧδε διατεινόμενον, καὶ τῷ ζωστῆρι
„ τῷδε [m] κατὰ τάδε ζωννύμενον, τοῦτον μὲν τῆσδε
„ τῆς χώρης οἰκήτορα ποιεῦ· ὃς δ' ἂν τῶν ἄλλων τῶν [n] ἐντέλλομαι λίπηται, ἐκπεμπε ἐκ τῆς
„ χώρης· καὶ ταῦτα ποιεῦσα, αὐτή τε [o] εὐφρανέεαι,
„ καὶ τὰ ἐντεταλμένα ποιήσεις." Τὸν μὲν δὴ εὐρύσαντα τῶν τόξων τὸ ἕτερον, δύο γὰρ δὴ Φορέειν τέως Ἡρακλέα, καὶ [p] τὸν ζωστῆρα περισδείξαντα, παραδοῦναι τό τόξον τε καὶ τὸν ζωστῆρα, [q] ἔχοντα ἐπ' ἄκρης τῆς συμβολῆς φιάλην χρυσέην· [r] διδόντα δὲ, ἀπαλ-

rat enim eum hiemans tempestas et gelu, et equas eius a curru pascentes medio tempore divina sorte non comparuisse. Eas exper-9 rectus quum indagaret, omnem regionem perlustrans, tandem in terram quæ dicitur Hylæa devenisse; ibique in antro quandam invenisse virginem mixtæ naturæ, Echidnam geminam: superne quidem, natium tenus, feminam; inferius autem, serpentis. Eam conspicatum Herculem atque admiratum, interrogasse nuncubi equas errabundas vidisset; Illamque respondisse, Se illas habere, sed non prius reddituram ei, quam cum ipsa coiisset: Herculem pro ea mercede cum illa concubuisse. Sed quum illa differret reddere equas, cupida diutissime cum Hercule concumbendi, at hic cuperet receptis equis abire, ad postremum illis redditis eam dixisse, Has ego tibi equas, quæ huc venerant, servavi: tu earum servatarum pretium solvisti. Concepi enim ex te filios tres: qui ubi adoleverint, expone quid facere debeam; utrum hic præbeo domicilium, nam sola huius regionis imperium teneo, an ad te mitto? Hæc percontatæ respondisse, Posteaquam eos in virilem ætatem adolevisse videris, si ita facies non delinques: quem animadverteris eorum hunc arcum ita tendentem, et hoc balteo ita præcinctum, eum tu huius regionis incolam effice: qui autem his operibus, quæ mando, non erit par, eum hinc ablegabis. Hæc exequendo et ipsa lætaberis, et præceptis meis obtemperabis. Atque ita quidem Hercu-10 lem, postquam adduxit alterum arcum, duos enim hucusque gestabat, et balteum insuper monstrasset, illi tradidisse et arcum et balteum, qui balteus in extrema

a Ὑπὸ τοῦ *Paris. B.* *b* *M. Arch. Pasf. Ask. Valla*, alii χώρῳ. Conf. *Gronov.* *c* Τὰ πάντα δὲ τῆς *Arch. V.*, τὰ omittunt *Pasf. Ask.* tum διζήσθαι *Arch. Ask. Pasf.*, vulgo δίζεσθαι. *d* Duo haec negligunt *Arch. V.* *e* Citat *Eustath.* in *Dionys.* v. 310. Mox τινὰ non habent *V. Arch.* *f* *V. Arch. Ald. Paris. A. B.*, tum μιχθῇ *Arch. V.*, πρίν οἱ μιχθῆναι *M. Pasf. Ask.* sed sibi non constantes. Vid. inf. C. 147. 167. *g* Abest *Arch. V.*, ὑπερβάλλεσθαι *Pasf.* *h* Defit *Arch.* mox ἐνθαῦτα id. et *Vind.* *i* Δὲ iidem, et ἔχω γὰρ ἐκ σέο π. τρ. satis apte. *k* Spectavit *Eustath.* Hom. p. 1468. *l* Non habet *Pasf.* tum διατεινάμενον *Arch.* *m* Κατὰ τάδε ζωνν. *Arch. V. Valla*, alii καταζωνν. *n* *Ald. Pasf.*, ἐνετέλλομαι Edd. absurde. *o* Εὐφράνεαι *Arch. V. Pasf.* *p* Τῷ ζωστῆρι προδείξ. *Arch.*, posterius etiam *V.*, *Herodoti* fuit προσδέξαντα, uti L. 1, 60. *q* Φέροντα *Pasf.* *r* Δόντα *Arch. V.*

24. Ἐχιδνὰν διφυέα] *Eustath.* ad Periegesin non nominat διφυέα, adquiescens in μιξοπαρθένῳ Ἐχιδνᾷ. Scripti Codd. mordicus tenent omnes, Herodoteae abundantiae congruens. Tale *Libanii* de Chirone, Achillis nutritore, καὶ κενταύρου σῶμα ΔΙΦΤΕΣ καὶ τροφέα ΜΙΞΑΝΘΡΩΠΟΝ καὶ τροφὴν ἐξηγριωμένην in Basilico T. II. p. 108. Pertinet huc ex marmore Farnesiano ap. *Donium* Class. 1. p. 34. ΟΤΤΩ ΔΕ, Hercules, ΕΠΙ ΣΚΤΘΙΑΝ ΔΙΑΒΑΣ ΑΡΑ . . . ΜΑΧΑΙ ΕΝΙΚΑΣΕ ΤΑ ΔΕ ΘΤΓΑΤΡΙ ΑΤΤΟΤ ΣΤΓΓΕΝΟΜΕΝΟΣ ΕΧΙΔΝΑ ΤΙΟΤΣ ΑΓΑΘΤΡΣΟΝ ΕΘΕΤΟ ΚΑΙ ΣΚΤΘΑΝ. Sic scribenda, quae a *Sponio*, *Donio*, *Muratorio* mendose publicata. In plerisque utor consensu magni viri *Tb. Reinesii* Inscript. Cl. IV, 12. p. 349., et quod nunc conperio, *Ed. Corsini*, cuius eruditus in Lapidem commentarius exstat. Quod ille autem mancum ΑΡΑ . . . aut, ut in *Blanchini* schedis, ΑΡΑΣΑΤ . .., ΑΓΑΘΤΡΣΟΝ pingit, non laudo. Quis docuit Echidnae patrem fuisse *Agathyrsum?* Latet verum regis nomen; cetera de *Echidna*, *Agathyrso* et *Scytha*, eius et Herculis filiis, ab *Herodoto* abesse non debuerunt.

24. Ἐχιδνὰν διφυέα] Coniecturam nonneminis, vocem διφυέα proscribentis, *Eustathio* praetermissam ad Dionys. v. 310., suo iure reiecit *Wesseling.* in Disc. *Herod.* p. 25. Et certe Sphingis memor eruditulus μιξοπάρθενον aeque addere potuerat ad Herodotea, εὑρεῖν ἐν ἄντρῳ τινὰ Ἐχιδνὰν (cur non ἐχίδνην scriberetur aut Ἐχιδνήν') διφυέα, τῆς τὰ μὲν ἄνω ἀπὸ τῶν γλουτέων εἶναι γυναικὸς, τὰ δὲ ἕνερθεν, ὄφιος. *Cecropem* ad eamdem rationem crediderunt dictum διφυῆ, atque equis commissos permixtosque *Centauros* Διφυῆ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν, *Soph.* Trach. v. 1110. Herodoteae memor fabulae *Diodorus* filio patrem supponit L. II, c. 43. μυθολογοῦσι Σκύθαι γηγενῆ παρ' αὐτοῖς γενέσθαι παρθένον, ταύτην δ' ἔχειν τὰ μὲν ἄνω μέρη τοῦ σώματος μέχρι τῆς ζώνης γυναικεῖα· τὰ δὲ κατώτερα ἐχίδνης· ταύτῃ δὲ Δία μιγέντα γεννῆσαι παῖδα Σκύθην ὄνομα. *Mela* II, c. 1. *Basilidis ab Hercule et Echidna generis principia* sunt. *Herod.* c. 10. a Scythia Herculis γενέσθαι ait τοὺς αἰεὶ βασιλῆας γινομένους Σκυθέων. Plus semel οἱ καλεόμενοι Βασιλήϊοι Σκύθαι memorantur. VALCKEN.

36. Ἐπεὰν γένωνται τρόφιες] *Homeri* κῦμα Τρόφι tractans *Eustath.* in Od. Γ. p. 128, 17. attulit et Herodotea: Τρόφιες in istis redduntur τέλειοι ἄνδρες· ipse mox *Herod.* interpretatur, ἐπεὰν ἀνδρωθέντας ἴδῃαι τοὺς παῖδας. *Platonis* est in Menex. T. II, p. 249. A. ἐπειδὰν εἰς ἀνδρὸς τέλος ἴωσιν. *Bionis* Eid. II, 14. ἦν δ' ἀνέρος ἐς μέτρον ἔλθῃς. Herodoteum proprius accedit Μωσῆς μέγας γενόμενος, Ep. ad *Hebr.* XI, 24. μέγας ὢν in *Aristoph.* N. v. 69. *Andocidis* p. 16, 38. Τρόφις est μέγας et παχὺς, *Hesych.* Τροφιοῦται, παχύνεται. Τρέφειν proprie notabat *comprimere*, *condensare*; *caseus*, lac condensatum et pressum, τροφαλίς. γάλα τρεφόμενον τυρὸν ἐργάζεσθαι κάλλιστον, scribit *AElian.* N. A. XVI, c. 32. *Theocrit.* XXV, 106. τρέφε πίονα τυρόν. In *Galeni* gloss. Τρόφις redditur εὔτροφος, παχύς· apud *Hesych.* εὐτεθραμμένος. Nostro loco Τρόφιες sunt ἀνατεθραμμένοι. VALCKEN.

44. Κατὰ τάδε ζωννύμενον] Viri docti, quibus ζωστῆρι τῷδε ὧδε καταζων. blandiebatur, hoc in posterum praeferent. Non dissimile se dabit C. 76. huius Musae. Omnia hic Hercules δεικτικῶς, tum in arcu, tum balteo. Porro dedecus editorum priorum ἐνετέλλομαι deterst.

56. Τῆς

ma commiſura haberet auream phialam: et his donatis abiiſſe. Illam pueris natis quum in virilem ætatem adoleverunt, partim nomina impoſuiſſe, uni, Agathyrſo; ſequenti, Gelono; minimo, Scythæ: partim eandem mandatorum memorem illa peregiſſe: et duos quidem filiorum, Agathyrſum ac Gelonum, qui propoſito certamini non ſuffeciſſent, a matre ablegatos e regione exceſſiſſe: Scytham vero minimum natu qui rem compleſſet, ibidem remanſiſſe: et ab illo Scytha Herculis *filio* progeneratos, qui deinceps fuerint reges Scytharum: ab illa autem phiala, Scythas ad hanc usque ætatem phialas in balteis ferre: et id ſolum Scythæ matrem excogitaſſe. Hæc Græci
11qui habitant in Ponto referunt. Fertur et alius ſermo ita habens, cui ipſe præcipue aſſentior: Scythas Nomadas, qui Aſiam incolunt, quum a Maſſagetis bello vexarentur, Araxe transmiſſo, in Cimmeriam abiiſſe, nam regio quam nunc Scythæ incolunt, ea fertur olim fuiſſe Cimmeriorum. Sed invadentibus Scythis Cimmerios, quum deliberarent, tanquam magno irruente exercitu, in ſententia diverſos fuiſſe; utraque quidem rigida, ſed regum meliore, nam populum quidem ſenſiſſe conſultius fore, ſi excederent, neque quod precabantur, contra plures periclitarentur: at reges, pro regione cum invaſoribus dimicandum. Ita quum neutris alteri obtemperare vellent, et populus conſilium caperet ſine prœlio demigrandi, tradita invadentibus regione; reges vero, in ſua potius patria occumbentes iacere, nec una cum plebe fugiendum cenſuiſſe, quot bona habuiſſent, et quot mala evidentia habituri eſſent patria profugi, reputantes: hæc illos ſentientes,

ἀπαλλάσσεσθαι· τὴν δ', ἐπεὶ οἱ γενομένους τοὺς παῖδας ἀνδρωθῆναι, τοῦτο μέν σφι ὀνόματα [a] θέσθαι· 55τῷ μὲν, Ἀγάθυρσον, αὐτέων· τῷ δ' ἑπομένῳ, Γελωνόν· Σκύθην δὲ, τῷ νεωτάτῳ· τοῦτο δὲ, τῆς [b] ἐπιτολῆς μεμνημένην αὐτὴν, ποιῆσαι τὰ ἐντεταλμένα· καὶ [c] δὴ δύο μὲν τῶν παίδων τόν τε Ἀγάθυρσον καὶ τὸν Γελωνὸν οὐκ οἵους τε γενομένους ἐξικέσθαι 60πρὸς τὸν προκείμενον ἆεθλον, οἴχεσθαι ἐκ τῆς χώρης, ἐκβληθέντας ὑπὸ τῆς γεναμένης· τὸν δὲ [d] νεώτατον αὐτέων Σκύθην ἐπιτελέσαντα, καταμεῖναι ἐν τῇ χώρῃ· καὶ ἀπὸ μὲν Σκύθεω τοῦ Ἡρακλέος γενέσθαι τοὺς αἰεὶ βασιλῆας γινομένους Σκυθέων· ἀπὸ δὲ τῆς Φιάλης, 65[e] ἔτι καὶ ἐς τόδε Φιάλας ἐκ τῶν ζωστήρων Φορέειν Σκύθας· [f] τὸ δὴ μοῦνον μηχανήσασθαι τὴν μητέρα Σκύθῃ. Ταῦτα δὲ Ἑλλήνων οἱ τὸν Πόντον 226
οἰκέοντες λέγουσι· ἔστι δὲ καὶ [g] ἄλλος λόγος ἔχων ὧδε· τῷ μάλιστα λεγομένῳ αὐτὸς προσκεῖμαι· Σκύ70θας τοὺς νομάδας, οἰκέοντας ἐν τῇ Ἀσίῃ, πολέμῳ [h] πιεσθέντας ὑπὸ Μασσαγετέων, οἴχεσθαι διαβάντας ποταμὸν [i] Ἀράξεα ἐπὶ γῆν τὴν Κιμμερίην· τὴν γὰρ δὴ νέμονται Σκύθαι, αὐτὴ λέγεται τοπαλαιὸν εἶναι Κιμμερίων· τοὺς δὲ Κιμμερίους, ἐπιόντων 75Σκυθέων, βουλεύεσθαι, ὡς στρατῷ ἐπιόντος μεγάλου· καὶ δὴ τὰς γνώμας σφέων κεχωρισμένας, ἐκτόνους μὲν [k] ἀμφοτέρας, ἀμείνω δὲ τὴν τῶν βασιλήων· τὴν μὲν γὰρ [l] δῆμον φέρειν γνώμην, ὡς ἀπαλλάσσεσθαι [m] πρῆγμα εἴη, μηδὲ πρὸς πολλοὺς δεόμενον 80κινδυνεύειν· τὴν δὲ τῶν βασιλήων, διαμάχεσθαι περὶ τῆς χώρης τοῖσι ἐπιοῦσι· οὕτω δὴ ἐθέλειν πείθεσθαι οὔτε τοῖσι [n] βασιλεῦσι τὸν δῆμον, οὔτε τῷ δήμῳ τοὺς βασιλῆας· τοὺς μὲν δὴ ἀπαλλάσσεσθαι βουλεύεσθαι ἀμαχητὶ, τὴν χώρην [o] παραδόντας τοῖσι ἐπιοῦσι· 85τοῖσι δὲ βασιλεῦσι δόξαι ἐν τῇ ἑωυτῶν [p] κέεσθαι ἀποθανόντας, μηδὲ συμφεύγειν τῷ δήμῳ· λογισαμένους ὅσα τε ἀγαθὰ πεπόνθασι, καὶ ὅσα φεύγοντας ἐκ τῆς πατρίδος κακὰ ἐπίδοξα καταλαμβάνει· [q] ὡς δὲ δόξαι

[a] Θεῖναι iid. [b] *V. Arcb. Paſ.*, vulgo ἐπιτολῆς. [c] Δὴ Abest *V. Arcb.*, tum μὲν οἱ iid. *Ald. Paris. B.*, οἱ non est in *M. Paſ. Ask.*, porro παίδων τούτων Ἀγ. *Arcb.* [d] *M. V. Ask. Paſ.*, νεώτερον olim. [e] *M. Arcb. Ask. Paſ.*, alii ἔτι δὲ. [f] Τὸν *Ald.*, τὸ et μηχανήσασθαι ora *Stepb. Arcb. V. Paris. A. B.* et Σκύθῃ omnes illi codices et *Valla*: τὸ *Paſ. Ask. M.* quoque: vulgo μηχανᾶσθαι et Σκύθην. [g] Ἄλλος *Valla*, marg. *Stepb. Arcb. V. Paſ. Ask.*, vulgo ἕτερος. [b] *M. Arcb. V. Paſ. Ask.*, πιασθ. alii, tum Μασσαγ. *V. Arcb. Valla*, vulgo Μασαγ. [i] *Ald. V.*, Ἀράξην ceteri. Mox ἐπὶ τὴν Κιμμ. *Arcb. V.* [k] Ἀμφοτέρους *Arcb. V.* [l] Abest *V. Arcb.* [m] Πρῆγμα εἰ μὴ δὲ πρὸς πολλοὺς δεόμενον *Arcb.*, quorum tria poſtrema *Vind.* ora *Steph. Pariſ. A. B.*, δεόμενον etiam *Ald.*; πρὸς πολλοῦ γινόμενα *Paſ.*, πρὸ πολλοῦ δεόμενα *M. Ask.* [n] Βασιλῆυσι *Arcb.* bene. [o] *M. Ask. Paſ.*, ceteri παραδιδόντας. [p] Κεῖσθαι *Paſ. V. Arcb. Ask.* [q] Ὡς δ' ἔδοξε *Arcb. V.*

56. Τῆς ἐπιτολῆς μεμν.] Suum recipit. Ἔλεγε δὲ ταῦτα ἐξ ΕΠΙΤΣΟΛΗΣ τῆς Δημαρήτου L. VI, 50. *Sophocles* Aiac. v. 793. Πέμπει με σοὶ Φέροντα τάς γ' ΕΠΙΣΤΟΛΑΣ Τεῦκρος Φυλάσσειν. Iterum Trachin. v. 500. ὡς λόγων τ' ΕΠΙΣΤΟΛΑΣ Φέρῃς. Alia conſulto ob copias *Stanleii* ad *AEſchyli* Prometh. principium misſa facio.

66. Τὸ δὴ μοῦνον μηχανήσασθαι &c.] Schedarum veſtigia premo, ac vicem *Stephani*, iniuria taxati, doleo. Mira Codd. conſpiratione τὸ repraeſentant, et illi ex reſtituto dica naſcetur? Cl. viri de his iudicium reſpice et mirare. Mihi *Vallae* Latina conmoda erunt, modo μοῦνον femineo genere, ut in ſcriptis L. VII, 225., putetur. Τὸ δὴ, id, quod ſupra depoſuit, matrem ſolam Scythae F. parasſe atque excogitasſe.

71. Πιασθέντας] Hanc ego formam ſi hic et alibi Codd. adfirmarent, altera non mutarem: Attice quidem πιέζειν, Dorice per α ſcribebatur et Ionice: τράπειν, στράφειν, τάμνειν, Dorica non tantum ſunt, ſed et Ionica. VALCKEN.

78. Ὡς ἀπαλλάσσεσθαι πρῆγμα εἴη] Opus ac utile fore. Sic L. I, 79. εὕρισκέ πρῆγμά οἱ εἶναι ἐλαύνειν—. et VII, 12. πάγχυ εὕρισκε οἱ οὐ πρῆγμα εἶναι στρατεύεσθαι. Sequentia noluit intacta *Abreſchius* Diluc. Thucyd. p. 488., cui πρῆγμαι εἶναι et δεόμενον idem. *Herodoto* δεόμενος est *rogitans* L. IX, 110. et ſaepe alias. *Gronovii* emendatio longe abit, et criminationem habet in inmerentem *Stephanum* atrocem. Scripsi ex ea librorum diſcordia, quod plurium nititur conſenſu, in verborum ſententia haeſitans. Quod ſi δεόμενον aut δεόμενα exſularet, nihil moraretur. Videlicet abeundum eſſe, neque contra plures periclitandum. At vetant membranae. Ergone δεομένου formandum, ut ex ſuperiore δήμου pendeat, aut δεομένων cum *Reiskio?* Fieri potest: nam ad abſolutam non temere ſtructuram vergo. Verum haec doctiores viderint.

79. Μηδὲ πρὸ πολλοῦ] Procul dubio mendoſa variis ſunt coniecturis tentata; quibus nova ſuccedat, non illa quidem verax, fortaſſe tamen ad veritatis inveſtigationem profutura; nemo diffitebitur, opinor, ἀπαλλάσσεσθαι πρῆγμα εἴη, μηδὲ πρὸς πολλοὺς οὐδὲν δέον μένοντας κινδυνεύειν, *ita rem eſſe comparatam, ut optimum videretur excedere regione, neque manendo atque adverſus exercitum numeroſum pugnando fruſtra ſe obiicere periculo.* VALCKEN.

88. Κακὰ ἐπίδοξα] Laurentii *mala evidentia* peccant. *Futura* ſunt, quaeque exſpectantur. *Antiphon* Ἐξαπολογ. p. 120. ἐκ γὰρ τῶν μεταβολῶν ἐπίδοξος ἡ δυσπραγία ——. *Lycurgus* c. Leocrat. p. 148. μήτε ἐν τοῖς μέλλουσιν ἐπίδοξον εἶναι. Ex *Herodoto* plura *Portus*, *Alberti* in *Heſych.* et fortaſſe ad L. VI, 12.

88. Κακὰ ἐπίδοξα] Non ſane ſunt *mala evidentia*; ſed ὅσα φεύγοντας ἐκ τῆς πατρίδος κακὰ ἐπίδοξα καταλαμβάνειν, *quot calamitates ex patria profugis probabiliter ſupervenirent.* Vim verbi καταλαμβάνειν in malis ſitam, quae nos ſubito corripiunt et opprimunt, explicuit *T. H.* ad *Luciani* Somn. §. 12. Τὰ προσδόκιμα dicuntur

at horum multi per seditionem occisi et sepulti prope Tyren. Cimmerii migrantes in Chersonesum ad Sinopen. Scythæ invadunt Mediam. Confinium gentium turbæ.

ξαι σφι ταῦτα, διαστάντας, καὶ ἀριθμὸν ἴσους γενομένους, μάχεσθαι πρὸς ἀλλήλους· καὶ τοὺς μὲν ἀποθανόντας πάντας ὑπ' ἑωυτῶν, θάψαι τὸν δῆμον τῶν Κιμμερίων παρὰ ποταμὸν Τύρην· καὶ σφέων ἔτι δῆλός ἐστι ὁ τάφος· θάψαντας δὲ, οὕτω τὴν [a] ἔξοδον ἐκ τῆς χώρης ποιέεσθαι. Σκύθας δὲ ἐπελθόντας, λαβεῖν ἐρήμην τὴν χώρην. Καὶ νῦν ἔστι μὲν ἐν τῇ Σκυθικῇ Κιμμέρια τείχεα, ἔστι δὲ Πορθμήϊα Κιμμέρια· ἔστι δὲ καὶ [b] χώρη οὔνομα Κιμμερίη· ἔστι δὲ Βόσπορος, Κιμμέριος καλεόμενος· Φαίνονται δὲ οἱ Κιμμέριοι φεύγοντες ἐς τὴν Ἀσίην τοὺς Σκύθας, καὶ τὴν Χερσόνησον κτίσαντες, ἐν τῇ νῦν Σινώπη πόλις Ἑλλὰς [c] οἴκισται· Φανεροὶ δέ εἰσι καὶ οἱ Σκύθαι διώξαντες αὐτοὺς, καὶ [d] ἐσβαλόντες ἐς γῆν τὴν Μηδικὴν, ἁμαρτόντες τῆς ὁδοῦ· οἱ μὲν γὰρ Κιμμέριοι αἰεὶ τὴν παρὰ θάλασσαν ἔφευγον· οἱ δὲ Σκύθαι, ἐν δεξιῇ τὸν Καύκασον ἔχοντες, ἐδίωκον· [e] ἐς ὃ ἐσέβαλον ἐς τὴν Μηδικὴν γῆν, ἐς [f] μεσόγαιαν τῆς ὁδοῦ τραφθέντες. Οὗτος δὲ ἄλλος ξυνὸς Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων [g] λεγόμενος λόγος εἴρηται· ἔφη δὲ Ἀριστέης ὁ Καυστροβίου, ἀνὴρ Προκοννήσιος, ποιέων ἔπεα, ἀπικέσθαι ἐς Ἰσσηδόνας, [h] Φοιβόλαμπτος γενόμενος· [i] Ἰσσηδόνων δ' ὑπεροικέειν Ἀριμασποὺς, ἄνδρας μουνοφθάλμους· ὑπὲρ δὲ τούτων, τοὺς χρυσοφύλακας γρύπας· τούτων δὲ, τοὺς Ὑπερβορέους, κατήκοντας ἐπὶ θάλασσαν· τούτους ὦν πάντας πλὴν Ὑπερβορέων, ἀρξάντων Ἀριμασπῶν, αἰεὶ τοῖσι πλησιοχώροισι ἐπιτίθεσθαι· καὶ ὑπὸ μὲν Ἀριμασπῶν ἐξωθέεσθαι ἐκ τῆς χώρης Ἰσσηδόνας· ὑπὸ δὲ Ἰσσηδόνων, Σκύθας. Κιμμερίους δὲ οἰκέοντας ἐπὶ τῇ νοτίῃ θαλάσσῃ, ὑπὸ Σκυθέων πιεζομένους,

tes, disfedisse et inter se decertasse, utrosque numero pares: et omnes qui ab populariibus essent occisi, fuisse a populo Cimmeriorum sepultos ad flumen Tyren: et eorum adhuc sepulcrum manifestum est. Sepultis his, illum e regione migrasse: quam desertam supervenientes Scythas occupavisse. Extantque adhuc in Scythia tum muri Cimmerii, tum Porthmia Cimmeria, tum regio nomine Cimmeria est, et Bosporus, qui Cimmerius appellatur. Constat autem Cimmerios in Asiam fugisse Scythas, et Chersonesum condidisse, ubi nunc Sinope Græca urbs sita est. Apparet etiam Scythas in persequendis illis Mediam intrasse, via aberrantes, nam Cimmerii quidem fugientes, iter semper iuxta mare tenebant: Scythæ autem ad dexteram Caucasum habentes, eos insequebantur, donec ingressi sunt Mediam, itinere in mediterranea converso. Alia quoque fertur communis Græcorum barbarorumque narratio; Aristeas quidam Proconnesius, versificator, Caustrobii filius, memoravit se Phœbo instinctum venisse ad Isfedonas: supra hos incolere Arimaspos, viros unoculos: et item supra hos esse grypas, qui aurum asservent: ac super hos esse Hyperboreos, ad mare pertinentes. Hos autem omnes, præter Hyperboreos, Arimaspis autoribus, assidue finitimis bellum inferre, et ab Arimaspis exterminari Isfedones, ab Isfedonibus Scythas: a Scythis autem vexatos Cimmerios, qui ad australe mare incolebant, regionem re-

227

12

13

a Διέξοδον *Arcb.* b Τῷ χώρῳ *Arcb. V. Valla* et Κιμμέρια et Βόσπ. c Οἴκηται *Vind.* et *Eustath.* Perieg. *Dion.* v. 772. et supra χερονν. *Arcb. Valla.* d Ἐμβαλ. *Arcb. V.*, et statim ἁμαρτάνοντες. e Ἐς τ' ἐσεβ. *V. Arcb.*, ἐς ὁ *Ald. Paris. A. Ask.*, ἐς οὗ *M.* f Μεσογέαν solito sibi more *Arcb. V.* tum φραφέντες. g Ora *Steph. Arcb. V. Pasf. Paris. B.*, alii γενόμενος. h Φοιβόληπτος *Arcb.* i Ἰσσηδ. δὲ *Ask. Arcb. V. Ald. Paris. A. B.*, adversativam *M.* et *Pasf.* non norunt.

tur et Ἐπίδοξα. *Quae* tanquam futura *probabiliter possunt exspectari*, ἐπίδοξα ὄντα γενέσθαι vel γενήσεσθαι. Postremum pro γεγενῆσθαι restituendum est *Lycurgo* c. Leocr. p. 148, 42. διὰ τὸ μὴ ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις γεγενῆσθαι τοιοῦτον μηδὲν, μήτε ἐν τοῖς μέλλουσιν ἐπίδοξον εἶναι γενήσεσθαι. *Antiphon*, ἐπίδοξον ὄντα παθεῖν ἔτι μείζω, p. 115, 22. vid. et p. 120, 12. *AEschines* Orator p. 77, 19. frequentat in primis *Isocrates:* apud *Athen.* I, p. 17. B. ex *Eustathio* sic supplenda sunt *Apionis* verba: εὔελπιν εἶναι τῷ γάμῳ, ἐπίδοξον ὄντα λαβεῖν τὴν βασιλείαν. *Herod.* I, c. 89. τάδε τοι ἐξ αὐτέων ἐπίδοξα γενέσθαι· VI, c. 12. πολλοὶ ἐπίδοξοι τωὐτὸ τοῦτο πείσεσθαι εἰσί. In Glosf. *Herod.* Ἐπίδοξος redditur προσδόκιμος· hunc etiam usum attigerunt *Ammon. Phryn. Thomas.* VALCKEN.

92. Καὶ σφεων] Praemisfam his voculam non spernerem si legeretur: τῇ καὶ σφεων ἔτι δῆλός ἐστι ὁ τάφος, *qua parte regionis eorum etiam adhuc exstat sepulcrum.* Forsan quis vocem malit Herodoteam, quae facilius a syllaba potuit absorberi proxima, ἵνα καὶ σφεων — *ubi.* VALCKEN.

96. Ἔστι δὲ Πορθμήϊα Κιμμέρια] Vici nomen fuit ad Maeotidis ostium. *Stephan. Byz.* Πόρθμια, κώμη ἐπὶ στόματι τῆς Μαιώτιδος λίμνης. Auctor Peripli Ponti Euxini, ab *Is. Vossio* vulgatus, modo Πορθμίον, modo Πορθμιτίδα κώμην, τὴν ἐν τῷ στομίῳ τῆς Μαιώτιδος λίμνης p. 141. et 147. Atque optime hoc Ampl. *Bouberius* Disf. Herodot. C. 18. p. 199., in eo nimius, quod ex *Stephano* Nostrum corrigit. Πορθμήϊα Ionibus placuerunt. Forte et χώρῳ *Arcb.* et *Vind.* opportuna erit statio. Idem certe Peripli scriptor Κιμμερίδα πόλιν, ἀπὸ Κιμμερίων βαρβάρων κεκλημένην memoravit.

100. Πόλις Ἑλλὰς οἴκισται] Non longe absum ab οἴκηται aut οἰκέεται, quod in *Vind.* et *Eustath.* Sollemne *Herodoto*, sicuti L. I, 193. adscriptum. Ἁμαρτόντες τῆς ὁδοῦ suspectum citra causam fuit. Spectantur, quae cum cura fuerunt perscripta L. I, 103. Statim ἐς τὸ si scriba *Arcb.* voluit patronus non deerit L. II, 157. Ceteroqui perpetua in ἐς ὃ et ἐς οὗ commutatio, sicuti IV, 160. 166. &c.

6. Τραφθέντες] Vulgata deterior est lectio *Arcb.* στραφέντες· melior videretur, si qui darent Codd. ἐκτραφθέντες. De recta via *deflectere* passim dicitur ἐκτρέπεσθαι, etiam *Herodoto* II, c. 80. εἴκουσι τῇ ὁδῷ καὶ ἐκτράπονται· VI, c. 34. ἐκτράπονται ἐπ' Ἀθηνέων· et huius imitatori *Pausaniae*, p. 106. ἐκτραπέντα ἐκ τῆς ὁδοῦ· p. 107. p. 714. ὀλίγου τῆς εὐθείας ἐκτραπεῖσιν ἐς δεξιά· abunde multa convexit *Weistenius* in Ep. I. ad *Tim.* I, 5. Lenius aures accidit ἐκτραπέντες quam ἐκτραφθέντες· et leniora saepius Ionum more consectatur Noster; verum tamen in his formas Iones usurparunt asperiores, ut et veteres Attici. *Herodoto* frequentantur συλλεχθῆναι· καταλεχθέντα· ἀπαλλαχθέντες· (vid. ad *Eurip.* Phoen. nota p. 357.) et similia: adhibentur et κατεστράφθησαν· ἐπιτραφθέντων· θαφθῆναι· ἁρπαχθείς· κλεφθέντων· συμμιχθέωσι· forma lenior in his adamata fuit recentioribus Atticis. VALCKEN.

8. Λεγόμενος λόγος εἴρηται] Eum in modum C. 77. ἤκουσα λόγον ἄλλον ὑπὸ Πελοποννησίων ΛΕΓΟΜΕΝΟΝ. et L. II, 47. ἔστι μὲν λόγος περὶ αὐτοῦ —— ΛΕΓΟΜΕΝΟΣ· tum C. 48. Patrem Aristeae Proconnesii *Caliστrobium* vertit *Valla*, codicis scriptura deceptus. *Tzetzes* Chil. II. et VII. et *Suidas* rectius.

8. Ἀριστέης — ποιέων ἔπεα] Τὰ νῦν ὑπ' Ἑλλήνων Ἀριμάσπεα καλέεται, c. 14. Insulsi, quod condidisse credebatur ille praestigiator, poëmatis enarrat etiam argumentum *Pausan.* I, p. 58. qui meminit eiusdem V, p. 392. Hoc veluti fonte Scythica *Herodotum* non pauca derivasse suspicari licet ex istis, quae dedit ex hoc fabulatore *Gellius* N. A. IX, c. 5. *Franc. Portus* haud absurde putabat ad lacunam explendam interfertos huius carminis aliquot versus *Longino* π. Τ. χ., 7. Ante *Meursium* et *I. A. Fabricium* accurate suo more de Aristea, magnus iam egerat *Vossius* de Hist. Gr. IV, c. 2. VALCKEN.

18. Ἐπὶ τῇ νοτίῃ θαλάσσῃ] Hyperboreos Aristeas pertinere aiebat ἐπὶ θάλασσαν, mare illud nullo titulo ornans. Voluit fortasse *septemtrionale*, quo nomine *Herodotus* aut mediterraneum aut Pontum Euxinum signat C. 37. et 42. Quae porro νοτίη θάλασσα; Nostro non aliud, quam quod aliis *rubrum* mare, dictis locis, ac L. II, 158. Cimmerios vero, etsi de eorum se-

de

relinquere. Itaque ne Aristeas quidem cum
14 Scythis de ea regione consentit. Qui unde fuerit, qui hæc retulit, dictum est: sed a me dicetur item, quidnam de eodem viro in Proconneso et Cyzico audierim. Aristeam enim aiunt, quum nullo suæ civitatis esset inferior genere, ingressum in Proconneso fullonicam officinam, decessisse: fullonemque occlusa officina, abisse denunciatum rem propinquis defuncti. Dispatoque iam per urbem rumore Aristeam esse vita functum, in quæstiones hoc affirmantibus quendam venisse Cyzicenum, ex urbe Artace profectum, qui diceret sibi occurrisse eunti Cyzicum, ac fuisse colloquutum. Et quum id iste contendendo asseveraret, propinquos mortui ad fullonicam præsto fuisse, habentes quæ ad efferendos homines expediunt: sed aperta domo, Aristeam nec mortuum nec vivum comparuisse; septimoque deinde anno, quum in Proconneso comparuisset, eos versus fecisse, qui nunc a Græcis Arimaspei vocantur; quibus conditis, rursus e-
15 vanuisse. Hæc quidem istæ civitates commemorant: sed hæc ego novi evenisse Metapontinis, qui sunt in Italia, trecentis et quadraginta annis post secundum recessum Aristeæ, quemadmodum coniiciens et in Proconneso et apud Metapontinos inveni. Metapontini enim aiunt ipsum Aristeam, quum in regione ipsorum apparuisset, iussisse aram Apollini exstrui, et iuxta eam erigi statuam, quæ cognomen Aristeæ Proconnesii haberet: dixisse enim ipsis Italiotarum solis Apollinem in regionem venisse, et se illum assectari, qui nunc Aristeas esset; tum vero quum deum assectaretur, corvum fuisse: et istum hæc loquutum evanuisse.

Eoque

ζομένους, [a] ἐκλείπειν τὴν χώρην· οὕτω δὴ [b] ὑδὲ ὑτοὲ
20 συμφέρεται περὶ τῆς χώρης ταύτης Σκύθησι. Καὶ ὅθεν μὲν ἦν Ἀριστέης ὁ ταῦτα [c] εἶπας, εἴρηται· τὸν δὲ περὶ αὐτοῦ ἤκουον λόγον ἐν Προκοννήσῳ καὶ Κυζίκῳ, λέξω. Ἀριστέην γὰρ λέγουσι, ἐόντα τῶν ἀστῶν ἐνδενὸς [d] γένος ὑποδεέστερον, ἐσιλθόντα ἐς κναφήιον ἐν Προκοννήσῳ, ἀποθανεῖν· καὶ τὸν κναφέα κατακλήσαντα τὸ ἐργαστήριον, οἴχεσθαι ἀγγελέοντα τοῖσι προσήκουσι τῷ νεκρῷ· ἐσκεδασμένου δὲ ἤδη τοῦ λόγου ἀνὰ τὴν πόλιν ὡς [e] τεθνηὼς εἴη ὁ Ἀριστέης, ἐς [f] ἀμφισβασίας τοῖσι λέγουσι [g] ἀπικνέεσθαι ἄνδρα Κυζικηνὸν, ἥκοντα ἐξ Ἀρτακίης πόλιος· Φάντα συντυχεῖν τέ οἱ [h] ἰόντι ἐπὶ Κυζίκου, καὶ ἐς λόγους ἀπικέσθαι· καὶ τοῦτον μὲν σὺτεταμένως ἀμφισβητέειν· τοὺς δὲ προσήκοντας τῷ [i] νεκρῷ ἐπὶ τὸ κναφήιον παρεῖναι, ἔχοντας τὰ πρόσφορα, ὡς ἀναιρησομένους· ἀνοιχθέντος δὲ τοῦ οἰκήματος, οὔτε τεθνεῶτα, οὔτε ζῶντα φαίνεσθαι Ἀριστέην· μετὰ δὲ, ἑβδόμῳ ἔτεϊ φανέντα αὐτὸν ἐς Προκόννησον, ποιῆσαι τὰ ἔπεα ταῦτα τὰ νῦν ὑπ' Ἕλλήνων [k] Ἀριμάσπεα καλέεται· ποιήσαντα δὲ, ἀφανισθῆναι [l] τὸ
40 δεύτερον. Ταῦτα μὲν αἱ πόλιες [m] αὗται λέγουσι· τάδε δὲ οἶδα Μεταποντίνοισι τοῖσι ἐν Ἰταλίῃ συγκυρήσαντα μετὰ τὴν ἀφάνισιν τὴν δευτέρην [n] Ἀριστέω ἔτεσι τεσσεράκοντα καὶ [o] τριηκοσίοισι, ὡς ἐγὼ συμβαλλόμενος ἐν Προκοννήσῳ τε καὶ [p] Μεταποντίῳ εὗρισκον. Μεταποντῖνοί [q] φασι αὐτὸν Ἀριστέην φανέντα σφι ἐς τὴν [r] χώρην, κελεῦσαι βωμὸν Ἀπόλλωνι ἱδρύσασθαι, καὶ Ἀριστέω τοῦ Προκοννησίου ἐπωνυμίην ἔχοντα ἀνδριάντα παρ' αὐτὸν [s] ἱστάναι· φάναι γάρ σφι τὸν Ἀπόλλωνα Ἰταλιωτέων μούνοισι δὴ
50 ἀπικέσθαι ἐς τὴν χώρην, καὶ αὐτὸς οἱ ἕπεσθαι ὁ νῦν ἐὼν Ἀριστέης· τότε [t] δὲ ὅτε εἵπετο τῷ θεῷ, εἶναι κόραξ· καὶ τὸν μὲν, [u] εἰπόντα ταῦτα, ἀφανισθῆναι.

[a] Ἐκλιπεῖν *V. Arcb.* [b] Οὕτω δὴ iidem: aberat aliis δὴ. [c] Ποιήσας εἴρηκα ora *Stepb. Ask. Pasf.* [d] *M. Pasf. Ask. V. Arcb.*, γένεος *Ald.* et *Origen.* c. *Celf.* L. III. p. 463. [e] Τεθνεὼς *Arcb. V. Orig.* non prave, τεθνηκὼς *Ald. Ask. Paris. A. B.*, vulgatum est *Med. Pasf.* [f] Ἀφισβασίας *Paris. B. Med.*, ἀμφισβ. *Pasf. Ask. Orig.*, verius: ἀμφιβασ. olim. [g] Ἀπικέσθαι *V. Arcb. Orig.*, mox Ἀρταχίης *Arcb. Valla* et *Eustatb.* in Hom. p. 1650, 54. Ceteri Ἀρτάκης. [h] Ἐόντι *Arcb.* male. [i] Νέκυϊ *Orig.* et supra ἀμφισβατέειν. [k] Ἀριμάσπια *Tzetz.* Chil. II. p. 301. Ἀριμάσπεια *Orig.* [l] Abest *Ask. Pasf. Med.* servant alii omnes, etiam *Tzetzes.* [m] Αἵδε *Arcb. V. Vall.*, mox τάδε δὲ *Arcb. Orig.*, recte: posterius, δὲ deest aliis. [n] *M. Arcb. Ask. V. Pasf. Orig.* Vulgo Ἀριστέω τοῦ Προκοννησίου. [o] Διηκοσίοισι ora *Stepb. Pasf.* et olim *Origen.* cum *Tzetza* et *AEnea Gazaeo* Theophrasti p. 77. [p] Μεταποντίνοισι *Arcb. V. Valla*, *Origen.* haud male. [q] *M. Arcb. Ask. Pasf.*, γὰρ φασι *Orig. Ald. Vind.*, statim σφι deest *Ask.* [r] Id. *Pasf. Arcb. V. Orig. Valla*, ora *Stepb.*, rectissime. πόλιν *M. Ald.* [s] Στῆσαι *Arcb. V.* [t] Δὲ οἱ *Arcb.* [u] *V. Arcb.*, ἐπόντα vulgo: tum τὸν μὲν *Origen.* bene aberat aliis μὲν.

de discordia ingens, quis ad Oceanum orientis locavit? Si Caspium intelligas aut Pontum, habita Oceani septemtrionalis ratione, usus impediet. Fabulator Aristeas in his ineptus tenetur. Iam MSS. ὁ ταῦτα ποιήσας, εἰρηκα, a Scriptoris more non abludit. Mox C. 16. ἐν τοῖσι ἔπεσι ποιέων Aristeas. Tale ταῦτα δὲ Ἀλκαῖος ἐν μέλει ΠΟΙΗΣΑΣ L. V, 95. Plura ad L. II, 53.

20. Καὶ ὅθεν μὲν ἦν Ἀριστέης] Hinc orsus quae sequuntur in cap. 14. et 15. descripsit *Origenes* III. c. *Celf.* p. 125. 126. ubi prostant nonnulla melius scripta quam in Edd. vulgantur *Herodoti*; qualia sunt γ. 14, et 21. τῷ νέκυϊ (mendosum ἀγγελλέοντα Parisiis in Ed. splendida *Orig.* non debuerat iterari:) γ. 16. τεθνεώς· et ἀμφισβασίας et γ. 20. ἀμφισβατέειν· γ. 28. τάδε δὲ οἶδα pro τάδε· γ. 34. ἐς τὴν χώρην, quod praebet etiam MS. γ. 40. καὶ τὸν μὲν, εἰπόντα ταῦτα ——. *Herodotum* sequutus fabulam de Aristea *Tzetzes* enarrat Hist. Chil. II, v. 724 — 735. ex *Origene* repetitam, quod e *Pindari* mentione liquet, *AEneas Gazaeus* in Theophr. 77. —— Qui sicut Aristeas post mortem revixisse crederentur, plures commemorantur apud veteres. Luculenta quaedam ex historia Graeca recentiori producit exempla, quaeque alibi non temere reperias, *Proclus* in ista parte commentarii in L. X. de Rep. *Platonis*, quam ex MS. Flor. *Alex. Morus* evulgavit in notis ad Ev. *Ioann.* XI, 39., prodidit, occasione venustae *Platonis* de Ere Pamphylio fabulae narratae p. 614. cuius similem de Thespesio Solensi dabit *Plutarch.* T. II. p. 563. De Mare quodam fabulabantur, ὅτι τρὶς ἀποθανὼν ἀνεβίω τρὶς, *AElian.* V. H. IX, c. 16. VALCKEN.

29. Ἐς ἀμφισβασίας] Error calami ἀφισβασίας dedit. *Suidae* si fides, ἀγχιβατεῖν et ἀγχιβασίην Ionas dixerunt, inque illis *Heraclitus*; Musae istud non norunt, quarum in scriptis Codd. λόγων ἀμφισβασίη L. VIII, 81., et ἀμφισβατέων L. IX, 73., unde auctoritas *Origenis*, quod enotatum, ἀμφισβατέειν. Placuit ἐξ Ἀρταχίης πόλεος. *Apollon. Rhod.* I, 957. κρήνη ὑπ' Ἀρταχίῃ, ubi Schol. Ceterum *Tzetzes* Chil. II, 726. aut mendosus est, aut historiam vitiavit, Aristeam ex *Herodoto* εἰς χαλκεῖον deducens; tum Κλείσας δ' αὐθέως ὁ χαλκεὺς ἐκεῖνο τὸ χαλκεῖον. Stabit, ubi κναφεὺς et κναφεῖον scriptum fuerit, versui modulus.

43. Καὶ τριηκοσίοισι] Non dicit, ad suum aevum tot abiisse annos: nam stolide *Tzetzes* ΕΦ' Ἡροδότου γέγονε καὶ πάλιν ἀνεφάνη, acti eius tempore Aristeas, evolutis illis annis, adparuisset. Multa G. *Io. Vossius* de Aristeae, coniecta in Olymp. L. aetate, quae his adversantur. Sive enim maiorem, seu minorem ex MSS. dissensu annorum numerum adoptaveris, superabit primam Olympiadem. *Strabo*, *Tatianus*, *Eustathius*, quos *Meursius*, *Fabricius*, viri Cl., excitarunt, Homero priorem et praeceptorem ex quorundam traditione perhibent, Nostro, modo ratio temporis ducatur, fere consentiente. Iunge *H. Dodwelli* Diss. III. de Cycl. p. 130. disputationem.

59. Παρ'

σθῆναι· σφέας δὲ Μεταποντῖνοι λέγουσι ἐς Δελφοὺς πέμψαντας, τὸν θεὸν ἐπειρωτᾶν ὅ, τι τὸ φάσμα τῷ ἀνθρώπῳ εἴη· [a] τήν τε Πυθίην σφέας κελεύειν πείθεσθαι τῷ φάσματι· πειθομένοισι δὲ, ἄμεινον συνοίσεσθαι· [b] καὶ σφέας δεξαμένους ταῦτα, ποιῆσαι ἐπιτελέα· καὶ νῦν [c] ἕστηκε ἀνδριὰς ἐπωνυμίην ἔχων Ἀριστέω, παρ' αὐτῷ τῷ ἀγάλματι τοῦ Ἀπόλλωνος· [d] πέριξ δὲ αὐτῶν δάφναι ἑστᾶσι· τὸ δὲ ἄγαλμα ἐν τῇ ἀγορῇ ἵδρυται. Ἀριστέω μέν νυν πέρι τοσαῦτα εἰρήσθω· τῆς δὲ γῆς, τῆς πέρι [e] ὅδε ὁ λόγος ὥρμηται λέγεσθαι, ἀδέος οἰδὲ [f] ἀτρεκὲς ὅ, τι τὸ κατύπερθέ ἐστι· ἀδεὲς γὰρ δὴ αὐτόπτεω εἰδέναι φαμένου δύναμαι πυθέσθαι· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Ἀριστέης, [g] τοὔπερ ὀλίγῳ πρότερον τούτων μνήμην ἐποιεύμην, οὐδὲ οὗτος προσωτέρω Ἰσσηδόνων, [h] ἐν αὐτοῖσι τοῖσι ἕπεσι ποιέων, ἔφησε ἀπικέσθαι· ἀλλὰ τὰ κατύπερθε ἔλεγε [i] ἀκοῇ, Φὰς Ἰσσηδόνας εἶναι τοὺς ταῦτα λέγοντας· ἀλλ' ὅσον μὲν ἡμεῖς ἀτρεκέως ἐπὶ μακρότατον οἷοί τ' ἐγενόμεθα [k] ἀκοῇ ἐξικέσθαι, πᾶν εἰρήσεται. Ἀπὸ τοῦ Βορυσθενειτέων ἐμπορίου, τοῦτο γὰρ τῶν παραθαλασσίων μεσαίτατόν ἐστι πάσης τῆς [l] Σκυθίης· ἀπὸ τούτου πρῶτοι Καλλιπίδαι νέμονται, ἐόντες [m] Ἕλληνες Σκύθαι· ὑπὲρ δὲ τούτων, ἄλλο ἔθνος, οἳ [n] Ἀλαζώνες καλέονται· οὗτοι δὲ καὶ οἱ Καλλιπίδαι τὰ μὲν ἄλλα κατὰ ταυτὰ Σκύθῃσι ἐπασκέουσι· [o] σῖτον δὲ καὶ σπείρουσι, καὶ σιτέονται καὶ κρόμμυα καὶ [p] σκόροδα καὶ φακοὺς καὶ κέγχρους· ὑπὲρ δὲ [q] Ἀλαζώνων οἰκέουσι Σκύθαι ἀροτῆρες, οἳ οὐκ ἐπὶ σιτήσῃ σπείρουσι [r] τὸν σῖτον, ἀλλ' ἐπὶ πρήσει· [s] τουτέων δὲ κατύπερθε οἰκέουσι Νευροί. Νευρῶν δὲ τὸ πρὸς [t] βορῆν ἄνεμον, ἔρημος ἀνθρώπων, ὅσον

Eoque aiunt Metapontini ſe Delphos miſisſe ſciſcitatum ex Deo, quodnam illud hominis eſſet ſpectrum, ſibique præcepisſe Pythiam ut dicto audientes illi eſſent, melius enim cum ipsis actum iri, ſi parerent. Se igitur hæc admittentes perfecisſe. Et nunc ſtatua extat cognomine Ariſteæ, iuxta ſtatuam ipsam Apollinis, in foro exſtructam, circumſtantibus in orbem lauris. Hæc de Ariſtea hactenus. Regione autem, de qua hic ſermo dicere inſtituit, quidnam ſit ulterius, nemo exploratum habet, neque enim id inquirere ab aliquo potui, qui ſe diceret noſſe quod ipse vidisſet; ſicut nec ullum Ariſteas, cuius paulo ante ista feci mentionem, neque iste in iis quos fecit verſibus, ait ſe ultra Iſſedones proceſsiſse: ſed ulteriora fatebatur auditu, teſſatus Iſſedones illa commemorare. Verum a nobis, quoad longisſime auditu penetrare liquide potuimus, omne referetur. Ab emporio Boryſthenitarum, hoc enim ex maritimis totius Scythiæ est maxime medium, ab eo primi incolunt Callipidæ, qui ſunt Græci Scythæ, ſuper hos alia gens, qui vocantur Alazones. Horum utrique in ceteris ſervant ritum Scytharum; ſed frumentum ſerunt, eoque veſcuntur, et cæpe et allio et lente et milio. Supra Alazones autem incolunt Scythæ aratores, qui non ad edendum ſerunt triticum, ſed ad vendendum. Supra hos incolunt Neuri: quorum tractus qui ad aquilonem vergit, quantum nos

228 16 17

---

a Τὴν δὲ *Arcb.* b Σφέας δὲ id. et ποιῆσαι ταῦτα. c *Ald. M. Paſſ. Ask. V. Arcb. Orig.*, ἕστηκε olim. d Margo *Stepb. Arcb. V.*, ceteri περὶ, tum αὐτῶν *Arcb.*, alii αὐτὸν. e Ὅδε ὁ λόγ. *Ask. Arcb. Paſſ.*, ὁ λόγ. ὅδε alii. f Ἀτρεκὲς ὅ, τι *Arcb. V. Paris. A. B.*, priùs etiam in marg. *Stepb. Paſſ. Ask.*, ἀτρεκέως ὡς ὅ, τι *Med.* et alii. g Τοῦ πέρι *Arcb. V.* ſatis bene; et ὀλίγον *Arcb.* uti III, 106. et ſaepe. Paullo ante οὐδὲ γὰρ *Arcb. V. Paris. A.*; οὐδενὸς γὰρ *M. Paſſ. Ask. Ald.* h Αὐτὸς ἐν τοῖσι *Arcb. V.* i Deest *Paſſ. Ask.* k Deſit *Arcb. V. Med.*, prave. l Σκυθικῆς iid. m Ἑλληνόσκυθαι *V. Vall.* ſtatim αὐτέων et *Arcb.* n Ἀλιζώνες *Arcb. V. Valla.* alii Ἀλαζόνες. Vid. *Strabon.* XII. p. 827. haec carpentem. o Κατὰ ταῦτα δὲ *V. Arcb. Valla.* p Omnes, exceptis *M. Ask.*, qui σκόρδα. q Ἀλιζώνων *Valla* et *Arcb.* r Abest *Arcb. Ask.* s *Arcb.*, τούτων olim. t Id. et *V.*, etiam mox, βορέην reliqui. tum τὰ πρὸς iid. et ἔρημος ἀνθ. vulgo ἔρημον.

59. Παρ' αὐτῷ τῷ ἀγάλματι] *Iuxta aram*, τῷ βωμῷ, cuius ſolius antea mentio, ſtatuae nulla, *Valla.* Verum *Laurentio* ſchedae reluctantur cunctae, ſuo Marte aram ex praemisſis formanti. Videntur Metapontini Ariſteae ſtatuam et aliam Apollini cum ara dedicasſe: huc *Arcb.* πέριξ αὐτῶν —— *circum utramque* ſtatuam, vergit. Rediit illud, ad rem per neceſsarium. Lauros autem, aram et imagines circumſtantes, ex aere fuisſe, *Athenaei* indicio L. XIII. p. 605. C. novimus.

60. Περὶ δὲ αὐτὸν] In Codd. inventum praeſtat: πέριξ δὲ αὐτὸν δάφναι ἑστᾶσι· quia nempe Herodoteum est: IV, c. 79. τὴν πέριξ λευκοῦ λίθου Σφίγγες —— ἔστασαν· c. 52. c. 180. πέριξ τὴν Τριτωνίδα λίμνην οἰκέουσι· c. 152. πέριξ αὐτὸ pro αὐτοῦ recte dedit *Gronov.* III, c. 158. πέριξ τὸ τεῖχος· quod alibi dicit κύκλῳ τοῦ τείχεος. VALCKEN.

63. Οὐδεὶς οἰδὲ ἀτρεκὲς ὅ, τι τὸ &c.] Litem ſchedae τῷ ἀτρεκέως intentant, ſatis ceteroqui frequentato: quod offerunt, redibit L. V, 9. Iure quoque ὡς, cui ſuus olim locus post ἀτρεκέως, in exſilium agunt. Aldinum porro et ſcriptorum quorundam οὐδενὸς γὰρ οὐδὲ Ἀριστέης, Celeb. *Gronovius* non male explicuit ratumque voluit, oblitus οὐδὲ γὰρ οὐδὲ virtutem addere orationi. *Lucianus* Q. Scrib. Hiſt. C. 51. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνοι χρυσὸν —— tum Nigrin. C. 6. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν αὐτῶν οἶμαι θέμις· ubi *Hemſterh.* plura.

65. Οὐδενὸς γὰρ οὐδὲ] Iſta lectio Medicea nullo ſe pacto poterit tueri: quae ante obtinebat, nihil habet illa quod *Herodoti* lectorem offendere debuisſet, quem ſcripisſe puto: οὐδενὸς γὰρ δὴ, αὐτόπτεω εἰδέναι φαμένου, δύναμαι πυθέσθαι· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Ἀριστέης, (τοῦ πέρι (ſic *Arcb.*) ὀλίγῳ πρότερον τούτων μνήμην ἐποιεύμην,) οὐδὲ οὗτος προσωτέρω Ἰσσηδόνων — ἔφησε ἀπικέσθαι. Quorum primum his concinit e L. III, c. 115. οὐδενὸς αὐτόπτεω γενομένου δύναμαι ἀκοῦσαι. *Herodoti* miror Editorem offenſum eadem negandi vocula ſic repetita, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Ἀριστέης· ad quae cum parentheſi quaedam interiecisſet, ſuo more poſuit iterum οὐδὲ οὗτος ——. *Homero* frequentatum illud οὐδὲ γὰρ οὐδὲ auferri non debuerat τῷ Ὁμηρικωτάτῳ. In *Platonis* legitur Soph. p. 251. E μηδενὶ μηδὲν (μηδὲ) μηδεμίαν δύναμιν ἔχειν κοινωνίας εἰς μηδέν· in Theaet. p. 180. A. πεφυκεῖς οὐδέποτε οὐδὲν πρὸς οὐδένα αὐτῶν. VALCKEN.

71. Ἀκοῇ ἐξικέσθαι] Perperam vox prior proſcribitur; quam ſi noluisſet, ὅσον ἡμεῖς ἱστορεῦντες ἐπὶ μακρότατον οἷοί τ' ἐγενόμεθα ἐξικέσθαι ſcripsisſet ſine dubio, uti C. 192. et II, 33. Quid multa? Ὅσον καὶ ἐγὼ δυνατός εἰμι ἐπὶ μακρότατον ἐξικέσθαι AKOHι poſuit ipse L. I, 171.

75. Οἱ Ἀλαζώνες καλέονται] Praecipue *Stephani Byz.* monitum et Codd. C. 52. amplector. Sic in Ἀλαζὼν Ethnicographus, ὀξύνεται διὰ τὸ ἐπιθετικὸν καὶ φυλάττει τὸ ω πρὸς ἀντιδιαστολήν. Ex *Homero* Il. B, 856. ſumſerunt Ἀλιζώνας librarii, quibus conmoda in Poëta ſedes, non hic. Multa *Strabo* XII. p. 827., primo adſpectu *Vallae* et *Arcb.* favens, ſed re curatius introſpecta minime. Verba ibi haerent in mendo, lenisſimа *Holſtenii* ad *Stephanum* medicina ſanitati reddita.

78. Καὶ σκόροδα] Iungunt Alexandrini Interp. τὰ κρόμμυα καὶ τὰ σκόρδα *Numer.* XI, 5. In Geoponicis L. XII, 30. crebra τὰ σκόρδα, etiam apud alios Graeciae labentis ſcriptores in *Du Cangii* Gloſsario. Quod nunc cernitur, *Herodoti* et veterum est L. II, 125.

82. Τὸ πρὸς βορῆν ἄνεμον, ἔρημος &c.] Nullus dubitavi ita ex ſcriptoris adſuetudine refingere et hic et deinceps. Ecce tibi ex C. 20. Μελαγχλαίνων δὲ τὸ κατύπερθε —— ἔρημός ἐστι ἀνθρώπων· et C. 185. τὸ πρὸς νότον —— ἔρημος —— καὶ ἄξυλός ἐστι χώρη· tum C. 191. τὸ πρὸς ἑσπέρης ὀρεινή τε κάρτα καὶ δασέα καὶ θηριώδης. Pauca haec de multis. Conſentit de Neurorum ſitu *Scymnus Chius*, optime adiutus ab *Is. Voſſio* ad Peripl. Pont. Euxin. p. 135. *Edit. Gronov.* Mox de Bo-

nos ſcimus, ab hominibus deſertus est. Atque hæ quidem nationes iuxta flumen Hypanin colunt, ad occidentalem partem Boryſthenis. Verum transmiſſo Boryſthene a mari prima est Hylæa: dehinc habitant Scythæ agricolæ, quos Græci, qui ad Hypanin incolunt, Boryſthenitas appellant, ipsi vero ſe Olbiopolitas. Hi igitur agricolæ Scythæ colunt quidem quod patet ad auroram, trium dierum iter, pertinentes ad flumen nomine Panticapem: quod vero ad ventum aquilonem, undecim dierum navigatione per Boryſthenem: tractus autem ulterior his, in multum ſane ſpatii deſertus est. Ultra quam ſolitudinem habitant Androphagi, *id est*, *virorum carne veſcentes*, ſeparata natio, ac nequaquam Scythica. At ſupra hos deſerta iam procul dubio omnia, nec ulla hominum gens, quantum nos ſcimus. Quæ vero ad latus orientale horum Scytharum, qui agricolæ ſunt, plaga adiacet, transmiſſo flumine Panticape, Scythæ iam Nomades, *id est*, *paſtorii*, incolunt, neque ſerentes quicquam neque arantes. Nuda autem arboribus est omnis hæc plaga præter Hylæam. Nomades autem isti incolunt ſpatium quatuordecim dierum itineris, auroram verſus, ad Gerrhum usque flumen. Trans Gerrhum autem ſunt ea quæ vocantur regia, et Scythæ optimi pariter et plurimi, et qui ſuos ſervos eſſe ceteros Scythas arbitrantur; a meridie quidem ad Tauricam regionem pertinentes, ab aurora vero ad foſſam quam duxerunt illi qui e cæcis geniti fuerunt: et ad emporium paludis Mæotidis, quod vocatur Cremni, ſed eorum alia ad flumen Tanain porriguntur. At ſuperiora ad ventum aquilonem Scythis regiis, ea incolunt Melanchlæni, alia gens non Scythica; et ſupra Melanchlænos paludes

ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν· ταῦτα μὲν παρὰ τὸν [a] Ὑπανιν ποταμόν ἐστι ἔθνεα πρὸς [b] ἑσπέρης τοῦ Βορυσθένεος. Ἀτὰρ διαβάντι τὸν Βορυσθένεα ἀπὸ θαλάσσης πρῶτον μὲν [c] ἡ Ὑλαίη· ἀπὸ δὲ ταύτης, ἄνθρωποι οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοί· τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες [d] ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενείτας· σφέας δὲ αὐτοὺς, Ὀλβιοπολίτας· οὗτοι ὦν οἱ γεωργοὶ Σκύθαι νέμονται τὸ μὲν πρὸς τὴν [e] ἕω, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὁδοῦ κατήκοντες ἐπὶ ποταμὸν τῷ οὔνομα κεῖται [f] Παντικάπης· τὸ δὲ πρὸς βορῆν ἄνεμον, πλόον ἀνὰ τὸν Βορυσθένεα ἡμερέων ἕνδεκα· [g] ἤδη δὲ κατύπερθε τούτων [h] ἔρημός ἐστι ἐπιπολλήν· μετὰ δὲ τὴν ἔρημον Ἀνδροφάγοι οἰκέουσι, ἔθνος ἐὸν ἴδιον, καὶ οὐδαμῶς Σκυθικόν· τὸ δὲ τούτων κατύπερθε, [i] ἔρημος ἤδη ἀληθέως, καὶ ἔθνος ἀνθρώπων οὐδέν, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν. Τὸ δὲ πρὸς τὴν ἕω γεωργῶν τούτων Σκυθέων, διαβάντι τὸν Παντικάπην ποταμὸν, Νομάδες ἤδη Σκύθαι νέμονται, οὔτε τι σπείροντες οὐδὲν, οὔτε ἀροῦντες· ψιλὴ δὲ δενδρέων [k] πᾶσα αὕτη [l] γῆ, πλὴν τῆς Ὑλαίης· οἱ δὲ Νομάδες [m] οὗτοι τὸ πρὸς τὴν ἕω, ἡμερέων τεσσέρων καὶ δέκα ὁδὸν νέμονται χώρην κατατείνουσαν ἐπὶ ποταμὸν Γέρρον. Πέρην δὲ τοῦ Γέρρου ταῦτα δὴ τὰ καλεύμενα Βασιλήϊά ἐστι, καὶ Σκύθαι [n] οἱ ἄριστοί τε καὶ πλεῖστοι· καὶ τοὺς ἄλλους νομίζοντες Σκύθας, δούλους σφετέρους εἶναι· [o] κατοικοῦσι δὲ οὗτοι τὸ μὲν πρὸς μεσαμβρίην, ἐς τὴν Ταυρικήν· τὸ δὲ πρὸς [p] ἠῶ, ἐπί τε τάφρον, τὴν δὴ οἱ ἐκ τῶν τυφλῶν γενόμενοι ὤρυξαν, καὶ ἐπὶ τῆς λίμνης τῆς [q] Μαιήτιδος τὸ ἐμπόριον, τὸ καλέεται Κρημνοί· τὰ δὲ αὐτῶν κατήκουσι ἐπὶ ποταμὸν Τάναϊν. Τὰ δὲ κατύπερθε πρὸς [r] βορῆν ἄνεμον τῶν βασιληΐων Σκυθέων οἰκέουσι Μελάγχλαινοι, ἄλλο [s] ἔθνος, καὶ οὐ Σκυθικόν. Μελαγχλαίνων δὲ τὸ κατύπερθε, λίμναι, καὶ

a Τσπ. *V. Arcb.* *b Id. M. Paſ. Ask. V.*, ἐσπέρην alii. *c* Omittit artic. *Arcb.* *d* Πρὸ τῷ id. et *V. Valla.* *e* Ἢῶ *Arcb. V.*, mox ὁδοῦ omittit *Arcb.* *f* Παντικάπις id. et mox βορῆν νέμονται πλ. *g* Ἡ δὲ id. *Vind.* *b* Deest ἡ utrique. *i* lid. bene; antea ἔρημον. *k* Defit *Arcb.* et bene, ἡ πᾶσ. alii. *l* Omittunt duo ſequentia *Paſ. Ask. M.* nulla iusta cauſa. Vide modo C. 76. *m* Non est in *V. Arcb.*, mox ἠῶ iid., frequente mutatione. *n* Defit *Arcb. V.* *o* Κατήκουσι *Ald. Arcb. V.* tres *Paris.*, quod rectius puto. κατοικῦσι *M. Paſ. Ask.* *p* Ἔω *Vind.* *q* Μαιώτιδος *M. Arcb. Paſ. Ask.* et mox. *r Arcb. Vind.* plerumque ſemper ex vero: βορέην alii. *s* Γένος ora *Steph. Paris. A.*

Boryſthenitis male MSS. ὑπὸ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ. Poſita urbs πρὸς τῷ Ὑπάνιδι fuit in *Dion. Cbryſ.* Boryſthen. p. 437., et ap. *Scymnum*, prave quoque C. 53. huius Muſae.

86. Ἄνθρωποι οἰκέουσι Σκύθαι] Cauſae nihil, opinor, adferri poterit, cur hi ſoli dicerentur ἄνθρωποι Σκύθαι γεωργοί. Ut correctionem meam minus etiam peritis adprobem, ponam primum in *Philoſtrato* vulgata de V. A. VII, c. 2. Ἡρακλείδης καὶ Πύθων, οἱ Κότυν ἀποκτείναντες τὸν Θρᾶκα, ἀνθρωπίω μὲν ἤσην ἄμφω· Corrigendum absque ulla dubitatione Αἰνίω μὲν ἤσην ἄμφω· *erant quidem ambo Aenii*, ſive ex urbe *Aeno* orti: librarii crediderunt esſe vocem ἀνθρωπίω in ἄνιω uſitato more ſcribendi contractam. Similis hoc in loco *Herodoti* peperit errorem ratio: ἄνοι in ἄνω transmutandum arbitror atque adeo legendum ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνω οἰκέουσι Σκύθαι Γεωργοί· *abhinc longius a mari remoti Scythae habitant Georgi:* proxima praecedunt, διαβάντι τὸν Βορυσθένεα ἀπὸ θαλάσσης πρῶτον μὲν ἡ Ὑλαίη· commode ſuccedunt emendata, ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνω οἰκέουσι Σκύθαι Γεωργοί. Sic loqui ſolet: II, c. 7. ὁδὸς ἐς τὴν Ἡλιούπολιν ἀπὸ θαλάσσης ἄνω ἰόντι· c. 155. ἀναπλέοντι ἀπὸ θαλάσσης ἄνω· ad istam rationem ἡ ἄνω Ἀσία et ἡ κάτω memorantur; *Herodoto* τῆς Ἀσίης τὰ κάτω, et τὰ ἄνω αὐτῆς. *Mari vicini*, οἱ κάτω, et οἰκεῖν κάτω dicuntur; ἄνω οἰκεῖν et οἱ ἄνω, qui *a mari* ſunt *remotiores*: eiusdem gentis atque urbis diſtinguuntur οἱ ἄνω et οἱ κάτω. Similia quaevis ad istam rationem ſunt intelligenda: *Thucyd.* II, c. 83. οἱ ἀπὸ θαλάσσης ἄνω Ἀκαρνᾶνες· c. 98. τὴν ἄνω Μακεδονίαν· I, c. 137. μετὰ τῶν κάτω Περσῶν τινὸς πορευθεὶς ἄνω· VIII, c. 5. Dario στρατηγὸς ἦν τῶν κάτω· II, c. 100. ἀπὸ τῶν ἄνω ξυμμάχων. Diſtinguit *Diodorus Sic.* τὰς παραθαλαττίους πόλεις, τὴν μεσόγειον, et τοὺς ἄνω τόπους, XX, c. 59. πόλεις τὰς ἄνω et πλησίον θαλάσσης opponit *Xenophon.* K. Π. VII, p. 106. 28. et alibi: *Philoſtrato* memoratur V. A. V, c. 24. ἡ Ἀλεξάνδρεια καὶ ἡ Αἴγυπτος ἡ ἄνω. Smyrnaei οἱ ἄνω et οἱ ἐπὶ θαλάττῃ, de V. S. p. 531. Praeter alios pagus fuit Attices eiusdem nominis duplex teſte *Harpocr.* Λαμπτραὶ, αἱ μὲν παράλιαι, αἱ δὲ καθύπερθεν· illinc ortus quis in *Ariſtophanis* Amphiarao, Λαμπτρεὺς ἔγωγε τῶν κάτω. Herodotea propius accedit finis L. V. *Pauſaniae*: οἰκοῦσι δὲ ἀπὸ θαλάσσης ἄνω τῆς πρὸς Σάνῃ πόλει· contrarium κάτω οἰκεῖν praebet *Thucyd.* I, c. 7. ὅσοι ὄντες οὐ θαλάσσιοι κάτω ᾤκουν· quod ibi ſequitur, καὶ μέχρι τοῦδε ἔτι ἀνωκισμένοι εἰσὶ, non debebat tentari; idem ſignificans ac ἄνω οἰκοῦσι, atque adeo ἀπὸ θαλάσσης· hinc explicandum ἀνοικίζεσθαι ἐς τὸν Δαφνοῦντα, VIII, c. 31. et *Ariſtoph.* Pace V. 206. In *Pauſan.* X, p. 838. ſcripſerim: ἀνῳκίσαντο ἐς τὰ ὑψηλὰ καὶ οὗτοι τῆς νήσου.

VALCKEN.

93. Ἤδη κατύπερθε τούτων ἔρημος &c.] Indueret priſtinum colorem, deformior antea, oratio, modo ἤδε δὴ ſcriberetur. Talem ſuo tempore *Scymnus* conſideravit, talem ſchedae. De Androphagis C. 106. uberiora. Adde obſervata his de locis *Th. S. Bayero* Comment. Acad. Petropol. T. XI, p. 337.

5. Τὰ καλεύμενα Βασιλήϊά ἐστι] Sic regionem Scytharum regiorum, βασιλήϊων, adpellat; nam *Stephanus* explicans *regias domos* longe erravit. Res ex ſequentibus et C. 56. conſtat. Nomen paludis *Maeotidis* Ionicum cum mox mutatum Codd. eunt, pravum urguent inſtitutum, iam C. 3. inceptum. Recte Μαιῆτις, I, 104., et hac Muſa creberrime. Dabunt MSS. τῆς Ἰσιαιήτιδος —— κώμας, quae aliis Ἰσιαιώτιδος L. VIII, 23. Statim Cl. *Reiskius* τοὶ δὲ αὐτῶν h. e. τινές.

καὶ ἔρημός [a] ἐϛι ἀνθρώπων, κατόσον ἡμεῖς ἴδμεν. Τάναϊν δὲ ποταμὸν διαβάντι, οὐκέτι Σκυθικὴ, ἀλλ' ἡ μὲν πρώτη τῶν [b] λαξίων, Σαυροματέων ἐϛὶ, οἳ ἐκ τοῦ μυχοῦ ἀρξάμενοι τῆϛ Μαιήτιδος λίμνης, νέμονται [c] τὸ πρὸς βορέην ἄνεμον, ἡμερέων πεντεκαίδεκα ὁδὸν, πᾶσαν ἐοῦσαν ψιλὴν καὶ ἀγρίων καὶ ἡμέρων δενδρέων· ὑπεροικέουσι δὲ [d] τουτέων δευτέρην λάξιν ἔχοντες Βουδῖνοι, γῆν νεμόμενοι πᾶσαν δασέην ὕλῃ παντοίῃ. Βουδίνων δὲ κατύπερθε πρὸς βορῆν, ἐϛὶ πρώτη μὲν ἔρημος, ἐπ' ἡμερέων ἑπτὰ ὁδὸν· μετὰ δὲ τὴν ἔρημον [e] ἀποκλίναντι μᾶλλον πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον, νέμονται [f] Θυσσαγέται, ἔθνος πολλὸν καὶ ἴδιον· ζώουσι δὲ ἀπὸ θήρης· συνεχέες δὲ τούτοισι ἐν τοῖσι αὐτοῖσι τόποισι [g] καλοικημένοι εἰσὶ τοῖσι οὔνομα κεῖται Ἰῦρκαι· καὶ οὗτοι ἀπὸ θήρης ζώοντες τρόπῳ τοιῷδε· λοχᾷ ἐπὶ δένδρεον ἀναβάς· τὰ δὲ ἐϛι πυκνὰ ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώρην· ἵππος δὲ [h] ἑκάϛῳ δεδιδαγμένος ἐπὶ γαϛέρα κεῖϲθαι, ταπεινότητος εἵνεκα· ἕτοιμός [i] ἐϛι καὶ κύων· ἐπεὰν δὲ ἀπίδῃ τὸ θηρίον ἀπὸ τοῦ δενδρέου, τοξεύσας, [k] ἐπιβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον, διώκει· καὶ ὁ κύων [l] ἕχεται· ὑπὲρ δὲ τούτων, τὸ πρὸς τὴν ἠῶ [m] τετραμμένον οἰκέουϲι Σκύθαι ἄλλοι, ἀπὸ τῶν βασιληίων Σκυθέων ἀποϛάντες, καὶ οὕτω ἀπικόμενοι ἐς τοῦτον τὸν χῶρον. Μέχρι μὲν δὴ τῆϛ τούτων τῶν Σκυθέων χώρης, ἐϛὶ ἡ καταλειχθεῖϲα πᾶϲα, [n] πεδιάς τε γῆ καὶ βαθύγαιος· τὸ δ' ἀπὸ τούτου, λιθώδης τ' ἐϛὶ καὶ [o] τρηχέη· διεξελθόντι δὲ καὶ τῆϛ τρηχέης [p] χώρου πολλὸν, οἰκέουϲι ὑπώρεαν οὐρέων ὑψηλῶν ἄνθρωποι λεγόμενοι εἶναι πάντες Φαλακροὶ ἐκ [q] γενεῆϛ γινόμενοι, καὶ ἔρϲενες καὶ θήλεαι ὁμοίως, καὶ αἰμοί· καὶ γένεια ἔχοντες μεγάλα· Φωνὴν δὲ ἰδίην ἱέντες· ἐϲθῆτι δὲ χρεώμενοι Σκυθικῇ· ζῶντες δὲ ἀπὸ δεν-

des ſunt, et deſerta hominibus regio, quantum nos ſcimus. Trans flumen autem Tanain non amplius regio Scythica, ſed prima quidem portionum est Sauromatarum, qui a recesſu Mæotidis paludis incipientes, incolunt tractum qui ſpectat aquilonem, iter dierum quindecim, vacuum prorſus arboribus tam agreſtibus quam mitibus. Supra hos habitant ſecundam portionem tenentes Budini, terram colentes totam omni arborum genere ſpiſsam. Supra Budinos ad aquilonem ſtatim excipit ſolitudo octo dierum itineris. Post hanc ſolitudinem declinanti magis ad ventum ſubſolanum, incolunt Thyſſagetæ, natio copioſa et propria, et e venatu victitans. His contigui, in eisdem habitantes locis ſunt, quibus nomen inditum est Iyrcæ, et ipsi e venatione victitantes, hunc in modum: Conſcenſis arboribus, quæ per omnem regionem frequentes ſunt, inſidiantur, ſingulis autem adest equus, in ventrem procumbere edoctus, humilius ſubſidendi gratia: est in promptu et canis. Vbi quis igitur ab arbore feram viderit, ſagittaque percuſſerit, conſcenſo equo illam perſequitur, et canis adhæret. Super hos regionem auroram verſus incolunt alii Scythæ, qui a regiis Scythis deficientes, ita in hunc locum pervenerunt. Ad hos usque Scythas regio omnis Scythica est campeſtris, et profundi ſoli: reliqua dehinc lapidoſa atque ſalebroſa. Cuius regionis magno transmiſſo ſpatio, incolunt ad excelſorum montium radicem homines, qui ab ipso natali dicuntur esſe calvi, mares pariter et feminæ, ſimis quoque naribus, et ingenti mento; propriam vocem edentes, ſed Scythicam geſtantes veſtem: ex arboribus victitantes, cui ar-

bori

a Abest *Arcb. V.*, nec male. *b* Tangit hinc *Suid.* in *V.* *c M. Paſſ. Vind. Ask.*, alii τὰ πρὸς. *d Arcb. V.*, τούτων *Paris. A. B.* ora *Stepb.*, vulgo τούτοισι. *e* Ἀποκλίνοντι margo *Steph. Paſſ. Ask. f Stepb. Byz.* in *V.* *g M. Paſſ. Ask.*, vulgo κατοικημένοισί εἰσι, quorum ultimum non legunt *Arcb. V.* *b* Ἑκάϛῳ ἐϛὶ δεδ. *Arcb.* *i* Defit *Arcb.*, mox ἐπεὰν *M. Paſſ. Ask.*, in aliis ἐπειδάν. *k* Καὶ ἐπιβ. *Arcb. V.* *l M. Ask. Paſſ.*, reliqui ἕπεται pari ſententia. Statim τουτέων *Arcb. V.*, olim τούτων, et tum τάξιν. *m* Ἀποκλίνοντι ora *Stepb. Paſſ. Ask.*, ἀποκλίναντι *Arcb. V.*, τετραμμένον *Ald. Med.* *n* Duo ſequentia non habet *Arcb.*, tum βαθύγεος. *o* Τρηχέη *Paſſ. Ask.* et mox, τρηχεῖα *Arcb. V.*, alii τρηχείη. *p* Χῶρου *Arcb. V.*, alii χώρης. *q* Γενεῆϛ *Arcb. V.*, γενετῆϛ ceteri.

19. Ἡ μὲν πρώτη τῶν λαξίων] *Heſychio* haec erant ob oculos, λαξίων, λήξεων, κληρώσεων· *Suidae* λᾶξιν, μίξιν, μερισμὸν, vitioſum, et ex Gloſsis *Herodoti*, quales manu exaratas posſideo, derivatum est: λῆξιν ſcripſerat Criticus. Inſpice eruditisſimi *P. Leopardi* Emend. L. VII, 16., *Laxios Vallae* lenisſime, ſicuti decet, corrigentis. Et *Laxios* tamen, tanquam Scythicam nationem, Theſauro ſuo addit *Abr. Ortelius*. Nollem *Bayerus*, vir doctisſimus, Hiſtoriarum patrem erroris poſtulasſet, quo *Lazios*, gentem Scythicam, in adpellativum converterit nomen. Nimium indulſit ſuſpicaci ingenio. *Lazos* ſeu *Laxios* ſerior novit aetas, neque eo loci, quem ſcriptor ſignat, ſed ad Phaſim amnem ap. *Procopium* Bel. Perſ. L. II. C. Immo vero ipse verborum ordo, quod attendenti liquidum, docto viro refragatur. Perpende dicta eius Comment. Acad. Petrop. T. I, p. 421. Scripsi autem ſchedarum iuſsu ὑπεροικέουσι δὲ τουτέων —. Poſtulabat ſermonis indoles, qua C. 13. Ἰσσηδόνων ὑπεροικέειν Ἀριμάσπους· et C. 37. ΤΟΤΤΕΩΝ δ' ὑπεροικέουσι — Μῆδοι.

30. Ἰῦρκαι] In his equidem ſimilibusque obſcurioribus iudicium ſequerer *Pintiani*, ex *Herodoto Melam* corrigentis I, c. 19, 140. *Thyſſagetae Iurcaeque vaſtas ſylvas occupant aluntur que venando*; ζώουσι ἀπὸ θήρης, *Herod.* Pro ſua pietate bonus *A. Schottus* hinc quoque *Turcas* expulſos esſe laetabatur. Non alibi fortaſſe Ἰῦρκαι niſi cum *Thyſſagetis* etiam *Plinio* memorantur H. N. VI, c. 7. Θυσσαγέται ut hic, ſic infra c. 123. atque hinc *Stephano Byz.* VALCKEN.

37. Τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τετραμμένον] Scholion veram peſsum dedit vocem. Fuit olim πρὸς τὴν ἠῶ ἀποκλίναντι, uti paullo antea ΑΠΟΚΛΙΝΑΝΤΙ μᾶλλον πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον, et ſtatim διεξελθόντι δὲ καὶ —— οἰκέουσι. Atque hoc manu ſcripti profitentur, qui, ſi τὸ eraſisſent etiam, me ad reſtitutionem adegisſent. In praecedentibus ἀσύνδετον non laudo: melius καὶ ἐπιβὰς ſchedarum.

43. Καὶ τῆϛ τρηχέης χῶρον πολλόν] Offendunt ad πολλὸν τῆϛ χώρης, ſubſtituto πολλήν. Codices iuſtius, tum quoque ἐκ γενεῆϛ. *S. Ioannis* Euang. C. IX, 1. τυφλὸν ἐκ γενετῆϛ non neſcio, neque ἐκ γενετῆϛ κωφὸν *Sexti Empirici* L. XI, p. 733., nedum *Heſiodi* Theog. v. 271. Noſtri diverſior ratio, qua huius Muſae C. 33. καὶ γάρ τινα ἐκ ΓΕΝΕΗΣ νοῦσον —— λέγεται ἔχειν. De calvis istis et cauſsa calvitii *Zenobius* Cent. V, 25. εἰσὶ δὲ φαλακροὶ διὰ τὴν φύσιν τοῦ ὕδατος, οὗ πίνουσι, καὶ αὐτοὶ καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν ex ſcripto, quod, absurdum minime, unde acceperit, non vacat quaerere.

45. Φαλακροὶ ἐκ γενετῆϛ] *Et feminis et maribus nuda ſunt capita*, *Mela* I, c. 19. f. de iisdem Argippaeis: verum adeoque quod ſcribit *Plinius* H. N. VI, c. 13. *capillus iuxta feminis virisque in probro exiſtimatur*: a duce ſuo ſecedentem *Solinum* reprehendit *Salmas.* p. 209. De Myconiis quid tradiderint veteres e *Stephano* notum in v. Μύκονος —. Quae de hac gente praeterea dedit *Mela*, derivavit omnia ex *Herodoto*: *bis iuſtiſsimi mores*; *nemora pro domibus*; *alimenta baccae*: — *ſacri itaque habentur*; *adeoque ipsos nemo de tam feris gentibus violat*, *ut aliis etiam ad eos confugisſe pro aſylo fit*: poſtrema de his paene converſa: τούτους οὐδεὶς ἀδικέει ἀνθρώπων· ἱροὶ γὰρ λέγονται εἶναι —— ὃς δ' ἂν καταφύγῃ ἐς τούτους ὑπ' οὐδενὸς ἀδικέεται· eadem *Plinius* expresſit. Sacris autem his inviolatisque ſive Scythis, ſeu Scytharum vicinis, iuſtitiae cultoribus atque humanitatis, eximie congruunt quae in laudem Scytharum occaſione loci Homerei prodidit *Strabo* VII, p. 455. B. p. 460. D. quaeque habet *Iuſtinus* II, c. 2. *continentia illis morum quoque iuſtitiam edidit nihil alienum concupiſcentibus.* — *Plus in illis proficit vitiorum ignoratio*, *quam in bis* (Graecis) *cognitio virtutis.* VALCKEN.

51. Τοῦτο

bori nomen est Ponticum, magnitudo fere eadem quæ fico, fructus fabæ inſtar, nucleum habens. Id ubi maturuerit, veſtibus excolant, et quod ab eo crasſum et nigrum defluit, nomine aſchy, id et lingunt, et lacte commixtum potant, ex ipsius quoque crasſitudine fæcis masſas componunt et edunt. Neque enim multum est eis pecorum, utpote non ſunt ibi paſcua ſerio culta. Sub arbore quisque habitat: per hyemem quidem, ubi arborem pileo albo firmoque contexerint; per æſtatem vero, ſine hoc pileo. His nemo mortalium iniuriam infert, ſacri enim dicuntur esſe: nihilque Martiorum armorum posſident. Et partim quidem hi ſunt, qui finitimorum controverſias dirimunt; partim vero quisquis exulans ad eos confugit, is a nemine læditur. Nomen eis est Argippæi. Ad hos usque calvos ingens circumcirca proſpectus est regionis et gentium, quæ in anterioribus ſunt. Nam et Scytharum nonnulli ad eos commeant, quos non difficile est ſciſcitari; atque etiam Græcos ex emporio Boryſthenis atque aliis Ponticis emporiis. Ex Scythis vero qui ad eos commearint, per ſeptem interpretes totidemque linguas ſua peragunt. Horum tenus notitia rerum habetur, at quod ſupra illos calvos est, nemo pro comperto referre potest, nam montes editi inacceſſi præcidunt, et eos nemo tranſcendit. Isti tamen

δενδρέων. [a] Ποντικὸν μὲν οὔνομα τῷ δενδρέῳ ἀπὸ τοῦ ζώσι, μέγαθος δὲ κατὰ συκέην μάλιστά κῃ· καρπὸν δὲ φορέει κυάμῳ ἴσον, πυρῆνα δὲ ἔχει· τοῦτο ἐπεὰν 230
γένηται πέπων, [b] σαπτέουσι ἱματίοισι· ἀποῤῥέει δ' ἀπ' αὐτοῦ παχὺ καὶ μέλαν· οὔνομα δὲ τῷ ἀποῤῥέοντί ἐστι [c] ἄσχυ. [d] τοῦτο καὶ λείχουσι, καὶ γάλακτι συμμίσγοντες πίνουσι· καὶ ἀπὸ τῆς παχύτητος αὐτοῦ τῆς τρυγὸς [e] παλάθας συντιθέασι, καὶ ταύτας σιτέονται· πρόβατα γάρ σφι οὐ πολλά ἐστι· οὐ [f] γάρ τι σπανδαῖαι νομαὶ αὐτόθι εἰσί· ὑπὸ δενδρέῳ δὲ ἕκαστος κατοίκηται, τὸν μὲν χειμῶνα, ἐπεὰν τὸ δένδρεον περικαλύψῃ πίλῳ τεγνῷ λευκῷ· τὸ δὲ θέρος, ἄνευ πίλου· τούτους οὐδεὶς ἀδικέει ἀνθρώπων· ἱροὶ γὰρ λέγονται εἶναι· οὐδέ τι ἀρηΐον ὅπλοισι [g] ἐκτέαται· καὶ τοῦτο μέν, τοῖσι περιοικέουσι οὗτοί εἰσι οἱ τὰς διαφορὰς διαιρέοντες· τοῦτο δὲ, ὃς ἂν [h] καταφεύγων καταφύγῃ ἐς τούτους, ὑπ' οὐδενὸς ἀδικέεται· οὔνομα δέ σφι ἐστὶ [i] Ἀργιππαῖοι. Μέχρι μέν νυν τῶν Φαλαχρῶν τουτέων, πολλὴ περιφάνεια τῆς χώρης ἐστὶ, καὶ τῶν ἐμπροσθεν ἐθνέων· καὶ γὰρ Σκυθέων τινὲς ἀπικνέονται ἐς αὐτοὺς, τῶν οὐ χαλεπὸν ἐστι πυθέσθαι, καὶ Ἑλλήνων τῶν ἐκ Βορυσθένεός τε ἐμπορίης καὶ τῶν ἄλλων Ποντικῶν ἐμπορίων. Σκυθέων δὲ οἱ ἂν ἔλθωσι ἐς αὐτοὺς, δι' ἑπτὰ ἑρμηέων καὶ δι' ἑπτὰ γλωσσέων διαπεφήσονται. Μέχρι μὲν δὴ τουτέων γνώσκεται· τὸ δὲ τῶν Φαλαχρῶν κατύπερθε οὐδεὶς [k] ἀτρεκέως οἶδε φράσαι· οὔρεα γὰρ ὑψηλὰ ἀποτάμνει ἄβατα, καὶ [l] οὐδὶς σφεα ὑπερβαίνει· οἱ δὲ Φα-

a Παντικὸν sine *μὲν Arcb. V.*, tum *ἀπὸ τοῦ* optime: alii *ἀπ' οὗ*. ſpectavit haec *Athen.* L. II, C. 16. *b* Σαπτέουσι *Suid.* in *V.* *c* Ἄγχυ *Arcb. Valla.* *d Arcb. V. M. Pasſ. Ask.*, τοῦτο δὲ vulgo. *e* Παλάθας *Arcb.*, olim *πάλλ.* *f M. Ask. Pasſ.*, *οὐ γάρ σφι Arcb. V.*; olim *οὐ γάρ τοι σπ. αἱ νομαί.* *g* Ἔκταται *Arcb.* *h M. Pasſ. Ask. Ald.*, *φεύγων κατα*Φ. *Arcb.*; ab aliis participium abest. *i* Ὀργιεμπαῖοι *Arcb. V.* *k* Ἀτρεκὲς id. Vid. ſupra C. 16. mox *ὄρεά τε γὰρ* uterque. *l Arcb. V. Ald. Paris. A. B.*, *οὐδ. σφεας M. Ask. Pasſ.*

51. Τοῦτο ἐπεὰν γένηται πέπον] Planisſima lectio *Caſauboni*, *τοῦτον, ἐπεὰν γένηται πέπων, σαπτεύουσι* foret, ſi membranae addicerent. At ſaepe ſequius genus *Herodotum* amplecti, notum est. Vide magni viri Animadv. L. II, 16. Σαπτέουσι *Suidae* offertur etiam ab *Aelio Dionyſio* ap. *Euſtath.* ad *Homer.* p. 940, 18., estque ex priſcorum more, quo *σάπος* et *σαπτεύειν* praeferebant, in *Moeride*; *Thoma M.* et aliis. Σαπτεύειν tamen, uti Codd., Gloſſator San-Germanenſis. De ſuſpicione defectus, quam vir doctus in *Miſcell. Lipſienſ.* movit, nihil, niſi hiſtoricos non omnia minutatim perſequi, dico: nihil quoque, cur *παλάθας* reddiderim. *Suidas* hinc hauſit, ſeu potius ex Lexico Herodoteo, cuius *L. Kuſterus* inmemor ſincera Grammatici incruſtavit.

52. Σαπτέουσι ἱματίοισι] Tentare non auſim: *ἠθανίοισι* venerat alicui in mentem: ſicut *ἠθμὸν, ἠθάνιον* inter pocula quoque recenſet *Athen.* Secundum *Etymologum* erat Ἠθμὸς καὶ Ἠθάνιον, *ἐργαλεῖον διατετρημένον πολλαῖς ὀπαῖς, δι' οὗ τὸ ὑγρὸν εἰώθασι διακρίνειν τῶν παχυτέρων* ſic ista p. 422, 34. Codex exhibet ſcriptus, ubi paulo post pro Ἐργωνᾷ ponendum, *ἐν Ἔργων α, operum libro primo.* Haec reſpiciens *Suidas* habet: Σαπτεύουσι, *τὸ ὑλίζουσι, παρ' Ἡροδότῳ percolant:* ex *Aelio Dionyſio* praebet eamdem ſcriptionem *Euſtath.* in Il. N, p. 914, 10. ab Attico *σάπος*, pro vulgari *σάκκος*, derivante Σαπεύειν *Herodoti:* Σαπέειν et Σαπίζειν veteres, recentiores dixisſe videntur *σακκεῖν* et *σακκίζειν, ſaccare:* vid. *Salmas.* in *Solin.* p. 209. A. quique explicat vicina *Caſaub.* in *Athen.* II, c. 16. VALCKEN.

56. Παλάθας] Ad hunc modum eximenda voci litera est ſuperflua: Παλάθας Auctor Gloſſarii *Herod.* hic recte interpretatur *τὰ ἐκ τρυγὸς πλάσματα.* Quae ſic masſae vulgo dicerentur docuit *Weſſeling.* ad *Diodori* T. II, p. 212. VALCKEN.

60. Πίλῳ τεγνῷ λευκῷ] Pro *pileo* tegmen mallem coactile ex lana, quemadmodum C. 73. *Erotianus* Πίλοι καλοῦνται παρὰ Λάκωσι *τὰ σκεπάσματα σκιᾶς χάριν πεποιημένα.* Explicuit, monente *Foeſio*, Hippocratea de tegumento curruum Scythicorum, *αὗται δὲ* ΠΙΛΟΙΣ *περιπεφραγμέναι, muniti ſunt coactilibus ex lana* Lib. de Aëre, Aq. p. 291. Additur continuo, currus fabrefactos *ὥσπερ οἰκήματα* esſe, et *ταῦτά δὲ καὶ τεινὰ πρὸς ὕδωρ, καὶ πρὸς χιόνα καὶ τὰ πνεύματα*, in Latinis, *ipsique in anguſtum coarctati adverſus omnes aquarum, nivis ac ventorum iniurias:* quae rei non conveniunt. Στενὰ doctisſimos homines in errorem induerunt, τεγνὰ, *firma* contra eas iniurias, reliquerat *Hippocrates.* Sed hoc occupavit *Hemſterbuſius* noſter ad Comici *Plutum.*

64. Τὰς διαφορὰς διαιρέοντες] Quia finitimorum dirimebant controverſias velut *arbitri*, non absurde quis ſuſpicabatur, Ionicum διαιτέοντες in uſitatius illud fuisse demutatum: ſed qui litigantes dirimit, *ὁ τὰ ἀμφισβητήσιμα διαιρῶν, Polluci* VIII, 8. διαιρεῖν *τὰ ἀμφίλογα* dicitur *Xenophonti* p. 538, 26. *Ariſtoph.* Ran. v. 1132. —— In proximis vera videtur lectio *Arcb.* Ὃς ἂν φεύγων καταφύγῃ ἐς τούτους ὑπ' οὐδενὸς ἀδικέεται. *Plinius* H. N. VI, c. 13. *ſacros haberi narrant inviolatosque,* —— *nec ipsos modo, ſed illos etiam, qui ad eos perfugerint.* VALCKEN.

65. Καταφεύγων καταφύγῃ] Optime hoc ſuam in ſedem, modo iniquior afuisſet criminatio, reſtitutum. *Th. Galeus* vere *φεύγων* ex *Arcb.* enotavit, neque id futile prorſus. *Homer.* Il. Ξ, 81. ὃς *φεύγων προφύγῃ κακόν. Herodotus* V, 95. *αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει.* Gentis nomen Ἀργιππαῖοι examinavit *Salmaſius* ad Solin. p. 147., attigerunt alii ap. *Gronovium.* Schedae *Arcb.* et *Vind.* vulgato dicam ſcribunt, pariterque Ὀργιέμπεοι in *Zenobii* Cent. V, 25., quem non extrico. Mox *πολλὴ περιφάνεια χώρης* non *proſpectus est regionis*, ſed certa eius notitia. Quo uſu *Iſaeus* Or. de Apollodori Herod. p. 66.

76. Καὶ οὐδεὶς σφεα ὑπερβαίνει] Manifeſtus mutantium ſchedarum hic lapsus, dignus contemtu. Stolidior earumdem audacia contra *αἰγίποδας ἄνδρας.* Nihil proſunt Cyrenaei τετριππόβατοι L. V, 77., multoque minus equi ἱππόβατοι *Strabonis* L. VIII, p. 595. Quid enim in illis inſolens? et cur ſibi *οὐ πιστὰ* profiteretur? Non inepte quidem rem putarunt ridiculam, *homines capripedes*, ea enim novandi videtur cauſſa fuisse, verum his in fabellis ſuum cuique relinquendum. De ſimilibus naturae, fictis tamen, portentis *Strabo* L. I, p. 73.

de viris capripedibus, et senos menses dormientibus. Issedones: ipsorum ritus, patre mortuo. Arimasporum etymologia. Sævitia hiemis Scythicæ.

Φαλακροὶ οὗτοι λέγουσι, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες, οἰκέειν τὰ οὔρεα [a] αἰγίποδας ἄνδρας· ὑπερβάντι δὲ τούτους, ἄλλους ἀνθρώπους, [b] οἳ τὴν ἑξάμηνον καθεύδουσι· τοῦτο δὲ οὐκ ἐπιδέκομαι [c] τὴν ἀρχήν· ἀλλὰ τὸ μὲν πρὸς ἠῶ τῶν Φαλακρῶν [d] γινώσκεται ὑπὸ Ἰσσηδόνων οἰκεόμενον· τὸ μέν τοι κατύπερθε πρὸς βορὴν ἄνεμον, οὐ γινώσκεται, οὔτε τῶν Φαλακρῶν, οὔτε τῶν Ἰσσηδόνων, εἰ μὴ ὅσα αὐτέων τυτέων λεγόντων. Νόμοισι [e] δὲ Ἰσσηδόνες τοιοισίδε λέγονται χρᾶσθαι· ἐπεὰν ἀνδρὶ ἀποθάνοι πατὴρ, οἱ προσήκοντες πάντες προσάγουσι πρόβατα· καὶ ἔπειτα ταῦτα θύσαντες, καὶ κατατεμόντες τὰ κρέα, κατατέμνουσι καὶ τὸν τοῦ δεκομένου τεθνεῶτα [f] γονέα· ἀναμίξαντες δὲ πάντα τὰ κρέα, δαῖτα προτίθενται· τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ ψιλώσαντες καὶ ἐκκαθήραντες, [g] καταχρυσοῦσι· καὶ ἔπειτα [h] ἅτε ἀγάλματι χρέωνται, θυσίας μεγάλας ἐπετείους ἐπιτελέοντες· παῖς δὲ πατρὶ τοῦτο ποιέει, κατάπερ οἱ Ἕλληνες τὰ γενέσια· ἄλλως δὲ δίκαιοι καὶ οὗτοι λέγονται εἶναι· ἰσοκρατέες δὲ ὁμοίως αἱ γυναῖκες τοῖσι ἀνδράσι· γινώσκονται μὲν δὴ καὶ οὗτοι. Τὸ δὲ ἀπὸ [i] τυτέων τὸ κατύπερθε, Ἰσσηδόνες εἰσὶ οἱ λέγοντες [k] μουνοφθάλμους ἀνθρώπους καὶ χρυσοφύλακας γρύπας εἶναι· παρὰ δὲ τυτέων Σκύθαι παραλαβόντες λέγουσι· παρὰ δὲ Σκυθέων ἡμεῖς οἱ ἄλλοι νενομίκαμεν, καὶ ὀνομάζομεν [l] αὐτοὺς Σκυθιστὶ Ἀριμασπούς· ἄριμα γὰρ ἓν καλέουσι Σκύθαι, σποῦ δὲ τὸν ὀφθαλμόν· Δυσχείμερος δὲ αὕτη ἡ καταλειχθεῖσα πᾶσα χώρη οὕτω [m] δή τί ἐστι· ἔνθα τοὺς μὲν ἑκτὼ τῶν μηνῶν ἀφόρητος οἷος γίνεται χρυμὸς, ἐν τοῖσι ὕδωρ ἐκχέας, πηλὸν οὐ ποιήσεις· πῦρ δὲ ἀναικαίων, ποιήσεις πηλόν· [n] ἡ δὲ θάλασσα πήγνυται, καὶ ὁ Βό-

men calvi referunt, quæ apud me fidem non habent, incoli montes ab viris capripedibus: quos ubi transieris, esse alios qui senos menses dormiant, quod ego omnino non admitto. Sed tractum illum qui ad auroram calvis est, ab Issedonibus habitari sine ambiguitate compertum est. Ille vero superior vergens ad aquilonem ventum non cognoscitur vel ab Issedonibus vel ab calvis, nisi quatenus isti ipsi dicunt. Issedones porro talibus moribus uti feruntur: Quoties pater alicui decessit, omnes propinqui pecora adducunt; quæ ubi mactaverunt, concideruntque carnes, concidunt et mortuum patrem illius, a quo excipiuntur, commixtisque omnibus carnibus convivium exhibent. Caput autem eius depilatum expurgatumque inaurant, eoque pro re sacrata utuntur, peragentes quotannis magna sacrificia. Hæc filius patri facit, quemadmodum Græci emortuali die. Alioqui dicuntur et illi iusti esse, et ipsorum uxores peræque fortes ac viri. Hi et ipsi cognoscuntur. Quod ab his supernum est, ibi aiunt Issedones esse homines unoculos, et grypes auri custodes. Hoc ab eis nacti Scythæ narrant, a Scythis nos ceteri pro vero habuimus, et Scythice eos appellamus Arimaspos, nam *arima* Scythæ unum vocant, *spu* vero oculum. Omnis autem quæ dicta est regio, adeo infestatur hyberna sævitia, ut octo mensibus intolerabile sit illic gelu; in quibus si aquam effundas, non facias lutum, facies autem, si illic ignem accenderis. Mare compingitur, et omnis

Cim-

[a] Ἱπποβάτας *Ask. Med. Pasf.*, mox ὑπερβάντας *Arcb.* [b] *Arcb. V. M. Ask. Pasf.*, alii ἄνθρ. εἶναι, οἳ. Conf. *Eustath.* in *Dionys.* v. 581. [c] Abest articulus *Arcb. V.* [d] Γινώσκ. ἀτρεκέως ὑπὸ *Paris. A. Ald. Arcb. V. Valla*, adverbium defit *M. Ask. Pasf.*, sine gravi causa. Statim βορῆν *Arcb. V.* [e] Non est in *Arcb.*, qui et τοιόισιδε, et mox ἀποθάνῃ cum *Vind.* Conf. L. II, 37. III, 99. olim τοῖσιδε. [f] Γονῆα *Arcb.* [g] Καταχρυσοῦσι *Vind. Arcb.*, antea ἀποχρυσοῦσι· tum καὶ καθήρ. ambo illi. ἐκκαθάραντες *Pasf. Ask.* [h] Non est in *Arcb. V.* Statim παῖς δὲ πατρὸς *Ald.* [i] Τευτέων *Arcb.*, vulgo τούτων. [k] Τοὺς μουν. et τοὺς χρυσοφ. *Arcb. V.*, statim εἶναι negligunt *M. Pasf.* soli. [l] Non habet *Arcb. V.*; quae sequuntur citat *Eustath.* in *Dionys.* v. 31. [m] Δή τι *Arcb.*, recte: Confer III, 12. IV, 52. δή τοι alii. Vide *Eustath.* ad *Dionys.* v. 669., ubi sequentia describuntur. [n] Taxat *Macrob.* Sat. VII, 12. ex *Gellio.*

90. Τὴν δὲ κεφαλὴν] Aut diversa confudit *Plato*, aut alium habuit quem sequeretur auctorem in Euthyd. p. 299. E. ista scribens: θαυμασιώτερόν γε ἔτι ὅτι καὶ πίνουσιν (οἱ Σκύθαι) ἐκ τῶν ἑαυτῶν κρανίων κεχρυσωμένων, καὶ ταῦτα καθορῶσι, τὴν ἑαυτῶν κορυφὴν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες. Secundum *Herod.* IV, c. 65. non parentum aut amicorum craniis utebantur Scythae tanquam poculis, sed hostium quos interfecissent, aut inimicorum saltem; Issedones soli parentum suorum crania deaurata custodiebant, et velut ἀγάλματα venerabantur; postquam cadaverum carnes cum alia commixtas comedissent: qua de re *Davisius* egit ad *Ciceron.* Tusc. I, c. 48. p. 118. *Platonis* forte non recordabatur *Salmas.* in *Solin.* p. 192. *Strabo* quoque Scytharum fecit mentionem τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων, VII, p. 458. A. et p. 460. B. Apud *Livium* XXIII, c. 24. Galli Boii *caput ducis* (Postumii) *praecisum ovantes templo —— intulere: purgato inde capite, ut mos iis est, calvam auro caelavere: idque sacrum vas iis erat, quo solennibus libarent; poculumque idem sacerdoti esse ac templi antistitibus.* VALCKEN.

91. Ἐκκαθήραντες καταχρυσοῦσι] Per incommodum ἀποχρυσοῦσι inaurandi significatione. Iunxit *Artemidorus* Onir. L. I. 52. ἵνα ἀπαργυρωθῇ καὶ ἀποχρυσωθῇ de servo, qui aere venditur. Verum MSS. praestant. Tale L. II, 130. καὶ ἔπειτα ΚΑΤΑΧΡΤΣΩΣΑΝΤΑ μιν ταύτην —. Gemina in re in Fragm. Pythagor. p. 713. τὸ δ' ὀστέον χρυσώσας καὶ ἀργυρώσας, πίνει ἐξ αὐτοῦ· et Noster L. IV, 65. ἔσωθεν δὲ περιχρυσώσας, οὕτω χρᾶται ποτηρίῳ· ubi in scriptis καταχρυσώσας. *Mela* Herodotea de Issedonibus ad hunc modum: *capita ubi fabre expolivere, auro vincta pro poculis gerunt*, ἄγαλμα, ut apud *Homerum* et alios, supellectilem intelligens, haud profecto inficete: ἅτε ἀγάλματι χρέωνται tale postulat. *Is. Vossius* aliter ad *Pomponium.* Τὰ γενέσια Glosse. *San-German.* non neglexerunt, optime declarata ab *Ammonio.* Non sunt *natalitia*, quae in *Vallae* Latinis erant.

1. Σκυθιστὶ Ἀριμασπούς] Proxime sequentia, Ἄριμα γὰρ ἓν, primus, opinor, sic corrigenda censuit *Io. Hartungus* Thes. Crit. T. II, p. 636. Ἄρι μὲν γὰρ ἓν (L. τὸ ἓν) καλέουσι Σκύθαι, Μασπὸς δὲ τὸν ὀφθαλμόν· prout legisse videtur in suis Codd., quos habuit plures, *Eustathius*: vid. ad *Dionys.* Perieg. v. 31. idem ferme probavit *G. Sopingius* ad *Hesych.* in Ἀριμάπους· ubi docta prostat adnotatio Cl. nostri *Albertii.* De Arimaspis quae huc spectent e *Tzetze* dedit et *Gellio Stanleius* ad *AEschyli* Prom. V. v. 803., memorantis τὸν μουνῶπα σρατὸν Ἀριμασπὸν ἱπποβάμονα. Cyclopes *unoculi* μονῶπες dicuntur, μονόμματοι, et μονόγληνοι. In Reges Macedoniae, Philippum Amyntae, et Antigonum, qui fuerunt ἑτερόφθαλμοι, frigida leguntur hic illic atque insulsa Graeculorum dicteria; hoc in Philippum *Aristidis* apud *Philostratum* de V. S. p. 584., quo τοὺς Ἀριμασποὺς (τοὺς μονομμάτους) ἔφη ξυγγενεῖς εἶναι τοῦ Φιλίππου. VALCKEN.

2. Ἄριμα γὰρ ἓν καλέουσι Σκύθαι] *Eustath.* in *Dionys.* Arimaspos ex *Herodoto* et causam nominis explicans, ἀρὶ μὲν γὰρ τὸ ἓν Σκυθισὶ, μασπὸς δὲ, ὁ ὀφθαλμός· nec multum diversa Schol. in *AEschyli* Pometh. v. 804. Quae quidem hoc fonte si fluxerunt, turbidus admodum erit. Ea mens *Io. Hartungi* Decur. I. C. 2. p. 636., Herodotea ex *Eustathio* reformantis. Consilium non laudo neque institutum, Codd. conspiratione damnatum: eoque minus, siquidem, observante *Io. Georg. Wachtero*, in reliquiis Scythici sermonis *Spu* oculus, *arim* unus. Abit ergo in spongiam *Eustathii*, unde unde arcessita originatio. Vide docti Viri Praefat. Glossar. Germ. Sect. XIII. et Cl. *Alberti* ad *Hesych.* Ἀριμάπους.

7. Ἡ δὲ θάλασσα πήγνυται &c.] Genuinum his infregit *Taurus* Philosophus ap. *A. Gellium* XVII, 8,

Tam-

Cimmerius Bosporus: superque glaciem qui intra fossam incolunt Scythæ militant, et plaustra agunt trans eam usque ad Sindos. Ita vis hyberna octo mensibus perstat, quatuor tamen mensibus reliquis frigora illic sunt. Indoles autem huius hyemis diversa est ab illis, quae ceteris in regionibus contingunt omnibus; nam quum tempus pluendi est, nihil ibi quod sit ullius momenti, pluit: æstate pluere non cessat. Quin etiam tonitrua quando alibi fiunt, tum ibi nulla existunt, per æstatem vero densa: hyeme si fiat tonitru, pro ostento in admiratione est; sicut terræ motus si existat seu æstate seu hyeme in Scythica regione, prodigium creditur. Eam vim hyemis equi sustinentes ferunt, muli asinique prorsus non ferunt: quum tamen alibi stantes in gelido equi tabefiant, asini vero ac muli durent. Et hæc mihi videtur esse causa, cur omnino cornua bovino generi illi mutilo istic non nascantur: astipulante sententiæ meæ Homeri carmine in Odyssea, quod ita habet,

Et Libyen, ubi sunt cornuti protinus agni.

Quod recte dictum est, in locis calidis festine cornua adnasci; at in vehementibus frigoribus aut non oriuntur omnino pecoribus cornua, aut si oriuntur, vix oriuntur. In Scythia itaque haec propter frigora contingunt. Quo magis miror, (ab initio enim oratio mea accessiones indagabat) cur

ἐρήμου ἐς τῶν [a] γεωργῶν Σκυθέων τὴν χώρην· οὗτοι γὰρ οἱ Σκύθαι παρ' αὐτὸν ἐπὶ δέκα ἡμερέων πλόον νέμονται· μέτα δὲ τούτου τοῦ ποταμοῦ καὶ Νείλου ἄλλους ἔχω φράσαι τοὺς πηγάς· δοκέω δὲ, [b] οὐδὲ οὐδεὶς Ἑλλήνων· ἀγχοῦ τε δὴ θαλάσσης ὁ Βορυσθένης ῥέων γίνεται, καί οἱ συμμίσγεται ὁ Ὕπανις [c] ἐς τωὐτὸ ἔλος ἐκδιδούς· τὸ δὲ μεταξὺ τῶν ποταμῶν τούτεων ἐὸν ἔμβολον τῆς χώρης, [d] Ἱππόλεω ἄκρη καλέεται· ἐν δὲ αὐτῷ ἱρὸν Μητρὸς οἰδρυται· πέρην δὲ τοῦ ἱροῦ ὑπὸ τῷ Ὑπάνι [e] Βορυσθενεῖται κατοίκηνται· ταῦτα μὲν τὰ ἀπὸ τουτέων τῶν ποταμῶν. Μετὰ δὲ τούτους πέμπτος ποταμὸς ἄλλος, τῷ οὔνομα Παντικάπης· [f] ῥέει μὲν γὰρ καὶ οὗτος ἀπὸ [g] βορέω τε καὶ ἐκ λίμνης, καὶ τὸ μεταξὺ τούτου τε καὶ τοῦ Βορυσθένεος νέμονται οἱ γεωργοὶ Σκύθαι· ἐκδιδοῖ δὲ ἐς τὴν Ὑλαίην· [h] παραμειψάμενος δὲ ταύτην, τῷ Βορυσθενείῃ συμμίσγεται. Ἕκτος δὲ [i] Ὑπάκυρις ποταμὸς, ὃς ὁρμᾶται μὲν ἐκ λίμνης, διὰ μέσων δὲ τῶν νομάδων Σκυθέων ῥέων, ἐκδιδοῖ κατὰ [k] Καρκινῖτιν πόλιν, ἐς [l] δεξιὴν ἀπέργων τήν τε Ὑλαίην καὶ τὸν Ἀχιλλήιον καλεόμενον Δρόμον. Ἕβδομος δὲ [m] Γέρρος ποταμὸς ἀπέσχισται μὲν ἀπὸ τοῦ Βορυσθένεος, κατὰ τοῦτο τῆς χώρης ἐς ὃ γινώσκεται ὁ Βορυσθένης· ἀπέσχισται μέν νυν ἐκ τούτου τοῦ χώρου· οὔνομα δὲ ἔχει τόπος ὁ χῶρος αὐτὸς, Γέρρος· ῥέων δ' ἐς θάλασσαν, [n] ὁρίζει τήν τε τῶν Νομάδων χώρην, καὶ τὴν τῶν βασιληίων Σκυθέων· ἐκδιδοῖ δὲ ἐς τὸν [o] Ὑπάκυριν. Ὄγδοος δὲ ἦν Τάναϊς ποταμὸς, ὃς ῥέει [p] τἀνέκαθεν ἐκ λίμνης μεγάλης ὁρμεώμενος, ἐκδιδοῖ δὲ ἐς μέζω ἔτι λίμνην καλεομένην Μαιῆτιν, ἣ οὐρίζει Σκύθας τε τοὺς βασιληίους

Scytharum agricolarum plagam, nam hi Scythæ decem dierum navigatione accolunt hoc flumen. Cuius tantum ac Nili fontes nec ipse posſum, nec ullum Græcorum reor posſe, dicere. Idem Boryſthenes prope ad mare accedit, et Hypanis cum eo miſcetur eundem in lacum egrediens. Quod inter hos amnes interest roſtrum regionis, Hippolai promontorium vocitatur, ubi delubrum Matris exſtructum est. Ultra quod delubrum ad Hypanin incolunt Boryſthenitæ. Hactenus quæ ab his fluviis. Post hos alius, qui quintus est, nomine Panticapes, et ipse ab aquilone fluens e palude: inter quem et Boryſthenem incolunt Scythæ agricolæ. Idem in Hylæam ingreditur, qua transmiſſa, Boryſtheni immiſcetur. Sextus est Hypacyris, qui e palude manans, mediosque Scythas nomadas perfluens, in mare volvitur, iuxta Carcinitin oppidum, ad dexteram coercens Hylæam, et Dromon qui dicitur Achillis. Septimus est Gerrhus, nomen a loco obtinens, qui a Boryſthene dirimitur circa ea loca, apud quæ Boryſthenes cognoſcitur: cui loco nomen est Gerrho; fluens autem ad mare diſterminat regionem Scytharum nomadum ac regiorum, et in Hypacyrin dilabitur. Octavus Tanais, qui ſuperius e vaſta palude profluens, in aliam vaſtiorem diffunditur, nomine Mæotin, quæ diſcludit regios Scythas

54 55 56 57

240

a Γεωργ. Σκυθέων *Arcb.*, τῶν interponunt vulgo. b Abest ab *Arcb. V.* c Ἐς τὸ ἔλος ora *Steph. Paſ. Ask.*, τωὐτὸ τέλος ceteri. d Ἱππολέω cum *Valla* et ἐν δὲ ἱρὸν *Arcb. V.*, etiam Δήμητρος cum *Ald. Paris. A. Valla: μητρὸς M. Paſ. Ask.*, olim Ἱπολέων. e Βορυσθενεῖται *Arcb.* bene: βορυσθενῖται alii. f Ῥέει δὲ καὶ *Arcb. V.* g *Ald. V. Arcb. Paris, B. Edd.*, quod verius opinor, καὶ non est in *M. Paſ. Ask.* h Παραμείψας *Arcb. V.* i *Paſ. Arcb. V.* marg. *Steph.*, olim Τπάκαρις. Vide C. 47. k Καρκίνητον *M. Paſ.*, Καρκινῆτιν *Arcb.* male. l Δεξιὴν δ' ἀπ. *Arcb.* De *Achillis Dromo* ad *Strabon.* L. VII, p. 473. *Caſaubonus.* m Γέβρος *Arcb.* et mox. n Οὐρ. *Arcb.* plerumque. bene. Sequentia ſpectavit *Arrian.* Ἀναβ. L. III. fin. o *Arcb. V. Paſ.* marg. *Steph.*, alii Τπάκαριν non p Τὰ ἀν. *Arcb. Ask. V.*

93. Ἐς τῶν γεωργῶν Σκυθέων] Supra ἀροτήρων Σκυθέων, νομάδων Σκυθέων, tum οἱ γεωργοὶ Σκύθαι· quae quidem deletum articulum adprobant. In numero ἐπὶ δέκα ἡμερέων aut hic, aut C. 18., ubi ἕνδεκα ἡμερέων, menda haeret, cui nulla ex libris manu exaratis medicina. Fontes Boryſthenis in Sendomirenſi agro ſcaturire, *Matth. Miechovius*, *Stanislaus Sarnicius* et alii docuerunt. Conf. *Stukium* ad *Arrian.* Peripl. Ponti p. 156., praetereaque *Paul. Piaſecium* Chron. p. 45.

93. Τῶν γεωργῶν τῶν Σκυθέων] Ex ſyllaba male repetita natum, delendum ſecundum illud τῶν. Minus bene ceperunt quae proxima praecedunt: ἀνθρώπων οὐδεὶς iungi non debuerant: interpungendum, δι' ὧν ῥέει ἀνθρώπων, οὐδεὶς ἔχει φράσαι· nam hinc diſtat *fluvii φράσαι τὰς πηγὰς*, quod ex ipsius ſententia οὐδεὶς poterat Ἑλλήνων. Φαίνεται, inquit, ῥέων δι' ἐρήμου ἐς τῶν Γεωργῶν Σκυθέων τὴν χώρην, qui iuxta hunc fluvium ἐπὶ δέκα ἡμερέων πλόου νέμονται· ſupra IV, c. 18., memorantur aliquoties οἱ Γεωργοὶ Σκύθαι, quos Graeci, *Olbiopolitae*, adpellent *Boryſthenidas*; ubi pro δέκα ἡμερέων legitur ἡμερέων ἕνδεκα. Nunquam *Herodoto* dicuntur niſi οἱ Γεωργοὶ Σκύθαι· cap. 55. Hypacaris dicitur διὰ μέσων τῶν Νομάδων Σκυθέων ῥέων. Aliis ſimiliter ſaepius opponuntur οἱ Νομάδες Σκύθαι, et οἱ Γεωργοὶ, *Nomades* et *Georgi*: ſic enim vocandi ſunt etiam Graecorum interpreti. *Mela* p. 125., *Panticapes Nomadas Georgosque diſterminat.* p. 131., *vagi Nomades pecorum pabula ſequuntur, atque ut illa durant ita diu ſtatam ſedem agunt; colunt Georgi exercentque agros.* vid. *Strabo* VII, p. 478. c. 479. B. ubi Georgi ἡμερώτεροί τε ἅμα καὶ πολιτικώτεροι νομίζονται εἶναι. VALCKEN.

98. Ἐς τωὐτὸ ἔλος] Pulcre recordor τοῦ Αισήπου τέλος *Strabon.* L. XIII, p. 898, diſtinctum ab eiusdem ἀρχῇ. Nihil tamen certius revocato, cui oculatus teſtis *Dio Chryſoſtom.* pondus addit principio Orat. Boryſtheniticae. *Herodot.* VII, 127. ἐς τωὐτὸ ῥέεθρον τὸ ὕδωρ συμμίσγοντες· et L. I, 202. Idem *Chryſoſtomus* de urbe Boryſthene, κεῖται δὲ πρὸς τῷ Τπάνιδι —— οὐ πολὺ ἄνωθεν τῆς ΙΠΠΟΛΑΟΥ καλουμένης ἄκρας, nitidiſſime veterem et ſuae aetatis habitum civitatis explanans, et, quod *Th. Gale* non inſuper habuit, Ἱππόλεω ἄκρη *Arcb. Vallae*que. Videri certe Orator posſet ab Herodoto omnem eam deſcriptionem mutuatus, niſi liquido conſtaret ἀπὸ τῆς αὐτοψίας rei ipsum notitiam habuiſſe, optime in Diatriba *Caſaubonus.*

100. Ἱππόλεων ἄκρη] *Hippolai promontorium.* Genuinam nominis formam *Hippoleo* Latina iam dederant *Vallae*, quae postea transiit in Ἱπολέων. *Dionis Chryſ.* locus, *Galeo* citati, legitur p. 437. B. ubi ἡ Ἱπολάου καλουμένη ἄκρα dicitur esſe τῆς χώρας ὀξὺ καὶ ϛερεὸν ὥσπερ ἔμβολον, περὶ ὃ συμπίπτουσιν οἱ ποταμοί· vocem poſuit *Herodoti*, qui, τὸ μεταξὺ, inquit, τῶν ποταμῶν τουτέων, ἐὸν ἔμβολον τῆς χώρης, Ἱππόλεω ἄκρη καλέεται. Sequentia *Dionis* firmant ἔλος in vicinis reſtitutum in Diſſ. *Herod.* p. 99. Ut Ἱππόλυς, εω, occurrunt et ap. *Herod.* Μενέλεως· Χαρίλεως· Ἀρκεσίλεως· Ἀναξίλεως· ſed qui ſaepius est ἀρχιρεὺς, cur ſemel ἀρχιέρεως diceretur? VALCKEN.

1. Ἱρὸν Μητρὸς] Multa pro *delubro Matris* ex religioſo Scytharum cultu Vir Celeb., oblitus Olbiopolitas Graecae fuisſe originis, patriaeque religionis tenaces: ἱρὸν Δήμητρος relinqui in ſede potuerat. Vide C. 18., e quo ἐπὶ τῷ Τπάνι iuſtius erit. Sunt urbis incolae Βορυσθενεῖται C. 17. et 78. et ſeqq., quomodo et *Arcb.*, parum adiutus, hoc loco. *L. Holſtenius* ad *Steph.* idem optaverat. In *Dionis Chryſoſt.* Orat. Boryſthen. ſaepe Βορυσθενῖται, cuius diſpar ſermo.

1. Τπὸ τῷ Τπάνι] Verſionis *Vallae* corrector ad *Hypanin*; recte: ſed tum ſcribi quoque debuit ἐπὶ τῷ Τπάνι· ut IV, 18., οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Τπάνι *ſub montem* habitantes οἰκεῖν dicuntur ὑπ' ὄρει· *qui flumen accolunt*, ἐπὶ ποταμῷ, *Herod.* II, c. 108. apud quem in iſtum ſenſum occurrunt ἐπὶ τῷ Ἴσρῳ· ἐπὶ ποταμῷ Ὀάρῳ· ἐπὶ τῷ Μαρσύᾳ· ubique reperientur ſimilia: vulgatum in *Pauſan.* p. 483., ὑπὸ τῷ Εὐρίπῳ, ἐπὶ τῷ Εὐ. corrigit Graece perdoctus *Fr. Sylburg.* VALCKEN.

27. Ἐπι-

a Sauromatis. In hunc Tanain alius in-
58 fluit, nomine Hyrgis. His celeberrimis amnibus ita Scythæ præditi sunt. Gramen quod in Scythia germinat, omnium quæ nos novimus germinum amarissimum est: quod ita se habere disfectis pecoribus licet
59 discernere. Et sic quidem maxima apud eos abundant, cetera autem ad ritus et leges hoc modo sunt eis instituta. Deorum hos solos placant, Vestam ante omnes, deinde Iovem ac Tellurem; existimantes Tellurem Iovis coniugem esse. Post hos Apollinem, et cœlestem Venerem, et Herculem, et Martem. Hos cuncti Scythæ deos arbitrantur. Sed qui regii Scythæ vocantur, etiam Neptuno sacrificant. Appellatur autem Scythice Vesta Tabiti: Iupiter, Papæus mea sententia rectissime: Tellus, Apia: Apollo, OEtosyrus: cœlestis Venus, Artimpasa: Neptunus, Thamimasadas.

λήϊος καὶ Σαυρομάτας. [a] ἐς δὲ Τάναϊν τοῦτον ἄλλος ποταμὸς ἐσβάλλει τῷ οὔνομά ἐστι Ὕργις. Τοῖσι μὲν δὴ οὐνομαστοῖσι ποταμοῖσι οὕτω δή τι οἱ Σκύθαι ἐσκευάδαται· τοῖσι δὲ κτήνεσι [b] ἡ ποίη ἀναφυομένη ἐν τῇ Σκυθικῇ, ἐστὶ [c] ἐπιχολωτάτη πασέων ποιέων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν· ἀνοιγομένοισι δὲ τοῖσι κτήνεσί ἐστι καθωμόσασθαι, ὅτι τοῦθ' οὕτως ἔχει· τὰ μὲν δὴ μέγιστα οὕτω σφι εὔπορά ἐστι· τὰ δὲ λοιπὰ νόμαια κατὰ τάδε σφι διακέεται· Θεοὺς μὲν μούνους τούσδε ἱλάσκονται, Ἱστίην μὲν μάλιστα, ἐπὶ δὲ, Δία τε καὶ Γῆν, [d] νομίζοντες τὴν Γῆν τοῦ Διὸς εἶναι γυναῖκα· μετὰ δὲ τούτους, Ἀπόλλωνά τε καὶ οὐρανίην Ἀφροδίτην, καὶ Ἡρακλέα, καὶ Ἄρεα· τούτους μὲν πάντες οἱ Σκύθαι νομίζουσι· [e] οἱ δὲ βασιλήϊοι Σκύθαι καὶ τῷ Ποσειδέωνι θύουσι· [f] οὐνομάζεται δὲ Σκυθιστὶ, Ἱστίη μὲν, Ταβιτί· Ζεὺς δὲ ὀρθότατα κατὰ γνώμην γε τὴν ἐμὴν [g] καλέεται Παπαῖος· Γῆ δὲ, [h] Ἀπία· Ἀπόλλων δὲ, [i] Οἰτόσυρος· οὐρανίη δὲ Ἀφροδίτη, [k] Ἀρτίμπασα· Ποσειδέωνι δὲ, Θαμιμασάδας.

a Ἐς δὲ τὸν T. *Arch.* b Desit *V. Arch.* c Ἐπιχωλοτ. *Arch.* ἐπιχολωτ. *Ald. Pasf. V.*, ἐπιχυλωτάτη *Ask.*, mox ποιέων non legitur in *Arch. V.* Ἀνοιγομένοισι habet hinc *Suid.* Ἀνοίγει. d Exscripsit *Eustath.* Hom. p. 978, 18. e Οἱ δὲ καλεόμενοι *Arch. V. Ald. Paris. A. B.*, ultimum, quod abesse potest, non habent *M. Pasf. Ask.* f Iidem tres cum *Aldo*; reliqui οὐνομάζονται, aut ὀνομ. g Καλέεται *Ask.*, olim καλεόμενος. Citat *Eustath.* in *Hom.* p. 565, 7., tum Παππαῖος *Orig.* adv. Cels. L. v, p. 609. h Ἀπὶ *V. Arch.* i Γογγόσυρος *Orig.* p. 661. L. v. cont. Cels., Γοιτόσυρος *Hesych.*, ubi Cl. *Alberti.* k Ἀρτίμπασα *Ald. Arch. V. Hesych.*, Ἀργίμπασα *Origen. Vall.*, Ἀρίππασα *M. Pasf. Ask.* Mox Θαγιμάσα *V. Arch. Vall.*: Θαγιμασάδα *Orig.*, Θαμιμασάδης *Ald. Edd.*, Θαμιμασάδας *M. Pasf. Ask.*

27. Ἐπιχολωτάτη] Unde ἐπιχυλωτάτη venerit, indictum; forte ex *Mediceo*, si quidem in *Ask.* idem. Ex *Fabri* εὐχιλοτάτη refingitur ἐπιχιλώτατη. Poterat pari iure ἐπιχυλοτάτη ob νομὰς εὐχύλους *pascua succi plenissima* in *Clement. Alex.* Paedag. I. p. 127. Ego vero addubito. Testatur ex inspectis animalium visceribus, nam ut ἀναγομένοισι, *aliorsum abductis*, corrigatur, causae nihil, prohibetque *Suidas*; testatur, inquam, ex apertis potuisse de herbarum certa qualitate cognosci: succi plenissimae si designarentur, earum virtus ac bonitas ex boum palearibus, armorum crassitudine ac pinguedine spectari, citra sectionem aut alias in terras circumvectionem, abunde poterat. An ergo ἐπιχολωτάτη *bilis plenissima* et *ad eam generandam aptissima*? Ἐπίχολος habuit hanc notionem, translatam ad eos, quorum in pectore bilis intumescit: ὀργαῖς ἐπιχόλους *Plutarch.* dabit T. II, p. 129. Talis Sophista Philagrus θερμότατος καὶ ἐπιχολώτατος *Philostrato* Vit. Sophist. L. II, 8. p. 578. Talis Pan πρᾶος τὴν ῥῖνα καὶ τὸ ἐπίχολον αὐτῆς λεαίνων Icon. L. II. p. 828. Insuper dubio vacat, herbas huius Ponticae orae mire amaras fuisse ex *Ovidio*, cuius ap. *Portum* versus: praeterea varias regiones admodum bilioſa generasse animalia. *Aristoteles*, quem mihi doctissimus *Berglerus* ostendit, in Naxo Πάντα τὰ τετράποδα tanta fellis copia instruit, ὥςτε ἐκπλήττεσθαι τοὺς θύοντας τῶν ξένων. H. An. I, 17. p. 24. Atque haec efficiunt, ut *Aldi* et aliorum ἐπιχολωτάτη prorsus ne damnetur. *Porti* non dispar opinio, nec *Reiskii* olim in *Miscell. Lipsienf.*, nunc ἐπιχυλωτάτη unice illi proba.

27. Ἐπιχυλωτάτη π. ποιέων] In aliis est Edd. ἐπιχολωτάτη. *T. Fabro* tribuitur εὐχυλωτάτη a *Gronovio*, cui placet ἐπιχιλωτάτη. Neutrum admittit accuratior scribendi modus; cum in χιλὸς prima producatur, vox *Fabro* recte scribitur εὐχιλοτάτη, in Epist. I, p. 47. In *Herodis* Attici priori inscriptione versus est 24. Ἣ πόην χιλῷ εὐκλδεῖ χλωρὰ θέουσαν. Est mihi ad manum Ed. *Herodoti Hervag.* ad cuius oram vir D. adscripsit, ἐπιχυλοτάτη *videtur omnino legendum*· hoc rectum arbitror; aut, si quis ita mavelit, εὐχυλοτάτη, ut sic herbam dixerit, *quae succum optimum praeberet.* Vocem de oleribus aliisque fructibus medicus frequentat Siphnius *Diphilus*, cui opponuntur εὐχυλότερος et κακοχυλότερος apud *Athen.* II, p. 68. F. et corpori salubris malva dicitur εὔχυλος, p. 58. E. —— Proxima *Herodoti*, ἀνοιγομένοισι δὲ τοῖσι κτήνεσι ἐσι καθωμόσασθαι, ὅτι τοῦθ' οὕτως ἔχει· partim excitat *Suidas* in Ἀνοίγει, et Ἀνοιγομένοις interpretatur σχιζομένοις· De Socrate Alcibiades in *Platonis* Symp. p. 216. D. τὸ σχῆμα, inquit, Σειληνῶδες ἔξωθεν περιβέβληται, —— ἔνδοθεν δὲ ἀνοιχθεὶς πόσης, οἴεσθε, γέμει σωφροσύνης· quae ex aliis eiusdem Symp. locis sunt explicanda. VALCKEN.

37. Ζεὺς ὀρθότατα —— καλ. Παπαῖος] Non aliam, opinior, ob rationem Iupiter videri potuit *Herodoto* Scythis *rectissime* dictus Παπαῖος, nisi quod crediderit hoc nomine Scythis etiam *patrem* fuisse designatum. Homereum illud de Deorum Rege, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, Philosophis etiam merito perplacuit, et *Platoni*, et, quos expresit *Plato*, *Pythagoreis*: *Stobaei Diotogeni* p. 332, 16. Deus summus dicitur χρᾶσθαι διὰ τὸ εὐεργετικός τε ἦμεν καὶ ἀγαθοδότας, ὅκως δὴ καὶ λέγεται ὑπὸ τῶ Ἰωνικῶ ποιητᾶ (sic *Timaeo* quoque *Locro* dicitur in fine libelli:) ὥς κ' εἴη πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε· vide ap. eumdem *Sopater* p. 312, 46. *Dio Chrys.* p. 556. C. Certe nondum articulate fantibus pueris Scythis sonus idem ac in Graecia primum excidit, utpote facillimus enunciatu, απ, πα, παπα, quibus syllabis *Patrem* a balbutientibus designari statuerunt ab ultima hominum memoria Graeci: recte grammaticus *Aristoph.* tanquam eiusdem generis προσφωνήσεις παιγνιωδεσέρας consideravit voculas ἄππα, πάππα, μάμμα, τέττα, ἄττα, similesque ap. *Eustath.* ad Il. P. p. 1159. secundum quem ad Il. E. p. 428., *Pater* non tantum Πάπας, Παπίας, Πάππας, sed et Πᾶς (imo Πᾶ) dicebatur ut mater Μᾶ. Non vulgaria, Linguarumque origines vestigantibus utilia, notavit *H. Steph.* in App. de D. A. p. 223. et seqq. In *AEschyli* Suppl. legitur v, 897., μᾶ. γᾶ, v, 901., ὦ βᾶ γᾶς παῖ Ζεύς· scripserat in ora libri sui *Scaliger*: βᾶ, βασιλεῦ, ut μᾶ, μᾶτερ· de veteri atque inde ducto recentiorum usu *Pearsonus* egit in Vind. Ignat. p. 345. nonnulla dederat *Io. Rod. Weistlen.* in Epist. *Origenis* ad *Afric.* Tandem ex *Arriani* docet Bithyniacis *Eustath.* in Il. E. p. 429, 1. Iovem Bithynis dictum Πάπαν· et ex his *Herodoti*, Scythis Παπαῖον· attigere *Spanhem.* ad *Callim.* p. 129. *Wesf.* in *Diodor.* III, 58. VALCKEN.

38. Παπαῖος] Bithyni Iovem Πάπαν parili ratione invocarunt, *Arriano* ap. *Eustath.* auctore. ΘΕΟΥ ΠΑΠΑΙΟΥ in Lapide Persico, modo valeat Ampl. *Cuperi* Epist. ad *Lacrozium* IX, p. 29. suspicio. Convenit, qui Nostri in animo fuit, *Homeri* Πάππας. Nullum profecto *patris* πρεσβύτερον ἀνθρώποις ὄνομα, vere *Sopater* ap. *Stobaeum*: nullum tribui Deo excellentius et grandius potuit. Haud annumero, quod nobis Christianis quotidie ore teritur iteraturque: ΠΑΤΡΙ ΑΜΜΩΝΙ, si non fallit arae inscriptio, in Indis iuxta amnem Hyphasidem, *Philostr.* V. Apoll. L. II, 43. Ex *Livii Andronici* Odyssea, *Pater noster Saturni filie*, servavit *Priscianus* L. VII, p. 741.

40. Ἀρτίμπασα] Lapidum epigrammata et Codd. numerus sic volunt: ΑΡΓΙΜΠΑΣΑ ex scripturae errore in *Origene* et *Valla*. Non repeto, quae viri doctissimi *Sopingius*, *Kusterus*, *Alberti* ad *Hesychium*. Indicandae *Io. Schefferi* hariolationes *Upsaliae Antiq.* C. 8. p. 98., quibus Ἄρτι πᾶσα sive Ἄρτη πᾶσα secatur, ut *tota terra* sit et Germanorum *Hertha*, et Ἀπίη sit Παπίη, quia Iupiter *Papaeus*, cuius uxor terra. Sa-

σάδας· ἀγάλματα δὲ καὶ βωμοὺς καὶ ναοὺς οὐ νομίζουσι ποιέειν, πλὴν Ἄρηϊ· τούτῳ δὲ νομίζουσι. Θυσίη δὲ ἡ αὐτὴ πᾶσι κατέστηκε περὶ πάντα τὰ ἱρὰ ὁμοίως, [a] ἐρδομένη ὧδε· τὸ μὲν ἱρήιον αὐτὸ ἐμπεποδισμένον [b] τοὺς ἐμπροσθίους πόδας ἕστηκε· ὁ δὲ θύων, ὄπισθεν τοῦ κτήνεος ἑστεὼς, σπάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου, καταβάλλει μιν· πίπτοντος δὲ τοῦ ἱρηίου, ἐπικαλέεται τὸν θεὸν τῷ ἂν θύῃ· καὶ ἔπειτα βρόχῳ [c] περὶ ὧν ἔβαλε τὸν αὐχένα· σκυταλίδα δὲ ἐμβαλὼν περιάγει, καὶ ἀποπνίγει· οὔτε πῦρ ἀναχαύσας, οὔτε [d] καταρξάμενος, οὔτ' ἐπισπείσας· ἀποπνίξας δὲ καὶ ἀποδείρας, τρέπεται πρὸς ἕψησιν. Τῆς δὲ γῆς τῆς Σκυθικῆς αἰνῶς ἀξύλου ἐούσης, ὧδέ σφι ἐς τὴν ἕψησιν τῶν κρεῶν ἐξεύρηται· [e] ἐπεὰν ἀποδείρωσι τὰ ἱρήια, γυμνοῦσι τὰ ὀστέα τῶν κρεῶν· [f] ἔπειτα ἐσβάλλουσι ἢν μὲν τύχωσι ἔχοντες λέβητας ἐπιχωρίους, μάλιστα [g] Λεσβίοισι κρητῆρσι προσεικέλους, χωρὶς ἢ ὅτι πολλῷ μέζονας· ἐς τούτους [h] ἐσβάλλοντες, ἕψουσι ὑποκαίοντες τὰ ὀστέα τῶν ἱρηίων· ἢν δὲ μή σφι παρῇ λέβης, οἱ δὲ ἐς τὰς γαστέρας τῶν ἱρηίων ἐσβάλλοντες τὰ κρέα πάντα, καὶ παραμίξαντες ὕδωρ, ὑποκαίουσι τὰ ὀστέα· τὰ δὲ αἴθεται κάλλιστα· αἱ δὲ γαστέρες χωρέουσι εὐπετέως τὰ κρέα ἐψιλωμένα τῶν ὀστέων· καὶ οὕτω βοῦς τε ἑωυτὸν ἐξέψει, καὶ [i] τἆλλα ἱρήια ἑωυτὸ ἕκαστον· ἐπεὰν δὲ ἑψηθῇ τὰ κρέα, ὁ θύσας, τῶν κρεῶν καὶ τῶν σπλάγχνων ἀπαρξάμενος, ῥίπτει ἐς τὸ ἔμπροσθεν· θύουσι δὲ καὶ [k] τἆλλα πρόβατα, καὶ ἵππους

mimasadas. Simulacra et aras et delubra facere non statuunt, praeterquam Marti; huic probant facere. Idem sacrificium prorsus omnibus apud omnia templa fieri eodem modo est institutum, quod tale est: Victima ipsa primoribus implicita pedibus sistitur, cuius a tergo stans qui sacrificat, tracto principio funis, pecudem deiicit, eaque concidente deum invocat, cui illam mactat: deinde circumdat laqueum collo, tum iniecto baculo circumagit, ac strangulat non incenso igni, non prosecans, non adspergens; sed ubi pecudem strangulavit, et pellem detraxit, ad coquendum se vertit. Verum quum Scythica regio lignorum sit admodum inops, hoc ab illis ad carnem coquendam excogitatum est. Vbi victimas pelle nudarunt, nudant quoque ossa carnibus, dehinc iniiciunt, si ad manum habeant, lebetes indigenas, Lesbiis crateribus maxime assimiles, nisi quod sunt multo capaciores; in hos iniicientes succensis ossibus hostiarum, coquunt. Si autem non adfuerit lebes, omnes carnes hostiarum in alvos illarum iniicientes aqua admixta, ossa succendunt. Quibus acerrime ardentibus, et alvis facile capientibus carnes ossibus separatas, ita fit ut bos se ipse excoquat: et item cetera sacrificia unumquodque se ipsum. Coctis carnibus, is qui immolavit, earum atque intestinorum prosicias sumens ante se porricit. Immolant autem et alia pecora, tum praecipue equos. Et

a *M. Ask. Arcb. Pasſ.*, alii δὲ ὧδε. In *Arcb.* ἐρδομ. b *M. Arcb. Ask. Vind. Pasſ.*, vulgo τοὺς δύο πόδας τοὺς ἐμπρ. Porro ἐμπεποδισμένος solus *M.* Vide *Gronov.* c Περὶ ὧν *Paris. B.*, olim περιὼν. d Καταξάμενος *Paris. A. B. Arcb. V.* ora *Steph. Valla.* e Ἐπειδὰν *Pasſ. Ask.* f *M. Pasſ. Ask.*, alii ἔπειτα δ' ἑσ. g Λεβίοισι *M.* solus. h Βάλλοντες *Arcb. Vind.*, mox ὁ λέβης *Ask. Pasſ.* i Τὰ ἄλλα *Arcb. V.* k *Scbol. Sangerman.* et *Eustath.* Hom. p. 1649, 6. ubi τὰ ἄλλα et ἵππους δὲ μάλ. sine copula.

tis est indicium. In Scythico Neptuni titulo discordia amanuensium electionem moratur. Θαγιμασάδας arripi, ubi libitum fuerit, ex illo potest dijudicari. Post pauca περὶ πάντα τὰ ἱρὰ in *Vallae* Latinis *apud omnia templa.* Atqui nulla simulacra, nullas aras, neque templa Scythae, uti praescriptum, dedicabant, nisi uni Marti. Ἱρὰ non hic *fana*, sed res sacrae sacrorumque ritus sunt, qui iidem quotiescunque inmolabant; non reticuit Laurentii peccatum Cl. *Pauw.*

46. Σπάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου] *Attracto capite loramenti*, recte nostras *L. Bos* interpretatur Obs. Crit. c. 2. Permutantur phrases, σπάσαι τὸν χαλινὸν, et ἀνελκύσαι τὰς ἡνίας. *Funis extremitas*, τὸ ἄκρον τοῦ δεσμοῦ, *Herodoto* est ἀρχὴ τοῦ στρόφου. *Euripides* Hippol. v, 772. Μουνυχίου δ' ἐπ' ἀκταῖς ἐκδήσαντο Πλεκτὰς πεισμάτων ἀρχάς· *tortas funium extremitates* nuper explicuit vir eximius *Ier. Marklandus*, cuius notas in Hippol. praeter cetera debemus elegantissimo *Musgravio*: ἀρχὴν σχοινίου dixit *Diodor. Sic.* I, p. 109, 71. τὰς τῶν δεσμῶν ἀρχὰς, *Lucian.* T. III, p. 83. Optimo S. S. interpreti *Marklando* non poterat omitti *Lucaneum* A. A. X, 11., *coelo demissum instar lintei* σκεῦος τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον. *Plato* de Rep. X. p. 616. C, κατὰ μέσον τὸ φῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὰ ἄκρα τῶν δεσμῶν αὐτοῦ τεταμένα. Ista *Lucae* dimiserunt intacta Philologi: multa tamen saepe disputantur, de quibus nemo dubitat. —— In proximis vera *Petavii* et *Reiskii* est coniectura, περὶ ὧν ἔβαλε, Codicum etiam auctoritate munita. VALCKEN.

48. Βρόχῳ περὶ ὧν ἔβαλε] Nitet oratio Ionum consuetudine, qua περὶ ὧν ἔβαλε idem atque περιέβαλε, sicuti ἀπ' ὧν ἔβαψε ἑωϋτὸν L. II, 47., κατ' ὧν ἐπλάσατο τὴν κεφαλὴν C. 85. et C. 86. ἐξ ὧν εἶλον τὴν κοιλίην. Plura *Herodoti* cultorem effugere nequeunt. Recte priscum περιὼν ἔβαλε eum in modum disiunxerunt *Dion. Petavius*, correcto quoque *Vallae* lapsu, ad *Epiphanium* p. 10. *Pavius* et *Reiskius*. Iam οὔτε κατευξάμενος nollem a *Galeo* vulgato praelatum: precum facta ante mentio est; οὔτε καταρξάμενος subdit, quoniam Graecorum in victimis constantissimum τὸ κατάρξασθαι. Lege *L. Kusler.* ad Comici Av. v, 960. et *Valcken.* in *Eurip.* Phoenis. v, 576. Redibit similis verborum confusio C. 103.

53. Αἰνῶς ἀξύλου ἐούσης] Hinc *AElianus* de N. A. XII, c. 34., Σκύθαι, ξύλων ἀπορίᾳ, ἄτινα ἂν καταθύσωσι, τοῖς αὐτῶν ὀστέοις ἕψουσι. *Mela* II, c. 1. f. *lignorum egentes ignes ossibus alunt: ignes sacros* intelligit *Is. Vosſ.* ex *Horodoto* et *AEliano*; conf. *Salmas.* in *Solin.* p. 186. —— Ubi mox λέβητας memorat ἐπιχωρίους, μάλιστα Λεσβίοισι κρητῆρσι προσεικέλους· exspectabimus qui nos doceat, quales isti fuerint Λέσβιοι κρητῆρες, mihi etiam aliunde ignoti. In *Athenaico* quidem Poculorum catalogo Λέσβιον etiam invenitur, sed qua hunc usum adfirmat, auctoritas *Hedyli*, illa hac in re nulla est: vid. *Casaub.* Anim. XI, c. 11. VALCKEN.

56. Λέβητας ἐπιχωρίους] In *Erratis* vir Celeb. ἐς λέβητας scribi iubet, quod festinanti excidisse opinor: ego praepositionem, utique inutilem, nusquam in schedis animadverti. Fecisset quoque operae pretium, si *Mediceo* Λεβίοισι quid indicetur, non celasset. Λέβια *Hesychii* nulli hic usui. *Lesbium*, *genus vasis coelati*, *a Lesbiis inventum* habet *Festus*; Λέσβιον ποτηρίου εἶδος *Athen.* L. XI, p. 488. A.

60. Ἐς τὰς γαστέρας] Sunt in *AEliani* N. A. L. XII, C. 34. hinc derivata. In pellibus coquendi morem Arabes Beduinos probasse Cl. *Reiskius* significavit, Scotos olim etiam *Barnesius* ad Euripid. Cyclop. V, 359., et hunc usque in diem Tartarorum plures a-Ampl. *Nic. Witsen* in Tartariae Descript. p. 659.

68. Τἄλλα πρόβατα] Generale quadrupedum priscis nomen. Πρόβατα, πάντα τὰ τετράποδα Ἡρόδοτος Δ. Schol. *San-Germ.*, et *Iliad.* Ξ, 124., *Galenus* in *Hippoc.* περὶ Ἄρθρ. p. 589. in Musis saepissime, ubi passim *oves* verterunt. Ex scriptis Codd., quod vir doctus voluit, interpunxi τῷ δὲ Ἄρηϊ ὧδε· κατὰ νομοὺς —— Fuit Scythia in praefecturas descripta, quibus singulis suus νομάρχης C. 66. Hos per regionis tractus dispersa ἀρχήϊα erant et sarmentorum strues, mirae longitudinis et latitudinis, quarum neutram sollicito. Nonne tamen inconmodum et otiosum, tribus stadiis congeriem istam fuisse minorem, adscribere? Quis tam alte eductum cumulum exspectare posset aut suspicari? Videtur omnino certus pedum cubitorumve modus, quo minorem illam exaggerationem scripserat, deficere. Sic D. *Petavius* ad *Epiphan.* p. 10.,

a

62 Et aliis quidem diis hunc in modum et tales pecudes immolant: Marti vero sic. Per præfecturas singulis in curiis ab eis struitur tale templum: Sarmentorum fasces congeruntur trium in longum latumque stadiorum, minoris tamen sublimitatis: desuper quadrata planities efficitur: tria latera prærupta sunt, quartum acclive, per quod adscendatur. Eo quotannis comportant centum quinquaginta plaustra sarmentorum, nam semper propter cœli atrocitatem illa marcescunt. Super hanc congeriem ferreus acinaces a singulis vetustus statuitur. Idque est Martis simulacrum, cui annuas hostias offerunt pecudum et equorum; et sane plura his sacrificant quam ceteris diis. Ex hostibus captivis centesimum quemque immolant, non eodem; quo et pecora modo, sed diverso: nam ubi capitibus vinum libaverunt, ipsos in vas iugulant: dehinc in congeriem sarmentorum sublatum acinaci cruorem invergunt. Hunc quidem supra ferunt: inferius autem prope templum ista faciunt: Virorum interemptorum omnes humeros dextros præcidunt una cum manibus et in aërem iaciunt: et ceteris deinde solennibus confectis abeunt: quo autem ceciderit manus, ibi iacet, ac seorsum cadaver. Et sa-

πρὸς μάλιστα. Τοῖσι μὲν δὴ ἄλλοισι τῶν θεῶν οὕτω θύουσι, καὶ ταῦτα τῶν κτηνέων· τῷ [a] δὲ δὴ Ἄρηϊ ὧδε κατὰ νομοὺς [b] ἑκάστοισι τῶν ἀρχηίων ἐσίδρυταί σφι. Ἄρεος ἱρὸν τοιόνδε· Φρυγάνων φάκελοι [c] συννέαται ὅσον τ' ἐπὶ σταδίου τρεῖς μῆκος καὶ εὖρος, ὕψος δὲ ἧσσον· ἄνω δὲ τούτου, τετράγωνον [d] ἄπεδον ποιηταί· καὶ τὰ μὲν τρία τῶν κώλων ἐστὶ ἀπότομα, κατὰ δὲ τὸ ἕν, ἐπιβατόν· ἔτεος δὲ ἑκάστου ἁμάξας πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐπινέουσι Φρυγάνων· ὑπονοστέει γὰρ δὴ αἰεὶ ὑπὸ τῶν χειμώνων· ἐπὶ τούτου δὴ τοῦ [e] ὄγκου ἀκινάκης σιδήρεος ἵδρυται ἀρχαῖος ἑκάστοισι· καὶ τοῦτ' ἔστι τοῦ Ἄρεος τὸ ἄγαλμα· τούτῳ δὲ τῷ [f] ἀκινάκει θυσίας ἐτησίους προσάγουσι προβάτων καὶ ἵππων· καὶ δὴ καὶ τοῖσδ' ἔτι πλέω θύουσι ἢ τοῖσι ἄλλοισι θεοῖσι· ὅσους δ' ἂν τῶν πολεμίων ζωγρήσωσι, ἀπὸ τῶν ἑκατὸν ἀνδρῶν ἄνδρα [g] ἕνα θύουσι, τρόπῳ οὐ τῷ αὐτῷ, ᾧ καὶ τὰ πρόβατα, ἀλλ' ἑτεροίῳ· ἐπειὰν γὰρ οἶνον ἐπισπείσωσι κατὰ τῶν κεφαλέων, [h] ἀποσφάζουσι τοὺς ἀνθρώπους ἐς ἄγγος· καὶ ἔπειτα ἀναείραντες ἄνω ἐπὶ τὸν ὄγκον τῶν Φρυγάνων, καταχέουσι τὸ αἷμα τοῦ ἀκινάκεος· ἄνω μὲν δὴ [i] Φορέουσι τοῦτο· κάτω δὲ παρὰ τὸ ἱρὸν ποιεῦσι τάδε· τῶν ἀποσφαγέντων ἀνδρῶν τοὺς δεξιοὺς ὤμους πάντας ἀποτάμνοντες σὺν τῇσι χερσὶ, ἐς τὸν ἠέρα ἰοῦσι· καὶ ἔπειτα καὶ τὰ ἄλλα [k] ἀπέρξαντες ἰρήια ἀπαλλάσσονται· χεὶρ δὲ τῇ ἂν πίπτῃ [l] κέηται, καὶ χωρὶς ἑ-

a Δὲ δὴ *Arcb.*, ceteri δὴ negligunt. tum ὧδε κατὰ νομοὺς ἐκ. *Paris. A. B.*, olim ὧδε κατὰ νόμους ἐκ. *b* Ἀρχαίων ἵδρυται *Arcb. Vind.* *c* Συννέαται *Arcb.*, male. Citat *Etymolog.* p. 599, 24. *Eustath.* in *Hom.* p. 689, 12. *d* Ἐπίπεδον ora *Steph. Arcb. Vind. Paris. A. B.*, ex glossa. Vide *Hesych.* *e* Σηκοῦ *Pass. Ask. Steph.* margo, tum ὑπὸ τοῦ in *Arcb.* et *Valla.* *f* Ἀκινάκῃ *Ask. Pass. Arcb.* *g* Omittunt hanc vocem *M. Pass. Ask.* *h* Σφάζουσι *Vind. Arcb.* *i* Ἀναφέρουσι ταῦτα *Arcb. V. Valla.* *k* Ἀπάρξαντες *Steph.* marg. *V.*, ἐπάρξαντες *Arcb.* *l* Κέεται *Ald. Ask. Paris. A. B.*, κεῖται *Arcb. V.*, κίαται *Med. Pass.*

a quo non dissentio. Adde *Reitkii* de hac prodigiosa struice iudicium *Miscell. Lips. Vol.* VIII, p. 105.

68. Καὶ τἄλλα πρόβατα] *Et alias oves, tum praecipue equos:* ista dedit corrector antiquae versionis. Optime dederat *Valla: immolant autem tum alia pecora, tum praecipue equos.* Veteris usus et *Hippocratei* medicus immemor haec quoque voluit mutata. Τὰ ἄλλα πρόβατα sunt, quae dicuntur in vicinia τὰ ἄλλα ἱρήϊα, et τὰ ἄλλα τῶν κτηνέων, uti legit *Valla*, cui concinit Cod. *Arcb.* Veteribus utique *quaevis pecora*, inter edendum etiam quatuor pedibus προβαίνοντα, Πρόβατα dicebantur: eam in rem haec etiam advocat *Eustathius Herodoti* in Od. 15. p. 384, 14. et multa tradit, aliunde ignota, ex *Aristophane* Gramm. ad Il. Λ. p. 828. *Herod.* VII, c. 171. λιμόν τε καὶ λοιμὸν γενέσθαι καὶ αὐτοῖσι καὶ τοῖσι προβάτοισι· *Xenoph.* Ἐ. VI, p. 356, 29. χρήματα καὶ πρόβατα διηρπάκασι· vid. *Foesii* Oecon. *Hipp.* v. Πρόβατα, *Spanhem.* in *Call.* h. Apoll. v, 51. VALCKEN.

71. Κατὰ νομοὺς] Dum vertunt, *prisco ritu* vel *legitimo ritu*, ad eumdem offendunt lapidem, ad quem saepius interpretes in rebus AEgyptiacis: multos indicavit errores *Leopard.* Em. VII, c. 18. Κατὰ νομοὺς converti debet, *in singulis nomis*, sive *praefecturis.* Sunt nobis multo quidem notiores νομοὶ, *praefecturae*, in quas divisa fuit AEgyptus; neque tamen dubito quin hic Scythiae nomi designentur: ut in AEgypto nomi suos habebant *Praetores*, quos Νομάρχας adpellant Graeci, sic se rem in Scythia habuisse vel ista demonstrant *Herodoti* c. 66. Ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου ὁ Νομάρχης ἕκαστος ἐν τῷ ἑωυτοῦ (sic lego:) Νομῷ κιρνᾷ κρητῆρα οἴνου, ἀπ' οὗ πίνουσι τῶν Σκυθέων ὅσοις —. Quae sequuntur ap. *Herod.* Φρυγάνων φάκελοι συννενέαται· sine Scriptoris nomine leguntur in *Etymologico M.* p. 599, 23. parenti suo tributa ap. *Eustath.* ad Il. H. p. 566, 17. ubi vocem φάκελοι litera onerat superflua: μέγαν φάκελον ξύλων dixit *Eurip.* Cycl. V, 241. *fasces virgarum*, Φακέλους ῥάβδων, *Herod.* IV, c. 67. Φακέλους ὕλης ἀγρίας, *Thucydid.* ap. *Ammon.* in V. Φάκελος. VALCKEN.

78. Ὑπὸ τῶν χειμώνων] Cl. *Pavius* ὑπὸ χιόνων. Receptum, ipsas *nives* suo ambitu conplexum, probatius. Fortasse non deerunt, quibus ἐπὶ τούτου δὴ τοῦ σηκοῦ blandietur. Ego Scholion censeo: mox iterum ἐπὶ τὸν ὄγκον τῶν Φρυγάνων. Qui autem gladii olim Scythis cultus, idem *Hunnis. Ammian.* L. XXXI, 2. p. 673. *Nec templum apud eos visitur aut delubrum* ——, *sed gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem* —— *colunt*, ubi docte et copiose *Lindenbrog.* et *Vales.* Id observo, καὶ δὴ καὶ τοῖσδ' acinaces, quos singulos in regionibus depositos plus venerabantur, quam ceteros suae nationis deos, monstrare. Quae uti vera sunt, prohibent omnem verborum novationem.

79. Ἀκινάκης] Martis bellive symbolum, Scythis cultum *Ensem* nihil habebant causae cur riderent Graeculi Romanique, rudes lapides et ligna male dedolata pro Deabus amplexantes; vide *Luciani* Iup. Trag. T. II, p. 690. *Brodaei* Miscell. V, c. 6. *Melae* verba dedit *Salmas.* in *Solin.* p. 188. Apud *Suidam* ex *Herod.* profertur Ὠκινάκης, et τὸν ὠκινάκην· ὁ ἀκινάκης contrahi potuit in ὠ 'κινάκης· qualia sunt et apud Nostrum plurima. —— Paulo post *Vallam* legisse suspicabatur *Io. le Febure*, καὶ δὴ καὶ τῷδ' ἔτι πλέω θύουσι ἢ τοῖσι ἄλλοισι θεοῖσι· quae mihi quoque vulgata multo melior videtur lectio. VALCKEN.

93. Καὶ τὰ ἄλλα ἀπέρξαντες ἰρήια] Persane tritum in Musis ἀπέργειν, usu longe diverso. *H. Stephan.* Thes. App. p. 484. Ἀπέργω, *ab* ἔργω *significante facio. Affertur ex Herodoto* ἀπέρξαντες ——. *Pro ubi cetera sollemnia confecerint.* Amplius nihil. Neque ego prospicio, si menda desit, quae melior adsumi notio queat. Placuit Cl. *de Pauw* ex *Steph.* margine ἀπάρξαντες, quo ad ἐξάργματα veterum, cum particulae interfectorum corporibus desecabantur, relato, vertit, *et dein alias victimas mutilantes abeunt:* ad sententiam non male. Verum sermonis obstat consuetudo, qua ἀπαρξάμενοι τῶν ἱρηίων L. III, 24. IV, 62. *Homer. Od.* Γ, 446. Sunt et aliena ἐξάργματα, sicuti a Criticis explicantur ad *Apoll. Rh.* IV, 478. Equidem, si quid in voce maculae, ἀπαράξαντες h. e. ἀποκόψαντες, *amputantes* et *mutilantes*, praeferrem. Vid. *Iliad.* Π, 116. et hoc *Synesii* Provid. p. 118. B. Ἐφίσταταί δέ τις Σκύθης τὴν κοπίδα σπασάμενος, ὡς ἀπαρξόμενος τῆς ἀνθρώπου τὴν κεφαλήν. At ea hariolatio. Iustum est κέεται, siquidem κίαται, et eius moduli alia pleraque, in his libris numerum dant pluralem. *Lucianus*, modo is auctor *Astrologiae* et *D. Syriae* ab lonum eo more desivit. Confer Cl. *Reitzium* ad *D. Syriam* C. 32.

Aversatio suum. Coria humana ad varios usus, et capite pocula; iactantia in bibendo.

νεκρός. Θυσίαι μέν νυν αὗται σφι κατεστέασι· ὗσι δὲ ἥτοι οὐδὲν νομίζουσι, οὐδὲ τρέφειν [a] τοπαράπαν ἐν τῇ χώρῃ θέλουσι. Τὰ δ' ἐς πόλεμον ἔχοντα ὧδε σφι [b] διακέεται· ἐπὰν τὸν πρῶτον ἄνδρα καταβάλῃ ἀνὴρ Σκύθης, τοῦ αἵματος [c] ἐμπίνει· ὅσους δ' ἂν φονεύσῃ ἐν τῇ μάχῃ, τουτέων τὰς κεφαλὰς ἀποφέρει τῷ [d] βασιλῆϊ· ἀπενείκας μὲν γὰρ κεφαλὴν, τῆς λητης μετα- I λαμβάνει τὴν ἂν λάβωσι· μὴ ἐνείκας δὲ, οὐ· [e] ἀποδείρει δὲ αὐτὴν τρόπῳ τοιῷδε· περιταμὼν κύκλῳ περὶ τὰ ὦτα, καὶ λαβόμενος τῆς κεφαλῆς, [f] ἐκσείει· με- 242 τὰ δὲ, σαρκίσας βοὸς πλευρῇ, δέψει τῇσι χερσί· 5 [g] ὀργήσας δὲ αὐτὸ, ἅτε χειρόμακτρον ἑκτηται· ἐν δὲ τῶν χαλινῶν τοῦ ἵππου [h] τὸν αὐτὸς ἐλαύνει, ἐν τούτῳ ἐξάπτει, καὶ ἀγάλλεται· ὃς γὰρ ἂν πλεῖστα [i] δέρματα χειρόμακτρα ἔχῃ, οὗτος ἄριστος ἥτοι κέκριται· πολλοὶ δὲ αὐτέων ἐκ τῶν [k] ἀποδερμάτων καὶ χλαίνας ἐπείνυσθαι ποιεῦσι, συρράπτοντες κατάπερ βαίτας· πολλοὶ δὲ ἀνδρῶν ἐχθρῶν τὰς δεξιὰς χέρας νεκρῶν ἐόντων ἀποδείραντες [l] αὐτοῖσι ὄνυξι, καλύπτρας τῶν Φαρετρέων ποιεῦνται· δέρμα δὲ ἀνθρώπου καὶ παχὺ καὶ λαμπρόν, ἦν ἄρα σχεδὸν δερμάτων I πάντων [m] λαμπρότατον λευκότητι· πολλοὶ δὲ καὶ ὅλους ἄνδρας ἐκδείραντες, καὶ διατείναντες ἐπὶ ξύλων, ἐπ' ἵππων περιφέρουσι· ταῦτα μὲν δὴ οὕτω σφι νενόμισται. Αὐτὰς δὲ τὰς κεφαλὰς, [n] οὐ πάντων, ἀλλὰ τῶν ἐχθίστων, ποιεῦσι τάδε· ἀποπρίσας ἕκα- 20 στος πᾶν τὸ ἔνερθεν τῶν ὀφρύων, [o] ἐκκαθαίρει· καὶ ἢν μὲν ἢ πένης, ὅδ' ἔξωθεν ὠμοβοέην μούνην περιτείνας, οὕτω χρᾶται· ἢν [p] δὲ ἢ πλούσιος, τὴν μὲν ὠμοβοέην περιτείνει· ἔσωθεν δὲ [q] περιχρυσώσας, οὕτω χρᾶται ποτηρίῳ· ποιεῦσι δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν οἰκηίων, ἢν 25 σφι διάφοροι [r] γένωνται, καὶ ἢν ἐπικρατήσῃ αὐτοῦ παρὰ τῷ βασιλέϊ· ξείνων δέ οἱ ἐλθόντων τῶν ἂν λόγου ποιέηται, τὰς κεφαλὰς ταύτας παραφέρει, καὶ ἐπιλέγει, ὡς οἱ ἐόντες οἰκήϊοι πόλεμον [s] προσεθήκαντο, καί

sacrificia quidem hæc eis sunt instituta. Sues vero illi nihil morantur, quas nec alere omnino in regione volunt. Quæ vero ad bellum 64 attinent, hunc in modum sunt eis comparata. Quem primum virum deiecerit vir Scytha, eius sanguinem potat: quoscunque in prœlio interemerit, eorum capita regi offert: nam capite allato, fit prædæ quamcunque ceperint particeps, alioqui expers. Caput hoc modo pelle nudat: In orbem illud amputat circa aures, verticeque sumpto excutit, deinde carnem costa bovilla detergens, manibus subigit ac mollitum, tanquam mantile possidet, eoque ex habenis equi quem agitat, appenso gloriatur: ut quisque enim coria mantilia plurima habet, ita vir iudicatur præstantissimus. Sunt quoque multi qui ex corii huius frustis lænas densari curant, consarcinantes tanquam sisyras pastorias. Multi etiam occisorum hostium manus dextras cum ipsis unguibus excoriant, opercula hæc pharetrarum habentes. Est autem inter omnia coria humanum fere et crassum maxime et candore splendidum. Multi etiam totos homines excoriatos, et super ligna extentos, in equis circumferunt. Hæc ab illis ita sunt recepta. Ipsis 65 autem capitibus non utique omnium, sed inimicissimorum hæc faciunt; quisque ubi omne, quod infra supercilia, serra abcisum, prorsus expurgat: et crudo tantum bovis corio, si pauper sit; sin dives, non modo exterius inducit bovino corio, verum etiam interius inaurat, et sic uterque pro poculo utitur. Idem agunt de familiaribus, si inter eos extiterint discordiæ, et alter eorum apud regem victoria sit potitus. Hæc capita hospitibus, qui ad eum veniunt aliculus apud ipsum existimationis, exhibet: refertque illos, quum essent

[a] Ἐν τῇ χώρ. τοπαράπαν θέλ. *Pasf. Ask. Arcb.*, quod *Galeus* ex *Arcb. νομίζουσι χρέεσθαι*, in meis non est excerptis. [b] Διακέεται *Ald. Arcb. V. Paris. A. B.*, quod probum: διακέαται *Med. Ask. Pasf.* [c] Ἐκπίνει *Arcb.* [d] Idem: alii βασιλεΐ: mox λείης *Arcb. Vind.* [e] Ἀποφέρει *Arcb.* [f] Ἐκσείει id., margo *Medic.* et *Valla. Pollux* σαρκίσαι hinc L. II, 233., reliqui ἐξίει. [g] Ὀργάσας ex *Porti* emendatione editor *Genev.* CIↃIↃCXVIII., ὀργήσας *Arcb. Vind.*, olim ὀργίσας. [h] *M. Ask.*, itidem *Arcb. V. Pasf. Ald.*, sed ἐλαύνει· vulgo, *Paris. A. B. Edd.* τὸν ἂν et ἐλαύνῃ, quod posterius et in *M. Ask.* [i] Omittunt vocabulum *Arcb. V.*, qui ἔχῃ cum *Pasf. Ask. Med.*, antea ἔχοι. [k] Ἀποδαρμάτων *Pasf. Ask.*, tum ἐπέννυσθαι *Arcb. V.*, debuerant ἐπιέννυσθαι, quod optimum et verum. [l] Καὶ διατείναντες αὐτοῖσι *Ald. Arcb. Edd.*, ex *Med. Pasf. Ask. Vind. Valla* receptum. Lege *Gronov.* adnotat. [m] Καὶ λαμπρ. *Valla*, *Vind. Arcb.* [n] Idem et *Pasf. M. Ask.*, antea οὗτοι. [o] Καθαίρει *Vind.* [p] *M. Pasf. Ask.*, ceteris ἤ defit. [q] Καταχρυσώσας ora *Steph. Arcb. V.*, uti C. 26. [r] Γένωνται iidem recte, γίνωνται ante: mox ἢν ἐπικρ. *Arcb. Med. Pasf. Ask.*; *Ald. Vind. Edd.* ἤν τις ἐπικρ. Statim αὐτῶν corrigit Cl. *Reiskius.* [s] Προεθήκ. *Vind.*, reliqui προσεθήκ.

4. Καὶ λαβόμενος τῆς κεφαλῆς] Bona sunt, non infitiante, qui ante mutaverat, *Reiskio*. Legitimum praeterea ἐκσείει Codd. auctoritate, tum maxime σαρκίσας; a quo vim, modis illatam variis, *Pollux* arcet: Ἡρόδοτος δὲ, Σαρκίσαι, τὸ τοῦ δέρματος τὴν σάρκα ἀφελεῖν. Quae, cum Grammaticus omnium versetur manibus et *Iungermanni* exstet admonitio, latere potuisse, mirum accidit. *Aem. Portus* a veritate proxime afuit, ὀργάσας itidem ex futili ὀργίσας fingens. *Suidas*, Ὀργάσας, μαλάξας ex Glosс., ut opinor, Herodoteis, unde gemina in Lexic. *Timaeus*. Melius tamen schedarum ὀργήσας, unde originem ὀργίσας accepit, ex ὀργάω. *Rubnkenius* ad *Timaeum* p. 130. praeclare. Scythicum institutum sic auctor inter Fragm. Pythagorea explicat p. 713. τοὶ δὲ Σκύθαι καλὸν νομίζοντι, ὃς ἄνδρα κανὼν, ἐκδείρας τὰν κεφαλὰν, τὸ μὲν κόμιον πρὸ τοῦ ἵππου φορεῖ. Cui scriptori κόμιον, qua forma προκόμιον alii, pars est pellis, capiti detractae, crinibus vestita, quae Nostro χειρόμακτρον, *mantile*. Atque haec paucis: nam ut doctorum in consecturas grasser, nec libet, nec licet. Mutata *Vallae* et aliorum Latina sententiam habent sinceriorem.

5. Σαρκίσας βοὸς πλευρῇ] Perperam Latine vertunt, aut etiam tentant. Si quid novandum, scriberem, σαρκήσας· quod esset a σαρκῆν, sicut vicinum ὀργήσας ab ὀργᾶν· vide *Rubnken.* ad *Tim.* p. 130. et *Wesseling*. Disс. *Herod.* p. 155. horum loco frequentiora sunt ὀργάζειν et σαρκάζειν· hoc notat *carnem detrahere*, et Herodoteum verbum (scriptum ibidem quoque σαρκίσαι) *Pollux* exponit τοῦ δέρματος τὴν σάρκα ἀφελεῖν, II, 233. Scytha *bovis costa carne detracta corium manibus subigit, atque emollito utitur tanquam mantili*: σαρκήσας βοὸς πλευρῇ δέψει τῇσι χερσὶ, ὀργήσας δὲ αὐτὸ ἅτε χειρόμακτρον ἕκτηται. Ἀποσκυβίζειν, *pellem detrabere*, cum his comparat *Salmas.* in *Solin.* p. 827. VALCKEN.

21. Πᾶν τὸ ἔνερθεν τῶν ὀφρύων] Haud inconcinnum τὸ ὕπερθεν τῶν —— Cl. *de Pauw*. Calvam Scythae purgabant, ut poculum esset, non quod infra supercilia. Eadem tamen, ubi nihil mutes, sententia. Serra postquam abscideraut, quod infra supercilia, expurgabant capitis calvam: ἐκκαθαίρει non spectat proxima, sed κεφαλὰς aut κεφαλὴν. Barbaram consuetudinem, ad Hunnos, Langobardos, Avares, Bulgaros tramissam, habet *Strabo* L. VII. p. 460., atque alii, de quibus C. 26.

29. Πόλεμον προσεθήκαντο] *Vindob.* προεθήκαντο venit in *Abreschii* coniecturam. Conveniret πένθος μέγα προεθήκαντο L. VI, 21. nisi προσεθήκαντο plures illic schedae: par discordia in *Thucydidis* ἔχθραν οἱ προὔθετο L. VIII, 85.; Laudo tamen. Mox hiulca esse verba, explendaque, οἱ δέ οἱ συγχαίρουσι, ταύτην τὴν ἀνδραγαθίαν λεύσσοντες opinatur *Reiskius*. Quo semel admissa

ſent domeſtici, et ad pugnam lacesſiſsent, ab ipso esſe ſuperatos: id ſtrenuitatis loco ponentes. Semel autem quotannis quilibet regionis princeps ſua in regione miſcet vini craterem, de quo bibunt Scythæ, a quibus hoſtes ſublati ſunt; at non inde guſtant qui nihil tale ediderint, ſed ſine honore ſeorſum ſedent: quæ res apud eos maximæ est ignominiæ. Qui vero illorum complures cædes fecerunt, hi duobus pariter quos habent calicibus potant. Apud eosdem multi ſunt vaticinatores, qui pluribus virgis ſalignis divinant, ad hunc modum: Grandes virgarum faſces quum attulerunt, humi poſitos diſsolvunt, ac ſeparatim ponentes illarum ſingulas, fata prædicunt, et dum ista dicunt, vice verſa virgas convolvunt, ac rurſus ſigillatim componunt. Hæc est illis tradita a maioribus divinatio. Sed Enarees, qui ſemiviri, aiunt ſibi a Venere tradi divinationem. Tiliæ igitur cortice vaticinantur. Tiliam ubi quis trifariam ſciderit, digitis ſuis eam implicans ac reſolvens vaticinatur. Horum tres maxime probatos arcesſit rex Scytharum, quoties ægrotat, eo modo quo dixi vaticinantes; et ſemper fere hi dicunt talia, nempe hunc aut illum civem, indicant autem hominem de quo loquuntur, peierasſe per regia ſolia: est autem Scythis mos plerunque iurandi per regia ſolia, quum maximum volunt interponere iusiurandum, protinusque is, quem dixerint peierasſe, adductus, coarguitur ſcientia divinandi, tanquam compertus falſo deierasſe per regia ſolia, et ob id regem ægrotare. Si ille inficiatur ſe dicens non peierasſe, atque indignatur, rex duplum nu-

καὶ σφέων αὐτὸς ἐπικράτησε, ταύτην τὴν ἀνδραγαθίην [a] λέγοντες. Ἅπαξ δὲ τοῦ ἑωυτοῦ ἑκάστου [b] ὁ νομάρχης ἕκαστος ἐν τῷ [c] ἑωυτοῦ νομῷ κρητῆρα οἴνου, ἀπ' οὗ πίνουσι τῶν Σκυθέων [d] ὅσοις δὴ ἄνδρες πολέμιοι ἀραιρημένοι ἔωσι· τοῖσι δ' ἂν μὴ κατεργασμένον ᾖ τοῦτο, οὐ γεύονται τοῦ οἴνου τούτου, ἀλλ' ἠτιμωμένοι ἀποκατέαται· ὄνειδος δέ σφί ἐστι μέγιστον τοῦτο· ὅσοι [e] δὲ αὐτῶν καὶ κάρτα πολλοὺς ἄνδρας [f] ἀναιρηκότες ἔωσι, οὗτοι δὴ σύνδυο κύλικας ἔχοντες, πίνουσι ὁμοῦ. Μάντιες δὲ Σκυθέων εἰσὶ πολλοί, οἱ μαντεύονται ῥάβδοισι [g] ἰτείνῃσι πολλῇσι ὧδε· ἐπὴν φακέλους ῥάβδων μεγάλους ἐπείκωσι, θέντες χαμαὶ, διεξελίσσουσι αὐτούς· καὶ ἐπὶ μίαν ἑκάστην ῥάβδον τιθέντες, θεσπίζουσι· ἅμα τε λέγοντες ταῦτα, συμπλέουσι τὰς ῥάβδους ὀπίσω, καὶ αὖτις κατὰ μίαν συντιθεῖσι· αὕτη [h] μέν σφι ἡ μαντικὴ πατρωίη ἐστί· οἱ δὲ [i] Ἐνάρεες, οἱ ἀνδρόγυνοι, τὴν Ἀφροδίτην σφι λέγουσι μαντικὴν δοῦναι· φιλύρῃ ὦν φλοιῷ μαντεύονται, ἐπὴν τὴν φιλύρην [k] τρίχα σχίσῃ διαπλέκων σὺν τοῖσι δακτύλοισι τοῖσι ἑωυτοῦ, καὶ διαλύων, χρᾷ. Ἐπὴν δὲ βασιλεὺς ὁ Σκυθέων κάμῃ, μεταπέμπεται τῶν [l] μαντίων ἄνδρας τρεῖς τοὺς εὐδοκιμέοντας μάλιστα, οἳ τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ μαντεύονται· καὶ λέγουσι οὗτοι ὡς τοεπίπαν μάλιστα τάδε, ὡς τὰς βασιληΐας ἑστίας ἐπιόρκησε ὃς καὶ ὃς λέγοντες τῶν ἀστῶν τὸν ἂν δὴ λέγωσι· τὰς δὲ βασιληΐας ἑστίας νόμος Σκύθῃσι ταμάλιστά ἐστι ὀμνύναι τότε ἐπὴν τὸν μέγιστον ὅρκον [m] ἐθέλωσι ὀμνύναι· αὐτίκα δὲ διαλελαμμένος ἄγεται [n] ὅτος τὸν ἂν δὴ φῶσι ἐπιορκῆσαι· ἀπιγμένον δὲ ἐλέγχουσι οἱ μάντιες ὡς ἐπιορκήσας φαίνεται σὺν τῇ μαντικῇ τὰς βασιληΐας ἑστίας, καὶ διὰ ταῦτα ἀλγέει ὁ βασιλεύς· ὁ δὲ ἀρνέεται, οὐ φάμενος ἐπιορκῆσαι, καὶ [o] δεινολογέεται· ἀρνεομένου δὲ τούτου, ὁ βασιλεὺς μεταπέμπεται ἄλλους δι-

a *M. Ask. Paſ.*, in *Arcb. Ald. Vind. Edd.*, λέγεται. *b* *Arcb. Paſ. Med. Ask.*, quibus ὃ ſi abeſſet, non adderem. Vulgo οὐνομάρχης. *c* Ἑαυτοῦ aut ἑωῦτοῦ, veriſsime. *Paſ. Ask.*, alii ἑωῦτῷ. Statim κιρνᾶται *Arcb. V.* *d* Ὅσοι *Arcb.*, τοῖσι ora *Steph. Paſ.*, mox πολέμιοι deſunt *Vind. Arcb.*, ſcribit autem *Ask.*, ἀναιρημένοι. *e* *M. Ask. Paſ.*, alii cum *Aldo Arcb. V.*, δὲ ἀν. αὐτ. *f* Ἀραιρηκότες *Paſ.*, quod minime diſplicet. *g* Ἑτεῖνοισι πολλοῖσι *Arcb.*, ἰτεΐνῃσι *Paſ.* ἰτεήνῃσι *Ask.*, olim ἰτείνῃσι. *h* *Arcb. V. M. Paſ. Ask.*, antea μέν τοι et πατρωίη σφί ἐστι. *i* Νάρεες οἱ ἀνδρόγ. *Arcb.*, ἐνάρεες οἱ ἀνδρόγ. *Vind.* etiam *Valla.* Vulgo ἐνάριες καὶ οἱ ἀνδρόγ. *k* Τρίχα *M. Ask. Paſ.* *l* Μαντηίων *Arcb.* et bis in ſeqq. *m* Θέλωσι id. et *V.* *n* Abest *Arcb.*, et mox δὴ ipsi et *V.* *o* *Pollux* II, 124.

misſo conſilio, veterum commentariis inculcari plura poſsunt et prorſus arbitraria. Ego cum *Gronovio* facio.

36. Ὄνειδος δέ σφι] *Mela* fere convertit II, c. 1, 108. *Ut quisque plures interemerit, ita apud eos habetur eximius; ceterum expertem esſe caedis inter opprobria vel maximum.* Qui plurimos interfecere, οὗτοι σύνδυο κύλικας ἔχοντες πίνουσι ὁμοῦ. Sequentia *Melae* verba tentat *Salmas.* in *Solin.* p. 192, 193., ad Herodotea accommodare, quibus *bibiſse* dicuntur *duobus poculis iunctis, quae combinata tenerent.* Ita loquebantur Graeci, dicentes σύνδυο, σύντρεις, σύμπεντε· neque enim cum Criticorum infelicisſimo *Sam. Petito* ad LL. Att. p. 358, 359., ſollicitarem *Hyperidis* verba apud *Harpocrat.* in Συμμορίαι· σὺν πέντε καὶ ἓξ τριηραρχοῦντες· ego, inquit *Demoſth.* c. Mid. p. 362., ἐτριηράρχουν, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι, *quum bini communi ſumtu triremem inſtruebamus:* σύνδυο ἔδοξε χορηγεῖν, archonte Callia, ſecundum *Ariſtot.* in *Schol.* ad *Ariſt.* Ran. v. 406. *Machon Athenaei* VIII, p. 337. D. Καὶ τοὺς θεοὺς φάσκουσιν οἰκεῖν σύνδυο· idem adhibent *Plato* T. III, p. 282. E. *Xenophon* p. 222, 2. σύνδυο καὶ σύντρεις est apud *Lucian.* T. III, 506. *Iamblich.* de V. P. p. 82. Κατὰ δύο et κατὰ τρεῖς adhibentur eodem ſenſu. VALCKEN.

40. Ῥάβδοισι ἰτείνῃσι] Non neſcio, quid pro vetere ἰτείνῃσι adferri queat. Placet MSS. duces ſequi. Ligna ἰτέινα habet *Theophraſtus* H. Plant. L. V, 4. et alibi. Vaticinandi Scythicum hoc genus ex *Herodoto* attigit Schol. *Nicandri* Ther. v, 612., aliarum nationum ῥαβδομαντεῖα non neglecta. Fuit enim plurimis per orientis occidentisque plagas ſimilis divinatio. De Chaldaeis Propheta *Ezech.* C. XXI, 21., ubi Ill. *Grotius* erudite et *Ed. Pocockius* Specim. Hiſt. Arab. p. 328. Adde, quae *Caſaubon.* in *Strabon.* L. XV, p. 1065. *Lindenbrogius* ad *Ammian.* L. XXXI, 2. *Bulengerus* Divinat. L. III, 26., et nihil deſiderabis amplius.

46. Οἱ δὲ Ἐνάρεες, οἱ ἀνδρόγυνοι] Niſi Codd. copulam inducerent, ſcribi cum viro docto οἱ καὶ — potuerat. Ἐνάρεες etiam L. I, 105., ubi θηλέη eorum νοῦσος, cur hic ἀνδρόγυνοι *effeminati* et *molles*, clariſsime exponit. Statim τρίχα bene habet, offertque *virgulae divinatoriae*, a *Vallemontio* et vulgi credula ſuperſtitione mire laudatae, quoddam genus. Credulitatis enim ſuperſtitioſae propagines laete ſemper ſurgunt, et ab radicibus everti renuunt.

47. Καὶ οἱ ἀνδρόγυνοι] *Enaries, qui ſunt androgyni; Valla:* legit itaque, quod et *H. Steph.* animadvertit: Ἐνάριες, οἱ καὶ ἀνδρόγυνοι· atque ita cepit ista *Iac. Toilius* ad *Longin.* p. 163., ubi multis pertractant *Longino* viſum ἁμάρτυτον τὸ τοῦ Ἡροδότου, θήλειαν νοῦσον, I, c. 105. adpellantis, ut opinor, quod *Faber* et *Boileavius* putabant deſignari, nempe τὰ γυναικεῖα· ſive αἱμορροΐδας, forſan velut in mulieribus μηνιάλας. Hoc ſtatis temporibus recurrente fluxu debilitati fiebant σὺν οὐχοῦχοι, et ἀνδρόγυνοι, ſive ἡμιάρρενες, et, ut in gripho veteri dicuntur, ἄνδρες οὐκ ἄνδρες. VALCKEN.

58. Διαλελαμμένος] Schol. in *Ariſtoph.* Eccleſia 2. v, 1082. μέσος εἰλημμένος, bene, ſicuti C. 94. Iuſiurandum *per ſolium regis* hinc abiit multorum in commentationes, etſi apud Scythas nullum. Ἱστίην, *Veſtam*, *regios*que *Lares*, in intimis regiae penetralibus coli ſolitos, deierantes adpellabant. Παρὰ πᾶσι σχεδὸν ἀνθρώποις ἐν πάσαις ταῖς οἰκίαις ſollemnis ea religio erat ap. *Diodor.* L. V, 68. Scythae Veſtam inter numina locarant, Ἱστίην τὴν Σκυθέων βασίλειαν dicitantes infr. C 127. *Vallae* Latinis error debetur.

65. Ἢν

διπλησίους μάντιας· καὶ ἢν μὲν καὶ οὗτοι ἐσορέωντες ἐς τὴν μαντικὴν, καταδήσωσι ἐπιορκῆσαι, τοῦδε ἱθέως τὴν κεφαλὴν ἀποτάμνυσι, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ διαλαγχάνουσι οἱ πρῶτοι τῶν μαντίων· [a] καὶ ἢν δὲ οἱ ἐπελθόντες μάντιες ἀπολύσωσι, ἄλλοι πάρεισι μάντιες, καὶ μάλα ἄλλοι· ἢν ὦν οἱ πλεῦνες τὸν ἄνθρωπον ἀπολύσωσι, δέδοκται τοῖσι πρώτοισι τῶν μαντίων αὐτοῖσι ἀπόλλυσθαι. Ἀπολλῦσι [b] δῆτα αὐτοὺς τρόπῳ τοιῷδε· ἐπεὰν [c] ἅμαξαν καμάρης Φρυγάνων πλήσωσι, καὶ ὑποζεύξωσι βοῦς, [d] ἐμπεδήσαντες τοὺς μάντιας, καὶ χέρας ὀπίσω δήσαντες, καὶ φιμώσαντες, [e] κατειργῦσι ἐς μέσα τὰ Φρύγανα· ὑποπρήσαντες δὲ αὐτὰ, ἀπιεῖσι Φοβήσαντες [f] τοὺς βοῦς· πολλοὶ μὲν δὴ συγκατακαίονται τοῖσι μάντισι βόες, πολλοὶ δὲ περιεκαυμένοι ἀποφεύγουσι, ἐπεὰν αὐτέων ὁ ῥυμὸς κατακαυθῇ· κατακαίουσι δὲ τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ καὶ δι' ἄλλας αἰτίας τοὺς μάντιας, ψευδομάντιας καλέοντες. Τοὺς δ' ἂν [g] ἀποκτείνῃ βασιλεὺς, τουτέων οὐδὲ τοὺς παῖδας λείπει, ἀλλὰ πάντα τὰ ἔρσενα κτείνει, τὰ δὲ θήλεα οὐκ ἀδικέει· ὅρκια δὲ ποιεῦνται Σκύθαι ὧδε, πρὸς τοὺς ἂν ποιέωνται· ἐς κύλικα μεγάλην κεραμίνην οἶνον [h] ἐγχέαντες, αἷμα συμμίσγουσι τῶν τὰ ὅρκια ταμνομένων, τύψαντες ὑπέατι ἢ

numerum vaticinorum arcesſit: qui inſpecta divinandi ratione, ſi et ipsi hominem periurii convicerint, ſine mora caput abſcidunt; eiusque facultates inter ſe partiuntur primi vaticini. Sin vero illi qui ſupervenerunt vaticini homines abſolverint, alii atque alii præſto ſunt: quorum ſi plures abſolverint, decretum est primis illis vaticinis esſe pereundum. Eosque hunc in modum necant. Plauſtrum concameratum ubi ſarmentis referſerunt, bobusque iunxerunt, vaticinos pedibus implicatis, et manibus post tergum revinctis, atque ore obſtructo, infulciunt in medium ſarmentorum: incenſisque ſarmentis illis territando agitant boves, quorum boum multi cum vaticinis concremantur, multi ambuſti, cremato illorum temone, auſugiunt. Hoc quem dixi modo comburunt vaticinos, etiam ob alias cauſſas, appellantque falſos vates. Sed quos morte rex afficit, eorum nec liberos linquit, ſed univerſos mares interficit, feminis nihil læſis. Fœdera cum quibuscunque ineunt Scythæ, hoc modo ineunt: Infuſo in grandem calicem fictilem vino, commiſcent eorum ſanguinem qui feriunt fœdus, percutientes

a Ἦν δὲ *Arcb. V. Ald. Paſſ.*, καὶ ἢν δὲ *Med. Ask.* b *M. Paſſ. Ask.*, in *Arcb. V. Ald. Paris. A.* δὲ. c Ἅμαξαν φρυγάνων *M. Paſſ. Ask.*, ἅμαξαν καμάρης φρ. *Ald. V. Arcb.* d Ἐμποδίσαντες *Arcb. V.* ora *Stepb. Paſſ.*, ex ſcholio. e Κατατείνουσι *Arcb. V.* f Τοὺς *Arcb. V. Paſſ. Ask.* ora *Stepb.*; vulgo τὰς, male ob ſequentia. g *M. Arcb. Paſſ. Ask. V.*, antea ἀποκτείνοι. h Ἐσχέαντες *Vind.*, mox τὸ ὅρκιον marg. *Stepb. Ask. Paſſ.*, *Pollux* κεραμίνην κύλικα hinc habet L. x, 190.

31. Ἔσται ἄπodος ἡμῖν] Non refert multum, hoc retineas, an ἔστι ex manu exaratis libris: quamquam posterius paullo videtur significantius. Additamentum *Arcb.*, Herodoteae abundantiae praefert specimen, quo nunc non capior. Notabilius post pauca, φαίη τις ἄν μοι ἐωϋτοῦ εἵνεκεν, cuius praesidio vir doctus Miscell. Observ. Vol. III. p. 143. usum ἐωϋτοῦ et ἑαυτοῦ in prima etiam persona positi, adstruit. Non refragor, siquidem *Sopbocl.* Aiac. V, 1151. ita nitidissime et plures alii. Parum hic tamen locus proderit, in quo olim, testibus *Vindob.* schedis, ἄν μέ ἐμεωϋτοῦ, more Ionum. Quod quidem saepiuscule pronomen vexatum a librariis misere laceratumque fuit in fragmento philosophi ap. *Stobaeum* Serm. I, p. 20. Statim ὡς παραμενέω non prorsus damnabile.

38. Ἐς μέσον φέρω] Multo usitatius est altero, quod e *Med.* promit Gronov. ἐς μέσον φήσω· hoc tamen, vix a librariis exspectandum si Codd. adfirmarent alii, vel potius φήσας, nemo iure repudiaret: ἐγὼ γνώμην — ἐς μέσον φήσας, αὐτὸς μέντοι ἕψομαί τοι, *ego, palam animi mei sententia verbis explicita, nibilominus ipse te sequar.* ἐς μέσον hic esset *in concilio regio:* ἐν Ἀργείοις μέσοις et similia prostant collecta *D'Orvillio* in *Charit.* p. 547. Ut *Herod.* VIII, c. 26., εἶπε ἐς πάντας τάδε, sic saepe loquuntur Tragici. VALCKEN.

45. Τοὺς Ἰώνων τυράννους] Ostentant membranae, quod placere poterit. Aderant tyranni ex Hellespon-

ἔλεγε τάδε. „ Ἄνδρες Ἴωνες, ἡ μὲν πρότερον γνώ-
„ μη ἀποδεχθεῖσα ἐς τὴν γέφυραν, μετείσθω μοι·
„ ἔχοντες δὲ τὸν ἱμάντα τόνδε, ποιέετε τάδε· ἐπεάν
„ με ἴδητε τάχιστα πορευόμενον ἐπὶ Σκύθας, ἀπὸ
„ τούτου ἀρξάμενοι τοῦ χρόνου, λύετε ἄμμα ἓν ἑ-
„ κάστης ἡμέρης· ἢν [a] δὲ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ μὴ πα-
„ ρέω, ἀλλὰ [b] διέλθωσι ὑμῖν αἱ ἡμέραι τῶν ἀμμά-
„ των, ἀποπλέετε ἐς τὴν ὑμετέρην αὐτέων· μέχρι
„ δὲ τούτου, ἐπεί τε οὕτω μετέδοξε, Φυλάσσετε τὴν
„ σχεδίην, πᾶσαν προθυμίην σωτηρίης τε καὶ Φυλα-
„ κῆς παρεχόμενοι· ταῦτα δὲ ποιεῦντες, ἐμοὶ μεγά-
„ λως χαριεῖσθε". Δαρεῖος μὲν ταῦτα εἴπας ἐς τὸ
πρόσω [c] ἐπείγετο. Τῆς δὲ Σκυθικῆς γῆς ἡ Θρηΐκη
254 τὸ ἐς θάλασσαν πρόκειται· κόλπῳ δὲ ἀγομένῳ τῆς
γῆς ταύτης, ἡ Σκυθικὴ τε ἐκδέκεται, καὶ ὁ Ἴστρος
ἐκδιδοῖ ἐς αὐτὴν, πρὸς εὖρον ἄνεμον τὸ στόμα τετραμ-
μένος· τὸ δὲ ἀπὸ Ἴστρου ἔρχομαι σημανέων, τὸ πρὸς
θάλασσαν [d] αὐτῆς τῆς Σκυθικῆς χώρης ἐς μέτρησιν.
Ἀπὸ Ἴστρου αὕτη ἤδη ἀρχαίη [e] Σκυθικὴ ἐστὶ πρὸς με-
σαμβρίην τε καὶ νότον ἄνεμον κειμένη, μέχρι πόλιος
καλεομένης Καρκινίτιδος· τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης, τὴν
μὲν ἐπὶ θάλασσαν τὴν αὐτὴν φέρουσαν, ἐοῦσαν ὀρεινήν
τε χώρην καὶ [f] προκειμένην τὸ ἐς Πόντον, νέμεται τὸ
Ταυρικὸν ἔθνος, μέχρι [g] Χερσονήσου τῆς τρηχέης καλεο-
μένης· αὕτη δὲ ἐς θάλασσαν τὴν πρὸς ἀπηλιώτην ἄνε-
μον κατήκει· ἔστι γὰρ τῆς Σκυθικῆς τὰ δύο μέρεα τῶν
οὔρων ἐς θάλασσαν φέροντα, τήν τε πρὸς μεσαμβρίην,
καὶ τὴν πρὸς [h] τὴν ἠῶ, κατάπερ τῆς Ἀττικῆς χώ-
ρης· καὶ παραπλήσια ταύτῃ καὶ οἱ Ταῦροι νέμονται
τῆς Σκυθικῆς, ὡς εἰ τῆς [i] Ἀττικῆς ἄλλο ἔθνος καὶ μὴ
Ἀθηναῖοι νεμοίατο τὸν γυγὸν τὸν Σουνιακὸν, μᾶλλον ἐς
τὸν

Viri Iones, quam prius habueram de ponte ſententiam, eam miſam facio, vos ſumpto hoc loro, hæc ita velim agatis: ſimul atque videritis me iter facere in Scythas, ex eo tempore incipientes, ſolvite quotidie unum nodum: intra quod tempus niſi adfuero, ſed dies nodorum vobis exierint, vela facite in patriam veſtram: interea, quoniam conſilium ſic mutavi, agite cuſtodiam ratis, omne ſtudium illi et conſervandæ et cuſtodiendæ adhibentes: quod facientes, maiorem in modum mihi gratificabimini. Hæc loquutus Darius, promovet exercitum. Thracia tellus in mare tendens, 99
Scythicæ prætenditur; ſed ſinu eius ter-
ræ ducto Scythica excipit: et Iſter ad
hanc in ventum eurum os converſus exit. Quod autem ab Iſtro ſoli ipsius Scythici ſecundum mare est, id metiendo indicare aggrediar: Ab Iſtro hæc iam vetus Scythia est, meridiem verſus et auſtrum poſita, usque ad urbem Carcinitin; eiusdem deinceps quod ad idem mare fert montanæ regionis, et in Pontum prominens, incolit gens Taurica usque ad Cherſoneſum dictam aſperam. Hæc ad mare pertinet quod ad ventum ſubſolanum est. Sunt autem finium Scythicæ partes duæ, ferentes ad mare, tum quod ad meridiem, tum quod ad orientem, quemadmodum Atticæ regionis. Et ſimilem partem Scythiæ Tauri incolunt, ut ſi Atticæ iugum Suniacum alia gens, non Athenienſes, incoleret, quod magis in pon-

[a] *M. Paſſ. Ask.* δὲ τούτῳ, ceteri δὲ ἐν, quod rediit. [b] Sic *M. Ask. Paſſ.*, διεξέλθωσιν *Ald. Arch. V. Paris. A. B.* Edd., quorum frequens verborum conmutatio, uti C. 123.; res redit eodem. Mox ἡμῖν *Arch.* [c] Ἤπειγετο *V. Arch.* et Θρηκίη. [d] Αὐτῆς τῆς Σκ. *Paris. A. B. Arch. V. Paſſ.*, τῆς deſit aliis: tum ἀπὸ Ἴσρου. Αὕτη *Paris.* uterque et *Ald.* [e] *M. Paſſ. Ask.*, alii Σκυθίη. [f] Προσκ. *Arch.* mox νέμονται marg. *Steph.* ex *Aldo.* [g] Habet hinc *Steph. Byz.* in *V.* [h] Omittit τὴν *Arch.*, qui οὔρων cum *Aldo*, alii οὐρ. [i] Ἀττικῆς χώρης *V. Arch.*

to, Cherſoneſo, AEolide et Ionia, quos omnes rex ſi conpellavit, Ionum praecipuam duxit rationem, gratia et auctoritate potiorum, niſi ſi patrii moris tenax Ionum titulo Graecos conprehenderit. Lege C. 137, 138., neque neglige lorum iſtud, faſtorum quoddam inſtar et ruditatis Perſicae illo in genere argumentum. Similes uſurpant funiculos, nodis illigatos, ad dierum et temporis notitiam barbarorum novi Orbis nonnulli, de quibus Nobiliſimus Auctor *Originum Leg. Artium* et *Scientiarum* Tom. I. L. III, p. 225. egregie.

58. Τῆς δὲ Σκυθικῆς γῆς &c.] Cum Auctor haec commentaretur, pictam Scythiae et Thraciae ob oculos tabulam habuit, cuius e mediterraneo tractu lapsum Iſtri atque oſtia ſpectavit. Θάλασσα Pontus est, utramque in regionem ſeſe inſinuans: hoc κόλπου ἀγομένου τῆς γῆς ταύτης. Nam, quod vir maluit doctus, κόλπου ἀνομένου τῆς θαλάσσης ταύτης, *ſuperato maris huius ſinu*, nimium abit a ſcriptis Codd., et progreſſum itineris, quo de nihil hic, ſiſtit. Mare ipsum, quatenus Scythiae et Tauricae oras adſpergit, varie adpellat, modo in orientis, modo occidentis plagam diffuſum. Quae vero adnectit, τὸ δὲ ἀπὸ Ἴσρου —— diſpuncta bene non ſunt: voluiſſe puto, τὸ δὲ ἀπὸ Ἴσρου ἔρχ. σημανέων· τὸ πρὸς θάλασσαν αὐτῆς τῆς Σκυθικῆς —— ἐς μέτρησιν ἀπὸ Ἴσρου· αὕτη ἤδη ——. Res poſtulat *Aldus*que cum ſchedis *Pariſinis*. Plura moveri non patior, nactus adſtipulatorem V. C. *Corn. de Pauw.* Certe πρὸς μεσαμβρίην τε καὶ νότον, ſi ſpectatorem regionis ex Scythiae mediterraneae finibus detrectaveris, aberrabunt vehementer. Ab Iſtro enim verſus Boryſthenem et Carcinitin urbem ſeptemtrio tendenti obiacet, non auſter.

69. Μέχρι Χερσονήσου τῆς τρηχέης] *Stephano Byz.* Cherſoneſus πόλις τῆς Ταυρικῆς ex Herodoteis, perperam iudice *Holſtenio*. Conſequens erit ergo, ut Taurica, tanta hic diligentia et cura expicta, extra Cherſoneſum fuerit, quorſum et erudita disquiſitio docti viri, quae inter manus, vergit. Nullus equidem infitior, Tauros et Tauricae partem extra eam ſeſe porrexiſſe. Foſſam Scytharum ſervi, ut accesſu heros prohiberent, a Tauricis montibus ἐκ τῶν Ταυρικῶν οὐρέων ad Macotin duxerunt C. 3., Scythaeque ad Tauricam regionem pertinent C. 20. et 100. At Taurici illi montes ad extimum Carciniten ſinum ubi Iſthmi Tauricae Cherſoneſi exordium, ſemet erigentes et iuxta eumdem ſinum longe in Pontum protenſi ad urbem Cherſoneſum, quae ob ſitus aſpreta τρηχέη, terminabantur. Haec Noſter, nec diverſa *Scylax* et *Arrianus* in Periplis. *Straboni* pars Cherſoneſi maioris ἄκρα μεγάλη, ἐφ' ᾗ ἵδρυται πόλις, αὐτὸ τοῦτο καλουμένη ΧΕΡΡΟΝΗΣΟΣ. Additur, peninſulae quoddam inſtar habuiſſe regionem, urbemque Cherſoneſum, ubi οἱ Ταῦροι, Σκυθικὸν ἔθνος, incoluerint olim, everſam L. VII, p. 474. Non repeto, *Stephani* iudicium et Herodotea hinc ſtabiliri.

76. Τὸν γουνὸν] Perrarum in promontorio. Γουνὸς Ἀθηναίων, quorum ager minime uber, in oraculo ap. Criticos ad *Euripid.* Medeam V, 679. Est, cui ἐς πόντον de AEgaeo diſplicet mari, ἐς νότον *in auſtrum* reponenti. Dabit infra C. 177. ἀκτὴν προέχουσαν ἐς τὸν πόντον *in mare AEgaeum*. ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ L. II, 97. Inprobant praeterea τὸν ἀπὸ Θορικοῦ, maluntque aut τὸ aut τῶν. *Valla* verterat, *quod a tribu Thorica*, videlicet *iugum:* ſubſtitutum in poſtrema editione, *quod magis in pontum, qui a Thorico* ——, me etiam atque etiam mirante. Namque τὸν ἀπὸ Θορικοῦ —— manifeſto ad γουνὸν pertinet Σουνιακὸν, quod *iugum* inter Atticae pagos Thoricum et Anaphlyſtum nonnihil artatum longe in AEgaeum mare prominet, prorſus ut Taurica in Pontum Euxinum et Iapygia in primis, anguſte inter ſinum Brundiſinum et Tarentum conſtricta. Quod reposui συμβαλέειν ratum Auctor habet L. II, 10.

76. Τὸν γουνὸν τὸν Σουνιακὸν] Edoceri cuperem, cur hoc Attices in altum excurrens promontorium, Γουνοῦ, *ſoli fertilis*, hic honeſtaretur adpellatione, quum ab ea parte nunquam laudata ſit Attica, ſterilis in univerſum

pontum ab Thorico usque ad Anaphlyſtum pagum, ſe porrigit promontorium: talis est, ut parva cum magis comparem, Taurica regio. Qui autem non est has Atticæ partes prætervectus, huic alio modo planum faciam: ut ſi Iapygiæ alia gens et non Iapyges, incipientes a Brunduſio portu præcidantur usque Tarentum, et promontorium incolant. Quum hæc duo dico, multa perſimilia dico, quibus aliis Taurica est comparanda. Ab Taurica deinceps Scythæ ſupra Tauros et orientale verſus mare incolunt, et quæ Boſpori Cimmerii ſunt ad veſperam vergentia, et quæ paludis Mæotidis Tanai fluvio tenus, qui influit in huius paludis receſſum. Itaque ab Iſtro iam quæ ad ſuperiora pertinet ferentia in mediterranea, ſecluditur Scythia ab primis Agathyrſis, deinde a Neuris, deinde ab Androphagis, poſtremo a Melanchlænis. Itaque Scythiæ veluti formam quadratam habentis, duabus partibus ad mare pertinentibus, prorſus æquale, tum quod ad mediterranea fert, tum quod ad mare: nam ab Iſtro ad Boryſthenem, decem dierum est iter, tantundem a Boryſthene ad Mæotin paludem. A mari mediterranea verſus, ad Melanchlænos qui ſupra Scythas habitant, viginti dierum iter. Supputantur autem a me in ſingulos dies itineris ducenta ſtadia. Ita transverſa Scythiæ erunt quatuor millium ſtadiorum: recta quæ ad mediterranea ferunt, aliorum totidem ſtadiorum. Tanta est hæc terra magnitudinis. Scythæ inter ſe colloquuti, quum ſoli impares eſſent copiis Darii prœlio repellendis, nuncios ad finitimos miſere. Eorum reges quoque ubi convenere, conſultabant, ut ingenti exercitu invadente. Erant autem qui convenerant reges, Taurorum, et Agathyrſorum, et Neurorum, et Androphagorum, et Melanchlænorum, et Gelonorum, et Budinorum, et Sauromatarum. E quibus Tauri huiusmodi moribus utuntur; Virgini naufragos immolant, et quoscunque Græcos ceperint illuc delatos, hoc modo:

τὸν πόντον τὴν ἄκρην ἀνέχοντα, τὸν ἀπὸ [a] Θορικοῦ μέχρι Ἀναφλύστου δήμου· λέγω δὲ, ὡς εἴναι ταῦτα σμικρὰ μεγάλοισι [b] συμβαλέειν· τοιοῦτον ἡ Ταυρικὴ ἐστι· ὃς δὲ τῆς Ἀττικῆς ταῦτα μὴ παραπέπλωκε, ἐγὼ δὲ ἄλλως δηλώσω· ὡς εἰ τῆς Ἰηπυγίης ἄλλο ἔθνος, καὶ μὴ Ἰήπυγες, ἀρξάμενοι ἐκ Βρεντεσίου λιμένος, [c] ἀποταμοίατο μέχρι Τάραντος, καὶ νεμοίατο τὴν ἄκρην· δύο δὲ λέγων ταῦτα, πολλὰ λέγω παρόμοια, τοῖσι ἄλλοισι [d] ἔοικε ἡ Ταυρικὴ. Τὸ δὴ ἀπὸ τῆς Ταυρικῆς, ἤδη Σκύθαι [e] τὸ κατύπερθε τῶν Ταύρων καὶ τὰ πρὸς θαλάσσης τῆς [f] ἠοίης νέμονται· τοῦ τε Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου τὰ πρὸς ἑσπέρης, καὶ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος, μέχρι Ταναΐδος ποταμοῦ, ὃς ἐκδιδοῖ ἐς μυχὸν τῆς λίμνης ταύτης· ἤδη ὦν ἀπὸ μὲν Ἴστρου [g] τὰ κατύπερθε ἐς τὴν μεσόγαιαν φέροντα ἀποκληίεται ἡ Σκυθικὴ ὑπὸ πρώτων Ἀγαθύρσων· μετὰ δὲ, Νευρῶν· ἔπειτα δὲ, Ἀνδροφάγων· τελευταίων δὲ, Μελαγχλαίνων. Ἔστι ὦν τῆς Σκυθικῆς, ὡς ἐούσης τετραγώνου, τῶν δύο μερέων κατηκόντων ἐς θάλασσαν, πάντη ἴσον, τό τε ἐς τὴν μεσόγαιαν φέρον καὶ τὸ παρὰ τὴν θάλασσαν· ἀπὸ γὰρ Ἴστρου ἐπὶ Βορυσθένεα [h] δέκα ἡμερέων ὁδός· ἀπὸ Βορυσθένεός τε ἐπὶ τὴν λίμνην τὴν Μαιήτιν, ἑτέρων δέκα· καὶ τὸ ἀπὸ θαλάσσης ἐς μεσόγαιαν ἐς τοὺς Μελαγχλαίνους τοὺς κατύπερθε Σκυθέων οἰκημένους, εἴκοσι ἡμερέων ὁδός· ἡ δὲ [i] ὁδὸς ἡ ἡμερησίη ἀνὰ διηκόσια στάδια συμβέβληταί μοι· οὕτω ἂν [k] εἴη τῆς Σκυθικῆς τὰ ἐπικάρσια, τετρακισχιλίων σταδίων· καὶ τὰ ὄρθια, τὰ ἐς τὴν μεσόγαιαν φέροντα, ἑτέρων τοσούτων σταδίων· ἡ μέν νυν γῆ αὕτη ἐστὶ μέγαθος τοσαύτη. Οἱ δὲ Σκύθαι δόντες σφίσι λόγον ὡς οὐκ οἷοί τέ εἰσι τὸν Δαρείου στρατὸν ἰθυμαχίῃ [l] διαφθαρῆναι μούνοι, ἔπεμπον ἐς τοὺς πλησιοχώρους ἀγγέλους· τῶν δὲ καὶ δὴ οἱ βασιλῆες συνελθόντες ἐβουλεύοντο ὡς στρατοῦ [m] ἐπιλαύνοντος μεγάλου· ἦσαν δὲ οἱ συνελθόντες βασιλῆες, Ταύρων, καὶ Ἀγαθύρσων, καὶ Νευρῶν, καὶ Ἀνδροφάγων, καὶ Μελαγχλαίνων, καὶ Γελωνῶν, καὶ Βουδίνων, καὶ Σαυροματέων. Τούτων Ταῦροι μὲν νόμοισι τοιοῖσιδε χρέωνται· θύουσι μὲν τῇ παρθένῳ τούς τε ναυηγοὺς, καὶ τοὺς ἂν λάβωσι Ἑλλήνων ἐπαναχθέντας, τρόπῳ τοιῷδε· [n] καταρξάμενοι, ῥοπάλῳ

a Θωϊκοῦ *Arcb.* *b* Συμβαλέειν *Arcb. V.*, olim *συμβάλλειν*· tum *τοιοῦτον* idem cum *M. Paſſ. Ask.*, vulgo *τοιοῦτο*, nec male. *c* Ἀποτεμ. *Paſſ. Ask.* *d* Ἔοικε μὲν ἡ *Paſſ.* *e* Abest *Arcb. V.* *f* Ἠοῦς *Arcb. V.*, et mox *τοῦ δὲ* *g* Τοῦ *Arcb.* et *μεσόγεαν*, ſaepeque postea. *h* Citat *Euſtath.* in Perieg. v, 311. *i* Ὁδὸς ἡμερ. ſine articulo *Arcb. V.* *k* Εἴη τῆς Σκυθ. *Ald. Paris. A. B. Arcb. V.* Edd., εἴη πρὸς Σκ. *M. Paſſ. Ask.* *l* *M. Ask. Paſſ. V. Arcb.*, recte. Conf. *Gronov.* cuius ἰθυμάχῃ ex *Med.* plerique omnes iure damnant. Vide C. 120. διώσασθαι *Ald.* Edd. paullo ante λόγους *Arcb.* *m* Ἐπιόντος *Arcb. V.*, ſicuti C. 118, 119. et alibi. Scholion alterutrum est. *n* Κατευξάμενοι *Arcb. Valla*, καταρξάμενοι *Paſſ. Ask.*, καταῤ εὐξάμενοι *Ald. M. V.* Edd.

verſum et λεπτόγεως, nihilque, quod quidem ego noverim, de Sunio dicatur, ad iſtius anguli τὸ γόνιμον καὶ κάρπιμον conmendandum. *Angulus* non γωνία tantum ſed et γῶνος dici potuit: *Heſych.* Γῶνος, γωνία, Λάκωνες· et fortaſſe Γουνὸς eidem non γουνιαῖος ſed γωνιαῖος τόπος fuerat dictus, *locus angularis*. Saepe memoratur Attices illud promontorium Orientale, Σούνιον ἄκρον Ἀθηνῶν ——. Herodotea ſic primum reddidit *Valla*, ut eadem quidem legiſſe videatur, ſed ordine a vulgato nonnihil diverſo collocata: τὸν γουνὸν τὸν Σουνιακὸν, τὸν ἀπὸ Θορικοῦ μέχρι Ἀναφλύστου δήμου, μᾶλλον ἐς τὸν πόντον τὴν ἄκρην ἀνέχοντα· quo modo ſi legerentur in Codd. non diſplicerent. Neglexit in his *Herodot.* pagum Azenienſium, quem, raro veteribus memoratum, minoris fuiſse conſtat momenti: hoc excepto, in Attices ad ſinum Saronicum latere demus erat Anaphlyſtus Sunio vicinus: Sunii promontorium nave flectentibus, ſive ſuper Sunium navigantibus, ab altero latere primus occurrebat ad ſiniſtram pagus Thoricus. Quidquid ab Anaphlyſto ad usque Thoricum terrarum magis in altum prominebat γουνὸν vocat Σουνιακὸν, μᾶλλον ἐς τὸν πόντον τὴν ἄκρην ἀνέχοντα. VALCKEN.

3. Ἀνὰ διηκόσια] In ſingulos dies ſtadia centum et quinquaginta L. v, 53. dinumerantur: ſed multiplex ex citatiore militarive gresſu variatio, a magno viro ad *Strabon.* I. p. 61. adnotata. Mox πρὸς Codd. et ſententiae iusſu exterminavi: quae enim pro voce asſerenda vir Cl., non urgent.

17. Καταρξάμενοι] Nihil verius liquidiusque. Recurre ad L. II, 45. IV, 60. Firmat *Euripidis* Iphigenia in Taur. v, 38. Θύω γὰρ, ὅντος τοῦ νόμου καὶ πρὶν πόλει, Ὅς ἂν κατέλθῃ τήνδε γῆν Ἕλλην ἀνὴρ, ΚΑΤΑΡΧΟΜΑΙ μὲν ——. Quod ſufficit.

17. Κατάῤ εὐξάμενοι ῥοπάλῳ παίουσι] In Edd. antiquis ſcriptum καταῤῥευξάμενος qui aliter primus ſcribendum curavit, tmeſin hic ſibi deprehendiſſe viſus est, qualis nulla datur apud *Herod.*, voculam etiam ῥα non adhibentem. Duplex fuit in Codd. lectio καταρξάμενοι et κατευξάμενος ad quarum alterum doctum correctorem literis ευ impoſuiſſe ſuſpicor αρ utrumque recepit, ut ſolebant iſti ſaepenumero, librarius: ſupra IV, c. 60., et alibi fuit in eodem verbo varietum. Noſtro loco de Scythis Tauris, *pro victimis advenas caedere* ſolitis, ut ait *Mela*, ſcripſerat procul dubio *Herod.* τοὺς ἂν λάβωσι Ἑλλήνων —— καταρξάμενοι ῥοπάλῳ παίουσι τὴν κεφαλήν *auſpicati* velut victimam, *clava caput percutiunt*; non ut Graeci: qui cultro victimam

πάλῳ παίουσι τὴν κεφαλήν· οἱ μὲν δὴ λέγουσι ὡς τὸ σῶμα ἀπὸ τοῦ χρημνοῦ [a] διωθέουσι κάτω· ἐπὶ γὰρ χρημνοῦ ἵδρυται τὸ ἱρόν· τὴν δὲ κεφαλὴν ἀναςαυροῦσι· οἱ δὲ, [b] κατὰ μὲν τὴν κεφαλὴν ὁμολογέουσι, τὸ μέντοι σῶμα οὐκ ὠθέεσθαι ἀπὸ τοῦ χρημνοῦ λέγουσι, ἀλλὰ γῇ κρύπτεσθαι· τὴν δὲ δαίμονα ταύτην τῇ θύουσι, λέγουσι αὐτοὶ Ταῦροι Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος εἶναι· πολεμίους δὲ ἄνδρας τοὺς ἂν [c] χειρώσωνται, ποιεῦσι τάδε· ἀποταμὼν ἕκαστος κεφαλὴν, ἀποφέρεται ἐς τὰ οἰκία· ἔπειτα ἐπὶ ξύλου μεγάλου ἀναπείρας ἐςᾷ ὑπὲρ τῆς οἰκίης ὑπερέχουσαν πολλὸν, μάλιςα δὲ ὑπὲρ τῆς καπνοδόκης· φασὶ δὲ τούτους φυλάκους τῆς οἰκίης πάσης ὑπεραιωρέεσθαι· ζῶσι δὲ ἀπὸ λῃΐης τε καὶ πολέμου. Ἀγάθυρσοι δὲ, ἁβρότατοι [d] ἀνδρες εἰσὶ, καὶ χρυσοφόροι τὰ μάλιςα· ἐπίκοινον δὲ τῶν γυναικῶν τὴν μίξιν ποιεῦνται, ἵνα κασίγνητοί τε ἀλλήλων ἔωσι, καὶ οἰκήιοι ἐόντες πάντες, μήτε φθόνῳ, μήτ' [e] ἔχθεϊ χρέωνται ἐς ἀλλήλους· τὰ δ' ἄλλα νόμαια [f] Θρηΐξι προσεχωρήκασι. Νευροὶ δὲ νόμοισι μὲν [g] χρέωνται Σκυθικοῖσι, γενεῇ δὲ μιῇ πρότερον σφέας τῆς Δαρείου ςρατηλασίης, κατέλαβε ἐκλιπεῖν τὴν χώρην πᾶσαν ὑπὸ ὀφίων· ὄφιας γάρ σφι πολλοὺς μὲν ἡ χώρη ἀνέφαινε, οἱ δὲ πλεῖνες ἄνωθέν σφι ἐκ τῶν ἐρήμων ἐπέπεσον· [h] ἐς ὃ πιεζόμενοι, οἴκησαν μετὰ Βουδίνων τὴν ἑωυτῶν ἐκλιπόντες· κακοδαιμονέουσι δὲ [i] οἱ ἄνθρωποι οὗτοι γόητες εἶναι· λέγονται γὰρ ὑπὸ Σκυθέων καὶ Ἑλλήνων τῶν ἐν τῇ Σκυθικῇ κατοικημένων, ὡς ἕτεος ἑκάςου ἅπαξ τῶν Νευρῶν ἕκαστος, λύκος γίνεται ἡμέρας ὀλίγας, [k] καὶ αὖτις ὀπίσω ἐς ταὐτὸ κατίςαται· ἐμὲ μέν νυν ταῦτα λέγοντες οὐ πείθουσι· λέγουσι δὲ οὐδὲν ἧσσον, καὶ ὀμνύουσι [l] δὲ λέγοντες. Ἀνδροφάγοι δὲ ἀγριώτατα πάντων ἀνθρώπων ἔχουσι ἤθεα· οὔτε δίκην νομίζοντες, οὔτε νόμῳ [m] οὐδενὶ χρεώμενοι· νομάδες δέ

modo: postquam auſpicati fuerunt, hominis caput clava feriunt, truncum eius quidam aiunt deturbari e rupe: nam in rupe prærupta templum est ſitum; cruci affigunt caput. Quidam de capite *ſuffigendo* conſentiunt, ſed truncum e præcipitio deiici negant, ſed humo contegi dicunt. Dæmonem, cui immolant, ipsi Tauri aiunt esſe Iphigeniam, Agamemnonis filiam. In hoſtes autem, quos ceperint, hoc agunt: Amputatum quisque caput hoſtis domum reportat, et ingenti fuſte transfixum ſupra tecta eminens multum ſtatuit, et plerunque ſupra fumarium: ideo in ſublimi ſuſpendi dicentes quaſi totius domus cuſtodes. Vivunt autem e rapto et ex bello. At Agathyrſi lautisſimi viri ſunt, et aurum plerunque geſtantes. In commune cum mulieribus coeunt, ut inter ſe germani ſint ac domeſtici omnes, nihil neque livoris neque odii mutuo exercentes: in ceteris ad Thracum conſuetudines accedunt. At Neuri Scythicis quidem utuntur moribus, quibus una ante Darii expeditionem ætate contigit, ut totam linquerent regionem propter ſerpentes; nam ſerpentum cum magna vis ex ipsorum ſolo est edita, tum maior ſuperne e locis deſertis ingruerat: quibus usque adeo infeſtati fuerunt, ut relicto ſuo ſolo cum Budinis habitaverint. Videntur autem hi homines esſe præſtigiatores; dicuntur enim a Scythis et ab iis, qui in Scythia incolunt, Græcis, ſemel quotannis ſinguli ad paucos dies effici lupi, et rurſus in priſtinum habitum redire, quod tamen dicentes mihi non perſuadent: nihilominus tamen illi aiunt ita esſe, ac deierant. Androphagi agreſtes maxime omnium hominum mores habent, non iudiciis, non legibus uten-

104

105

106

a Ὠθέουσι *Arcb. V. Pasſ. Ask.*, non male, quomodo et mox. *b* Τὰ κατὰ *Arcb.* *c* Idem *Vind. M. Ask. Pasſ.* recte, χειρώσωσι *Ald. Paris. A.* Edd. Antecedentia attigit *Pauſan.* L. I, 43. *d* Ἄνδρες *Arcb. Valla*, *Stob.* Serm. XLII. p. 294. vulgo ἀνδρῶν, quomodo *Euſtath.* ad Perieg. V, 310. *e* Ἄχθεϊ *Stob.*, ſed *Maximus* edito conſentit. *f* Θρηξὶ *Arcb. Ask.* *g* Χρέωνται Σκυθικ. *Arcb. Vind. Pasſ. Ask.*, bene, ut C. 107. τοῖσι interponunt *Ald M.* Edd. *b* Ἐς οὗ *Arcb.* *i* Οὗτοι οἱ ἄνθρ. id. *V.* *k* Καὶ λυθεὶς *Arcb. V.*, mox ἐς ταυτὰ *M. Pasſ. Ask.*, nulla necesſitate. *l* Duo haec absunt *Arcb. V.*, in *Ask.* ὀμνῦσι. *m* Οὐδὲν *Arcb. V.*

ctimam immolationi deſignabant. Huic adfirmandae lectioni ſufficiet vel unicus locus *Eurip.* Iphig. in Taur. V, 1154., quo Taurorum Rex Thoas comites interrogat Iphigeniae ſacerdotis, *utrum illa iam τῶν ξένων κατήρξατο, hoſpites ſit auſpicata.* In Graecorum ſacris uſitatisſimum verbum de Indica gente *Nicol.* ponit *Damaſc. Stobaei* p. 105. —— Sed ſecundum *Herodoti* Tauros non Scythicae fuit Iphigenia crudelitatis miniſtra, verum ipsa Dea, cui Graecos immolarent hoſpites: τὴν δὲ δαίμονα ταύτην, τῇ θύουσι, λέγουσι αὐτοὶ Ταῦροι Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος εἶναι· *Heſiodus* in Heroinarum catalogo non mactatam Iphigeniam dixerat, ſed Diana volente Ἐκάτην εἶναι· hoc tradens *Pauſan.* in Atticis c. 43., τούτοις, ait, Ἡρόδοτος ὁμολογοῦντα ἔγραψε, κ. τ. λ. —— Ceterum iſta potisſimum inhumana Taurorum crudelitas effecisſe videtur, ut hoc praeſertim nomine Scythae fuerint a Graecis in univerſum infamati. In diverſis gentibus Scythicis tria potisſimum obtinebant, quae prorſus abhorrerent ab humanisſima Graecorum manſuetudine, τὸ ξενοθυτεῖν, τὸ ἀνθρωποφαγεῖν, καὶ τὸ, τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρᾶσθαι· vid. *Strabo* VII, p. 458. A. 460. B. et *Iacob. Elſner.* Obſerv. in Ep. ad *Coloſſ.* III, 11. VALCKEN.

30. Ζῶσι δὲ ἀπὸ λῃΐης τε καὶ πολέμου] Tales Chaldaeorum, οἱ λῃζόμενοι ζῶσι —— εἰθισμένοι ΑΠΟ ΠΟΛΕΜΟΥ βιωτεύειν apud *Xenophontem* K. Παιδ. III, p. 74. E. Praeſtat mox ἁβρότατοι ἀνδρες ex ſcriptis.

31. Ἁβρότατοι ἀνδρῶν] Tales in Scythia fuisſe vix fidem invenit: de Agathyrſis dixerat, credo, ἁβρότατοι ἄνδρες εἰσὶ, ſicut in ſuis legere Codd. *L. Valla*, et *Io. Stobaeus* Tit. XLII, p. 294. ἀνδρῶν ἁβροτάτους hinc tamen habet *Euſtath.* in *Dionys.* V, 310. De Agathyrſis *Salmaſio* notata in *Solin.* p. 188., partim corrigit ad *Melam Is. Voſſius.* VALCKEN.

36. Προσεχωρήκασι] Geminum L. I, 172. προσεχωρήκασι δὲ γλῶσσαν μὲν πρὸς τὸ Καρικὸν ἔθνος. Statim κατέλαβε ἐκλιπεῖν τὴν χώρην male in *Vallae* Latinis, *coacti fuerant ſolum vertere.* Correxit errorem Cl. *Lambertus Bos* Obſerv. Critic. C. 2. p. 9.

43. Κινδυνεύσι γόητες εἶναι] *H. Stephani Vallam* corrigentis verſio recipi debuerat: verbum hoc uſu, quem *Portus* adnotare neglexit, ſemel tantum occurrit apud *Herod.* Κινδυνεύουσιν εἶναι notat *esſe videntur*, ſive *ſunt*, et δοκοῦσιν εἶναι ſaepius adhibetur pro εἰσί. Frequentavit illud inprimis *Plato: Xenophon.* Ἀπομν. IV, p. 465, 10. κινδυνεύει ἀναμφιλογώτατον ἀγαθὸν εἶναι τὸ εὐδαμονεῖν· Υ. 35., Φροντίζω μὴ κράτιςον ᾖ μοι σιγᾶν· κινδυνεύω γὰρ ἁπλῶς οὐδὲν εἰδέναι· sic ille ſaepius alibi loquitur et in Epiſt. *Socrat.* XXII. *Demoſthenes* I. c. Ariſtog. p. 489., δυσκατάπαυςόν τι κινδυνεύει πρᾶγμ' εἶναι πονηρία. *Platonis* etiam imitatores *Sophiſtae* hunc floſculum ſcriptis ſaepe ſuis interſerunt: vide Clariſſ. *Ruhnken.* in *Tim.* Lex. p. 116., quique, alienis tamen intermixtis, apta quaedam dedit Clar. *Wetſten.* in *S. Lucae* A. A. XIX, 27. —— Neurorum praeſtigias hinc attigit *Euſtath.* in *Dionys.* V, 310. *Mela* II. c. 2. fine: *Neuris ſtatum ſingulis tempus est, quo ſi velint in lupos, iterumque in eos, qui fuere, mutentur.* Anilem fabulam tangit *Salmas.* in *Solin.* p. 187. VALCKEN.

46. Καὶ αὖτις ὀπίσω ἐς τὠὐτὸ κατίςαται] Demuto nihil; nam λυθεὶς *Arcb.* ex αὖθις progenitum librarii negligentia. De Neuris *Mela*, *Solinus* atque alii conſimilia. Durant, ut ſolent quae cum primo lacte inbuntur, ſimiles in inferiore Germania fabellae. Memini ruſticos et paſtores primo aetatis flore videre, quibus haec metamorphoſis inſulſe inputabatur. Confer *Keisleri* Antiq. Septemtrional. p. 494.

53. Γλῶσ-

utentes, pecuariam exercentes, vestem Scythicæ similem gestantes, propriam linguam
107 habentes. Melanchlæni omnes indumenta nigra gerunt, unde et cognomen habent, qui soli humana carne vescuntur, institu-
108 tis Scythicis utentes. Budini, ingens natio atque numerosa, vehementer cæsiis oculis omnis ac rufa: quorum urbs nomine Gelonus e materia constructa est; muri ea magnitudo est, ut singula latera tricenorum stadiorum sint; est vero altus et totus ligneus. AEdes quoque cum privatæ, tum sacræ sunt e materia. Nam sunt ibi deorum Græcorum templa Græcanice extructa, simulacris, aris, delubris ligneis. Baccho triennalia agunt, et bacchanal exercent: quippe Geloni sunt ab originis vetustate Græci, sed ex emporiis summoti inter Budinos habitaverunt: lingua partim Scythica, partim Græca uten-
109 tes. Budini non lingua, non victu utuntur eodem cum Gelonis: nam Budini, utpote indigenæ, tum pastores sunt, tum soli eius regionis pediculos edunt: at Geloni agriculturæ operam dantes frumento victitant, et hortos possident, nihil illis neque aspectu neque colore similes: a Græcis autem etiam Budini vocantur Geloni, non recte voçantibus. Horum regio omnis est arboribus omnis generis frequens; et ubi plurimum consita, ibi est lacus ingens et multus, et palus, ac circa eam arundo. In eo lacu lutræ capiuntur, et castores, et aliæ feræ oris quadrati, quarum pelles circa renones adsuuntur, et testiculos
110 habent ad uterorum medelam utiles. De Sau-

δέ εἰσι· ἐσθῆτα δὲ φορέουσι τῇ Σκυθικῇ ὁμοίην, γλῶσσαν δὲ ἰδίην. Μελάγχλαινοι δὲ εἵματα μὲν 256
μέλανα φορέουσι πάντες, [a] ἐπ' ὧν καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι· [b] ἀνθροποφαγέουσι δὲ μοῦνοι τούτων· νόμοισι δὲ Σκυθικοῖσι χρέωνται. Βουδῖνοι δὲ, ἔθνος ἐὸν μέγα καὶ πολλὸν, γλαυκόν τε πᾶν ἰσχυρῶς ἐστι καὶ πυῤῥόν· πόλις δὲ ἐν αὐτοῖσι πεπόλισται [c] ξυλίνη· οὔνομα δὲ τῇ πόλι ἐστὶ Γελωνός· τοῦ δὲ τείχεος μέγαθος κῶλον ἕκαστον, τρήκοντα σταδίων ἐσὶ, ὑψηλὸν δὲ, καὶ [d] πᾶν ξύλινον· καὶ οἰκίας αὐτῶν ξυλίνας, καὶ τὰ ἱρά· ἔστι γὰρ δὴ αὐτόθι Ἑλληνικῶν θεῶν ἱρὰ, Ἑλληνικῶς κατεσκευασμένα ἀγάλμασί τε καὶ βωμοῖσι καὶ νηοῖσι ξυλίνοισι· καὶ τῷ Διονύσῳ [e] τριετηρίδας ἀνάγουσι, καὶ βακχεύουσι· εἰσὶ γὰρ οἱ Γελωνοὶ τοπαρχαῖον Ἕλληνες· ἐκ [f] δὲ τῶν ἐμπορίων ἐξαναστάντες, οἴκησαν ἐν τοῖσι Βουδίνοισι· καὶ γλώσσῃ τὰ μὲν, Σκυθικῇ, τὰ δὲ, Ἑλληνικῇ χρέωνται. [g] Βουδῖνοι δὲ οὐ τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρέωνται καὶ Γελωνοί· οὐδὲ διαιτα ἡ αὐτή· οἱ μὲν γὰρ Βουδῖνοι, ἐόντες αὐτόχθονες, νομάδες τέ εἰσι καὶ [h] φθειροτραγέουσι μοῦνοι τῶν ταύτῃ· Γελωνοὶ δὲ, γῆς τε ἐργάται, καὶ σιτοφάγοι, καὶ κήπους ἐκτημένοι, [i] οὐδὲν τὴν ἰδέην ὁμοῖοι, οὐδὲ τὸ χρῶμα· ὑπὸ μέντοι Ἑλλήνων καλέονται καὶ οἱ Βουδῖνοι, Γελωνοὶ, οὐκ ὀρθῶς καλεόμενοι· ἡ δὲ χώρη σφέων, πᾶσά ἐστι δασέη [k] ἴδῃσι παντοίῃσι· ἐν δὲ τῇ ἴδῃ πλείστῃ ἐστὶ λίμνη μεγάλη τε καὶ πολλὴ, καὶ ἕλος, καὶ κάλαμος περὶ αὐτήν· [l] ἐν δὲ ταύτῃ ἐνύδρους ἁλίσκονται, καὶ κάστορες, καὶ ἄλλα θηρία τετραγωνοπρόσωπα, τῶν τὰ δέρματα [m] περὶ τὰς σισύρνας παραῤῥάπτεται· καὶ οἱ [n] ὄρχιες αὐτοῖσί εἰσι χρήσιμοι ἐς ὑστερέων

[a] *M. Pasſ. Ask.*, ἀπ' ὧν *Paris. A. B. Arcb. V. Ald.* quod priori non cedit. [b] Ἀνθρωποφαγέουσι *Arcb. V. Euſtatb.* in *Dionys.* v. 309., olim ἀνδροφαγέουσι. [c] *Stepb.* in Γελωνὸς et *Euſtatb.* in Perieg. v. 310. [d] Πάνυ *Arcb.* [e] Τριετηρίδα *Arcb.* [f] Τῶν δὲ *id. V. Pasſ. Ask.* [g] Sequentia novem absunt *Arcb.*, qui mox ἀλλ' οὐδὲ δίαιτα ἡ αὐτὴ ἐστι Γελωνοῖσι καὶ Βουδίνοισι· οἱ μεν γὰρ—. [h] Citat *Arrian.* in Periplo p. 18. Ed. *Hudz.* φθειροτρωκτέοντες. [i] Οὐδὲν *M. Pasſ. Ask.*, ſed τὴν omittens: ceteri οὐδὲ. [k] Ἴδῃ δὲ παντοίῃ *Arcb. Vind.*, non male. Vide tamen L. IV, 175. VII, 111. [l] Ἐκ δὲ ταύτης iidem: tum ἐνύδριες *Pasſ.*, ἐνύδρεες Edit. Genev., ἐνίδρυες reliqui cum *Ald.* [m] Παρὰ ora *Stepb. Arcb. V. Ask. Pasſ.*, tum σισύβας *Arcb.*, σισύρνας *M. Pasſ. Ask.*, alii σισύρας. [n] Ὄρχιες *V. Pasſ. Ask.*, ὄρχυες *Arcb.*, tum αὐτοῦ id., αὐτοῖσι *Med. Pasſ. Ask.*, αὐτέων *Ald.* antea ὄρχεες.

53. Γλῶσσαν δὲ ἰδίην] Non pendent ex praecedenti φορέουσι, sed alio, quod in Scriptoris mente haerebat. Similes ex *Sopbocle* atque aliis dicendi formulas animadvertimus antea. Dabunt plures *Tbucydid.* I, 17., *Virgilius* AEneid. X, 26. ubi *Servius*, *Columella* R. R. L. VI, 32. et *Graev.* ad *Florum* III, 21. His vero nexa olim et apta voluit, ἀνθρωποφαγέουσι δὲ μοῦνοι τούτων, *soli humana carne vescuntur*, nunc isthic depositi, ubi seriem turbant. Androphagi sive Anthropophagi ex re ipsa, vorandisque hominibus, titulum habent, sicuti Melanchlaeni ex vestitu nigro. Illis notatio ista convenit excellenter, non his. Coniecturae doctorum hominum, ὅμουροι τούτων, aut μοῦνοι λυκοφαγέουσι sive αἰλουροφαγέουσι, aestus, quibus ex male locatis vocibus fluctuarunt, manifestant. Agnovit Ampl. *Nic. Witzen* in Belgica horum versione librariorum peccatum et deterſit tacens Tartariae Descriptionem. T. I. p. 199. Edit. primae. *Strabo* Scytharum nonnullos adeo fuisse inmanes, ὥστε καὶ ΑΝΘΡΩΠΟΦΑΓΕΙΝ L. VII, p. 463. ex *Epboro* scripsit.

55. Ἀνδροφαγέουσι δὲ μοῦνοι τούτων] Ἔνιοι τούτων venerat in mentem *Io. le Febure:* sed quae hac legit in sede *Euſtatb.* (vide in *Dionys.* v. 399.) in suam restituet, de Anthropophagis olim scripta Cl. *Wesſ.* vide Disſ. *Herod.* p. 72. Recte Codd. MSS. vocant Ἀνθρωποφάγους, et *Plinio* dicuntur *Anthropophagi Scythae*, *humanis corporibus vescentes*, H. N. VI, c. 17. similiter *Melae* II, c. 1, 120. atque his τὸ ἀνθρωποφαγεῖν tribuit *Epborus Strabonis* VII, p. 463. B. Quae sequuntur de urbe lignea Gelono in Budinis, quam Persae narrantur incendisse c. 123., hinc tangunt *Stepb. Byz.* in Γελωνοὶ, *Mela* I, c. 19, 140. *Euſtatbius.*
VALCKEN.

57. Γλαυκὸν τε —— καὶ πυῤῥόν] „ Ad oculorum co„ lorem referunt. Ego ad totum corpus retulerim, „ glauco vel caeruleo pictum et rufo. unde *Pindi Geloni* Virgilio Georg. II, 115., belle *Salmas.* in *Solin.* p. 133. Πόλις πεπόλισται recurret L. V, 52. VII, 59. Homerico more.

69. Γλώσσῃ χρέωνται καὶ Γελωνοὶ] Herodotea si fuerint, dederat, τῇ καὶ Γελωνοὶ. Equidem ob *Arcb.* dissensum ambigo: praeferunt certe ex eo excerpta, quae *Herodotum* non dedecent, et conmoda congruaque videntur. Utrumcunque est, vulgatum ab illis premitur maxime. Phthirophagi occurrunt plures, etiam in Libya C. 168. Praeclare, ut puto, de similibus, φθειροφάγοι εἰσὶν, ἀπὸ τοῦ ῥύπου καὶ τοῦ πίνου λαβόντες ὄνομα *Strabo* L. XI, p. 763.

69. Καὶ Γελωνοὶ] Scribi poterit Γελωνοῖς, aut, quod malim, vocula τῇ interiecta: Βουδῖνοι δὲ οὐ τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρέωνται, τῇ καὶ Γελωνοί· sic et alibi loquitur, et IV, c. 171., νόμοισι δὲ τοῖσι αὐτοῖσι χρέωνται, τοῖσι καὶ οἱ ὑπὲρ Κυρήνης. Qui praetulerit alterum, Herodoteis etiam niti poterit ex p. 96, 11. p. 257, 24. —— Seq. Cap. Budinis tradit et Gelonis diversam vivendi fuisse rationem: *Budini νομάδες τέ εἰσι, καὶ φθειροτραγέουσι μοῦνοι τῶν ταύτῃ* dederat, opinor, *φθειροτρηγέουσι μ.* et *φθειροτρηγέοντας Arrianus* in Periplo Ponti Eux. p. 18. vulgatur: Ἡρόδοτος λέγει τούτους εἶναι τοὺς φθειροτρωκτέοντας· in κτ facile ηγ transierint: φθειροφάγους vulgo dixere: vid. *Strabo* XI, p. 754. et *Casaub.*
VALCKEN.

78. Ἐνύδριες] *Porti* coniecturam, a Genevensi editore perperam pictam, *Pasſ.* Codex stabilit, et scriptor ipse L. II, 72. Περὶ τὰς σισύρνας iure Cl. *Gronov.* vindicavit, cui calculum *Valckenarius* noster ad *Ammon.* p. 205. adposuit. Σίσυρα αἴγειον ἱμάτιον veteribus. *Theopbylacto* L. VII. Hist. Mauric. C. 6. σίσυρα ἐξ ἐρίου, ἐς τὰ μάλιστα εὐτελῆς, etiam *Apsyrto* Hippiatricor: L. I, 38. p. 135. Sed hoc *Rubnkenius* ad *Timaeum* p. 165. Ὄρχιες laudabunt, qui sermonis Ionici genium, *Hippocratem*que et *Aretaeum* amant.

ρέων ἄχεσιν. Σαυροματέων δὲ πέρι ὧδε λέγεται· ὅτε Ἕλληνες Ἀμαζόσι ἐμαχέσαντο, (τὰς δὲ Ἀμαζόνας καλέουσι [a] Σκύθαι Οἰόρπατα· δύναται δὲ τὸ οὔνομα τοῦτο κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν ἀνδροκτόνοι.) Οἱ μὲν γὰρ καλέουσι [b] τὸν ἄνδρα, τὸ δὲ πατὰ, κτείνειν, τότε λόγος τοὺς Ἕλληνας νικήσαντας τῇ ἐπὶ Θερμωδοντι μάχῃ, ἀποπλέειν ἄγοντας τρισὶ πλοίοισι τῶν Ἀμαζόνων ὅσας [c] ἠδυνέατο ζωγρῆσαι· τὰς δὲ ἐν τῷ πελάγεϊ ἐπιθεμένας, ἐκκόψαι τοὺς ἄνδρας· πλοῖα δὲ οὐ γινώσκειν αὐτὰς, οὐδὲ πεδαλίοισι χρῆσθαι, οὐδὲ ἱστίοισι, οὐδὲ εἰρεσίῃ· ἀλλ' ἐπεὶ ἐξέκοψαν τοὺς ἄνδρας, ἐφέροντο κατὰ κῦμα καὶ ἄνεμον· καὶ ἀπικνέονται τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος ἐπὶ Κρημνούς· οἱ δὲ Κρημνοί εἰσι [d] τῆς γῆς τῶν Σκυθέων, τῶν ἐλευθέρων· ἐνθαῦτα ἀποβᾶσαι ἀπὸ τῶν πλοίων αἱ Ἀμαζόνες, ὡδοιπόρεον ἐς τὴν οἰκεομένην· συντυχοῦσαι δὲ πρώτῳ ἱππηλατέοντι, τοῦτο διήρπασαν· καὶ ἐπὶ τούτων ἱππαζόμεναι, ἐληΐζοντο τὰ τῶν Σκυθέων. Οἱ δὲ Σκύθαι οὐκ εἶχον συμβαλέσθαι τὸ πρῆγμα· οὔτε γὰρ φωνὴν, οὔτε ἐσθῆτα, οὔτε τὸ ἔθνος ἐγίνωσκον, ἀλλ' ὑπ' ἀθυμίαν ἔσαν ὁκόθεν ἔλθοιεν· ἐδόκεον δ' αὐτὰς εἶναι ἄνδρας τὴν αὐτὴν ἡλικίην ἔχοντας· μάχην τε [e] δὴ πρὸς αὐτὰς ἐποιεῦντο· ἐκ δὲ τῆς μάχης τινὰς τῶν [f] νεκρῶν ἐκράτησαν οἱ Σκύθαι, καὶ [g] οὕτω ἔγνωσαν ἐούσας γυναῖκας· βουλευομένοισι ὦν αὐτοῖσι ἔδοξε κτείνειν μὲν οὐδενὶ τρόπῳ ἔτι αὐτὰς, ἐωυτῶν δὲ τοὺς νεωτάτους ἀποπέμψαι ἐς αὐτὰς, πλῆθος εἰκάσαντας ὅσαπερ ἐκεῖναι ἦσαν· τούτους δὲ στρατοπεδεύεσθαι πλησίον ἐκείνεων, καὶ ποιέειν τάπερ ἂν καὶ ἐκεῖναι ποιέωσι· ἢν δὲ αὐτὰς διώκωσι, μάχεσθαι μὲν [h] μὴ, ὑποφεύγειν δέ· ἐπειὰν δὲ παύσωνται, ἐλθόντας αὐτοὺς πλησίον, στρατοπεδεύεσθαι· ταῦτα ἐβουλεύσαντο οἱ Σκύθαι, βουλόμενοι ἐξ αὐτέων παῖδας ἐγγενήσεσθαι. Ἀποπεμφθέντες δὲ οἱ νεηνίσκοι, ἐποίευν τὰ ἐντεταλμένα· ἐπεὶ δὲ ἔμαθον αὐτοὺς αἱ Ἀμαζόνες ἐπ' οὐδεμιῇ δηλήσει ἀπιγμένους, ἐῶν χαίρειν προσεχώρεον δὲ πλησιαίτερω τὸ στρατόπεδον τῷ στρατοπέδῳ ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ· εἶχον δὲ οὐδὲν οὐδ' οἱ νεηνίσκοι, ὥσπερ [i] οὐδὲ αἱ Ἀμαζόνες, εἰ μὴ τὰ ὅπλα, καὶ τοὺς ἵππους· ἀλλὰ ζόην ἔζων τὴν αὐτὴν ἐκείνῃσι, θηρεύοντές τε καὶ ληιζόμενοι. [k] Ἐποίευν δὲ αἱ Ἀμαζόνες ἐς τὴν μεσαμβρίην τοιόνδε· ἐγίνοντο [l] σποράδες κατὰ μίην τε καὶ δύο, πρόσω δὴ ἀπ' ἀλληλέων ἐς [m] εὐμαρίην ἀποσκιδνάμεναι· μαθόντες δὲ

Sauromatis vero ita memoratur: Quum Græci bellaverunt cum Amazonibus (quas Scythæ OEorpata vocant, quod nomen potest transferri, Viricidæ: œor enim virum dicunt, pata autem occidere) feruntur post victoriam prœlii ad Thermodontem facti, abiisse, portantes tribus in navibus quaſcunque potuerant ex Amazonibus vivas capere: quibus illæ in pelago inſidiatæ, cunctos trucidavere. Sed quum naves haberent incognitas, nec gubernaculis aut velis aut remis uterentur, interfectis viris, ferebantur ſecundum fluctus et ventum; delatæque ſunt ad paludis Mæotidis Cremnos, *prærupta*, quæ Scytharum liberorum telluris ſunt. Ibi e navibus egresſæ Amazones, ad loca habitata iter facientes, quod primum nactæ ſunt equorum armentum, diripiunt conſcenduntque: et obequitantes, e Scythis prædas agunt. Scythæ quid hoc rei eſſet conii- III
cere nequibant, quum neque vocem, neque veſtem, neque gentem agnoſcerent; admirabundi unde venirent, et rati cunctos eſſe viros eiusdem ætatis. Ergo commiſſa cum eis pugna fuit; unde potiti quibusdam mortuarum, ita demum feminas eſſe cognoverunt. Itaque conſilio habito viſum est eis, nullo pacto posthac quampiam illarum occidere: ſed ex ſe qui maxime iuvenes eſſent, in eas dimitti, eodem numero quo illas eſſe coniectabant, qui ſua prope eas caſtra haberent, et eadem quoque cum illis facerent. Si invaderentur, non quidem pugnare, ſed ſubterfugere: ubi ſubſiſterent illæ, ipsos etiam proxime accedentes caſtra ponere. Hoc Scythæ idcirco decreverunt, quod prolem ex illis ſuſcipere cupiebant. Adoleſcentes qui miſſi III
ſunt, mandata peregerunt: quos ubi Amazones intellexerunt neutiquam ad ſe lædendas venisſe, valere ſinebant: quotidie tamen caſtra caſtris propius admovebantur. Ceterum ne ipsi quidem adoleſcentes quicquam habebant, quemadmodum neque Amazones, præter arma et equos: et vitam eandem cum illis vivebant, venando atque prædando. Circa meridiem Amazones ſole- 113
bant aut ſingulæ aut binæ ſeparatim a reliquis ad ventrem levandum longius vagari; ea

a Οἱ Σκ. *Arcb. V.*, mox Οἰόρπατα *M. Paſ. Ask.*, et Οἰορ. reliqui Ἀιόρπατα et Αἰὸρ cum *Valla*. *b* Τὸν negligunt *Arcb. V. Paſ.* Paullo ante κατὰ τὴν Ἑλλ. ſolus *Arcb. c* Ἠδυνέατο *M. Arcb. Paris. A. B. Vind.* Edit. Genev. CIↃIↃCXVIII. ex *Porti* veriſima coniectura: idem enim, quod aliis ἠδύναντο. Vid. C. 185. IX, 69. &c. ἠδυναίατο *Aldus* et alii. Exſcripsit haec, ſed ſua dialecto, *Euſtath.* in Perieg. v. 653. *d* Binas has voces non habet *Ask.*, γῆς τῆς Σκ. *Paſ. e* Abest *Arcb. f* Νεκρῶν *Paris. A. B. Vind. Arcb. Ask.* ora *Stepb. Valla*: τινὰς exceptis *Paris. Ald. Med.*, itidem negligunt. Vulgo τῶν γυναικῶν. *g* Τότε *Arcb.* qui ſtatim βουλομένοισι. *b* Οὐ *Arcb.*, μὴ defit *Vind.* mox ambo βουλευόμενοι. *i* Οὐδὲ αἱ *Arcb. V.*, alii οὐδὲ negligunt, non bene, animat orationem. *k* Ἐποίευν *Arcb. Vind.*, antea ἐποίεον. *l* Σποράδην *Arcb.* non male: tum πρόσω δὴ *M. Paſ. Ask.*, alii δὴ praetereunt. *m* Εὐημερίην *Arcb.* prave, εὐμαρείαν *Schol.*

84. Οἰόρπατα] Hoccine, an Ἀιόρπατα, Scythicum Amazonum ſit nomen, non decerno. Si Ἀὶρ Scythis Armenisque *vir* ſit, quae *Wachteri* in Praefat. Gloſſar. Sect. XII. profeſſio, priſtinum ex *Aldo* et *Valla* potius erit. Sed in talibus anceps haeſitatio. Male *Herodoti* fidem *Franc. Foris Otrokockſi* Orig. Hungar. C. 14. p. 291. ſuggillat, aliena multa ſtipans, ut Hungaricum videatur vocabulum; quaſi Amazones ex ultima Tartaria, vetere Turcarum et Hungarorum ſede, proceſſerint. Quod falſiſſimum.

95. Τῆς γῆς τῶν Σκυθέων &c.] Damnantur duo priora Codd. quorundam iudicio, ſuntque ad rem non neceſſaria. Cremni liberorum erant Scytharum ad Maeotin C. 20. Cultum habent decus ἐντυχοῦσαι —— ἱπποφορβίῳ —— καὶ ἐπὶ τούτων ——. Scribentis in animo erant, ἐντυχοῦσαι —— ἵπποις, quibus ἐπὶ τούτων aptiſſime adhaerent. Talia medicinam reſpuunt.

4. Τῶν νεκρῶν ἐκράτησαν] Docent ſequentia, Amazonum aliquas fuiſſe praelio peremtas: illa quoque, καὶ οὕτω ἔγνωσαν ἐούσας —— limpide aſſerunt, non aliud ex Scriptoris veniſſe calamo, quam τῶν νεκρῶν aut τινὰς τῶν ——, ſicuti in *Codd.* plerisque.

14. Ἐγγενήσεσθαι] Subſtituunt Cl. *Reiskius* et *Abreſchius* ἐκγενήσεσθαι, ſicuti C. 155. ἐξεγένετό οἱ παῖς. Schedae, in quibus ἐγγίνεσθαι et ἐκγίνεσθαι confunduntur L. V, 105., ſilent. Pugnat etiam hoc *Thomae Mag.* decreto in Βούλομαι, ſaepius fallenti.

24. Ἐς εὐμαρίην] Ex αι et ει lones eiecere nonnunquam τὸ ἰῶτα, θηλέην ſcribentes et εὐμαρέην. Hoc quo poſuerint uſu docuerat *Euſtath.* in *Hom.* Il. Β. p. 970, 13. Ἴωνες, inquit, τὸ περὶ τινα τῶν ἀναγκαίων τῷ σώματι ἐκκρίσεων ἀσχοληθῆναι, οἷον οὐρῆσαι, φασὶν, ἢ ἀποπατῆσαι, Εὐχέρειαν ἐκάλουν· ſcripſerat, ſcribere certe debuit, Εὐμάρειαν ἐκάλουν, vel Εὐμαρέην· quod vicina monſtrant *Suidas*: Εὐμαρέη, ἀπόπατος, παρὰ Ἡροδότῳ. Formam Codices cuſtodiverunt rariorem II, c. 35., εὐμαρέῃ χρέωνται ἐν τοῖσι οἴκοισι· quod tanquam diverſum a Graecorum uſu de AEgyptiis dictum nemo mi-

ea re Scythæ cognita, et ipsi idem faciunt, quorum aliquis uni illarum, quæ solivagæ erant, quum se admovisset, non se avertit Amazon, sed uti permisit: nec appellare quidem poterat, non enim intelligebant se invicem, tamen manu significavit, ut ad eundem locum postridie rediret, adducto secum altero, ut duo essent; se quoque alteram adducturam. Digressus ab ea iuvenis hæc enarrat ceteris: posteroque die socium secum ducens, ad locum præsto fuit, ac reperit Amazonem
114 cum altera expectantem. Eius rei certiores facti reliqui iuvenes, et ipsi conciliaverunt ceteras. Post hæc commixtis castris pariter habitarunt; eam quisque uxorem, cum qua primum coierat, habentes. Earum vocem quum ipsi discere non possent, ipsorum illæ discebant. Et quum se mutuo intelligerent, viri ad Amazones ista dixerunt; Nobis parentes sunt; sunt et facultates: proinde non agamus diutius hanc vitam, sed hinc digressi, in hominum frequentia degamus, ubi vos habebimus uxores, nequaquam alias. Ad hæc illæ responderunt, Nos vero non possumus vestris cum feminis habitare, quibus non iidem qui nobis sunt mores; nos enim arcu tela excutimus, et iaculamur, et equitamus, muliebria opera non edoctæ: vestræ feminæ nihil eorum quæ recensuimus, sed opera muliebria factitant, manentes in plaustris, non ad venationem at-

δὲ καὶ οἱ Σκύθαι, ἐποίευν τὠὐτὸ τοῦτο· καί τις μετὰ ταῦτα τῶν νεηθεισέων αὐτέων τινὶ [a] ἐνεχρίμπτετο, καὶ ἡ Ἀμαζὼν οὐκ ἀπωθέετο, ἀλλὰ περιεῖδε χρήσασθαι· καὶ φωνῆσαι μὲν οὐκ εἶχε, οὐ γὰρ συνίεσαν ἀλλήλων, τῇ δὲ χειρὶ ἔφραζε [b] ἐς τὴν ὑστεραίην ἐλθεῖν ἐς τὠὐτὸ χωρίον, καὶ ἕτερον ἄγειν· σημαίνουσα δύο γενέσθαι, καὶ αὐτὴ ἑτέρην ἄξειν· ὁ δὲ νεηνίσκος ἐπεὶ ἀπῆλθε, ἔλεξε ταῦτα πρὸς τοὺς λοιπούς· τῇ δὲ [c] ὑστεραίῃ ἦλθε ἐς τὸ χωρίον αὐτός τε οὗτος, καὶ ἕτερον ἦγε, καὶ τὴν Ἀμαζόνα εὗρε δευτέρην [d] αὐτὴν ὑπομένουσαν. Οἱ δὲ λοιποὶ νεηνίσκοι ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, καὶ αὐτοὶ [e] ἐκτιλώσαντο τὰς λοιπὰς τῶν Ἀμαζόνων· μετὰ δὲ, συμμίξαντες τὰ στρατόπεδα, οἴκεον ὁμοῦ, γυναῖκα ἔχων ἕκαστος ταύτην τῇ τοπρώτον συνεμίχθη· τὴν δὲ φωνὴν [f] τὴν μὲν τῶν γυναικῶν, οἱ ἄνδρες οὐκ [g] ἐδυνέατο μαθεῖν, τὴν δὲ τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες συνέλαβον· ἐπεὶ δὲ συνῆκαν ἀλλήλων, ἔλεξαν πρὸς τὰς Ἀμαζόνας τάδε οἱ ἄνδρες, „ Ἡμῖν εἰσι μὲν τοκέες, εἰσὶ [h] δὲ „ κτήσιες· νυν ὦν μηκέτι πλεῦνα χρόνον ζόην τοιήνδε „ ἔχωμεν· ἀλλ' ἀπελθόντες ἐς τὸ πλῆθος, διαιτώ- 258
„ μεθα· γυναῖκας δὲ ἕξομεν ὑμέας, καὶ [i] ὑδαμέας ἄλλας." αἱ δὲ πρὸς ταῦτα ἔλεξαν τάδε, „ Ἡμεῖς „ οὐκ ἂν δυναίμεθα οἰκέειν μετὰ τῶν ὑμετέρων γυναικῶν· „ οὐ γὰρ τὰ αὐτὰ νόμαια ἡμῖν τε [k] καὶ κείνῃσί ἐστι· „ ἡμεῖς μὲν τοξεύομέν τε καὶ ἀκοντίζομεν, καὶ ἱππαζόμεθα, ἔργα δὲ γυναικήια οὐκ ἐμάθομεν· αἱ „ δὲ ὑμέτεραι γυναῖκες, τούτων μὲν οὐδὲν, τῶν ἡμεῖς „ κατελέξαμεν, ποιεῦσι, ἔργα δὲ γυναικήια ἐργάζον- „ ται, [l] μένουσαι ἐν τῇσι ἁμάξῃσι, οὔτ' ἐπὶ θήρην „ οὔτε

a Ἐχρίμπτετο *Arcb.* *b Arcb. V. Pasf. Ask. Paris. A. B. Ald.*, omittit ἐς ſolus *Medic.* post pauca σημαίνουσα δὲ *Arcb.* *c* Δευτεραίῃ *Vind. Arcb. Pasf. Ask.* marg. *Stepb.*, ὑστεραίῃ *Ald. M.* ex ſcholio. *d Arcb. Med. V. Pasf. Ask.*, alii αὐτὸν, male. *e* Citat *Euſtatb.* in *Hom.* p. 403, 37. in *Vind. Arcb.* ἐκτιλώσαντες, perperam. *f* Τῶν μὲν γυν. ſatis bene *Arcb.* *g* Ἐδυνέατο *Med. Vind. Arcb. Paris. A. B. Ask.*, optime: Vide C, 110. ἐδυνάλατο *Ald.* Edd. *b* Δὲ καὶ κτ. *Arcb. Valla.* *i M. Pasf. Ask.*, οὐδαμὰς *Paris. A. B. Ald. Arcb. V.* et ſaepiſſime alibi *k* Καὶ κείνῃσι *Arcb. V.*, olim κἀκείνῃσι. Prius Ἰαχὼν. *l* Καὶ μένουσιν *Iid.*, quod orationem inſtruit.

mirabitur, qui *Caſaubonum* legerit ad *Theophr.* Char. c. XIV, p. 115. Hebraeum morem loquendi praeter *Caſaub. Gataker*us explicuit A. M. II, c. 3. Solita ſibi verecundia Perſicum *Xenophon.* expreſſerat K. Π. p. 5, 4. αἰσχρὸν ἔτι [Πέρσαις] καὶ τὸ ἰόντα που φανερὸν γενέσθαι· qui pueris lectam Cyropaediam ſuis ſaepe contaminarunt adſumentis literatores adiecisſe ſuſpicarer: ἢ τοῦ οὐρῆσαι ἕνεκα, ἢ καὶ ἄλλου τινὸς τοιούτου· niſi *Zonaras* ista in ſuo Codice legiſſe videretur Ann. III, p. 110. B. Scriptus Codex in loco huic Herodoti ſimillimo praebuit K. Π. I, p. 21, 9. ἐπὶ τὰ ἀναγκαῖα —— ἴεσθαι· per euphemismum *Thucyd.* dixit πάντα ποιεῖν διὰ στενοχωρίαν ἐν τῷ αὐτῷ, p. 504, 3. Multarum legum conditor *S. Petitus*, quam inter Atticas ſuas ſeptimam poſuit, illam quoque me iudice rectius omiſiſſet. VALCKEN.

26. Αὐτέων τινὶ ἐνεχρίμπτετο] *Vallae* non intellecta nativa ſe ſimplicitate praeter cetera commendabunt elegantiarum ſpectatoribus *Herodoti* proxima, qui ubique, ſicuti vere *Hermogenes* obſervat p. 509., ἦθη προσώπων, εἴπερ τις ἄλλος, κάλλιστα καὶ ποιητικώτατα μεμίμηται. *Theocritum* non dedecerent iſta: καί τις μουναθεισέων αὐτέων τινὶ ἐνεχρίμπτετο, καὶ ἡ Ἀμαζὼν οὐκ ἀπωθέετο, ἀλλὰ περιεῖδε χρήσασθαι· iuſto diutius Amazo viduata Scytham iuvenem οὐκ ἀπωθέετο, ſive τὸ ἔργον οὐκ ἠναίνετο, ſed παρεῖχε βουλομένῳ, καὶ ὧν εἶχε μετεδίδου· quae ſingula reperiuntur in talibus adhibita. —— Ἐνεχρίμπτετο, hic idem ac συνεχρωτίζετο, atque *Ariſtophaneum* ἤρειδεν, de equo diceretur eximie ad equam admiſſo: apud *AElian.* de N. A. IV, c. 7., a Rege Scytha generoſus equus adduci non potuit, *matrem ut ſaliret*, οὐ μὴν ἐγχρίμπτεσθαι legitur. Darii Oebares marem dicitur *Herodoto* ἐγχρίμπτων τῇ θηλέῃ, III, c. 85. —— Est et illud pervenuſtum initio cap. ſeq. 114. οἱ λοιποὶ νεηνίσκοι —— καὶ αὐτοὶ ἐκτιλώσαντο τὰς λοιπὰς τῶν Ἀμαζόνων· *torvas viragines manſuefactas ſive fecere morigeras*, ἐτιθάσσευον, χειροήθεις αὐτοῖς ποιήσαντες. Socratis *Aſpaſia* τιθασὸν ποιῆσαι dixit ap. *Athen.* V, p. 219. F. de uxore iuvencula *Xenophontis* Iſchomachus in Oecon. p. 487, 32. ἐπεὶ ἤδη μοι χειρο-ήθης ἦν καὶ ἐτιθασσεύετο ὥστε διαλέγεσθαι. Conf. *Euſtath.* Il. Γ. p. 305, 50. VALCKEN.

29. Τῇ δὲ χειρὶ ἔφραζε] Idem ac ἔδειχνυε ap. *Heſychium.* Geminum *Diodori* L. III, 18. μιμητικῇ δηλώσει διὰ τῶν χειρῶν διασημαίνειν ſed prorſus germanum *AEſchyli* Agamem. v. 1070. Σὺ δ' ἀντὶ φωνῆς ΦΡΑΖΕ καρβάνῳ ΧΕΡΙ. Talia Latinorum, *Crudelem infeſtâ ſaepe vocare manu; Nudaque vocat dux agmina dextra*, alibi conducta.

32. Τῇ δὲ ὑστεραίῃ] Non ſperno tritum itératumque Scriptori: alibi δευτέρῃ ἡμέρῃ IX, 32. 83. Optime *Gronov.* δευτέρην αὐτὴν reſtituit et explanavit. In *Diodoro* T. II, p. 577. ἀλύων ὅπου τύχοι δεύτερος καὶ τρίτος, *uno aut altero comite.* Vide ſis ad eius L. XIX, 17. et *Weſſenium* in Epiſt. II. *S. Petri*, c. 2, 5.

36. Καὶ αὐτοὶ ἐκτιλώσαντο] Ornat hoc et adauget iucundiſſimae narrationis lepores. *Pindarus* Cinyram, Veneris corculum et ſuavium, ἱερὰν κτίλον Ἀφροδίτας h. e., Criticis eleganter exponentibus, συνήθη καὶ εἰθισμένον τῇ χειρὶ, deſcripſit Pyth. Od. II, 30. addunt κτιλώσασθαι et κτιλεύσασθαι non aliud videri ac τιθασεῦσαι quod in ferocientes, nec cicurari recuſantes, aptiſſimum. Iunge Schol. ad *Nicandri* Ther. V, 452.

54. Μένουσαι ἐν τῇσι ἁμάξῃσι] Atque adeo velut οἰκουροῦσαι. Civitatum Graecarum morem in Scythiam tranſtulit; nam Graecae mulieris prima virtus habebatur τὸ ἔνδον μένειν καὶ οἰκουρεῖν. *Phintis* Philoſopha ap. *Stobaeum* p. 444. 3., uxoris ἴδια iudicabat eſſe τὸ οἰκουρὲν καὶ ἔνδον μένειν· cur *Wolfius* in Mul. Graec. Fragm. p. 196. ad ἔνδον adſcriberet οἶκοι cauſae nihil habebat: ἔνδον μένειν praeter ceteros huic ſexui ſaepenumero commendavit *Euripides*; *Philo Iud.* p. 803. C. *Plutarch.* II, p. 142. C. qui in Quaeſt. Rom. p. 271. D. ſuorum tangit popularium in Boeotia conſuetudinem; qui, nova nupta in aedes introducta, καλοῦσι πρὸ τῆς θύρας τὸν ἄξονα τῆς ἁμάξης, ἐμφαίνοντες δεῖν τὴν νύμφην ἐμβαίνειν· poſtremum levi molimine con-

Quibus nuptæ cum viris traiecto Tanai socetos procul reliquerunt. Feminis idem mos, qui viris. Lingua corrupta. Nubendi ratio. Legatio Scytharum ad interiores Scythas,

„ ἰοῦσαι οὔτε ἄλλῃ ὑδαρῇ· ἐκ ἂν ὦν δυναίμεθα atque alia huiusmodi prodeuntes, proinde non posſumus inter illas verſari. Quod ſi vobis cordi est habere nos coniuges, et iuſtiſſimi videri vultis, ite ad parentes veſtros, et facultatum ſortiti partem, postea redite, ut deinde ſemoti ab illis habitemus. Id approbantes iuvenes ita fecere, et ſortiendo accepta facultatum quæ ipsis contingebat portione, rurſus ad Amazones redierunt. Ad quos illæ, Duplex, inquiunt, metus et terror nos tenet in hoc loco habitandi: partim quod nos parentibus veſtris vos privavimus: partim, quod terram veſtram magnopere vaſtavimus. Sed quoniam dignamini nos habere uxores, hoc una nobiſcum agatis. Agedum proficiſcamur e regione hac, et Tanai fluvio transmiſſo habitemus. Huic quoque rei obtemperavere iuvenes; traiectoque Tanai, et orientem verſus trium quidem dierum itinere confecto a Tanai, trium quoque a Mæotide palude ad aquilonem. Pervenientes vero ad eum locum, quem nunc incolunt, ibi ſubſederunt, et inde priſca conſuetudine vivendi feminæ Sauromatarum utuntur; nam ad venationem una cum viris ac ſine viris, equis inſidentes, et ad prœlium proficiſcuntur, eandemque cum viris veſtem gerunt. Sauromatæ adſueverunt linguæ Scythicæ ſolœcizantes in ea iam antiquitus, quod eam non probe didicerint Amazones. Quod ad coniugia pertinet, ita ab eis est inſtitutum: Nulla virgo nubit, priusquam aliquem hoſtium interemerit: ideoque nonnullæ earum decedunt iam vetulæ, antequam nubant, quod legi ſatisfacere nequeant. Ad harum igitur quas dixi gentium coactos reges nuncii Scytharum quum pervenisſent, certiores eos fecerunt, Perſam, ubi omnia, quæ ſunt in altera continente, in ſuam ditionem redegit, cervice Boſpori ponte iuncta, in hanc traiecisſe continentem, ſubactisque illic Thracibus, fluvium Iſtrum ponte iunxisſe, animo hæc omnia in ſuam redigendi poteſtatem. Proinde vos nolite ullo pacto ex medio ſedentes ſinere ad perniciem nos devenire; ſed idem ſentientes, obviam eamus invadenti: quod niſi facitis, nos in ultimum diſcrimen adducti, aut

„ ἐκείνῃσι συμφέρεσθαι· ἀλλ' εἰ βούλεσθε γυναῖκας
„ ἔχειν ἡμέας, καὶ δοκέειν εἶναι [a] δικαιότατοι, ἐλ-
„ θόντες παρὰ τοὺς τοκέας, ἀπολάχετε τῶν κτη-
„ μάτων τὸ μέρος· καὶ ἔπειτα ἐλθόντες, οἰκέωμεν
„ ἐπ' ἡμέων αὐτέων". Ἐπείθοντο καὶ ἐποίησαν ταῦ-
τα οἱ νεηνίσκοι· ἐπεί τε καὶ ἀπολαχόντες τῶν κτημά-
των τὸ ἐπιβάλλον, ἦλθον ὀπίσω παρὰ τὰς Ἀμαζό-
νας, ἔλεξαν αἱ γυναῖκες πρὸς αὐτοὺς τάδε, „ Ἡμέας
„ ἔχει [b] Φόβος τε καὶ δέος, ὅκως χρὴ οἰκέειν ἐν τῷδε
„ τῷ χώρῳ· τοῦτο μὲν, ὑμέας ἀποστερησάσας πα-
„ τέρων, τοῦτο δὲ, τὴν γῆν τὴν ὑμετέρην δηλησαμέ-
„ νας πολλά· ἀλλ' ἐπεί τε ἀξιοῦτε ἡμέας γυναῖκας
„ ἔχειν, τάδε ποιέετε ἅμα ἡμῖν, Φέρετε, ἐξαναστέω-
„ μεν ἐκ τῆς γῆς τῆσδε, καὶ περήσαντες Τάναϊν πο-
„ ταμὸν οἰκέωμεν". Ἐπείθοντο καὶ ταῦτα οἱ νεηνί-
σκοι· διαβάντες δὲ τὸν [c] Τάναϊν, ὠδοιπόρεον πρὸς ἥλιον
ἀνίσχοντα, τριῶν μὲν ἡμερέων ἀπὸ τοῦ Ταναΐδος ὁδὸν,
τριῶν δὲ ἀπὸ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος, πρὸς [d] βο-
ρὴν ἄνεμον· ἀπικόμενοι δὲ ἐς τοῦτον τὸν χῶρον ἐν τῷ
νῦν κατοίκηνται, οἴκησαν τοῦτον, καὶ διαίτῃ ἀπὸ
τούτου χρέωνται τῇ παλαιῇ τῶν Σαυροματέων αἱ
γυναῖκες, καὶ ἐπὶ θήρην ἐπὶ ἵππων [e] ἐκφοιτῶσαι ἅμα
τοῖσι ἀνδράσι, καὶ χωρὶς τῶν ἀνδρῶν· καὶ ἐς πόλεμον
φοιτῶσαι, καὶ στολὴν τὴν αὐτὴν τοῖσι ἀνδράσι φορέου-
σαι. Φωνῇ δὲ οἱ Σαυρομάται νομίζουσι Σκυθικῇ, σο-
λοικίζοντες [f] αὐτῇ ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου, [g] ἐπεὶ ὀ χρη-
στῶς ἐξέμαθον αὐτὴν αἱ Ἀμαζόνες· τὰ περὶ γάμων δὲ
ὧδέ σφι διακέεται· ὀ γαμέεται παρθένος ἀνδρὶ ἐν,
πρὶν ἂν τῶν πολεμίων ἄνδρα ἀποκτείνῃ· αἱ δέ τινες
αὐτέων καὶ τελευτῶσι γηραιαὶ πρὶν γήμασθαι, ὀ
δυνάμεναι τὸν νόμον ἐκπλῆσαι. Ἐπὶ τούτων ὦν τῶν
καταλεχθέντων ἐθνέων τοὺς [h] βασιλῆας ἁλισμένους
ἀπικόμενοι τῶν Σκυθέων οἱ ἄγγελοι, ἔλεγον ἐκδι-
δάσκοντες ὡς ὁ Πέρσης, ἐπειδὴ οἱ τὰ ἐν τῇ ἠπείρῳ
τῇ ἑτέρῃ [i] πάντα κατέστραπται, γέφυραν ζεύξας
ἐπὶ τῷ αὐχένι τοῦ Βοσπόρου, διαβέβηκε ἐς τήνδε τὴν
259 ἤπειρον· διαβὰς δὲ, καὶ καταστρεψάμενος [k] Θρῄκας,
γεφυροῖ ποταμὸν Ἴστρον, βουλόμενος καὶ τάδε πάν-
τα ὑπ' ἑωυτῷ ποιήσασθαι. „ Ὑμεῖς ὦν μηδενὶ τρό-
„ πῳ ἐκ τοῦ μέσου κατήμενοι περιίδητε ἡμέας διαφθα-
„ ρέντας· ἀλλὰ τώυτὸ [l] νομίσαντες, ἀντιάζωμεν
„ τὸν ἐπιόντα· οὐκων ποιήσετε ταῦτα; ἡμεῖς μὲν πιε-
„ ζόμενοι, [m] ἢ ἐκλείψομεν τὴν χώρην, ἢ μένοντες,
„ ὁμο-

54. Ἥτις αὐτέων ἐφιλέετο] Hoc ex *Aldi* potuerat Ed. revocari; quod in alias irrepserat *ἐφίλετο*, verbum nobis in *Porti* Lexicon introduxit velut Ionicum *φίλημι*, et *φίλημαι*. Auctor idoneus *Heraclides* docet Dorica fuisse *φίλημι* Πόθημι· AEolica *Φιλεμμι* Πόθεμμι. —— Hunc etiam tangens *Herodoti* locum, *Stobaeus*, p. 614., ex *Nicolao Damasc.* Indorum uxores memorat hoc certamine Threïsis magis nobilitatas: *Cicero* Tusc. V, c. 27., *cum est cuius earum vir mortuus, in certamen iudiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit:* —— *quae est victrix, ea laeta, prosequentibus suis, una cum viro in rogum imponitur: victae moestae discedunt.* ibi plura *Davis.* p. 402., et ad *AEliani* V. H. VII, c. 18. notant *Scheffer.* et *Perizon.* Tale certamen inter duas Indas mulieres in Eumenis exercitu narrat *Diodori Sic.* XIX, c. 33. et 34. —— Multo magis mirabile, quod de tribus eiusdem familiae Graecis mulieribus memoriae tradidit *Pausanias* IV, p. 284., quae *πᾶσαι τοῖς ἀνδράσιν ἑαυτὰς ἐπικατέσφαξαν.* VALCKEN.

65. Καὶ τὸ μὲν ἐστίχθαι, εὐγενὲς] *Artemidorus* Onirocr. I, 9. στίζονται παρὰ Θραξὶν οἱ εὐγενεῖς παῖδες, bene quidem, quamquam non soli. Thracum *τὰς γυναῖκας τὰς ἐλευθέρας* ΣΤΙΓΜΑΤΩΝ *μεστὰς, καὶ τοσούτῳ πλείονα ἐχούσας* ΣΤΙΓΜΑΤΑ *καὶ ποικιλώτερα, ὅσῳ ἂν βελτίους καὶ ἐκ βελτιόνων δοκοῦσι* ex visu *Dio Chrysost.* proponit Or. XIV. p. 235. D., causam vero et originem eorum stigmatum, sed fabulosam, *Phanocles* in *Stob.* Serm. LXII. p. 400. Verum de his locupletissime *Io. Rhodius* in *Scribonii Largi* Conposit. Med. 231. p. 310. Quod his cohaeret, *ἀργὸν εἶναι, κάλλιστον*, in priscorum etiam Germanorum moribus apud *Tacitum* de M. Germ. C. 14.

67. Ἀργὸν εἶναι, κάλλιστον] Quando *γῆς ἐργάτην* opponit, ipsisque *τὸ ζῆν ἀπὸ πολέμου* itidem *κάλλιστον* habitum scribit, primam *Herodotus* vocis respiciens significandi dotem, qua notat *ἀργὸς ab opere rustico vacantem*, honestius intelligit *otium*, quodque homines bellicosos non dedeceret: *ἀργὸν εἶναι*, et *πολεμικὸν*, in talibus tantundem paene valent. Talem *ἀργίαν ἀδελφὴν τῆς ἐλευθερίας* dixerat *Socrates*, si dicti legitimum nobis patrem tradidit *AElian.* V. H. X, c. 14. Ostendere voluit *Maxim. Tyr.* Diss. XXIX. *ὅτι λυσιτελέστεροι τῇ πόλει οἱ προπολεμοῦντες ἢ οἱ γεωργοῦντες.* Ad perficiendum civitatis corpus optimi rectores utrumque genus aeque censuerunt necessarium. *Hippodamus* sive Thurius seu Milesius in libro de Rep. tres civitatis partes constituit ap. *Stobaeum* p. 248., *τὸ βουλευτικὸν*, quod velut *optimum* deberet *ἄρχειν· τὸ βάναυσον*, quod ut deterius deberet *ἄρχεσθαι· τὸ ἐπίκουρον*, velut *μέσον* hanc partem conficiunt bellatores; secundam, agricolae, artifices, et mercatores. Artibus abstinentes sellulariis agroque colendo, atque adeo *ἀργοὶ*, apud plerasque gentes amantiores libertatis habebantur honoratiores: vide *Herod.* II, c. 167. —— Quod vero *Socrati* tribuit *AElianus*, dixeritne suavissimus agriculturae laudator addubito; certe dixit in *Xenoph.* Oeconom. p. 482, 25., Regem Persarum, *ἐν τοῖς καλλίστοις τε καὶ ἀναγκαιοτάτοις ἡγούμενον εἶναι ἐπιμελήμασι γεωργίαν τε καὶ τὴν πολεμικὴν τέχνην, τούτων*

temptisſimo. E bello atque rapto vivere, pulcherrimum. Atque hi quidem ſunt eorum maxime inſignes mores. Deos autem hos ſolos colunt, Martem, Liberum, Dianam: ſed reges, præter populares alios, etiam Mercurium, eumque e diis præcipue: per quem ſolum iurant, a quo progenitos quoque ſe aiunt. Optimatibus eorum tales ſunt ſepulturæ: Prolato triduum cadavere, mactatisque omnis generis hoſtiis, convivantur, illudque defletum prius, deinde combuſtum ſepeliunt, aut aliter humo tectum. Aggeſtoque deſuper tumulo, omnis generis agona proponunt, in quo præmia maxima ponuntur ex ratione ſingularis certaminis. Et ſepulturæ quidem Thracum huiusmodi. Quod autem huius regionis ad aquilonem vergit, nemo potest pro comperto referre quinam homines eam incolant: ſed illam quæ trans Iſtrum plaga est, apparet vaſtam eſſe atque infinitam. Solos tantum reſciſcere poſſum habitantes ultra eum homines nomine Sigynnas, veſte Medica utentes, eorumque equos toto corpore hirſutos eſſe, ad quinque digitos altitudine pilorum, eosdemque puſillos ac ſimos, invalidosque ad viros geſtandos, ſed currui iunctos eſſe pernicisſimos: atque ob hæc curribus indigenas uti. Horum fines pertinere prope ad Enetos, qui ſunt in Adria. Eos quoque ſe colonos Medorum dicere: qui quo pacto coloni Medorum fuerint, equidem non queo cogitare: ſed fiat quidlibet in longo tempore. Sigynnas Ligures qui ſupra Maſſiliam incolunt, inſtitores appellant; Cyprii autem iacula. Verum, ut Thraces aiunt, apes loca quæ ſunt trans Iſtrum, obtinent, eo propter illas ulterius procedi non potest. Quæ quum dicunt, haud credibilia apud me dicunt, quoniam hoc animal conſtat frigoris intolerans eſſe. Sed mihi videntur loca quæ ſeptemtrionibus ſubſunt, ob gelu inhabitabilia eſſe. Hactenus de hac regione: cuius oram maritimam Me-

τιμότατον· τὸ ζῆν ἀπὸ πολέμου καὶ [a] ληϊστύος κάλλιστον· οὗτοι μὲν σφέων οἱ ἐπιφανέστατοι νόμοι εἰσί. Θεοὺς δὲ σέβονται μούνους τούσδε, Ἄρεα, καὶ 289
Διόνυσον, καὶ Ἄρτεμιν· οἱ δὲ βασιλῆες αὐτέων, παρεξ τῶν ἄλλων πολιητέων, σέβονται Ἑρμῆν μάλιστα θεῶν· καὶ ὀμνύουσι μοῦνον τοῦτον, καὶ λέγουσι γεγονέναι ἀπὸ Ἑρμέω ἑωυτούς. Ταφαὶ δὲ τοῖσι εὐδαίμοσι αὐτέων εἰσὶ αἵδε· τρεῖς μὲν ἡμέρας προτιθέασι τὸν νεκρόν· καὶ παντοῖα σφάξαντες ἱρήια, εὐωχέονται, προκλαύσαντες πρῶτον· ἔπειτα δὲ θάπτουσι κατακαύσαντες, ἢ ἄλλως γῇ [b] κρύψαντες· χῶμα δὲ χέαντες, ἀγῶνα τιθεῖσι παντοῖον· ἐν τῷ τὰ μέγιστα ἆεθλα τίθεται κατὰ λόγον μουνομαχίης· ταφαὶ μὲν [c] δὴ Θρηϊκῶν εἰσι αἵδε. Τὸ δὲ πρὸς βορέω ἔτι τῆς χώρης ταύτης, οὐδεὶς ἔχει φράσαι τὸ ἀτρεκὲς οἵ τινές εἰσι ἀνθρώπων [d] οἱ οἰκέοντες αὐτήν· ἀλλὰ πέρην ἤδη τοῦ Ἴστρου ἔρημος χώρη φαίνεται ἐοῦσα καὶ ἄπειρος· μούνους δὲ δύναμαι πυθέσθαι οἰκέοντας πέρην τοῦ Ἴστρου ἀνθρώπους, τοῖσι οὔνομα εἶναι [e] Σιγύνας, ἐσθῆτι δὲ χρεωμένους Μηδικῇ· τοὺς δὲ ἵππους αὐτέων εἶναι λασίους ἅπαν τὸ σῶμα, [f] ἐπὶ πέντε δακτύλους τὸ βάθος τῶν τριχῶν· μικροὺς δὲ καὶ σιμούς· καὶ ἀδυνάτους ἄνδρας φέρειν· ζευγνυμένους δὲ ὑπ' ἅρματα, εἶναι [g] ὠκυτάτους· ἁρματηλατέειν [h] δὲ πρὸς ταῦτα τοὺς ἐπιχωρίους· κατήκειν δὲ τουτέων τοὺς οὔρους ἀγχοῦ Ἐνετῶν τῶν ἐν τῷ Ἀδρίῃ· εἶναι δὲ Μήδων σφέας ἀποίκους λέγουσι· ὅκως δὲ οὗτοι Μήδων ἄποικοι γεγόνασι, ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω [i] ἐπιφράσασθαι· γένοιτο δ' ἂν πᾶν ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ. [k] Σιγύνας δ' ὧν καλέουσι Λίγυες οἱ ἄνω ὑπὲρ Μασσαλίης οἰκέοντες, τοὺς καπήλους· Κύπριοι δὲ, τὰ δόρατα. Ὡς δὲ Θρήϊκες λέγουσι, μέλισσαι [l] κατέχουσι τὰ πέριρρυτα τοῦ Ἴστρου· καὶ [m] ὑπὸ τουτέων οὐκ εἶναι διελθεῖν τοπροσωτέρω· ἐμοὶ μέν νυν, ταῦτα λέγοντες, δοκέουσι λέγειν οὐκ εἰκότα· τὰ γὰρ ζῶα ταῦτα φαίνεται εἶναι δύσεργα· ἀλλά μοι τὰ ὑπὸ τὴν ἄρκτον ἀοίκητα δοκέει εἶναι, διὰ τὰ ψύχεα· ταῦτα μέν νυν τῆς χώρης ταύτης πέρι λέγεται· τὰ παραθαλάσσια δ' ὦν αὐτῆς Μέ-

a Ληϊστύος *Ask.* *b* Κατακρύψ. *Arch. Vind.* *c* Defit iisd., ſtatim αὗται ora *Steph. Paſ. Ask.* *d* Abest οἱ *Arch. V.*, mox τὰ πέρην iidem cum *Paris. A. B. Ald. Edd.*, neque illi male: τὰ negligit *M. Ask. Paſ.*, et ἤδη duo poſteriores. *e* Σιγύνας *Ald.* Edd., Σιγύννας *Paſ. Arch. Valla*, Σιγύνναι *Brit. A. C.*, in *Med.* Σιγύννα et *Ask.*; continuo δὲ deſideratur in *Ald. Arch. V.*, habent *M. Paſ. Ask.* *f* Καὶ ἐπὶ *Arch. V.* *g* Ὀξυτάτους marg. *Steph. Ask. Paſ. Brit. A. C.* *h* Non est in *Arch. V.* *i* Ἐπιφράσαι iidem. *k* Σιγύνας *Paſ. Arch. Valla*, antea Σιγύνας. *l* Κατέχουσαι —— Ἴστρου εἰσὶ *Arch.* *m* Ὑπὸ *V. Arch. Valla*, vulgo ὑπὲρ.

τῶν ἀμφοτέρων ἰσχυρῶς ἐπιμελεῖσθαι. De ſellulariis opificiis minus ille iudicabat honorifice. VALCKEN.

77. Θάπτουσι κατακαύσαντες] Igne ſepeliunt, θάπτουσι πυρί, ut in *AEliano* de Anim. X, 22., *Diodoro Siculo*, atque aliis. Humationem certe ab illa ignium ſepultura nitide diſtinguit.

87. Τοῖσι οὔνομα εἶναι Σιγύννας] Perperam ſibilantem litteram nationis titulo *Med.* abſtulit. Σίγυννοι *Apollonio Rhod.* IV, 320., *Straboni* Σίγιννοι, ſed in Aſia, qui ἱππαρίοις δὲ χρῶνται μικροῖς δασέσιν —— τέθριππα δὲ ζευγνύουσι, prorſus ut hi Europaei, bene *Caſaubono* adnotante, L. XI. p. 790. B. Quod autem olim hariolabar, *Zoſimum* hac narratione deceptum de Hunnis vulgaſſe, εἴτε οὖς Ἡρόδοτός φησι παρσικεῖν τὸν Ἴστρον, σιμοὺς ἀσθενέας ἀνθρώπους L. IV. C. 20., necdum abiicio. Audiit de *Sigunnis*, inque illis *Hunnos* latere cenſuit, his erronee tribuens, quod *Sigunnarum* equis conveniebat. Equidem in Muſis nihil ſcrutando inveni, unde *Novae Hiſtoriae* ſcriptor dicta excuſare queat.

97. Γένοιτο δ' ἂν πᾶν ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ] *Sophocles* in Ai. dixerat v. 655., Ἅπαντ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος Φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται. Κοὐκ ἔς' ἄελπτον οὐδέν. —— Proxima, Σιγύνας δ' ὧν καλέουσι —— τὰ δόρατα· merito tanquam adulterina Criticis hinc furcillis deturbanda cenſuit vir ſummus in Diſſ. *Herod.* p. 55. Ponitur in his articulus uſitato Grammaticis more; qui, iam traditus ab *Henr. Stephano* App. de D. A. p. 221., ignoratus tamen homines ſaepe decepit rerum antiquarum peritisſimos; hoc in loco turpisſimum in errorem induxerat interpretes *Herodoti*, quod monuit Erud. Auctor des *Eſſais de Critique ſur les Traductions d'Herodote* p. 157. —— Quae his ſubiicit *Herod.* de apibus, velut ſibi parum viſa credibilia, τὰ γὰρ ζῶα ταῦτα, inquit, φαίνεται εἶναι δύσεργα reſpexit *AElianus* de N. A. II, c. 53., contraria narrans Herodoteis. VALCKEN.

98. Σιγύνας δ' ὧν —— τὰ δόρατα] Non videntur Herodotea, ſed iuſto officioſioris Scholiaſtae. Turbant certe orationis ſeriem, indigna Patre hiſtoriarum. Qui quaeſo illi οἱ ἄνω ὑπὲρ Μασσιλίης Λίγυες, aut, ut *Laurentius* habuit, Λίβυες, *Poeni?* Somnia grammatici. Σιγύννους δὲ καλοῦσιν οἱ Κύπριοι τὰ ἀκόντια interpretes *Apollonii Rh.* II, 99., *Suidas*, Σιγύνη καὶ Σιγύννους, τὰ δόρατα παρὰ Μακεδόσιν. Sic hoc de genere ſolent, non *Herodotus*.

1. Καὶ ὑπὸ τουτέων οὐκ εἶναι &c.] Nihil verius. Fabulabantur apum examina trans Iſtrum agminatim volare, aditumque hominum impedire. Similis fabellae in fuſis pennis, viſu transituque prohibentibus: οὐκ οἷά τε εἶναι ἔτι προσωτέρω οὔτε ὁρᾶν, οὔτε διεξιέναι ΤΠΟ ΠΤΕΡΩΝ κεχυμένων L. IV, 7. Quod adnectitur, apes eſſe ζῶα δύσεργα, a veritate quidem haud deflectit, non aptum tamen ad apes ſeptemtrionis regionibus eiiciendas. Secus habet, nec reticuit *AElian.* H. A. II, 53., Noſtro ἀκοὴν ᾄδειν exprobans.

Μεγάβαζος Περσέων κατήκοα [a] ἐποίεε. Δαρεῖος δὲ, ὡς διαβὰς τάχιστα τὸν Ἑλλήσποντον, ἀπίκετο ἐς Σάρδις, ἐμνήσθη τῆς ἐξ Ἱστιαίου τε τοῦ Μιλησίου εὐεργεσίης, καὶ τῆς παραινέσιος τοῦ Μιτυληναίου Κώεω· μεταπεμψάμενος δὲ σφέας ἐς Σάρδις, ἐδίδου αὐτοῖσι αἵρεσιν· ὁ μὲν δὴ Ἱστιαῖος, ἅτε τυραννεύων τῆς Μιλήτου, τυραννίδος μὲν οὐδεμιῆς προσεῖχῃζε· αἰτέει δὲ Μύρκινον [b] τὴν Ἠδωνῶν, βυλόμενος οἱ αὐτῇ πόλιν κτίσαι· οὗτος μὲν δὴ ταύτην αἱρέεται· ὁ δὲ Κώης, οἷά τε οὐ τύραννος, δημότης τε ἐών, [c] αἰτέει Μιτυλήνης τυραννεῦσαι· τελεωθέντων δὲ ἀμφοτέροισι, οὗτοι μὲν [d] κατὰ τὰ εἴλοντο, ἐτράποντο. Δαρεῖον δὲ συνήνεικε, [e] πρῆγμα τοιόνδε ἰδόμενον, ἐπιθυμῆσαι ἐντείλασθαι Μεγαβάζῳ, Παίονας ἑλόντα ἀναστάτους ποιῆσαι ἐκ τῆς Εὐρώπης ἐς τὴν Ἀσίην· ἦν [f] Πίγρης καὶ Μαντύης, ἄνδρες Παίονες· οἳ ἐπεί τε Δαρεῖος [g] διέβη ἐς τὴν Ἀσίην, αὐτοὶ ἐθέλοντες Παιόνων τυραννεύειν, ἀπικνέονται ἐς Σάρδις, ἅμα ἀγόμενοι ἀδελφεὴν μεγάλην τε καὶ εὐειδέα· φυλάξαντες δὲ Δαρεῖον προκατιζόμενον ἐς τὸ προάστειον [h] τὸ τῶν Λυδῶν, ἐποίησαν τοιόνδε· σκευάσαντες τὴν ἀδελφεὴν ὡς εἶχον ἄριστα, ἐπ' ὕδωρ ἔπεμπον, ἄγγος ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχουσαν, καὶ ἐκ τοῦ βραχίονος ἵππον ἐπέλκουσαν καὶ [i] κλώθουσαν λῖνον· ὡς δὲ παρεξήιε ἡ γυνὴ, ἐπιμελὲς τῷ Δαρείῳ ἐγένετο· οὔτε γὰρ Περσικὰ ἦν οὔτε [k] Λύδια τὰ ποιεύμενα ἐκ τῆς γυναικὸς, οὔτε πρὸς τῶν [l] ἐκ τῆς Ἀσίης οὐδαμῶν· [m] ἐπιμελὲς δ' ὡς οἱ ἐγένετο, τῶν δορυφόρων τινὰς πέμπει, κελεύων φυλάξαι ὅ, τι [n] χρήσεται τῷ ἵππῳ ἡ γυνή· οἱ μὲν δὴ ὄπισθεν εἵποντο· ἡ δὲ, ἐπεί τε ἀπίκετο ἐπὶ τὸν ποταμὸν, [o] ἅρσασα δὲ, καὶ τὸ ἄγγος τοῦ ὕδατος ἐμπλησαμένη, τὴν

Megabazus Perſis obedientem reddidit. Darius ſimulatque transmiſſo Helleſponto Sardes venit, recordatus est beneficii in ſe ab Hiſtiæo collati, et conſilii Cois Mitylenæi. Quibus arceſſitis in eam urbem, obtulit electionem. Hiſtiæus, ut qui eſſet Mileti tyrannus, nullam ſibi inſuper tyrannidem poſcit: ſed Myrcinum Edonidem, animo urbis in ea condendæ. Et iste quidem hanc elegit. Coës autem, ut qui non tyrannus ſed privatus eſſet, optavit Mitylenes tyrannidem. Impetrato uterque quod optaverat, eo ſe contulit. At Dario res hu- 12
iuscemodi oblata est, ut illam videnti incesſerit cupido mandandi Megabazo, ut Pæonas ex Europæ ſedibus in Aſiam transportaret. Erant Pigres et Mantyes viri Pæones, qui, postquam Darius transmiſit in Aſiam, et ipsi Sardes venere, cupidi tyrannidis apud Pæonas potiundæ, ducentes una ſororem procera ſtatura atque ſpecioſa. Obſervato tempore dum in ſuburbano Lydorum Darius ante fores ſederet, talem rem ſibi agendam putarunt, ſororem quamoptime poterant quum exornaſſent, ad aquam mittunt, vas capite tenentem, equumque e brachio trahentem, linumque nentem. Eam prætereuntem Darius attente conſiderabat, quod neque Perſica erant illa quæ ageret mulier, neque Lydica, neque ullarum ex Aſia feminarum. Hæc conſiderans, miſit quosdam ſuorum ſatellitum, iuſſos obſervare in quam rem uteretur mulier equo. Istis a tergo ſequentibus, femina ubi pervenit ad flumen, equum adaquata est; et mox vas aqua implevit. His

actis,

[a] Ἐποίησε *V. Arch.* ſtatim τε τοῦ Μιλησίου utrique abest et *Vallae.* [b] Τὴν Ἠδωνίδα iidem cum *Valla.* Sumſit hinc *Tzetzes* Chil. IX. p. 417. [c] Αἰτεῖ *Arch. V.* [d] Κατὰ τὰ εἵλ. duo *Brit. Paris. A. B. Arch. V. Ald.* Edd., quod ſervo. Vide L. II, 99., τὰ omittit *Med.* cum *Paſ. Ask.* [e] Πρῆγμα *Paſ.*, bene πρᾶγμα antea. [f] Τίγρης καὶ Μασίης *Arch.*, Πύγρης καὶ Μασίης *Vind.*, Πίγρ. καὶ Ματτύης ora *Steph.*, Μασύης *Paris. A. B. Ald.*, Μαντύης *Med. Paſ. Ask.* et *Tzetzes* Chil. X. p. 427., quod haeſitans amplector. [g] *Med. Paſ. Ask. Arch. Vind. Valla:* olim διέβη ἐκ τῆς Εὐρώπης ἐς. [h] Non habet *Arch.* neque *Vind.* [i] Κλῶσαν *Ask.* et *Med.*, in quo ſuper adſcripſit alia manus ſyllabam σα. [k] Λυδικὰ *Arch. Vind. Valla.* [l] Αὐτῆς Ἀσίης *Arch.* [m] *Suidas* hoc ex loco in *V. Suidas*, ex *Med.* χρήσεται et *Paſ. Ask.* Conf. L. VII, 213. [n] Χρήσαιτο *Ald. Arch. V.* duo *Brit. Paris. A. B.* [o] Ἥρδε, quod explicat ἐπότιζεν, *Euſtath. Hom.* p. 707, 31.

14. Μύρκινον τὴν Ἠδωνῶν] Dixit *AEſchylus* Ἠδωνίδα αἶαν in Pers. v. 495., adprobans quodammodo τὴν Ἠδωνίδα *Arch.* et *Vind.* At receptum C. 124. redibit. Hoc *Tzetzae* vide Chil. III. v. 508. Ἦ τις Μυρκῖνος Ἠδωνὸς πρότερον ἐκαλεῖτο, ubi res Ἠδωνῶν requireret, niſi eodem modulo iteraretur verſus Chil. IX, 221. Et talia tamen ex *Herodoto*. Ecce tibi aliud. Schol. in *Thucydid.* II, 99. Ἠδωνοὶ καὶ μεταπλασμῷ Ἠδῶνες καὶ Ἠδῶναι· οὕτως ΗΡΟΔΟΤΟΣ. Atqui is Ἠδωνοὺς ſemper. Scripſerat Criticus Ἠρωδιανὸς, quemadmodum et *Caſſel.* in ſchedis. monente Cl. *Dukero.*

14. Μύρκινον τὴν Ἠδωνῶν] *Myrcinum Edonidem*, *Valla*: concinit *Arch.*; τὴν Ἠδωνίδα recipiet, opinor, *Herod.* hinc *Berkelii* firmatur coniectura in *Steph. Byz.* Ἠδωνὶς· αἶαν dixerat *AEſchylus* in Pers. v. 495.; quaeque ſacris operabantur Bacchi, ſunt e Latinis etiam Poëtis *Edonides* notiſſimae. Μύρκινος, Ἠδωνικὴ πόλις audit *Thucydidi*, IV, c. 107. Ἠδωνικὸν πολισμάτιον, *Diodoro* XII, c. 68. Darius ap. *Io. Tzetzen* Chil. III, v. 503., Τὸν Κώην (non κώμην) μὲν τῆς συμβουλῆς ἕνεκα τῆς προτέρας Ἐξ ἰδιώτου τύραννον ποιήσας Μιτυλήνης Τῷ Ἱστιαίῳ δίδωσι κτίζειν δὲ τὴν Μυρκῖνον. VALCKEN.

21. Ἦν Π. καὶ Μαντύης ἄνδρες Π.] Si vel in optimis libris ſcriberetur ἦσαν —— ἄνδρες Παίονες, ego tamen inuſitatius ἦν a novatore veterumque Poëtarum imitatore poſitum cenſerem: τοιοῦτον καὶ παρ' Ἡσιόδῳ τὸ, Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί· καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ, Ἦν δ' ἐρωδιοὶ μακροκαμπυλαύχενες, [καὶ, Ἦν δὲ νάρκαι, —— ἦν δὲ ζύγαιναι·] Τέτρακές τε σπερματολόγοι, κἀγλααὶ συκαλλίδες, *Euſtath.* in Il. P. p. 1148, 41. Integros *Epicharmi* duo trochaicos *Athenaei* praebuit Epitome: vide II. p. 65. E. Interiecta petita ſunt ex alio eiusdem comoediae loco, quem habet *Athen.* VII, p. 286. C. conf. p. 278. A. Lacon in *Ariſtoph.* Lys. v. 1263., Ἦν γὰρ τῶνδρες οὐκ ἐλάσσως Τᾶς ψάμμας τοὶ Πέρσαι. In epigrammate ap. *AEſchin.* c. Ctes. vulgatur p. 86., Ἦν ἄρα κἀκεῖνοι ταλακάρδιοι· ubi ſcribi debuerat Ἦ ἄρα. Non reperietur illud ἦν, pro ἦσαν, apud alios hiſtoricos veteres ſic adhibitum: neque tamen ignoro Herodoteum uſum ab Epicharmeis eſſe diverſum; ſed illinc multo magis diſtant, quae prima facie forſan alicui videri poſſent ſimillima, qualia multa dedit in doctis ſuis ad *Charitonem* collectaneis Clar. *D'Orvillius.* VALCKEN.

28. Ἄγγος ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχουσαν] Ad ista tria vel de ſuo quartum adiecit *AElianus*, aut, quod verius arbitror, alium in his ſequutus est auctorem de N. A. VII, c. 12. Paeonides enim feminae ſecundum *AElian.* τῇ μὲν κεφαλῇ φέρουσιν ὑδρίαν, —— ἐξαρτήσασαι δὲ τοῦ κόλπου θηλάζουσι τὰ βρέφη, καὶ —— ἵππον εἰς ἀρδείαν ἄγουσι, καὶ ταῖς χερσὶ νήθουσι λῖνον. Ubi *Herod.* dicit κλώθουσαν λῖνον, *Med.* Cod. habebat κλῶσαν· nota ſunt ἐρίου κλώσματα, quae levi pollice deducebant αἱ κατάκτριαι. De ſorore Pigretis et Mantyis ſic agit *Io. Tzetzes* Chil. X, 200. &c. ut ſolum ſequi videatur *Herodotum*; atque eidem alter fratrum dicitur Μαντύης, ut in *Med.* Herodoteae vel eamdem vel ſimillimam narrat hiſtoriam, ſed quam evenisſe ſcribit ſub Alyatte, *Nicolaus Damaſc. Valeſii*, p. 497. VALCKEN.

29. Καὶ κλώθουσαν λῖνον] *Euripidis* κλωσὴρ λίνου ap. *Polluc.* VII, 31., et alia in re *AEſchyli* Choëph. v. 505. congruunt. *Nic. Damaſcenus* ſimili in hiſtoria νήθουσαν ἐκ τῆς ἠλακάτης τὸν ἄτρακτον. In *Med.* et *Ask.* κλῶσαν aut κλώσασαν nullum myſterium; prius ex κλάω, poſterius ex κλόω formarunt, natalibus τοῦ κλώθω et κλώσκω indicatis. Quod deinceps *Suidas* ἐπιμέλεσν τῷ Δαρείῳ —— in menda cubat, hinc, quod *Portum* et *Kuſter.* haud fugit, deterenda.

38. φι-

actis, eadem via regreditur, aquam capite ſuſtinens, equum e brachio trahens, ac fuſum verſans. Admiratus Darius, tum iis quæ ab exploratoribus audiſſet, tum iis quæ ipse vidiſſet, adduci coram feminam iubet. Ea adducta, adoleſcentes fratres qui aderant, non procul rem ipsam ſpeculantes, interroganti Dario cuias illa eſſet, aiunt ſe Pæonas eſſe, et illam ſuam ſororem. Ad quos Darius, quinam homines eſſent Pæones, et ubi locorum habitarent, et cuius rei gratia illi venisſent Sardes, percontari. Adoleſcentes, ſe vero venisſe dicere ut ſeſe ei donarent. Pæoniam autem eſſe ad flumen Strymonem ſitam, qui Strymon non procul abeſſet ab Helleſponto. Eſſe vero Pæonas coloniam Teucrorum qui e Troia fuerunt. Hæc ſingulatim illi referebant. Interrogantique Dario nunquid omnes illic feminæ tam laborioſæ eſſent, affirmare prompte id ita ſe habere, huius enim rei gratia illud fiebat. Ibi Darius litteras ad Megabazum dat, quem in Thracia præfectum reliquerat, iubens e ſedibus ſuis Pæonas ad ipsum transferri cum liberis pariter et uxoribus. Eques cum hoc nuncio confeſtim ad Helleſpontum cucurrit, Helleſpontoque transmiſſo litteras Megabazo reddidit. Quibus ille lectis, ſumptis e Thracia ducibus, adverſus Pæoniam exercitum ducit. Pæones, cognito Perſarum in ſe adventu, contractis coplis proceſſere ad mare, rati illac Perſas ingreſſuros ad dimicandum. Et Pæones quidem ad arcendum exercitus Megabazi ingreſſum parati erant: Perſæ autem certiores facti Pæonas convenisſe ad intercludendum ab ora maritima ingreſſum, uſi ducibus, quos habebant, iter ad ſuperiora convertunt, hoſtemque fallentes in Pæonum oppida irrumpunt, et illa, utpote vacua, facile occupant. Quod ubi reſcivere Pæones, protinus diſperſi, ad ſua quisque dilabuntur, ſeque Perſis dedunt. Ita e Pæonibus Si-

τὴν αὐτὴν ὁδὸν παρεξήϊε, φέρουσα τὸ ὕδωρ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ ἐπέλκουσα ἐκ τοῦ βραχίονος τὸν ἵππον, καὶ στρέφουσα τὸν ἄτρακτον. [a] Θωϋμάζων δὲ ὁ Δαρεῖος τά τε ἤκουσε ἐκ τῶν κατασκόπων, καὶ τὰ αὐτὸς ὥρα, ἄγειν αὐτὴν ἐκέλευε ἑωυτῷ ἐς ὄψιν· ὡς δὲ ἄχθη, παρῆσαν καὶ οἱ ἀδελφεοὶ αὐτῆς, [b] οὐκὶ πρόσω σκοπὴν ἔχοντες τυτέων· εἰρωτέωντος δὲ τοῦ Δαρείου [c] ὁποδαπὴ εἴη, ἔφασαν οἱ νεηνίσκοι εἶναι Παίονες, καὶ ἐκείνην εἶναι σφέων ἀδελφεήν· ὁ δ' ἀμείβετο τίνες δὲ οἱ Παίονες ἄνθρωποί εἰσι, καὶ κοῦ γῆς οἰκημένοι, καὶ [d] τί κεῖνοι ἐθέλοντες ἔλθοιεν ἐς Σάρδις· οἱ δέ οἱ ἔφραζον ὡς ἔλθοιεν μὲν ἐκείνῳ δώσοντες σφέας αὐτούς· εἴη δὲ [e] ἡ Παιονίη ἐπὶ τῷ Στρυμόνι ποταμῷ πεπολισμένη· ὁ δὲ Στρυμὼν ὑπὸ πρόσω τοῦ Ἑλλησπόντου· εἶναι δὲ Τευκρῶν τῶν ἐκ Τροίης ἄποικοι· οἱ μὲν δὴ [f] αὐτὰ ἕκαστα ἔλεγον· ὁ δὲ [g] εἰρώτα εἰ καὶ πᾶσαι εἶησαν αὐτόθι αἱ γυναῖκες οὕτω ἐργάτιδες· οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἔφασαν προθύμως οὕτω ἔχειν· αὐτοῦ γὰρ ὧν τούτου [h] εἵνεκα καὶ ἐποιέετο. Ἐνθαῦτα Δαρεῖος γράφει γράμματα [i] πρὸς Μεγάβαζον, τὸν ἔλιπε ὑπὸ τῇ Θρηίκῃ στρατηγόν· ἐπιστελλόμενος ἐξανιστᾶσαι ἐξ ἡθέων Παίονας, καὶ παρ' ἑωυτὸν ἀγαγεῖν καὶ αὐτοὺς καὶ τέκνα [k] τε καὶ γυναῖκας αὐτέων· αὐτίκα δὲ ἱππεὺς ἔθεε φέρων τὴν ἀγγελίην ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον· περαιωθεὶς δὲ, διδοῖ τὸ βιβλίον τῷ Μεγαβάζῳ· ὁ δὲ, ἐπιλεξάμενος, καὶ λαβὼν ἡγεμόνας ἐκ τῆς Θρηίκης, [l] ἐστρατεύετο ἐπὶ τὴν Παιονίην. Πυθόμενοι δὲ οἱ Παίονες τοὺς Πέρσας ἐπὶ σφέας ἰέναι, ἀλισθέντες [m] ἐξεστρατεύσαντο πρὸς θάλασσης· δοκέοντες ταύτῃ ἐπιχειρήσειν τοὺς Πέρσας [n] ἐμβάλλοντας· οἱ μὲν δὴ Παίονες ἦσαν ἑτοῖμοι [o] τὸν Μεγαβάζου στρατὸν ἐπιόντα ἐρύκειν· οἱ δὲ Πέρσαι πυθόμενοι [p] συναλίσθαι τοὺς Παίονας, καὶ τὴν πρὸς θάλασσης ἐσβολὴν φυλάσσοντας, ἔχοντες ἡγεμόνας, τὴν ἄνω ὁδὸν τράπονται· λαθόντες δὲ τοὺς Παίονας, [q] ἐσπίπτουσι ἐς τὰς πόλιας αὐτέων, ἐούσας ἀνδρῶν ἐρήμους· οἷα δὲ κεινῆσι ἐπιπεσόντες, εὐπετέως κατέσχον· οἱ δὲ Παίονες ὡς ἐπύθοντο ἐχομένας τὰς πόλιας, αὐτίκα διασκεδασθέντες, κατ' ἑωυτοὺς ἕκαστοι ἐτράποντο, καὶ παραδιδόασι σφέας [r] αὐτοὺς τοῖσι Πέρσῃσι· οὕτω δὴ Παιόνων

a Θωμάζ. *Ask. Arch.* *b* Οὐχὶ vel οὐκὶ *V. Arch.* Antea οὗ κη. *c* Ποταποὶ εἶεν *Arch.*, ποδαπὴ *Ald. Paris. A. Vind.*, ὁποδαπὴ *M. Pasſ. Ask.* *d* Iid. cum *Arch. V.*, antea τι δή. *e* Citat *Euſtath.* in *Hom.* p. 359, 37. *f M. Pasſ. Ask.* αὐτὰ, duo *Brit. Arch. V. Paris. A. B. Ald.* ταῦτα. *g Arch. V. Pasſ. Ask.*, olim ἠρ. *h* Εἵνεκα καὶ ἐπ. *Aldus Arch. V. Paris. A. B.*, copula citra ius deest *M. Pasſ. Ask.* *i* Μεγαβάζῳ iidem tres, quo facile carebimus. *k* Omittitur in *Arch.*, ſtatim καὶ τὰς γυν. *Pasſ.* *l* Ἐστρατοπεδεύετο *Arch. V.* *m* Ἐξεστράτευσαν τὸ πρὸς *Pasſ.* *n M. Pasſ. Ask.*, ἐσβαλόντας *Arch. V. Paris. A. B. Ald.* et Edd., quod recepto non poſterius. *o* Τοῦ *Pasſ.* *p M. Arch. Pasſ. Ask.*, antea συναλισθέντας. *q* Ἐπεισπ. et mox ἐπεισπεσόντες *V. Arch.* et κενῇσι. *r* Ἑωϋτοὺς *Pasſ. Ask. Ald.*, non omnino prave.

38. Φέρουσα τὸ ὕδωρ ἐπὶ τῆς κεφ.] *Nic. Damaſcenus*, quod ſignificavi, eandem de muliere Myſa ex Thracia narrationem in *Conſtantini* Porphyrog. propoſuit L. I. de Themat. C. 3., quae Alyattis, Lydorum regis, aetate contigerit. *Gronovii* vero ex Marmorib. Oxoniens. p. 127. picturam et interpretationem multo riſu *Lacrozius*, *Fabricius* et *Wolfius* exploſerunt in Theſauro Epiſtol. Lacroziano T. II. p. 97.

38. Φέρουσα τὸ ὕδωρ ἐπὶ τῆς κ.] *Nicolao* dicitur *Damaſc.* ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βαστάζουσα ϛάμνον. —— Ubi paulo ante legebatur, ἤρσε τὸν ἵππον, invenisſe videtur *Euſtath.* ἤρδε, quod interpretatur ἐπότιζε in Il. Θ. p. 591, 36. et in ista ſede vulgato non est deterius. Ἄρδειν, hic *AEliano* εἰς ἀρδείαν ἄγειν, *potum agere*, multo est uſitatius quam ἄρσαι. In hiſtoria Herodotea ſcribi debuit a *Io. Tzetze* Chil. X, v. 207., Ἡ δὲ ποτοῦ κορέσασα τὸν ἵππον, ὅπερ εἶπον· non, quod vulgatur, κεράσασα. VALCKEN.

43. Οὐκὶ πρόσω σκοπίην &c.] Expreſſit, *Porto* monitore, Homericum Ἡήλιος γάρ οἱ ΣΚΟΠΙΗΝ ΕΧΕΝ —— Odyſſ. Θ, 302. Reduxi οὐκὶ, in οὗ κη olim etiam converſum L. IV, 155. locus autem in *Galeum* Celeb. Editoris ob Λυδικὰ et πότατοι abeſſe debuerat, aut certe civilior; ſiquidem in poſteriore manifeſta operarum aberratio, prius, niſi ſcribae Λυδιακὰ voluerint, tueri, ſicubi neceſſarium foret auxilium, Λυδικὴ λίθος *Heſychii* poſit. Verum ab his abſtineo manum.

50. Ἡ Παιονίη —— πεπολισμένη] Omnia ex vero ſi *Appianus* ſcripserit, οὐ ΠΟΛΕΙΣ ᾤκουν οἱ Παίονες, ἀλλ' ἀγροὺς ἢ κώμας κατὰ συγγένειαν Illyr. p. 12. Ed. Hoeſch.; ſed illi Panonii Dravum inter Savumque et Danubium: his ad Strymonem Paeonibus ſuas fuiſſe urbes, deinceps clare adfirmatur. Paeonia πεπολισμένη urbibus inſtructa et diſtincta. *Strabonis* χώραν πολίζειν huc pertinet, erudite a *Caſaubono* explicitum, L. VII. p. 506.

63. Λαβὼν ἡγεμόνας ἐκ τῆς Θρηίκης] Ἡγεμόνα *Valla* legit vertitque, *ſumpto e Thracia duce. Duces* isti Gallos interpretes deceperunt, ignorantes *Herodoto* quoque *ducem itineris* dictum ἡγεμόνα VIII, c. 35. quales plene dixerat ἡγεμόνας τῆς ὁδοῦ VIII, c. 31. et forſan V, c. 100 ubi hoc praebent margo *Stepb.* et *Valla*: ſic vulgo loquuntur recentiores: *Iuncus* apud *Stobaeum* p. 593, 43., οὐχ ἡγεμόνος ὁδοῦ τυγχάνων, —— οὐ σίγης (male vulgatur ὥσε γῆς) εὐπορῶν, οὐ τροφῆς· est tamen et ap. *Thucyd.* ἡγεμὼν τῶν ὁδῶν, III, c. 98. Alibi *Thucydidi* talis ſimpliciter dicitur ἡγεμών, ſicut *Sophocli* Oed. in Col. v. 1538. *Eurip.* Phoen. v. 1610. *Ariſtoph.* Π. v. 1162., ſed nemini frequentius quam *Xenophonti*: *Zonaras* in Lex. et *Suidas*: Ἡγεμών, ὁ τῆς ὁδοῦ ἡγούμενος, Ξενοφῶν. (K. Α. IV, p. 189, 3.) καὶ τὸν ἡγεμόνα δήσαντες παραδιδόασιν αὐτοῖς. VALCKEN.

ἐκεῖνον [a] Σιροπαίονές τε καὶ Παιόπλας, καὶ οἱ μέχρι τῆς Πρασιάδος λίμνης, ἐξ ἠθέων ἐξαναστάντες ἤγοντο ἐς τὴν Ἀσίην. Οἱ δὲ [b] περὶ τὸ Πάγγαιον οὖρος, καὶ Δόβηρας, καὶ Ἀγριᾶνας, καὶ [c] Ὀδομάντους, καὶ αὐτὴν τὴν λίμνην τὴν Πρασιάδα, οὐκ ἐχειρώθησαν ἀρχὴν ὑπὸ Μεγαβάζου· ἐπειρήθη δὲ καὶ τοὺς ἐν τῇ λίμνῃ κατοικημένους ἐξαιρέειν ὧδε· ἰκρία ἐπὶ σταυρῶν ὑψηλῶν ἐζευγμένα [d] ἐν μέσῃ ἵστηκε τῇ λίμνῃ, ἔσοδον ἐκ τῆς ἠπείρου στεινὴν ἔχοντα μιῇ γεφύρῃ· τοὺς δὲ σταυροὺς [e] τοὺς ὑποστεῶτας τοῖσι ἰκρίοισι [f] τὸ μέν κου ἀρχαῖον ἔστησαν κοινῇ πάντες οἱ πολῖται· μετὰ δὲ, νόμῳ χρεώμενοι ἐστᾶσι τοιῷδε· κομίζοντες ἐξ οὔρεος, τῷ οὔνομά ἐστι Ὄρβηλος, κατὰ γυναῖκα ἑκάστην ὁ γαμέων τρεῖς σταυροὺς ὑπίστησι· ἄγεται δὲ ἕκαστος [g] πολλὰς γυναῖκας· οἰκεῦσι δὲ τοιοῦτον τρόπον· κρατέων ἕκαστος ἐπὶ τῶν ἰκρίων καλύβης τε ἔν ἐστι διαιτᾶται, καὶ θύρης καταπακτὴς διὰ τῶν ἰκρίων κάτω φερούσης ἐς τὴν λίμνην· τὰ δὲ νήπια παιδία δέεσι τοῦ ποδὸς [h] σπάρτῳ, μὴ κατακυλισθῇ δειμαίνοντες· τοῖσι δὲ ἵπποισι καὶ τοῖσι ὑποζυγίοισι παρέχουσι χόρτον ἰχθῦς· τῶν δὲ πλῆθός ἐστι τοσοῦτον, ὥστε ὅταν τὴν θύρην τὴν καταπακτὴν ἀνακλίνῃ, κατίει [i] σχοίνῳ σπυρίδα κενὴν ἐς τὴν λίμνην· καὶ οὐ πολλόν τινα χρόνον ἐπισχών, ἀνασπᾷ πλήρεα ἰχθύων· τῶν δὲ ἰχθύων ἐστὶ γένεα δύο, τοὺς καλέουσι πάπρακάς τε καὶ τίλωνας. Παιόνων μὲν δὴ οἱ χειρωθέντες ἤγοντο ἐς τὴν Ἀσίην. Μεγάβαζος δὲ ὡς ἐχειρώσατο τοὺς Παίονας, πέμπει ἀγγέλους ἐς Μακεδονίην, ἄνδρας ἑπτὰ Περσας, οἱ μετ' αὐτὸν [k] κεῖνον ἦσαν δοκιμώτατοι ἐν τῷ στρατοπέδῳ· ἐπέμποντο [l] δὲ οὗτοι παρ' Ἀμύντην, αἰτήσοντες γῆν τε καὶ ὕδωρ [m] Δαρείῳ βασιλέϊ· ἔστι δὲ ἐκ τῆς Πρασιάδος λίμνης σύντομος κάρτα ἐς τὴν Μα-

Siropæones et Pæoplæ, et qui ad Prasiadem usque paludem incolunt, e suis sedibus emoti, in Asiam sunt abducti. Qui vero circa Pangæum montem incolunt, Doberasque et Agrianas et Odomantos, et ipsam Prasiadem paludem, omnino non cepit Megabazus. Tentavit tamen eos etiam expugnare qui paludem incolunt, hunc in modum: In media palude stant tabulata compacta in altissimis sublicis, angustum a continente ingressum uno ponte habentia. Has sublicas tabulatis suppositas, olim quidem communiter omnes cives statuerunt: mox tali lege usi statuunt, ut pro singulis uxoribus quas quisque duceret, ducunt autem singuli multas uxores, ternas defigeret sublicas, e monte sumptas, cui nomen est Orbelus. Hoc autem habitant modo: obtinent singuli super ea tabulata tugurium in quo degunt, et ianuam depactam per tabulata ferentem deorsum ad paludem. Parvulos autem liberos per pedem reste illigant, metuentes ne devolvantur. Equis autem et iumentis pisces pro pabulo præbent. Porro piscium tanta est copia, ut quoties quis ianuam depactam resupinaverit, demissam fune sportam vacuam in paludem non multo post retrahat piscium plenam, quorum duo sunt genera, unum quod vocant Papraces, alterum Tilones. Ceterum e Pæonibus ii qui capti fuere, in Asiam sunt abducti. Pæonibus subactis, Megabazus nuncios in Macedoniam, septem Persas, qui post eum erant in exercitu spectatissimi, misit ad Amyntam, petituros regi Dario terram et aquam. Est autem e palude Prasiade brevis admodum in Ma-

[a] Σιροπαίονες *Arch. Valla*, alii Σειροπ. [b] Περί τε *Pasf. Ask.* [c] Ὀδομάντας *Arch. Valla.* [d] Ἐν μέσῃ ἐς. τῇ *Pasf. Arch. Ask.*, alii ἐσήκ. ἐν μέσῃ. [e] Τούτους *Arch. V.* [f] Τοῦτο *Arch.* [g] Συχνὰς ora *Steph. Pasf. Ask.*; vide C. 5. mox οἰκεῦσι *Arch.* bene. in ceteris οἰκέουσι· tum idem quoque et *Vind.* τοῦτον τὸν τρ. [h] Σπάρτῳ *Arch.* [i] Σχοινίῳ *Vind.*, ficuti IV, 154.; mox κενὴν *M. Pasf. Ask.*, praeter solitum. [k] Ἐκεῖνον *Arch. Pasf.* [l] Δὴ *Arch.* [m] Τῷ βασ. Δαρ. *Arch.*; statim ἐκ τῆς negligit, male.

77. Σιροπαίονες] Sic utcunque bene, melius Σιριοπαίονες ex *Steph. Byz.* in Σίρις et *Holstenii* suspicione. Oppidum Σίρις ἡ Παιονίη L. VIII, 115., consulto ita positum, sicuti et Σίρις ἡ ἐν Ἰταλίῃ eiusdem libri C. 62. Fuit autem, qui ad istum modum sequentia, οἱ δὲ περὶ —— καὶ Δόβηρες καὶ Ἀγριᾶνες καὶ Ὀδόμαντες, καὶ —— Πρασιάδα ἔχοντες, οὐκ —— corrigebat, omnes extra Paeoniae fines semovens, nimium, ut censeo, caute. Paeones enim olim cis et uls Strymonem latissime coluerunt, plures nationes conplexi ap. *Plinium* L. IV, 10. Adhaerent arte illis *Doberes* et *Paeoplae* C. 113. Polymniae, haud aliter atque hic. Δόβηρος quoque Παιονικὴ *Thucydidis* L. II, 98. originem et situm testatur.

94. Δέουσι τοῦ ποδὸς σπάρτῳ] Convenit, non neglectum a *Berglero*, istud *Heliodori* AEth. L. I. p. 11. ἕρπειν δὲ ὀρεγόμενον (τὸ παιδίον) εἰ αἴσθοιτο, ἱμάντα ΤΩΝ ΣΦΥΡΩΝ ἐξάψας, ὅσον ἐπ' ἄκρῳ τοῦ σκάφους ἢ τῆς καλιᾶς ἐπιβαίνειν ἐπέτρεψε. Cetera non describo, haud dissimile praedonum in AEgypti Bucoliis vitae institutum, quale Prasiadem paludem habitantium, enarrantia. Ceterum insolens minime iumentis pabulum pisces. *Athenaeus* de Thraciae quadam parte L. VIII. p. 345. F. οἶδα καὶ τοὺς περὶ Μόσυνον τῆς Θρᾴκης βοῦς, οἳ ἰχθῦς ἐσθίουσι, παραβαλλομένους αὐτοῖς εἰς τὰς φάτνας· in quibus ego *Mosynum* Thraciae non novi, nisi si ligneas Prasiadis paludis domos scriptor indicarit. Μόσυνοι, μόσσυνοι, μόσυνες Thracum et vicinorum erant sermone ξύλινοι οἶκοι in Schol. *Apollon. Rh.* II, 379. Ut ut illud ceciderit, pisces iumentis saepe esui in frigidis et maritimis Europae tractibus esse, multi inque his *Thorm. Torffaeus* Hist. Norveg. Part. I. L. 2, 24. prodiderunt. *AEliani* Παιονίδα λίμνην, eiusdemque pisces, victui bubus, de An. XVII, 30., recte cum Prasiade lacu contulit *A. Ortelius.*

94. Δέουσι τοῦ ποδὸς σπάρτῳ] Horum, ut puto, meminerat *Heliodorus* vitam enarrans in AEgypti paludibus degentium I, p. 11., παιδίον ἕρπειν ὀρεγόμενον εἰ αἴσθοιτο, ἱμάντα τῶν σφυρῶν ἐξάψας ὅσον ἐπ' ἄκρου τοῦ σκάφους ἢ τῆς καλιᾶς προβαίνειν ἐπέτρεψε, καινόν τινα χειραγωγὸν αὐτῷ τὸν δεσμὸν τοῦ ποδὸς ἐπισήσας. —— In vicinia θύρης meminit *Herod.* καταπακτῆς διὰ τῶν ἰκρίων κάτω φερούσης ἐς τὴν λίμνην. Miror non intelligere, qui quidem legerit πυκινὰς θύρας, et πύλας εὖ ἁρμονίας. Invenerat ille θύραν ἐπιβλακτὴν in *Plutarchi* II. p. 781. D. sed nusquam θύραν καταβλακτήν· tantum ὁ καταβλάκτης fuisse videtur receptum, sed hic quem tandem usum habuisset *cataracta*? VALCKEN.

97. Τὴν θύρην τὴν καταπακτὴν] Ex hariolatione Cl. *Reiskii* τὴν καταβλακτὴν et supra θύρης καταβλακτῆς, *ianuae demissilis*, sive, *quae attolli et demitti posset.* Ansam καταπακτὴ dedit, nusquam obvia et in Thes. *Stephani* sine pari, quae tamen eadem ac καταπηκτή. Accessit fortasse θύρην ἀνακλίνῃ, in *Vallae* Latinis *ianuam resupinaverit*, at pravis: siquidem ἀνακλίνειν ac ἀνακλίνεσθαι de foribus, cum aperiuntur, quod alias indicare ex *Homero* et *Procopio* memini, reversurum Vitae *Homeri* C. 33. Habet praeterea καταβλάκτης semper sibi sociatam vim et inpetum, uti porta καταβλάκταις ὀχυραῖς, quibus subito demissis occludi poterat, ap. *Plutarch.* T. II. p. 705. et pontes καταβλάκται superne in naves hostium deiecti *Appiani* B. Civ. V. p. 1141. Qua quidem violentia in ianuis patefaciendis uti vulgo non solent. Sane si schedae veteres καταπηκτὴν obtulissent, quae tandem querelae causa? Pertinent ad sequentia διττοὶ σχοινοτενεῖς ΣΙΠΤΡΙΑΔΕΣ inter piscatorum instrumenta Anthol. L. VI, 3. p. 648.

8. Σύντομος κάρτα] Malunt σύντομον ob συντομώτατον VII, 121., σύντομα τῆς ὁδοῦ L. I, 185., sed consimiliter *Aristoteles* Gener. Anim. IV, 4. μὴ κύκλῳ περιιέναι παρέντα τὴν ΣΤΝΤΟΜΟΝ. Metalla, unde Alexandro, Amyntae F., tam copiosa argenti vis, forte eadem, quae Philippus, Alexandri M. pater, ingenti deinceps lucro exercuit ap. *Appian.* B. Civ. IV. p. 1040., quamquam et aliae isthic auri atque argenti fodinae in Nostri VI, 46. et VII, 112. Fuit sane prisco tempore,

Macedoniam via. nam in primis paludi confinis est fodina, unde post ea tempora Alexandro in singulos dies singula argenti talenta proveniebant. Post fodinam superato monte, quem vocant Dysorum, Macedonia intratur. Igitur isti Persæ ad Amyntam missi ubi pervenere, in conspectum Amyntæ admissi regi Dario terram et aquam petunt: Amyntas et ea dedit, et homines in hospitium vocavit: instructaque splendide cœna, percomiter accepit. Persæ, postquam a cœna ad potum pervenere, Hospes, inquiunt, Macedo, nobis Persis consuetudinis est, quoties magnam exhibuimus cœnam, tunc etiam concubinas et quas virgines duximus uxores ad assidendum introducere. Proinde tu nunc, quoniam comiter excepisti nos, et liberali hospitio prosequutus es, et regi Dario et terram das et aquam, sectare consuetudinem nostram. Ad hæc Amyntas, Nobis, inquit, Persæ, ista consuetudo non est, sed viros a feminis semovendi: verum quandoquidem vos exigitis qui domini estis, hoc quoque vobis præstabitur. Hæc loquutus Amyntas, feminas arcessit. Illæ, ut vocabantur, præsto fuerunt, et e regione Persarum deinde consederunt. Quas Persæ conspicati formosas, Amyntam alloquuntur, negantes omnino id factum esse sapienter; satius enim futurum fuisse, ab initio non venisse feminas, quam, postquam venerant, non assidere, sed ex adverso federe, oculorum ipsis dolores. Ita coactus Amyntas illas assidere iussit. Quæ quum obtemperassent, illico Persæ mamillas illarum tractare, fortasse et nunc, modo sollers cura accederet, illa Thracum regio utriusque metalli uberrime ferax. Multa Cl. *Blas. Caryophilus* Opusc. de Auri Argenti &c. Metall. p. 76. Post nonnulla vir doctus οὗρός ἐστι ὑπερβάντα, ad structuram recte, repetundum tamen ex narrationis exordio, Ἔστι δὲ ἐκ τῆς Πρ. ——.

Μακεδονίην· [a] πρῶτον μὲν γὰρ ἔχεται τῆς λίμνης τὸ μέταλλον, ἐξ οὗ ὕστερον τετέων τάλαντον ἀργυρίου Ἀλεξάνδρῳ ἡμέρης ἑκάστης ἐφοίτα· μετὰ δὲ τὸ μέταλλον, Δύσωρον καλεόμενον οὖρος ὑπερβάντα εἶναι ἐν Μακεδονίῃ. Οἱ ὦν Πέρσαι οἱ πεμφθέντες οὗτοι παρὰ τὸν Ἀμύντην ὡς ἀπίκοντο, αἴτεον, ἐλθόντες ἐς ὄψιν τὴν Ἀμύντεω, [b] Δαρείῳ βασιλεῖ γῆν τε καὶ ὕδωρ· ὁ δὲ [c] ταῦτά τε ἐδίδου, καί σφεας ἐπὶ ξενίᾳ καλέει· παρασκευασάμενος δὲ δεῖπνον μεγαλοπρεπὲς, ἐδέκετο τοὺς Πέρσας φιλοφρόνως· ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου [d] ἐγένοντο διαπίνοντες, εἶπαν οἱ Πέρσαι τάδε, „ Ξεῖνε Μακεδών, ἡμῖν νόμος ἐστὶ τοῖσι Πέρσῃσι, ἐπεὰν δεῖπνον προτιθώμεθα μέγα, τότε καὶ „ τὰς [e] παλλακὰς καὶ τὰς κυριδίας γυναῖκας ἐσάγεσθαι παρέδρους· σύ νυν, ἐπεί περ προθύμως μὲν „ ἐδέξαο, μεγάλως δὲ [f] ξενίζεις, δίδοῖς τε βασιλέϊ [g] Δαρείῳ γῆν τε καὶ ὕδωρ, ἕπεο νόμῳ τῷ „ ἡμετέρῳ". εἶπε πρὸς ταῦτα Ἀμύντης, „ Ὦ Πέρσαι, νόμος μὲν ἡμῖν γέ ἐστι οὐκ [h] οὗτος, ἀλλὰ „ κεχαρίσθαι ἄνδρας γυναικῶν· ἐπεί τε δὲ ὑμεῖς ἐόντες δεσπόται προσχρήζετε τουτέων, παρέσται „ [i] ὑμῖν καὶ ταῦτα". εἵπας τοσαῦτα ὁ Ἀμύντης μετεπέμπετο τὰς γυναῖκας· αἱ δὴ ἐπεί τε [k] καλεόμεναι ἦλθον, ἐπεξῆς [l] ἀντίαι ἵζοντο τοῖσι Πέρσῃσι· ἐνθαῦτα οἱ Πέρσαι ἰδόμενοι γυναῖκας εὐμόρφους, ἔλεγον πρὸς Ἀμύντην, Φάμενοι τὸ ποιηθὲν τοῦτο, οὐδὲν εἶναι σοφόν· κρέσσον γὰρ εἶναι ἀρχῆθεν μὴ ἐλθεῖν τὰς γυναῖκας, ἢ ἐλθούσας καὶ μὴ [m] παριζομένας, [n] ἀντίας ἵζεσθαι, ἀλγηδόνας σφι ὀφθαλμῶν· ἀναγκαζόμενος δὲ ὁ Ἀμύντης ἐκέλευε παρίζειν· πειθομενέων δὲ τῶν γυναικῶν, αὐτίκα οἱ Πέρσαι μαζῶν τε ἅπτοντο, οἷα [o] πλέονας οἰνωμένοι,

a *M. Pasf. Ask.*, ceteri πρῶτα. *b* Haec duo omittit *Arcb.*, at βασιλεῖ *Vind. Valla.* *c* Ταῦτά τε *Pasf. Arcb. V. Paris. B. Vall.* abest ab aliis enclitica. Mox καλέει *Arcb. Pasf. M. Ask.*, ἐπὶ ξεινίας καλέει *Vind.*, olim ἐκάλεε, quod minime inprobum. *d* Ἔγιν. *Pasf. Ask. V.* *e* Παλακ. *Arcb.* *f* Ἐξείνισαι id. et *Vind.* *g* Διδοῖς δὲ βασ. Δαρ. *Pasf. Ask.*, in *Arcb. V.* διδοῖς τε βασ., quod malui. Olim Δαρ. δὲ βασ. διδ. *b* Οὕτως *Arcb. V.* *i* Μὲν καὶ τάδε *V.*, prius etiam *Arcb.*, mox μετεπέμψατο uterque. *k* Καλευόμεναι *Arcb. Valla.* *l* Ἀντίαι *Arcb. Pasf. V. Ask.*, alii ἀντία. *m* Παρεζ. *Pasf.* *n* Ἀντία *Arcb. V.*, tum ἀλγηδόνα prior. Vituperat dictum *Longin. π.* Ὕψ. Sect. IV. p. 38., attigit idem *Eustath.* in Hom. p. 433, 29. Mox ἀναγκαζομένῳ *Pasf.* *o* Πλεόνως *Pasf. Arcb. V.*

16. Τἀυτά τε ἐδίδου] Explevi orationem, quae ἐπὶ ξεινίᾳ si haberet, a Scriptoris consuetudine haud dissideret. Vide L. II, 107. IV, 154. VI, 34. &c. Illud ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἐγένοντο διαπίνοντες et L. IX, 16. ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἦσαν, διαπινόντων —— illustravit *P. Leopard.* Emend. VII, 1. *Tullii* vero *invitatio ut more Graeco biberetur*, tum, *poscunt maioribus poculis* ad διαπίνειν egregia, nec minus inpudens Rubrii flagitatio, *Quaeso cur ad nos filiam tuam non intro vocari iubes?* cui Philodamus, homo summa gravitate, *negavit moris esse Graecorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres* L. I. Verr. C. 26., ubi plura Herodoteis non absimilia.

18. Ὡς ἀ. δ. ἐγένοντο διαπίνοντες] De Persis iterum L. IX, c. 16., ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἦσαν διαπίνοντες. Quando compotores dicuntur διαπίνειν, significatur, poculis sese plusculum invitantes *bibendo certasse*; quod Persas praesertim fecisse vel ex iis constat, quae prorsus egregia nobis e *Dinone* forsan solus tradidit *AElianus* V. H. XII, c. 1. ubi vid. p. 712. Οἶνῳ χρωμένους ἐπιπλέον καὶ διαπίνοντας dixit *Plutarch.* in Sympos. p. 715., cuius eruditus interpres ista T. II. p. 58. E. διαθέων πρὸς Ἀλέξανδρον· recte reddiderat, *cursu cum Alexandro certans.* Praeter illa quae dederunt *Kuster.* in *Ar.* Eq. V. 1400. *T. Hemsterh.* Miscell. Obs. V, 3, p. 53. et *Abresch.* Dil. Thuc. p. 457. inveniuntur huius generis verba, διαπαλαίειν· διαπυκτεῦσαι· διαπληκτίζεσθαι· διαξαφίσασθαι· διαριπίζεσθαι· διαφιλοτιμεῖσθαι. In *Isocrat.* Panathen. p. 266. D. οὐδὲ νῦν αἱ μέγιστοι τῶν Ἑλληνίδων πόλεων διαπολεμοῦσι πρὸς τὸν ἐκείνου πλοῦτον· *adulando certantes:* διαλοιδορέεσθαι habet *Herod.* II, c. 121. et διανάυμαχέειν, VIII, c. 63. VALCKEN.

32. Ἀντίαι ἵζοντο] Satis ἀντία protectum, modo per codices licuisset. Admissum redibit, non sine controversia, statim, et ἵζοντο ἀντίοι L. VI, 77., ἵζόμεθα ἀντίοι L. IX, 26., ἀντίοι στάντες *Eurip.* Orest. V. 1479. et passim. Dubites vero, reiiculumne κελευόμεναι *Arcb.* et *Vallae* sit: vocatae venerunt, sed iussae, ad rem moribus gentis turpem et insuetam.

37. Ἀντίας ἵζεσθαι] Herodoteum praebet *Arcb.* ἀντίᾳ ἵζεσθαι. —— *Quae* spectantium ex adverso *cruciarent oculos*, mulieres Macedonicas frigide vocari ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν, *Herodoti* iudicat admirator *Longinus* π. Ὕ. IV, 12. Quid potissimum culpandum censuerit docet *Za. Pearce.* Comparavit illud *Ios. Scaliger* ad *Propertii* II. El. XIX, 76. *Quantum sic cruciat lumina vestra dolor?* VALCKEN.

37. Ἀλγηδόνας σφι ὀφθαλμῶν] Fluxit hoc fonte istud Alexandri ὡς εἰσὶν ΑΛΓΗΔΟΝΕΣ ΟΜΜΑΤΩΝ ad Persides in Regis Vit. ap. *Plutarch.* p. 676. F. *Longini* taxantem horum centuram, explosam a *Pet. Victorio*, *Fabro*, *Tollio*, *Gronovio*, non moror. *Herodoti* dictionem attigit *Olearius*, collato Isaei Rhetoris verbo, quo rogitanti Ardui, εἰ ἡ δεῖνα αὐτῷ καλὴ φαίνοιτο, modestissime, μάλα σοφρόνως, respondit, πέπαυμαι ὀφθαλμιῶν h. e., docto viro interprete, *oculorum se morbo laborare desiisse.* Verum simili in negotio ὀφθαλμιᾶν et ἐποφθαλμιᾶν vehemens desiderium explicant, sive ἐπιθυμίαν τῶν ὀφθαλμῶν ex *S. Ioannis* Epistola primori. Sic *Polybius* L. I, 7. πάλαι —— τὴν εὐδαιμονίαν τῆς πόλεως ΟΦΘΑΛΜΙΩΝΤΕΣ, *felicitati oppidi oculos cupiditatis adiecerant*, bene *Casaub.*, nec discordat in Exc. Legat. p. 1319., nedum *AElian.* de Anim. I, 12. &c.

μένοι, καί κε τις καὶ Φιλέειν ἐπειρᾶτο. Ἀμύντης μὲν δὴ ταῦτα ὁρέων, ἀτρέμας εἶχε, καί περ δυσφορέων, οἷα ὑπερδειμαίνων τοὺς Πέρσας· Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Ἀμύντεω, παρεών τε καὶ ὁρέων ταῦτα, ἅτε νέος τε ἐὼν καὶ κακῶν ἀπαθὴς, εὐδαμῶς ἔτι κατέχων εἰός τ' ἦν· ὥστε δὲ βαρέως φέρων, εἶπε πρὸς Ἀμύντεα τάδε, „ Σὺ μὲν ὦ πάτερ εἶκε τῇ ἡλικίῃ, ἀ„ πιών τε ἀναπαύεο, μηδὲ λιπάρεε τῇ πόσει· ἐγὼ „ δὲ προσμένων αὐτοῦ τῇδε, πάντα τὰ ἐπιτήδεα „ παρέξω τοῖσι ξείνοισι". πρὸς ταῦτα συνιεὶς ὁ Ἀμύντης ὅτι νεώτερα πρήγματα πρήξειν μέλλει Ἀλέξανδρος, λέγει, „ Ὦ παῖ, σχεδὸν γάρ σευ „ ἀναχαιομένου συνίημι τοὺς λόγους, ὅτι ἐθέλεις ἐμὲ „ ἐκπέμψας ποιέειν τι νεώτερον· ἐγὼ ὦν σευ χρῄζω „ μηδὲν νεοχμῶσαι ἐς κατ' ἄνδρας τούτους, ἵνα μὴ „ ἐξεργάσῃ ἡμέας· ἀλλὰ ἀνέχευ ὁρέων τὰ ποιεύ„ μενα· ἀμφὶ δὲ ἀπόδῳ τῇ ἐμῇ πεισομαί τοι." Ὡς δὲ ὁ Ἀμύντης χρήσας τοιέων οἰχώκεε, λέγει ὁ Ἀλέξανδρος πρὸς τοὺς Πέρσας, „ Γυναικῶν τοιέων ὦ „ ξεῖνοι πολλή ἐστι ὑμῖν εὐπετείη, καὶ εἰ πάσῃσι „ βούλεσθε μίσγεσθαι, καὶ ὀκόσῃσι ὧν αὐτέων· τοῦτο „ μὲν περὶ αὐτοὶ ἀποσημανέετε· νῦν δὲ, σχεδὸν γὰρ „ ἤδη τῆς κοίτης ὥρη προσέρχεται ὑμῖν, καὶ καλῶς „ ἔχοντας ὑμέας ὁρέω μέθης, γυναῖκας ταύτας, εἰ „ ὑμῖν φίλον ἐστὶ, ἄφετε λοῦσασθαι· λουσαμένας δὲ, „ ὀπίσω προσδέχεσθε". εἴπας ταῦτα, συνεπαινοι γὰρ ἦσαν οἱ Πέρσαι, γυναῖκας μὲν ἐξελθούσας ἀπέπεμπε ἐς τὴν γυναικηΐην· αὐτὸς δὲ ὁ Ἀλέξανδρος ἴσους τῇσι γυναιξὶ ἀριθμὸν ἄνδρας λειογενείους τῇ τῶν γυναικῶν ἐσθῆτι σκευάσας, καὶ ἐγχειρίδια δοὺς, παρῆγε ἔσω· παράγων δὲ τούτους, ἔλεγε τοῖσι Πέρσῃσι τάδε, „ Ὦ Πέρσαι, οἴκατε παιδαισίῃ τελέῃ „ ἐστιῆσθαι· τά τε γὰρ ἄλλα ὅσα εἴχομεν, καὶ „ πρὸς, τὰ οἷά τε ἦν ἐξευρόντας παρέχειν, πάν„ τα ὑμῖν πάρεστι· καὶ δὴ καὶ τόδε τὸ πάντων μέ„ γιστον, τάς τε ἑωυτῶν μητέρας καὶ τὰς ἀδελφεὰς „ ἐπιδαψιλευόμεθα ὑμῖν· ὡς παντελέως μάθητε „ τιμεώμενοι πρὸς ἡμέων τῶνπερ ἐστὲ ἄξιοι· πρὸς δὲ, „ καὶ

293

tractare, utpote plusculo vino temulenti, nonnemo etiam tentare suaviari. Hæc Amyntas intuens etsi iniquo ferebat animo, tamen præ metu Persici nominis quiescere. Verum eius filius Alexander quum adesset, atque hæc aspiceret, utpote adolescens, et malorum inexpertus, nequaquam amplius tolerare posse: itaque graviter ferens, ad Amyntam inquit, Tu quidem pater cede ætati, abique hinc ad requiescendum, neque adesto potationi: ego vero hic remanens, omnia hospitibus quæ oportet exhibebo. Amyntas eum iuvenile aliquid facturum animadvertens, ad hæc respondit, Fili, inquiens, verba tua ad iram accensi pæne intelligo, ideo enim me dimittis, quod aliquid novi agere in animo habes. Quare nolo te quicquam novi in hos viros perpetrare, futurum in perniciem nostram: sed tolera adspectans quæ geruntur: nam quod ad discessum meum pertinet, parebo. His rogatis Amyntas abiit. Tum Alexander ad Persas, Vobis, inquit, hospites, cum his feminis vel omnibus, si libet, facillime licet concumbatis: sed cum qua earum concumbere libeat indicate. Nunc enim fere tempus cubandi adventat, et vos bene potos esse temulentosque video. Proinde has feminas, si vobis cordi est, finite ire ad lavandum; lotas denuo exspectate. Hæc loquutus Alexander, approbantibus Persis, egressas feminas in muliebre remittit conclave: ac totidem viros læves malas habentes, muliebri veste exornat, traditisque pugionibus introducit: idque faciens Persis dixit, Vos vero, Persæ, a nobis in convivium estis omni munificentia accepti; quippe quibus et quæ habemus, atque insuper, quæ invenire potuimus, ea omnia adsunt: et, quod omnium maximum est, etiam nostras ipsorum matres et sorores liberaliter vobis exhibemus: ut prorsus universo honore affectos vos esse a no-

a Deest *Arch. V.* b Ἀμύντεα iidem: antea Ἀμύντην. c Ὦ πατ. σὺ μὲν *Pasf. Ask.* d Συνιεὶς *Paris. A. B.*, ante συνεὶς. Vide L. 1, 205., tum ὁ Αμ. *Arcb. V.*, ὁ vulgo aberat. e Πρήσσειν *Ask.* f Desiderantur haec duo in *Arcb.* et mox σεῦ, etiam *Vind.*, tum prior ἀναγομένου cum *Valla.* g *M. Ask. Pasf. V. Arcb. Brit. A. C.*, olim πρός. h Ἀνάχ. *Arcb.*, cui et *V.* mox τοι abest. i *M. Ask. Pasf.*, ceteri ἔλεγε, quod non minus bonum: paullo ante ὁ Αμ. *Ask.*, deerat ὁ. k *M. Ask. Pasf. Brit. A. C.*, vulgo ἐστὶ ἐν ὑμ., sed ἐστὶ non habent *Arcb. V.* l Εἰ ἀπάσ. iidem et μίγνυσθαι, tum διασημάνετε cum *Brit. A. C.* m Citat *Suid.* in *V.* n Ἀριθ. τῇσι γυν. *Arcb.* o *Arcb. V. Brit, A. C. Ald.*, ἦγε *Med. Pasf. Ask.*, tum ἔσω *Brit. A. C.*, alii εἴσω· iidem διασκευάσας antea. p Omnes, excepto *M.* et *Ask.*, qui ἡσθ., et *Arcb.*, in quo ἐσθ., et τελείῃ cum *Vind.* q Οἷόν τε *Arcb. V.* r Abest *Ask. Arcb. V.* s Excitat *Suid.*, Ἐπιδαψιλευόμεθα legens uti *Brit. A. C. Ald. Arcb. V. Paris.* duo. In *Med. Pasf. Ask.* ἐπιδαψιλεύμεθα.

46. Πρὸς Ἀμύντεα] Etsi Ἀμύντην saepe dederint scribae, optima haec productio et Ionici saporis, uti Ἀριστοφάνεα, Καλλιμάχεα, Καλλιόπεα, Καλλιστράτεα, Καλλιτέλεα, Καλλιφάνεα, Καλλιφῶντα, Καλλιφῶντος, Καλλιφῶντι, Καλλιφῶντα, Καλλιφῶντες, Καλλιφῶντων, Καλλιφῶντας, Καλλιφῶντι

nobis intelligatis quo digni estis: ac denique ut regi qui vos misit, a Græco Macedonum principe vos et mensa et lecto bene acceptos esse renuncietis. Hæc loquutus Alexander, singulos Macedonas tanquam mulieres videlicet, assidere iussit singulis Persis: qui posteaquam a Persis attrectari cœpere, illos obtruncavere. Et hac quidem morte affecti sunt Persæ ipsi et eorum comitatus. Comitabantur enim eos et vehicula, et famulitia, et omnis generis multus apparatus, quæ cuncta cum illis omnibus pariter intercepta sunt. Non multo deinde interiecto tempore, quum magna horum virorum a Persis inquisitio fieret, Alexander illos prudentia occupavit, tum multas pecunias dando, tum sororem suam nomine Gygæam. His datis Bubari, viro Persæ, uni ex inquisitoribus interfectorum ducum rem disiecit. Et horum quidem Persarum cædes tali astu perfecta silentio suppressa est. Esse autem Græcos hos qui a Perdicca progeniti sunt, quemadmodum ipsi aiunt, et ego scio, et esse tales ostendam in iis quæ postea dicam. Quinetiam et ii qui in Olympia certamini Græcorum præsunt, ita esse decreverunt. Nam quum Alexander certandi studio captus ad hoc ipsum descendisset, æmuli

„ καὶ βασιλεῖ τῷ πέμψαντι ἀπαγγείλητε, ὡς ἀνὴρ Ἕλλην [a] Μακεδόνων ὕπαρχος εὖ ὑμέας ἐδέ-
„ ξατο καὶ τραπέζῃ καὶ κοίτῃ". ταῦτα εἶπας Ἀλέξανδρος, παρίζει Πέρσῃ ἀνδρὶ ἄνδρα Μακεδόνα, ὡς γυναῖκα τῷ λόγῳ· οἱ δὲ, ἐπεί τε σφέων οἱ Πέρσαι ψαύειν ἐπειρῶντο, διεργάζοντο αὐτούς. Καὶ οὕτω μὲν τούτῳ τῷ μόρῳ διεφθάρησαν, καὶ αὐτοὶ καὶ ἡ θεραπηίη αὐτέων· εἵπετο γὰρ δή σφι καὶ ὀχήματα, καὶ θεράποντες, καὶ ἡ πᾶσα πολλὴ παρασκευή· πάντα δὴ ταῦτα, [b] ἅμα πᾶσι κείνοισι ἠφάνιστο· μετὰ δὲ χρόνῳ οὐ πολλῷ ὕστερον, ζήτησις τῶν ἀνδρῶν τουτέων μεγάλη ἐκ τῶν [c] Περσέων ἐγένετο· καὶ σφέας Ἀλέξανδρος [d] κατέλαβε σοφίῃ, χρήματά τε δοὺς πολλὰ, καὶ τὴν ἑωυτοῦ ἀδελφεὴν, τῇ οὔνομα ἦν [e] Γυγαίη· δοὺς δὲ ταῦτα κατέλαβε ὁ Ἀλέξανδρος [f] Βυβάρῃ ἀνδρὶ Πέρσῃ τῶν διζημένων τοὺς ἀπολομένους τῶν στρατηγῶν· ὁ μέν νυν τῶν Περσέων τουτέων θάνατος οὕτω καταλαμφθεὶς ἐσιγήθη. Ἕλληνας δὲ τούτους εἶναι [g] τοὺς ἀπὸ Περδίκκεω γεγονότας, κατάπερ αὐτοὶ λέγουσι, αὐτός τε ὕστερον τυγχάνω ἐπιστάμενος, καὶ δὴ [h] καὶ ἐν τοῖσι ὄπισθε λόγοισι ἀποδέξω ὡς εἰσὶ Ἕλληνες· πρὸς δὲ, καὶ οἱ [i] τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ διέποντες ἀγῶνα [k] Ἑλλήνων ὕστερον ἔγνωσαν εἶναι. [l] Ἀλεξάνδρου γὰρ ἀεθλεύειν ἱεμένου, καὶ καταβάντος ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, οἱ ἀντιθευσόμενοι

a Μακεδόνων *Arch. Vall.*, in reliquis Μακέδων. *b* Ἅμα πᾶσι *Paris. A. C. Arch V. Brit. A. C. Ald. Valla:* ultimum omittunt *M. Ask. Pasi.*, tum ἠφανίζετο *Pasi. Ask.* et *Steph.* ora. *c* Defit *Arch.*, qui ἐγίν. cum *Ask. Pasi. V.* *d* Habet hinc *Suid.* in *V.*, quod Editores non animadverterunt. *e* Γιγ. *Brit. A. C.* *f* Βυβάρῃ ex vetere more adscripto iota *Arch. V.*, qui supra δοὺς ταύτην· mox τὸν διζήμενον *Brit. A. C.* *g* Non est in *Arch. V.*. *h* Et hoc desideratur in iisdem. *i* Τὸν ἐν Ὀλ. omnes cum Edd., praeter *M. Ask. Pasi.*, qui praepositionem praetereunt. *k* Ἑλλήνων *Arch. V. Eton. Valla:* antea Ἑλληνοδίκαι. *l* Βουλομένου γὰρ Ἀλεξ. ἀεθλ. καὶ καταβ. ora *Steph. Pasi. Ask.*

83. Ὡς γυναῖκα τῷ λόγῳ] *Quos feminas esse aiebat; Valla:* Nemo tam parum Graece doctus est, qui non illud sentiat indignum *Herodoto*. Alexander imberbes iuvenes Macedonas adsidere iussit singulis Persis singulos, *tanquam mulieres videlicet*. Saepius adhibitum *Herodoto* τῷ λόγῳ significat id, *quod primo videatur adspectu*. Ὡς γυναῖκα δὴ poni potuerat et hic in eumdem sensum: apud *Plutarch.* T. II. p. 247. c., muliebrem in modum vestitos viros οἱ φύλακες παρῆκαν ὡς δὴ γυναῖκας. Narrant Herodoteae simillimas historias antiquiores, *Pausan.* in Messen. p. 288., *Polyaen.* I, XX, 2., recentiorem, quae Thebis evenit, *Xenophon.* Ἑλλ. V. p. 331, 28. ubi, qui temulentos amatores contrucidarent, viros Phyllidas ὡς γυναῖκας ἐσολισμένους cum introduceret in conclave, εἰσήγαγεν, inquit *Xen.* τὰς ἑταιρίδας δὴ, καὶ ἐκάθιζε παρ' ἑκάστῳ. *H. Steph.* corrigens ἑταιρίδια, *quem enim*, ait, *locum particula* δὴ *habere hic potest?* suum habet in ironia aptissimum locum: τὰς ἑταιρίδας δὴ, *meretriculas scilicet!* Apud eumdem pro ᾔδη scribendum p. 359, 42. ᾖ δὴ γὰρ ἡγήσεσθε κατὰ θάλασσαν; *vos scilicet! mari duces eritis: Thucyd.* p. 173, 77. ἡμεῖς δὲ αὐτόνομοι δὴ ὄντες, καὶ ἐλεύθεροι τῷ ὀνόματι. *Demosth.* p. 52, 37. ἵνα δὴ αὐτόνομοι ὦσιν. Ut in re minuta, saepissime fuit in hac vocula peccatum, velut ap. *Euseb.* c. Hierocl. p. 445. f. qui se Deum dixerat, strenue dicitur Iarchas bibisse, οἷα δὴ θεὸς, *tanquam Deus videlicet! Olearius* ista contextu censebat eiicienda. —— Ceterum ad Herodotea *Brissonius* de R. P. II, p. 275., comparavit egregium locum eadem narrantis *Iustini* VII, c. 3. Laudatur ob illud facinus Alexander in Epist. *Socrat.* 28, p. 28. sed Xerxi tribuitur, quod fecerat Darius. VALCKEN.

„ Κιλίκων δὲ τῶνδε [c] ἔχονται Ἀρμένιοι οἵδε, καὶ ὕτα
„ ἐόντες πολυπρόβατοι. Ἀρμενίων δὲ, Ματιηνοὶ, χώ-
„ ρην τήνδε ἔχοντες· ἔχεται δὲ τούτων γῆ ἥδε Κισσίη,
„ ἐν τῇ δὴ παρὰ ποταμὸν τόνδε [d] Χοάσπην κείμενά
ἐστι τὰ Σῦσα ταῦτα, ἔνθα βασιλεύς τε μέγας δίαι-
„ταν ποιέεται, καὶ τῶν χρημάτων οἱ θησαυροὶ ἐνθαῦ-
„τά εἰσι· ἑλόντες δὲ ταύτην τὴν πόλιν, [e] θαρσέοντες
„ ἤδη τῷ Διΐ πλούτου πέρι ἐρίζετε· ἀλλὰ περὶ μὲν χώ-
„ρης ἄρα ἐν πολλῆς, ἐνδὲ ὕτα χρηστῆς, [f] καὶ ὑρωσμι-
„κρῶν, χρεών ἐστι ὑμέας μάχας ἀναβάλλεσθαι πρὸς 304
„ τε Μεσσηνίους ἐόντας ἰσοπαλέας, καὶ Ἀρκάδας τε
„ καὶ Ἀργείους· τοῖσι ὕτε χρυσὸς ἔχομενόν ἐστι ἐνδεῖν,
„ ὕτε ἀργύρου, τῶν περὶ καί τινα σφέας προθυμίη μα-
„ χόμενον ἀποθήσεται· [g] παρέχει δὲ τῆς Ἀσίης πάσης
„ ἄρχειν εὐπετέως, ἄλλο τι αἱρήσεσθε"; Ἀριστα γόρης
μὲν ταῦτα ἔλεξε. Κλεομένης δὲ ἀμείβετο τοῖσδε, „ Ὦ
„ ξεῖνε Μιλήσιε, ἀναβάλλομαί τοι ἐς τρίτην ἡμέρην ἀπο-
„ κρίνεσθαι". Τότε μέν ἐς τοσοῦτον ἤλασαν· ἐπείτε δὲ
ἡ κυρίη ἡμέρη ἐγένετο τῆς ἀποκρίσιος, καὶ ἦλθον ἐς τὸ
συγκείμενον, εἴρετο ὁ Κλεομένης τὸν Ἀριστα γόρην ὁκόσοι ἀπὸ
ἡμέ-

[a] Ἂν ἔχοιτε αὐτοὶ βουλόμενοι *Arcb.* [b] Ἐς τῆς γῆς τὴν περ. id. *Vind. Ask.* [c] Ἔχονται *Ask. Pasf. Arcb. V.*, olim ἔχοντ' Ἀρμ., nulla necessitate. Quae sequuntur, attigit ad Perieg. v. 694. *Eustath.* [d] Χοάσπην ora *Steph., Arcb. V. Pasf. Ask.* duo *Brit.*, in *Aldo* Χοάσπια aliisque Editis. Χοάσπεα *Gronov.* [e] Θαῤῥέοντες ora *Steph. Arcb. V.*, cetera *Eustath.* spectavit in *Dionys.* v. 1073. mox ὥρα οὐ πολλ. *Arcb.* [f] Καὶ οὔρων *Arcb.* perpetuo et recte. [g] Παρέχον margo *Steph. Vind. Pasf. Ask.* duo *Brit.* olim παρεόν.

θυμὸς ὑμῖν ἐστι, ut Noster alias. His autem quae artissime adhaerescunt, iucundissimam scriptoris γλυκύτητα manifestant.

42. Τὰ θυμῷ βουλόμενοι, αὐτοὶ ἂν ἔ.] *Quibus vos, si potiri libuerit potiemini*; recte vertit *Valla*. Quod viro Doctiss. venit in mentem, θυμῷ βαλόμενοι significaret *animo considerantes*. Hic narratis congruit θυμῷ βουλόμενοι, *cupide volentes*, vel *animose desiderantes*, ἐπιθυμητικῶς πρὸς ταῦτα διακείμενοι· idem fuisset: τὰ, εἰ τῶνδε ὑμῖν ἂν ἦν θυμὸς, αὐτοὶ ἂν ἔχοιτε. VALCKEN.

56. Κιλίκων δ. τ. ἔχοντ' Ἀρμένιοι] Evitat scilicet! vocalium concursum *Herod.* atque idcirco diphthongos etiam elidit. Per omnes Edd. illud ἔχοντ' Ἀρμ. propagari non debuerat, et absque Codd. scribi ἔχονται Ἀρμένιοι οἵδε. Critico facile patet erroris origo. —— Dum scribit *Eustath.* in *Dionys.* v. 694., Ἡρόδοτος τοὺς Ἀρμενίους Φρυγῶν ἀποίκους φησὶ, λέγων καὶ ὅτι πολυπρόβατοί εἰσι, duo respicit *Herodoti* loca; hic enim tantum *pecoris divites*; Φρυγῶν ἄποικοι, quod nihil huc faciebat, suo loco dicuntur infra VII, c. 73. Secundum *Eudoxum* Armenii τῇ φωνῇ πολλὰ Φρυγίζουσι, apud *Steph. Byz.* v. Ἀρμενία. VALCKEN.

59. Τόνδε. Χοάσπην] Patrius casus Χοάσπεω I, 188. tueretur τὸν Χοάσπεα, si ex membranis fluxisset. At illae restitutum probant, quod et in C. 52. De ingentibus Persarum divitiis, et thesauris, Susis adservatis, *Strabo* XV. p. 1059. A. et nuper praeclare *H. Venema* ad *Danielis* Vatic. p. 214.

63. Τῷ Διῒ πλούτου πέρι ἐρίζετε] *Cum Iove divitiis certare poteritis.* Attigit illud *Eustath.* in *Dionys.* v. 1073. De incredibili pecuniae summa huc in thesauros regios congestae *Brisson.* egit de R. P. I, p. 158. qui p. 60. jam dederat Herodotea. In talibus facile concessa fingendi licentia regalem etiam Iovis in coelo domum humanae cupiditatis opplevit irritamentis: hinc venusta *Herodoti* loquendi forma Poëtis usitata, qua *certandi* verbum ponitur in comparatione de similitudine: L. IV, c. 152.; divitiis cum AEgineta Sostrato οὐκ οἷά τε ἐστὶ ἐρίσαι ἄλλον: postea temporis cum illo populares certare potuissent Lampis et Charops *Theocrit.* Eid. IV. v. ult. τό τοι γένος ἢ σατυρίσκοις Ἐγγύθεν ἢ Πάνεσσι κακοχνάμοισιν ἐρίσδει· apud *Athen.* III, p. 75. E. *Lynceus Samius*: τὰ ἑρινεὰ τοῖς λακωνικοῖς ὥστε συκάμινα σύκοις δοκεῖν ἐρίζειν· id est nullo posse modo inter se comparari. Eleganter *Callistratus* p. 894., Indi χαίτην dixit ἐκ τῶν ἄκρων πρὸς κόχλου Τυρίας ἄνθος ἐρίζουσαν. Nativa venustate *Horatius* Epoda II, 20., *ut gaudet insitiva decerpens pyra, Certantem et uvam purpurae!* Plura collegit *Lambin.* ad II. Carm. VI, 15., ubi *viridi* —— *certat Bacca Venafro.* VALCKEN.

69. Παρέχον δὲ] Persimile vulgato παρεὸν δὲ οἱ ὑποχείρια πάντα ποιήσασθαι VI, 72., saepiusque alibi. Hic vehementer παρέχον δὲ blanditur ob Codd. copiam, et verbi frequentem in licentia usum: παρεῖχε ἂν σφι, *ipsis licuisset*, L. IV, 14., ἀλλ' οὐ γὰρ οἱ παρέσχε, *non illi licuit*, VIII, 8. Alia se sponte offerent, collecta a *Porto*.

69. Παρεὸν δ. τῆς Ἀσίης ἄρχειν] Παρέχον nisi Codex scriptus praeberet, nemini suspectum foret παρεόν. *Euripidis* est in Phoen. v. 523., Ἄρχειν παρὸν μοι τῶνδε δουλεῦσαι ποτέ; ipse *Herod.* I, c. 129., εἰ, παρεὸν αὐτῷ βασιλέα γενέσθαι, —— sed multo rarius παρέχον a librariis expectari non poterat: παρέχει apud alios interdum, inprimis tamen ap. *Herod.* notat ἔξεστι, πάρεστι· legitur in eadem phrasi III, c. 142., ἐμοὶ παρέχει νῦν ὑμέων ἄρχειν· ut hoc loco, IV, c. 140., παρείχε ἂν σφι —— εὐπετέως ἐξευρέειν τοὺς Πέρσας. In oratione Candaulis, παρέξει, per παρέσται interpretatur *Dionys. Halicarn.* qui nec ipse participium παρασχὸν in eumdem adhibere sensum dubitavit: vid. *G. Canteri* N. L. III, c. 27. frequentatur *Thucydidi* praesertim εὖ παρασχὸν, et παρασχὸν καλῶς, *occasione commodum oblata*: p. 76, 22. 326, 29. 355, 30. VALCKEN.

Aristagoræ fraus infelix propter veritatem intervalli expositam. Supplex ergo factus ne pecunia Cleomenem expugnaret, arcuit huius filiola.

ἡμερέων ἀπὸ θαλάσσης τῆς Ἰώνων ὁδὸς εἴη παρὰ βασιλῆα· ὁ δὲ Ἀρισταγόρης, τἄλλα ἐὼν σοφὸς, καὶ διαβάλλων ἐκεῖνον εὖ, ὀν τύτῳ ἐσφάλη· χρεὼν γάρ μιν μὴ λέγειν τὸ ἐὸν, βυλόμενόν γε Σπαρτιήτας ἐξαγαγεῖν ἐς τὴν Ἀσίην, λέγει σφι ὧν, τριῶν μηνῶν φὰς εἶναι τὴν ἄνοδον· ὁ δὲ, ὑπαρπάσας τὸν ἐπίλοιπον λόγον, τὸν ὁ Ἀρισταγόρης[a] ὥρμητο λέγειν περὶ τῆς ὁδῦ, εἶπε, „ Ὦ ξεῖνε Μιλήσιε, ἀπαλλάσσεο ἐκ Σπάρ„ της πρὸ δύντος ἡλίυ· οὐδένα γὰρ λόγον[b] εὐπετέα „ λέγεις Λακεδαιμονίοισι, ἐθέλων σφέας ἀπὸ θαλάσ„ σης τριῶν μηνῶν ὁδὸν ἀγαγεῖν". ὁ μὲν δὴ Κλεομένης ταῦτα εἴπας, ἤιε ἐς τὰ οἰκία. Ὁ δὲ Ἀρισταγόρης λαβὼν ἱκετηρίην, ἤιε ἐς τοῦ Κλεομένεος· ἐσελθὼν δὲ εἴσω, ἅτε ἱκετεύων, [c] ἐπαναῦσαι ἐκέλευε τὸν Κλεομένεα, [d] ἀποπέμψαντα τὸ παιδίον· προσῆκε γὰρ δὴ τῷ Κλεομένεϊ ἡ θυγάτης τῇ οὔνομα ἦν Γοργώ· τῦτο δέ οἱ καὶ μοῦνον τέκνον ἐτύγχανε ἐὸν ἑτέων ὀκτὼ ἢ ἐνέα ἡλικίην. Κλεομένης δὲ λέγειν μιν ἐκέλευε τὰ βύλεται, μηδὲ ἐπισχεῖν τῦ παιδίυ εἵνεκα· ὁ δὲ ταῦτα δὴ ὁ Ἀρισταγόρης ἄρχετο ἐκ [e] δέκα ταλάντων ὑπισχνεόμενος, ἢν οἱ ἐπιτελέσῃ τῶν ἐδέετο· ἀνανεύοντος δὲ τῦ Κλεομένεος, προέβαινε τοῖσι χρήμασι ὑπερβάλλων ὁ Ἀρισταγόρης· [f] ἐς οὗ πεντήκοντά τε τάλαντα ὑποδέδεκτο, καὶ τὸ παιδίον ἠνώξατο, „ Πάτερ, [g] διαφθερέει σε ὁ ξεῖνος, ἢν μὴ ἀποστᾶς „ ἴῃς". ὅ τε δὴ Κλεομένης ἡσθεὶς τῦ παιδίυ τῇ παραινέσει, ἤιε ἐς ἕτερον οἴκημα· καὶ ὁ Ἀριστογόρης ἀπαλλάσσετο τοπαράπαν ἐκ τῆς Σπάρτης, οὐδέ οἱ ἐξεγένετο ἐπιπλέον ἔτι σημῆναι περὶ τῆς ἀνόδυ τῆς παρὰ βασιλῆα. Ἔχει γὰρ ἀμφὶ τῇ ὁδῷ ταύτῃ ὧδε· σταθμοί τε πανταχῇ εἰσὶ βασιλήιοι, καὶ καταλύσιες κάλ-

quot dierum ab Ionum mari ad regem esset iter. Aristagoras, alioqui solers, et illum præclare decipiens, in hoc tamen lapsus est: qui quum non deberet rem ut se habebat illi aperire, volens Spartiatas in Asiam educere, dixit trium mensium esse adscensum. Cleomenes, interpellata huius, quam orditi instituerat, oratione de itinere, inquit, Hospes Milesie, abscede e Sparta ante solem occidentem: nec enim rem factu facilem dicis Lacedæmoniis, volens eos trimestri itinere abducere a mari. Hæc loquutus Cleomenes domum abiit. Aristagoras, sum- 51
pto oleæ ramo ad domum Cleomenis se contulit, eamque ingressus ut supplex, iubebat ad se audiendum dimitti illius filiam. Stabat enim ante Cleomenem filia, cui nomen erat Gorgo, unica illius proles, eaque octo aut novem annos nata. Cleomene iubente eum dicere quæ vellet, neque reticere filiolæ gratia, tunc Aristagoras incepit pollideri illi ab decem talentis, si precibus suis annueret; abnuente Cleomene, subinde adiiciendo illuc pervenit, ut quinquaginta talenta polliceretur. Ad quod puella, Pater, inquit, hospes te corrumpet, nisi hinc abis. Prudenti monito pu- 1
ellæ delectatus Cleomenes, in aliud conclave abiit: et Aristagoras e Sparta prorsus abscesit, non facta ei amplius potestate indicandi adscensus ad regem. Ea nam- 52
que istius itineris ratio ita habet. Ubique sunt regii stathmi, *id est*, mansiones, ac di-

a Ἔμελλε *Arcb.*, quae glossa: Paret ea clarissime ex L. IX, 90. ubi his adfinia idem τὸν Ἀριστ. paullo ante. b Εὐεπετέα *Arcb.* c Id. *Vind. Pasc. Stepb.* ora, olim ἐπακούσας ex *Aldo* et *Med.* d *Arcb. V. Brit.* duo, *Ask* margo *Stepb.*, in aliis ἀποπέμψαι. e *Undecim* Valla. f Ἐσὸ *Ask.* et mox ὑποδίδεκτο cum *Med. Pasc.*, reliqui ὑπεδέδεκτο. g Διαφθορέει *Pasc.*

77. Καὶ διαβάλλων ἐκεῖνον εὖ] Longe eos, qui de *excellente sapientia* διαβάλλειν capiunt, falli, vera est *Eustath. Swartii* animadversio Analect. I, 14. et *Lamb. Bos* Obs. Critic. C. 7. Unum hoc vide; Ἰσταῖος μὲν λέγων ταῦτα, διέβαλλε, *Valla* interprete, *haec Histiaeus fallendi gratia dicebat*, C. 107. huius Musae. Erravit praeterea Aristagoras in corporis cultu et Ionico luxu, a severis Spartanorum moribus inmaniter discrepante, ἐσθῆτα ἔχων πολυτελῆ καὶ τὴν ἄλλην τρυφὴν τὴν Ἰωνικὴν, uti de eo *Zenobius* Cent. V, 57. et *Suidas* in Οἶκοι τὰ Μιλήσια. Advertit porro animum ex *Arcb.* exscriptum λόγον εὐεπετέα sive εὐπετέα, cui, plures si suffragarentur, patrocinium haud abnuerem; suppeditaret enim Philosophus *Eusebius* εὐπετείην εὐπετέα in *Stob.* Serm. XLIII. p. 308., et Noster, vocabuli usu delectatus, alia. Gaudeo consensu *Valckenarii*.

84. Οὐδένα γὰρ λόγον εὐεπέα] Quomodocunque capias, nulli minus λόγον desiderabant εὐεπέα, quam Lacedaemonii, qui neque *speciosa* solebant anteponere salutaribus: εὐεπετέα enotatum ex *Arcb. rem facilem* λόγον, ut puto, dixerat εὐπετέα. —— Sequentis cap. initio placet et marginis lectio ab *Arcb.* firmata, ἅτε ἱκετεύων ἐπακοῦσαι· et *H. Stephani*, παρεσήκεε. VALCKEN.

89. Ἐπακοῦσαι ἐκέλευε &c.] Pristinam schedis auspicibus faciem sermo induit: *H. Stephanus* aptabat *ἱκετεύων ἐπακοῦσαι, ut aurem sibi daret, suppliciter petens*, nec vere neque commode. Aristagoras, uti supplicum mos, quo de L. I, 35., ferebat, in intima domus penetralia ipsumque adeo ad focum se contulit; id ἐσελθὼν ἔσω ἅτε ἱκετεύων· tum Cleomenem, semotis arbitris ablegataque filia, ut auscultet rogat. Quae sanequam planissima. *Stephani* praeterea παρεσήκεε *assistebat*, loco προεσήκεε, non equidem, si praesidium haberet, repudiarem.

100. Διαφθερέει σε] Cleomenis Gorgo ap. *Plut.* in dictis Laconic. p. 240. D. καταφθαρεῖ σε, ὦ πάτερ, τὸ ξενύλλιον, ἐὰν μὴ τάχιον αὐτὸν τῆς οἰκίας ἐκβάλῃς, eleganter, nec sine convicio in Aristagorae staturam, sed alio ex fonte. Διαφθορέα, Cod. *Pasion.* Ionismum sapit, legiturque L. IX, 41.

100. Πάτερ, διαφθερέει σε ὁ ξεῖνος] Ut Attice plerosque *Xenophon*, Ionice Laconas *Herodotus* semper facit loquentes: multa *Plutarchus* Laconum dicta Dorice effert; hoc etiam suavissimum Gorgus partim saltem, T. II, p. 240. D. Καταφθαρεῖ σε, ὦ πατερ, τὸ ξενύλλιον, ἐὰν μὴ τάχιον αὐτὸν τῆς οἰκίας ἐκβάλῃς· legitne apud *Herod.* ἀποσήσῃς; sed scripserat noster, prout vulgatur, ἢν μὴ ἀποστᾶς ἴῃς. Apud *Hesych.* vulgatissima vox Ἀποστᾶς auctoritate legitur *Aeschyli* munita, quae pertinet ad glossam praecedentem. Dixisse videtur Gorgo καταφθαρεῖ, et ξενύλλιον. Dorice φθαίρειν dicebatur ut κταίνειν· *Etymol.* p. 269, 50. et *Eustath.* in Od. K. p. 382, 29. Non patrio sibi more vestitum Milesium Spartiatae filiola ξενύλλιον vocabat, more Graecis usitato, hac forma suum illa contemptum indicans: ἐπύλλιον et κρεῦλλιον similiter adhibentur; et ob eamdem rationem ἀνδρίον, ἀνδράριον, et ἀνθρώπιον. *Theocrit.* Eid. V, v. 40., φθονερὸν τὺ καὶ ἀπρεπὲς ἀνδρίον. *Aristoph.* Ἀχ. v, 516., ἀνδράρια μοχθηρὰ, παρακεκομμένα φύσει κναδος, ἀνθρώπιον *Demosthenis* dicitur Aeschines p. 180. venuste Μενέλεων, ἀνθρώπιον λῷστον dicebat *Silenus* in *Eurip.* Cycl. v. 184. —— Ionum Aristagoram luxuriose vestitum Spartam venisse monstrat proverbium, Οἶκοι τὰ Μιλήσια· prout eius originem explicant *Zenobius* Cent. V, Prov. 57. quique dicitur *Plutarchus*, c. 55. p. 306. et *Suidas*. VALCKEN.

6. Σταθμοί τε πανταχῇ εἰσὶ] Haec, si numeris ratio constaret, forent egregia, docerentque modulum et proportionem inter σταθμοὺς et παρασάγγας. In *Xenophontis* Ἀναβ. IV. p. 297. ἐντεῦθεν δ' ἐπορεύθησαν σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα· iterum p. 299. ἐπορεύθησαν σταθμοὺς τρεῖς, διὰ πεδίου, παρασάγγας πεντεκαίδεκα. His gemina ferme *Nostri* τρεῖς εἰσι σταθμοὶ, παρασάγγαι δὲ πεντεκαίδεκα καὶ ἥμισυ. Qui tamen modulus haud perpetuus. *Herodoti* enim σταθμοὶ plerumque quaternos parasangas aut paullo amplius aequiparant: nec in *Xenophonte* eadem ubique proportio. Nam p. 240. τρεῖς σταθμοὺς παρασάγγας δέκα, et L. I. p. 17. σταθμοὺς τρεῖς παρασάγγας εἴκοσιν conparat, ubi doctissimus *Hutchinson* nonnulla super ista re; quae, nisi plurima Attici

diverſoria pulcherrima. Iter omne per loca culta, ac tuta. Et per Lydiam quidem et Phrygiam, ſtathmi vel manſiones tendunt viginti, paraſangæ nonaginta quatuor et dimidiatus. E Phrygia excipit fluvius Halys, cui imminent portæ, quas tranſire omnino neceſſe, atque ita fluvium transmittere: est et cuſtodia magna ad illum. Transgreſſo in Cappadociam, et eam permetienti usque ad fines Cilicios, duodetriginta ſtathmi ſunt, paraſangæ centum quatuor. In horum finibus poſitas duplices portas ac totidem cuſtodias pertranſis. Has transgreſſo, et per Ciliciam iter facienti, tres ſtathmi ſunt, paraſangæ quindecim ac dimidiatus. Terminus Ciliciæ et Armeniæ est flumen quod navibus tranſitur, nomine Euphrates. In Armenia ſtathmi ſunt diverſoriorum quindecim, paraſangæ quinquaginta ſex et dimidiatus, in quibus et cuſtodia est. Eam fluvii qui navibus transeuntur quatuor perfluunt, quos transmittere prorſus neceſſarium est: primus, Tigris: ſecundus dehinc ac tertius eiusdem nominis, etſi non idem fluvius, nec ex eodem fluens loco: nam horum quos enumeravi primus ex Armeniis fluit, alter ex Matienis: quartus fluvius nominatur Gyndes, quem Cyrus aliquando in trecentos ac ſexaginta diduxit alveos. Ex hac Armenia in terram Matienam tendentes ſtathmi ſunt quatuor: unde in regionem Ciſſiam transeunti ſunt undecim ſtathmi, paraſangæ vero quadraginta duo et dimidiatus, ad fluvium Choaſpem, qui et ipse navibus transmittitur, ſupra quem urbs Suſa est ſita. Omnes hi ſtathmi, ſunt centum undecim: diverſoria igitur ſtathmorum tot ſunt adſcenden-
53 ti Sardibus Suſa. Quod ſi iter regium recte metiamur paraſangis, et paraſanga valet triginta ſtadia, ut valet, ſunt e Sardibus ad regiam quæ dicitur Memnonia, tredecim millia ſtadiorum et quingenta: quum

καλλίστας· διὰ οἰκεομένης τε ἡ ὁδὸς ἅπασα καὶ ἀσφαλέος· διὰ μέν γε Λυδίης καὶ Φρυγίης σταθμοὶ τείνοντες εἴκοσί εἰσι, παρασάγγαι δὲ τέσσερες καὶ ἐνενήκοντα καὶ ἥμισυ· ἐκδέχεται δέ μιν ἐκ τῆς Φρυγίης ὁ Ἅλυς ποταμὸς, ἐπ' ᾧ πύλαι τε ἔπεισι, τὰς διεξελάσαι πᾶσα ἀνάγκη, καὶ οὕτω διαπερᾶν τὸν ποταμόν· καὶ φυλακτήριον μέγα ἐπ' αὐτῷ· διαβάντι δὲ ἐς τὴν Καππαδοκίην, καὶ ταύτῃ πορευομένῳ μέχρι ὅρων τῶν Κιλικίων, σταθμοὶ [a] δυώδεκα δέοντες εἰσὶ τεσσαράκοντα, παρασάγγαι δὲ τέσσερες καὶ ἑκατόν· ἐπὶ δὲ τοῖσι τούτων ὅροισι διξάς τε πύλας διεξελᾷς, καὶ διξὰ φυλακτήρια [b] παραμείψαι· ταῦτα δὲ διεξελάσαντι, καὶ διὰ τῆς Κιλικίης ὁδὸν ποιευμένῳ, τρεῖς εἰσὶ σταθμοὶ, παρασάγγαι δὲ πεντεκαίδεκα, καὶ ἥμισυ· ὅρος δὲ Κιλικίης [c] καὶ τῆς Ἀρμενίης ἐστὶ ποταμὸς νηυσὶ περητὸς, τῷ οὔνομα Εὐφρήτης· ἐν δὲ τῇ Ἀρμενίῃ σταθμοὶ μέν εἰσι [d] καταγωγίων πεντεκαίδεκα, παρασάγγαι δὲ ἓξ καὶ πεντήκοντα, καὶ ἥμισυ· καὶ φυλακτήριον ἐν αὐτοῖσι· ποταμοὶ δὲ νηυσὶ περητοὶ τέσσερες διὰ ταύτης ῥέουσι, τοὺς πᾶσα ἀνάγκη διαπορθμεῦσαί ἐστι· πρῶτος μὲν, [e] Τίγρης· μετὰ δὲ, δεύτερός τε καὶ τρίτος αὐτὸς [f] ὀνομαζόμενος· οὐκ αὐτὸς ἐὼν ποταμὸς, οὐδὲ ἐκ τῆς αὐτῆς ῥέων· ὁ μὲν γὰρ πρότερος αὐτέων καταλεχθεὶς, ἐξ Ἀρμενίων ῥέει· ὁ δὲ ὕστερος, ἐκ Ματιηνῶν· ὁ δὲ τέταρτος τῶν ποταμῶν οὔνομα ἔχει Γύνδης, τὸν Κῦρος διέλαβέ κοτε ἐς διώρυχας ἑξήκοντα καὶ τριηκοσίας· ἐκ δὲ ταύτης τῆς Ἀρμενίης [g] ἐσβάλλοντος ἐς τὴν Ματιηνὴν γῆν, σταθμοί εἰσι τέσσερες· ἐκ δὲ ταύτης ἐς τὴν Κισσίην χώρην μεταβαίνοντι, ἕνδεκα σταθμοὶ, παρασάγγαι δὲ δύο καὶ τεσσεράκοντα καὶ ἥμισυ ἐστὶ ἐπὶ ποταμὸν Χοάσπην, ἐόντα καὶ τοῦτον νηυσὶ περητόν· ἐπ' ᾧ Σοῦσα πόλις πεπόλισται· οὗτοι οἱ πάντες σταθμοὶ εἰσὶ ἕνδεκα καὶ ἑκατόν· καταγωγαὶ μέν νυν σταθμῶν τοσαῦταί εἰσι ἐκ Σαρδίων ἐς Σοῦσα ἀναβαίνοντι. Εἰ δὲ ὀρθῶς μεμέτρηται ἡ ὁδὸς ἡ βασιληὴ τοῖσι παρασάγγῃσι, καὶ ὁ παρασάγγης δύναται τριήκοντα στάδια, [h] ὥσπερ ἔτός γε δύναται ταῦτα, ἐκ Σαρδίων στάδιά ἐστι ἐς τὰ βασιλήια τὰ [i] Μεμνόνια καλεόμενα, πεντακόσια καὶ τρισχίλια καὶ μύρια,

a Δ' ὧν *Arcb.* *b* Διαμείψαι id., cui *Galeus* iniuria primas dat. *Portum* adi potius. *c* Tria ſeqq. deſunt *Arcb.*, mox id. Εὐφράτης *V. Paſ. Ask.* ora *Stepb.* *d* *Suidas* hinc in Voc. *e* Πίγρης *Ald. Paſ. Ask. Steph.* margo, Τίγρις *Arcb. Vind.* et *Euſtath.* in *Dionys.* v. 976. et *Valla.* Τίγρης *Med. Paſ. Ask.* *f* Οὐνομαζ. *Brit.* duo, et recte. olim ὀνομαζ. *g* Ἐσβάλλοντι *Arcb.*, ἐσβάλλοντος *Ald. V. Paris. B. Brit.* duo, *Paſ.*, in *Med. Ask.* ἐσβάλλοντες. *b* Septem ſeqq. omiſit ſocors *Arcb.* ſcriba. *i* Μεμνόνια id. et *Vind.* Vid. *Strab.* xv. p. 1058. C., vulgati patronum.

tici ſcriptoris loca dixeris mendoſa, non procedent. Poſſent et auxilio esſe haec *Procopii*, ſi quidem eundem viae modum explicarent, Hiſt. Arc. C. 30. ἐς ἡμέρας ὁδὸν εὐζώνῳ ἀνδρὶ σταθμοὺς κατεσήσαντο, πῇ μὲν ὀκτὼ, πῇ δὲ τούτων ἐλάσσους, οὗ μέν τοι ἧσσον ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἢ κατὰ πέντε· *in via, quam expeditus viator diurno itinere conficit, octonas ferme mutationes, alicubi pauciores, infra quinque nusquam* Perſae *poſuere.* Sed ea diſcrepant. *Procopii* curſus est vehicularis: hinc plures *manſiones* et ad iumenta mutanda *mutationes* illa in via: *Herodoti* pedeſtre iter, ubi ſingulos in dies tot manſionibus non opus.

11. Ἐπ' ᾧ πύλαι] *Portas*, πύλας, foſſis aquae coërcendae et ſi uſus requirebat, emittendae cauſſa adpoſitas, habemus L. III, 117. Quo e genere πύλαι ποταμῶν, שַׁעֲרֵי הַנָּהָרוֹת / quibus laxatis urbi Nino ex Tigride inundatio in Prophetae *Nabumi* C. II, 6. Hae in ponte fluvii Halyos fuerunt, nec *Bochartum* fugerunt Phal. IV, 19. Μέγα, quod ſequitur, φυλακτήριον, *munimentum* ad regionis tutelam, omnes ex *AEſchine*, *Ariſtotele*, *Ioſepho* norunt, *Morello* excepto, in *Libanii* T. II. p. 133. c. enormiter lapso.

27. Τίγρης] Quum in *Aldi Camerarii*que exemplis et MSS. duobus Πίγρης ſcribatur, debuerat pars ista Salmaſianae diſputationis ad *Solin.* p. 489. ſine culpa relinqui. Mihi Πίγρης non placet, dubio Τίγρις an Τίγρις potior ſit. Τίγρις, uti hic ſcripti quidam et *Euſtath.*, L. I, 189, 193. II, 150., Τίγρης VI, 20. Hunc autem perhibet ex Armeniis fluere, nec diſcordant ſcriptorum alii. Secundi fontes et ſcaturigo in Matienis; ὁ δὲ ὕστερον *alter* vertitur a *Valla.* Unde igitur tertium labitur flumen? Hoc praeter exſpectationem tacetur. Pinge itaque cum Cl. *Pauw* οἱ δὲ ὕστερον ἐκ Ματιηνῶν, et ſecundi ac tertii pateſcet origo. Certe in Matienis ſcaturiebat Gyndes, de quo L. I, 189.

33. Ἐσβάλλοντος] *Arcb.* ἐσβάλλοντι, ob conſequens μεταβαίνοντι, ego primas darem. In *Pauſania* nihil hac frequentius ſtructura. Sed uſus editum, monente *Galeo*, cum non ſpernat, ſervatum illud est: nam ἐσβάλλοντες quo tibicine fulciatur, *Gronovius* docere noluit, nedum quo nectantur modo σταθμοὶ εἰσὶ τέσσερες, quae alium utique participii caſum ſibi deſiderant. Hic vero manifeſta ſe prodit lacuna; deſunt paraſangarum notae et numeri, difficulter ex dubia inter manſiones et paraſangas proportione reſtituendi.

39. Σταθμοὶ εἰσὶ ἕνδεκα καὶ ἑκατὸν] Ratio non conſtat. *Manſiones* ſive σταθμοὶ in praecedentibus duntaxat LXXXI. Neque convenit paraſangarum ſumma: numerantur tantum CCCXIII. Quia tamen paraſangis quadringentis et quinquaginta, quot ſe poſuiſſe ſignificat, accurate ſtadiorum collectio congruit, bene illi habent. Vitia in manſionum et paraſangarum numeris, ſuis olim locis iuſte ſignatis, inflicta haerent, aliorum fortaſſe MSS. auxilio eluenda; noſtra enim in eodem ſunt luto.

Harmodius et Aristogiton prosapia Gephyraei, a quibus Hipparchus interfectus.

μια, παρασαγγέων ἐόντων πεντήκοντα καὶ τετρακοσίων· πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν στάδια ἐπ' ἡμέρη ἑκάστῃ διεξιοῦσι, ἀναισιμοῦνται ἡμέραι ἀπαρτὶ ἐννεήκοντα. Οὕτω [a] τῷ Μιλησίῳ Ἀρισταγόρῃ, εἴπαντι πρὸς Κλεομένεα τὸν Λακεδαιμόνιον, εἶναι τριῶν μηνῶν τὴν ἄνοδον τὴν παρὰ βασιλῆα, ὀρθῶς εἴρητο· εἰ δέ τις τὸ ἀτρεκέστερον τετέων [b] ἔτι δίζηται, ἐγὼ καὶ τοῦτο σημανέω· τὴν γὰρ ἐξ Ἐφέσου ἐς Σάρδις ὁδὸν δεῖ προσλογίσασθαι ταύτῃ· καὶ δὴ λέγω στάδιοι εἶναι τοὺς πάντας ἀπὸ θαλάσσης τῆς Ἑλληνικῆς μέχρι Σούσων, τοῦτο γὰρ [c] Μεμνόνιον ἄστυ καλέεται, τεσσεράκοντα καὶ τετρακισχιλίοι καὶ μυρίοι· οἱ γὰρ ἐξ Ἐφέσου ἐς
306 Σάρδις εἰσὶ τεσσεράκοντα καὶ πενταχόσιοι στάδιοι· καὶ ὕτω τρισὶ ἡμέρῃσι μηκύνεται ἡ τρίμηνος ὁδός. Ἀπελαυνόμενος δὲ ὁ Ἀρισταγόρης ἐκ τῆς Σπάρτης, ἧκε ἐς τὰς Ἀθήνας, γενομένας [d] ὧδε τυράννων ἐλευθέρας· ἐπεὶ [e] Ἵππαρχον τὸν Πεισιστράτου, Ἱππίεω δὲ τοῦ τυράννου ἀδελφεόν, ἰδόντα ὄψιν ἐνυπνίῳ τῷ ἑωϋτοῦ πάθεϊ ἐναργεστάτην, κτείνουσι [f] Ἀριστογείτων καὶ Ἁρμόδιος, γένος ἐόντες τὰ ἀνέκαθεν Γεφυραῖοι, μετὰ ταῦτα ἐτυραννεύοντο Ἀθηναῖοι ἐπ' ἔτεα τέσσερα, οὐδὲν ἧσσον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἢ πρότου. Ἡ μέν νυν ὄψις τοῦ Ἱππάρχου ἐνυπνίου ἥν ἥδε· ἐν τῇ προτέρῃ νυκτὶ τῶν Παναθηναίων ἐδόκεε ὁ Ἵππαρχος ἄνδρά οἱ ἐπιστάντα μέγαν καὶ εὐειδέα αἰνίσσεσθαι τάδε τὰ ἔπεα,

Τλῆθι λέων ἄτλητα παθὼν τετληότι θυμῷ.
Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει.

ταῦτα δὲ, ὡς ἡμέρη ἐγένετο τάχιστα, φανερὸς ἦν ὑπερτιθέμενος ὀνειροπόλοισι· μετὰ δὲ, ἀπεπάμενος τὴν

quum sint parasangæ quadringenti quinquaginta. Itaque peragrando singulis diebus centena et quinquagena stadia, consumuntur solidi nonaginta dies. Hunc in mo- 54
dum ab Aristagora Milesio apud Cleomenem Lacedæmonium dicente trium mensium adscensum esse ad regem recte dicebatur. Quod siquis exploratius ista inquirat, hoc quoque ego indicabo: nam iter ab Epheso ad Sardis huic rationi decet apponi in computando. A Græco igitur mari ad Susa, (hæc enim urbs Memnonia vocatur,) dico esse quatuordecim millia stadiorum et quadraginta. Ex Epheso enim ad Sardes, quingenta et quadraginta stadia: atque ita tribus omnino diebus augetur spatium itineris trimestris. Digressus e Sparta Aristagoras Athenas contendit, tyrannis liberatas, hoc modo: Postquam Hipparchum Pisistrati filium, Hippiæ tyranni fratrem, qui in somnis visionem cladis suæ evidentissimam viderat, interfecere Aristogiton et Harmodius, prisca origine Gephyræi; post hæc nihilominus Athenienses, imo magis quam prius, tyrannidem quadriennio pertulerunt. Visio autem insomnii Hipparchi hæc erat: Nocte quæ antecessit Panathenæa videbatur Hipparchus cernere virum adesse sibi proceram atque speciosum, hos versus per ænigma dicentem,

Intoleranda leo tolera, tolerans animo ægro.
Nemo hominum iniustus non solvit tempore pœnam.

Hæc simulatque dies illuxit, palam referebat ad somniorum coniectores: sed mox spreta

55 56

[a] Τῷ abest *Ask.* [b] Defit *Arch.* [c] Μεμνόνιον *Arch. Vind.* [d] Τυραννων. ὧδε *Arch. Pass. Ask.* [e] Ἵτταρχ. *Arch. Vind.* perperam. [f] Ὁ Ἀρισ. καὶ ὁ Ἁρμ. *Arch.* [g] Λέον *Arch.*; est in *Anthol.* L. 1, 6. hoc epigramma, ubi mox ἀδίκων.

48. Ἡμέραι ἀπαρτὶ ἐννεήκοντα] Critici ad Comici Plut. v. 388. κέχρηται αὐτῷ (ἀπαρτὶ) Ἡρόδοτος λέγων, ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδια δύο ἀπαρτί· quod scholion *Suidas* in Ἀπαρτὶ describens pro στάδια δύο praebet στάδιοι ο sive ἑβδομήκοντα. Unde *Aristophanis* interpres ea acceperit, an memoriae vitio haec spectarit, quis certo decreverit? In *Herodoto* hactenus invenit nemo, et sunt profecto nusquam. Vide *Hemsterhusium* ad *Plutum* et *Alberti* in *Hesychii* Ἀπαρτί.

66. Ἐτυραννεύοντο — οὐδὲν ἧσσον] Neque enim Harmodius et Aristogiton, sed, *Herodoto* iudice, verius Alcmaeonidae Athenas ἐλευθέρωσαν, L. VI, c. 123.; et fuit Hippias, exacerbatus fraterna caede, patre fratreque longe τυραννικώτερος. Aristogiton et sodalis non habebantur tantum, ut erant, tyrannicidae; sed vulgo laudabantur Athenis, tanquam qui sublata tyrannide suam patriae reddidissent libertatem. In hanc etiam Atticae plebis opinionem inveteratam dici poterat *Dioni Chrys.* p. 190. E. τὸ πιστεύεσθαι πολὺν χρόνον ὑπὸ ἀνθρώπων ἡλιθίων οὐδέν ἐστιν ἰσχυρόν. Sed sapientiores etiam nonnunquam minus loquuntur considerate: praeter ceteros *Io. Meursio* citatos in Pisistrato et ad *AEliani* V. H. XI, c. 8., nobilissimos istos iuvenes primum *Hieronymus* statuit exemplum, alia quoque commemorans, quibus demonstret, ὅτι τὸ τῶν νέων πρὸς ἀλλήλους ἑταιρικὸν συμφρονῆσαν πολλὰς τυραννίδας καθεῖλε, ap. *Athen.* XIII. p. 602. A. sequitur Peripateticus *Aristotelis*, quin et *Platonis* iudicium in Sympos. Culpat *Platonem lac. Perizon.* ad *AElian.* p. 692., velut hac in re disentientem a se ipso in Hipparcho: sed si suspicionem, quam solus forte movit *AElian.* V. H. VIII, c. 2., ad examen vir Eruditissimus revocasset, illam forsan agnovisset legitimam, atque in Hipparcho multa reperiri, quae faciem praebeant ab illa *Platonis* diversissimam. Neque magni mihi videtur momenti criminatio *Dionis Chrys. Perizonio* memorata, culpantis Athenienses, quod Harmodium et Aristogitonem πάντων μάλιστα τιμῶσιν ὡς ἐλευθερώσαντας τὴν πόλιν, καὶ ἀνελόντας τὸν τύραννον, Or. XI. p. 191. Hipparchum certe sustulerunt; quodque recuperandae libertatis gratia facere sibi proposuerant, imperfecto licet opere, fecisse tamen ab accerrimis tyrannorum osoribus censebantur, ob incoeptum illud opus digni habiti, qui cumularentur omni honorum genere: solum etiam occidendi tyranni conatum Athenienses factum existimabant pulcherrimum; quod luculento demonstrari potest documento. Post eiectos XXX. tyrannos psephisma condiderunt ab auctore sententiae *Demophanti* dictum, servatum nobis ab *Andocide* de myst. p. 13. secundum illud iurare cogebantur Athenienses: *tyrannidis auctorem vel fautorem* (ἐάν τις κτείνων ἀποθάνῃ, ἢ ἐπιχειρῶν, *si quis aut occidens moriatur, aut immoriatur incoepto* (sive *tantum opus aggressus*; id enim est ἐπιχειρῶν, nempe κτείνειν) εὖ ποιήσω αὐτόν τε καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐκείνου, καθάπερ Ἁρμοδίον τε, καὶ Ἀριστογείτονα, καὶ τοὺς ἀπογόνους αὐτῶν· hoc respicit decretum *Demostb.* c. Leptin. p. 312., dum meminit τῆς Δημοφάντου στήλης, cui insculptum iusiurandum: ἐάν τις ἀμύνων τι πάθῃ τῇ δημοκρατίᾳ, τὰς αὐτὰς δώσειν δωρεὰς, ἅσπερ Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονι· vulgato nomini Διοφάντου alterum ex Codd. debuerat substitui: vid. *Lycurgus* p. 165, 43. longe recentius et diversissimi generis Διοφάντου fuit Ψήφισμα. Oratio c. Leptinen, docte nuper atque eleganter Gallice conversa a *Ged. le Cointe*, eadem opera potuerat aliquoties expoliri, ut Graeca quoque legerentur emendatius. VALCKEN.

66. Ἐπ' ἔτεα τέσσερα] *Thucydides* VI, 59. Hippiae post fratris necem tyrannidem tribus annis terminat, totidem *Plato* in Hipparcho p. 229. B., nihil admodum *Herodoti* quatuor annis officientes, modo cum *H. Dodwello* Annal. Thucyd. p. 42. tres integri et quartus inchoatus Hippiae tyranno post Hipparchi violentam mortem relinquantur. Quod Criticus autem ad *Aristophan.* Lysistr. v. 619. κατέσχε δὲ ἡ τυραννὶς ἐπὶ ἔτη γ. οἱ δὲ, δ., Ἡρόδοτος δὲ ς. errore non vacat, et mutata verborum sede tolli potest. Nam *sex* eum *annos* hic reperisse, non credo. In versibus, Hipparcho fatalem exitum praesagientibus, nihil innovo. Vir doctus Τλῆθι δ' ἐών, *i ergo, tolera*, et οὐδεὶς ἄνθρωπον ἀδικῶν fingebat, longe a *Brodaei* ad Anthol. iudicio recedens.

75. Ὑπερτιθέμενος ὀνειροπόλοισι] Eadem τοῦ δεισιδαίμονος religio, eleganter in *Theophrasti* Char. C. 16. expicta: ad quam ἀπειπάμενος τὴν ὄψιν etiam pertinere opinor, neque adeo *spretam visionem*, sed eius expiationem et ἀποτροπιασμὸν innui. Vide *Casaubonum* ad *Theo-*

ſpreta viſione, celebravit pompam, ubi
57 mortem oppetiit. Gephyræi autem e quibus erant percuſſores Hipparchi, fuere a principio ex Eretria oriundi, ut ipſi aiunt: verum, ut ego interrogando comperio, fuere Phœnices, ex iis qui cum Cadmo in terram quæ nunc vocatur Bœotia venere, atque eam incoluere, ſortiti Tanagricum tractum: unde Cadmeis prius per Argivos exactis, iterum per Bœotos hi Gephyræi expulſi, Athenas diverterunt. Athenienſes autem receperunt ſub conditionibus, ut inter ſuos cives eſſent, multis quibusdam nec memoratu dignis ab-
58 ſtinere iubentes. Phœnices isti qui cum Cadmo advenerunt, quorum Gephyræi fuere, dum hanc regionem incolunt, cum alias multas doctrinas in Græciam induxere, tum vero litteras, quæ apud Græcos, ut mihi videtur, antea non fuerant. Et primas quidem illas, quibus omnes etiam Phœnices utuntur: ſed progreſſu temporis, una cum ſono mutaverunt et modulum litterarum. Et quum ea tempeſtate in plerisque circa locis eorum accolæ ex Græcis eſſent Iones, qui quum litteras a Phœnicibus diſcendo accepiſſent, earum illi pauca commutantes, in uſu habuerunt: et utentes confeſsi ſunt, ut æquitas ferebat, vocari Phœnicias, quod eſſent a Phœnicibus in Græciam illatæ: primi-

τὴν ὄψιν, ἔπεμπε τὴν πομπὴν ὡς τῇ δὴ τελευτᾷ. Οἱ δὲ [a] Γεφυραῖοι, τῶν ἦσαν οἱ Φωκέες Ἱππάρχου, ὡς μὲν αὐτοὶ λέγουσι, ἐγεγόνεσαν ἐξ Ἐρετρίης τὸ ἀρχαῖον· ὡς δὲ ἐγὼ ἀναπυθανόμενος εὗρίσκω, ἦσαν Φοίνικες τῶν σὺν Κάδμῳ ἀπικομένων Φοινίκων ἐς γῆν τὴν νῦν Βοιωτίη καλεομένην· οἴκεον δὲ τῆς χώρης ταύτης ἀπολαχόντες τὴν [b] Ταναγρικὴν μοίρην· ὠθεῦντο δὲ Καδμείων πρότερον ἐξαναστάντων ὑπ' Ἀργείων, οἱ Γεφυραῖοι οὗτοι δεύτερα ὑπὸ Βοιωτῶν ἐξαναστάντες ἐτράποντο ἐπ' [c] Ἀθηναίων. Ἀθηναῖοι δὲ σφέας ἐπὶ ῥητοῖσι ἐδέξαντο, σφέων αὐτῶν εἶναι πολίητας, πολλῶν τέων καὶ οὐκ ἀξιαπηγήτων ἐπιτάξαντες ἔργεσθαι. Οἱ δὲ Φοίνικες οὗτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμενοι, τῶν ἦσαν οἱ Γεφυραῖοι, ἄλλά τε πολλὰ, οἰκήσαντες ταύτην τὴν χώρην, ἐσήγαγον [d] διδασκάλια ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα, οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι, ὡς ἐμοὶ [e] δοκέειν· πρῶτα μὲν, [f] τοῖσι καὶ ἅπαντες χρέωνται Φοίνικες· μετὰ δὲ, χρόνου προβαίνοντος, ἅμα τῇ φωνῇ μετέβαλον καὶ τὸν ρυθμὸν τῶν γραμμάτων· περιοίκεον δὲ σφέας τὰ πολλὰ τῶν [g] χώρεων τῦτον τὸν χρόνον Ἑλλήνων Ἴονες· οἱ παραλαβόντες διδαχῇ παρὰ τῶν Φοινίκων τὰ γράμματα, μεταρρυθμίσαντές σφεων [h] ὀλίγα, ἐχρέωντο· χρεώμενοι δὲ, ἐφάτισαν, ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἔφερε, ἐσαγαγόντων Φοινίκων ἐς τὴν Ἑλλάδα, [i] Φοινικήια κεκλῆσθαι· καὶ τὰς βίβλους διφθέρας

καλ-

[a] Citat *Suid.* in Γεφυρίς· ſtatim *οἱ Φοι. οἱ Ἱππάρχου* ora *Stepb.*, *Arcb. V.* [b] Πατριχὴν μοῖραν *Brit.* duo, melius *Stepb. Byz.*, in Τάναγρα haec citans. [c] *M. Ask. Paſ.* optime: Ἀθηναίους *Arcb.*, ὑπ' Ἀθηναίων *Brit.* duo, ceteri ἐπ' Ἀθηναίων. [d] Διδασκαλεῖα *Arcb.* [e] *Med. Paſ. Ask.*, δοκέει *Arcb. V. Brit. A. C. Paris. B. Ald.* et Edd. [f] Τούτοισι ἐχρέωντο κατάπερ καὶ ἅπ. χρέ. Φοίνικες *Arcb.* [g] Χωρῶν *Ask.*; praeſtaret *χωρίων*. [h] Ὀλίγοισι ἐχρ. et *μεταῤῥυθμίσ.* cum *Valla*, *Arcb.* [i] Citat *Clem. Alex.* Strom. I. p. 362. et *Euſtatb.* in *Dionys.* V. 907., ſed Φοινίκια. Vide ad *Diodor.* III, 66. Quae praecedunt ἐς τὴν Ἑλλ. omittit *Arcb.* ſtatim τὰς βύβλους *Paſ.* haec *Pollux* VII, 211. habet.

Theophraſt. et *Spanhemium* in Comici Ran. v. 1379. Gephyraeos, necis Hipparchi auctores, *Bochartus* Canan. L. I, 21. et *Meurſius* Att. Lect. V, 31. tali diligentia et eruditione illuſtrarunt, ut aliis otium fecerint. *Plutarchum* neglexerunt, malignitatis crimine, cuius *Herodotum* poſtulat T. II. p. 860. E. haud immunem. Eane malignitas, gentis veram et peregrinam originem veſtigare et declarare? Sed doctus ſcriptor dum rodit, ſui obliviſcitur.

77. Οἱ δὲ Γεφυραῖοι] Ubi in *Ariſtidis* Panathen. T. I. p. 190., velut ab Athenienſibus recepti praeter ceteros dicuntur Ταναγραίων οἱ μεταστάντες, Δωριέων Πελοποννήσου κρατησάντων, ὑπὸ τῶν ἐξιόντων ἀναστάντες· *Scholiaſta* MS. hic *Herodoto* narrata reſpicit: τούτους, ait, τοὺς Ταναγραίους, μὴ βουλομένους αὐτῶν ὑπακοῦσαι, οἱ Θηβαῖοι ἐξέβαλον· οἱ δὲ εἰς τὰς Ἀθήνας ἐλθόντες ᾤκησαν· μέμνηται δὲ τῆς ἱστορίας Ἡρόδοτος, Γεφυραίους τοὺς Ταναγραίους καλῶν. De his egerunt Gephyraeis *Io. Meurs.* Att. Lect. v. c. 31., et *Sa. Bochart.* G. S. II, 1, c. 21. Gephyraeos istos non Eretrienſes origine, ſed Phoenices *Herodoto* videri, atque illinc ortum Ariſtogitonem dici, id vero permoleſte tulit *Plutarch.* de *Herod.* Mal. p. 830. E. Ἀριστογείτονα —— ἄντικρυς διὰ πυλῶν εἰς Φοινίκην ἐξελαύνει, Γεφυραῖον γεγονέναι λέγων ἀνέκαθεν· τοὺς δὲ Γεφυραίους —— Φοίνικας εἶναι φησὶν, αὐτὸς οὕτω πεπεισμένος. VALCKEN.

96. Ἐσήγαγον διδασκάλια] *Iob. Ludolfum*, V. C., διδασκαλίας emendantem Comment. Hiſt. AEth. p. 208. non ſequor. *Suidas* Διδασκάλιον, αὐτὸ τὸ μάθημα. Sic *Baſilius M.* Hom. III. in Hexaëm. p. 28. C. κατάδεξον μεθ' ἡμῶν τὸ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΟΝ· et Hom. V. p. 43. E. ἵνα πρῶτον ἐκεῖνο πρόσαγμα ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΟΝ τῇ Φύσει γένηται, ſubminiſtrante Cl. *Abreſchio*. Iam ὡς ἐμοὶ δοκέειν relinquo, *Herodoti* de litterarum prima inter Graecos origine profeſsionem continens. Non defuiſſe, qui Pelasgis litterarum primordia ante Cadmi in Graeciam tranſitum vindicarent, ad *Diodori* III, 66. diſputatum fuit.

98. Πρῶτα μὲν, τοῖσι καὶ ἅπαντες &c.] Obſcuriorem orationis ſeriem explanant *Arcb.*, πρῶτα μὲν τούτοισι ἐχρέωντο, κατάπερ καὶ ἅπαντες χρέωνται Φοίνικες, *et primo quidem iisdem utebantur, ſicuti omnes utuntur Phoenices.* Gephyraei nempe primis temporibus non alias uſurpabant litteras, quam quarum apud Phoenices uſus erat. Merae itaque tum Phoeniciae fuerunt, ſicuti et ſermo; quo deinceps paullatim inmutato, μετέβαλον καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων, itidem litterarum modum, figuram et ſcriptionis ſeriem novarunt. Quam in rem praeclara Cl. *Salmaſii* ad Inſcript. Herod. p. 34. opera exſtat. Eſſe meminí, qui τὸν ῥυσμὸν τῶν γραμμάτων hic praeferunt, prorſus oblitos *Ariſtotelis* Θαυμασ. p. 578. *Ed. Erasm.*, ubi in Apollinis Ismenii apud Thebanos templo ἀναθήματά τινα ὁμοίους ἔχοντα τοὺς ΡΤΘΜΟΤΣ τῶν ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ἀρχαῖα, ſeu ἀρχαίων potius. Quae philoſophi, ſive cuiusvis alius, ad hanc rem accommodatiſsima, etiam propter *Ismenium*, quod ſtatim conſequetur. Pertinet huc docta diſputatio Benedictinae familiae eruditorum in T. I. Hiſt. Nov. Diplom. p. 587.

7. Καὶ τὰς βίβλους διφθέρας] Bene *Vallae* Latina ex *P. Leopardi* praeſcripto Em. VII, 19. correcta ſunt, quibus male in poſtrema editione *penuria biblorum AEGYPTI ET SYRIAE* acceſsit: nihil enim utraque de regione Scriptor. Certiſsimus autem pellium raſarum ſive διφθερῶν variis olim in nationibus ad rerum memoriam prodendam uſus. Perſarum διφθέρας βασιλικὰς habet *Diodorus* II, 33. et *Agathias Schol.* II. p. 66. A., aliorum alii. Contra ea ab errore inmunis haud est *Varronis* de papyro, Alexandri demum Magni aetate reperta, opinio apud *Plinium* H. Nat. L. XIII, 11., melior Noſtri et *Caſſii Heminae* C. 13. eiusdem Pliniani libri. Βύβλους porro et βύβλων ex priſco more *Paſſion.*; namque ita potius, quam βίβλους ſcriptitaſse, ad *Hom. Euſtatb.* p. 1913, 30. auctor est. Hinc βυβλίνων ὅπλων mentio et ſcriptura L. VII, 36.

7. Τὰς βίβλους διφθέρας καλέουσιν] *Vallam* fefellit articulus; errorem iam correxit *P. Leopard.* Em. VII, c. 19. eumdem tamen errarunt et alii; quod monitum ab Auctore des *Eſſais de Crit.* p. 161. Adpellationis ſuo quoque tempore, quin et recentiori, ſatis uſitatae rationem repetit ab antiquiſsimo more *Herod.* barbaris etiam isthac aetate noto. Vellus aureum fuiſſe βιβλίον ἐν δέρμασι γεγραμμένον videbatur incerto ſcriptori περὶ ἀπίστων, c. 3. conf. ad *Palaeph.* c. 31. *Galeus.* Perſica ſua ſe *Cteſias* hauſiſſe ſcribebat ἐκ τῶν βασιλικῶν διφθερῶν, teſte *Diodoro Sic.* II, c. 32. ubi vid. Clar. *Weſſ.* et *Ti. Hemſt.* ad *Poll.* X, 57., cuius VII, 211. haec

307 καλέυσι ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ [a] οἱ Ἴωνες, ὅτι κοτὲ ὀν σπάνι βίβλων ἐχρέωντο διφθέρῃσι [b] αἰγέῃσί τε καὶ οἰέῃσι· ἔτι δὲ καὶ τὸ κατ' ἐμὲ πολλοὶ τῶν βαρβάρων ἐς τοιαύτας διφθέρας γράφυσι. Ἶδον δὲ [c] καὶ αὐτὸς Καδμήια γράμματα ὀν τῷ ἱρῷ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἰσμηνίου ὀν Θήβῃσι τῇσι Βοιωτῶν, ἐπὶ τρίποσί τισι ἐγκεκολαμμένα, τὰ πολλὰ ὁμοῖα ἐόντα τοῖσι Ἰωνικοῖσι· ὁ μὲν δὴ εἷς τῶν τριπόδων ἐπίγραμμα ἔχει,

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν, ἐὼν ἀπὸ [d] Τηλεβοάων.

ταῦτα ἡλικίην [e] ἂν εἴη κατὰ Λάϊον τὸν Λαβδάκου τοῦ Πολυδώρου τοῦ Κάδμου. Ἕτερος δὲ τρίπους ὀν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λέγει,

Σκαιὸς πυγμαχέων με ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι
[f] Νικήσας ἀνέθηκε τέϊν περικαλλὲς ἄγαλμα.

Σκαιὸς δ' ἂν εἴη ὁ Ἱπποκόωντος· εἰ δὴ οὗτός γ' ἐστὶ ὁ ἀναθείς, καὶ μὴ ἄλλος τωὐτὸ οὔνομα ἔχων [g] τῷ Ἱπποκόωντος, ἡλικίην κατὰ Οἰδίπουν τὸν Λαΐου. Τρίτος δὲ τρίπους λέγει καὶ οὗτος ὀν ἑξαμέτρῳ,

Λαοδάμας τρίποδ' αὐτὸν ἐϋσκόπῳ Ἀπόλλωνι
Μουναρχέων ἀνέθηκε τέϊν περικαλλὲς ἄγαλμα.

ἐπὶ τούτου δὴ τοῦ Λαοδάμαντος τοῦ Ἐτεοκλέος μουναρχέοντος ἐξαναστέαται Καδμεῖοι ὑπ' Ἀργείων, καὶ τρέπονται ἐς τοὺς Ἐγχέλεας· οἱ δὲ Γεφυραῖοι ὑπο-

priscaque consuetudine libros Iones appellant *diptheras*, quod aliquando penuria biblorum, pellibus caprinis ovillisque utebantur: adhuc quoque ad meam usque memoriam multi barbarorum talibus in pellibus scribunt. Quin ipse vidi a-59
pud Thebas Bœotias in Ismenii Apollinis templo, litteras Cadmeas in tripodibus quibusdam incisas, magna ex parte consimiles Ionicis: quorum tripodum unus habet hoc epigramma,

Obtulit Amphitryon me gentis Teleboarum.

Hæc fuere circa ætatem Laii, qui fuit filius Labdaci, nepos Polydori, pronepos Cadmi. Alter tripus hexametro carmine ait, 60

Scæus in asfueto pugilum certamine victor,
Me tibi sacravit speciosum munus, Apollo.

Scæus autem hic Hippocoontis filius fuerit: si quidem hic est qui tripodem dicavit, et non alius idem Hippocoontis filio nomen habens circa ætatem OEdipi Laio geniti. Tertius tripus, et is hexametro carmine, 61
ait,

Laodamas ipsum tripodem sua in urbe monarchus,
Hoc insigne decus tibi magne dicavit Apollo.

Sub hoc Laodamante Eteoclis filio, qui solus imperavit, eiecti sunt Cadmei ab Argivis, et se ad Encheleas contulerunt. Gephyræi

[a] Οἱ Ἴωνες *Pasf. Arcb.*, deerat articulus. Statim σπάνι bene *Arcb. Vind.* antea σπάνει tum βύβλων *Pasf.* [b] *M. Pasf. Ask. V. Arcb. Brit.* duo: olim αἰγελῃσι. [c] Defit καὶ *V.*, mox τοῖσι Βοι. *Ald.* [d] Τηλεβίων γε *Arcb.* [e] Εἴην ἂν *V. Pasf. Ask.* [f] Exscripsit *Suid.* in Τέϊν. [g] Τῷ marg. *Steph. Arcb. V. Ask. Pasf.* duo *Brit.*, vulgo τοῦ ex *Ald. Med.*; post pauca ἐξανισταίατο *Ald.*

haec prostant *Herodoti*, loco quem *Leopard.* excitavit: ὑπομνήματα βασιλικὰ vocat et *Diodor.* III, c. 38.; *commentarios regios*, *Livius* XXXIII, c. 11. Philippi Macedonis Μακεδονικὰ τῆς βασιλικῆς οἰκίας ὑπομνήματα, *Lucian.* Demosth. Encom. §. 26. Arcturus qui Prologum agit in *Plauti* Rud. v. 15., [*Malorum*] *referimus nomina exscripta ad Iovem*: v. 21., *Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.* Istas Iovis tabulas διφθέρας dicebant: *Diogenian.* III. Prov. 2., ἡ διφθέρα, ait, ἐν ᾗ δοκεῖ ὁ Ζεὺς ἀπογράφεσθαι τὰ γινόμενα, παμπάλαιος. Quae praeter *Diogenian.* IV, 95., *Zenobius* habet Cent. IV. Pr. 11., senarium efficiunt, e veteri quodam dramate propter elegantiam custoditum: Ὁ Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας· vanissimus *Auctor* Philopatr. inter *Lucianea* T. III. p. 603., πολλούς γε γραφέας φὴς ἐν τῷ οὐρανῷ, ὡς ἅπαντα ἀπογράφεσθαι. VALCKEN.

15. Ὁ μὲν δὲ εἷς τῶν τριπόδων] Sollemne fuit in Ismenii Apollinis fano tripodas dedicare, quorum ἐπιφανὴς δὲ μάλιστα ἐπί τε ἀρχαιότητι καὶ τοῦ ἀναθέντος τῇ δόξῃ τρίπους, ἐστὶν Ἀμφιτρύωνος ἀνάθημα in *Pausaniae* Boeot. C. 10. p. 730., non alius fortasse atque hic descriptus: congruunt certe ambo, tum antiquitate, tum Amphitryonis illustri titulo. De inscriptis litteris in *Pausania* silentium, quas *Herodotus* magnam partem Ionicis similes, Cadmeas tamen fuisse conmemorat Hinc consequens videtur, ut ἐπὶ τὰ λαῖα, uti alibi *Pausanias*, ἐκ δεξιῶν, *a dextera in sinistram processerint*, quemadmodum Phoeniciae: et ut quinque caruerint litteris, quarum posterius inventum, Τ. Φ. Χ. Ψ. Ω. Non sum nescius, inconparabiles viros, *Scaligerum* ad *Euseb. Salmasium* in Inscript. Herod. p. 54. in diversiora tendere, sed Herodotea sententiae, ab Ampl. *Bouberio* Ep. ad Ill. *Maffeium* Antiq. Gall. p. 168. adprobatae, favent. Eiusdem, credo, moduli ac figurae characteres tabellae erant, repertae apud Haliartios in Alcmenes tumulo: γράμματα θαυμαστὰ, ὡς παμπάλαια *Plutarcho* de Socrat. Gen. p. 577. E., namque additum ibidem, ἴδιός τις τύπος καὶ βαρβαρικὸς τῶν χαρακτήρων, ἐμφερέσατος Αἰγυπτίοις, ex docti scriptoris suspicione fluxit, parum utique, ubi Alcmenae et Amphitryonis aevum, scribendique tum temporis mos, in consilium venerint, probabili.

17. Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν] Correxeram olim, Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκ', ἀνιὼν ἀπὸ Τηλεβοάων· *cum huc rediisset a Telebois victis*: simplex ἰὼν forte praeferetur, e *Bergleri* coniectura indicata in Dist. *Herod.* p. 167. —— Quidquid a *Scaligero* super literis his Cadmeis disfidet *Salmas.* ad Inscript. Herodis Att. p. 32. et seqq. consentiunt, opinor, in Graeciam illatas primum duntaxat XVI.; atque illud egregie docuit *Salmas.* sedecim istas postea, reliquis iam inter Ionas in usum introductis, dictas Ἀττικὰ γράμματα. De literis Cadmeis *Plutarch.* T. II. p. 738. E. illas, ait, τετράκις ἢ τετρὰς γενομένη παρέσχε· eidem p. 1009. E. οἱ παλαιοὶ dicuntur διὰ τῶν ἑκκαίδεκα στοιχείων φράζοντες ἀποχρώντως καὶ γράφοντες. —— Mirifice scribuntur haec epigrammata viro summo ad *Euseb.* p. 121. In primo versu legi debuit ad mentem *Salmasii* MANETHEKEN EON. Unica litera adiecta sensum daret diversum, neque absurdum: ἐόντ' ἀπὸ Τηλ. ut se tripus diceret dedicatum *de victis Telebois*. In istiusmodi rebus dedicatis ἀπὸ hoc sensu frequenter legitur apud *Pausaniam*; qui nonnunquam prisca quoque commemorat epigrammata, literis antiquis Atticis scripta, veluti VI, p. 498. ult. ἐπίγραμμα ἀρχαίοις Ἀττικοῖς γράμμασιν· IV, p. 420, 3., γράμμασι τοῖς ἀρχαίοις γεγραμμένα· V, p. 435., ἐλεγεῖον γράμμασιν ἐστιν ἀρχαίοις (L. ἀρχαίοις) ὑπὸ Διὸς τοῖς ποσί· et VIII, p. 648. VALCKEN.

17. Ἐὼν ἀπὸ Τηλεβοάων] Nisi ἔων, ex prisco ἔω *eundi* notione, quae *Reiskii* opinio, censeatur, mallem ἰὼν cum *Slado* et *Berglero*. Amphitryon parta de Telebois victoria, qua de *Apollodorus* L. II, 4. et *Plautus* Amphitr. I, 1, 51., Thebas redux tripodem consecravit. Vidimus ἰὼν et ἐὼν conmutari L. I, 157., nec monere *Eustath.* neglexit ad Il. Δ, 277. Illa vero ἡλικίην —— κατὰ Λάϊον sincera sunt. Amphitryonem Laio, Herculem Oedipodi aetatem egisse aequalem, generationum in *Apollodori* Bibliotheca series dilucide patefacit.

24. Τωὐτὸ οὔνομα ἔχων τοῦ] Vel ex margine *Steph.* recipi debuerat τῷ Ἱπποκόωντος· in Latinis autem a correctoribus poni, *idem Hippocoontis filio nomen habens*: non, *Hippocoontis filii*: isthoc modo Graecismum saepius expresserunt usitatissimum Romani. Non requiritur in his articulus, neque adeo τῷ τοῦ, quod *R.* placebat: *filius Hippocoontis* paulo dicitur ante ὁ Ἱπποκόωντος· et Λάϊος ὁ Λαβδάκου, τοῦ Πολυδώρου, τοῦ Κάδμου. —— Quos paulo post vocat Ἐγχέλεας, eosdem memorat IX, c. 42., oraculum, quo Persas designari putabat Mardonius, scribens ἐς Ἰλλυριούς τε καὶ τὸν Ἐγχέλεων στρατὸν πεποιημένον. VALCKEN.

25. Τῷ Ἱπποκόωντος] Sic bene. Animadversio *Herod.* iusta est. Scaeus Hippocoontis si fuerit filius, vixit Oedipodis tempore, quippe una cum patre ab Hercule peremtus. Est autem Scaeus iste in *Apollodoro* L. II, 10. p. 200.

32. Ἐς τοὺς Ἐγχέλεας] *Pausanias* Laodamantem, ab

ejecti ex Bœotia. Ceres Achæa. Alcmæonidæ. Hi patriæ cupidi templum Delphicum extruunt.

ræi autem derelicti, postea ab Bœotis recedunt Athenas: ubi sunt ab eis templa extructa, cum quibus nihil est ceteris Athenien-
sibus, et cum alia separata ab aliis templis, tum quoque Cereris Achæiæ et
62templum et orgia. Quod igitur fuerit visum Hipparchi in somnis, et unde fuerint oriundi Gephyræi, ex quibus fuere percussores Hipparchi, a me commemoratum est. Super ista oportet adhuc altius repetere sermonem, quem a principio instituera-
m, qua ratione sint Athenienses liberati tyrannis. Hippia tyrannidem obtinente, et exacerbato Athenienſibus propter cædem Hipparchi, Alcmæonidæ, qui genere sunt Athenienses, profugi patria propter Pisistratidas, quoniam ipsis una cum ceteris exulibus res de redeundo tentata omni ope infeliciter cedebat, conatique Athenas reverti et liberare, vehementer spe deciderunt, Lipsydrium super Pæoniam communierunt: dehinc omnia adversus Pisistratidas comminiscendo, mercede conduxerunt ab Amphictyonibus templum Delphis ædificandum, id quod nunc est, tunc autem non erat. Enimvero quum divitiis abundarent, ac viri
63spectati forent iam inde a suis maioribus, extruxerunt templum exemplari pulchrius. Inter cetera etiam quum ex lapide Porino conventum esset ut illud facerent, tamen anteriora eius Pario lapide effecerunt. Ut igitur Athenienses aiunt, hi viri Delphis sedentes, Pythiam pecunia induxerunt, ut et

ὑπολειφθέντες [a] ὕστερον ὑπὸ Βοιωτῶν ἀναχωρέουσι ἐς Ἀθήνας· καί σφι ἱρὰ ἐστὶ ἐν Ἀθήνῃσι ἱδρυμένα, τῶν οὐδὲν μέτα τοῖσι λοιποῖσι Ἀθηναίοισι, ἀλλά τε κεχωρισμένα τῶν ἄλλων ἱρῶν, καὶ δὴ καὶ [b] Ἀχαιΐης Δήμητρος ἱρόν τε καὶ ὄργια. Ἡ μὲν δὴ ὄψις τοῦ Ἱππάρχου ἐνυπνίου, καὶ οἱ Γεφυραῖοι ὅθεν ἐγεγόνεσαν, τῶν ἦσαν οἱ Ἱππάρχου φονέες, ἀπήγηταί μοι· δεῖ δὲ πρὸς τούτοισι ἔτι ἀναλαβεῖν τὸν κατ' ἀρχὰς ἤια λέξαντα λόγον, ὡς τυράννων ἐλευθεράθησαν [c] οἱ Ἀθηναῖοι. Ἱππίεω τυραννεύοντος, καὶ ἐμπικραινομένου Ἀθηναίοισι διὰ τὸν Ἱππάρχου θάνατον, Ἀλκμαιωνίδαι, γένος ἐόντες Ἀθηναῖοι, καὶ φεύγοντες Πεισιστρατίδας, ἐπεί τέ σφι ἅμα τοῖσι ἄλλοισι Ἀθηναίων φυγάσι πειρωμένοισι κατὰ τὸ ἰσχυρὸν οὐ [d] προεχώρεε κάτοδος, ἀλλὰ προσέπταιον μεγάλως, πειρώμενοι κατιέναι τε καὶ ἐλευθεροῦν τὰς Ἀθήνας, Λιψύδριον τὸ ὑπὲρ Παιονίης τυχίσαντες, ἐνθαῦτα οἱ Ἀλκμαιωνίδαι πᾶν ἐπὶ τοῖσι Πεισιστρατίδῃσι μηχανώμενοι, παρ' Ἀμφικτυόνων τὸν νηὸν μισθοῦνται τὸν ἐν Δελφοῖσι, τὸν νῦν ἐόντα, τότε δὲ οὔκω, τοῦτον ἐξοικοδομῆσαι· οἷα δὲ χρημάτων εὖ ἥκοντες, καὶ ἐόντες ἄνδρες δόκιμοι ἀνέκαθεν ἔτι, τόν τε νηὸν ἐξεργάσαντο τοῦ παραδείγματος κάλλιον, τά τε ἄλλα, καὶ συγκειμένου σφι [e] Παρίου λίθου ποιέειν τὸν νηόν, Παρίου τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐξεποίησαν. Ὡς ὦν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι λέγουσι, οὗτοι οἱ ἄνδρες ἐν Δελφοῖσι κατήμενοι ἀνέπειθον τὴν Πυθίην χρήμασι, ὅκως

308

a Τὸ Βοι. ὕστερον ἀνχχ. *Arch.* b Ἀχαιῆς id. c Deest artic. *Pasf. V. Ask.* d Προσέχ. male *Arch.* e *Ald. Arch. V. Pasf. Ask. Bl. Brit.* duo, cum *Valla.* In Edd. prioribus Παρίνου prave.

ab Argivis victum, ἐς Ἰλλυριοὺς abiisse scribit L. IX, 5., de Cadmo antea ἐς Ἰλλυριοὺς καὶ Ἰλλυριῶν τοὺς καλουμένους Ἐγχελέας: vere, sicuti ex *Apollonio Rh.* IV, 519. constat. Sequentia οἱ δὲ Γεφυραῖοι ὑπολειφθέντες, *Gephyraei autem cum in suspicionem venissent*, verterat *Valla:* hinc quid ille legerit, quaestio. *H. Stephano* placuit ὑποπτευθέντες, *L. Bos* ὑπολῃφθέντες, quae melior opinatio, cum ὑπολειφθέντες et ὑπολῃφθέντες toties convertantur. At in errore Laurentius fuit ex schedarum consensione; loci sententiam Cl. *Gronovius* optime perspexit. Cereris Ἀχαιΐης, quae et *Gephyraea*, templum et sacra praetereo: cupidis abunde labor *Io. Meursii* Lect. Att. V, 31. et *S. Bocharti* L. I. Canan. C. 21. erit.

50. Τὸ ὑπὲρ Παιονίης] Menda his se turpis insinuavit: quid enim cum Atticae locis commune *Paeoniae*, longissime in Macedoniam remotae? *Eustath.* ad Hom. p. 461, 20. ὑπὲρ τῆς Σπάρτης Lipsydrion locans, eadem inquinatus est macula, vero tamen propiore. *Hesychius* et *Suidas* ὑπὲρ Πάρνηθος *supra Parnethem*, idque certissimum. Πάρνης Atticae mons erat, supra quem *Lipsydrium* Alcmaeonidae exsules munierunt. Proinde τὸ ὑπὲρ Πάρνηθος iure hoc refinxit loco *L. Kusterus* ad *Suidae* Ἐπὶ Λειψυδρίῳ. Ipsum autem illud Grammatici testimonio est, Alcmaeonidis ad Lipsydrium rem pessime cessisse, adfirmatque elegans cantilena in *Athenaei* L. XV. p. 695. F.; *Io. Meursius* in Pisist. C. 16. plura.

50. Λιψύδριον τὸ ὑπὲρ Παιονίης] Πάρνηθος, si mei res esset arbitrii, recuperaret *Herodotus*, et vera *L. Kusteri*, Cl. *Wesselingio* probata, coniectura Diss. *Herod.* p. 110., omnibus hic anteponeretur Codicibus. Cui eadem erant ad manum, quae *Kustero*, *Io. Meursius* in Pisistr. c. 16., *Eustathio* legitimum quidem restituit Attici montis nomen; in *Herodoto* aut veram non vidit lectionem, aut illum a veteris librarii per omnes dei nceps Codices propagato errore corrigendo deterruit, quae multos infidet religio, non illa minus fortasse damnanda quam aliorum est inconsiderata temeritas. Locum *Etymologi* prout recte corrigit Clar. *D. Rubnken.* in *Tim.* Lex. p. 150., Codex exhibet MS. Nihil impedit quominus hic suum Iovi restituatur cognomen cui in Parnethe monte sacratum altare, Βωμὸς Σημαλέου Διὸς dicitur ap. *Pausan.* p. 78. f. hinc *Semaleus* Iupiter *Gyraldo*, *Meursio*, aliisque innotuit: auferatur primum litera male repetita: ἡμαλέου facile dabit genuinum, ut arbitror, Ἰκμαλέου *pluvii* Iovis nomen, in Attica saepe siticulosa solemni precum formula evocati, quam *M. Antoninus* nobis servavit V, 7. Idem paene nomen turpius deformatum latet apud *Clement. Alex.* Strom. VI, p. 753, 27. ubi sacra fecisse legitur in insula Ceo Aristaeus Ἰσθμίῳ Διΐ· sed nullus fuit Iupiter *Isthmius:* hic sine ulla controversia emendandum Ἰκμαίῳ Διΐ. *Probus* in *Virgil.* Georg. I, v. 14. *Aristaeus*, ait, *aram Iovi Icmaeo* (*Icmaeo*) *constituit*, &c. —— *traditur haec historia de Aristaeo in Corpore* (an *opere?*) *Argonauticorum a Varrone Atacino:* nobis superest, quem *Varro* interpretabatur *Apollon. Rhod.* cuius Aristaeus II, v. 524., —— βωμὸν ποίησε μέγαν Διὸς Ἰκμαίοιο. VALCKEN.

verum reluctante senatu, atque obtemperare nolente, Cleomenes Isagorasque cum suæ factionis hominibus arcem occuparunt, quos ceteri Athenienses cum senatu sentientes, biduo obsederunt: tertio die accepta fide ex Attica discesserunt, quicunque Lacedæmonii ibi erant. Cleomeni autem peragebatur omen: nam ei ad occupandam arcem ascendenti, et ad deæ penetrale alloquendi gratia eunti, exsurgens e sella sacerdos, antequam ille valvas reseraret, Lacedæmonie, inquit, hospes, retro redeas, neve templum introëas, non enim Doriensibus huc introire fas est. Cui Cleomenes, At ego, inquit, o mulier, Doriensis non sum, sed Achæus. Itaque admonitu uti nolens, atque in conatu pergens, tunc quoque iterum cum Lacedæmoniis excidit. Ceteros autem ad necem vinxere Athenienses, et in iis Timesitheum Delphicum, cuius manuum opera atque strenuitatem maximam referre possem. Atque hi quidem in vincula coniecti mortem oppetiere. Athenienses autem post hæc revocatis cum Clisthene septingentis familiis, quas Cleomenes exegerat, Sardes mittunt ad contrahendam cum Persis societatem. Intelligebant enim sibi cum Cleomene atque Lacedæmoniis esse bellandum. Ut Sardes venere nuncii, mandataque exposuere, percontatus est eos Artaphernes Hystaspis filius, Sardium prætor, quinam homines essent, et ubi terram incolentes, qui socii Persarum fieri orarent. Ubi id ex nunciis audivit, hæc eis in breve contracta obtulit, Si regi Dario terram Athenienses darent et aquam, se contracturum cum eis societatem: sin minus, illos abscedere præcepit. Nuncii inter se colloquuti, quod societatem facere cuperent, daturos se esse dixerunt: quo nomine, ubi reversi sunt domum, vehementer accusati sunt. Cleomenes intelligens ab Athenienstibus se et verbis et fa-

a Non est in *Arcb.* et *Brit.* duobus. *b* Κλεομένη *Pasi.* *c* Δὲ *Arcb.*: mox τοῦ θεοῦ ora *Steph.* et duo *Brit.* perperam. *d* *Med. Arcb. Pasi. Ask. Vind.*, olim ἔσιθ' ἐς. in *Brit.* duob. et marg. *Steph.* ἔσελθε. tum Δωριῆα παριέναι *Brit.* duo, cui suus esse locus poterit. *e* Absunt duo ista *Arcb.* Post nonnulla Τιμ. τὸν ἀδελφεὸν omnes, pessime. *f* Λήματος *Arcb.* et Scholiastes. alii λήμματος. *g* Ἐκπολεμ. *Vind. Arcb.* Vide ad L. III, 66. *b* Ἀρταφρένης *Pasi. Vind.* *i* *Pasi. Arcb. V.*, olim ἐπερ. *k* Πὴ *Arcb.* tum οἰκημένοι ora *Steph. Vind. Pasi. Arcb. Brit.* duo, ut saepe alias: antea οἰκεόμενοι. *l* Exscripsit *Suidas* in *V.* *m* Desideratur in *Arcb. Valla.* *n* Βαλόμενοι *Pasi.* duo *Brit.*

38. Τὰς θύρας αὐτὸν ἀμεῖψαι] *Priusquam intraret. AEschylus* Choëph. v. 569. Ἐι δ' οὖν ΑΜΕΙΨΩ βηλὸν ἑρκείου ΠΤΛΩΝ. *Si limen transiero.* Cultum et *Theophylacti* Epist. VII. τὸν ἀδελφιδοῦν ὑπερορᾷς ΘΥΡΑΝ ἐκ ΘΥΡΑΣ ΑΜΕΙΒΟΝΤΑ. Haec tamen convertentur, ubi in aedibus agens facesfere et exire iubetur. *Sophocl.* Philoct. v. 1256. Ἔξελθ' ΑΜΕΙΨΑΣ τάσδε πετρήρεις στέγας. *Euripides* Elect. v. 750. ἄμειψον δώματα, *exi.* Ceterum quae superius φήμη ea mox κληδών, sive, ut L. IX, 9., κληδών· differunt enim nihil, itaque de *admonitu* non bene *Valla.* Vid. *Odyss.* T, 100.

44. Ἐξέπιπτε μετὰ τῶν Λακεδ.] Huc spectat *Aristophan.* Lysistr. v. 273., οὐδὲ Κλεομένης, ὃς αὐτὴν (τὴν ἀκρόπολιν) κατέσχε πρῶτος, Ἀπῆλθεν ἀψάλακτος· ἀλλ', ὅμως Λακωνικὸν πνέων, Ὤιχετ' ὅπλα παραδοὺς ἐμοί. —— Ne quis in posterum sub finem cap. Isagorae vel alterius in Timesitheo *fratrem* quaerat, spero equidem Τιμησίθεον τὸν Δελφὸν *Herodoto* restitutum iri ex veraci *Palmerii* coniectura, a Clar. *Wesf.* firmata in Disf. *Herod.* p. 165. Δελφοὶ et ἀδελφοὶ alibi quoque male inter se permutantur. VALCKEN.

46. Τιμησίθεον τὸν Δελφὸν] *Fratrem eius* Laurentius ex coniectura; nam αὐτοῦ, quod nullis in Codd., legisse, non opinor. Macula τὸν ἀδελφεὸν foedavit turpis, vixque mihi tempero, quin ea detrita τὸν Δελφὸν ex Nob. *Palmerii* admonitu, siquidem nihil certius, refingam. Rem constituet *Pausanias*, Τιμασίθεον τὸν Δελφὸν, Isagorae amicum, in occupanda arce Attica adiutorem, et capite propterea poenas dantem, clarissime describens L. VI, 8. Vitii origo in scribarum socordia, ἀδελφὸν et Δελφὸν confundentium, veluti in *Plutarchi* T. II. p. 825. B. et *Photii* Bibl. p. 481, 30. Veritatem utrobique *Xylander* et *H. Steph.* perspexerunt, quos simili in re duces habeo.

47. Καὶ λήματος] Semper ita veteres de fiducia animique praesentia. Λῆμμα captura illis et lucrum, quod scriptionis affinitate saepe prius incrustavit. Testantur editi et scripti libri passim. Herodotei MSS. omnibus locis perbene. *Gronovius* tamen, quoniam Florentiae auspicium negabatur, novare ausus non fuit L. VII, 99., errorem agnoscens, quae et *Porti* doctrina. Confer ad *Diodor.* II, 58., et in primis *Graevium* in *Luciani* Soloecist. C. 5., *Valckenar.* ad *Ammon.* L. II, 15. et *Pierson.* in *Moerid.* p. 246.

59. Ἀπεκρύψω] *Suidas* προφανῶς ἔλεγεν explicat, *Hesychius* εἰς κορυφὴν, τὸ τέλος ἤγεν, ubi Cl. viri *Kusterus* et *Alberti.* Verius erit, *summatim dixit.* Κορυφούμενος εἰς ἓν ἀριθμὸς, unam qui in summam cogitur in Epigr. *Alcaei* Anthol. L. III. p. 331., συγκορυφῶσαι τὴν διήγησιν, summatim absolvere *Dionys. Halicarn.* T. II. p. 140. At in *Polybio* notione diversa de Arare et Rhodano, insulam suo concursu fastigantibus, ΑΠΟΚΟΡΤΦΟΤΣΙ αὐτῆς τὸ σχῆμα κατὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους σύμπτωσιν L. III, 49. Habet nonnulla ad *Theophrasti* Charact. C. 2. *Duportus*, non mala, sed ex *AEm. Porti* Lexico.

71. Ἐσ-

factis lædi, ex omni Peloponneso copias coëgit, dissimulans quem ad finem, quum haberet in animo tum populum Atheniensem ulcisci, tum Isagoram constituere tyrannum, qui una cum eo ex arce decesserat. Comparato exercitu ingenti, ipse Eleusina invasit, et ex composito Bœoti Oenoën occuparunt et Hysias, ultimos Atticæ populos: et ab altera parte Chalcidenses oræ Atticæ loca populabantur. Athenienses etsi ancipiti bello districti, Bœotorum et Chalcidensium ultione dilata, arma contra Peloponnenses in Eleusine agentes ferunt. Dumque ambo exercitus conserturi prœlium essent, Corinthii, primi omnium secum reputantes iniuste a se abegi, averterunt se, atque abscesserunt: secundum hos Demaratus Aristonis filius, qui et ipse erat rex Spartiatarum, et e Lacedæmone copias simul eduxerat, nec a Cleomene superiori tempore dissenserat. Ob quam regum dissensionem lex apud Spartam lata est non licere utrique regi sequi, exercitu progresso: nam prius sequebantur ambo: et altero horum vacante ab

ναίων, συνέλεγε ἐκ πάσης Πελοποννήσου στρατὸν, οὐ φράζων ἐς τὸ συλλέγει· τίσασθαί τε ἐθέλων τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, καὶ [a] Ἰσαγόρεα βυλόμενος τύραννον καταστῆσαι· συνεξῆλθε γάρ οἱ οὗτος ἐκ τῆς ἀκροπόλιος. Κλεομένης τε δὴ στόλῳ μεγάλῳ ἐσέβαλε ἐς τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ οἱ Βοιωτοὶ ἀπὸ συνθήματος Οἰνόην αἱρέουσι, καὶ Ὑσιὰς, δήμους τοὺς ἐσχάτους τῆς Ἀττικῆς. Χαλκιδέες τε ἐπὶ τὰ ἕτερα ἐσίνοντο, ἐπιόντες χώρους τῆς Ἀττικῆς. Ἀθηναῖοι δὲ, καίπερ ἀμφιβολίῃ ἐχόμενοι, Βοιωτῶν μὲν καὶ Χαλκιδέων ἐσύστερον ἔμελλον μνήμην [b] ποιήσεσθαι, Πελοποννησίοισι δὲ εὐθὺς ἐν Ἐλευσῖνι αἰτία ἔθεντο τὰ ὅπλα. Μελλόντων δὲ συνάψειν τὰ στρατόπεδα ἐς μάχην, Κορίνθιοι μὲν [c] πρῶτοι σφι αὐτοῖσι δόντες λόγον ὡς οὐ ποιοῖεν τὰ δίκαια, [d] μετεβάλλοντό τε καὶ ἀπαλλάσσοντο· μετὰ δὲ, Δημάρητος, ὁ Ἀρίστωνος, ἐὼν καὶ οὗτος βασιλεὺς Σπαρτιητέων, καὶ συνεξαγαγών τε τὴν στρατιὴν ἐκ Λακεδαίμονος, καὶ οὐκ ἐὼν [e] διάφορος τῷ πρόσθεν χρόνῳ Κλεομένεϊ· ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς διχοστασίης, ἐτέθη νόμος ἐν Σπάρτῃ, μὴ ἐξεῖναι ἕπεσθαι ἀμφοτέρους τοὺς βασιλέας, ἐξιούσης τῆς στρατιῆς· τέως γὰρ ἀμφότεροι εἵποντο· [f] παραλυομένου δὲ τοῦτον τοῦ

313

a Ἰσαγόρην ora *Steph. Arch. V. Pass.* Vulgatum Ἰωνικώτερον post pauca ἐς Ἐλευσ. sine articulo *Arch.*, ut C. 76. et L. VII, 75., ubi de eadem Cleomenis irruptione. *b Med. Pass. Ask.*, in ceteris ποιήσασθαι. *c Med. Ask. Pass. Valla*, in reliquis πρῶτα, neque absurde. *d* Iidem cum *Arch.*, alii μετέβαλόν τε. *e* Διάφορος *Aid.* *f* Παραλυομένων *M. Ask. Pass.*, παραλυομένου cum *Aid.* plerique.

71. Ἐσέβαλε ἐς τὴν Ἐλευσῖνα] Hoc fecisse secundum alios credebatur Cleomenes, dum ex Athenarum arce, quam ceperat, eiectus, et dimissus ὑπόσπονδος, in Peloponnesum rediret: vid. *Pausan.* III, p. 212. In *Scholio* veteri in *Aristoph.* Lys. v. 273., qui τὴν ἀκρόπολιν κατέσχε, Cleomenes, πολιορκηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἀφεθεὶς ὑπόσπονδος ἀπιὼν οἴκαδε πάλιν Ἐλευσῖνα κατέσχε· tum facinoris istius cum Cleomene socii cives Attici dicuntur a libertatis tlatoribus poenis subiecti, quibus patriae solebant affici proditores; aeneam columnam cui illorum inessent nomina, ἔστησαν ἐν πόλει παρὰ τὸν ἀρχαῖον νεών· ubi per πόλιν arx est intelligenda: *Thucydidi* VI, p. 412, 33., memoratur ἡ στήλη περὶ τῆς τῶν τυράννων ἀδικίας ἡ ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει ἀφθεῖσα· alibi apud eumdem legitur στήλας στῆσαι —— ἐν πόλει παρ' Ἀθηνᾷ· vid. Celeb. *Hemsterh.* in *Ar.* Plut. p. 261. VALCKEN.

73. Καὶ Ὑσιὰς] *Harpocrationi*, *Steph. Byz.*, *Suidae* Ὑσιαι πόλις Βοιωτίας, a quibus non abit *Pausanias*, Ὑσιῶν καὶ Ἐλευθερῶν, urbium olim Boeotorum, ἐρείπια ad Cithaeronem describens IX, 2. Qui quidem quin has *Hysias* in animo habuerit, dubium nullum: nam *Herodoti* Hysiae non longe ab Eleutheris iuxta Cithaeronem L. VI, 108. et IX, 15. et 25., etiam in *Plutarchi* Aristide, ut alias ostendetur. An *Hysiae*, Boeotorum finibus proximae, conditionem mutarunt, et lapsu temporis Atticae esse desierunt? Ita videtur: *Herodoti* aetate in Atticis populus censebantur. Vide quoque *Wasseum* ad *Thucydid.* L. III, 24.

73. Οἰνόην αἱρέουσι καὶ Ὑσιὰς] Ὑσιὰς qui demum dixerit Attices neminem habuit *Meursius* praeter *Herod.* ego ne *Herodotum* quidem dixisse suspicor. *Oenoë* pagus Attices, qui hic venit in censum, Eleutheris erat, adeoque Boeotiae conterminus, ὅθεν ἔσχατος τῆς Ἀττικῆς· huius pagi situm definiverunt viri summi *T. Hemst.* ad *Lucian.* p. 438. et *P. Wess.* ad *Diodor.* I. p. 305. Inter Oenoën et Hysias praeter Eleutheras mons Cithaeron interiacebat. Plataeis Thebas abeuntibus ad dextram erant Hysiae et Erythrae, quas omnes Boeotiae contribuunt etiam aetate *Herodoto* proximi; ipse quin etiam *Herod.* VI, c. 108. IX, c. 15., ubi Mardonius παρῆκε τὸ στρατόπεδον, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἐρυθρέων, (non Ἐρυθραίων, *Erythraeis*, sed *Erythris*;) κατέτεινε δὲ ἐς τὴν Πλαταιΐδα γῆν· et c. 25., ἦισαν διὰ τῆς ὑπωρείης τοῦ Κιθαιρῶνος περὶ Ὑσιὰς ἐς τὴν Πλαταιΐδα γῆν. Apud *Thucyd.* III, c. 24., Plataeenses primum viam ingressi, quae recta Thebas ducebat, illinc deinde, divertentes ad dextram, iter Cithaeronem versus flectebant ἐς Ἐρυθρὰς καὶ Ὑσιὰς, tandem monte superato venerunt in Atticam: ferri nequit quod legitur in eadem historia apud *Polyaen.* VI, c. 19, 3., οἱ Πλαταιεῖς, ἐκ τῆς Θηβαϊκῆς ἐκκλίναντες, ἐπανῆλθον ἐς τὰς Θήβας, κἀκεῖθεν Ἀθήναζε διεσώθησαν· corrigendum puto, ἐπανῆλθον ἐς Ὑσιάς· ad *Thucyd.* plura dedit de Hysiis *Wasseus*, alterum etiam *Herodoti* locum; omisit, quem minus forsan emendate scriptum legerat, *Eurip.* in Bacch. v. 750, ad Asopum collocantis Ὑσιάς τ' Ἐρυθράς θ', αἳ Κιθαιρῶνος λέπας Νέρθεν κατῳκήκασιν. Ex *Harpocr.* constat Boeotiae Ὑσιῶν *Euripidem* etiam mentionem fecisse in Antiope, quae geminos, ut notum, in monte Cithaerone pepererat. Haec si benigno vultu fuerit ab hominibus eruditis excepta dubitatio, coniecturam periclitabor super Attices pago, qui hic commemorari potuerit. VALCKEN.

79. Κορίνθιοι μ. πρῶτοι —— μετεβάλλοντο] Ob unius ego Codicis dissensum non sollicitassem olim vulgatum μετέβαλλόν τε καὶ ἀπαλλάσσοντο· id est μεταβαλόντες, vel μεταβουλευσάμενοι, ἀπηλλάσσοντο· praesertim cum veteribus et *Herodoto* Μεταβάλλειν, ut Latinis *mutare*, pro *mutari* et μεταβάλλεσθαι, frequenter adhibeatur: v. *Gataker.* in *M. Antonini* V, 13. Hic *Herodoto* tradita multis enarrans *Schol.* MS. in *Aristid.* οἱ Κορίνθιοι, inquit, ἅτε δὴ εὐσεβεῖς ἤρξαντο ἀναβαλέσθαι τὴν συμμαχίαν, φάσκοντες μηδὲν ἀδικῆσθαι ὑπ' Ἀθηναίων. Lector *Herodoti* diligens de Corinthiis scribit *Dio Chrys.* in Corinthiaca p. 459. A. quod *Casaub.* veretur *ne sit ἀνιςόρητον, et e librarii menda non auctoris mente:* mihi facili nominis Isagorae transpositione cum historia *Dion* in concordiam videtur posse redigi, si dicantur Corinthii τὰς Ἀθήνας ἀπὸ τῶν τυράννων ἐλευθερώσαντες, πρότερον μὲν ἀπὸ Ἱππίου, ὕστερον δὲ ἀπὸ Κλεομένους καὶ Ἰσαγόρου· καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς αὐτοὶ πρᾶγμα ποιεῖν ἐπεχείρουν Ἱππίου [Λακεδαιμόνιοι· hic nomen Ἱππίου idem valet ac τυράννου·] καὶ τυραννίδα τῆς Ἑλλάδος καθίσασθαι, πρῶτοι μὲν αἰσθόμενοι, μάλιστα δὲ ἀλγήσαντες, ἡγεμόνες τοῖς ἄλλοις τῆς ἐλευθερίας κατέστησαν. Ex his tribus postremum spectat non sane tempora recentiora, quibus a Lysandro captas Athenas cum Thebanis Corinthii *delendas esse* censebant; sed *Herodoto* narrata c. 91, 93. Secundum ad hanc pertinet expeditionem. Primum non commemorat *Herod.* c. 64., in Corinthios interdum magis, quam decebat historicum, iniurius: Cleomenis tamen in exigendo Hippia Corinthios etiam adiutores fuisse verisimillimum faciunt in sequentibus narrata. VALCKEN.

88. Παραλυομένου δὲ τουτέων τοῦ ἑτέρου] Manifesta haec altero de rege, soluto lege et necessitate expeditionis. Alia omnia Cl. *Gronovius*, cui equidem calculum non addo. In altero *Tyndaridarum*, domi relicto, magna obscuritas. Nob. *Palmerius* Exercit. p. 26. *Tyndareos* vel *Tyndaridas* hic dici suspicatur, *non quod de stirpe Tyndarei nati forent, sed quod Castoris et Pollucis Tyndaridarum, in numerum divorum relatorum, erant sacerdotes et ὑποφῆται*, dubitans tamen, neque inmerito: nullus enim hariolationi auctor, color nullus. Haec vide, *Tyndaridae* semper Ca-

τοῦ ἑτέρου, καταλείπεσθαι καὶ τῶν Τυνδαριδέων τὸν ἕτερον· προτοῦ γὰς δὴ καὶ οὗτοι ἀμφότεροι, ἐπί-
κλητοί σφι ἐόντες, εἵποντο· τότε δὴ ὡς τῇ Ἐλευσῖνι ὁρέωντες οἱ λοιποὶ τῶν συμμάχων τούς τε βασιλέας [a] τῶν Λακεδαιμονίων οὐκ ὁμολογέοντας, καὶ Κορινθίους ἐκλιπόντας τὴν τάξιν, οἴχοντο καὶ αὐτοὶ ἀπαλ-
λασσόμενοι. Τέταρτον δὴ τοῦτο ἐστὶ τὴν Ἀττικὴν ἀπικόμενοι Δωριέες, δίς τε ἐστὶ πολέμῳ ἐσβαλόντες, καὶ δὶς ἐπ' ἀγαθῷ τοῦ πλήθεος [b] τῶν Ἀθηναίων· πρῶτον μὲν, ὅτε καὶ Μέγαρα κατοίκισαν, οὗτος ὁ στόλος ἐστὶ Κόδρῳ βασιλεύοντος Ἀθηναίων, ὀρθῶς ἂν καλέοιτο· δεύτερον δὲ καὶ τρίτον, ὅτε ἐστὶ Πεισιστρατιδέων ἐξέλασιν ὁρμηθέντες, ἐκ Σπάρτης ἀπίκοντο· τέταρτον δὲ τότε, ὅτε [c] ἐς Ἐλευσῖνα Κλεομένης ἄγων Πελοποννησίους ἐσέβαλε· ὕστω τέταρτον τότε Δωριέες ἐσέβαλον ἐς Ἀθήνας. Διαλυθέντος ὦν τῷ στόλῳ τούτῳ ἀκλεῶς, σφαῦτα Ἀθηναῖοι [d] τίμυσθαι βυλόμενοι, πρῶτα στρατηίην ποιεῦνται ἐπὶ Χαλκιδέας. Βοιωτοὶ δὲ τοῖσι Χαλκιδεῦσι βοηθέουσι ἐπὶ τὸν Εὔριπον. Ἀθη-
ναίοισι δὲ ἰδοῦσι τοὺς [e] Βοιωτοὺς, ἔδοξε πρότερον τοῖσι Βοιωτοῖσι ἢ τοῖσι Χαλκιδεῦσι ἐπιχειρέειν· συμβάλλου-
σί τε δὴ τοῖσι Βοιωτοῖσι οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ πολλῷ ἐκράτησαν· κάρτα δὲ πολλοὺς φονεύσαντες, ἑπτακο-
σίους αὐτέων ἐζώγρησαν· τῆς δὲ αὐτῆς ταύτης ἡμέρης οἱ Ἀθηναῖοι διαβάντες ἐς τὴν Εὔβοιαν, συμβάλλουσι καὶ τοῖσι Χαλκιδεῦσι· νικήσαντες δὲ καὶ τούτους, τε-
τρακισχιλίους κληρούχους ἐστὶ τῶν [f] ἱπποβοτέων τῇ χώρῃ λείπουσι· οἱ δ' ἱπποβόται ἐκαλέοντο οἱ παχέες τῶν

ab militia, alterum quoque e Tyndaridis relinqui; nam et iſti antehac ab eis evocati ambo comitabantur. Porro tune ceteri ſocii, qui erant in Eleuſine, cernentes non convenire inter reges, et Corinthios aciem deſeruiſe, etiam ipsi dilapsi abierunt. Quartum iſtud Dorienſes in Atticam profecti ſunt, bis ad bellum ingreſsi, bis ob Athenienſium multitudinis commodum: Primo, quum et Megara coloniam deduxérunt, hæc expeditio recte vocetur ſub Codro Athenarum rege: iterum ac tertio, quum ad expellendos Piſiſtratidas ex Sparta venItum est: quarta vice, quum Cleomenes Peloponnenſes ducens, Eleuſina invaſit. Ita quarto tunc Dorienſes in Athenas irruerunt. Dilapso igitur inglorie hoc exercitu, ibi Athenienſes volentes ultum ire iniurias, primam expeditionem fecerunt adverſus Chalcidenſes: quibus Bœoti ad Euripum iere ſuppetias. His conſpectis Athenienſes putarunt ſibi cum eis prius quam cum Chalcidenſibus pugnam conſerendam: itaque congreſsi cum illis egregie ſuperant, permultisque eorum cæſis, ſeptingentos vivos capiunt. Eodem die transgreſsi in Eubœam, cum Chalcidenſibus conflixere: quibus etiam victis, quatuor millia colonorum in prædiis hippobotarum reliquerunt: hippobotæ autem

apud

a Abſunt duo iſta ab *Arch.* et *Valla*, et poſsunt abeſse. b Τοῦ *Brit.* duo *Paſſ. Ask.* c Ἐς non norunt *Arch. V.* d Τίννυσθαι *Ask.* e Βοηθοὺς *Arch. Vind.* f *M. Ask. Paſſ. Paris. A.*, et brevi conſimiliter, reliqui ἱπποβατέων et ἱπποβάται. Mox ἱπποβάται δὲ eleganter *Valcken.* ad L. I, 180. Post pauca ἐν πέδαις δήσ. *Arch. V.*, uti post dein et L. I, 67. 86.

ſtores ſunt L. IX, 72., quos Spartani auxilium flagitantibus non nunquam, ut ſuppetias ferrent, dederunt. Locri certe Epizephyrii, cum bellum Crotoniatarum horrerent, ἔπεμψαν, verba ſunt *Zenobii* Cent. II, 17., εἰς Λακεδαίμονα συμμαχίας δεόμενοι. Reſponſum legatis fuit, non ſe copias daturos, τοὺς δὲ Διοσκούρους, ſive *Caſtores* miſsuros: quibus conſona *Euſtath.* in *Hom.* p. 278, 6. Spartae itaque Caſtor et Pollux rei militari auſpicia dabant. Iam duo cum eſsent, ſicuti totidem reges civitatis, aequum videbatur, ut regum altero domi manente, alter dumtaxat Tyndaridarum in expeditionem aſsumeretur: accedebat fortaſse forma et habitus ſigni, quo indigetabantur ap. *Plutarch.* περὶ Φιλαδελ. pr., τὰ πλαῖα τῶν Διοσκούρων ἀφιδρύματα οἱ Σπαρτιᾶται ΔΟΚΑΝΑ καλοῦσι· additur fuiſse, δύο ξύλα παράλληλα δυσὶ πλαγίοις ἐπεζευγμένα, *duo ligna aequaliter diſtantia, duobusque transverſis iuncta.* Quae quidem in caſtra ſi fuerint portata, uno Tyndaridarum cum rege in bellum pergente, diſiungi neceſse fuit. Atque haec, ubi probabuntur, obscura diſpellent.

89. Τῶν Τυνδαριδέων τὸν ἕτερον] *Palmerium* miror *ignorare* ſe *prorſus* fatentem, *qui fuerint isti Tyndarei*; Caſtores enim *Palmerius*, ſive Therapnaeos *Tyndaridas*, ſi quis alius, habebat certe notiſsimos. Fratres isti, eximia Spartae religione culti, in ſermone quoque quotidiano dicti τὼ Σιὼ, quia concordes regnaverant, a Regibus ad bellum ſimul exeuntibus, ut arbitror, boni ominis gratia, et velut auxiliatores ſolenniter evocati, binos Imperatores comitari credebantur: Σωτῆρες [ὄντες.] καγαθοὶ παραγάται, a neſcio quo Tragico dicti ap. *AElian.* V. H. I, c. 30. Προτοῦ γὰρ δὴ, inquit *Herod.* καὶ οὗτοι ἀμφότεροι ἐπίκλητοί σφι ἐόντες εἵποντο. Regum Imperatorum concordia Demarati ſeceſsione violata, hanc tulerunt legem Spartiatae, ut in poſterum alter tantum Regum educeret exercitum; alteri autem Regi, qui domi maneret, Tyndaridarum etiam alter veluti cuſtos relinqueretur et tutelaris. Alteram legis partem *Cragius* hinc attigit de Rep. Lac. IV, c. 4. Tyndaridas *Cragius* et *Meurſius* ſuo loco reliquerunt. Ut alibi, ſic Spartanis etiam Caſtores dimicantibus adfuiſse credebantur ſalutares: *adfuturos proeliantibus perſuaſit* Archidamus, *Frontin.* I, c. XI, 9. *Polyaen.* I, c. 41, 1., ὡς οἱ Διόσκουροι συμμαχήσοντες ἥκοιεν· apud eumdem II, c. 31, 4. Lacedaemonii ſibi perſuadent Διοσκούρων ἐπιφάνειαν γεγονέναι· vicina corrigit *Hemſterh.* in illa luculenta de Caſtoribus adnotatione ad *Lucian.* p. 284. Apud *Herod.* V, c. 80., auxiliares petentibus Thebanis ſuos heroas AEginetae, ἐπικουρίην τοὺς Αἰακίδας συμπέμπειν ἔφασαν, quorum auxilium imbecillum experti Thebani τοὺς μὲν Αἰακίδας σφι ἀπεδίδοσαν, τῶν δὲ ἀνδρῶν ἐδέοντο· ad istum locum, *Iuſtini* quaedam excitat Clar. *Gronov.* ex L. XXII, c. 2. quae huc vel in primis pertinent. VALCKEN.

8. Τοὺς Βοιωτοὺς] Τοὺς βοηθοὺς parum abest, quin probem. Vitabitur ita toties iterata Βοιωτῶν mentio, auribus minime iucunda. Atticas autem has contra Boeotos et Chalcidenſes expeditiones ad *Herodoti* exemplum floride ornavit *Himerius* Eclog. p. 44. *Ed. Steph.* Rhetoris locum adſcripserat *St. Berglerus.*

15. Ἐπὶ τῶν ἱπποβοτέων τῇ χώρῃ] Optime *Plut.* in Camillo p. 164. F. Χαλκιδέων δὲ τοὺς ΙΠΠΟΒΟΤΑΣ λεγομένους, πλούτῳ καὶ δόξῃ διαφέροντας, ἐξέβαλεν *Pericles*; cui cum congruat *Strabo* X. p. 685. C. et *AElian.* Var. VI, 1., laudo inſtauratum eorum ex MSS. titulum. Fuerunt iidem haud dubie et ἱπποβάται, ſed plus priore indicatur. *Schol.* ad *Eurip.* Oreſt. v. 1001. Ἀτρέως ἱπποβότα, ἵππους τρέφοντος, καὶ ἵππους ἐπιβαίνοντος· qui mihi tali glosſa ſignificat, in aliis Tragici exemplis Ἀτρέως ἱπποβάτα fuiſse, ſicuti *Sophocl.* Aiac. v. 620. οἰοβότας et Philoct. v. 217. ἀγροβότας variabatur olim. Dices, diſputatis haud parum nocere ἱπποβοτέων Chalcidenſium commemorationem L. VI, 100. ſed aliter habet res, ex Codd. promulganda: neque ergo male Cl. *Abr. Gronov.* ad *AElianum.* Reſtat τῶν κληρούχων numerus, longe in *AEliano* minor. Δισχιλίους ex ſcriptis viri Celeb. *Perizon.* et *Iac. Gronovii.* Praef. ad T. IV. Thes. Ant. Graec., expulſo vetere τεσσαράκοντα, probant et urgent, opinati inſuper ſatis eum amplum videri, *Herodoti*que τετρακισχιλίους, ſic *Gronov.*, partim in *Hippobotarum* agros, partim aliorſum conmigraſse: quam recte, non indico. *AEliani*, ſedulo ut dicam, τεσσαράκοντα, ubi nota numerali pingantur, ex *quatuor* Noſtri *millibus* progigni facili potuerunt partu.

16. Οἱ δ' ἱπποβόται ἐκαλέοντο οἱ] Equidem non opinor ſic ab *Herod* potuiſse ſcribi, ſed, articulo omiſſo, ἱπποβόται δὲ ἐκαλέοντο οἱ παχέες τῶν Χαλκιδέων· quod ſupra iam indicavi in L. I, c. 180. Forma nominis

ista,

apud Chalcidenſes vocabantur locupletes. Horum etiam quoscunque vivos ceperunt, una cum Bœotorum captivis vinctos compedibus in carcerem coniecerunt; quos aliquanto post binis mulctatos minis ſolverunt: eorumque vincula, quibus alligati fuerant, in arce ſuſpenderunt, quæ ad meam usque memoriam extabant, pendentia e muris a Medo ambuſtis, e regione penetralis ad occaſum ſpectantis. Decimas quoque pretii redemptionis conſecrarunt, facta ærea quadriga, quæ ad ſiniſtram manum intranti ſtatim in propylæa arcis ſtabat, cum hac inſcriptione,

Attica perdomitis acri ſub marte iuventus
Bœotum populis Chalcidicaque manu,
Damna rependerunt vinclis et carcere cæco,
Quorum hæ de decima ſtant tibi Pallas equæ.

78 Et Athenienſes quidem augeſcebant. Iuris autem æquabilitatem eſſe rem ſeriam, non ex uno tantum, ſed undique datur intelligi: ſiquidem Athenienſes etiam quamdiu tyrannis ſubiecti fuerunt, nullis finitimorum in bello præſtantiores erant; liberati vero tyrannis, multo primi extitere. Unde liquet, eos, dum continebantur, ſegnis propoſiti fuiſſe, tanquam domino laborantes: at libertate parta, ſibi ipsi quisque rem gerere properabat. Athenienſes 79 ita agebant. Thebani autem post hæc ulciſcendi illos cupidi, ſciſcitatum ad deum miſerunt. Quibus reſpondens Pythia, negabat per ſeſe eos poſſe illos ulciſci, ſed in Polyphemum referentes iubebat ut rogarent proximos. Digreſſis igitur conſultoribus reſponſum vulgaverunt convocato populo

τῶν Χαλκιδέων· ὅσους δὲ καὶ τυτθὸν ἐζώγρησαν, ἅμα τοῖσι Βοιωτῶν ἐζωγρημένοισι εἶχον ὑπὸ φυλακῇ, ἐς πέδας δήσαντες· [a] χρόνῳ δὲ ἔλυσάν σφεας δημένεως ἀποτιμησάμενοι· τὰς δὲ πέδας αὐτέων, ὑπ' τῇσι ἐδεδίατο, ἀνεκρέμασαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν, αἵπερ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν περιεοῦσαι, κρεμάμεναι ἐκ τειχέων περιπεφλευσμένων πυρὶ ὑπὸ τοῦ Μήδου, ἀντίον δὲ τοῦ μεγάρου τοῦ πρὸς ἑσπέρην τετραμμένου, καὶ τῶν λύτρων τὴν δεκάτην ἀνέθηκαν, [b] ποιησάμενοι τέθριππον χάλκεον· τὸ δὲ, ἀριστερῆς χειρὸς ἑστηκε [c] πρῶτον ἰσιόντι ἐς τὰ προπύλαια τὰ ὑπ 314
τῇ ἀκροπόλι· ἐπιγέγραπται δέ οἱ τάδε,

[d] Ἔθνεα Βοιωτῶν καὶ Χαλκιδέων δαμάσαντες
Παῖδες Ἀθηναίων ἔργμασιν ὑπ πολέμου,
Δεσμῷ ὑπ [e] ἀχλυοέντι σιδηρέῳ ἔσβεσαν ὕβριν·
Τῶν ἵππους δεκάτην Παλλάδι τάσδ' [f] ἔθεσαν.

Ἀθηναῖοι μέν νυν ηὐξήντο· [g] δηλοῖ δὲ οὐ κατ' ἓν μοῦνον, ἀλλὰ πανταχῇ ἡ ἰσηγορίη ὡς ἔστι χρῆμα σπουδαῖον, εἰ καὶ Ἀθηναῖοι τυραννευόμενοι μὲν, οὐδαμῶν τῶν σφέας περιοικεόντων ἦσαν [h] τὰ πολέμια ἀμείνους, ἀπαλλαχθέντες δὲ τυράννων, μακρῷ πρῶτοι ἐγένοντο· δηλοῖ ὦν ταῦτα ὅτι κατεχόμενοι μὲν, ἐθελοκάκεον, ὡς [i] δεσπότῃ ἐργαζόμενοι· ἐλευθερωθέντων δὲ, αὐτὸς ἕκαστος ἑωυτῷ [k] προθυμέετο κατεργάζεσθαι, οὕτω μέν νυν ταῦτα ἔπρησσον. Θηβαῖοι δὲ μετὰ ταῦτα ἐς Δελφοὺς ἔπεμπον, βουλόμενοι τίσασθαι Ἀθηναίους· ἡ δὲ Πυθίη ἀπὸ σφέων μὲν αὐτέων οὐκ ἔφη αὐτοῖσι εἶναι τίσιν, ἐς Πολύφημον δὲ ἐξενείκαντας ἐκέλευε τῶν ἄγχιστα δέεσθαι· ἀπελθόντων [l] ὦν τῶν θεοπρόπων, ἐξέφερον τὸ χρηστήριον, ἀλίην ποιησάμενοι ὡς ἐπιθάνοντο

a *M. Ask. Arch. Paſ. V. Paris. A. B.*, olim χρόνῳ δὲ ὕστερον ἔλυσαν. Statim δίμναις *Arch. V.*; ἁμνοὺς citat *Pollux* IX, 57. *b* Ποιήσαντες *Vind. Arch.* *c* Πρῶτα *Arch. V. Ald. Paris. A. B. Brit.* duo, πρῶτον *M. Ask. Paſ.* *d* Citat *Ariſtid.* T. II. p. 380.. *e* Ἀχνυνθέντι *M. Ask.* *f* Ἀνέθεσαν *Arch.* *g* Exſcripſit hanc ſententiam *Stob.* Serm. XLI. p. 242. *h* Duo omittuntur in *Brit.* duob., prave. *i* Δεσπόται *Arch.*, an δεσπόταις voluit? *k* Προθυμ. id. et *Vind. Brit.* duo, προεθυμ. *Paſ.* ſtatim ἀπὸ σφ. μὲν αὐτέων *Ald.* *l* Δὲ ὧν *Vind. Arch.*

ista, ἱπποβόται hic erat in *Flor.* Cod., cuius tamen bonitatem vir clar. non commendavit memor, ut puto, alterius loci VI, c. 100. ubi ad vulgatum, τῶν ἱπποβητέων Χαλκιδέων, nihil ex *Med.* reperiebat enotatum. Ad *AElian.* V. H. VI, c. 1., incerti fluctuant, utrum opulentiores inter Chalcidenſes ἱπποβόται dicti ſint, an ἱπποβάται· ſequor iudicium utriusque *Gronovii*, ſuffragantium *Caſaubono*; pauca quidem attulit is ad *Strabon.*, ſed quibus mea ſaltem opinione planiſſime demonſtravit dictos ἱππεβάτας. Ne *equites* quidem commode dici potuiſſe putem ἱπποβάτας· ſed, ut οἰεβότης, αἰγιβότης, ſic *qui equos aleret*, erat ἱπποβότης. Quorum autem cenſus equis alendis ſufficeret, atque adeo *opulenti*, vocabantur apud Chalcidenſes ἱππεβόται· comparari quodammodo poſſunt οἰκίαι τεθριπποτρόφοι· rarius illud *Antigoni Caryſtii* de patre Polemonis ap. *Diogen. Laërt.* IV, 17. illum τῶν πρώτων τε εἶναι πολιτῶν καὶ ἁρματοτροφῆσαι· nam ſic iſta ſcribenda ſunt. Qui Athenis olim opibus eminebant γεωμόροι, qui Syracuſis et alibi, γαμόροι dicebantur: non ſane *ruſticos* ista vox notat aut *aratores*, ſed *agrorum poſſeſſores*; quales hodiedum in Friſia noſtra rempublicam gerunt. In Theſſalia T. Quintius Flamininus *potentiorem eam partem civitatum fecit, cui ſalva tranquillaque omnia magis eſſe expediebat:* haec ubi ſcribit non protrita *Livius* XXXIV, c. 51., tacent commentatores. VALCKEN.

19. Ἐς πέδας δήσαντες] Herodoteum ἐμπεδήσαντες monſtrat non eſſe deterius ἐν πέδαις δήσαντες, quod hic habet *Arch.* Istas πέδας in arce dedicatas memorat hinc *Scbol.* MS. in *Ariſtid.* Panathen., hiſtoriam ex *Herod.* L. 5., quem citat enarrans: Athenienſes ibi Boeotos vicisſe dicuntur καὶ Χαλκιδέας τῆς αὐτῆς ἡμέρας· ἀνέθησάν τε τοὺς παῖδας (τὰς πέδας leg.) ἐν ἀκροπόλει, αἷς τοὺς αἰχμαλώτους ἔδησαν, καὶ χαλκεῖς τεθρίππου (L. χαλκοῦν τέθριππον) ἀπότισιν τῶν λύτρων. —— Istae πέδαι ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ, inquit *Herodt.* ἔσαν περισοῦσαι· κρεμάμεναι ἐκ τειχέων περιπεφλευσμένων· multa notat ad poſtremum illud *Portus:* ſincera ſcriptio videtur περιπεφλοισμένων πυρὶ, a περιφλοίζειν· περιπεφλογισμένων forte legit *Valla.* In ista forma loquendi alibi habet σῶον· ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν σῶον, II, c. 181. IV, c. 124. VIII, c. 39. ut hic L. I, c. 66, αἱ πέδαι, ἐν τῇσιν ἐδεδίατο, ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἔσαν σῶαι ἐν Τεγέῃ περὶ τὸν νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης κρεμάμεναι. VALCKEN.

19. Χρόνῳ δὲ ἔλυσαν] Eliminavi ὕστερον, obſecutus Codd.; neque ſane neceſſaria eius hic praeſentia. *Pollux* δίμνως legit, ſicuti εἰκοσίμνως de viginti minis apud *Lyſiam.* Vide *Kubnium* et *Iungermann.* Erant autem *binae minae* ſollemne in ſingulos captivos redemtionis pretium apud Graecorum multos L. VI, 79. Porro τειχέων περιπεφλυσμένων malebat *Cor. de Pauw*, ob Comici, ſuſpicor, τοὺς δὲ ζῶντας περιφλύει Nub. v. 395. Rectius *Portus*, φλέω, φλύω, φλεύω, quo fonte alia manarunt plura, auxilio advocavit.

31. Ἐν ἀχλυοέντι] Docta *Gronovii* cura lucem et auctoritatem *Medic.* ἀχνυνθέντι quaeſivit, nato fortaſſe errantis calami ductu ex vulgato, ut *Heſycbii* ἀχλυθέσης ex ἀχλυοέσης. Sequentia dicto *Heracliti*, Ἕβριν χρὴ ΣΒΕΝΝΤΕΙΝ μᾶλλον ἢ πυρκαϊήν ap. *Diogen.* IX, 2. firmantur, et currus aereus ex decimis Chalcidenſium et Boeotorum *Pauſan.* I, 28.

47. Ἐς πολύφημον] *Concionem* ſive *coetum*, recte *Pauw* et *Reiskius.* Poëta Odyſſ. B, 150. Ἀλλ' ὅτε δὴ μέσσην ἀγορὴν ΠΟΛΥΦΗΜΟΝ ἱκέσθην ad quae *Heſychius*, πολύφημον, πολύφωνον ἐπιθετικῶς, ἢ ἐκκλησία, ἐν ᾗ πολλαὶ φῆμαι καὶ κληδόνες εἰσὶν. Pythia more ſuo ambigue reſpondet.

47. Ἐς πολύφημον] *Homereum* illud conſultoribus non fuit obſcurum, oraculum uſitato more referentibus *ad populum:* oraculum οἱ θεοπρόποι ἀπήγγελλον ἐς τὸν δῆμον, *Herod.* VII, c. 142. hoc alibi *noſtro* dicitur ἐξενεῖκαι ἐς τὸν δῆμον *Thucydidi*, ἀνενεγκεῖν ἐς τὸν δῆμον. VALCKEN.

sed cæduntur ab Athenienſibus, nec iuvant AEacidæ. AEginetæ vaſtarunt Atticam; huius iræ origo

θάνοντο δὲ λεγόντων αὐτέων τῶν ἄγχιστα δέεσθαι, εἶπαν οἱ Θηβαῖοι ἀκούσαντες τοιάδε, „ Οὐκ ὦν ἄγ„ χιστα ἡμέων οἰκέουσι Τανάγραιοί τε καὶ Κορωναῖοι „ καὶ Θεσπιέες, καὶ οὗτοί γε ἅμα ἡμῖν αἰεὶ μα„ χόμενοι, προθύμως συνδιαφέρουσι τὸν πόλεμον; τί „ δεῖ τούτων γε δέεσθαι; ἀλλὰ μᾶλλον μὴ οὐ τοῦ„ το ἦ τὸ χρηστήριον". Τοιαῦτα δὴ ἐπιλεγομένων, εἴτε δή κοτε μαθών τις, „ Ἐγώ μοι δοκέω [a] συνιέναι „ τὸ ἐθέλει λέγειν ἡμῖν τὸ [b] μαντήϊον· Ἀσωπῷ λέ„ γονται γενέσθαι θυγατέρες Θήβη τε καὶ Αἴγινα· „ τούτέων ἀδελφεῶν ἐουσέων, δοκέω ἡμῖν Αἰγινητέων „ δέεσθαι τὸν θεὸν χρῆσαι [c] τιμωρητήρων γενέσθαι", καὶ, οὐ γάρ τις [d] γνώμη ταύτης ἀμείνων ἐδόκεε φαίνεσθαι, αὐτίκα πέμψαντες ἐδέοντο Αἰγινητέων, ἐπικαλεόμενοι κατὰ τὸ χρηστήριόν σφι βοηθέειν, ὡς ἐόντων ἀγχιστέων· οἱ δὲ σφι αἰτέουσι ἐπικουρίην τοὺς Αἰακίδας [e] συμπέμπειν ἔφασαν. Πειρησαμένων δὲ τῶν Θηβαίων κατὰ τὴν συμμαχίην τῶν Αἰακιδέων, καὶ τειχέως περιεφθέντων ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, αὖθις οἱ [f] Θηβαῖοι πέμψαντες, τοὺς μὲν Αἰακίδας σφι ἀπεδίδοσαν, τῶν δὲ ἀνδρῶν ἐδέοντο. Αἰγινῆται δὲ, εὐδαιμονίῃ [g] τε μεγάλῃ ἐπαρθέντες, καὶ ἔχθρης παλαιῆς ἀναμνησθέντες [h] ἐχούσης ἐς Ἀθηναίους, τότε Θηβαίων δεηθέντων, πόλεμον ἀκήρυκτον Ἀθηναίοισι ἐπέφερον· ἐπικειμένων γὰρ αὐτέων Βοιωτοῖσι, ἐπιπλώσαντες μακρῇσι νηυσὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν, κατὰ μὲν ἴσουραι Φάληρον, κατὰ δὲ τῆς ἄλλης παραλίης πολλοὺς δήμους ποιεῦντες δὲ ταῦτα, μεγάλως Ἀθηναίους [i] ἐσινέοντο. Ἡ δὲ ἔχθρη ἡ [k] προοφειλομένη ἐς Ἀθηναίους ἐκ τῶν Αἰγινητέων, ἐγένετο ἐξ ἀρχῆς [l] τοιῆσδε· Ἐπιδαυρίοισι ἡ γῆ καρπὸν οὐδένα [m] ἀπεδίδου· περὶ ταύτης ὦν τῆς συμφορῆς οἱ Ἐπιδαύριοι ἐχρέωντο ὦν Δελφοῖσι·

10 Thebani. Ut vero ſciſcitati ſunt dicentibus illis a proximis peti debere, auditis his dicebant; Numquid non proxime nos incolunt Tanagræi Coronæique et Theſpienſes, qui noſtri aſſidue commilitones, alacri atque concordi in partes animo bella nobiscum tolerant? quid hos rogari oportet? ſed potius non hoc est oraculum. Hæc illis ſermocinantibus, quidam re audita, inquit, Ego quid nobis ſignificare velit oraculum videor mihi intelligere. Aſopi duæ filiæ fuiſſe traduntur, Thebe et AEgina; quæ quoniam ſorores ſunt, opinor deum reſpondere nobis, ut AEginetas rogemus vicem noſtram ulciſci. Thebani, quoniam nulla quam hæc viſa est excogitari poſſe potior ſententia, protinus miſere ad AEginetas orandos auxilia, tanquam proximos, ex dei oracula. Illi petentibus his auxilia dixerunt ſe mittere cum eis AEacidas. Societate AEacidarum freti Thebani, quum lacesſiſſent Athenienſes, aſpere ab iisdem excepti, iterum auxilia virorum remiſſis AEacidis oraverunt. Quorum precе moti AEginetæ, tum magnitudine opum inflati, tum priſtinae inimicitiæ quam geſſere cum Athenienſibus memores, bellum illis haud indictum intulerunt. Nam quum Athenienſes vertiſſent omnes vires adverſus Bœotos, ipsi longis navibus in Atticam traiicientes, tum Phalerum diripuerunt, tum multos populos in cetera ora maritima, magnam ex hac re calamitatem Athenienſibus afferentes. Inimicitia autem, quæ AEginetas ſtimulabat adverſus Athenienſes, ab initio extitit talis: Epidaurii, quum ſua ipsis terra nihil fructuum efferret, de hac calamitate Delphicum conſuluere

a *M. Paſſ. Ask. Paris. A.*, prius erat συνεῖναι ex *Ald.* et aliis. *b* Μαντήϊον *Arcb. Ask. Paſſ. Med.*, in quo et ἡμῖν deerat. Antea χρησήριον ex ſcholio. *c* Τιμωρητέων ora *Steph. Brit.* duo. *d* Ταύτης ἀμείνων γνώμη *Ask. Paſſ.* *e* Συμπείθειν *Med. Ask.*, in *Paſſ.* ex gloſſa. *f* Ἀθηναῖοι *Arcb.* prave. *g* Τῇ μεγ. *Vind. Arcb.* *b* Ora *Steph. Arcb. V. Paſſ. Ask. Brit.* duo: alii ἐούσης πρὸς Ἀθ. *i* Ἐσινέοντο ſolus *Med.* *k* Προσοφειλ. et πρὸς Ἀθην. tum ἐκ τῆς Αἰγ. *Vind.* et *Arcb.* *l* Τοιῆδε *Med. Ask. Brit.* duo, in *Aldo* et ceteris τοιῇσδε. *m* *Med. Paſſ. Ask.*, ἀνεδίδου *Vind. Arcb. Brit.* duo, ἀπεδίδου *Ald.* et priores editi, quod rediit

58. Τὸ μαντήϊον] Sic praeſtat; idem L. II, 152. Opportune Critici in *Pindari* Nem. Od. IV, 30. Θήβῃ γὰρ καὶ Αἰγίνᾳ Ἀσωπίδες· καὶ φασὶ Θηβαίοις πολεμοῦσιν Ἀθηναίοις ἐκπεσεῖν λόγιον, τοὺς συγγενεῖς ἑλέσθαι συμμάχους· δὶ οὗ τοὺς Αἰγινήτας ἑλέσθαι, hac forte ex narratione.

65. Τοὺς Αἰακίδας συμπέμπειν ἔφασαν] Etſi haec priſcae ſuperſtitionis pars in denſa ſit caligine, συμπελθεῖν *Med.* et *Ask.*, docte a Cel. Viro expoſitum, recepto non antepono. Spartanorum Locrenſibus reſponſum ap. *Zenobium* de quo ſuperius, τοὺς δὲ Διοσκούρους αὐτοῖς ἐπιπέμψουσιν, ſtat contra istos Codd., tum, quod continuo ſubſequitur, τοὺς μὲν Αἰακίδας σφι ἀπεδίδοσαν, eosdem, quo tandem cunque modo, accepiſſe innuit Thebanos. Accedat *Philoſtrati* illud Heroic. L. XIX. p. 743. ἐπειδὴ ναῦς ἐς Σαλαμῖνα ἐξ Αἰγίνης ἔπλευσεν, ἄγουσα ἐπὶ συμμαχίᾳ τοῦ Ἑλληνικοῦ τὸν τῶν Αἰακιδῶν οἶκον. Advexit itaque ea navis ſuppetias Graecis AEacidas. Atque hoc est, quod L. VIII, 64. perſcribitur, misſam tum fuiſſe navem ἐπὶ Αἰακὸν καὶ τοὺς ἄλλους Αἰακίδας in AEginam, quam reducem dabit C. 84. Hoc amplius, Locri Italiotae Aiacem, Oilei F., inpetrarunt ab Opuntiis ap. *Pauſaniam* L. III, 19. ſimili conſilio; cui quidem cum in inſtructa acie χωρὴν κενὴν, *vacuum locum*, Locri reliquerint, teſte *Conone* Narrat. XVIII., utique probabile accidit, arceſſitos hos ſupplicationibus Heroas fuiſſe et in ſpeciem abductos, ut omen praelio et ſpem praeſidii praeberent. *Plutarchus* certe pugna Salaminia AEacidas παρακεκλημένους εὐχαῖς πρὸ τῆς μάχης ἐπὶ τὴν βοήθειαν in Themiſt. p. 119. E. perhibet, propoſitis auctoritatem concilians. Hinc ἐπεκαλέοντο Αἰαντα τὸν Τελαμῶνος VIII, 64., et ἐπίκλητοι Tyndaridae ſupra C. 75. h. e. σύμμαχοι, *Heſychio* interprete.

72. Ἐχούσης ἐς Ἀθηναίους] Hoc faſtidire non debui. Talia L. VI, 2. ταῦτα ἐς τὴν ἀπόσασιν ἔχοντα· et C. 19. τὸ μέν νυν ἐς αὐτοὺς Ἀργείους ἔχον oraculum: denique VIII, 144. τὴν προνοίην, τὴν ἐς ἡμέας ἔχουσαν. Sic ſchedae: prius erat, hoc ut loco, τὴν πρὸς ἡμέας ἐοῦσαν.

72. Ἐούσης πρὸς Ἀθηναίους] Ex duobus minimum Codd. enotata lectio, ἔχθρης —— ἐχούσης ἐς Ἀθηναίους Herodotea videtur, ἔχειν ἐς ſaepius in aliis locutionibus frequentantis. Hic illa ἔχθρη c. 82., dicitur προοφειλομένη ἐς Ἀθηναίους· infra VI, c. 65. ἔχθρη memoratur Leotychidae ἡ ἐς τὸν Δημάρητον· τὴν ἔχθραν ἐς τοὺς Ἀργείους dixit *Thucyd.* p. 142, 9., quem ſcripſiſſe ſuſpicor p. 103, 94., οὕτως ὀργῆς εἶχον οἱ πλείους ἐς τοὺς Ἀθηναίους· ὀργῆς *Reiskio* venit etiam in mentem: *Sophocleum* est, ὡς ὀργῆς ἔχω· dicitur quidem ὀργῇ λέγειν, κελεύειν, κολάζειν· ſed vereor ut dicatur ὀργῇ ἔχειν Ἀθηναίους. Quod hic vulgatur absque Codd. certe nemini ſuſpectum esſet. VALCKEN.

77. Ἀθηναίους ἐσινέοντο] Mutationi Florentinae recte diffidit *Gronovius*; unde ἐξικνέοντο fingere ſi velis, verbi in Muſis uſus refragabitur. Forma est inſolentior, qualis ferme in ἀσινέοντες *Euſebii* ap. *Stob.* S. XLIV. p. 310., ſed obvia in MSS.; οἱ δὲ εἶχον οὐδὲν σινέεσθαι L. IV, 123. *Arcb.*, et ΕΣΙΝΕΟΝΤΟ πᾶσαν τὴν στρατιὴν IX, 48., σινεόμενος C. 85. eiusdem libri. Quae libuit coacervare.

77. Ἀθηναίους ἐσινέοντο] Neque Ionice dicitur σινέεσθαι. Niſi forte quis Codex daret ἐδηλέοντο, ſcriberem ἐσινέατο· hoc Ionicum pro ἐσίνοντο· ex utraque forma conflatum ἐσινέοντο. Deterior lectio Cod. Med. ἐσικνέοντο· quodque paulo post legebatur, οὐδένα καρπὸν ἀπεδίδου, vel ἀνεδίδου, praeſtat eiusdem libri ſcriptura. VALCKEN.

78. Προοφειλομένη] Priſtina inimicitia, quae AEginetas et Athenienſes collidebat, conſideratur ut vetus debitum, προσφειλόμενος Φόρος L. VI, 60. Quae tamen cum increverit isto tempore, orſique AEginetae ſint πόλεμον ἀκήρυκτον, haud ſcio, praeſtetne προσοφελλομένη *adaucta*? Iuvat non nihil *Vindebon.* ſcriptura. Certum mihi est, τοιῆσδε ſollicitari non oportuiſſe. Vide C. 88.

82. Δα-

suluere oraculum. Quos Pythia iussit Damiæ et Auxesiæ simulacra erigere; et postquam erexissent, melius actum iri. Scisscitantibus igitur Epidauriis utrum ex ære facerent illa an ex lapide, Pythia ex neutro permisit fieri, sed e ligno mitis oleæ. Rogabantur ergo ab Epidauriis Athenienses ut sibi permitterent oleam cædere, oleas illas rati sacratissimas esse. Fertur etiam nusquam gentium nisi Athenis illa tempestate oleas fuisse. Athenienses se vero dixerunt concesuros, hac tamen lege, si quotannis illi sacra Minervæ arcis Præsidi et Erechtheo afferrent. Accepta conditione Epidaurii quæ rogabant impetraverunt, et simulacra ex his oleis fabricata statuerunt: terraque sua fructum eis ferente, quod
83 convenerat Atheniensibus persolvebant. Eo adhuc tempore atque superiori AEginetæ Epidauriis parebant, tum in aliis, tum vero

ἡ δὲ Πυθίη σφέας [a] ἐκέλευε Δαμίης τε καὶ Αὐξησίης ἀγάλματα ἱδρύσασθαι· καί σφι ἱδρυσαμένοισι ἄμεινον συνοίσεσθαι· [b] ἐπειρώτεον ὦν οἱ Ἐπιδαύριοι πότερα χαλκοῦ ποιέονται [c] τὰ ἀγάλματα, ἢ λίθου· ἡ δὲ Πυθίη οὐδέτερα τούτων ἔα, ἀλλὰ [d] ξύλου ἡμέρης ἐλαίης. ἐδέοντο ὦν οἱ Ἐπιδαύριοι Ἀθηναίων ἐλαίης σφι δοῦναι ταμέσθαι, ἱρωτάτας δὴ κείνας νομίζοντες εἶναι· λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐλαῖαι ἔσαν ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ [e] κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἢ Ἀθήνησι. οἱ δὲ ἐπὶ τοῖσδε δώσειν ἔφασαν, ἐπ' ᾧ ἀπάξουσι ἔτεος ἑκάστου τῇ Ἀθηναίῃ τῇ [f] Πολιάδι ἱρὰ, καὶ τῷ Ἐρεχθέϊ· καταινέσαντες δ' ἐπὶ τούτοισι οἱ Ἐπιδαύριοι, τῶν τε ἐδέοντο ἔτυχον, καὶ ἀγάλματα ἐκ τῶν ἐλαιέων τυτέων ποιησάμενοι, ἱδρύσαντο· καὶ ἤ τε γῆ σφι [g] ἔφερε, καὶ Ἀθηναίοισι ἐπετέλεον τὰ συνέθεντο. Τοῦτον δ' ἔτι τὸν χρόνον, [h] καὶ τὸν πρὸ τούτου, Αἰγινῆται Ἐπιδαυρίων ἦρχον, τά τε ἄλλα, καὶ δίκας, διαβαίνοντες ἐς Ἐπίδαυρον, ἐδίδοσάν τε καὶ ἐλάμ-

a Rem tangit *Pausan.* II, 30., sed Λαμίαν adpellans, culpa librariorum. Vid. *Kühnium* ibi. *b Arch. V. Pass. Brit.* duo, aut ἐπειρώτων· vulgo ἐπηρ. *c* Absunt haec duo *Arch. Vall. Vind.*, mox οὐδέτερον *V. Pass. Arch.* *d* Ξύλης *Arch.* *e* Κατὰ χρ. ἐκεῖνον, κεῖνον *Vind.*, *Arch. Pass. Ask.*, tum ἐν Ἀθήναις *M. Ask. Pass.* *f* Πελλάδι *Arch.*, paullo ante τε ab eodem abest et *Vind.* antea Ἀθηναίῃ τε τῇ. *g M. Ask.*, in *Pass.* καρπὸν ut scholion accedit. In *Aid.* et aliis satis bene ἔφερε καρπόν. *h* Καὶ πρὸ τοῦ *Pass.* Vid. II, 121. III, 62. &c.

82. Δαμίης] Utriusque apud *Pausan.* memoria et *Auxesiae*, Αὐξησίης in *Themistii* Or. IV. p. 54. C., ubi *Petavius* Romanorum *Damiam*, sive *bonam Deam* ex *Festo* optime contendit, et eiusdem sacra opertanea cum ταῖς ἀῤῥήτοις ἱεροτελείαις apud Epidaurios C. 83. Paria *Reiskius* in Miscell. Lipsiensibus.

82. Δαμίης τε καὶ Αὐξησίης] Mihi quidem sincerum videtur Δαμίης nomen: facile tamen alicui in mentem veniat Θαλλίης· cui notae fuerint Θαλλὼ et Αὐξὼ, de quibus agens ad *Poll. Kühnius* VIII, 106. τὴν Αὐξὼ apud *Herod.* dictam scribit Αὐξησίην. Binis in locis Deas ex *Herod.* commemoravit *Pausanias*, cuius editum exemplar utrobique Λαμίαν nobis offert et Αὐξησίαν, L. II. p. 186. f. et 181. m. cur alteram scriptionem praeferendam censeat tacet ibi *Kühnius*. Ταμίαν bis nuncupat, sive Ταμίην, *Scholiast. Aristid.* ined. in Cod. Clar. *Burm.* primum in Panathen. T. I, p. 268. ad Αἰγινητῶν. Τὴν μάχην, inquit, αἰνίττεται τὴν περὶ τῶν ἀγαλμάτων· Ἐπιδαυρίοις γὰρ λιμώττουσιν ἔχρησεν ὁ θεὸς ἀγάλματα ποιήσασθαι Ταμίης καὶ Αὐξησίης, δαιμόνων τινῶν ἀπὸ ξύλου ἐλαίας ἱερᾶς τῶν ἐν ἀκροπόλει. In eodem Cod. scholion est hanc in rem memorabile in *Aristid.* Themist. T. III, p. 309. [Τὸν πρὸς Αἰγινήτας] Ἐπιδαύριοι λιμῷ διεφθείροντο· ἔχρησεν αὐτοῖς ἡ Πυθία, ἐκ τῶν ἐλαιῶν τῆς Ἀθηνᾶς τῶν ἱερῶν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ἀγάλματα ἱδρύσασθαι Δήμητρος καὶ Κόρης, Ταμίας καὶ Αὐξησίας. Hinc discimus, sub istis fuisse nominibus *Cererem* et *Proserpinam* cultas, sive *Matrem* et *Liberam*: τῇ μητρὶ καὶ τῇ Κόρῃ, est ap. *Herod.* VIII, c. 65., cuius haec ipsa narratio idem facile persuasisset attendenti; nam quum terra fruges non daret Epidauriis, iussi sunt divinitus istarum signa Dearum dedicare, veluti θεῶν Καρποφόρων, qua adpellatione Tegeatae Cererem colebant et Proserpinam teste *Pausan.* VIII. p. 707. f. sed rem plane adfirmat *Pausan.* II. p. 181., τὰ ἐς Αὐξησίαν καὶ Δαμίαν — εἰπόντος Ἡροδότου — οὐ μοι γράφειν κατὰ γνώμην ἦν εὖ προειρημένα· πλὴν τοσοῦτό γε, ὅτι εἰδόν τε τὰ ἀγάλματα, καὶ ἔθυσά σφισι κατὰ (κατὰ τὰ) αὐτὰ, καθὰ ἤδη καὶ Ἐλευσῖνι θύειν νομίζουσιν· eodem ritu Deabus istis, veluti θεαῖς μεγάλαις, variis in locis sacra fiebant. Cereri non disconvenit nomen Δαμίης· quae Epidauriorum populo, τῷ δάμῳ, sive δήμῳ, fruges daret, et Αὐξησίη, *alimentaque mitia terris. Festi* verba e V. *Damium* valde adposita huc commodum attulit *Reiskius*. Bona Dea *Damia* dicebatur: apud *Macrob.* Saturn. I, c. XII. 245., *auctor est Cornelius Labeo, eamdem esse bonam Deam et terram;* ——— *bonam, quod omnium nobis ad victum bonorum causa est.* VALCKEN.

85. Κότερα χαλκοῦ ποιέονται;] Scriberem ποιέωνται, quia ἀεὶ τὰ ἀπορίαν ἐμφαίνοντα ὑποτακτικοῖς συντάσσονται, ut monuit *Schol.* in *Eurip.* Hec. v. 85. In *Thucyd.* p. 426, 55. pro ἢ μένομεν, poni quoque malim, ἢ μένωμεν, ἕως ἂν ἕκαστοι κατὰ πόλεις ληφθῶμεν; *Xenoph.* Ἀπομν. I. p. 418, 29., πότερον βίαν φῶμεν ἢ μὴ φῶμεν εἶναι; —— Ubi mox Athenienssium oleae habitae dicuntur sacratissimae, quae praeterea leguntur: λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐλαῖαι ἔσαν (ἦσαν) ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἢ Ἀθήνησι, vel ἐν Ἀθήναις illa, si abessent, a nemine certe requirerentur. De his etiam coguoscere desidero quid sentiat ὁ πάνυ, qui alia hominum ineptorum emblemata, Herodoteis inculcata, proscribere non dubitavit. VALCKEN.

89. Λέγεται δὲ καὶ ὡς;] Falsa res est, nec fugere potuit Scriptorem. Iactantiam Athenienssium et saepe inculcatam sibi gloriationem tangit. Ecce ex *Sophoclis* Oed. Col. V. 691. Ἔστιν δ' οἷον ἐγὼ ΓΑΣ ΑΣΙΑΣ οὐκ ἐπακούω, Οὐδ' ἐν τᾷ μεγάλᾳ Δωρίδι νάσῳ —— φύτευμα —— Ὃ τᾶδε θάλλει μεγίστᾳ χώρᾳ Γλαυκᾶς παιδοτρόφου ΦΤΑΛΟΝ ΕΛΑΙΑΣ. Hoc sufficit. Statim Ἀθήνησι, pro quo saepe ἐν Ἀθήνησι L. VI, 85. VIII, 79., facile se tuebitur.

92. Ἀθηναίῃ τε τῇ Πολιάδι] Non *urbicam* neque *urbanam*, sed interpretari debuerant *praesidem arcis*: sic *Livio* τὴν Πολιοῦχον vocari (XLV, c. 28.) monuerunt *Vales.* ad *Harpocr.* p. 133. et *Hemsterh.* in *Arist.* Plut. v. 772. Praeter ceteros, *Gyraldo* memoratos, Ἀθηνᾶν Πολιάδα coluerunt Megalopolitani, Erythraei Iones; quin et Gortynii Cretenses, qui iurare tenebantur et Ἀθαναίαν Πολιάδα, secundum foederis formulam, quam ex marmore Cretensi *Gruterus* exhibet Thes. Inscr. p. 505.; emendatius scriptam *Edm. Chishull* in Antiq. Asiat. p. 133. Hoc istius est formulae initium: Ὀμνύω τὰν Ἑστίαν καὶ τὸν ΑΟΡΑΤΡΙΟΝ καὶ Ζῆνα Δικταῖον. Ill. auctor Indicis in *Gruteri* Thes. *Aoratrium* in Deos retulit, me iudice, cum Dea *Epagestima*, coelo deturbandum: in vacua sede *Cretensem* poterimus *Iovem* collocare. Suspicor in lapide sculptum fuisse, non Ρατρίων, sed Πατρίων· atque adeo, Ὀμνύω τὰν Ἑστίαν, καὶ τὸν Πατρίων Ζῆνα Δικταῖον. En aliud e Creta iusiurandum *Reinesio* vulgatum Inscr. Cl. VII, n. 26. et in Antiq. Asiat. p. 136. Ὀμνύω τὰν Ἑστίαν, καὶ τὸν Ζῆνα τὸν Κρητογενέα. Doctis si coniectura probari poterit, ne hic quidem alieno censebitur loco proposita. VALCKEN.

98. Καὶ δίκας —— ἐδίδοσαν τε καὶ ἐλάμβανον] Primum duas voculas restituendas censeo, ut legatur: Αἰγινῆται Ἐπιδαυρίων ἦρχον τά τε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ δίκας ——. sic scribere solet *Herod.* saepenumero: καὶ vulgatur alicubi, ubi καὶ δὴ καὶ praebent Codices. —— Velut in subditos AEginetas Epidaurii *iuris* etiam illis Epidauri *dicendi potestatem* exercebant: καὶ δίκας διαβαίνοντες ἐς Ἐπίδαυρον ἐδίδοσάν τε καὶ ἐλάμβανον παρ' ἀλλήλων Αἰγινῆται. Athenienses opibus et maritima praesertim potentia superbi, quos *socios* adpellantes miseros vexabant insulanos, cogebant πλεῖν ἐπὶ δίκας Ἀθήναζε, *Xenoph.* p. 404, 20. *Aristoph.* Avib. v. 1422, 1455. Orationem *Antiphontis* XIV. dixit Athenis Mitylenaeus caedis accusatus. In talibus δίκας δοῦναι καὶ λαβεῖν solemnis erat loquendi formula: *Demosth.* c. Aristocr. p. 413, 102. de Halon. p. 59, 16., ἐκ Μακεδονίας πλεῖν Ἀθήναζε δίκας ληψομένους· attigit *H. Valesius.* in not. *Mauss.* p. 333. *Xenophon* p. 404, 31., τὸν δῆμον κολακεύει τῶν Ἀθηναίων ἑξ ἑκάστης τῶν συμμαχίων.

Unde deficit AEgina, domina maris, et simulacra in se transfert. Cultus harum deatum per choros muliebres. Simulacris spoliati Epidaurii iubent, quod putant ius esse, ut Athenienses exigant debitum vectigal ab AEginetis, qui rapuisent.

ἐλάμβανον παρ' ἀλλήλων οἱ Αἰγινῆται, [a] τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε, νῆάς τε πηξάμενοι, καὶ ἀγνωμοσύνῃ χρησάμενοι, ἀπέστησαν ἀπὸ τῶν Ἐπιδαυρίων· [b] ἅτε δὴ ἐόντες διάφοροι, ἐδηλέοντο αὐτούς· ὥστε δὴ θαλασσοκράτορες ἐόντες, καὶ δὴ καὶ τὰ ἀγάλματα ταῦτα τῆς τε Δαμίης καὶ [c] τῆς Αὐξησίης ὑπαιρέονται αὐτέων· καὶ σφεα [d] ἐκομίσαντο καὶ ἱδρύσαντο τῆς σφετέρης χώρης ἐς τὴν μεσόγαιαν. τῇ Οἴῃ μέν ἐστι οἴκημα, στάδια δὲ μάλιστά κη ἀπὸ τῆς πόλιος [e] ὡς εἴκοσι ἀπέχει· ἱδρυσάμενοι δὲ ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ, [f] θυσίῃσί τέ σφεα καὶ χοροῖσι γυναικηίοισι [g] κερτομίοισι ἱλάσκοντο, χορηγῶν ἀποδεικνυμένων [h] ἑκατέρῃ τῶν δαιμόνων δέκα ἀνδρῶν· κακῶς δὲ ἠγόρευον οἱ χοροὶ ἄνδρα μὲν οὐδένα, τὰς δὲ ἐπιχωρίας γυναῖκας· ἦσαν δὲ καὶ τοῖσι Ἐπιδαυρίοισι [i] αἱ τοιαῦται ἱροργίαι· εἰσὶ δέ σφι καὶ ἄῤῥητοι ἱροργίαι. Κλεφθέντων δὲ [k] τῶνδε τῶν ἀγαλμάτων, οἱ Ἐπιδαύριοι τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰ [l] συνέθεντο, οὐκ ἐπετέλεον· πέμψαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι [m] ἐμήνιον τοῖσι Ἐπιδαυρίοισι· οἱ δὲ ἀπέφαινον
316 [n] λόγῳ ὡς οὐκ ἀδικοῖεν· ὅσον μὲν γὰρ χρόνον εἶχον τὰ ἀγάλματα ἐν τῇ χώρῃ, ἐπιτελέειν τὰ συνέθεντο· ἐπεὶ δὲ [o] ἐστερήθησαν αὐτέων, οὐ δίκαιον εἶναι ἀποφέρειν ἔτι, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας αὐτὰ Αἰγινήτας πρήσσεσθαι ἐκέλευον· πρὸς [p] ταῦτα Ἀθηναῖοι, ἐς Αἴγιναν πέμψαντες, ἀπαίτεον τὰ ἀγάλματα· οἱ δὲ Αἰγινῆται ἔφασαν σφίσι τε καὶ Ἀθηναίοισι εἶναι οὐδὲν πρῆγμα. Ἀθηναῖοι μέν νυν λέγουσι, μετὰ τὴν ἀπαίτησιν ἀποσταλῆναι [q] τριήρεϊ μιῇ τῶν ἀστῶν τούτους, οἳ ἀποπεμφθέντες ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, καὶ ἀπικόμενοι ἐς Αἴγιναν, τὰ ἀγάλματα ταῦτα, ὡς σφετέρων ξύλων ἐόντα, [r] ἐπειρῶντο ἐκ τῶν βάθρων ἐξανασπᾶν, ἵνα σφεα [s] ἀνακομίσωνται· οὐ δυναμένους δὲ τούτῳ [t] τῷ τρόπῳ αὐτέων κρατῆσαι, περιβαλόντας σχοινία ἕλκειν τὰ ἀγάλματα· καί σφι ἕλκυσι, βροντήν τε,

vero in litibus, quas AEginetæ inter se vel actores, vel rei, illuc transeuntes agebant: verum ex eo tempore fabricatis navibus, ad contumaciam versi, ab Epidauriis descivérunt: et iam potentiores vastabant eos, quippe maris imperio potiti, tum quoque simulacra ista Damiæ et Auxesiæ surripuerunt: eaque asportata, in regionis suæ mediterraneo loco statuerunt, cui nomen est OEæ, viginti ferme procul ab urbe stadiis. Hoc in loco illis erectis supplicabant sacrificiis atque iocabundis choris mulierum, denis viris utrique dæmonum assignatis, qui choris præesent. Chori autem neminem virum iocis lacesebant, sed indigenas feminas: quæ ceremoniæ apud ipsos quoque Epidaurios fuerant. Sunt illis etiam arcana sacra. Surreptis statuis, Epidaurii quod fuerant pacti Athenienses non solvebant: missis autem nunciis, quum illis Athenienses succenserent, reddidere rationem cur iniurii non essent: se enim quamdiu apud se statuas habuissent, quod conventum erat exsolvisse, eisdem iam viduatos iure non debere exsolvere, sed AEginetas, qui illas haberent; a quibus id exigi iubebant. Hoc responso accepto, ad eas repetendas AEginam Athenienses misere. AEginetæ negare quicquam negocii esse sibi cum Athenienses. Athenienses igitur aiunt, post repetitionem illam, triremi una huc navigavisse cives illos, qui ab republica missi AEginam quum venerunt, simulacra illa, tanquam e suis lignis facta, conati sint suis sedibus emoliri ut asportarent: quumque eo pacto auferre nequirent, circumdatis funibus trahere tentasse. Sed dum trahunt, tonitrum et cum tonitru terræmotum extitisse:

[a] Τότε δὲ *M. Ask. Pasc.* τὸ δὲ *Arcb. V. Paris. A. B. Brit.* duo cum *Aldo*, quod rediit. Ex *Med.* τότε format τό γε *Abreschius*, non inconmode. [b] Ἅτε δὲ *Arcb.*, mox neglecto augmento δηλέοντο *Eustath.* in *Hom.* p. 70, 20. Ionum more. [c] Desideratur artic. in *Arcb.* [d] Ἐκόμισάν τε ora *Stepb. Arcb. V. Brit.* duo, ἐκομίσαντο καὶ *M. Ask. Pasc.* ἐκομίσαντο τε καὶ *Ald.* [e] *Vind. Pasc. Ask. M.*, antea ἐς εἴκοσι. [f] Θυσίῃ τε *Arcb. V.* [g] Κερτομίοισι marg. *Stepb.* [h] Ἑκατέρῃσι *Arcb. Vind.*, tum καὶ κως δὲ *Vind.* [i] Αὗται αἱ ora *Stepb. Arcb. V. Pasc. Ask. Brit.* duo, non male: αὐταὶ tamen *Pasc. Ask.*, qui cum *M.* ἱροργίαι bis. ἱερουργίαι *Arcb.*, ἱρουργίαι *Paris. A. B.* et Edd. [k] Desit *Arcb. V.* [l] Συνέθ. *Ask.* olim ξυνέθ. et ἐπιτέλ. *V.*, tum πέμψαν *Arcb.* [m] *Arcb. Brit.* duo, olim ἐμήνυον, male. [n] Λόγον *Arcb.* [o] Ἐσερεῖσθαι *Arcb.* [p] Ταῦτα οἱ Ἀθην. *Pasc.* [q] Τριήρει νηῒ τῶν ἀστῶν τουτέων, οἱ πεμφθ. idem et *Vind.*, τουτέων etiam *Pasc.* [r] Πειρᾶν *M. Ask.*, πειρᾶντο, et ex correctione ἐπειρῶντο *Pasc.* [s] Ἐκκομίσ. *Arcb.* [t] Desit in *V.*

γιγνώσκων ὅτι δεῖ μὲν ἀφικόμενον Ἀθήναζε δίκην δοῦναι καὶ λαβεῖν. *Harpocrat.* in v. Σύμβολα habet διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια· et *Aristid.* T. II. p. 129., δοῦναι καὶ λαβεῖν τὰ δίκαια περὶ τῶν διαφορῶν. Hinc multum distabat quod foederum formulis nitebatur *commercium iuris praebendi repetendique.* VALCKEN.

2. Ἅτε δὴ ἐόντες διάφοροι] *Reiskii* ἅτε δὲ stabilitur suffragio *Arcb.*, estque in particula multiplex variatio. Διάφοροι in Latinis *potentiores*; cur non *inimici discordesque*? Sic οὐκ ἐὼν διάφορος C. 75. et L. VI, 23. ἐὼν διάφορος τοῖσι Ζαγκλαίοισι. Vide *Abreschium* Diluc. *Thucydid.* p. 567. Statim ἐκόμισάν τε καὶ quod Codd. offerunt, non prorsus abiicio. Λέσβιοι δὲ ἐς Δορίσκον ἐκόμισαν C. 98. et ἐκόμισαν ἐς Ἀμαθοῦντα C. 114. &c.

16. Τὰ συνέθεντο] Talem in huiusmodi conpositis scriptionem, non ξύν, Atticis frequens, amplectitur: itaque *Ask.* pro Ionum more. Eiusdem quoque ἐμήνιον et aliorum toti negotio concinit. Missis enim legatis indignationem testati Epidauriis sunt. Ita μηνίσαι μεγάλως Ἀριστοδήμῳ L. VII, 229. et IX, 7. Vitii fons in affinitate scripturae, qualis L. VII, 169. in MS. *Arcb.* Proinde vera Cl. *Reiskii* emendatio.

38. Κατακρύβει —— ἐς κυψέλην] Verbi formam nobis ex *Med.* reduxit vir Clar., illam olim quidem uſitatam, ſed hic vitioſam, quia monumentis est literarum antiquior: κατακρύπτει procul dubio revocabitur. *Ciſta* Corinthiis dicta Κυψέλη, in qua mater infantem occultaverat, postea fuiſſe traditur in Iunonis templo Olympiae dedicata: ſed potius crediderim, ut rei memoriam cuſtodirent, Cypſelidas, non ad exemplar veteris istius factam, arcam artificioſiſſimam illam dedicaſſe, in cuius quinque lateribus enarrandis accurata *Pauſaniae* verſatur eruditio L. V, a p. 420. ad p. 427. Τῆς μὲν δὴ σωτηρίας εἵνεκα τοῦ Κυψέλου τοῦ ἀπ' αὐτοῦ γένος οἱ ὀνομαζόμενοι Κυψελίδαι τὴν Λάρνακα ἐς Ὀλυμπίαν ἀνέθεσαν, ut ſcribit *Pauſan.* pag. 419. VALCKEN.

48. Ἀπὸ τῆς Κυψέλης] *Pauſanias* τὰς δὲ λάρνακας οἱ τότε ἐκάλουν Κορίνθιοι κυψέλας, tum conſona prorſus de *Cypſeli* cognomine, et multa de arca ista, in Olympia dedicata a Cypſelidis, L. V, 16., cuius inſculptas figuras *Dio Chryſoſt.* Or. XI. p. 163. B. eleganter expingit. Iam κρυπτομένῳ *latitanti* ſeu *ſemet occultanti*, quomodo tres *Codd.*, adſentire poſſum. Cypſelo, cui a teneris Bacchiadae inſidias ſtruxerant, prudentia, ut latebras ſectaretur, auctor erat. Habet praeterea vocabulum, quod ex gloſſa difficulter derivabitur: nulli tamen obtrudo. Quaeramus de oraculo, quod hic ἀμφιδέξιον χρηστήριον, et in *Vallae* Latinis *anceps*, invito Cl. *de Pauw*; cui ἀμφιδέξιον *auſpicatum*, quoniam Cypſelus, τῷ πίσυνος, *eo fretus* tyrannidem invaſit, liquidumque videtur. Sequor *Laurentium*, tum quod reſponſum omni ambiguitate liberum non ſit, tum *Luciani* conſenſu, oraculum Croeſo datum L. I, 53., ἀμφιδέξιον ἔπος adpellantis Iov. Tragoed. C. 43. p. 692.

54. Ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ] Oraculi verba poſtrema, omiſſa *Dioni*, tentata *Boubierio*, enodavit *Weſſeling.* in Diſſ. *Herod.* p. 111, 112. Illinc diſcimus, κλειτοῖο Κορίνθου, quod altero multo minus tritum est, adfirmari Codicis auctoritate. Non ſpernerem ſi Codices agnoſcerent in primo verſu *Dionis* lectionem: Ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ, ὃς ἐμὸν δόμον εἰσαφικάνει· quod Delphico templo longe mihi videtur convenientius, quam, quod *Herodoti* nobis praebent exemplaria, ἐσπαταβαίνει. Trophonius, rarius ille tamen in antro loquutus, dixiſſe potuit, ὃς ἐμὸν μυχὸν (vel σπέος) ἐσκαταβαίνει· erat enim in templo Iovis Trophonii *os ſpecus, per quod oraculo utentes ſciſcitatum Deos deſcendunt*, ut ſcribit *Livius* XLV, c. 27. et uſitata dicebatur loquendi forma ἐς Τροφωνίου καταβῆναι. Deus vero Delphicus dicere debuiſſe videtur, ὃς ἐμὸν δόμον εἰσαναβαίνει, vel εἰσαφικάνει· niſi tanquam *adyti* forte loquatur *incola Pythius*; (ſic in *Horatio* legebat noſter ille *T. H.*) et Cypſelus in intimum Pythiae deſcenderit penetrale, (εἰς) πολυσεφῆ μυχὸν, *AEſchylo* dictum Eumen. v. 39. VALCKEN.

56. Ἠετίδης] *Oenomai* Ἀιακίδης vitium olet. Cypſeli pater Eetion, cuius patronymicum Ἠετίδης, uti Deucalionis Δευκαλίδης, egregie ad Plut. *Ariſtoph.* p. 206. *Hemſterhuſio* oſtendente. Minimi autem refert, eligaturne κλειτοῖο Κορίνθου, an κλειτοῖο, in quibus ſcribendis variarunt librarii itidem VII, 228. Principio oraculi Ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ —— ὃς ἐμὸν δόμον —— Pythia advenientem Heſiodum ſalutavit, ſi non fallit auctor Certaminis *Heſiodi* et *Homeri*, etiam Theſeum in reſponſo, a *Gronovio* ex ſchedis *Medic.* publicato ad L. I, 65.

56. Κύψελος Ἠετίδης] Κύψελος Αἰακίδης, quod praebet *Oenomaus Euſeb.* p. 233., vitioſum illud, tenue tamen, exhibet antiquae lectionis veſtigium: parum enim dubito, quin fuerit ſincera ſcriptio Κύψελος Αἰετίδης· *AEetides:* Patri nomen fuit ab ἀετὸς dictum Ἠετίων· ſicut ab ἄμαθος non Ἀμ. fluxerunt Ἠμαθία et Ἠμαθίων, *Emation*; ab ἄνεμος, ἠνεμόεις· &c. nusquam invenientur ἦνεμος, ἠμαθος, ἠετός· Ionice quoque et paſſim poëtis *aquila* dicitur Αἰετός. Non itaque patronymicum Ἠετίδης, ſed ab Αἰετὸς formari debuit Αἰετίδης. Accedit ad haec, in oraculo primum edito legi, Αἰετὸς ἐν πέτρῃσι νύει, τέξει δὲ λέοντα· edito ſecundo oraculo non difficulter intellexerunt Bacchiadae, Αἰετὸν esſe τὸν Ἠετίωνα. Ab Αἰετὸς autem Αἰετίδης ortum patronymicum, ut ab altera forma nominis Ἠετίων nasci potuit Ἠετιωνίδης. Docte *Euſtath.* atque ad Alexandrini fortaſſe *Heraclidae* ductum, in Il. B. p. 218, 13. ἔοικεν, inquit, διώνυμος εἶναι ὁ Ταλαὸς, —— Ταλαὸς, ἐξ οὗ Ταλαΐδης· καὶ Ταλαΐων, ὅθεν Ταλαϊονίδης· vidit et *Etymologus* p. 109, 9, aeque ab Ἄνθεμος formatum Ἀνθεμίδης, atque ab Ἀνθεμίων Ἀνθεμιωνίδης. In talibus absurdas plerumque συγκοπὰς Grammatici comminiſcuntur, quas egregia iam ſatis refutabant obſervata τοῦ πάνυ ad *Schol.* in *Ariſtoph.* Plut. p. 207. VALCKEN.

Cypselus crudelis, mitior filius Periander, sed ab Thrasybulo Milesio corruptus, et quomodo.

„ Αὐτὸς, καὶ παῖδες, παίδων γε μὲν οὐκέτι
„ παῖδες.
„ τὸ μὲν δὴ χρηστήριον τοῦτο ἦν· τυραννεύσας δὲ ὁ
„ Κύψελος, τοιοῦτος δή τις [a] ἀνὴρ ἐγένετο· πολλοὺς
„ μὲν Κορινθίων ἐδίωξε, πολλοὺς δὲ χρημάτων ἀπε-
„ στέρησε, πολλῷ δ' ἔτι πλείστους τῆς ψυχῆς· ἄρ-
„ ξαντος δὲ τούτου ἐπὶ τριήκοντα ἔτεα, καὶ [b] διε-
„ πλέξαντος τὸν βίον εὖ, διάδοχός οἱ τῆς τυραννί-
„ δος ὁ παῖς Περίανδρος γίνεται· ὁ τοίνυν Περίανδρος
„ κατ' ἀρχὰς μὲν ἦν ἠπιώτερος τοῦ πατρός· ἐπεί τε
„ δὲ ὠμίλησε δι' ἀγγέλων Θρασυβούλῳ τῷ Μιλήτου
„ τυράννῳ, πολλῷ ἔτι ἐγένετο Κυψέλου μιαιφονώ-
„ τερος· πέμψας γὰρ παρὰ Θρασύβουλον κήρυκα,
„ ἐπυνθάνετο [c] ὅντινα ἂν τρόπον ἀσφαλέστερον κατα-
„ στησάμενος τῶν πρηγμάτων, κάλλιστα τὴν πόλιν
„ ἐπιτροπεύοι· Θρασύβουλος [d] δὲ τὸν ἐλθόντα παρὰ
„ τοῦ Περιάνδρου ἐξήγαγε ἔξω τοῦ ἄστεος· ἐσβὰς δὲ ἐς
„ ἄρουραν ἐσπαρμένην, ἅμα τε διεξήιε τὸ λήϊον,
„ ἐπειρωτῶν τε καὶ [e] ἀναποδίζων τὸν κήρυκα κατὰ
„ τὴν ἀπὸ Κορίνθου ἄπιξιν· καὶ ἐκόλυε αἰεὶ ὅκως
„ [f] τινὰ ἴδοι τῶν ἀσταχύων [g] ὑπερέχοντα· κολούων
„ δὲ,

Ipse, et eo nati, sed nulli deinde nepotes.

Et oraculum quidem hoc erat. Cypselus vero tyrannide potitus, talis extitit, ut Corinthiorum multos in exilium egerit, multos pecunia, longe plurimos anima privaverit. Cui, quum trigin- 6
ta regnasset annos, bene vita defuncto successit in tyrannide filius Periander, qui inter initia mitius agebat quam pater: sed ubi per nuncios consuetudinem habuit cum Thrasybulo Mileti tyranno, multo magis quam pater cruentus effectus est. Misso enim legato, Thrasybulum interrogavit qua ratione ipse 7
rebus tutius constitutis, civitatem pulcherrime gubernaret. Thrasybulus, eo qui a Periandro missus erat, extra oppidum educto, ingressus est arvum quoddam satum, et una cum eo segetem interambulans, sciscitabatur et repete- 75
bat hominem de suo adventu e Corintho, detruncans identidem ut quamque videbat spicam supra alias extantem,

a Ἦν ἀνήρ. πολλοὺς *Med.* *b* Διαπλέξαντος *Eton.* ora *Steph. Arch. V. Pass.*, prius διαπλεύσαντος erat. *c Med. Pass. Ask. Brit.* Fragm. *Paris.*, ἂν aberat. tum ἀσφαλέστατον *Pass.* Fr. *Paris. Steph.* Margo. *d* Non est in *Brit.* *e* Citat *Suid.* in *V.* mox καὶ τὴν ἀπ. *Arch.* *f Med. Pass. Ask.* Fr. *Paris. Brit.*, τινὰς ἴδοι *Ald.*, ἴδῃ *Arch.*, in Edd. olim ἤδη. Statim σταχύων *Brit.* *g Med. Pass. Ask.* Fragm. *Paris.*, alii ὑπερέχοντας τῶν ἄλλων et superius τινὰς.

57. Παίδων γε μὲν οὐκέτι παῖδες] Cypselidarum tyrannis μέχρι τριγονίας sive in tertium successorem continuatur a *Strabone* VIII. p. 580., ea in re *Aristotelem*, quod *Casaubon.* non fugit, secuto Polit. L v, 12. Cypselum excepit Periander, hunc Psammetichus, Gordii seu Gorgiae F., Cypseli nepos. Quae si ex vero tradidit Philosophus, uti verisima videntur, labat fides Apollinis. Ne tamen mendax haberetur, machinam versui admovit Ampl. *Bouberius* Diss. Herodot. p. 169., fingendo παίδων γε μὲν εἰσέτι παῖδες. Quae mihi quidem violenta videtur: εἰσέτι certe ex praesente tempore trahit aliquid, oraculi haud respondens indoli. Apollinis veracitas stet cadatve, nihil ad rem. Quod cecinit, ἀμφιδέξιον est et pro more ambiguum, huc, ut opinor, tendens: Cypselum regnaturum, filios quoque Periandrum et Gorgiam: namque hunc in partem dominationis fraternae venisse ex *Plut.* Sap. Conviv. p. 160 recte colligitur. Bene ergo verbis, καὶ παῖδες *Dio Chrysost.* explicandi caussa, ὧν εἷς οὗτος ὁ Περίανδρος, adposuit. Tum Cypselum et Lycophronem, Periandri filios, quippe morte ante patrem obita in tyrannidis successione haud futuros: unum tantum modo Psammetichum, Gorgiae F., Cypseli I. Nep., nec ullos praeterea, regno sive tyrannide in Corinthiorum civitate usurum. Atque hoc erit παίδων γε μὲν οὐκέτι παῖδες. Quae callide si conieci, manet versui sua scriptura, sin, fallax Apollo est, nec mea refert.

63. Διαπλέξαντος τὸν βίον εὖ] Ionum sermo pro vetere διαπλεύσαντος postulabat διαπλώσαντος, quod utrum hic scriptum primitus fuerit, prorsus in ambiguo fluctuat. *Platonis* in Phaedro p. 85. D. ἐπὶ σχεδίας κινδυνεύοντα ΔΙΑΠΛΕΤΣΑΙ τὸν βίον iucundum quidem est et poëtis rhetoribusque probatum. Πλόον vitae cursum dixit *Pindarus* Olymp. Od. VI. extr., ubi Graecus enarrator διανήξασθαι τὸν βίον alia figura. At quod in tot schedis διαπλέξαντος τὸν βίον haud minus venustum. Citavit *Stobaeus* ex Musa VII, 46. ὁ θεὸς, γλυκὺν ΠΛΕΞΑΣ τὸν αἰῶνα, quod quoniam in verbis istis varius est *Ioannes*, nunc non premo. Iambum ex *Athenaeo* L. XI. p. 458. D. hunc habe: Ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον ΔΙΑΠΛΕΚΕ· et de Pheretima οὐδὲ εὖ τὴν ζοὴν ΚΑΤΕΠΛΕΞΕ in fine Melpomenes, aliaque, a Cl. *Abrescbio* indicata ad *Pb. Cattieri* Method. p. 71. Etsi autem utrumque sua non deficiatur venere, alterutrum haud dubie ex interpretamento, emersit. *H. Stephanus* de *Herodoti* Vocib. p. 737. διαπλέξαντος audaci criticae mutationi acceptum fert, *Valckenarius* ad *Euripid.* Phoenis. p. 448. διαπλεύσαντος, cuius sententiae calculum cupide adpono.

63. Διαπλέξαντος τὸν βίον εὖ] Impius in Deos atque in homines iniurius Dionysius *in suo lectulo mortuus* —— *eam potestatem, quam ipse per scelus erat nactus,* *quasi iustam et legitimam hereditatis loco filio tradidit*, ut auctor est *Cicero* de N. D. III, c. 35. istiusmodi dictis sapienter respondet *Athenagoras* in libello περὶ ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Quae de Cypselo tradit Noster partim firmantur illa narratis *Polyaeno* V, c. 31., et *Suidae* in Κυψελιδῶν ἀνάθημα· ubi ad *Theopbrasti* verba praeceptor illius comparari poterit *Aristoteles* Polit. V, p. 159, 21. et Oeconom. II. p. 246, 3. Fraudum ille suarum fructu facile potitus per annos imperium exercuit triginta, tandemque ἐν τυραννίδι τὸν βίον ἐτελεύτησε, *placide vitam exspiravit*: hoc Herodotea dicitur phrasi, διέπλεξε τὸν βίον εὖ· neque enim mea sententia dubitari potest, quin genuinum sit atque ex MSS. *Herodoto* restituendum διαπλέξαντος. Non hic quaeritur, rectene quis dicatur διαπλεῦσαι τὸν βίον· quod cadere nequit in dubitationem; sed quid scripserit *Herod*; Scripsisse διαπλέξαντος demonstrant quatuor minimum scripti Codd. quis enim illud imputaret librariis? firmat usus *Herodoti*, cuius crudelis Pheretime vermibus erosa IV, c. ult. οὐκ εὖ τὴν ζόην κατέπλεξε, *male vitam finivit*: eodem hic sensu capiendum διαπλέκειν· apud alios διαπλέκειν τὸν βίον significat *vitam agere*. VALCKEN.

70. Καταστησάμενος τῶν πρηγμάτων] Impeditior structura *Pavio* et *Reiskio* extorsit τὰ πρήγματα, uti sermonis genius efflagitabat. Prior tamen animadvertit, necti iungique posse ὅν τινα ἂν τρόπον τῶν πρηγμάτων ἀσφαλέστερον καταστησάμενος ——, neque adeo ὅν τινα τρόπον collocatum, quo modo plerumque, vice κατ' ὅν τινα τρόπον. Idem in *Abrescbii* coniecturam venit.

75. Καὶ ἀναποδίζων τὸν κήρυκα] Persimile *AEschinis* in Ctesiph. p. 81. καὶ πολλάκις ἀνεπόδιζον τὸν γραμματέα, optimeque cum hoc conpositum a *G. Budaeo* Comment. p. 418., belle vertente, *percunctans identidem et revocans caduceatorem*. Illud autem ἐκόλυε —— τῶν ἀσταχύων ὑπερέχοντα imitatur *Philostratus* Vit. Apoll. L. V, 36. μὴ τέμνε τῶν ἀσταχύων τοὺς ὑψήλους τε καὶ ὑπεραίροντας, magis tamen ex *Aristotele* Polit. V, 10., aliam in his narrandis viam ingresso, sicuti *Aldrobandin.* et *Casaubon.* ad *Diogen.* I, 100. docuerunt. Non adstruo facti Thrasybuli expressam imaginem in *Eurip.* Suppl. v. 448.

77. Τῶν ἀσταχύων ὑπερέχοντα· κολούων] Ad Epistolam velut a Thrasybulo scriptam ad Periandrum, quam vel ex hac liquet historia ab otioso fuisse confictam, ap. *Diogen. Laërt.* I, 100. multa notarunt viri Docti; *Menagius* etiam attigit *Philostrati* locum de V. A. V, c. 36., ubi Romano dat Imperatori libenter audienti multo prudentius utiliusque consilium impostor Apollonius, quam Regibus veteres isti dederant sophi. Recte Theseus *Euripidis* Suppl. v. 448., *Quomodo tandem*, γένοιτ' ἂν ἰσχυρὰ πόλις, Ὅταν τις, ὡς λειμῶνος ἠρινοῦ στάχυν, Τόλμας ἀφαιρῇ, κἀπολωτίζῃ νέους. Prava

poë-

tem, donec ſegetem formoſiſſimam atque profundiſſimam hunc in modum corrupit: prædiumque illud pervagatus, nullo verbo reddito legatum remiſit. Reverſus Corinthum legatus, avido præceptionis audiendæ Periandro, negavit ſibi quippiam reſpondiſſe Thraſybulum, et mirari quod ſe ad virum veſanum Periander miſiſſet, et ſua ipsius deſtruentem: exponitque quæ ex 7 Thraſybulo vidiſſet. Periander id quod a Thraſybulo actum erat intelligens, atque interpretans ſibi ab illo præceptum ut eminentiſſimos quosque popularium interimeret, tunc vero omnem in cives malitiam exercuit, interficiendo ac perſequendo conſummans id, quod a Cypſelo fuerat omiſſum. Atque adeo die uno univerſas mulieres Corinthias exuit, propter Meliſſam uxorem ſuam: nam quum ad Theſprotos ad flumen Acherontem miſiſſet nuncios ſciſcitatum necyomantium de hoſpitis depoſito, Meliſſa apparens negavit ſe indicaturam aut dicturam ubinam depoſitum eſſet collocatum; algere enim ſe et nudam eſſe: nihil enim ſibi prodeſſe veſtes cum quibus ſepulta fuiſſet, utpote non concrematas. Cuius rei, quod vera loqueretur, teſtimonio foret, quod Periander in frigidum furnum panes ingeſiſſet. Hæc Periandro renunciata, ob illud argumentum fidem fecere, quod ipse cum Meliſſa iam cadavere coierat. Itaque ſtatim post id nuncium per præconium edixit, ut omnes Corinthiorum mulieres ad Iunonis templum prodirent. Eo, tanquam ad feſtum, quam ornatiſſime poterant

„ δὲ, ἔρριπτε· ἐς ὃ τοῦ λαῖδος τὸ κάλλιστόν τε καὶ
„ βαθύτατον διέφθαρε τρόπῳ τοιούτῳ· διεξελθὼν δὲ
„ τὸ χαρίον, καὶ ὑποθέμενος ἔπος οὐδὲν, ἀποπέμπεται
„ τὸν κήρυκα· νοσήσαντος δὲ τοῦ κήρυκος ἐς τὴν Κό-
„ ρινθον, ἣν πρόθυμος πυθάνεσθαι τὴν ὑποθήκην ὁ Πε-
„ ρίανδρος· ὁ δὲ οὐδέν οἱ ἔφη Θρασύβουλον ὑποθέσθαι·
„ [a] ἀτιμάζειν τε αὐτοῦ, παρ' οἷόν μιν ἄνδρα ἀπο-
„ πέμψαι, ὡς παραπλήγά τε καὶ τῶν ἑωυτοῦ
„ [b] συνάμορον· ἀπηγεόμενος τάπερ πρὸς Θρασυβού-
„ λου ὀπώπεε. Περίανδρος δὲ, συνιεὶς τὸ ποιηθέν,
„ καὶ νόῳ [c] ἴσχων ὡς οἱ ὑπετίθετο Θρασύβουλος
„ τοὺς [d] ὑπερόχους τῶν ἀστῶν φονεύειν, ἐνθαῦτα
„ δὴ πᾶσαν κακότητα ἐξέφαινε ἐς τοὺς πολίτας· ὅσα
„ γὰρ Κύψελος ἀπέλιπε κτείνων τε καὶ διώκων, Πε-
„ ρίανδρός σφεα [e] ἀπετέλεσε· μιῇ δὲ ἡμέρῃ ἀπέδυσε
„ πάσας τὰς Κορινθίων γυναῖκας, διὰ τὴν ἑωυτοῦ
„ γυναῖκα Μέλισσαν· πέμψαντι γάρ οἱ ἐς Θε-
„ σπρωτοὺς ἐπ' Ἀχέροντα ποταμὸν ἀγγέλους ἐπὶ
„ τὸ νεκυομαντήϊον παρακαταθήκης πέρι ξεινικῆς, ἔστε
„ σημανέειν ἔφη ἡ Μέλισσα ἐπιφανεῖσα, ἔστε [f] καλέρεεν
„ ἐν τῷ κείεται χώρῳ ἡ παρακαταθήκη· [g] ῥιγοῦν τε
„ γὰρ, καὶ εἶναι γυμνή· τῶν γάρ οἱ συγκατέθαψε
„ [h] ἱματίων ὄφελος εἶναι οὐδὲν, οὐ κατακαυθέντων· 322
„ μαρτύριον δέ οἱ εἶναι ὡς ἀληθέα ταῦτα λέγει, ὅτι
„ ἐπὶ ψυχρὸν τὸν ἰπτὸν Περίανδρος τοὺς ἄρτους
„ ἐπέβαλε· ταῦτα δὲ ὡς ὀπίσω ἀπηγγέλθη τῷ Πε-
„ ρίανδρῳ, πιστὸν γάρ [i] οἱ ἦν τὸ συμβόλαιον, ὡς νε-
„ κρῷ εὐσῃ Μελίσσῃ ἐμίγη, ἰθέως δὴ μετὰ τὴν ἀγ-
„ γελίην, κήρυγμα ἐποιήσατο, ἐς τὸ Ἡραῖον ἐξιέναι
„ πάσας τὰς Κορινθίων γυναῖκας· αἱ μὲν δὴ, ὡς ἐς
„ ὀρτὴν [k] πᾶσαν κόσμῳ τῷ καλλίστῳ χρεώμεναι· ὁ
„ δ'

a Θωμ. *Ask.*, deinceps παρ' οἷόν τινα Fragm. *Pariſ.* *b* Συναμ. *Arch.* Fr. *Pariſ.* et gloſſator, optime; Vid. ad L. 1, 153. antea συνάμορον. tum τὰ πρὸς *V. Arch.* *c* Σχὼν *Arch. V.* *d* Ὑπερόχους *M. Paſ. Ask. Ald.* egregie. Conſule *S. Clarke* ad Il. B, 426. ὑπερόχους alii. *e* Ἀπετέλεσε *Paſ.*, ἐτετέλεστο *Arch.* *f* Καταιρ. ἐν τῷ καίεται *Arch.* *g* Ῥιγοῦται γὰρ id. ῥίγοῦνται *Brit.* *h* Εἱμάτων *Arch. V.*, tum *i* κατακ. *Arch.* *i* Non eſt in *Brit.*, mox συμβάλειν, ὡς νεκρῷ *Arch.*; quorum poſtremum *Ask. M. Paſ. Vind. Brit.*, antea νεκρᾷ. *k* Ἧσαν *Arch. V.*

poëtae diſplicebat philoſopho ſuorum civium, Atticae certe multitudinis, conſuetudo, qua virtutis eminentis aeſtimatores invidi viros Principes ad certum tempus expellebant civitate. In re nota verbum adhibet *Ariſtoteles Herodoti*, Politic. III, c. 9., ὁ γὰρ ὀστρακισμὸς, inquit, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν τρόπον τινὰ τῷ κολούειν τοὺς ὑπερέχοντας· quod ſequitur καὶ φυγαδεύειν ab *Ariſtotele* non videtur adiectum: conf. Polit. V, c. 10. *Ariſtides* T. III. p. 398., ἦν οὗτος ὁ νόμος· ἐκάλουον τοὺς ὑπερέχοντας μεθιστάντες ἔτη δέκα. In lege quidem de Oſtracismo, cuius ignoramus verba, decennium fuit definitum; ſed quam illinc nobis efformavit legem *Sam. Petitus* p. 456., Ἐξοστρακίζεσθαι τοὺς ὑπερέχοντας τὰ δέκα ἔτη· istis ſi fuiſſet verbis concepta, lex meo quidem iudicio foret absurdiſſima; dignique Legis fuiſſent conditores poena, qua ſuos cives mulctandos cenſuit *Heraclitus*, cum amicum Hermodorum expellentes civitate dixiſſe viderentur, ἡμέων μηδὲ εἷς ἐνηίστος ἔστω, *de nobis nemo unus excellat.* Athenis etiam Homericum illud pueris occentabant, Αἰὲν ἀριστεύειν· Non itaque talem legem promulgaſſent Athenienſes, qualem ne tyranni quidem; apud quos *nobilitas pro crimine, et ob virtutes certiſſimum exitium*; quique, ut ſcribit *Iſocrat.* in Epiſt. VI. p. 422. A. nihil aliud σκοποῦσι, πλὴν ὅπως —— τῶν πολιτῶν τοὺς βελτίστους καὶ φρονιμωτάτους λυμανοῦνται καὶ δασμολογήσουσι· verbo, quod vulgatur, ἀμυνοῦνται ſubſtitui λυμανοῦνται, veram ut arbitror, lectionem: in eam ſententiam plura dederunt *Ez. Spanhem.* ad *Iulian.* p. 285, 286. et *I. Waſſe* ad *Sall.* B. C. c. 7. VALCKEN.

94. Ἐς Θεσπρωτοὺς —— ἐπὶ τὸ νεκυομ.] Secundum nonnullos Orpheus, Eurydice mortua, ἐπὶ τὸ Ἄορνον δι' αὐτὴν τὸ ἐν τῇ Θεσπρωτίδι ἀφίκετο· εἶναι γὰρ πάλαι νεκυομαντεῖον αὐτόθι, *Pauſan.* IX. p. 769. Hic animas eliciebant ſua ſede, rite facto Diis inferis ſacrificio, quos *Comicus* propterea quis *Deos* dixit Μολοττικούς. *Heſychius*: Θεοὶ Μολοττικοὶ —— ὅτι ψυχοπομπεῖόν ἐστιν ἐν Μολοσσοῖς. VALCKEN.

95. Ἐπὶ τὸ νεκυομαντήϊον] Ex priſca ſuperſtitione, ab AEgypto ad Hebraeos, etſi ſeverisſima ſanctione *Deuteron.* C. XVIII, 11. prohibita, cum multis aliis propagata I. *Samuel.* C. XXVIII. Eadem, quid enim prava religione ſertilius? eadem variis utriusque Graeciae regionibus cupide recepta et crebro uſitata: *Euſtath.* inſpice, his uſum ad *Homer.* p. 1667, 61. et *Plutarch.* T. II. p. 1104. D., ubi querelae rigentis Meliſſae.

4. Ὃς νεκρῷ ἐούσῃ Μελίσσῃ] Nefarium et foedum Periandri facinus ex *Nic. Damaſceno* excerpſit *Suid.* in Περίανδρος. Neque neglexit, ut opinor, *Seneca* II. de Ira C. 36. *omnes denique*, inquiens, *alios affectus* ira *ſibi ſubiicit: amorem ardentiſſimum vincit. Transfoderunt itaque amata corpora, et in eorum, quos occiderant, iacuere complexibus.* quibus in verbis, ubi *et in earum, quas occiderant* —— ſi fingatur, nihil apertius. Periander certe Meliſſam ſuam, inmani abreptus ira, occiderat in Thaliae C. 50.

4. Νεκρῷ ἐούσῃ Μελίσσῃ ἐμίγη] Ut ſenſus naſceretur, quem lectioni *Med.* tribuit vir clar. ſcribi debuerat: νεκρῷ Μελίσσης ἐμίγη· qua ratione ſcripſit II, c. 89., λαμφθῆναί τινα (ταριχευτὴν) φασὶ μισγόμενον νεκρῷ προσφάτῳ γυναικός· *deprehenſum qui rem haberet cum recente mulieris cadavere.* Fidem non inveniet quod legitur apud *Hermogenem* p. 95., ἐμίχθη τις τεταριχευμένῳ σώματι· apud *Herod.* ἐμίχθη τις νεκρῷ ταριχευθησομένῳ. Hunc in locum prior erit lectio revocanda νεκρᾷ ἐούσῃ Μελίσσῃ ἐμίγη· quibus Periandro non obſcurum explicat *Herod.* imaginis Meliſſae dictum: ἐπὶ ψυχρὸν τὸν ἰπτὸν Π. τοὺς ἄρτους ἐπέβαλε. Mirifica narrat *Athen.* XIII, p. 605. F. 606. A. —— Quae his proxima traduntur *Is. Caſaub.* ad Epiſtolam contulit *Periandri* ap. *Diog. Laërt.* I, 100., qua dicitur in honorem Meliſſae Periander καταικάσας καὶ τὰ πρὸ τῆς Κορινθίων εἵματα. Paulo ante ſe dixerat mortua Meliſſa ῥιγοῦν τε καὶ εἶναι γυμνή· tractavit ista *Des. Herald.* ad *Martial.* X, Ep. 50. VALCKEN.

15. Τοιοῦτο

Mulieres Corinthiæ aſtu ſpoliatæ ab tyranno, cuius probatur odium. Hippias rediit Sigeum ad tyrannum eius Hegeſiſtratum.

„ δ' ὑποστήσας τοὺς δορυφόρους, ἀπέδυσε σφέας, „ πάσας ὁμοίως τάς τ' ἐλευθέρας καὶ τὰς [a] ἀμ- „ φιπόλους· συμφορήσας δὲ ἐς ὄρυγμα, Μελίσσῃ „ ἐπευχόμενος κατέκαιε· ταῦτα δέ οἱ ποιήσαντι, „ καὶ τοδεύτερον πέμψαντι, [b] ἔφρασε τὸ εἴδωλον „ τὸ Μελίσσης ἐς τὸν κατέθηκε χῶρον τοῦ ξείνου „ τὴν παρακαταθήκην· [c] τοιοῦτο μέν ἐστι ὑμῖν ἡ „ τυραννὶς ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ [d] τοιούτων ἔργων· „ ἡμέας [e] δὲ τοὺς Κορινθίους τότε αὐτίκα θώϋμα „ μέγα εἶχε, [f] ὅτε ὑμέας εἴδομεν μεταπεμπομέ- „ νους Ἱππίην· νῦν τε δὴ καὶ μεζόνως θωϋμάζομεν „ λέγοντας ταῦτα· ἐπιμαρτυρόμεθά τε ἐπικαλεό- „ μενοι ὑμῖν θεοὺς τοὺς Ἑλληνίους, μὴ κατιστάναι „ τυραννίδας ἐς τὰς [g] πόλις· [h] οὐκῶν ἢν μὴ παύση- „ σθε, ἀλλὰ πειρήσησθε παρὰ τὸ δίκαιον κατάγον- „ τες Ἱππίην, ἴστε ὑμῖν Κορινθίους γε οὐ [i] συναινέσον- „ τας". Σωσικλέης μὲν ἀπὸ Κορίνθου πρεσβεύων ἔλεξε τάδε. Ἱππίης δὲ αὐτὸν ἀμείβετο, τοὺς αὐτοὺς [k] ἐπικαλέσας θεοὺς κείνῳ, ἡ μὲν Κορινθίους μάλιστα πάντων ἐπιποθήσειν Πεισιστρατίδας, ὅταν σφι ἥκωσι [l] ἡμέραι αἱ κύριαι ἀνιᾶσθαι ὑπ' Ἀθηναίων. Ἱππίης μὲν τούτοισι ἀμείψατο, [m] οἷά τε τοὺς χρησμοὺς ἀτρεκέστατα ἀνδρῶν ἐξεπιστάμενος· οἱ δὲ λοιποὶ τῶν συμμάχων τέως μὲν εἶχον ἐν ἡσυχίῃ σφέας αὐτούς· ἐπεί τε δὲ Σωσικλέος ἤκουσαν εἰπάντος [n] ἐλευθερῶσαι, πᾶς τις αὐτέων φωνὴν ῥήξας, αἱρέετο τοῦ Κορινθίου τὴν γνώμην· Λακεδαιμονίοισί τε ἐπεμαρτυρέοντο, μὴ ποιέειν μηδὲν νεώτερον περὶ πόλιν [o] Ἑλλάδα· οὕτω μὲν [p] τοῦτο ἐπαύσθη. Ἱππίῃ δὲ ἐνθεῦτεν ἀπελαυνομένῳ, ἐδίδου μὲν Ἀμύντης ὁ [q] Μακεδὼν Ἀνθεμοῦντα, ἐδίδοσαν δὲ Θεσσαλοὶ Ἰωλκόν· ὁ δὲ τουτέων μὲν [r] οὐδέτερα αἱρέετο, ἀνεχώρεε δὲ ὀπίσω ἐς Σίγειον, τὸ εἶλε Πεισίστρατος αἰχμῇ παρὰ Μιτυληναίων· κρατήσας δὲ αὐτοῦ, κατέστησε τύραννον εἶναι παῖδα τὸν ἑωυτοῦ νόθον Ἡγησίστρατον, [s] γεγονότα ἐξ Ἀργείης γυναικός· ὃς οὐκ ἀμαχητὶ [t] εἶχε τάπερ ἔλαβε παρὰ Πεισιστράτου· ἀπο-

rant quum isſent mulieres istæ, poſitis clam ſatellitibus, omnes ſine diſcrimine, ingenuas pariter et ancillas, exuit atque ad foveam comportatas veſtes Meliſſam precando cremavit. Hæc ubi fecit, et nuncios iterum eosdem miſit, tunc ei Meliſſæ idolum expoſuit, ubinam depoſitum hoſpitis collocasſet. Huiusmodi quidem vobis, Lacedæmonii, est tyrannis, et talium operum, eoque nos Corinthios cum magna admiratio cepit, ſimulatque vidimus vos arcesſere Hippiam, tum vero maior nunc dum ista dicitis. Propterea deos Græcorum invocantes obteſtamur vos, ne velitis tyrannides in civitatibus conſtituere; quod ſi non omittitis, ſed tentabitis præter æquum reducere Hippiam, ſcitote Corinthios vobis non aſſenſuros. Hæc quidem Soſicles ab Corintho legatus dixit: quem excipiens Hippias eosdem illi deos invocando dixit; Certe Corinthios maxime omnium deſideraturos Piſiſtratidas, quum ipsis venisſent dies ſtatuti vexationibus, quas ab Atheniensibus pasſuri forent. Hactenus reſpondit Hippias, quoniam oracula ipſe accuratisſime nota haberet. Ceteri ſocii, qui antea ſilentium tenuerant, audito Soſicle ſtatuente liberare, pro ſe quisque vocem rumpentes, accedere ſententiæ Corinthii, obteſtarique Lacedæmonios, nequid agerent novi circa Græcam civitatem. Ita ab ea re ceſsatum est. Hippias illinc profectus, offerente ſibi Amynta Macedone Anthemuntem, et Theſsalis Iolcon, neutrum accipere voluit, ſed rurſus ad Sigeum concesſit, quod armis Piſiſtratus Mitylenæis eripuerat. Eoque capto, tyrannum ibi conſtituerat Hegeſiſtratum, filium nothum ex muliere Argiva, qui tamen, quæ a Piſiſtrato acce-

93

94

[a] Attigit *Euſtath.* ad *Hom.* p. 394, 27. [b] Ἔφραστε *Paſ. Ask.*, quos laudo. in reliquis ἔφραζε. [c] Τοιοῦτον *Arcb.* [d] Τοιούτων ἔργων id. *Vind. Brit. Valla*, prius τοιοῦτον ἔργον. [e] *Med. Paſ. Arcb. V. Ask.*, olim δὲ αὐτοὺς τοὺς. [f] Ὅτε *Arcb.* recte cum *Valla*, ὅτι alii mox; δὴ μεζόνως ſine copula id. et *Vind.* [g] *Paſ. Ask.*, reliqui πόλιας. [h] Οὔκων παύσεσθε et πειρήσεσθε *V. Arcb.*, qui quoque καταγάγοντες. [i] Συνεόντας *Arcb. Vind.*, fortasſe non prave. Statim Σωκλῆς *M. Ask.* [k] Ἐπικαλέσασθαι *Arcb.*, mox ἢ μὴν id. et *Vind.* Placuit et *Abreſchio.* [l] Ἡμεραὶ κυρ. *Arcb.* ex compendioſa ſcriptione. [m] Οἷά τε *Arcb. Vind.* Enclitica deerat. [n] *Med. Ask. Paſ.*, in aliis ἐλευθέρως ἅπας. [o] *M. Ask.*; Ἑλληνίδα *Paris.* duo, *Arcb. V. Brit. Paſ. Ald.* [p] Τοῦτο *M. Paſ. Ask.*, in ceteris ταῦτα, quod aeque iuſtum. [q] Μακεδὼν Ἀνθ. *Arcb. Vind. Valla*, egregie. Confer ſupra C. 20. et VIII, 142. IX, 44. Olim Μακεδόνων βασιλεύς. [r] Οὐδέτερον *Arcb. Vind.* [s] *M. Paſ. Ask.*, ὄντα *Ald.* et alii. [t] Τάπερ ἑλ. *Arcb.* prius erat τὰ παρέλαβε.

15. Τοιοῦτο μέν ἐστι ὑ. ἡ τυραννὶς] Quod additur, καὶ τοιοῦτον ἔργον, hic tamdiu haerere non debuerat intactum. *Vallae* lectio Codicisque *Arcb.* καὶ τοιούτων ἔργων, neque illa valde placet. Forſan ad τοιοῦτο μέν ἐστι ὑμῖν ἡ τυραννὶς diverſam quis adſcripserat Codicis lectionem [καὶ τοιούτων] ἔργων. Aliis ſic ista exprimeretur ſententia: τοιαῦτα μέν ἐστιν ὑμῖν τὰ τῆς τυραννίδος, ὦ Λακεδαιμόνιοι. —— In proximis *Herodoti* dixisſe videtur Soſicles: ἡμέας δὲ αὐτοὺς τότε αὐτίκα θώϋμα μέγα εἶχε atque aliquis adſcripſisſe ad ἡμέας αὐτοὺς] τοὺς Κορινθίους. Istiusmodi primum in margine Codicum poſita interpretamenta nonnunquam perperam in *Thucydidis* ſuſpicor irrepſisſe contextum, atque illius dixisſe Periclem p. 96, 97., non μὴ σφίσι τοῖς Λακεδαιμονίοις, verum μὴ σφίσιν ἐπιτηδείως αὐτονομεῖσθαι· mecum ſentit ſcriptor Scholii in Cod. *Baſil.* p. 32., οἶμαι τὸ, τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἁμάρτημα τοῦ γραφέως, ἐνθέντος τῷ κειμένῳ ὅπερ ἦν ἑρμήνεια τοῦ ΣΦίσι. Et huius ipsius vocis tales ſaepe praebent interpretationes *Thucydidi* ſubiecta Scholia p. 355, 29. ΣΦίσι] τοῖς Λακεδαιμονίοις· p. 344, 63. p. 256, 86. Ponam locum ex p. 532, 25. uncis includens quae ſuſpicor adiecta: οὐκ εἰκὸς εἶναι Λακεδαιμονίους ἀπὸ μὲν σφῶν [τῶν Ἑλλήνων] ἐλευθεροῦν νῦν τοὺς Ἕλληνας, ἀπὸ δὲ ἐκείνων [τῶν βαρβάρων] —— μὴ ἐλευθερῶσαι. VALCKEN.

16. Καὶ τοιούτων ἔργων] Ita ni dederit, δὶς ταυτόν. Soſicles quid negotii tyrannis, et quae ex ea, tanquam fonte, facinora ſcaturiant, ſupra recenſuit. Hic iuſta ſermonis clauſula. Malui praeterea ὅτε, quippe ad narrationem multo quam ὅτι utilius.

33. Εἵπαντος ἐλευθερῶσαι, πᾶς τις] Nolo huic moleſtiam creare: verum tamen ſi amamus, ἐλευθέρως ἅπας τις αὐτέων —— potuerat relinqui. Soſiclem ubi graviter orantem audierant, libere ſociorum quivis elocutus est. Sic L. VII, 46. ὃς τοπρῶτον γνώμην ἀπεδέξατο ΕΛΕΤΘΕΡΩΣ, *qui primo libere ſententiam protulerat.* Ceterum pro ἐπεμαρτυρέοντο ex ſuperioribus ἐπεμαρτύροντο mavult *Reiskius.* Ἑλλάδα vero πόλιν *Gronovius* exemplis adfirmavit, quibus Ἑλλὰς πολὴ ex *Sopbocle* Philoct. v. 223., pluraque accedere poſsunt.

44. Ὃς οὐκ ἀμαχητὶ εἶχε] Hic etiam vir D. hallucinabatur, dum Hippiam a patre Sigeum accepisſe putabat: illuc ſe quidem Athenis eiectus cum ſuis Hippias receperat c. 65.; illinc evocatus a Lacedaemoniis c. 91., ἀνεχώρεε ὀπίσω ἐς Σίγειον, c. 94. Sed Sigeum vi atque armis a ſe captum velut peculium Piſiſtratus filio notho dederat Hegeſiſtrato. Sigeum a patre traditum tenuit Hegeſiſtratus οὐκ ἀμαχητὶ, quippe quod ut ſuum armis ſaepe repeterent Mitylenaei. VALCKEN.

45. Τάπερ ἔλαβε] Auctoritatem *Arcb.* amplector. Achilleum non longe Sigeo aberat: id *Steph. Byz.* πό-

λις

ceperat, non tenuit ſine prœliis: nam diu inter Mitylenæos ac Athenienſes pugnatum est, hos ex oppido Achilleo, illos e Sigeo prodeuntes: hos repetentes regionem, illos non conſentientes, et refellentes hac ratione, quod dicerent nihilo magis iuris eſse AEolenſibus in agrum Ilienſem, quam ſibi ac ceteris Græcis qui Menelao in raptu Helenes operam navaſſent. His aſſidue bellantibus, cum alia in prœliis geſta ſunt, tum illud, quod Alcæus poëta in prœlio quod collatis ſignis gerebatur, vincentibus Athenienſibus, ipse quidem fugæ ſe mandans evaſit: ſed armis eius potiti ſunt Athenienſes, quæ apud templum Minervæ in Sigeo ſuſpenderunt. Hanc rem Alcæus carmine conſcribens, Mitylenen miſit, indicans Melanippo viro ſodali ſuam calamitatem. Mitylenæos tamen atque Athenienſes reduxit in gratiam Periander Cypſeli filius, qui delectus arbiter, ita eos reconciliavit, ut utrique ea colerent quæ haberent. Atque ita Sigeum factum est Athenienſium. Hippias, posteaquam La-

ἐπολέμεον γὰρ, ἔκ τε [a] Ἀχιλληΐου πόλιος ὁρμεώμενοι καὶ Σιγείου, [b] χρόνον ἐπὶ συχνὸν, Μιτυληναῖοί τε καὶ Ἀθηναῖοι· οἱ μὲν, ἀπαιτέοντες τὴν χώρην· Ἀθηναῖοι δὲ, οὔτε συγγινωσκόμενοι, [c] ἀποδικιῶντές ὅτε λόγῳ οὐδὲν μᾶλλον Αἰολεῦσι [d] μετεὸν τῆς Ἰλιάδος χώρης, ἢ οὐ [e] καί σφι καὶ [f] τοῖσι ἄλλοισι, ὅσοι Ἑλλήνων συνεπρήξαντο [g] Μενέλεῳ τὰς Ἑλένης ἁρπαγάς. Πολεμεόντων δέ σφεων, [h] παντοῖα καὶ ἄλλα ἐγίνετο ἐν τῇσι μάχῃσι· ἐν δὲ δὴ καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς, συμβολῆς γενομένης, καὶ νικώντων Ἀθηναίων, αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει, τὰ δέ οἱ ὅπλα ἴσχυσι Ἀθηναῖοι, [i] καί σφεα ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον τὸ ἐν Σιγείῳ· ταῦτα δὲ Ἀλκαῖος ἐν μέλεϊ [k] ποιήσας, ἐπιτιθεῖ ἐς Μιτυλήνην, ἐξαγγελλόμενος τὸ ἑωυτοῦ πάθος Μελανίππῳ ἀνδρὶ [l] ἑτάρῳ. Μιτυληναίους δὲ καὶ Ἀθηναίους κατήλλαξε Περίανδρος ὁ Κυψέλου· τούτῳ γὰρ διαιτητῇ ἐπετράποντο· κατήλλαξε δὲ ὧδε· νέμεσθαι [m] ἑκατέρους τὴν ἔχουσι. Σίγειον μέν νυν οὕτω ἐγένετο ὑπ' Ἀθηναίοισι. Ἱππίης δὲ ἐπεί τε ἀπί-

a Ἀχιλλείου id. *Vind.* *b* Ἐπὶ χρόν. *Paſ. Ask.* *c* Desunt tria haec *Arcb.* *d* Μέτρον id. *e* Καὶ σφι *Arcb. V.*, quod lonum. Καί σφισι alii. *f M. Paſ. Ask. Arcb. V. Aldus*: olim τοῖσι Ἕλλησι, ὅσοι συνεπράξαντο. Porro συνεπρήξαντο *Paſ.* ſolus, verum optime. *g* Abest ab *Arcb.*, Μενέλεῳ *M. Paſ. Ask.*, ceteri Μενελάῳ. *h* Παντοῖα καὶ ἄλλα ἐγένετο ἐν τῇσι *Brit. Paſ. Ask. V. Arcb.*, antea καὶ ἄλλα πολλὰ παντοῖα ἐγίνετο τῇσι. In *Med.* quoque ἐν τῇσι *i* Καί σφεα *Ask.*, olim καί σφε. *k* Deſit *Arcb.*, nulla cauſſa. *l* Ἑταίρῳ *Arcb. V. Paſ. m M. Paſ. Ask.*, reliqui ἀμφοτέρους. Vid. *Gronov.*

λις ἐν Σιγείῳ, quod *Berkelio* diſplicere non debuerat. Oppidi ſitum ac nominis cauſſam, fuiſſeque olim in Mitylenaeorum ditione, *Strabo* XIII. p. 896. B. indicavit.

46. Ἐπολέμεον γὰρ, ἔκ τε Ἀχιλληΐου] Quae deinceps narrat non evenerunt illa, dum imperaret Hegeſiſtratus Sigeo: more ſuo facta Sigei mentione bellum *Herod.* in tranſcurſu commemorat de Sigeo inter Athenienſes olim et Mitylenaeos geſtum; forſan ut occaſionem ſibi pararet *Alcaei* carminibus decantatum facinus narrandi. Duces ille non nominat, neque fraudem, qua Phrynonem circumvenit Athenienſem Pittacus: hanc aliunde notiſſimam fraudem Mitylenaei Ducis μέγιστον τῶν πεπραγμένων τῷ ἀνδρὶ, καὶ κάλλιστον ἐν ταῖς πράξεσι γενόμενον ſcribens, dum maligne praetermiſſam *Herodoto* calumniatur, magis Pittaci memoriam dehoneſtare videtur *Plutarchus* T. II. p. 858. A. Post illud bellum lectus arbiter Periander Cypſelides Athenienſibus Sigeum adiudicavit. Mortuo Periandro Sigeum recuperaſſe videntur Mitylenaei; quibus illud armis abſtulit deditque regendum Hegeſiſtrato Piſiſtratus. Haec ista ſi ratione digerantur, evaneſcunt pleraeque difficultates, quae viros eruditos exercuerunt et Ampl. *Boubierium Diſſ. ſur Herod.* p. 165., *Herodoto* tribuentem et *Straboni*, quae mihi neuter dixiſſe videtur: nihil de Hegeſiſtrato *Strabo*; nec ſane bellum, quo Hegeſiſtratum agitarunt Mitylenaei, a Periandro compoſitum ſcribit *Herod.* Prius illud bellum, ducibus Pittaco et Phrynone geſtum, fuiſſe dicitur plerisque περὶ Σιγείου, etiam *Schol.* in *AEſch.* Eumen. V. 401. περὶ τῆς Ἀχιλλείτιδος χώρης, *Diogeni Laërt.* I, 74. In isto loco vicino caſtellum exſtruxerant Mitylenaei, Ἀχίλλειον dictum, Sigeum tenentibus Athenienſibus oppoſitum: *Demetrius Scepsius* τὸ Ἀχίλλειον ſcribit ἐπιτειχισθῆναι ὑπὸ τῶν Μιτυληναίων τῷ Σιγείῳ, apud *Strabon.* XIII. p. 896. A. hoc illis erat ὁρμητήριον· vid. *Caſaub.* in *Polyb.* p. 168. Hinc *Herod.* noſtro capite 94., ἐπολέμεον, inquit, ἔκ τε Ἀχιλληΐου πόλιος ὁρμεώμενοι καὶ Σιγείου, χρόνον ἐπὶ συχνὸν, Μιτυληναιοί τε καὶ Ἀθηναῖοι. Hi Sigeum, Achilleum Mitylenaei belli ſedem habebant et receptaculum. Quae huc ſpectant veterum loca dederant *Caſaub.* ad Strabonem, ad *AEſch. Stanley*, *Menag.* ad *Diogen. Laërt.* et *Simſon.* in Chron. ad A. M. 3398. VALCKEN.

52. Συνεπρήξαντο] Nemo hoc recuſabit. In Muſae VII, 169. ὅτι οἱ μὲν οὐ ΣΤΝΕΠΡΗΞΑΝΤΟ αὐτῷ τὸν ἐν Καμίκῳ θάνατον γενόμενον, ὑμεῖς δὲ κείνοισι τὴν ἐκ Σπάρτης ἁρπαχθεῖσαν —— γυναῖκα· quibus neglecta ultio necis Minois et ſumta ob abductam Helenam vindicta tangitur. Apertum inde, συνεπρήξατο nihil eſſe aliud atque *ulti una cum Menelao raptum Helenae fuerunt.* Latina *Vallae* ambiguitate laborant. In conſequentibus πολλὰ Codd. imperio, et quoniam ordo erat in editis turbatior, eliminavi.

58. Πρὸς τὸ Ἀθήναιον] Pſephisma Sigeorum Ant. Aſiat. *Ed. Chisbull* p. 50. ΕΝ ΤΩΙ ΙΕΡΩΙ ΤΗΣ ΑΘΗΝΑΣ ΕΝ ΤΗΙ ΣΙΓΕΙΩΝ ΠΟΛΕΙ. *Alcaeus* ap. *Straboneni* XIII. p. 895. c. ἐς Γλαυκωπὸν ſeu Γλαυκωποῦ ἱερόν. En ipsa poëtae mendoſisſima verba: Ἀλκαῖος σῶος ἄροι ἔνθα δ' οὐκ αὐτὸν τὸν ἀλκητορὶν ἐς Γλαύκωπὸν ἱερὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί. In quis ἀλεκτορὶν, *galeam* intelligens, vir magnus reponit, cetera vix tangens. Equidem illa ipsa puto, quae *Herodotus* innuebat, fortaſſe olim poſita: Ἀλκαῖος σῶος, ἄρ οἱ ἔντεα δ' οὐχ. *Salvus est Alcaeus, non item arma eius:* haec enim abiecerat fugiens. Αὐτὸν τὸν ἀλκετῆρα ἐς Γλαυκωποῦ ἱερὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί. *Clypeum ipsum in Caeſtae Minervae templo Athenienſes ſuſpenderunt*, ſive, quae Noſtri verba τὰ δέ οἱ ὅπλα ἴσχουσι Ἀθηναῖοι καί σφεα ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον. In *Alcaei* dicto ἀλκετῆρα ex Pindarico uſu, alia quidem ibi notione, quae ad clypeum, periculi propulſorem, tranſire potuit. Si qui ἀλεκτορὶν *Caſauboni* praetulerint, fruantur arbitrio. Suſpenſa ego manu et haeſitans in lacero ſum fragmento. Certius est, ἐπιτιθεῖ ἐς Μιτυλήνην, *in Mitylenen repoſuit* perperam a Laurentio verti. *Strabo* melius, κελεῦσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ. Miſit *Alcaeus* carmen Mitylenen amico Melanippo. *Damaſcius* ap. *Suid.* καὶ δὴ γραψάμενος ἐπιστολὴν πρὸς τοὺς ἐν Καρίᾳ δύο φιλοσόφους ἐπιτίθησιν. Redi ad L. III, 43. et Cl. *Reiskium* Miſc. Lips. T. VIII. p. 307., cuius indicio addi *Athen.* XI. p. 465. D. et *Anna Comnena* Alex. p. 39. B. poterunt.

58. Ταῦτα δὲ Ἀλκαῖος ἐν μέλεϊ ποιήσας] *Ista lamentatus ad lyram Alcaeus carmen Mitylenen mittit* (ἐπιτιθεῖ ἐς M. vid. dicta in L. III, c. 43.) *ad ſodalem Melanippum, quo ſuam ille fugam evulgabat.* Sic interpretor Herodotea. Quo reſpicit noſter, ex *Alcaei* carmine verba quaedam depravata proſtant apud *Strabon.* XIII, p. 895. c. cui dicitur κελεύσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ, Ἀλκαῖος σῶος ἄροι ἔνθα δ' οὐκ αὐτὸν τὸν ἀλκητορὶν ἐς Γλαυκωπὸν l. ἐ. Ἀ. ſenſus his ineſſet commodus, ſi ſic ſcripta legerentur: Ἀλκαῖος σῶος ἄρ' εἴη· νθάδ'. οὐκ αὐτὸν, τὸ δ' ἀλεξητήριον (*corporis munimentum*, τὴν ἀσπίδα) ἐς Γλαυκωποῦ ἱερὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί. atque ad haec accurate reſpondent Herodotea de *Alcaeo*: αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει, τὰ δέ οἱ ὅπλα ἴσχουσι Ἀθηναῖοι, καί σφε ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον τὸ ἐν Σιγείῳ. Quod cuivis accidat, ſibi clypeum reliquiſſe dedecori non futurum credidit Poëta, vir alias ſtrenuus et bellicoſus, μᾶλλον τοῦ δέοντος πολεμικὸς γενόμενος, teſte *Athen.* XIV, p. 627. A. Idem bellicae laudis cupidiſſimo evenit *Archilocho*: οὐ δὲ ἤδεισεν ἂν εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ μαθόντες, —— ὅτι τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν, *AElian.* V. H. X, c. 13. *Archilochi* tetraſtichon concinnavit *G. Olear.* in *Philoſtr.* V. A. II, c. 7. VALCKEN.

62. Κατήλλαξε Περίανδρος] Neque hoc *Strabo* ſilentio

qui etiam ab calumniis Hippiæ fruſtra apud Artaphernem ſe liberant, Ariſtagora illos incendente ad bellum Perſicum. Et placuit Athenienſibus mitti auxilium.

ἀπίκετο [a] ἐκ τῆς Λακεδαίμονος ἐς τὴν Ἀσίην, πᾶν χρῆμα ἐκίνεε, διαβάλλων τούς τε Ἀθηναίους πρὸς τὸν [b] Ἀρταφέρνεα, καὶ ποιέων ἅπαντα ὅκως οἱ Ἀθῆναι γενοίατο ὑπ' [c] ἑωυτῷ τε καὶ Δαρείῳ. Ἱππίης τε δὴ ταῦτα ἔπρησσε, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι πυθόμενοι ταῦτα, πέμπουσι ἐς Σάρδις ἀγγέλους, οὐκ [d] ἐῶντας τοὺς Πέρσας πείθεσθαι Ἀθηναίων τοῖσι Φυγάσι· ὁ δὲ Ἀρταφέρνης ἐκέλευέ σφεας, εἰ βουλοίατο [e] σόοι εἶναι, καταδέκεσθαι ὀπίσω Ἱππίην, οὐκων δὴ ἐδέκοντο τοὺς λόγους ἀποφερομένους Ἀθηναῖοι· οὐκ ἐθελόντων δέ σφι, ἐδέδοκτο ἐκ τοῦ Φανεροῦ τοῖσι Πέρσῃσι πολεμίους εἶναι. Νομίζουσι δὴ ταῦτα, καὶ διαβεβλημένοισι ἐς τοὺς Πέρσας, [f] ἐν τούτῳ δὴ τῷ καιρῷ ὁ Μιλήσιος Ἀρισταγόρης ὑπὸ Κλεομένεος τοῦ Λακεδαιμονίου ἐξελαθεὶς ἐκ τῆς Σπάρτης, ἀπίκετο [g] ἐς Ἀθήνας· αὕτη γὰρ ἡ πόλις τῶν λοιπέων ἐδυνάστευε [h] μέγιστον· ἐπελθὼν δὲ ἐπὶ τὸν δῆμον ὁ Ἀρισταγόρης, ταῦτα ἔλεγε τὰ καὶ ἐν τῇ Σπάρτῃ, [i] περὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ τοῦ [k] πολέμου τοῦ Περσικοῦ, ὡς οὔτε ἀσπίδα οὔτε δόρυ νομίζουσι, εὐπετέες τε χειρωθῆναι εἴησαν· ταῦτά τε δὴ ἔλεγε, καὶ πρὸς τοῖσι τάδε, ὡς οἱ Μιλήσιοι τῶν Ἀθηναίων εἰσὶ ἄποικοι, καὶ [l] εἰκὸς σφεας εἴη ῥύεσθαι δυναμένους μέγα· καὶ οὐδέν ὅ, τι οὐκ ὑπίσχετο, εἶα κάρτα δεόμενος· ἐς ὃ [m] ἀνέπεισέ σφεας· πολλοὺς γὰρ εἶχε εἶναι εὐπετέστερον διαβάλλειν ἢ ἕνα, εἰ Κλεομένεα μὲν τὸν Λακεδαιμόνιον μοῦνον οὐκ οἷός τε ἐγένετο [n] διαβαλέειν, τρεῖς δὲ μυριάδας Ἀθη-
324 ναίων ἐποίησε τοῦτο. Ἀθηναῖοι μὲν δὴ ἀναπεισθέντες ἐψηφίσαντο εἴκοσι νέας ἀποστεῖλαι βοηθοὺς [o] Ἰωσι, στρατηγὸν ἀποδέξαντες αὐτέων εἶναι Μελάνθιον, ἄνδρα τῶν ἀστῶν, ἐόντα [p] τὰ πάντα δόκιμον· αὗται δὲ αἱ νέες, [q] ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο Ἕλλησί τε

Lacedæmone in Aſiam abiit, cuncta agitabat, inſimulando Athenienſes apud Artaphernem, atque omnem operam dando, ut Athenæ in illius ac Darii venirent poteſtatem. Quæ agitare Hippiam quum accepiſſent Athenienſes, mittunt Sardes nuncios non paſſuros, ut Perſæ fidem habeant exulibus Athenienſium. Sed Artaphernes iubere Athenienſes ſi ſalvi eſſe vellent, rurſus Hippiam recipere: Athenienſes eam conditionem recuſare, et malle profeſſi eſſe Perſarum hoſtes. Dum ita animati 97
ſunt atque apud Perſas inſimulantur, hoc interim tempore Mileſius Ariſtagoras a Cleomene Lacedæmonio reiectus e Sparta Athenas venit: nam ea civitas inter ceteras præpollebat: ubi ad concionem venit Ariſtagoras, eadem quæ in Sparta commemoravit de commodis quæ eſſent in Aſia, deque Perſico bello, quod neque ſcutum neque haſtam in uſu haberent, facilesque eſſent ad ſubiugandum. Hæc ille referens, ea quoque addebat, Mileſios eſſe Athenienſium colonos, quos æquum eſſet ab eis liberari qui multum pollerent. Denique nihil non pollicebatur, omnibus precibus obſecrans, donec eos induxit. Facilius enim ei viſum eſt multos decipere quam unum: qui ſi Cleomenem ſolum fallere non potuit, id tamen in triginta millibus Athenienſium effecit. Itaque Athenienſes perſuaſi, decrevere viginti naves Ionibus auxilio mittendas, Melanthio illis præfecto, viro inter populares per omnia ſpectato. Hæ naves initium malorum extiterunt Græcis pariter et barbaris.

[a] Ἐκ τῆς Λ. *Paſ.*, τῆς deerat. [b] Ἀρταφρένεα *Ask. Arcb.*, idque ſaepius. [c] Ἑωϋτῷ τε καὶ recte *Vind. Arcb.* deerat enclitica. [d] Ἐῶντες *Arcb. Paſ. Ask. Brit.* [e] Σόοι *V. Ask.*, vulgo σῶοι. [f] Deſideratur in *V.* et *Arcb.* [g] Ἐς τὰς Ἀθ. *V.* [h] Μέγιστα *Arcb.* quod non damno. [i] Haec ſeptem negligit *Ask.* [k] *Paſ. Ask. Arcb. V.*, ante Περσικοῦ πολεμ. [l] *V. M. Paſ. Brit.*, in *Arcb.* φὰς, et εἰκὸς, quod et olim in Edd., et σφι εἴη. Superius καὶ πρὸς τούτοισι *Arcb. Vind.*, ſicuti I, 86. VII, 135. &c. [m] Ἂν ἔπεισε *Arcb. Vind.* [n] Διαβαλέειν ora *Steph.*, διαβάλλειν *Paſ. Ask. V. Arcb.*, *Ald.* et alii μεταβαλέειν. [o] Τοῖσι Ἴωσι. *Arcb.*, tum στρατηγὸν δὲ ἀποδ. id. et *Vind.* Porro Μελάνθιον *Vind.*, prius Μηλ. [p] Abest artic. *Arcb.* [q] *Euſtath.* ad *Hom.* p. 522, 12. *M. Paſ. Ask.*, antea ἀρχαὶ κακ.

tio preſit. Mirum autem maxime accidit, nullam hic pugnae retiariae, qua Pittacus Phrynonem, Athenienſium eo bello ducem, irretivit et vicit, mentionem fieri, cum optima adeſſet narrandi cauſſa. Taciturnitatis rationem non exputo. *Plutarchus* ex malignitate arceſſit p. 858. Malign., ut Scriptorem macula adſpergeret.

71. Οὐκ ἐῶντας] Frequentiſſimum de legatis. Nec aſpernabilis propterea οὐκ ἐῶντες Codd. lectio. Reſpice ex hoc libro C. 108. κήρυκας διέπεμπε ἐς τὴν Ἰωνίαν, ἐπικαλεύμενός σφεας· et Cel. *Gronovium* L. IV, 145. Σόοι εἶναι cur maluerim, dictum ad L. II, 181.

93. Διαβαλέειν] Ariſtagorae fallendi ſtudium non aliud deſiderabat: praecedentia oſtendunt et ſupra C. 50. Civium Atticorum numerus, qui hic ad XXX. millia, magna ab aliis concordia aut circiter XX. millium aut paullo amplior proditur. Saepe a Grammaticis ex *Demoſthenis* Or. I. in Ariſtogit. advocatur, εἰσὶν ὁμοῦ ΔΙΣΜΥΡΙΟΙ πάντες Ἀθηναῖοι· ad quae Oratoris teſtimonia *Ariſtophanis*, *Platonis* et aliorum adſcripſit Cl. *Taylor* p. 520., non neglecta differentiae illius cauſſa, quae mihi quidem praecipua in florente civitatis ante Perſicum et Peloponneſiacum bellum ſtatu videtur.

93. Τρεῖς δὲ μυριάδας Ἀθηναίων] In hiſtoricis antiquis ſaepe numerum vellemus imminutum, in quo augendo modum nobis humane loquentibus videntur excedere: ſed librariorum ſi tantum errores corrigendi ſunt, non ſcriptorum velanda peccata, in talibus ego quidem ſcalpellum Criticum non adhibuerim; in nullius ſcriptis ſegnius quam *Herodoti*, in numeris ſaepius immoderati. In hiſtoria Romana peccantem hac parte *Valerium Antiatem* frequenter corrigit hominisque refutat intemperantiam *Livius*. Hic *Herod.* ad viginti millia decem forte millia ſupra adiecit; nam ſolos cives Atticos ſibi perſuadendos habebat Ariſtagoras quibus ius eſſet ἐκκλησιάζειν. Cives Attici diverſis temporum articulis, aetate Cecropis, Platonis, Demoſthenis, Phalerei Demetrii, ſemper fuiſſe traduntur *circiter* XX. *millia hominum*, ὁμοῦ (id est ἐγγὺς, *prope*, *circiter*) δισμύριοι. Eam in rem quae dici poſſent protulerunt *I. Meurs.* Att. Lect. I. c. 1. de Fort. Att. c. 4. *S. Petit.* in LL. Att. p. 188. et *P. Weſſeling.* in Diodori T. II. p. 271. Qui *Meurſio* dicitur incertus auctor ap. *Heſych.* est *Demoſthenes*, cuius adhibent locum grammatici ad istam vim vocis ὁμοῦ firmandam. De numero civium Atticorum agentes haec *Herodoti* ſuo loco reliquerunt intacta, quibus ancilla forſan e comoedia advocabitur patrona: in *Ariſtoph.* Ἐκκ. v. 1124. ista leguntur: Τίς γὰρ γένοιτ' ἂν μᾶλλον ὀλβιώτερος, Ὅσις, πολιτῶν πλεῖον ἢ τρισμυρίων Ὄντων, τὸ πλῆθος, οὐ δεδείπνηκας μόνος. VALCKEN.

96. Μελάνθιον] Optime ita *Vindobonae*. Non oblivíſcor μηλάνθης, at virile Μηλάνθιον nomen quaero. Codri pater Μέλανθος, Bacchus Μελανθίδης in celebritate verſantur, neque ignotus Μελάνθιος est, quem Eurypylus obtruncat Il. Z, 36.

98. Ἀρχὴ κακῶν] Robur numero isti ſingulari ex *Euſtathio* accedit et acuto *Iſocratis* verbo, τὴν ἀρχὴν τῇ πόλει ΑΡΧΗΝ εἶναι τῶν ΚΑΚΩΝ in *Ariſtotel.* Rhetor. III. p. 137. Si qui tamen liber ἀρχέκακοι ἐγένοντο praeferret, quod *Plutarchus* Malign. p. 863. A. invenit, praecipuum profecto in cenſum veniret ob *Homeri*, Ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐΐσας Ἀρχεκάκους —— Il. E, 36. Luculenta profecto est imitatio, certa quoque ὠφελείη, aut, uti ego malui, ὠφελίη ex nationis conſuetudine ad L. II, 18.

98. Αὗται δὲ αἱ νῆες ἀρχὴ κακῶν] Ut *Med.* legerunt

Eu-

98 baris. Ante harum egreſſum Ariſtagoras revectus Miletum, excogitavit conſilium, quod in nullam Ionum utilitatem erat redundaturum, quamquam ne ille quidem hac ratione faciebat, ſed ut regi Dario moleſtiam afferret. Etenim miſit quendam in Phrygiam ad Pæones a flumine Strymone in captivitatem abductos per Megabazum, incolentes locum atque vicum ſeorſum, ad quos ut pervenit nuncius, ita verba fecit, Viri Pæones, miſit me Ariſtagoras Mileti tyrannus ad oſtendendam vobis, ſi obtemperare velitis, ſalutem. Nunc enim cuncta Ionia ab rege defecit, vobisque præſtat, ut ſalvi redeatis ad patriam veſtram; per vos quidem ſolos usque ad mare, deinceps nobis iam curæ erit. His auditis Pæones et magnam ſane voluptatem acceperunt, et ſumptis liberis atque uxoribus, ad mare fuga ſe proripuerunt: nonnullis eorum præ metu illic remanentibus. Ubi ad mare pervenere, illinc in Chium transmiſere: quo postquam applicuere, eorum veſtigia inſequutus adfuit ingens equitatus Perſarum: et quia eos aſſequi non 99 potuit, miſit in Chium ad illos ut eodem redirent. Cuius oratione repudiata, a Chiis ſunt ex inſula ista in Lesbum tranſportati, mox a Lesbiis in Doriſcum, unde terreſtri itinere ſe in Pæoniam receperunt. Post hæc ad Ariſtagoram Athenienſes viginti cum navibus venere, ducentes una quinque triremes Eretrienſium, qui non Athenienſium gratia militabant, ſed ipsorum Mileſiorum, vicem debitam illis reddentes. Nam Mileſii antehac pro Eretrienſibus in bello contra Chalcidenſes præſtiterant auxilia, quum Sa-

τε καὶ βαρβάροισι. Ἀριſταγόρης δὲ πρόπλωσας, καὶ ἀπικόμενος ἐς τὴν Μίλητον, ἐξευρὼν βούλευμα Ἰάπ' οὗ Ἴωσι [a] μὲν ἔμελλε οὐδεμίη ὠφελίη ἔσεσθαι, οὐδ' ὧν οὐδὲ τούτου εἵνεκα [b] ἐποίεε, ἀλλ' ὅκως βασιλῆα Δαρεῖον λυπήσει, ἔπεμψε ἐς τὴν Φρυγίην ἄνδρα ἐπὶ τοὺς Παίονας τοὺς ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ αἰχμαλώτους γενομένους ὑπὸ Μεγαβάζου, οἰκέοντας [c] δὲ τῆς Φρυγίης χῶρόν τε καὶ κώμην ἐπ' ἑωυτῶν· ὡς [d] ἐπειδὴ ἀπίκετο ἐς τοὺς Παίονας, ἔλεγε τάδε, „Ἄνδρες Παίονες, ἔπεμψέ με Ἀριſταγόρης ὁ Μιλήτου „τύραννος, σωτηρίην ὑμῖν ὑποθησόμενον, ἢν πέρ βούλησθε „πείθεσθαι· νῦν γὰρ Ἰωνίη πᾶσα ἀπέστηκε ἀπὸ βασι„λῆος, καὶ ὑμῖν παρέχει σάζεσθαι ἐπὶ τὴν ὑμετέ„ρην αὐτέων· μέχρι μὲν θαλάσσης, αὐτοῖσι ὑμῖν· „τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, ἡμῖν ἤδη μελήσει". ταῦτα δὲ ἀκούσαντες οἱ Παίονες, κάρτα τε ἀσπασίως ἐπείσαντο, καὶ ἀναλαβόντες [e] παῖδάς τε καὶ γυναῖκας, ἀπεδίδρησκον ἐπὶ θάλασσαν· οἱ δέ τινες αὐτέων καὶ κατέμειναν ἀρρωδήσαντες αὐτῷ· ἐπεί τε δὲ οἱ Παίονες [f] ἀπικέατο ἐπὶ θάλασσαν, ὑπερβάντες ἐς Χίον διέβησαν· ἐνθεῦτεν δὲ ἤδη σὺν Χίῳ, κατὰ πόδας ἐληλύθεε Περσέων ἵππος πολλή, διώκουσα τοὺς Παίονας· ὡς δὲ οὐ κατέλαβον, ἐπηγγέλλοντο ἐς τὴν Χίον τοῖσι [g] Παίοσι, ὅκως σφέας ὀπίσω ἀπέλθοιεν· οἱ δὲ Παίονες τὰς λόγυς οὐκ [h] ὑπεδέκοντο· ἀλλ' ἐκ Χίου μὲν Χῖοί σφεας ἐς Λέσβον ἤγαγον, Λέσβιοι δὲ ἐς Δορίσκον ἐκόμισαν· ἐνθεῦτεν δὲ [i] πεζῇ κομιζόμενοι [k] ἀπίκέατο ἐς Παιονίην. Ἀριſταγόρης δὲ, ἐπειδὴ οἵ τε Ἀθηναῖοι ἀπίκέατο εἴκοσι νηυσὶ, ἅμα ἀγόμενοι Ἐρετριέων πέντε τριήρεας, οἳ ἐ τὴν Ἀθηναίων χάριν ἐστρατεύοντο, ἀλλὰ τὴν αὐτέων Μιλησίων, ὀφειλόμενά σφι ἀποδιδόντες· οἱ γὰρ δὴ Μιλήσιοι πρότερον τοῖσι Ἐρετριεῦσι τὸν πρὸς Χαλκιδέας πόλεμον [l] συνδιήνεικαν, ὅτε πρὸς

a Omittitur μὲν in *Arcb. V.*, qui cum *Ask. Paſ.* οὐδεμία ἔμελλε ὠφελείη aut ὠφελίη, uti *Ask.*, olim ὠφέλεια. *b* Ἐποίησε *Arcb. V.* *c* Praeteritur in *Arcb. V.* *d* Ἐπεί τε *Arcb.* *e* Τέκνα καὶ γυν. *Arcb. Vind.* ſicuti C. 14. *f* Ἀπίκοντο ora *Steph. Arcb. V. Ask. Paſ.* *g* Non habent *Arcb.* et *Valla.* *h* Ἐδέκοντο *Arcb. V.* *i* Πεζοὶ *Brit.* *k* Ἀπίκοντο *Arcb. V. Paſ.*, et mox, ubi *Med.* ἀπίκατο. *l* Συνήνεικαν marg. *Steph. Paſ.*, in *Vind.* συνδιήνεικαν.

Euſtath. et *Valla*; *Euſtath.* in Il. E. p. 395, 19., φησὶν Ἡρόδοτος Ἀττικάς τινας νῆας, αἳ, τοῖς Ἴωσι πεμφθεῖσαι εἰς βοήθειαν, ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροισι. Nemo facile malevolentiam in his deprehendiſſet praeter *Plutarchum*, quem hic etiam coecavit obtrectandi cupiditas: malevolus audit *Plutarcho* noſter p. 861. A. ὡς Ἀθηναῖοι ναῦς ἐξέπεμψαν Ἴωσι τιμωροὺς ἀποστᾶσι Βασιλέως ἀρχεκάκους τολμήσας προσειπεῖν, ὅτι τοσαύτας πόλεις καὶ τηλικαύτας Ἑλληνίδας ἐλευθεροῦν ἐπεχείρησαν ἀπὸ τῶν βαρβάρων· est ista prorſus indigna philoſopho criminatio: non dixit ſimpliciter ἀρχεκάκους· ſed ἀρχεκάκους vel ἀρχὴν κακῶν Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροισι· id est, Graecis Perſisque ἀρχὴν τῶν πολέμων παρασχούσας. Alexandri quidem naves dixit *Hom.* Ἀρχεκάκους, αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο· ſed et illae ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο Ἕλλησί τε καὶ Τρώεσσι, his πᾶσι, illorum πολλοῖς. Dies, quo primum alicui obveniunt commoda, dicitur illi ἀρχὴ πολλῶν ἀγαθῶν· ſic qui primus malorum cauſa fuit ἀρχὴ κακῶν· *Thucydidea* ex II, c. 12., adhibet *Ariſtid.* T. II. p. 322. —— Hae naves viginti, nam Athenienſes εἴκοσι τριήρεσιν ἔπλευσαν ἐπικουρήσοντες τοῖς Ἴωσιν, ut ſcribit et *Charon Lampſacenus* ap. *Plut.* hae naves Ionibus auxilio miſſae Darium exacerbarunt, et ſpecioſum inferendo Graecis bello praebuerunt praetextum cauſamque proximam: veram tradit *Ariſtides* T. I. p. 209. Velut remotae cauſae conſiderari quoque poſſunt ſuperbum Atoſae deſiderium et medicus Democedes. Quod uxori Darii etiam *Herod.* III, c. 134., id ipsum Xerxis coniugi tribuit *Maxim. Tyr.* XXIX, c. 6. ἐπιθυμεῖ ἡ Ξέρξου γυνὴ θεραπαινίδων Λακαινίδων καὶ Ἀτθίδων καὶ Ἀργειάδων· καὶ δι' ἐπιθυμίαν γυναικὸς —— ἡ Ἀσία ἐξοικίζεται· mihi ſcripſiſſe videtur Λακωνικῶν et Ἀργολίδων· Ἀργολίδας rectius dixiſſet *AElianus*, quam Ἰάδας de N. A. XI, c. 27. VALCKEN.

21. Τοῖσι Παίοσι] Ultimum *Laurentii* et *Arcb.* ſchedae neglexerunt, crebra vocabuli repetitione fortaſſe offenſae: per me licebit, ut eius conſilii laudatores inpetrent. Ferre tamen non poſſum toties ἀπικέατο a librariis ad conmuniorem ſermonis morem formari. Ipse *Med.* ab hac ſe temeritate non continuit. Tu *Portum*, talium exemplorum promum condum, conſule.

62. Οἳ Λάον τε καὶ Σκίδρον] *Laum* Lucaniae, Sybaritarum coloniam, ſignavit *Strabo* L. VI. p. 388., cui *Scidrus* vicina fortaſſe fuit, *Stephano Byz.* nota, ignota aliis: utramque *Alex. Symm. Mazochius* Collectaneo I. ad Tab. Heracleenſes p. 503. examinavit. Ἀπεστερημένοι Sybaritas, urbis poſſeſſione privatos, ſpectat, ut quisque animadvertit: ἀπεστερημένοις non indigemus. Ἡβηδὸν quod deinceps, optime *Tan. Faber*, *Hemſterhuſius*, *Lamb. Bos*, Viri praeclari, declaraverunt ad *Luciani* Timon. C. 37.

67. Ἀλλήλῃσι ἐξεινώθησαν] Amicitiae et mutui hoſpitii originem *Athenaeus* hanc ex *Timaeo* deſcripſit, ἐφόρουν δ' οἱ Συβαρῖται καὶ ἱμάτια ΜΙΛΗΣΙΩΝ ἐρίων πεποιημένα· ἀφ' ὧν δὴ καὶ φιλίαι ταῖς πόλεσιν ἐγένοντο, ὡς ὁ Τίμαιος ἱστορεῖ L. XII. p. 519. C. Ex lanae itaque Mileſiae uſu et eius commercio illa hoſpitalis familiaritas Sybaritis Mileſiisque; quae quidem *Timaei* ſignificatio, memoriam refricat legis Zaleuci, ἱμάτιον ἰσομιλήσιον maribus honeſtis prohibentis, et animadverſionis Bentleianae, vocabulum istud proſcribentis, inque ſophiſtas fraudatores ablegantis Diſſ. de Ep. Phalar. p. 350., me paene in partes abducto ad *Diodori* L. XII, 21., ubi ea lex. Verum *Herodoto* et *Timaeo* ſi ſua fides, pars eius obſervationis corruet. Potuit profecto Zaleucus, ſive aetate Pythagoram brevi anteverterit, quo ſuperſtite Sybaris a Crotoniatis peſſum data fuit, luxu dudum perdita, ſeu eius fuerit diſcipulus, potuit, inquam, de Sybaritarum mollitie veſtibusque ex lana Mileſia inaudire, et Locrenſibus, non longe remotis, ἱμάτια ἰσομιλήσια, quippe hominum effeminatorum, prohibere. Alia in *Bentleium* nuper *W. Warburton* Legat. Moſaicae L. II. Sect. 3.

71. Ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον] Gloria inſtauratae lectionis debetur *Gronovio* ex ſchedis *Medic.*, quibus plures adſtipulantur. Eadem olim in *Longino* Sect. 24., nec latuit *Tollium*, quamquam menda in eo pertinax, monente *Zach. Pearce*. Mulctam Phrynicho Athenis irrogatam, eiusdemque Μιλήτου ἅλωσιν viri doctiſsimi ad *AElian.* Var. XIII, 17. illuſtrarunt, praeterque ceteros *R. Bentleius* de Epiſt. Phalar. p. 256. &c.

71. Ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον] *Longini* Codices tametſi diverſisſimam hinc lectionem exhibeant, mihi quoque Herodotea ſcripſisſe videtur *Longinus* prout vulgavit ex *Med. Gronov.* Satis istam adfirmat lectionem exemplum vicinum ex *Demoſthene* (p. 136, 29.) petitum, ἡ Πελοπόννησος ἅπασα διεσήκει. Quid Athenis evenerit *Phrynicho*, qui praeter *Herod.* tradiderint, advocantur ad *AEliani* V. H. XIII, c. 17. VALCKEN.

74. Σαμίων δὲ τοῖσί τι ἔχουσι] Hoc ſaltem, opinor liquere, quales *plebi* paſim opponuntur, Samiorum *ditiores* deſignari. *Divites* ſaepe quidem, Tragicis praeſertim dicuntur ἔχοντες· aliis plene τὰ χρήματα, vel τὰς οὐσίας ἔχοντες, vel τὰ κτήματα. *Diodor. Sinop.* apud *Athen.* VI, p. 239. E. τοὺς ἐκ δυνατῶν γεγονότας Ἔχοντας οὐσίας· quibus mendoſe ſcriptis abuſi ſunt *S. Petit.* et Ill. *Ez. Spanhem.* Mantinenſium οἱ ἔχοντες τὰς οὐσίας memorantur *Xenophonti* Ἑλλ. V. p. 323, 27. ap. *Pauſan.* III, p. 223. Xenias Eleus ἐπανέσῃ τῷ δήμῳ σὺν τοῖς τὰ χρήματα ἔχουσι IV, p. 288. Tales ἐχεκτέανοι ſunt *Rhiano Stobaei* p. 54, 11. κτηματικοὶ *Polybio*, *Diodoro*, aliisque. —— Sed hoc ſenſu nusquam alibi legere me memini τὶ ἔχοντας· nusquam etiam, quantum recordor, *Herodoto divites* vocantur ἔχοντες. Suſpicor itaque vocem hic latere Herodoteam, et, pro τοῖσί τι ἔχουσι, ſcribendum τοῖσι παχέσι. Samiorum adeoque dicerentur οἱ παχέες, ut V, c. 30., ἐξ Νάξου ἔφυγον ἄνδρες τῶν παχέων ὑπὸ τοῦ δήμου· V, c. 77. οἱ παχέες τῶν Χαλκιδέων· VI, c. 91. Αἰγινητέων οἱ παχέες· et VII, c. 56. Attigerunt uſum *Herodoti Pollux* III, 109. *Portus*, *Des. Herald.* ad *Martial.* IX, ep. 33. *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Eq. v. 1136. et *G. Raphel.* in Pſalm XXII, 30. Per Atticos ſi plebem Atticam ſignificari voluit *Suidas*, hos equidem crediderim τοὺς πλουσίους dixiſſe παχεῖς, non elegantiores Atticos; nam praeterquam in comoedia vix invenietur apud Atticos hoc ſenſu παχύς. *Ariſtoph.* et alibi et in Pace v. 638., Τῶν δὲ συμμάχων ἔσεισον τοὺς παχεῖς καὶ πλουσίους. Samiorum autem οἱ παχέες propria velut adpellatione dicebantur Γαμόροι, ſive Γεωμόροι, *divites et agrorum poſſeſſores*. *Plutarch.* in Quaeſt. Gr. p. 303. E. de Samiis agens, τῶν γεωμόρων, inquit, ἐχόντων τὴν πολιτείαν. ap. *Thucyd.* VIII, c. 21., Samiorum ὁ δῆμος *temp.*

Samiorum magnanima patriæ derelictio. invitantibus Zanclæis qui turbantur ab Anaxilao. Zanclæorum miseria oppido a Samiis capto.

δὲ τοῖσί τι ἔχουσι, τὸ μὲν ἐς τοὺς Μήδους ἐκ τῶν πρα-
τηγῶν τῶν σφετέρων ποιηθὲν, οὐδαμῶς ἤρεσκε· ἐδόκεε
δὲ μετὰ τὴν ναυμαχίην αὐτίκα βουλευομένοισι, [a] πρὶν
ἢ σφι ἐς τὴν χώρην ἀπικέσθαι τὸν τύραννον Αἰάκεα,
ἐς ἀποικίην ἐκπλέειν, μηδὲ μένοντας, Μήδοισί τε καὶ
[b] Αἰάκεϊ δουλεύειν. Ζαγκλαῖοι γὰρ οἱ ἀπὸ Σικελίης
τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον πέμποντες ἐς τὴν Ἰωνίην ἀγ-
γέλους, ἐπεκαλέοντο τοὺς Ἴωνας ἐς Καλὴν ἀκτὴν,
βουλόμενοι αὐτόθι πόλιν [c] κτίσαι Ἰώνων· ἡ δὲ Καλὴ
αὕτη ἀκτὴ καλεομένη, ἔστι μὲν Σικελῶν, πρὸς δὲ
[d] Τυρσηνίῃ τετραμμένη τῆς Σικελίης· τεττέων ὧν ἐπι-
καλεομένων, οἱ Σάμιοι μοῦνοι [e] Ἰώνων ἐστάλησαν, σὺν
δέ σφι Μιλησίων οἱ ἐκπεφευγότες. [f] Ἐν ᾧ ταῦτα δή
τι συνήνεικε γενέσθαι· Σάμιοι γὰρ κομιζόμενοι ἐς Σικε-
λίην, ἐγένοντο ἐπὶ Λοκροῖσι τοῖσι Ἐπιζεφυρίοισι, καὶ
Ζαγκλαῖοι, αὐτοί τε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτέων, τῷ οὔ-
νομα ἦν Σκύθης, περιεκαθέατο πόλιν τῶν Σικελῶν
ἐξελεῖν βουλόμενοι· μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Ῥηγίου τύραννος
Ἀναξίλεως, [h] τότε ἐὼν διάφορος τοῖσι Ζαγκλαίοισι,
συμμίξας τοῖσι Σαμίοισι, ἀναπείθει ὡς [i] χρεὼν εἴη
Καλὴν μὲν ἀκτὴν ἐᾶν ἣν ἔπλεον, ἐᾶν χαίρειν, τὴν δὲ
Ζάγκλην σχεῖν, ἐοῦσαν [k] ἔρημον ἀνδρῶν· πειθομένων δὲ
τῶν Σαμίων, καὶ σχόντων τὴν Ζάγκλην, σφέαυτα
οἱ Ζαγκλαῖοι ὡς ἐπύθοντο ἐχομένην τὴν πόλιν [l] ἑωυ-
τῶν, ἐβοήθεον αὐτῇ, καὶ ἐπεκαλέοντο Ἱπποκράτεα
τὸν Γέλης τύραννον· ἦν γὰρ δή σφι οὗτος σύμμαχος·
ἐπεί τε δὲ αὐτοῖσι καὶ [m] ὁ Ἱπποκράτης σὺν τῇ στρα-
τιῇ ἦκε βοηθέων, Σκύθην μὲν τὸν μούναρχον τῶν Ζαγ-
339 κλαίων, ἀποβαλόντα τὴν πόλιν, ὁ Ἱπποκράτης πε-
δήσας, καὶ τὸν ἀδελφεὸν αὐτοῦ Πυθογένεα, ἐς Ἴνυκον
πόλιν ἀπέπεμψε· τοὺς δὲ λοιποὺς Ζαγκλαίους, κοινο-
λογησάμενος τοῖσι Σαμίοισι, καὶ [n] ὅρκους δοὺς καὶ δε-
ξάμενος, προέδωκε· μισθὸς δέ οἱ ἦν εἰρημένος [o] ὅδε ὑπὸ
τῶν Σαμίων, πάντων τῶν ἐπίπλων καὶ ἀνδραπόδων
τὰ ἡμίσεα λαβεῖν τῶν ἐν τῇ πόλι· τὰ δ' ἐπὶ τῇ ἀγρῶν
πάντα, [p] Ἱπποκράτεα λαγχάνειν· τοὺς μὲν δὴ πλείονας
τῶν Ζαγκλαίων αὐτὸς ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ εἶχε δήσας·
τοὺς δὲ χορυφαίους αὐτέων τριηκοσίους, ἔδωκε τοῖσι Σα-
μίοισι καθαφάξαι· οἱ μέν τοι οἵ γε Σάμιοι ἐποίησαν ταῦ-
τα. Σκύθης δὲ ὁ τῶν Ζαγκλαίων μούναρχος, [q] ἐκ τῆς
Ἰνυ-

qui aliquid habebant, adeo non id quod sui duces erga Medos fecerant, probabatur, ut inito statim post pugnam navalem consilio, visum sit, priusquam eo tyrannus AEaces veniret, in coloniam proficisci, neque manentes et Medis servire et AEaci. Etenim per hoc idem tempus Zanclæi ab Sicilia missis in Ioniam nunciis solicitabant Iones ad Pulchrum litus, cupientes illic urbem Ionum condere. Hoc autem litus quod Pulchrum dicitur, Siculorum quidem est, sed in ea parte Siciliæ quæ ad Tyrrheniam vergit. His ergo solicitantibus, soli ex Ionibus Samii cum iis, qui effugere, Milesiis eo concesserunt. Quibus in Siciliam tendentibus, iamque navigantibus circa Locros Epizephyrios, hoc rei contigit, ut interea Zanclæi una cum suo rege, cui nomen erat Scythes, obsiderent urbem Siculorum eam expugnaturi; idque quum audisset Anaxileus tyrannus Rhegii, tunc offensus Zanclæis, adiens Samios, suasit satius esse, ut Pulchrum litus, ad quod navigabant, valere sinerent, et Zanclam occuparent viris desertam. Samii persuasi Zanclam occuparunt. Id Zanclæi quum audissent, urbi suæ suppetias ferunt, advocato Hippocrate Gelæ tyranno: erat enim is eorum socius. Qui posteaquam ad illos iuvandos cum exercitu venit, Scythæ Zanclæorum monarcho, orbato urbe, et fratri eius Pythogeni vincula indidit, eosque in oppidum Inycum relegavit: at ceteros Zanclæos ex compacto agens cum Samiis, dato et accepto iureiurando, prodidit, pacta mercede ut dimidium omnis supellectilis ac mancipiorum in urbe ipse haberet; quæ vero in agris essent, omnia ipsi Hippocrati cederent. Ergo plerosque Zanclæorum titulo mancipiorum in vinculis ipse habebat: quorum præstantiores trecentos Samiis occidendos tradidit: quod tamen illi facere noluerunt. Ceterum Scythes Zanclæorum monarcha ex Inyco

a Πρινή σφεα τὴν χώρ. *Arch.* *b* *Arch. V. M. Pasf. Ask. Valla:* prius fuit Αἰάκεσι. *c* Κτῆσαι *Arck.* et ἀκτὴ αὕτη. *d* Τυῤῥ. *Ask. Pasf.*, in quo corrector Τυρσ. *e* *Med. Pasf. Ask.*, antea Ἴωνες. *f* Duo ista ignorant *Arch. V.* qui συνήν. non ξυν. *g* Ἐν Λοκρ. *Arch. V. Pasf. Ask. Brit.* ora *Steph.*, antea ἐπὶ Λ. paullo ante Σαμίοισι τε et ἐγίνοντο *Arch. V.* *h* Τότε marg. *Steph. Pasf. Ask.* ex vero: olim ὅτε. *i* Χρεὼν μὲν εἴη *Arch.* *k* *Med. Pasf. Ask. V. Arch. Brit.*, alii ἐρήμην. *l* Abest ab *Arch. Vind.* *m* Articulus non est in *Arch.*, mox ἀποβαλόντα *M. Ask. Pasf.*, in *Arch. Paris. A. B. Ald. Vind.* ὡς ἀποβαλ. *n* Marg. *Steph. Arch. V. Ask. Pasf.*, ut *Pausan.* IV. p. 337. et alibi *Herodot.*, antea ὅρκον. *o* Ὧδε *Brit.* *p* *Med. Arch. Pasf. Ask. Paris. B. Vind.*, alii cum *Ald.* Ἱπποκράτεϊ· tum paullo ante ἡμισ. μεταλαβεῖν *Pasf.* et ora *Steph.*; in *Arch.* mutato ordine ἐν τ. πόλ. τὰ ἡμ. λαβεῖν. *q* Duo seqq. non habet *Med. Ask.*, mox Ἰνίκου *Arch. Valla.*

remp. gerebat, καὶ τοῖς γεωμόροις μετεδίδοσαν —— οὐδενός· conf. c. 73. et *Xenoph.* Ἑλλ. II. p. 269, 10. Notiores Syracusanorum sunt Γαμόροι ex ipso quoque *Herod.* VII, c. 155. *Hesychio* interprete, *οἱ ἀπὸ τῶν ἐγγείων τιμημάτων τὰ κοινὰ διέποντες, ab agrorum censu rempublicam administrantes.* De his Syracusanorum optimatibus erudite notavit *H. Vales.* in Excerpta ex *Diod. Sic.* p. 549. VALCKEN.

85. Τετραμμένη τῆς Σικελίης] Cl. *de Pauw* τῆς Ἰταλίης, in qua utique Tyrrhenia. Ut nunc Latina habent, considerandа verba, τῆς δὲ Σικελίης πρὸς Τυρ. τετραμμένη. *Calactam* Siciliae *Diodor.* XII, 8. descripsit.

89. Ἐγένοντο ἐν Λοκροῖσι] Non erat, cur a Codd. dissentirem. Scythae, Zanclaeorum monarchi, memorabile nomen in *AElіano* Var. VIII, 17., ubi Cel. *Perizonius* non alium arbitratur ac Scythen, Coorum tyrannum, cuius filius Cadmus, posita hereditaria tyrannide, Socium se Samiis addidit, Zanclam occupantibus; quae mihi quidem observatio videtur speciosior, quam verior. Obstat enim rei et temporis ordo. Conf. L. VII, 163. &c.

93. Τότε ἐὼν διάφορος] Pristinum ὅτε Cl. *Reiskius* ἅτε esse voluit, bene, ni MSS. potior esset scriptura. Iram Anaxilai in Zanclaeos etiam *Pausanias* memoravit L. IV, 23., in tyranni Regini aetate insignite aberrans, sicuti post *Pb. Cluverium* Sicil. Ant. L. I. p. 85. copiosius *Ez. Spanhemius* Diss. VIII. de Num. Praest. p. 554. commonstravit.

14. Σκύθης δὲ ὁ τῶν Ζ. μ. ἐκ τῆς Ἰνυκος] Omissae sunt in *Med.* Cod. voces ἐκ τῆς. Aut in suo Codice mendose legit *AElianus* Ἰνυκῖνος, aut erravit, quod suspicatur *Perizon.* praecedentium immemor Var. Hist. VIII, c. 17. quo de Scythe hic tradita denarravit verbis etiam *Herodoti* plerisque servatis. In *Herod.* legisse videtur *Steph. Byz.* ἐς Ἴνυκα πόλιν et ἐκ τῆς Ἴνυκος, ἀπὸ τοῦ Ἴνυξ. Ἴνυκον dixerunt alii: *Cluverio* Sic. Antiq. I. p. 230. omissa miror *Platonis* ex Hippia Mai. loca: p. 282. E. gloriatur Hippias, quantum brevi tempore confecerit pecuniae ἐξ ἑνός γε χωρίου πάνυ σμικροῦ Ἰνυκοῦ· ἐν Ἰνυκῷ legitur p. 284. B. Ridens Sophistae stultitiam Socrates p. 283. C. τοὺς μὲν Ἰνυκιναν, inquit, υἱεῖς οἷός τε ἦσθα ἀμείνους ποιῆσαι. *Philostrat.* in Hippia p. 495., παρῆλθε καὶ εἰς τὴν Ἴνυκον ὑπὲρ χρημάτων, τὰ δὲ

co profugit Himeram, atque illinc transmisit in Asiam, ascenditque ad Darium regem: quem Darius iustissimum virorum omnium censuit qui e Græcia ad se ascendissent: nam quum exorato rege in Siciliam abiisset, rursus e Sicilia ad regem rediit: donec præ senio admodum beatus apud Persas excesserit e vita. Samii itaque Medis liberati, Zanclam urbem pulcherrimam nullo negocio adepti sunt. Ceterum post navale prœlium pro Mileto gestum, Phœnices iubentibus Persis AEacem Sylosontis filium, utpote de ipsis bene meritum, et qui egregiam operam navasset, Samum reduxerunt. Quæ civitas, sola ex omnibus, quæ Dario rebellaverant, ea fuit cuius neque urbs neque templa incenderentur, quod in pugna navali a sociis defecissent. Statim expugnata Mileto Persæ Cariam cepere, civitatibus partim se ultro dedentibus, partim vi adactis. Et hæc quidem ita gesta sunt.

26 Histiæo autem Milesio, dum circa Byzantium agit, et Ionum onerarias naves quæ e Ponto cursum tenebant intercipit, affertur nuncius de rebus ad Miletum gestis. Itaque negociis ad Hellespontum pertinentibus Bisaltæ Apollophanis filio Abydeno delegatis, ipse habens Lesbios, Chium navigat, et apud locum quendam agri Chii, quem vocant Cava, cum Chiorum præsidio, quod ipsum non recipiebat, congressus, permultos eorum interfecit: simulque ceteros Chios, utpote ex pugna navali male affectos subegit, quodam ex eorum oppidulo cum Lesbiis progrediens.

27 Sed videlicet quoties ingentes sunt eventuræ calamitates vel civitati vel nationi, solent signis prænunciari: etenim Chiis ante hanc cladem ingentia signa contigerant: unum, quod ex choro centum adolescentum quos miserant Delphos, duo omnino rediere, nonaginta octo tabe intercipiente absumptis: alterum, quod sub idem tempus, paulo ante navalem pugnam, tectum supra pueros litteras discentes corruit, ita ut ex centum viginti pueris unus modo evaserit: hæc eis signa deus

15 Ἴυκος ἐκδιδρήσκει ἐς Ἰμέρην· ἐκ δὲ [a] ταύτης, παρὴν ἐς τὴν Ἀσίην, καὶ ἀνέβη παρὰ βασιλῆα Δαρεῖον· καί μιν ἐνόμισε Δαρεῖος πάντων ἀνδρῶν δικαιότατον εἶναι, ὅσοι ἐκ τῆς Ἑλλάδος παρ' ἑωυτὸν ἀνέβησαν· καὶ γὰρ παραιτησάμενος βασιλῆα, ἐς Σικελίην ἀπίκετο· καὶ 20 αὖτις ἐκ [b] τῆς Σικελίης ὀπίσω παρὰ βασιλῆα, ἐς ὃ γήρᾳ μέγα ὄλβιος ἐὼν ἐτελεύτησε [c] ἐν Πέρσῃσι. Σάμιοι δὲ ἀπαλλαχθέντες Μήδων, ἀπονητὶ πόλιν καλλίστην Ζάγκλην [d] περιεβαλέατο· μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίην τὴν ὑπὲς Μιλήτου [e] γενομένην, Φοίνικες, κελευσάντων Περσέων, κατῆγον ἐς Σάμον Αἰάκεα τὸν 25 Συλοσῶντος, ὡς πολλοῦ τε ἄξιον γενόμενον σφίσι, καὶ μεγάλα κατεργασάμενον· καὶ Σαμίοισι μούνοισι τῶν ἀποστάντων ἀπὸ Δαρείου διὰ τὴν ἔκλειψιν τῶν νεῶν τῶν ἐν τῇ ναυμαχίῃ, οὔτε ἡ πόλις, οὔτε τὰ ἱρὰ κατεπρήσθη. Μιλήτου δὲ ἀλούσης, [f] αὐτίκα Καρίην 30 ἔσχον οἱ Πέρσαι· τὰς μὲν [g] ἐθελοντὴν τῶν πολίων ὑποκυψάσας, τὰς δὲ ἀνάγκῃ προσηγάγοντο· ταῦτα μὲν δὴ οὕτω ἐγίνετο. Ἱστιαίῳ δὲ τῷ Μιλησίῳ ἐόντι περὶ Βυζάντιον, καὶ συλλαμβάνοντι τὰς Ἰώνων ὁλκάδας [h] ἐκπλωούσας ἐκ τοῦ Πόντου, ἐξαγγέλλεται 35 τὰ περὶ Μίλητον γενόμενα· τὰ μὲν δὴ περὶ Ἑλλήσποντον ἔχοντα πρήγματα, ἐπιτράπει [i] Βισάλτῃ Ἀπολλοφάνεος παιδὶ Ἀβυδηνῷ· αὐτὸς δὲ ἔχων Λεσβίους, ἐς Χίον ἔπλεε· καὶ Χίων φρουρὴ οὐ προσιεμένη μιν, συνέβαλε ἐν Κοίλοισι καλεομένοισι τῆς Χίης χώ- 40 ρης· [k] τούτων τε δὴ ἐφόρευσε συχνοὺς, καὶ τῶν λοιπῶν Χίων, οἷα δὴ κεκακωμένων ἐκ τῆς ναυμαχίης, ὁ Ἱστιαῖος ἔχων τοὺς Λεσβίους ἐπεκράτησε, ἐκ [l] πολίχνης τῆς Χίων ὁρμεώμενος. Φιλέει δέ κως προσημαίνειν σφι μέλλοντα μεγάλα κακὰ [m] ἡ πόλι ἢ ἔθνεϊ ἔσε- 45 σθαι· καὶ γὰρ Χίοισι πρὸ τούτων σημήια μεγάλα ἐγέ- 340
ρετο· τοῦτο μέν σφι πέμψασι ἐς Δελφοὺς χορὸν ἐφηβέων ἑκατὸν, δύο μούνοι τετέων ἀπενόστησαν, τοὺς δὲ ὀκτώ τε καὶ ἑβδομήκοντα αὐτέων λοιμὸς [n] ὑπολαβὼν ἀπήνεικε· τοῦτο δὲ, ἐν τῇ πόλι τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον, [o] ὀλίγον πρὸ τῆς ναυμαχίης, παισὶ γράμματα διδασκομένοισι, [p] ἐπέπεσε ἡ στέγη, ὥστε ἀπ' ἑκατὸν καὶ εἴκοσι παίδων εἷς μοῦνος ἀπέφυγε· ταῦτα μέν σφι σημ-

a Ταύτης πὲρ ἦν *Arcb.* *b* Deest illi. *c* Et haec praepositio. *d* Περιβεβλήατο marg. *Steph. Pass. Ask.* *e* Γιν. et καλεσάντων *Arcb.* *f* Loco αὐτίκα *Vind. Arcb.* καὶ porro Καρίην *Ask.*, non Καρίαν. Supra τῶν νεῶν τὴν mavult Cl. *Reisk.* *g M. Ask.*, ἐθελοντιῇ *Arcb.*, ἐθελοντὶ *reliqui.* *b* Ἐκπλωούσας *Arcb. Vind.*, quod verum: antea ἐκπλεούσ. *i* Βισάλτῳ *Arcb. Valla.* *k* Τούτων δὴ *Arcb. Vind.* Superius φρουρὴ οὐ προσιεμένη *Ald.* *l* Πολίσχνης *Arcb.* et τῶν Χίων *Vind.* *m* Ἡ πόλι *Stobaeus* Serm. XLI. p. 242. *Arcb. V. Paris. A. Brit. Ald. Valla :* ἢ illud ob *Med.* fuit expulsum, cui *Pass. Ask.* adsentiuntur. Paullo ante ἐπεὰν μέλλῃ solus *Arcb.* *n M. Arcb. Pass. Ask. Brit. Vind.*, vulgo ἀπολ. *o* Ὀλίγῳ *Arcb.* *p* Ἔπεσε id., deest mox eidem ἀπ'.

δὲ πολίχνιον τοῦτο Σικελικόν proxime sequentibus vitium inest, quod ex Hippia forte tolli poterit *Platonis*. VALCKEN.

14. Ἐκ τῆς Ἴυκος] Mihi certum videtur *Arcb.* et *Vallae* ἐκ τῆς Ἰυκου· ita supra, ita *Plato* Hipp. Maior. p. 282., et *Philostratus* Vit. Sophist. I. p. 495., in quo, τὸ δὲ πολίχνιον τοῦτο Σικελοί εἰσι, οὓς ὁ Πλάτων —— scripserim, quemadmodum Epist. 33. p. 627. ἡ δὲ Ῥάβεννα Ἰταλοί. Neque hic obliviscor *Steph. Byz.*, Ἡρόδοτος δὲ, scribentis in Ἴυκτον, Ἴυκτος αὐτήν φησι, ἀπὸ τοῦ Ἴυξ. Voluit Ἴυκος, quod additum Ἴυξ postulat. Iungitur porro, ἔοικε δὲ ἐσφάλθαι, *error autem videtur*, scripturae videlicet in Codice, quo utebatur, *Herodoti*. Trahuntur aliorsum ea, nulla, quae et Cl. *de Pauw* opinio, necessitate. Bonum proin ἀπὸ τῆς Ἰυκου, si τῆς Ἴυκος erroneum. Illud autem *Arcb.* ἐκ ταύτης πὲρ ἦν, etsi illaudabile, silentio non est praetermittendum, siquidem suo id in libro *AElianus* invenisse videtur: neque enim aliunde, cum reliqua hinc sumpserit, Σκύθης eius ὁ Ἰνυκῖνος venit Var. VIII, 17. Alia Cel. *Iac. Perizonius.*

22. Ἀπονητὶ —— περιεβαλέατο] Servo hoc, non spreturus περιβεβλέχτο, modo sic schedae scriptitassent. Atque ita quidem Samii Zanclam Siciliae, sive Messenen, sine gravi labore sibi occuparunt, in breve tamen tempus. Anaxilaus enim eosdem οὐ πολλῷ ὕστερον urbis possessione evertit, *Thucydide* L. VI, 5. teste.

31. Τὰς μὲν ἐθελοντὴν] Requiri vocula videtur, quae connectat ista cum praecedentibus, a syllaba forte praecedenti absorpta: καὶ τὰς μὲν ἐθελοντὴν τῶν πολίων ὑποκυψάσας, τὰς δὲ ἀνάγκῃ προσηγάγοντο. In his optime vir Clar. vocem restituit Herodoteam ἐθελοντὴν, quam, si per librarios licuisset, saepius forsan legeremus, et V, c. 104., ubi variant Codd. Errat *Galeus* ad I, c. 3., neque enim Graecis ἐθελοντὸς magis fuit in usu quam ἀκοντός. Apud *Suidam* in Ἐθελοντὴν, tertio *Polybii* loco, ἐπέλεξε τοῦ στρατεύματος ἐθελοντὴν, τοὺς ἀρίστους; accuratissimo *Thucydidis* more scribi quoque potuisset ἐθελοντηδόν. VALCKEN.

43. Ἐκ πολίχνης τῆς Χίων] Arbitror πολίχνης oppidi proprium esse titulum in Chiorum insula. Tales Πολίχναι Troadis et Cretae apud Ethnicographum, et Πολίχνα Siciliae in *Diodori* XIII, 7. Mox ἡ πόλι ἢ ἔθνεϊ multorum praesidio protegitur, iniuria eiectum.

49. Ἐπιλαβὼν] Belle *Gronov.*, non dissentiente *D'Orvillio* ad *Charit.* L. III, 3. p. 269. Infra tamen L. VIII, 115. ΕΠΙΛΑΒΩΝ δὲ λοιμός τε τὸν στρατὸν —— ἔφθειρε, modo bene illud habeat.

σημήια ὁ θεὸς [a] προέδεξε· μετὰ δὲ ταῦτα, ἡ ναυμαχίη ὑπολαβοῦσα, [b] ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε· ἐπὶ δὲ τῇ ναυμαχίῃ ἐπεγένετο Ἱστιαῖος Λεσβίοις ἄγων· [c] κεκακωμένων δὲ τῶν Χίων, καταφρὴν εὐπετέως αὐτέων [d] ἐποιήσατο. Ἐνθεῦτεν δὲ ὁ Ἱστιαῖος ἐστρατεύετο ἐπὶ Θάσον, ἄγων Ἰώνων καὶ Αἰολέων συχνούς· περικατημένῳ δέ οἱ Θάσον ἦλθε ἀγγελίη ὡς, οἱ Φοίνικες [e] ἀναπλώσι ἐκ τῆς Μιλήτου ἐπὶ τὴν ἄλλην Ἰωνίην· πυθόμενος δὲ ταῦτα, Θάσον μὲν ἀπόρθητον λείπει, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Λέσβον ἠπείγετο ἄγων πᾶσαν τὴν στρατιήν· ἐκ Λέσβου δὲ [f] λιμανεύσης οἱ τῆς στρατιῆς, πέρην διαβαίνει, [g] ἐκ τοῦ Ἀταρνέος ὡς ἀμήσων τὸν σῖτον, τόν τε ἐνθεῦτεν, καὶ τὸν ἐκ Καΐκου πεδίου [h] τὸν τῶν Μυσῶν· ἐν δὲ τούτοισι τοῖσι χωρίοισι ἐτύγχανε ἐὼν Ἅρπαγος, ἀνὴρ Πέρσης, στρατηγὸς στρατιῆς οὐκ ὀλίγης· ὅς οἱ ἀποβάντι συμβαλὼν, αὐτόν τε Ἱστιαῖον ζωγρίῃ ἔλαβε, καὶ τὸν στρατὸν [i] αὐτοῦ τὸν πλέω διέφθειρε. Ἐζωγρήθη δὲ ὁ Ἱστιαῖος ὧδε· ὡς ἐμάχοντο οἱ Ἕλληνες τοῖσι Πέρσῃσι ἐν τῇ [k] Μαλήνῃ τῆς Ἀταρνείτιδος χώρης, οἱ μὲν συνέσασαν χρόνον ἐπὶ πολλὸν, ἡ δὲ ἵππος ὕστερον ὁρμηθεῖσα ἐπιπίπτει τοῖσι Ἕλλησι· τότε δὴ ἔργον τῆς ἵππου τοῦτο ἐγένετο· καὶ τετραμμένων τῶν Ἑλλήνων, ὁ Ἱστιαῖος ἐλπίζων οὐκ ἀπολέεσθαι ὑπὸ βασιλῆος διὰ τὴν παρεοῦσαν ἁμαρτάδα, Φιλοψυχίην τοιήνδε τινα ἀναιρέεται· [l] ὡς φεύγων τε κατελαμβάνετο ὑπ' ἀνδρὸς Πέρσεω, καὶ ὡς καταιρεόμενος, ὑπ' αὐτοῦ ἔμελλε συγκεντηθήσεσθαι, Περσίδα γλῶσσαν [m] μετεὶς, καταμηνύει ἑωυτὸν, ὡς εἴη Ἱστιαῖος ὁ Μιλήσιος. Εἰ μέν νυν, ὡς ἐζωγρήθη, ἄχθη ἀγόμενος παρὰ βασιλῆα Δαρεῖον, ὁ δὲ οὔτ' ἂν ἔπαθε κακὸν οὐδὲν,

deus præmonstravit. Post hæc excepit pugna navalis, quæ civitatem in genu deiecit. Post eam pugnam accesit Histiæus cum Lesbiis, qui Chios iam exhaustos facile excidit. Histiæus autem illinc cum multa Io- 28
num et AEolensium copia adversus Thasum contendit. Cui Thasum obsidenti quum esset nunciatum Phœnices a Mileto in reliquam Ioniam proficisci, Thasum inexpugnatam reliquit, atque in Lesbum traiecit cum omnibus copiis: et illinc fame eas urgente traiicit in oppositam continentem, ex Atarneo mesurus frumentum tam illinc quam ex campo Caici, qui erat Mysorum. Erat in his locis forte Harpagus, vir Persa, non parvi exercitus dux: qui cum Histiæo egresso in terram certamen committens, et ipsum Histiæum vivum cepit, et maiorem exercitus eius partem occidit. Hunc autem in mo- 29
dum captus est Histiæus: Dum Græci cum Persis pugnarent in Malena regionis Atarnitidis, illi quidem diu perstiterunt, deinde vero equitatus emissus in Græcos impetum dedit, et inde tota acies pependit; adeo ut versis in fugam Græcis, Histiæus sperans se ob præsentem noxam non interfectum iri ab rege, talem quandam vitæ cupiditatem conciperet, ut quum fugiens caperetur a quodam Persa, atque captus ab eodem esset transfodiendus, sese Milesium Histiæum esse, lingua Persica utens indicaret. Quem opi- 30
nor, si ita vivus captus ad regem Darium perductus fuisset, nihil mali fuisse passurum, et

a Προέδεξε *Pasc.*, προέδειξε *M.*, προσέδεξε *Vind. Arcb.*, optime *Pasc.*, olim προσέδειξε. b *Etymologus* citat, nonnulla mutans in Πρηνής. c Καὶ κακ. *Arcb.* d Ἐποιήσαντο *Pasc. Ask. Arcb. V.* &c., solus *Med.* ἐποιήσαντο. e Ἀναπλέουσι *Pasc. Ask.* f Omnes δειμαινούσης. g Ἐκ τοῦ *M. Pasc. Ask.*, ἐς τοῦ *Paris. A. B. Arcb. V. Brit. Ald.*, tum Ἀρταν*έος *Arcb. V. Valla.* h *Med. Ask. Pasc.*, alii omnes τὸν non norunt. i Δὲ αὐτ. et πλέον *Arcb.* k Μεγαλήνῃ *Pasc.*, Μαλίνῃ τῆς Ἀρταν*ίδος *Arcb. Vind. Valla.* l Octo seqq. omisit socors *Ask.* librarius. m Μετιεὶς *Vind. Arcb.* nec sperno: multo tamen tritius γλῶσσαν ἰεὶς. Vide II, 2.

55. Ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε] Non discrepat *Appiani* de Masinissa τὴν Καρχηδονίων δύναμιν ΕΣ ΓΟΝΤ ΒΑΛΩΝ Punic. p. 94. deque Caesare ἄγρια ἔθνη —— ΕΣ ΓΟΝΤ ΒΑΛΩΝ Bell. Civ. II. p. 846., pro quo ἐς γόνυ ἔβριψε III. p. 876., et κλίνας ἐς γόνυ p. 885. Neque sine cultu *Basilius Seleuc.* Miracul. S. Theclae L. II, 12. p. 168. καὶ εἰς γόνυ κεκλίκασι μὲν αἱ ἐκκλησίαι, κεκλίκασι δὲ πόλεις καὶ ἀγροὶ καὶ κῶμαι καὶ οἶκοι. Possem adstruere *Basilium M.* Epist. 301. p. 437. C. et praeter ceteros *AEschylum* Pers. v. 933., sed exitus non foret. Praestat verbo monere, ἐποιήσατο in secuturis unius *Med.* ductu inprudenter mutari.

55. Ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε] Auctor *Etymol. M.* in v. Πρηνὴς p. 687, 30. Ἡρόδοτος, ait, μεταφορικῶς χρησάμενος εἶπε τὴν πόλιν εἰς γόνυ πεσεῖν, τοῦτο δηλῶν, ὡς εἰς δουλείαν αὐτὴν ἐπήγαγεν· monstrat interpretatio hic quoque primum scriptum ἔβαλε· alterum πεσεῖν fluxit ex vicinis; in eumdem enim sensum urbs dicitur ἐς γόνυ πεσεῖν. Nihil erat cur a Grammatico reprehenderetur *Euphorion*, qui de Baccho dixerit, ἐπρήνιξε τὴν Εὐρυμέδοντος πόλιν· id est κατέβαλε, vel ἐπὶ στόμα ἔβαλε. Utrumque fuit in usu, et ἐπὶ στόμα πεσεῖν, et ἐς γόνυ· venuste *AElian.* V. H. III, c. 17. *Aristoteles*, inquit, *urbem patriam*, οὐ, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, εἰς γόνυ πεσοῦσαν, ἀλλ' ἐπὶ στόμα, ἀνέστησεν αὖθις· ubi notat *Kühnius*, memor etiam loci *Herod. S. Iohann. Chrys.* in Epist. ad Innocentium T. III. p. 522. A. ὁ παρὼν ὑμῖν ἀγὼν πρόκειται ὑπὲρ ἐκκλησιῶν εἰς γόνυ κατενεχθεισῶν —— In seq. Cap. licet conspirent in vitiosa lectione Codd. pro δειμαινούσης restituerem λιμαινούσης, feliciter detectum a *Reiskio* et *Heringa:* hoc vicina postulant; alterum ferri nequit. VALCKEN.

64. Λιμανούσης οἱ τῆς στρατιῆς] Novandi de coniectura *Herodoti* orationem metus saepe in superioribus conantem conpescuit, iusto fortasse gravior: at eo sum ingenio. Hic confidentior contra omnes libros verissimam doctissimorum virorum, *Reiskii* et *Heringae*, correctionem recepi. In Lesbo nulla sane formido copias percellebat Histiaei: fames urgebat, quam pulsuri milites in continentem transeunt, messuri frumentum. Pariliter L. VII, 25. ἵνα μὴ ΛΙΜΗΝΕΙΕ ἡ στρατιή. Confer *Adr. Heringae* Observ. Critic. C. 31. p. 277.

71. Ἐν τῇ Μαλήνῃ] Sitne Μαλίνῃ, an Μεγαλήνῃ vero congruentius, an in vulgata acquiescendum, neutiquam perspicio. Malo doctiorum hoc curis integrum relinquere, a Ματιηνῇ tamen, uti repositum memini, alienior: eà Mediae regio L. V, 52. Propius, situm si spectes, abest Καρίνη, sive, ut ap. *Plinium* et *Stephan. Byz.*, Καρήνη L. VII, 42.

81. Ἄχθη ἀγόμενος] *Melotus*, V. Cl., coniecerat in marginem sui libri ἀπίχθη ἀγόμενος, credo, ob sequentia ἀπίκετο ἀγόμενος· quae boni quidem commatos, sed edito et constanter probato non praeiudicant. *Nostri* sunt ἰόντες ἦισαν C. 34., φεύγων ἐκφεύγει L. V, 95., οἴχεσθαι οἰχομένους VII, 220. &c.

82. Οὔτ' ἂν ἔπαθε κακὸν οὐδέν] Ista nititur Historici suspicio ingenio clementi Darii Regis beneficiorum semper memoris, et lege Persarum humanissima, cuius ille fuisse videtur observantissimus. Grave censeri poterat Histiaei delictum, sed hoc facile redemisset ingenti benefacto, quo Regem olim et Persas e Scythia profugos mactaverat: more suo gratus Darius V, c. 11., beneficii meminerat in se collati; tandemque mortui honorificam quoque fecit mentionem, ὡς ἀνδρὸς μεγάλως ἑωυτῷ τε καὶ Πέρσῃσι εὐεργέτεω. Egregiam Persarum legem merito collaudat *Herod.* I, c. 137., τὸ μὴ μιῆς αἰτίης ἕνεκα μήτε αὐτὸν τὸν βασιλέα μηδένα φονεύειν· sed tum demum, λογισάμενος ἢν εὑρίσκῃ πλέω τε καὶ μέζω τὰ ἀδικήματα ἐόντα τῶν ὑπουργημάτων. Secundum hanc, ut puto, legem Teribazum absolverunt Persae iudices ap. *Diod. Sic.* XV, c. 11. atque ob eamdem rationem eiusdem *Diodori*, sive *Ctesiae* potius, Arbaces τῶν κινδύνων ἀπέλυσε τὸν Βέλεσυν, —— φήσας μείζονας εἶναι τὰς ἐξ αὐτοῦ προγεγενημένας εὐεργεσίας τῶν ὕστερον ἀδικημάτων, L. II, c. 28. Patriae plus malorum attulisse quam commodi Lysandrum statuit *Pausan.* IX, p. 776., Πέρσαις τε ἐπόμενος, καὶ δικάζων νόμῳ γε τῷ ἐκείνων· id est utrorumque instituta iusta comparatione. Copiose Persicam legem explanat *Aristides* in Apo-

et remissurum ei Darium culpam; nunc ne id contingeret, neve fuga elapsus apud regem magnus rursus existeret, Artaphernes Sardium prætor et Harpagus, qui ceperat, ut Sardes reversus est captivum ducens, corpus quidem eius illic in crucem fustulerunt, caput sale conditum Susa ad regem Darium detulerunt. Ea re audita Darius obiurgatis qui id fecerant, quod hominem vivum in conspectum suum non adduxissent, iussit Histiæi caput eos elotum atque decore obvolutum sepelire, tanquam viri de ipso ac de Persis be-
31 ne meriti. Ita res Histiæi se habuerunt. PERSARVM autem nauticæ copiæ circa Miletum hybernantes, altero anno ut inde navigarunt, haud difficulter insulas continenti adiacentes ceperunt, Chium, Lesbum, Tenedum: quarum insularum ut quamque capiebant, singulas barbari subactas verriculabant: verriculant autem hunc in modum: Vir viri manum tenens prehensam, a mari boreali ad australe transiverunt: post hæc omnem insulam peragrant, venando homines. Ceperunt quoque in continenti urbes Ionicas eadem ratione, præterquam quod non verriculabant homines: neque enim poterant. Hic autem non falso
32 cesserunt ea, quæ duces Persarum minati sunt Ionibus, quum ex adverso castra haberent: nam posteaquam potiti sunt urbibus, formosissimos quosque puerorum seligentes exciderunt, ut exsectis testibus pro viris integris facerent eunuchos; virginesque forma præstantissimas ad regem transportarunt: et super hæc, urbes cum ipsis templis cremaverunt. Ita tertio Iones sunt in servitutem redacti,
33 primum a Lydis, bis deinceps a Persis. Profectus

δὲν, δοκέειν ἐμοὶ, [a] ἀπῆκέ τ' ἂν αὐτῷ τὴν αἰτίην· νῦν δέ μιν, αὐτέων τε τυτέων εἵνεκα, καὶ ἵνα μὴ διαφυγὼν, αὖτις μέγας παρὰ βασιλέϊ γένηται, [b] Ἀρταφέρνης τε ὁ Σαρδίων ὕπαρχος, καὶ ὁ λαβὼν Ἅρπαγος, ὡς ἀπίκετο ἀγόμενος ἐς Σάρδις, τὸ μὲν αὐτοῦ σῶμα [c] αὐτοῦ ταύτῃ ἀνεσταύρωσαν, τὴν δὲ κεφαλὴν ταριχεύσαντες, ἀπήνεικαν παρὰ βασιλῆα Δαρεῖον ἐς Σοῦσα. Δαρεῖος δὲ πυθόμενος ταῦτα καὶ ἐπαιτησάμενος τοὺς ταῦτα ποιήσαντες, ὅτι μιν οὐ [d] ζώοντα ἀνήγαγον ἐς ὄψιν τὴν ἑωυτοῦ, τὴν κεφαλὴν τὴν Ἱστιαίου λούσαντάς τε καὶ περιστείλαντας [e] εὖ ἐκτείλατο θάψαι, ὡς ἀνδρὸς μεγάλως 341
ἑωυτῷ τε καὶ Πέρσῃσι εὐεργέτεω· τὰ μὲν περὶ Ἱστιαῖον οὕτω ἔσχε. Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Περσέων, χειμερίσας περὶ Μίλητον τῷ δευτέρῳ ἔτεϊ ὡς ἀνέπλωσε, αἱρέει εὐπετέως τὰς νήσους τὰς πρὸς τῇ ἠπείρῳ κειμένας, Χίον καὶ Λέσβον καὶ Τένεδον· ὅκως δὲ λάβοι τινὰ τῶν νήσων, ὡς ἑκάστην αἱρέοντες οἱ βάρβαροι ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους· σαγηνεύσι δὲ [f] τόνδε τὸν τρόπον· ἀνὴρ ἀνδρὸς ἁψάμενος τῆς χειρὸς, ἐκ θαλάσσης τῆς βορηΐης ἐπὶ τὴν νοτίην διήκουσι, καὶ ἔπειτα διὰ πάσης τῆς νήσου διέρχονται ἐκθηρεύοντες τοὺς ἀνθρώπους· αἵρεον δὲ καὶ τὰς [h] ἐν τῇ ἠπείρῳ πόλιας τὰς Ἰάδας κατὰ τὰ αὐτά· πλὴν οὐκ ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους· οὐ γὰρ οἷά τ' ἦν. Ἐνθαῦτα Περσέων οἱ στρατηγοὶ οὐκ ἐφείσαντο τὰς ἀπειλὰς τὰς [i] ἐπηπείλησαν τοῖσι Ἴωσι στρατοπεδευομένοισι ἐναντία σφίσι· ὡς γὰρ [k] δὴ ἐπεκράτησαν τῶν πολίων, παῖδάς τε τοὺς εὐειδεστάτους ἐκλεγόμενοι ἐξέταμνον, καὶ ἐποίευν [l] ἀντὶ εἶναι εὐόρχιας εὐνούχους· καὶ παρθένους τὰς [m] καλλιστευούσας, ἀνασπάστους παρὰ βασιλῆα· ταῦτά τε δὴ ἐποίευν, καὶ τὰς πόλιας ἐνεπίμπρασαν αὐτοῖσι τοῖσι ἱροῖσι· οὕτω δὴ τοτρίτου Ἴωνες καλεδυλώθησαν· πρῶτον μὲν, ὑπὸ Λυδῶν, δὶς δὲ [n] ἐπεξῆς τότε ὑπὸ Περσέων.

Ἀπὸ

a Ἀπῆκε iid., olim ἀφῆκε contra dialectum. *b* Ἀρταφρένης *Ask.*, et mox δὴ loco τε *Arcb.* *c* Non legunt *Arcb. Vind.*, offensi repetitione. *d* Ζῶντα *Arcb. V.* *e* *Med. Ask. Pasf.*, in *Arcb.* et *Valla* nec εὖ nec εὐπρεπῶς, quomodo *Ald.* atque alii. *Tzetzes* haec suo sermone descripsit Chil. III, 540. p. 314. *f* *Med. Pasf. Ask.*, in aliis τοῦτον τὸν τρ. *g* Διήκουσαν *Ask.* et *Med.*, διήκουσι *Pasf. V. Arcb. Paris. A. B. Brit. Ald. Valla.* *b* Ἐν τῇ ἠπ. *Ask. Pasf. Vind. Brit. Arcb.*, τῇ aberat. *i* *Med. Pasf. Ask.* ἐπηπειλήσαντο, reliqui spernunt omnes. *k* Defit *Arcb. Vind.* *l* *M. Ask. Pasf. Arcb.*, in quo ἐνόρχας· ceteri ἀντὶ ἐνόρχων εἶναι εὖν. *m* Καλλίσους *Ask.* *n* Ἐπεξῆς *V. Paris. A. B. Brit. Ald.*, in *Arcb.* et *Valla* ὑπὸ Λυδῶν δὶς, ἐπεξῆς δὲ· ἑξῆς *M. Ask. Pasf.*

Apolog. pro IV. viris T. III, p. 419. Solitum autem Darium animo grato Graecorum etiam in se collata beneficia recordari documento sunt Democedes, Syloson, Coës, Histiaeus, aliique. In Asiam traductos, quibus valde fuerat iratus, Eretrienses clementissime tractavit et Milesios: *Herod.* VI, c. 119. et c 20. sed magni animi documentum praebet egregium undecunque tandem petitum *AElian.* V. H. VI, c. 14. VALCKEN.

92. Λούσαντάς τε καὶ περιστείλαντας εὖ] Hoc si plures exhibebunt Codd. mihi quoque placeret prae altero, forsan interpretamento: neque εὖ nec εὐπρεπῶς legisse videtur *Valla*: εὖ περιστεῖλαι et καλῶς in talibus adhibentur. Hippias iudicabat *Platonis* T. III. p. 291. D. κάλλιστον εἶναι ἀνδρὶ πλουτοῦντι, *parentes suos vita functos* καλῶς περιστείλαντι ὑπὸ τῶν αὑτοῦ ἐκγόνων καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ταφῆναι. Erit forsan qui hic utrumque putet Herodoteum, περιστείλαντας εὖ, εὐπρεπῶς ἐνετείλατο θάψαι, atque a *Io. Tzetze* hoc quoque lectum, qui hic narrata sequutus ad illa sua quaedam adiecit additamenta Chil. III, v. 535—543. Τέλος, δακρύσας περισσὰ τὴν κεφαλὴν ἐκείνην, Τοῖς Πέρσαις λέγει λούσαντας ἐντίμως καταθάψαι, Ὡς εὐεργέτου τῶν Περσῶν μεγάλως ὑπηργμένου· Ὁ Ξύλου παῖς Ἡρόδοτος γράφει τὴν ἱστορίαν· male interpres ibi dedit *Oxyli*: Ὁ Ξύλου scribendum vel Ὁ Λύξου. VALCKEN.

100. Σαγηνεύουσι] Vide Cl. *Valckenarium* ad L. III, 149. *Nostri* et *Platonis* studio frequens verbi eius apud oratores *Libanium*, *Polemonem*, *Himerium* atque alios est usus: amavit et *Philo Iud.* III. Vit. Mos. p. 690., et in re Christiana, captisque Evangelii doctrina gentibus *Gregorius Naz.*, *Io. Chrysost.*, *Proclus*, ad cuius Orat. XX. p. 550. paucа *Vincent. Riccardus*. Ego vero ἐπὶ τὴν νοτίην διήκουσι, schedis et sententia iubentibus, reduxi: aliena enim viri Cel. monita. Persae ab insulae littore, quod maris AEgaei partem septemtrionalem spectabat, iunctis consertisque manibus progressi fuerunt ad australe, cuncta incingentes, tum deinde omnia venantes et capientes, velut in sagena pisces.

7. Τὰς ἐπηπειλήσαντο] Postremam syllabam ex sequenti τοῖσι natam arbitror, et restituendum ante vulgatum ἐπηπείλησαν· alteram formam ut legitimam crederemus, exempla debuerant similima proferri. —— In istis contra, vulgatis ex *Med.* ἐποίευν ἀντὶ εἶναι ἐνόρχιας εὐνούχους· vocula debebat interponi, quam constans requirit Graecorum usus, ut legatur: ἐποίευν ἀντὶ τοῦ εἶναι ἐνόρχιας εὐνούχους· hoc vel unicus docere poterat *Herodoti* locus VII, c. 170., ἀντὶ τοῦ εἶναι νησιώτας, ἠπειρώτας (γενέσθαι.) Ut nostro loco vulgabatur ἀντὶ ἐνόρχων, illic scribi quoque potuerat ἀντὶ νησιωτῶν· qua forma loquendi *Euripid.* Androm. v. 457., σὲ —— Ναύτην ἔθηκεν ἀντὶ χερσαίου· et *Theocrit.* V, v. 150., γενοίμαν —— Μελάνθιος ἀντὶ Κομάτα. Verum alterum illud rarius requirit articulum, ἀντὶ τοῦ εἶναι ἐνόρχιας, εὐνούχους. Sic *Thucyd.* VII, c. 28., τῶν τε πάντων ὁμοίως ἐπακτῶν ἐδεῖτο ἡ πόλις, καὶ ἀντὶ τοῦ πόλις εἶναι φρούριον κατέστη. —— Supra dederat eodem sensu *Herod.* c. 9., τοὺς παῖδας ἐκτομίας ποιήσομεν· haeret et illic articulus in sua sede: *AEschyl.* Suppl. v. 305., Βοῦν τὴν γυναῖκ' ἔθηκεν Ἀργεία θεός. *Aristoph.* Θ. v. 740., Ἀσκὸς ἐγένεθ' ἡ κόρη. *Herod.* I, c. 103., νὺξ ἡ ἡμέρη ἐγένετο. Ab *Herodoto* scribi non potuit, quod legit in suo Cod. *Theon* Soph. vid. pag. 49. Progymn. VALCKEN.

10. Ἀντὶ εἶναι ἐνόρχιας] Accedo *Gronovio*, haesitans non nihil ob ἐνόρχας *Arcb.*, non utique malos. Redibit similis discordia L. VIII, 105., ubi tamen τῶν ἐνορχίων *Pasf.* et *Ask.* Statim καλλίσους in *Ask.* ex scholio. Vide L. IV, 180.

14. Ὑπὸ Λυδῶν, δὶς δὲ ἐπεξῆς] Posterius, redditum L. IV, 196., vim pati non debuerat: priora optime

Mox et Europæ maritima Persis cesserunt. Casus Byzantii, Chalcedonis, Cyzici. Miltiades Cypseli filius

Ἀπὸ δὲ Ἰωνίης ἀπαλλασσόμενος ὁ ναυτικὸς στρατὸς, τὰ [a] ἐπ' ἀριστερὰ ἐσπλέοντι τοῦ Ἑλλησπόντου, αἴρεε πάντα· τὰ γὰρ ἐπὶ δεξιὰ [b] αὐτοῖσι τοῖσι Πέρσῃσι ὑποχείρια ἦν γεγονότα κατ' ἤπειρον· εἰσὶ [c] δὲ ἐν τῇ Εὐρώπῃ αἵδε τοῦ Ἑλλησπόντου, Χερσόνησος τε, ἐν τῇ πόλιες [d] συχναὶ ἕνεισι, καὶ Πέρινθος, καὶ [e] τὰ τείχεα τὰ ἐπὶ Θρηίκης, καὶ [f] Σηλυβρίη τε καὶ Βυζάντιον. Βυζάντιοι μέν νυν καὶ οἱ πέρηθεν Χαλκηδόνιοι, οὐδ' ὑπέμειναν ἐπιπλέοντας τοὺς Φοίνικας, ἀλλ' [g] οἴχοντο ἀπολιπόντες τὴν σφετέρην, ἔσω ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον· καὶ ἐνθαῦτα πόλιν [h] Μεσαμβρίην οἴκησαν· οἱ δὲ Φοίνικες καταχαύσαντες ταύτας τὰς χώρας τὰς [i] καταλελεχθείσας, τρέπονται ἐπί τε [k] Προκόννησον, καὶ Ἀρτάκην· πυρὶ δὲ καὶ ταύτας νείμαντες, [l] ἔπλωον αὖτις ἐς τὴν Χερσόνησον, ἐξαιρήσοντες τὰς ἐπιλοίπους τῶν πολίων, [m] ὅσας πρότερον προσχόντες οὐ κατέσυραν· ἐπὶ δὲ Κύζικον οὐδὲ ἔπλωσαν [n] ἀρχήν· αὐτοὶ γὰρ Κυζικηνοὶ ἔτι πρότερον τοῦ Φοινίκων [o] ἔσπλου, ἐγεγόνεσαν ὑπὸ βασιλεΐ, Οἰβάρει τῷ Μεγαβάζου ὁμολογήσαντες, τῷ ἐν [p] Δασκυλείῳ ὑπάρχῳ· τῆς δὲ Χερσονήσου, πλὴν Καρδίης πόλιος, τὰς ἄλλας πάσας ἐχειρώσαντο οἱ Φοίνικες. Ἐτυράννευε δὲ αὐτέων
342 μέχρι τότε Μιλτιάδης ὁ Κίμωνος τοῦ Στησαγόρεω, κτησαμένου τὴν ἀρχὴν ταύτην [q] πρότερον Μιλτιάδεω τοῦ Κυψέλου, τρόπῳ τοιῷδε· εἶχον Δόλογκοι Θρήικες [r] τὴν Χερσόνησον ταύτην· οὗτοι ὦν οἱ Δόλογκοι πιεσθέντες πολέμῳ ὑπὸ Ἀψινθίων, ἐς Δελφοὺς ἔπεμψαν τοὺς βασιλῆας περὶ τοῦ πολέμου χρησομένους· ἡ δὲ Πυθίη σφι ἀπεῖλε οἰκίζειν ἐπάγεσθαι ἐπὶ τὴν χώρην τοῦτον, ὃς ἂν σφέας ἀπιόντας ἐκ τοῦ ἱροῦ πρῶτος ἐπὶ ξείνια [s] καλέσῃ· ἰόντες δὲ οἱ Δόλογκοι τὴν ἱρὴν ὁδὸν, διὰ Φωκέων τε

fectus ab Ionia navalis exercitus, omnia quæ ad lævam sunt Hellespontum innavigantibus subegit: nam quæ sunt ad dextram, iam subacta erant a Persis per continentem. Hellesponti autem hæc in Europa sunt, Chersonesus, in qua frequentes sunt urbes, et Perinthus, et castella per Thraciam, et Selybria, et Byzantium. Quorum Byzantii, et qui oppositо in litore sunt Chalcedonii, ne exspectaverunt quidem adventum Phœniciæ classis: sed relicta regione sua, in interiora Euxini ponti recesserunt, ibique urbem Mesambriam condiderunt: at Phœnices his locis quæ dicta sunt, incensis, ad Proconnesum et Artacen se convertunt. Quibus et ipsis igni traditis, rursus in Chersonesum revehuntur, eversuri ceteras urbes, quas superiore accessu non everterant: nam Cyzicum omnino ne accesserunt quidem; quod ipsi Cyziceni, iam ante adventum hunc classis Phœnicum sub rege erant, quum se OEbari, qui Dascylii præses erat, filio Megabazi, dedisent. Ceteras Chersonesi urbes præter Cardiam Phœnices subegerunt. Quarum usque ad id tempus 34
tyrannus erat Miltiades, filius Cimonis, nepos Stesagoræ: cuius imperii auctor fuerat Miltiades Cypseli filius, ad hunc modum. Dolonci Thraces hanc Chersonesum tenebant. Hi Dolonci quum ab Absinthiis bello vexarentur, reges suos, ut de bello consulerent, Delphos miserunt: quibus Pythia respondit, ut coloniæ in suam terram deducendæ eum auctorem adsciscerent, qui primus eos templo abeuntes hospitio invitasset. Dolonci sacram viam ingressi, per Phocenses

at-

a Ἐπαριστερὰ *Arcb.*, mox ἐπὶ δεξιᾶ *Ask.* prius erat ἐπιδεξιά. b Αὐτοῖσι Πέρ. *Pasi. Arcb.* c Δὲ ἐν *Arcb. V. Pasi. Paris. B. Brit.*, δὲ αἱ ἐν *M. Ask.*, quo non opus inferto. d Συχναὶ ἕνεισι *M. Pasi. Ask.*, συχναὶ εἰσι *Arcb. V.* antea πόλιες πολέες εἰσὶ ex *Ald.*, cui *Brit.* paria facit. e Deest *Arcb.* f Σηλυμβρίη *Ask. Med. Pasi.*, Σηλυμρίη *Vind.*, Σηλυβρίη *Arcb. Brit. Paris. A. B. Ald.*, *Sylebria* Valla. g *Med. Ask. Pasi.*, φεύγοντες omittit quoque *Arcb. Vind.*; olim οἴχ. φεύγοντες ἀπολιπόντες τὴν πόλιν, ἔσω cum *Arcb. V. Paris A. Ald.* Attigit *Eustath.* ad *Dionys.* v. 803. p. 249. b Θηλυμβρίην ora *Stepb. Pasi. Ask.* i Καταλειφθείσας *M. Ask. Pasi.*, καταλεχθείσας *Arcb. V. Paris. B. Brit. Ald. Valla.* k Προκόνησον *Vind. Arcb. Valla, Brit.* Προκόννησον *Pasi.*, antea Προικόνν. l Ἔπλωον recte *V. Arcb.*, prius ἔπλεον· tum ἐπὶ τὴν Χερ. ora *Stepb. Ask.* m *Med. Ask. Pasi.*, πρότερον alii non norunt. n Ἀρχὴν tantum *Arcb. V. Pasi. Ask.*, τὴν ἀρχὴν prius. o *Med. Ask.*, in *Pasi.* τούτου ex correctione: ἔσπλου τούτου ceteri. tria seqq. ἐγεγόν. ὑπὸ βασ. desunt *Arcb.* p Δασκυλείῳ id. *Valla*, prius Δασκυλίῳ. q Abest *Arcb. Vall.* Mox Κυψέλλου *Ald.* et iterum. r *Pasi. Arcb. Vind.* marg. *Stepb. Valla.* Erat antea ἀρχὴν τῆς Χερσονήσου ταύτην. s Καλέσαι *Arcb.*

habent; namque error *Arch.* et *Vallae* ex L. I, 169. manifestissimus. Male quoque eaedem schedae ἐπαριστερὰ iunctim, sicuti ἐπιδέξια pleraeque. Non nescio in talibus variari, monueruntque praeclari viri *Duker.* ad *Thucyd.* I, 24. et *Hemsterh.* Epist., *Dukeri* Praefationi inserta. Noster *Homerico* Il. M, 229. et N, 675. more L. I, 51. ὁ μὲν —— ἐκέετο ἐπὶ δεξιὰ ἐσιόντι, ὁ δὲ —— ἐπ' ἀριστερά· et III, 90. ἀπὸ δὲ Ἑλλησποντίων τῶν ἐπὶ δεξιὰ ἐσπλεόντων tum L. VII, 39. Apte ergo *Ask.*, modo tonus vertatur; nam quae ad L. II, 39., alius sunt formae.

20. Πόλιες συχναὶ] Nolui tot Codd. refragari, quamquam πολέες ex prisco usu, in Musis citra ius demutato L. II, 107. Cesaret, si quid in vocum adfinisono ingrati, ubi πόλις πολέες Ionum scriberetur more. Mox Σηλυβρίη origini ap. *Strabon.* L. VII. p. 491. C. propior et antiquior est. Lege *Diodoro* adpositа L. XIII, 65. et *Leonclavium Hutchinsonum*que ad K. Ἀναβ. *Xenophontis* L. VII. p. 538.

23. Ἀλλ' οἴχοντο ἀπολιπόντες] Optime *Gronov.*; τὴν σφετέρην *Eustath.* itidem vidit. Statim Μεσαμβρίην οἴκισαν dat Ed. Genev. CIↃIↃCXVIII. de coniectura, neque ea absurda. Vid. L. II, 154.; *Eustath.* vulgati patronus est.

26. Τὰς καταλεχθείσας] Delectatur isto scriptor. Δυσχείμερος δὲ αὕτη ἡ καταλεχθεῖσα πᾶσα χώρη L. IV, 28. In *Porti* penu plura. Itaque iure pristinam sedem recuperavit. Scripsi praeterea Προκόννησον, originatione vocis ap. Criticos ad *Apollon. Rh.* L. II, 279. motus et Nostri consuetudine L. IV, 14., quae deinceps ἐν Δασκυλείῳ desiderabat, quomodo III, 120. 126.

40. Τὴν Χερσόνησον ταύτην] Quod olim legebatur τὴν ἀρχὴν τῆς Χερσονήσου ταύτην, non pulcra specie est, formatum ferme ex praecedentibus: ταύτης certe, uti C. 40., oportuerat, voluitque *Reiskius.* Rectius MSS., quos duces optavi. Miltiaden Cypseli F., Chersonesi conditorem, erudita disputatione *Ian. Rutgersius* illuminavit Var. Lect. I, 9. *Marcellinus* vero in Thucydidis vita, Θρᾷκες καὶ Δόλοπες ἐπολέμουν πρὸς Ἀψινθίους, hac eadem in re, errans aut corruptus. *Dolopes* Thessalis fuere adfines, *Dolonci* Thraces, ut vere viri docti.

39. Εἶχον Δόλογκοι Θ. τὴν ἀρχὴν τῆς] Prouti legit *Valla*, εἶχον Δόλ. Θ. τὴν Χερσόνησον ταύτην, scripsisse videtur *Herod.* Quae de Doloncis sequuntur, Apsinthiis tribuit *Scholiastes* in *Aristidis* Miltiadem T. III. p. 278. Historiam veterem qui tradiderit, quando praeter *Herod.* et *Marcellinum* in vita *Thucyd.* forte neminem habemus, ineditum Scholion ex Cod. MS. Clar. *P. Burmanni Sec.* non pigebit descripsisse: Δόλογκοι καὶ Ἀψίνθιοι ἔθνη ὅμορα περὶ τὸν Ἑλλήσποντον· οἱ δὲ Δόλογκοι κατεπολέμουν τοὺς Ἀψινθίους· ἐρωτῶσιν οὖν Ἀψινθίοις τὸν θεὸν, πῶς ἂν ἀπαλλαγῶσι τῶν κακῶν, ἔχρησεν αὐτοῖς, ὅτι τὸν πρῶτον ὑποδεχόμενον ὑμᾶς Ἀθήνησιν αὐτὸν ἐκεῖνον στήσατε τύραννον· ἀκούσαντες τοῦτο οἱ Ἀψίνθιοι ἤρξαντο περινοσεῖν τὰς πόλεις, καὶ τέλος ἐλθόντας αὐτοὺς εἰς Ἀθήνας ὑπεδέξατο ὁ Μιλτιάδης· ἐκ τούτου οὖν ἔγνωσαν ὅτι ὁ χρησμὸς τοῦτον δηλοῖ· εἶτα διελέχθησαν αὐτῷ περὶ τούτου· ὁ δ' οὐκ ἐβουλήθη, ἀλλὰ λέγει Ἀψινθίοις, ὅτι (ἔτι) πέμψαντες εἰς Πυθίαν μάθετε ἀκριβέστερον, εἰ περὶ ἐμοῦ λέγει ὁ χρησμός· πεμψάντων οὖν αὐτῶν λέγει, ὅτι ναὶ περὶ αὐτοῦ λέγει· ἀκούσας τοῦ χρησμοῦ πάλιν Ἀψινθίοις λέγει ὁ Μιλτιάδης, ὅτι ἐὰν κελεύσῃ ἡ πόλις γίνομαι· κελευσάσης οὖν τῆς πόλεως ἐγένετο τύραννος. VALCKEN.

45. Τὴν ἱρὴν ὁδὸν] Celeberrima *sacra via*, quae Athenis

atque Bœotios iter fecerunt: a quorum nemine invitati, Athenas divertunt. Ea tempeſtate Athenis omne quidem imperium tenebat Piſiſtratus, dominabatur tamen et Miltiades Cypſeli filius e familia quadrigas alente ad Olympia, primam originem repetens ab AEaco et AEgina, ſed recentiora Athenienſis, ab Philæo Aiacis filio, qui primus in ea domo Athenienſis extitit. Miltiades hic, ut ſedebat in ſuis anteforibus, cernens Doloncos prætereuntes, non illius loci veſtem gerentes neque haſtas, homines inclamavit: accedentibusque obtulit domicilium et hoſpitalia dona. Illi admiſſa oblatione, hoſpitaliter ab eo accepti, aperuerunt ei totum oraculum, precesque addiderunt ut deo obſequeretur. Miltiadi ea oratione audita, conſeſtim perſuaſum est, ut qui pertæſus imperium Piſiſtrati, cuperet illinc emigrare: protinusque Delphos ſe contulit oraculum conſulturus, nunquid faceret quæ Dolonci ab eo peti36 verant. Iubente etiam Pythia, ita Miltiades Cypſeli filius, quadrigæ curriculo iam antea in Olympiacis victor, una cum Doloncis navigavit, asſumptis Athenienſium voluntariis quibusque ad expeditionem: et ubi locum illum tenuit, ab iis qui ſe deduxerant, tyrannus creatus est. Is ante omnia Cherſoneſi isthmum operibus munivit, ab urbe Cardia ad Pactyam, ne ab Abſinthiis regionem incurſantibus infeſtari poſſet; ſunt autem isthmi ista ſex ac triginta ſtadia: ab hoc autem isthmo introrſus, omnis Cherſoneſus quadringentorum viginti ſtadiorum est longitudinis. 37 Miltiades igitur, interſeptis faucibus Cherſoneſi, atque hoc modo Abſinthiis expulſis, primis ceterorum Lampſacenis intulit bellum: illi diſpoſitis inſidiis eum vivum cepere. Ea re Crœſus Lydus audita, erat autem Crœſo Miltiades charus, per nuncios Lampſacenis

τε καὶ Βοιωτῶν ἧισαν· καί σφεας [a] ὡς οὐδεὶς ἐκάλεε, ἐκτράποντας ἐπ' [b] Ἀθηναίων. Ἐν δὲ τῇσι Ἀθήνῃσι τηνικαῦτα εἶχε μὲν τὸ πᾶν κράτος Πεισίστρατος, ἀτὰρ ἐδυνάστευέ [c] τε καὶ Μιλτιάδης ὁ Κυψέλου, ἐὼν οἰκίης τετρίππου τὰ μὲν ἀνέκαθεν, ἀπ' Αἰακοῦ τε καὶ Αἰγίνης γεγονώς· τὰ δὲ νεώτερα, Ἀθηναῖος, [d] Φιλαίου τοῦ Αἴαντος παιδὸς, γενόμενος πρώτου τῆς οἰκίης [e] ταύτης Ἀθηναίης· οὗτος ὁ Μιλτιάδης, κατήμενος ἐν τοῖσι προθύροισι τοῖσι ἑωυτοῦ, ὁρέων τοὺς Δολόγκους παριόντας, ἐσθῆτα [f] οὐκ ἐγχωρίην ἔχοντας, καὶ αἰχμὰς, προσεβώσατο· καί σφι [g] προσελθοῦσι, ἐπηγγείλατο καταγωγὴν καὶ ξείνια· οἱ δὲ δεξάμενοι, καὶ ξεινισθέντες ὑπ' αὐτοῦ, ἐξέφαινον [h] πᾶν οἱ τὸ μαντήιον· ἐκφήναντες δὲ, ἐδέοντο αὐτοῦ τῷ θεῷ μιν πείθεσθαι. [i] Μιλτιάδεα δὲ ἀκούσαντα, παραυτίκα ἔπεισε ὁ λόγος, οἷά [k] ἀχθομένου τε τῇ Πεισιστράτου ἀρχῇ, καὶ βουλομένου ἐκποδὼν εἶναι· αὐτίκα δὲ ἐστάλη ἐς Δελφοὺς, ἐπειρησόμενος τὸ χρηστήριον εἰ [l] ποιοίη τά περ αὐτοῦ οἱ Δόλογκοι προσεδέοντο. Κελευούσης δὲ καὶ τῆς Πυθίης, ὕπως δὴ Μιλτιάδης ὁ Κυψέλου ὀλύμπιος [m] ἀνηρηκὼς πρότερον τετέων τεθρίππῳ, τότε [n] παραλαβὼν Ἀθηναίων πάντα τὸν βουλόμενον μετέχειν τοῦ στόλου, ἔπλεε ἅμα τοῖσι Δολόγκοισι, καὶ [o] ἔσχε τὴν χώρην· καί μιν οἱ [p] ἐπαγόμενοι ἴδρυσαν καλεσήσαντο· ὁ δὲ πρῶτον μὲν [q] ἀπεξείχισε τὸν ἰσθμὸν τῆς Χερσονήσου, ἐκ Καρδίης πόλιος ἐς Πακτύην, ἵνα μὴ ἔχοιεν σφέας οἱ Ἀψίνθιοι δηλέεσθαι ἐσβάλλοντες ἐς τὴν χώρην· εἰσὶ δὲ οὗτοι στάδιοι ἓξ τε καὶ τριήκοντα τοῦ ἰσθμοῦ· ἀπὸ δὲ τοῦ ἰσθμοῦ τούτου ἡ Χερσόνησος εἴσω πᾶσά ἐστι σταδίων εἴκοσι καὶ τετρακοσίων τὸ μῆκος. Ἀποτειχίσας ὦν τὸν αὐχένα τῆς Χερσονήσου ὁ Μιλτιάδης, καὶ τοὺς Ἀψινθίους τρόπῳ [r] τοιῷδε ἀσάμενος, τῶν λαοπόων πρώτοισι ἐπολέμησε Λαμψακηνοῖσι· καί μιν οἱ Λαμψακηνοὶ [s] λοχήσαντες αἱρέουσι ζωγρίῃ· ἦν δὲ ὁ Μιλτιάδης Κροίσῳ τῷ Λυδῷ ἐν γνώμῃ γεγονώς· πυθόμενος δὲ ὁ Κροῖσος ταῦτα, πέμπων προηγόρευε τοῖσι Λαμψα-

πρε-

a Non est in eodem, ſed mox *ἐκτράποντας οὖν·* in *Paſ. ἐκτρέπ.* *b M. Paſ. Ask.*, alii perperam *Ἀθηναίων.* *c* lidem, *τε* deerat. Quae ſuccedunt, auctor argumenti ſecundi in Comici Nubes attigit, non nihil aberrans. *d Φιλέου Arcb. Vall.* *e* Abest *Arcb.* *f Ἔχοντας οὐκ ἐγχωρ. Paſ. Ask. Arcb.* *g Προσελθ. Vind.* *b Πᾶν οἱ τὸ Arcb. Vind. Paſ. Valla*, quos ſequor. in aliis *οἱ* deſit. *i Μιλτιάδην* ſine iure *Arcb.* *k Ἀχθήμενον* id. et *Vind.* *l Ποιοῖ τάπερ αὐτοὶ* iid. *m Ἀναιρ.* ſine augmento *Arcb. Vind.* *n Λαβὼν* iid. *o Arcb. V. Paſ. Ask.*, antea *ἔσκε.* *p Ἐπαγόμενοι Arcb. V. Ask. Brit.*, vulgatum ex *Med. Paſ.*; mox *κατέσησαν Arcb.* *q Πρότερον Ask.* ora *Steph.*, tum *ἀπετείχ. Arcb. V. Brit. Paris. B. Ald.*, *ἐπετείχ. Med. Ask. Paſ.* *r Τοιούτῳ Paſ. Ask.*, *τούτῳ Vind. Arcb.* *s Arcb. V. Med. Paſ. Ask.*, olim *λοχήσαντές οἱ αἱρ.*

thenis Eleuſinem ducebat in *Pauſan.* I, 36. et *Athen.* XIII. p. 594. F. Haec ea fortaſſe, qua Athenienſes ſacra et Pythicam pompam Delphos mittebant, memorata a *Strabone* IX. p. 646. C.

51. *Φιλαίου τοῦ Αἴαντος*] *Marcellino Φιλαίας ὁ Αἴαντος* prave. Sine mendo in *Plutarchi* Solon. p. 83. D. *Φίλαιος καὶ Εὐρυσάκης* Aiantis filii, Attica civitate donati. Non equidem neſcio, *Φίλαιον τὸν Εὐρυσάκους* atque adeo Aiantis nepotem perhiberi a *Pauſania* I, 35., et *Kühnium Φύλαιον* malle: at illi obviam eunt, quos appellavi omnes, huic ΦΙΛΑΙΔΑΙ ex marmoribus, *Plutarcho*, *Stephano*que inter Atticae *demos*.

53. *Κατήμενος ἐν τοῖσι προθύροισι*] Apud *Marcellin.* in vita *Thuc.* p. 2, 18. Dolonci Delphis *ἐπανιόντες περιέτυχον τῷ Μιλτιάδῃ πρὸ τῶν ὅρων καθεζομένῳ τῆς Ἀττικῆς* ex *Herod.* corrigendum cenſuit *I. Rutgers.* Var. Lect. I, c. 9. p. 32. *πρὸ τῶν θυρῶν καθεζομένῳ τῆς αὐτοῦ οἰκίας*· ſed ab *Herodoto* diverſum *Marcellinus* iste ſequutus est in his narrandis auctorem; neque adeo videtur abſurda lectio vulgata; quum a finibus Atticos non longe Miltiadis abfuerit villa, *ἐν Λακιάδαις* ſita. VALCKEN.

66. *Πάντα τὸν βουλόμενον μετέχειν*] Non defuit Piſiſtrati conſenſus, cupide potentem et gratioſum virum amolientis, praetereaque copias et neceſsaria ſuppeditantis, quod narrantibus apud *Marcellinum* accredo. Abſurde mox *καὶ ἔσκε τὴν χώρην.* Ionibus *ἔσκε* non aliud atque *erat* L. VI, 133. VII, 119. Rediit *ἔσχε*, et redibit C. 47., ubi eadem macula.

69. *Ἀπετείχισε τὸν ἰσθμὸν*] Nonnunquam *ἐπιτειχίζειν* eadem est poteſtate ac *τειχίζειν*, ſaepe diverſiore, quam admirabiliter luci *Hemſterhuſius* expoſuit ad *Luciani* Nigrin. C. 23. Hic inculcatum ferri nequit. Miltiades ducto a Cardia ad Pactyam muro Apſinthios Cherſoneſi introitu prohibuit. Id *ἀποτειχίζειν*, ſive ut *Diodorus διατειχίζειν*, h. e. *οἰκοδομέειν διὰ τοῦ ἰσθμοῦ τεῖχος*, Noſtri dictione L. VIII, 71. Opportune *Xenophon* ex ore Cherſonitarum, *εἰ δ' ΑΠΟΤΕΙΧΙΣΘΕΙΗ ἐκ θαλάττης ἐς θάλατταν* de hoc isthmi iugo Hiſt. Gr. L. III. p. 487. D. *Ed. Steph.* Addit elegantiſsimus ſcriptor, *ἀποτειχισμὸν*, ſive murum a Dercyllida Spartano fuiſse abſolutum et Thraces aditu ad Cherſoneſum excluſos, ſequente *Diodoro* XIV, 38. Conſimiliter *ἀποτειχίζειν* in isthmo Pallenes muro interſepto *Thucydides* L. I, 64., ab *Harpocratione* advocatus.

69. *Ἐπετείχισε τὸν ἰσθμὸν*] Paulo ante poſitis haec proxima ſubdit *Schol. Ariſtid.* MS. *καὶ ποταμοῦ ὄντος τοῦ διορίζοντος τοὺς Δολόγκους καὶ τοὺς Ἀψινθίους ἐτείχισεν αὐτὸν, ὅπως ἂν μὴ βλάπτοιντο οἱ Ἀψίνθιοι παρὰ τῶν Δολόγκων*· imo contra, ſecundum *Herod. ἵνα μὴ ἔχοιεν σφέας* (*Doloncos*) *οἱ Ἀψινθιοι δηλέεσθαι ἐσβάλλοντες ἐς τὴν χώρην.* —— Quid ſibi velit cap. 37., *ἦν δὲ ὁ Μιλτιάδης Κροίσῳ τῷ Λυδῷ ἐν γνώμῃ γεγονώς*, mihi minus liquet. VALCKEN.

72. *Στάδιοι ἓξ τε καὶ τριήκοντα*] Iugi eius latitudo in *Xenophonte* ſtadiorum XXXVII., *Scylace* et *Strabone* Epit. L. VII. fin. ſtadiorum XL. Longitudo vero a Cardia in Elaeuntem, ubi longiſsima, ſtadiorum CD. *Scylaci* quae in menſuris differentia utique non ampla.

In morem pinus exterere. Miltiadæ plures imperárunt Cherſoneſo, etiam Steſagoras.

antea quod ab Eleuſine abduxisſet exercitum, tum eo tempore quum adverſus AEginetas cum Medo ſentientes traiecit Cleomenes. Ergo ingreſſus eum ulciſci Cleomenes, componit cum Leutychide Menaris filio, Agidis nepote, ex eadem qua erat Demaratus familia, ut ſi eum regem in locum Demarati conſtituisſet, ſe adverſus AEginetas comitaretur. Erat autem Leutychides Demarato maxime inimicus, ob hanc causſam, quod quum Percalum filiam Chilonis, neptem Demarmeni, ſponſam haberet, Demaratus inſidioſe hominem coniugio privavit, præveniens et præripiens Percalum ac pro uxore retinens. Ob hanc causſam Leutychidæ inimicitiæ cum Demarato extitere. Is tunc, Cleomene ſollicitante, contra Demaratum iuravit, negans eum rite in Spartanis regnare, qui Ariſtonis filius non esſet; postquam ita iuraverat, inſtitit perſequi, repetens quod Ariſton tunc dixerat, quum ei nunciasset domeſticus filium natum, et menſes conferens, iureiurando negasset illum esſe ſuum. Huic verbo inſiſtens Leutychides, pronunciabat Demaratum neque ex Ariſtone genitum esſe, neque rite Spartæ regnare; eisdem ephoris adhibitis teſtibus, qui Ariſtoni aſſidentes tunc hæc ex illo audierant. Tandem re in contentionem deducta, viſum est Spartiatis oraculum, quod Delphis est conſulendum, an foret Demaratus Ariſtonis filius. Re ergo de Cleomenis providentia ad Pythiam relata, ibi ille Cobonem Ariſtophanti filium, maxima apud Delphos autoritate, ſibi conciliat, ut perſuadeat Periallæ antiſtiti, dicere ea quæ Cleomenes vo-

Δημάρητος ἀπαγαγὼν τὴν ϛρατιὴν ἐξ Ἐλευσῖνος, καὶ δὴ καὶ τότε ἐπ' Αἰγινητέων τοὺς μηδίσαντας διαβάντος Κλεομένεος. Ὁρμηθεὶς ὦν ἀποτίνυσθαι ὁ Κλεομένης, συντίθεται Λευτυχίδῃ τῷ Μενάρεος τοῦ Ἄγιος, ἐόντι [a] οἰκίης τῆς αὐτῆς Δημαρήτῳ, ἐπ' ᾧ τε, ἢν αὐτὸν καταϛήσῃ βασιλῆα ἀντὶ Δημαρήτου, ἕψεταί οἱ ἐπ' Αἰγινήτας· ὁ δὲ Λευτυχίδης ἦν ἐχθρὸς [b] τῷ Δημαρήτῳ μάλιϛα γεγονὼς διὰ πρῆγμα τοιόνδε· [c] ἁρπασαμένου Λευτυχίδεω Πέρκαλον τὴν Χίλωνος τοῦ Δημαρμένευ θυγατέρα, ὁ Δημάρητος ἐπιβουλεύσας, ἀποϛερεῖ [d] Λευτυχίδεα τοῦ γάμου, φθάσας αὐτὸς τὴν Πέρκαλον ἁρπάσας καὶ σχὼν γυναῖκα· κατὰ τοῦτο μὲν τῷ Λευτυχίδῃ ἡ ἔχθρη ἡ ἐς τὸν Δημάρητον ἐγεγόνεε· τότε δὲ ἐκ τῆς Κλεομένεος προθυμίης ὁ Λευτυχίδης [e] κατώμοτα Δημαρήτου, φὰς αὐτὸν οὐκ [f] ἰκνεομένως βασιλεύειν Σπαρτιητέων, ἐὸντα παῖδα Ἀρίϛωνος· μετὰ δὲ τὴν [g] κατωμοσίην, ἐδίωκε ἀνασώζων ἐκεῖνο τὸ ἔπος τὸ εἶπε Ἀρίϛων τότε, ὅτε οἱ ἐξήγγειλε ὁ οἰκέτης παῖδα γεγονέναι, ὁ δὲ, [h] συμβαλλεόμενος τοὺς μῆνας, ἀπώμοσε, φὰς [i] οὐκ ἑωϋτοῦ εἶναι· τούτου δὴ ἐπιβατεύων τῷ ῥήματος ὁ Λευτυχίδης, ἀπέφαινε τὸν Δημάρητον οὔτε ἐξ Ἀρίϛωνος γεγονότα, οὔτε ἰκνευμένεως βασιλεύοντα Σπάρτης, τοὺς ἐφόρους μάρτυρας παρεχόμενος [k] κείνους, οἳ τότε ἐτύγχανον πάρεδροί τε ἐόντες καὶ ἀκούσαντες ταῦτα Ἀρίϛωνος. Τέλος δὲ, ἐόντων περὶ αὐτέων νεικέων, ἔδοξε Σπαρτιήτῃσι ἐπείρεσθαι τὸ χρηϛήριον τὸ ἐν Δελφοῖσι, [l] εἰ Ἀρίϛωνος εἴη παῖς ὁ Δημάρητος· ἀνοίϛου δὲ γενομένου ἐκ προνοίης τῆς Κλεομένεος ἐς τὴν Πυθίην, ἐνθαῦτα προσποιέεται Κλεομένης Κόβωνα τὸν Ἀριϛοφάντου, ἄνδρα ἐν Δελφοῖσι δυναϛεύοντα μέγιϛον· ὁ δὲ Κόβων [m] Περίαλλαν τὴν πρόμαντιν ἀναπείθει τὰ Κλεομένης

[a] ἐβού-

85 352 90 95

[a] Τῆς αὐτῆς οἰκ. *Pasſ. Ask.* [b] Μάλιϛα τῷ Δημ. *Ask.* [c] Ἁρμοσμένου *Vind.*; tum *Permala* Valla, unde Cl. *de Pauw* Περκάλην nullo iure fingit. [d] Λευτυχίδην *Arcb.* [e] Κατόμνυται *Arcb.*, quod multo uſitatius: tum Δημαρήτῳ *Pasſ. Ask.* [f] *Suidas* Οὐκ ἐκνεομένως, ſed mendoſus, ex hoc loco habet. [g] *Euſtatb.* exſcripſit ad *Hom.* p. 1660, 51. [h] Συμβαλλόμενος *Arcb. V.*, συμβαλόμενος ora *Stepb.* Mox ἀπόμοσε *Arcb.* [i] *Med. Ask. Pasſ.*, ceteri plenius οὐκ ἑωῦτοῦ μιν εἶναι. [k] *Arcb. Ask. Pasſ. Vind.*, antea ἐκείνους. Porro ἔτυχον πάρεδ. *Arcb. Vind.* [l] *Med. Arcb. Pasſ. Ask.*, in aliis εἰ ἄρα Ἀρ. [m] Περίαλλον et mox *Arcb.*

διαβληθήσομαι et Iphig. Aulid. v. 1372. μὴ διαβληθῇς ϛρατῷ. Qua in dictione, ut antea ſignificatum, lapsus vertentium est creberrimus. Vide Cel. *Duker.* in *Thucyd.* VIII, 82.

85. Τῷ Μενάρεος τοῦ Ἄγιος] Vitioſum τοῦ Ἄγιος nomen est. In familiae Leutychidis ſerie L. VIII, 131. Λευτυχίδης ὁ Μενάρεος, τοῦ Ἡγησίλεω. Avus ergo ſermone Spartano Ἀγεσίλαος· quem eundem agnovit Demaratus, quippe filius Ariſtonis, nepos Ageſilai. Video equidem Ariſtonem τὸν Ἀγασικλέους ſcribi in *Pauſania* L. III, 3. male, niſi fallor. Hinc conſequens, ut fratres fuerint patrueles Leutychides et Demaratus. Potest tamen hoc in coniectura manere; nam quae *Gronovius* ad *Agidem* hunc protegendum L. VII, 204. adſcripſit, non bene, qui meus est ſtupor, adſequor.

88. Ἦν ἐχθρὸς τῷ Δημ. μάλιϛα] Aut iungenda ſunt μάλιϛα γεγονὼς διὰ πρῆγμα τοιόνδε, id est, διὰ πρῆγμα μάλιϛα τοιόνδε, prout ceperat *Valla*; aut hic quoque more ſuo ſcripserat, ἦν ἐχθρὸς τῷ Δημαρήτῳ τὰ μάλιϛα, vel ἐς τὰ μάλιϛα, γεγονώς, id est ὁμοίως τοῖς μάλιϛα· εἶναι φίλους τὰ μάλιϛα legitur II, c. 147. φίλοι ἐς τὰ μάλιϛα, VI, c. 89. ξεῖνον ἐς τὰ μάλιϛα, I, c. 20. ſimiliter adhibentur ἐς τὰ μέγιϛα· ἐς τὰ πρῶτα· εἰς τὰ ἔσχατα. VALCKEN.

96. Οὐκ ἰκνεομένως] Brevi ſequetur οὔτε ἰκνευμένως, quod cur priore peius iudicaverit *H. Stephanus* in Recens. Voc. *Herodoti*, causſam non exputo, quandoquidem comma praefert Ionicum. Gloſſae MSS., ex quibus *Corinthus*, οὐ προσηκόντως, οὐ καθηκόντως exponunt, neque *Heſychius* ſuum ἰκνουμένως aliter. *Stephanum* adi et C. 86. huius Muſae.

96. Οὐκ ἰκνεομένως βασιλεύειν] In *Gloſſario* redditur et in libello de Dialectis, οὐ προσηκόντως. *Rex legitimus* est, ἐς τὸν ἱκνέεται ἔχειν (τὴν βασιληΐην) VI, c. 57. Quinam ἰκνεομένως cenſerentur Spartae βατιλεύειν *Cragius* oſtendit de R. L. II, c. 2. Herodoteum ἰκνεομένως tractavit *H. Steph.* in Voc. *Herod.* Recens. p. 728. Conf. *Foeſii* Oecon. *Hipp.* in Ἰκνεύμενος χρόνος. In oraculo apud *Demoſth.* p. 609, 103. pro ἐνιχνούμενα ἀμεραιτελεῖν τοὺς ποθ. κατὰ τὰ ἀγημένα, corrigendum cenſeo: [τὰ πάτρια τοῖς ἀποθιμένοις] ἐν ἰκνουμένᾳ ἀμέρᾳ τελεῖν τοὺς ποθήκοντας καττὰ τεταγμένα. VALCKEN.

9. Ἀνοΐϛου δὲ γενομένου] *Vallae* Latina, *quum ergo nihil ſuſpicionis exſtaret de Cleomenis providentia ad conciliandam Pythiam*, quadam tenus laudavit *Portus*; cuius a iudicio non abhorret *Kuſterus* ad *Suidae* Ἀνώϊϛος. Fateor ἀνώϊϛον tantundem ac ἀνυποπτόητον ſaepe valere, ponique de *improviſo* et *inſperato*. Ἀγγελὴς ἤκουσεν ΑΝΩΙΣΤΟΥ Μελίτινα Epigr. Anth. L. I. C. 80. p. 162. Μῦθος ἀνώϊϛος, πότμος ἀνώϊϛος in *Apoll. Rh.* III, 670, 799. Quae, tametſi plura aggerantur, *Vallae* non proderunt, ſiquidem ſimile nihil in hac narratione, ne adiungam, Latina ista ad intelligendum esſe inplicatiſſima. Agnovit pro ſua prudentia *H. Stephanus*: at quod refingit ipse, nulla lectionis addita causſa, ἀνωϊϛοῦ δὲ γενομένου, potuerat in tenebris latere. Voluit fortasſe, repulſum indicari Demaratum. Quid vero tum fiet ſequentibus? Optime locum expedivit *Valckenarius* ad L. I, 157., ΑΝΟΙΣΤΟΥ reponens, quae et *Pavii* ſententia. Ex ἀνοίω L. VII, 149. περὶ μὲν σπονδέων ΑΝΟΙΣΕΙΝ ἐς τοὺς πλεῦνας. Quare ἀνωϊϛου ſive ἀνοιϛοῦ δὲ γενομένου *re vera relata* ——. Sic fluit leniter oratio.

9. Ἀνωΐϛου δὲ γενομένου] Comparari certe debet cum istis, quae proſtant I, c. 157., ἐς θεὸν ἀνῶϛαι τὸν ἐν Βραγχίδῃσι· ubi quaedam ſunt adſcripta. —— Mox, προσποιέεται Κλεομένης Κόβωνα reddendum est, *ſibi conciliat*, vel *in partes ſuas pertrahit*. *Thucyd.* I, c. 57., τοὺς Κορινθίους προσεποιεῖτο· *Ariſtoph.* Eq. v. 215., τὸν δῆμον αἰεὶ προσποιοῦ· docte *Bergler.* *ſemper fac plebem tuam*. Propria ſignificandi dote Hegeſiſtratus dicitur προσποιησάμενος ξύλινον πόδα, *Herod.* IX, c. 36. VALCKEN.

Sed et contumelia Leutychidæ urget Demaratum relicta patria fugere ad Darium. Colloquium Demarati cum matre

[a] ἐβούλετο λέγεσθαι, λέγειν· οὕτω δὴ ἡ Πυθίη, ἐπειρωτώντων τῶν θεοπρόπων, ἔχρησε μὴ Ἀρίστωνος εἶναι Δημάρητον παῖδα· ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ [b] ἀνάπυστα ἐγένετο ταῦτα, καὶ Κόβων τε ἔφυγε ἐκ Δελφῶν, καὶ Περίαλλα ἡ πρόμαντις ἐπαύσθη τῆς τιμῆς. Κατὰ μὲν δὴ τὴν Δημαρήτου κατάπαυσιν τῆς βασιληΐης οὕτω ἐγένετο· ἔφευγε δὲ Δημάρητος ἐκ Σπάρτης ἐς Μήδους ἐκ τοιοῦδε ὀνείδεος· μετὰ τῆς βασιληΐης τὴν κατάπαυσιν ὁ Δημάρητος ἦρχε [c] αἱρεθεὶς ἀρχήν· ἦσαν μὲν δὴ γυμνοπαιδίαι· θεωμένου δὲ τοῦ Δημαρήτου, ὁ Λευτυχίδης, γεγονὼς ἤδη αὐτὸς βασιλεὺς ἀντ' ἐκείνου, πέμψας τὸν θεράποντα ἐπὶ γέλωτί τε [d] καὶ λάσθῃ, εἰρώτα τὸν Δημάρητον ὁκοῖόν τι εἴη τὸ [e] ἄρχειν μετὰ τὸ βασιλεύειν· ὁ δὲ, ἀλγήσας τῷ [f] ἐπειρωτήματι, εἶπε φὰς, „ αὐτὸς μὲν ἀμφοτέρων ἤδη πεπειρῆσθαι, κεῖνον δὲ, οὐ τὴν μέντοι ἐπειρώτησιν ταύτην ἄρξειν Λακεδαιμονίοισι ἢ μυρίης κακότητος, ἢ μυρίης εὐδαιμονίης". Ταῦτα δὲ εἴπας, καὶ καταλυψάμενος, ἤιε ἐκ τοῦ θέτρου ἐς τὰ ἑωϋτοῦ οἰκία· αὐτίκα δὲ παρασκευασάμενος ἔθυε τῷ Διὶ [g] βοῶν· θύσας δὲ, τὴν μητέρα ἐκάλεσε. Ἀπικομένην δὲ τῇ μητρὶ ἐσθεὶς ἐς τὰς χεῖράς οἱ τῶν σπλάγχνων, κατικέτευε, λέγων τοιάδε, „ Ὦ μῆτερ, θεῶν σε τῶν τε ἄλλων καταπτόμενος ἱκετεύω, καὶ τοῦ Ἑρκείου Διὸς τοῦδε, Φράσαι μοι τὴν [h] ἀληθηίην, τίς μευ ἐστὶ πατὴρ ὀρθῷ λόγῳ. „ Λευτυχίδης μὲν γὰρ ἔφη σε τοῖσι νείκεσι λέγων, „ κυήσαι σε ἐκ τοῦ πρότερα ἀνδρὸς, ἤ τω ἐλθεῖν παρὰ „ Ἀρίστωνα· οἱ δὲ καὶ τὸν ματαιότερον λόγον λέγοντες, Φασί σε [i] ἐλθεῖν παρὰ τῶν οἰκετέων τὸν ὀνοφορβὸν, καὶ ἐμὲ εἶναι ἐκείνου παῖδα· [k] ἐγὼ δέ σε ὧν „ μετ-

volebat dici. Ita Pythia ſciſcitantibus iis qui ad oraculum erant miſſi negavit Ariſtonis filium eſſe Demaratum: quæ tamen res ſequenti tempore palam factæ ſunt, et Cobon e Delphis profugit, et Perialla honore ſpoliata est. Hactenus quæ ad deiicien- 67
dum regno Demaratum acta ſunt. Is ve-
ro e Sparta ad Medos profugit, ob hanc contumeliam: post eiectionem ex regno gerebat electus magiſtratum, quum eſſet ſpectaculum luctæ nudorum puerorum, et adeſſet Demaratus, miſit ad eum Leutychides, in locum Demarati iam rex factus, deridendi inſultandique cauſſa, miniſtrum, qui interrogaret qualis eſſet hæc præfectura post regnum. Eam interrogationem ægre ferens Demaratus, reſpondit ſe utrumque expertum eſſe, illum vero non; eam tamen interrogationem Lacedæmoniis futuram initium plurimæ aut calamitatis aut felicitatis. Hæc loquutus, velato capite e theatro domum abiit, confeſtimque præparatum Iovi bovem immolavit: quo immolato matrem arceſſivit. Quæ quum 68
advenisſet, poſitis in eius manus extis, mulierem obſecravit his verbis, Per ego te, mater, cum alios deos, tum Iovem hunc Herceum tangens, precor, promas mihi veritatem: quisnam revera meus est pater? Nam Leutychides quidem in contentionibus obiecit, te e priore viro gravidam, ita ad Ariſtonem veniſſe. Alii etiam dementius referentes, aiunt te ad aſinarium ex tuis ſervis ventitaſſe, illiusque me filium eſſe: ego igitur

353

[a] *M. Arch. V. Paſſ. Ask. Steph.* ora: olim ἐβουλεύετο. Statim τοῦτο ἡ Π. *Arch.* [b] Ἀνάπυσα *Ald.* Vide *Stephani* Voc. Herod. Recenſionem [c] Αἱρεθεὶς εἰς ἀρχὴν *Euſtath.* in *Hom.* p. 522, 13., et ἦσαν δὲ γυμπ. *Arch. V.* [d] Deficiunt haec duo in Fragm. *Paris.*, porro εἰρώτα *Arch. V. Paſſ. Ask.*, ante ἠρ. [e] Citat *Euſtath.* ad *Hom.* p. 235, 14. [f] Ἐπειρωτήματι *Vind. Arch.*, recte. Prius ſcribebatur ἐπερωτ. [g] Βοῦν *Paſſ. Ask. Vind.*, contra lonum morem. [h] Ἀληθείην *Arch. V.* [i] *Steph.* margo cum *Ask. Paſſ. Vind. Arch.* optime. vulgo ἐσελθεῖν. [k] Ἐγὼ ὧν σε *Vind. Arch. Paſſ.*, tum μετέρχομαι τῶν θεῶν iidem et *Med. Ask. Paris. A. B.*, antea μετερχ. πρὸς θεῶν. Porro τὸ ἀληθὲς *Arch. V.*

22. Αἱρεθεὶς ἀρχὴν] *Euſtathii* additamento carent ſchedae, neque delectatur *Herodotus*. Spartanorum Γυμνοπαιδίας praeterire licet, uberrime explanatas eruditorum curis. Unum conſule *Dav. Rubnkenium* ad *Timaei* Lexic. p. 54.

23. Θεωμένου δὲ τοῦ Δημαρήτου] Dederat forſan, ἡγεομένου· id est, quum eſſet τῶν χορῶν ἡγεμών, ſive χοροποιός· fuiſſe ἄρχοντα monſtrant vicina, ἦρχε αἱρεθεὶς ἀρχήν, et, ὁκοῖόν τι εἴη τὸ ἄρχειν. Huius Laconici feſti *moderatorem* χοροποιὸν vocat *Plutarch.* T. II. p. 208. C. vid. clar. *T. H.* in *Ariſtoph.* Plut. p. 331, 332. de eodem feſto loquens *Soſibius* ap. *Athen.* XV. p. 678. B. τοὺς προσάτας memorat τῶν ἀγομένων χορῶν ἐν τῇ ἑορτῇ ταύτῃ. Non puerorum tantum, ſed et virorum chorum in hoc fuiſſe feſto liquet ex *Xenoph.* Ἑλλ. VI. p. 349, 14. vid. *Meurſii* Orcheſtra in Γυμνοπαιδία, et Clar. *D. Rübnken.* ad *Timaei* Lex. p. 54. VALCKEN.

25. Ἐπὶ γέλωτί τε καὶ λάσθῃ] Ultima prave deficiunt Fragm. *Pariſino.* Philaenidis nomine *AEſchrion* Samius apud *Athen.* L. VIII, 3. p. 335. D. Μή μ' ὦ μάταιε ναῦτα —— χλεύην τε ποιεῦ καὶ γέλωτα καὶ ΛΑΣΘΗΝ, pro quo Anthol. L. III, 10. p. 323. καὶ γέλωτα καὶ λέσχην, non quidem inſuaviter, tamen ex ſcholio. Magnus Animadverſor λάσθην hinc et ex *Suida* declaravit, pariterque *Ezech. Spanhemius* Diſſ. de Num. Us. XIII. p. 522. Verum porro est τῷ ἐπειρωτήματι ex gentis adſuetudine, qua ἐπειρώτησιν dant ſequentia.

26. Ὁκοῖόν τι εἴη τὸ ἄρχειν μετὰ τὸ βασ.] *Euſtathius* in Il. B. p. 178, 13. differentiam esſe inter ἄρχειν et βασιλεύειν δηλοῖ, inquit, Λευτυχίδης, ὃς Δημάρατον ἐκπεσόντα τῆς βασιλείας, εἶτα εἰς ἀρχὴν (cur non εἶτα ἄρχειν;) αἱρεθέντα, ἠρώτα, φασὶ, γελῶν, ὁποῖόν τι εἴη τὸ ἄρχειν μετὰ τὸ βασιλεύειν· apte Leutychidis illud comparavit clar. *Weſſ.* ad *Herod.* I, c. 129., ubi Harpagus Aſtyagen εἴρετο, —— ὅτι εἴη ἡ —— δουλοσύνη ἀντὶ τῆς βασιληΐης· reputantem facit Iugurtham *Salluſt.* B. I. c. 66., *quam gravis caſus in ſervitium ex regno foret:* ubi vid. *Ios. Waſſe.* Ut ista Harpagus, haec Leutychides rogabat ἐπὶ γέλωτί τε καὶ λάσθῃ· *Gloſſar. Herod.* Λάσθη, αἰσχύνη· ubi iunxit γέλωτα καὶ λάσθην *AEſchrion* Samius *Athen.* VIII. p. 335. C. Herodotea dedit et alia *Caſaub.* p. 583. VALCKEN.

34. Ἐσθεὶς ἐς τὰς χεῖράς οἱ τῶν σπλάγχνων] Notiſſimus in adiurationibus ſupplicationibusque aras tangendi et victimarum proſicia mos docte explicatur ad *Appianum* Iber. p. 431. ab *Henr. Stephano*, niſi ſi tamen *Tollius* omnia ista deſcripserit ex *Des. Heraldi* Digreſſ. XVI. libri primi ad *Tertull.* Apologet. Sunt enim ita gemina germana, ut nihil mage. Atque hoc opinor. *Stephano* accepta ea docti ferunt Interpretes *Thucyd.* V, 47. Mox θεῶν σε τῶν τε ἄλλων καταπτόμενος *alios deos Iovemque anteſtatus* confirmatur L. VIII, 65. et *Euſtath.* interpretamento ad *Hom.* pag. 155, 28.

42. Φασί σε ἐσελθεῖν παρὰ] Duas literas male repetitas, et genuinum arbitror quod margo praebet *Steph.* Φασί σε ἐλθεῖν παρὰ τῶν οἰκετέων τὸν ὀνοφορβόν· quomodo legitur in proximis, et ſaepius alibi, forſan olim etiam poſitum II, c. 112., eodem ſenſu, quo dixit *AEſchylus* ἄσσον ἰέναι, in Ὅπλων κρίσει, non intellectum *Stanleio*, Ἀλλ' Ἀντικλείας ἄσσον ἦλθε Σίσυφος· ap. *Schol. Soph.* Ai. V. 191., *Anticliam propius acceſſit*, vel *tetigit Siſyphus*; ex isthoc contactu natum ferebat Ulyſſen Aiax. Quae *vectorem nondum tulerat* triremis virgo illinc venuſte dicitur *Ariſtoph.* Eq. V. 1303., ἥτις ἀνδρῶν ἄσσον οὐκ ἐληλύθει. VALCKEN.

43. Ἐγὼ δέ σε ὧν μετέρχομαι τῶν θεῶν] Non diſplicet ſcriptura Codd. ἐγὼ ὧν σε, priori tamen detraho nihil. At πρὸς imperio tot ſchedarum exſulare debet, intelligendum tacite. Convenit *Euripid.* Hec. V. 740. Ἱκετεύω σε τῶνδε γονάτων καὶ σοῦ γενείου δεξιᾶς. Multa *Erasmus Vindingius* ad eiusdem Fabulae V. 147. Mox εἴπερ ſignificantius.

43. Ἐγὼ δέ σε ὧν μετέρχομαι] Idem ſignificat *Sophocleum*, σὲ πρὸς θεῶν ἱκνοῦμαι, *te per Deos obſecro*, in Ai. V. 589. ex ſimilibusque liquet, quomodo venerit in istam ſignificandi vim μετέρχεσθαι· σὲ —— Ἱκέτης ἱκνοῦ-

igitur te obſecro per Deos, ut verum dicas. Si quid enim eorum quæ dicuntur feciſti, non ſola feciſti, ſed cum multis: et multus in urbe Sparta ſermo est, negantium Ariſtoni fuiſse ſemen procreando aptum: nam ſi fuiſset, priores uxores ei fuiſse parituras. Hæc Demaratus. Cui mater ita reſpondens, Fili, inquit, quoniam precibus mecum agis, ut dicam veritatem, omne tibi verum exponetur. Ut me domum Ariſton duxit, tertia quam me duxerat nocte, imago tanquam Ariſtonis ad me venit, quæ posteaquam mecum concubuit, coronis quas geſtabat, me circumdedit, atque abiit. Dehinc Ariſton advenit, qui cernens me coronas habentem, ſciſcitabatur quisnam me illis donasset. Ego ipsum dedisse reſpondi: eoque id abnuente, iuravi, asſeverans non bene illum facere qui negaret, quippe qui paulo ante ingreſſus, ubi mecum coiisset, coronis me donasset. Ariſton, cernens me iurantem, intellexit eam rem divinam fuisse: compertumque est partim illas coronas fuisse ſumptas ex heroico conditorio, quod est iuxta ianuam aulæ extructum, quod vocant Aſtrabaci: partim vates esse hunc eundem heroëm reſponderunt. Habes igitur, fili, ita omne, quod volebas audire: aut enim ex hoc heroë genitus es, paterque tibi est Aſtrabacus heros, aut Ariſton: nam ea te nocte concepi. Verum quod tibi præcipue exprobrant inimici, quod Ariſton, quum ei te natum esse nunciatum est, multis audientibus negavit te ſuum esse, quia tem-

μετέρχομαι τῶν θεῶν, εἰπεῖν τἀληθέ· οὔτε γὰρ, εἴπερ πεποίηκας τι τῶν λεγομένων, μούνη δὴ πεποίηκας, μετὰ πολλέων δέ· ὁ, τε λόγος πολλὸς [b] ἐν Σπάρτῃ, ὡς Ἀρίστωνι ἀπέρμα παιδοποιοὶ οὐκ ἐόντ· τεκεῖν γὰρ ἂν οἱ καὶ τὰς προτέρας γυναῖκας· ὁ μὲν δὴ τοιαῦτα ἔλεγε. Ἡ δὲ ἀμείβετο τοῖσδε, Ὦ παῖ, ἐπεί τέ με λιτῇσι μετέρχεαι εἰπεῖν τὴν ἀληθείην, πᾶν εἰς σὲ κατειρήσεται [c] τἀληθές· ὡς με ἠγάγετο Ἀρίστων ἐς ἑωυτοῦ, νυκτὶ τρίτῃ ἀπὸ τῆς πρώτης ἦλθέ μοι Φάσμα εἰδόμενον Ἀρίστωνι συνευηθὲν δὲ, τοὺς στέφανους οὓς εἶχε, ἐμοὶ περιετίθει· καὶ τὸ μὲν οἰχώκεε, ἦκε δὲ μετὰ ταῦτα Ἀρίστων· ὡς δέ με εἶδε ἔχουσαι στέφανους, [d] εἰρώτα τίς εἴη, ὅ μοι δούς· ἐγὼ δὲ ἐφάμην ἐκεῖνον· ὁ δὲ οὐκ ὑπεδέκετο· ἐγὼ δὲ κατωμύμην, Φαμένη αὐτὸν οὐ καλῶς ποιέειν [e] ἀπαρνεύμενον· ὀλίγον γάρ τι πρότερον ἐλθόντα καὶ συνευηθέντα, δοῦναί μοι τοὺς στέφανους· ὁρέων δέ με κατομνυμένην ὁ Ἀρίστων, ἔμαθε ὡς θεῖον εἴη τὸ πρῆγμα· καὶ τοῦτο μὲν, οἱ στέφανοι ἐφάνησαν ἐόντες ἐκ τοῦ ἡρῴου τοῦ παρὰ τῇσι θύρῃσι τῇσι [f] αὐλείῃσι ἱδρυμένου, τὸ καλέουσι [g] Ἀστραβάκου· τοῦτο δὲ, οἱ μάλιστες τὸν αὐτὸν τοῦτον ἥρωα [h] ἀναίρεον εἶναι· οὕτω δὴ ὦ παῖ [i] ἔχεις πᾶν ὅσον τι καὶ βούλεαι πυθέσθαι· ἢ γὰρ ἐκ τοῦ ἥρωος τούτου γέγονας, [k] καί τοι πατὴρ ἐστὶ Ἀστράβακος ὁ ἥρως, ἢ Ἀρίστων· ἐν γάρ σε τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἀναιρέομαι· τῇ δὲ σευ μάλιστα κατάπτονται οἱ ἐχθροὶ, λέγοντες ὡς [l] αὐτὸς ὁ Ἀρίστων, ὅτε [m] αὐτῷ σὺ ἠγγέλθης γεγενημένος, πολλῶν ἀκουόντων οὐ φήσειέ σε ἑωυτοῦ εἶναι· τὸν χρό-

νον

[a] Εἴπερ περ. satis bene iidem ambo, prius εἰ tantum. [b] Absunt ista duo *Arch. V.* [c] Τὸ ἀληθὲς *Arch.*, et mox ὡς ἠγάγ. tantum. [d] Εἰρώτα *Arch. V. Pasf. Ask.*, ἠρώτα olim. [e] Ἀπαρνευόμενον *Arch.*, voluit ἀπαρνεύμενον, quod probum: antea ἀπαρνεόμενον· tum ὀλίγῳ *Paris. A. B. Pasf. Med.* [f] Αὐλῇσιν *Arch.* errans. [g] *Arch. V. Valla*, in aliis Ἀσροβάκου et denuo. [h] Ἀναιρέατο *Arch.* [i] *Arch. V. Ask. Pasf. Vall.* ora *Steph.*, prius erat ἔχει. Porro ὅσον καὶ ἐβούλεο *Arch. V.* [k] *Arch. V. Paris. A. B. Brit. Ald.*, optime; καί σοι *Med. Ask.* [l] Deest *Vind. Arch.* [m] *Med. Ask. Pasf.*, in ceteris αὐτῷ ἠγγέλθης· praeterea ἐγγέλθη scribitur in *Medic.*

ἰκνοῦμαι, in *Soph.* Phil. v. 471., idem est ac σὲ λιτῇσι μετέρχομαι. —— In hoc autem familiari Demarati cum matre colloquio suavisſima *Herodoti* elucet ἀφέλεια· quale illud est proximum, οὔτε γὰρ, εἰ πεποίηκάς τι, —— μούνη πεποίηκας, μετὰ πολλέων δέ. *Cicero* Tuſc. III, c. 33., *conſolatio* —— *uſitata est, et ſaepe prodest: Non tibi hoc ſoli:* quae de tragoedia petita ſunt: hoc argumento Merope ſe ſolabatur *Euripidis* ap. *Plutarch.* T. II. p. 110. D. —— Paulo post elegans obtinet in istis contracta locutio, τεκεῖν γὰρ ἂν οἱ καὶ τὰς προτέρας γυναῖκας· plene fuisſent dicendum, εἰ γὰρ ἐνῆν (nempe σπέρμα παιδοποιὸν) τεκεῖν ἂν οἱ καὶ τὰς. — Sic in familiari praeſertim ſermone loquebantur: *Ariſtophan.* exemplo ſit: Π. v. 427., οὐ γὰρ ἂν τοσουτονὶ Ἐνέκραγες ἡμῖν· *non enim alioquin tantum clamoris edidiſſes:* nec hic vim vocularum istarum expreſsit *Bergler.* neque in Eq. v. 1335. Veſp. v. 1135. Lys. v. 25. VALCKEN.

58. Οὐκ ὑπεδέκετο] Corrigit docti viri coniectura οὐκ ἀπεδέκετο, quod haud ſcio an vulgato praeferri debeat. Supra Democedes L. III, 130. ὁ δὲ οὐκ ὑπεδέκετο, cum negaret ſe nosſe. *Portus* utrumque iure conparavit. Quod deinceps in MSS. ὀλίγῳ τι πρότερον, id editum exſtat L. VIII, 95., ubi *Arch.* et alii ὀλίγον τι πρότερον. Sed in talibus crebra mutatio.

64. Τὸ καλέουσι Ἀσραβάκου] Diligentiae debemus *Pauſaniae* L. III, 16. p. 248. Ἀσραβάκου καλούμενον ἡρῷον. *Clementi Alex.* Protrept. p. 35. itidem Ἀσράβακος. Belle ergo *Valla* et ſcripti, ex quibus ἀναιρέατο *Arch.* tale est, ut ab Ionum more non abeat, et plauſum, modo et alii addicerent, posſet auferre. Veriſsime οὕτω —— ἔχεις πᾶν, neque abſurdum omnino καὶ ἐβούλεο πυθέσθαι.

64. Τὸ καλέουσι Ἀσραβάκου] Matrem certe Demarati non fecit ista dicentem *Herodotus*; niſi fingamus ignorasſe Demaratum, cuius esſet heroum paternae domus veſtibulo vicinum: aliorum quidem ſermonibus ista talia nonnunquam interiecerunt hiſtorici; ſed hic lectori notum erat ex ſequentibus herois nomen, quod bis *Pauſaniae* ſcribitur et *Clementi* Ἀσράβακος. Dicitur autem Aſtrabaci heroum *Herodoto* παρὰ τῇσι θύρῃσι τῇσι αὐλείῃσι (Ariſtonis) ἱδρυμένον. Eodem etiam numero αὐλείους θύρας, ſed ſaepius alii τὴν αὔλειον memorant: multa dederunt *Vales. Weſſeling. D'Orvill. Pierſon. Ianua* ſic *veſtibuli* dicebatur, quod quale fuerit optime tradidit *A. Gellius* N. A. XVI, c. 5. hinc *Macrob.* Saturn. VI, c. 8. *Perizon.* ad AEliani V. H. III, c. 4. Quam vulgo vocant αὔλειον, *AEſchylus* cur dixerit ἐρκείους πύλας in Choeph. v. 559, 569, 651., facile intelliget, qui veſtibulum, ſive τὴν αὐλὴν, locum ante fores aedium vacuum, a via *ſepto* fuisſe noverit ſeparatum. *Euſtath.* in Il. I. p. 669, 44. κατὰ τοὺς ἀκριβεςέρους ἡ τάξις οὕτως· ἕρκος, περὶ ὃ πύλαι· μετὰ δὲ τὸ ἕρκιον, αὐλή· μεθ' ἣν αἴθουσα· εἶτα πρόδομος. VALCKEN.

66. Οὕτω δὴ, ὦ παῖ, ἔχει πᾶν] Praebebunt forſan ἔχεις Codices etiam alii, prout *Valla* legit; *Eurip.* Phoen. v. 960., Τὰ μὲν παρ' ἡμῶν πάντ' ἔχεις. —— Ubi postea dicitur errorem Ariſton agnoviſse quo dictum illud imprudenter effutiisset, ista leguntur: ἔγνω δὲ καὶ ὁ αὐτὸς Ἀρίσων οὐ μετὰ πολλὸν χρόνον ὡς ἀνοίῃ τὸ ἔπος ἐκβάλλοι τοῦτο. In his cum viro Docto ſcriberem ἐκβάλοι· praeterea vulgatae voci praeferrem ἀγνοίῃ· tandem dubito, legendumne ſit αὐτὸς ὁ Ἀρίσων, an hic rectius ſit ὁ αὐτὸς Ἀ. ut ſit, *idem Ariſton*, velut ἕτερος ἤδη καὶ οὐχ ὁ αὐτὸς ἔτι ὢν τῇ προτέρᾳ γνώμῃ. *AEſchylus* in eundem ſenſum dixit ἐκβαλεῖν ἔπη in Agam. v. 1672. Quid uſu diſtent ἄνοια et ἄγνοια ex iis satis liquet, quibus libello de ſacrificiis finem imponit *Lucianus*: ταῦτα —— δεῖσθαί μοι δοκεῖ —— Ἡρακλείτου τινὸς ἢ Δημοκρίτου, τοῦ μὲν γελασομένου τὴν ἄνοιαν αὐτῶν, τοῦ δὲ τὴν ἄγνοιαν ὀδυρομένου. Ariſtoni dictum imprudenter exciderat ἀγνοίῃ vel ἀϊδρηΐῃ, ignoranti, quod vel ex *Homero* diſcere potuisſet, Euryſthea Sthenelo natum canente ἡλικόμηνον ἐόντα, cum matri ὁ ἕβδομος εἰςήκει μείς. Postea Agidi, cuius uxore Timaea paulo familiarius Alcibiades fuerat uſus, ſimile quid filio nato dicenti, ἄνοια potius imputari potuit. VALCKEN.

„ νον γὰρ τοὺς δέκα μῆνας οὐδέκω [a] ἐξήκειν· ἀϊδρηίῃ
„ τῶν τοιούτων κεῖνος τοῦτο ἀπέρριψε τὸ ἔπος· τίκτου-
„ σι γὰρ γυναῖκες καὶ ὀγδάμηνα [b] καὶ ἑπτάμηνα,
„ καὶ οὐ πᾶσαι δέκα μῆνας ἐκτελέσασαι· ἐγὼ δέ σε ὦ
„ παῖ ἑπτάμηνον ἔτεκον· [c] ἔγνω δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀρί-
„ στων οὐ μετὰ πολλὸν χρόνον [d] ὡς ἀνοίῃ τὸ ἔπος
„ ἐκβάλοι τοῦτο· λόγους δὲ ἄλλους περὶ γενέσιος τῆς
354 „ [e] σεωϋτοῦ μὴ δέκεο· τὰ γὰρ ἀληθέστατα [f] πάντα
„ ἀκήκοας· ἐκ δὲ ὀνοφορβῶν αὐτῷ τε Λευτυχίδῃ καὶ
„ τοῖσι ταῦτα λέγουσι τίκτοιεν [g] αἱ γυναῖκες παῖδας".
ἡ μὲν δὴ ταῦτα ἔλεγε. Ὁ δὲ, πυθόμενός τε τὰ
ἐβούλετο, καὶ ἐπόδια λαβὼν, ἐπορεύετο ἐς Ἦλιν· τῷ
λόγῳ [h] φὰς ὡς ἐς Δελφοὺς χρησόμενος τῷ χρηστηρίῳ
[i] πορεύεται. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ὑποτοπηθέντες Δη-
μάρητον δρησμῷ ἐπιχειρέειν, ἐδίωκον· καί κως ἔφθη ἐς
Ζάκυνθον διαβὰς ὁ Δημάρητος ἐκ τῆς Ἤλιδος· [k] ἐπι-
διαβάντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι, αὐτοῦ τε [l] ἅπτοντο,
καὶ τοὺς θεράποντας [m] αὐτὸν ἀπαιρέονται· μετὰ δὲ,
[n] οὐ γὰρ ἐξεδίδοσαν αὐτὸν οἱ Ζακύνθιοι, ἐνθεῦτεν διαβαίνει ἐς τὴν Ἀσίην παρὰ βασιλῆα Δαρεῖον· ὁ δὲ ὑπε-
δέξατό [o] τε αὐτὸν μεγαλωσὶ, καὶ γῆν τε καὶ [p] πό-
λις ἔδωκε· οὕτω ἀπίκετο ἐς τὴν Ἀσίην Δημάρητος,
καὶ τοιαύτῃ χρησάμενος τύχῃ· ἄλλά τε Λακεδαιμο-
νίοισι συχνὰ ἔργοισί τε καὶ [q] γνώμῃσι ἀπολαμπρυν-
θεὶς, ἐν δὲ δὴ καὶ [r] Ὀλυμπιάδα σφι ἀνελόμενος τε-
θρίππῳ [s] προσέβαλε, μοῦνος τοῦτο πάντων δὴ τῶν
γενομένων βασιλήων ἐν Σπάρτῃ ποιήσας. Λευτυχί-
δης δὲ ὁ Μενάρεος, Δημαρήτου καταπαυσθέντος, δε-
δέξατο τὴν βασιληίην· καί οἱ γίνεται παῖς Ζευξίδη-
μος, τὸν δὴ [t] Σπαρτιητέων μετεξέτεροι Κυίσκον ἐκά-
λεον· οὗτος ὁ Ζευξίδημος οὐκ ἐβασίλευσε Σπάρτης·
πρὸ Λευτυχίδεω γὰρ τελευτᾷ, [u] λιπὼν παῖδα Ἀρ-
χίδημον.

tempus, decem menſes, non exiſtet, per inſcitiam talium rerum illi hoc verbum excidit: nam mulieres novem etiam menſium ac ſeptem menſium partum edunt, non omnes decimum menſem explentes: ego autem, fili, ſeptimeſtrem te genui. Ipſe quoque Ariſton non diu post agnovit, ſe per dementiam id verbum eiecisſe. Alias narrationes de tua origine noli admittere: omnia enim veriſima audiſti. Nam quod ad aſinarios attinet, ipſi Leutychidæ et iis qui talia loquuntur, ſuæ uxores de aſinariis pariant filios! Hæc illa dixit. Demaratus auditis quæ volebat, ſumpto viatico per ſpeciem eundi Delphos ad oraculum conſulendum, Elin contendit. Eum ſuſpicati Lacedæmonii fugam capeſſere, inſequuti ſunt: ſed Demaratus ante iam ex Elide Zacynthum traiecerat, quem illuc transgreſſi Lacedæmonii prehenderunt, eiusque famulos auferunt; ſed Zacynthiis eum dedere abnuentibus, Demaratus illinc in Aſiam ad regem Darium traiecit: a quo magnifice exceptus est, terraque ac urbibus donatus. Ita in Aſiam Demaratus abiit, ac tali fortuna uſus vir cum aliis in multis factis dictisque apud Lacedæmonios illuſtris, tum quod illis Olympiacam palmam quadriiugo certamine adiecit, quod ille ſolus omnium Spartæ regum confecit. Leutychidæ autem Menaris filio, qui in regnum amoti Demarati ſucceſſerat, natus est filius Zeuxidamus, quem nonnulli Spartiatarum Cyniſcon, catulum, vocabant. Is Spartæ non regnavit, ante Leutychiden defunctus, relicto filio Archidamo.

[a] Ἐξήειν *Ask.*, οὔκω ἐξελ. *Arcb.* [b] Duo ista negligit *Brit.* [c] Ἔγνω δὲ αὐτὸς Ἀρ. *Arcb. Vind.*, ἐγ. δὲ καὶ αὐτ. ὁ Ἀρ. *Pasſ. Ask.*, olim ὁ αὐτὸς Ἀρ. [d] Ὡς οὐ καλῶς ἂν τὸ ἔπος ἐκβάλοι *Arcb.*, ὡς ἀνοίῃν τοῦτο τό ἐπ. ἐκβάλοι *Ask.*, poſtremum etiam *Pasſ.* et *Vind.*, antea ἐκβάλλοι. [e] Ἐωϋτοῦ *Arcb. Vind.* [f] Abest a *M. Pasſ. Ask.* [g] Deſit αἱ *Arcb. V.* [h] Φήσας *Arcb. Vind.* [i] Πορεύεσθαι *Arcb.* [k] Ἐπιβάντες *M. Ask. Pasſ.* [l] Iidem: reliqui ἅπτονται. [m] *Arcb. Vind.*, alii cum *Aldo* αὐτοῦ. [n] *M. Arcb. Ask. Pasſ.*, antea οὐδὲ γὰρ. [o] Deest *Arcb. V.*, qui ambo μεγάλως tantum. [p] *Arcb.*, πόλιας alii. [q] Πράξησι *Brit.* [r] *Vind. Pasſ. Ask. Arcb.* ora *Steph.*, olim Ὀλύμπια. [s] Προσέλαβε *Pasſ.* de correctione et *Arcb Vind.* [t] Κυνίσκον μετ. Σπαρτιητέων *Pasſ. Ask. Arcb.*, qui posterior Κυνισίσκον. [u] Καταλιπὼν *Arcb. V.* et *Pasſ.* ex emendatione.

74. Οὐδέκω ἐξήκειν] Adpoſitum erat L. II, 139. ὡς ὧν ὁ χρόνος οὗτος ἐξῄει, heic ex *Ask.* minime. Scriptor ipsemet L. II, 111. ὡς ἐξήκει τέ οἱ ὁ χρόνος. *Sophocles* Phil. v. 200. πρὶν ὅδ' ἐξήκοι χρόνος. Inprudens profecto Ariſton, aut oblitus natalium Euryſthei apud Poëtam, negavit Demaratum ſeptimeſtrem ſuum esſe filium, quae et *Pauſaniae* obſervatio L. III, 7.

78. Ἔγνω δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀρίσων] Non repudiavi a MSS. oblatum. Statim ὡς ἀνοίῃ τὸ ἔπος ſanum non praeſto. *Arcb.* οὐ καλῶς videri repetitum potest ob αὐτὸν οὐ καλῶς ποιέειν, ſuperius depoſitum, alioqui edito multo ſuavius; habet certe ὡς ἀνοίῃ acerbisſimam criminationem, quam *Valckenarii* Noſtri ὡς ἀγνοίῃ —— eleganter minuit. Ἐκβάλοι, cui doctisſimi viri primas dederunt, dubio nunc exemtum. Congruit Pindaricum *Pyth.* Od. II, 148. ἀδύνατον δ' ἔπος ΕΚΒΑΛΕΙΝ κραταιὸν ——.

89, Ἐπιδιαβάντες δὲ] Iuſtum est. Cel. enim *Gronovio* memoria fraudem ſtruxit: Sic L. IV, 122. οἱ Πέρσαι ΕΠΙΔΙΑΒΑΝΤΕΣ ἐδίωκον. Ferre ἅπτοντο, ſi conatus intelligatur, posſum: manus enim tantum profugo iniiciebant, minime, interpellantibus Zacynthiis, abducturi. Blanditur autem θεράποντας αὐτὸν ἀπαιρέονται, ex *Homeri* ſtudio propagatum: Μήτε σὺ ΤΟΝΔ', ἀγαθός περ ἐὼν, ΑΠΟΑΙΡΕΟ κούρην Il. A, 275. Librariis ex inſolentia diſplicuit.

98. Ἐν δὲ δὴ καὶ Ὀλυμπιάδα] Neminem Ὀλύμπια morabuntur; Miltiades Ὀλύμπια ἀνῃρηκὼς —— τεθρίππῳ deſcriptus fuit C. 36. Νικᾶν Ὀλύμπια in marmoribus priſcorumque ſcriptis frequentatur. At optimae hic notae Codd. Ὀλυμπιάδα ἀνελόμενος et IX, 32. νικᾶν Ὀλυμπιάδα *Aldus* aliique, tum VI, 125. Ὀλυμπιάδα ἀναιρέεται. Quae quidem mendoſa et ſyllaba iuſto auctiora profiteri vereor, praeſertim quia C. 103. equae τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἀνελόμεναι. Hercules praeterea, Olympici certaminis auctor, Ὀλυμπιάδα δ' ἔσασεν Ἡρακλέης *Pindaro* Olymp. II, 5., cuius μία δ' ἐκπρεπὴς Διὸς Ὀλυμπιάς, videlicet νίκη Python. VII, 14. rem in vado locaret, niſi gignendi caſu Ὀλυμπίας editum ſpectaretur. *Herodoti* animo νίκη Ὀλυμπιὰς obverſata videtur.

98. Ὀλύμπιά σφι ἀνελόμενος] Dum Valla ſcribebat *Olympiadem palmam* reportaſſe, legiſſe videtur, quod margo praebet *Steph.* Ὀλυμπιάδα· alterum quidem ſaepius apud alios, et ſupra legitur VI, c. 36. Sed Herodoteum est, Ὀλυμπιάδα ἀναιρέεσθαι vel ἀνελέσθαι, ſive νικᾶν, nempe νίκην, VI, c. 125. IX, c. 32. L. VI, c. 103. Cimoni Ὀλυμπιάδα ἀνελέσθαι τεθρίππῳ συνέβη· atque iisdem equabus ſecundam tertiamque dicitur ἀνελόμενος Ὀλυμπιάδα· prope Cimonem autem ſepultae narrantur equae, αἱ τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἀνελόμεναι· illinc *AEliano* de N. A. XII, c. 40. reſtituit *Iac. Perizon.* τὰς ἵππους τὰς τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἀνελομένας· pro τὰς τρεῖς Ὀλύμπια· ubi ſcribi quoque potuit τὰς τρὶς Ὀλύμπια ἀνελομένας· ipse etiam *Herod.* habet Πύθια ἀνελόμενος, VI, c. 122. Pythicis ludis victores eximie dicebantur τὴν δάφνην ἀνελέσθαι· Olympicis, ἀνελέσθαι τὸν κότινον· prout loquitur aliquoties *Pauſanias*; apud quem VI, p. 470. F. pro Ὀλυμπιάδι ſcribendum est Ὀλυμπιάσι· dicebatur enim νικᾶν Ὀλυμπιάσι (vel ἐν Ὀλυμπίᾳ) vel Ὀλύμπια· attigerunt viri ſummi *T. H.* ad *Lucian.* p. 107. et *R. Bentlei.* in *Ariſtoph.* Plut v. 583. —— Quando ſolus ad id usque tempus Spartanorum Regum Demaratus quadrigis Olympiacam dicitur reportaſſe victoriam, priores fortaſſe de hoc certaminis genere idem ſenſerunt, quod postea Ageſilaus: vid. *Plutarch.* T. I. p. 606. E. II, p. 212. B.

VALCKEN.

9. Λαμ-

Leutychidæ infelix vita et mors in exilio. Hic tamen comitatur Cleomenem in AEginam. AEginetæ principes male tractantur ab Cleomene, qui suorum iram veritus fugit,

chidamo. Leutychides orbatus filio, alteram duxit uxorem Eurydamen, Menii sororem, Diactoridis filiam, ex qua nullam prolem virilem suscepit, sed filiam nomine Lampito: quam Archidamus Zeuxidami filius in matrimonium accepit, ab ipso Leu-
72tychide datam. At ne Leutychides quidem ipse Spartæ consenuit, sed has quasdam pœnas Demarato rependit: In expeditione Thessalica dux Lacedæmoniorum quum omnia subiugandi potestatem haberet, multum pecuniæ per corruptelam dono accepit, ipsaque in re deprehensus ibi in castris, quum sederet utraque manu pecuniam tenens, in iudicium delatus e Sparta profugit, domusque eius excisa fuit: et Tegeæ, in quam profugerat, mortem obiit. Sed
73hæc insequenti tempore acta sunt. Tunc autem Cleomenes, quum sibi res in Demaratum bene cessisset, assumpto protinus Leutychide, contendit adversus AEginetas, maiorem in modum illis propter ignominiam infensus. Ita et AEginetæ utriusque regis contra se adventu non repugnandum iam sibi esse putaverunt, et isti quum elegissent viros decem, divitiis ac genere AEginetarum eminentissimos duxerunt, cum alios, tum Crium Polycriti, et Casambum Aristocratis filium, qui plurimum habebant potentiæ. Eos in Atticam adductos, penes inimicissimos AEginetis Athenienses depo-
74suerunt. Post hæc Cleomenes, iam manifestus maleficii in Demaratum perpetrati, quum eum subiisset metus Spartiatarum, in Thessaliam subterfugit: atque illinc in Arcadiam profectus, res novas moliebatur, solicitans Arcadas adversus Spartam, adigensque eos, tum alio iurisiurandi genere ad se sequendum quocunque ipsos educeret; tum etiam in animo habebat primores illorum ad urbem Nonacrin ductos adigere ad ius-

χίδημον. Λευτυχίδης δὲ στερηθεὶς Ζευξιδήμου, γαμέει δευτέρῃ γυναῖκα Εὐρυδάμην, ἐοῦσαν Μενίου μὲν ἀδελφεὴν, [a] Διακτορίδεω δὲ θυγατέρα· ἐκ τῆς οἱ ἔρσεν μὲν γίνεται οὐδὲν, θυγάτηρ δὲ Λαμπιτώ· τὴν Ἀρχίδημος ὁ Ζευξιδήμου γαμέει, δόντος αὐτῷ Λευτυχίδεω. Οὐ μὲν οὐδὲ Λευτυχίδης κατεγήρα ἐν Σπάρτῃ, ἀλλὰ τίσιν τοιῇδέ τινα [b] Δημαρήτῳ ἐξέτισε· ἐστρατήγησε Λακεδαιμονίοισι ἐς Θεσσαλίην· παρεὸν δέ οἱ ὑποχείρια πάντα ποιήσασθαι, ἐδωροδόκησε ἀργύριον πολύ· ἐπ' αὐτοφώρῳ δὲ ἁλοὺς αὐτοῦ ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ἐπικατήμενος χειρὶ διπλῇ ἀργυρίου, ἔφυγε ἐκ Σπάρτης, ὑπὸ δικαστήριον ὑπαχθείς· καὶ τὰ οἰκία [c] οἱ κατεσκάφη· ἔφυγε δὲ ἐς Τεγέην, καὶ ἐτελεύτησε ἐν ταύτῃ· ταῦτα μὲν δὴ ἐγένετο χρόνῳ ὕστερον. Τότε δὲ ὡς τῷ Κλεομένεϊ [d] εὐωδώθη τὸ ἐς τὸν Δημάρητον πρῆγμα, αὐτίκα παραλαβὼν [e] Λευτυχίδεα, ἤιε ἐπὶ τοὺς Αἰγινήτας, δεινόν τινά σφι ἔγκοτον διὰ τὸν προπηλακισμὸν ἔχων· οὕτω δὴ οὔτε οἱ Αἰγινῆται ἀμφοτέρων τῶν βασιλέων ἡκόντων ἐπ' αὐτοὺς [f] ἐδικαίευν ἔτι ἀντιβαίνειν, ἐκεῖνοί τε ἐπιλεξάμενοι ἄνδρας δέκα Αἰγινητέων τοὺς [g] πλείστου ἀξίους καὶ πλούτῳ καὶ γένεϊ, ἦγον [h] καὶ ἄλλους καὶ δὴ καὶ Κριόν τε τὸν Πολυκρίτου, καὶ Κάσαμβον τὸν Ἀριστοκράτεος, οἵπερ [i] ἔσχον μέγιστον κράτος· ἀγαγόντες δέ σφεας ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν, παραθήκην [k] παρατίθενται ἐς τοὺς ἐχθίστους Αἰγινήτῃσι Ἀθηναίους. Μετὰ δὲ ταῦτα, Κλεομένεα, ἐπαίσιον γενόμενον καταστήσαντα ἐς Δημάρητον, δεῖμα ἔλαβε Σπαρτιητέων, καὶ [l] ὑπέξεσχε ἐς Θεσσαλίην· [m] ἐνθεῦτεν δὲ ἀπικόμενος ἐς τὴν Ἀρκαδίην, νεώτερα ἔπρησσε πρήγματα, συνιστὰς τοὺς Ἀρκάδας ἐπὶ τῇ Σπάρτῃ, ἄλλους τε ὅρκους προσάγων σφι, ἢ μὲν ἕψεσθαί σφεας αὐτῷ τῇ ἂν ἐξηγῆται· καὶ δὴ καὶ ἐς Νωνακρὶν πόλιν πρόθυμος ἦν τῶν Ἀρκάδων τοὺς προ-

a Διακτορίεω *Arcb.* *b* Δημαρήτου idem. *c* Οὐ *Arcb.*, et mox cum *Vind.* ἐν Τεγέῃ. *d* Ὠδώθη *Med. Pasf. Ask. Brit.* *e* Λευτυχίδην *Arcb.* *f* Ἐδίκευν id. *g* Πλείσους *Arcb.* *b M. Ask. Pasf. V. Arcb.*, antea ἦγον ἄλλους τε καὶ. *i* Εἶχον *Arcb. V. Pasf.*, statim ἐς τὴν Ἀττικ. *Arcb. V. Tbom. Mag.* in Παραθήκη. *k* Idem *Tbom. Med. Ask. Pasf.*; alii κατατίθενται. Vid. *Gronovium.* *l Suidas* exscripsit in Voc., nonnihil aberrans. In *Arcb.* ὑπεξέχει, *Vind.* ὑπέξεχε. *m Porpbyrius* citat in *Stob.* Eclog. Phys. p. 130. Mox ἤ μὴν *Ask.*, quae et *Reiskii* coniectura.

9. Λαμπιτὼ] Laconico titulo ad amicam Lysistrata Ὦ φιλτάτη Λάκαινα, χαῖρε Λαμπιτοῖ in Comici ista Fab. v. 77.; *Platoni* tamen Alcib. 1. p. 123. E. Λαμπιδὼ, unde docti viri, *Dacerius* et *Mos. Solanus*, Λαμπιδοῦς refingunt in *Plutarchi* Pr. Vit. Agesil.

16. Ἐπικατήμενος χειρὶ διπλῇ ἀργυρίου] *Valla* liberaliter, *quum sederet utraque manu pecuniam tenens:* oportuerat, *quum insideret ambabus manibus pecuniae*, quod merito, insultus ne foret, noluit. Non sane dubitandum, quin χεὶρ διπλῆ necti possit, sicuti alia in re iungitur a *Sopbocl.* Antig. v. 14. Sed quid tandem χεὶρ ἀργυρίου et διπλῆ quidem? Fac utramque numis oppletam argenteis, ostenduntne id Graeca? et quantula haec pecuniae portio ad regem corrumpendum? tum ἐπικατήμενος χειρὶ —— qui conveniet? Pinge vero ΧΕΙΡΙΔΙΠΛΕΗι, et vitiosae lectionis pateseet origo. Finxerunt boni homines χειρὶ διπλῇ, cum potuissent ad Scriptoris mentem ἐπικατήμενος χειρῖδι πλέῃ ἀργυρίου, *insidens manicae pecunia plenae.* Sic procedit sermo, monstratque veritatem inesse ἐδωροδόκησε ἀργύριον πολύ. Non postulabitur, credo, ut χειρὶδα πλέην exemplis firmem, siquidem utrique usus constat. *Pausanias* corruptelae auctores Aleuadas, Thessalorum nobilissimos, indicavit III, 7. p. 221.

21. Εὐωδώθη] Servo integrum, supra χρηστῶς ὀδοῦται IV, 139. tuitus. Ὠδώθη non mihi satis sententiae videtur facere. Recordor bene *Sopboclei* Oed. Col. v. 487. ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀδωτὰ, in negotiis, quae absolvi non queunt, οὐκ ἀνυστὰ, οὐ βαδιστέα. De rei vero successu fausto ibid. v. 1500. ΣΦῶϊν δ' ΕΤΟΔΟΙΗ Ζεύς. *Philo Iud.* in Ioseph. p. 548. A. ἕως μὲν γὰρ τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν ΕΤΟΔΟΤΤΑΙ ΠΡΑΓΜΑΤΑ αὐτῷ, verbis huic loco accommodatis. Idem p. 557. A. ἀλλ' οὐκ εἰσάπαν εὐοδοῦται κακία. Plura non coacervo.

32. Παραθήκην παρατίθενται ἐς τοὺς] Ex *Med.* mutatum restituerem κατατίθενται ἐς τοὺς ἑ. *Depositum*, τὴν παρακαταθήκην, alibi quoque παραθήκην dixit IX, c. 44. VI, c. 86. Hic vox ista potuerat etiam omitti. Κατατίθεσθαι eadem structura *Thucydidi* praesertim frequentatur: III, c. 28., supplices Taches κατατίθεται ἐς Τένεδον, *in Tenedum mittit custodiendos:* c. 72., *illos* κατέθεντο ἐς Αἴγιναν· similiter c. 102. IV, c. 57. V, c. 61. c. 84. VIII, c. 3. *Xenopbon* Ἑλλ. I. p. 255, 23., Chalcedonii τὴν λείαν ἅπασαν κατέθεντο ἐς τοὺς Βιθυνοὺς Θρᾷκας· ad vicinos *omnem praedam mittunt custodiendam velut depositum:* — Ex proximis excerpsit quaedam *Suidas* in Ὑπεξέσχε· ubi *Dionis* illud, πρὸ τῆς δίκης ὑπεξέσχεν idem est, quod Athenis dicebatur οὐκ ὑπέμεινε τὴν κρίσιν, vel τὸν ἀγῶνα. Cleomenes ὑπεξέσχε ἐς Θεσσαλίην, *furtim se subduxit abiitque in Thessaliam:* supra Clisthenes Athenis ὑπεξέσχεν, id est ὑπεξῆλθεν et ὑπεξέση· plene loquitur VIII, c. 132. VALCKEN.

36. Ἐνθεῦτεν δὲ ἀπικόμενος] Hinc sequentia quaedam ob Stygis aquae factam mentionem descripsit *Porpbyrius*, sive potius *Apollodorus* in opere de Diis, apud *Stobaeum* Eclog. *Cant.* p. 130. *Herodoti* verbis illic subiecta *Callimachea* et *Heracleotae Philonis*, de mirabili huius aquae virtute, comparari poterant ad *AElian.* de N. A. X, c. 40. et *Antigon. Caryst.* c. 174. ubi nonnulla notat *Io. Meurs.* plura dederant *P. Leopard.* Em. IV, c. 8. et *Iac. Nic. Loensis* Misc. Epiphyll. III, c. X. VALCKEN.

41. Πρόθυμος ἦν τῶν Ἀρκάδων &c.] Vir Celeb. ob *Flo-*

προεστῶτας [a] ἀγινέων, ἐξορχῶν τὸ Στυγὸς ὕδωρ· ἡ δὲ ταύτῃ τῇ πόλι λέγεται [b] εἶναι ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων τὸ Στυγὸς ὕδωρ· καὶ δὴ καὶ ἔστι τοιόνδε τι· ὕδωρ ὀλίγον φανόμενον, ἐκ πέτρης στάζει [c] ἐς ἄγκος, τὸ δὲ ἄγκος αἱμασιῆς τις περιθέει κύκλος· ἡ δὲ Νώνακρις, ἐν τῇ ἡ πηγὴ αὕτη τυγχάνει ἐοῦσα, πόλις ἐστὶ [d] τῆς Ἀρκαδίης πρὸς Φενεῷ. Μαθόντες δὲ Λακεδαιμόνιοι Κλεομένεα ταῦτα πρήσσοντα, κατῆγον αὐτὸν [e] δείσαντες ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι ἐς Σπάρτην, τοῖσι καὶ πρότερον ἦρχε· κατελθόντα δὲ [f] αὐτὸν, αὐτίκα ὑπέλαβε μανίη νοῦσος, ἐόντα καὶ πρότερον ὑπομαργότερον· ὅκως γάρ τεῳ ἐντύχοι Σπαρτιητέων, [g] ἐνέχραυε ἐς τὸ πρόσωπον τὸ σκῆπτρον· ποιεῦντα δὲ αὐτὸν ταῦτα, καὶ παραφρονήσαντα, ἔδησαν οἱ προσήκοντες ἐν ξύλῳ· ὁ δὲ, δεθεὶς, τῶν Φύλακον μιν ἐωθέντα ἰδὼν τῶν ἄλλων, αἴτεε μάχαιραν· οὐ βουλομένου δὲ [h] ταμεῖν τοῦ Φυλάκου διδόναι, ἀπείλεε τά μιν [i] αὖτις ποιήσειε· ἐς ὃ δείσας τὰς ἀπειλὰς ὁ Φύλακος, ἦν γὰρ τῶν τις εἱλωτέων, διδοῖ οἱ μάχαιραν. Κλεομένης δὲ παραλαβὼν τὸν σίδηρον, ἄρχετο ἐκ τῶν κνημέων [k] ἑωϋτὸν λωβώμενος· ἐπιτάμνων γὰρ κατὰ μῆκος τὰς σάρκας, προύβαινε ἐκ τῶν κνημέων ἐς τοὺς μηρούς· ἐκ δὲ τῶν μηρῶν [l] ἐς τε τὰ ἰσχία, καὶ τὰς λαπάρας· ἐς ὃ ἐς τὴν γαστέρα ἀπίκετο, καὶ ταύτην καταχορδεύων, ἀπέ-

iusiurandum per aquam Stygis. In hac ipsa autem urbe ab Arcadibus fertur esse Stygis aqua: et est videlicet talis aliqua. E petra aqua exigua quæ apparet, stillat in vallem, in gyrum maceria præseptam. Nonacris autem ubi fons hic visitur, urbs Arcadiæ est ad Pheneon. Talia molientem Cleomenem Lacedæmonii quum didicissent, timentes sibi ipsis, Spartam revocarunt eadem conditione, qua et ante regnabat. Sed eum reversum statim morbus insania excepit, iam etiam antea subinsanum: nam ut cuique Spartiatarum obvius erat, in eius faciem infligebat sceptrum. Hæc illum facientem ac desipientem propinqui cippo illigaverunt. Qui custodem digressis aliis solum remansisse cernens, petiit ab eo gladium: custode abnuente dare ab initio, comminabatur quæ mox ei faceret, donec minis conterritus custos, erat enim hilotarum quidam, gladium illi tradidit. Eo accepto, Cleomenes a tibiis incipiens sese truncabat. In longum namque discindens carnes, e tibiis ad femora processit, e femoribus ad coxarum vertebras atque ilia, quousque pervenit ad ventrem, in quo rescindendo sic ex-

a Ἀγινεῖν *Porphyr.*, mox ἐξόρκου *Med. Ask.*, vulgatum *Pasi. Arch. V. Porphyr. Ald. Brit.* *b* Εἶναι ὑπ' Ἀρκ. *Pasi. Arch. V. Brit. Paris. A. B. Ald. Valla:* ὑπὸ omittunt *Med. Ask.* *c* *Eustath.* ad *Hom.* p. 301, 18. *M. Ask. Pasi.*, reliqui ἐς ἄγγος bis. *d* *Suidas* in Φενεὸς, sed male: melius *Eustath. Hom.* p. 985, 11. In *Arch.* Φενεῷ, uti oportet, non Φενεώ. *e* Δήσαντες ora *Steph.* ex *Aldo*, in *Arch.* ἐν Σπάρτῃ δείσ. ἐπὶ τ. αὐτοῖσι. *f* Non est in *Arch. Vind.*, statim μανίη νοῦσος *Med. Ask. Paris. B. Pasi.*, sed is correctorem expertus μανίης praefert, quomodo reliqui. *g* *Suidas* iterum male in Voc., *Eustath.* ἐνέχραεν bis legit ad Hom. p. 579, 13. p. 1434, 11., mox τὸ σκῆπτρον omittunt *Arch. V.*. *h* Τοῦ Φ. ταμεῖν *Pasi. Ask.* *i* Αὖθις *Arch.*, hinc λυθεὶς *Pasi.* *k* Ἑωϋτῷ et ad marg. λαβόμενος, tum mox προέβαινε *Arch.* Respexit haec *Longinus* Π. Ὕψ. C. 31. *l* Ἐς τε τὰ *Pasi.* bene, deerat enclitica.

Florentinum ἐξόρκου seriem hanc statuebat πρόθυμος ὢν τῶν Ἀρ. —— ἐξωρκοῦτο Στύγος ὕδωρ, mutilans et addens pro voluptate. Sed omnes libri πρόθυμος ἦν· neque ἐξορκοῦσθαι Nostri usu tritum, tolliturque τὸ ante Στυγὸς ὕδωρ praeter morem: tum participium, namque eo in numero est ἐξορκῶν, non infinitivus, quae Cl. *Reiskii* opinio, magna Codd. optimorum concordia munitur. Equidem πρόθυμος ἦν —— ἀγινέειν ex *Porphyrio* laudavi, laude nunc quoque dignum censens. Alioqui πρόθυμος ἦν —— ἀγινέων recte de Scriptoris consuetudine, notata L. 1, 77. Statim ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων rediit. Etsi enim Graecorum in sermone *Stygis aqua*, Arcadum tamen illa iactatione inclaruit. *Io. Meursium* consule ad *Antig. Carystium* C. 174.

41. Πρόθυμος ἦν —— ἀγινέων, ἐξορκῶν] Ex *Apollodoro*, sive *Porphyrio*, *Stobaei* meliorem eruit vulgata lectionem vir summus in Disq. *Herod.* p. 115. mihi visus fuerat *Herodotus* scripsisse: ἐς Νώνακριν πόλιν πρόθυμος ἦν τῶν Ἀρκάδων τοὺς προεστεῶτας ἀγινέων ἐξορκοῦν τὸ Στυγὸς ὕδωρ· atque ita legisse *Valla*. Ista certe πρόθυμος ἦν infinitivum poscunt, aeque ac προθύμως ἔχω· quod in *Plutarchi* Gryllo p. 986. E. restituendum censeo, ἀλλὰ μὴν ἔχω προθύμως ἀκροᾶσθαι. Egregia reddi poterit *Alcinoo* sententia Ilagog. in *Platon.* c. 27., si sic scribatur: οὐ δὴ ὑπὸ θεῶν ποτε ἀμελεῖται, ὃς ἂν προθύμως ἐθέλῃ δίκαιος γενέσθαι· pro vulgatis ὡσὰν προθυμεῖσθαι θέλει. VALCKEN.

43. Τῶν Ἀρκάδων] Ὑπ' Ἀρκάδων legit etiam *Valla*: ego neutrum requirerem, si abesset ista Codicibus: neutrum forte legit *Eustath.* qui in Il. B. p. 228, 2., Ἡρόδοτος, ait, φησὶν, ὅτι Νώνακρις πόλις Ἀρκαδίας, ἔνθα λέγεται εἶναι τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ, ὀλίγον φαινόμενον, στάζον ἐκ πέτρας εἰς ἄγκος. *Pausan.* VIII. p. 634. F. ὕδωρ κατὰ τοῦ κρημνοῦ στάζει καλοῦσι δ' Ἕλληνες αὐτὸ (non itaque soli Arcades, quod optime *Gronov.* animadvertit:) Στυγὸς ὕδωρ· p. 635., τὸ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ παρὰ τὴν Νώνακριν στάζον· quia urbes erant in Arcadia vicinae Νώνακρις et Φενεὸς, eidem dicitur p. 637., τὸ πρὸς Φενεῷ ὕδωρ, ὃ Στύγα ἐνομάζουσιν· ad eamdem rationem paulo post ap. *Herod.* vulgari debuerat πρὸς Φενεῷ· ut recte scribit *Casaubon.* ad *Strabon.* VIII. p. 597. VALCKEN.

45. Στάζει ἐς ἄγκος] Praeclare *Gronovius*, cui praeter *Ask.* et *Pasi.* gravis auctor accedit *Eustathius*. Stygis aquam *neque argenteum*, *neque aeneum*, *neque ferreum vas potest sustinere*, *sed dissilit et dissipatur* ap. *Vitruvium* L. VIII, 3., cuius itaque vulgatum ἄγγος materiae? Bene *Eustath.* ad μισάγκειαν Homericam ἄγκος διὰ τοῦ κ'., ὁ βαθὺς καὶ φαραγγώδης καὶ κοῖλος τόπος p. 497, 13.

53. Ἐνέχραυε ἐς τὸ πρόσωπον] *Suidas* nonnulla invertens τὸ σκῆπτρον agnoscit, *Eustathius* bis, quod properantior infitiabatur *Galeus*. Posset ἐνέχρασε *Eustathii* blandiri, nisi eodem utrumque tenderet. *Nicander* Ther. v. 277. οἷσι κεράσῃς Οὐλόμενον κακοεργὸν ΕΝΙΧΡΑΤΣΕΙ κυνόδοντα.

53. Ἐνέχραυε ἐς τὸ πρόσ. τὸ σκῆπτρον] Quod prostat apud *Suidam* velut *Herodoti*, ἐνέχραυε τὸ πρόσωπον τῷ σκήπτρῳ, non diversam lectionem, sed partem praebet interpretationis: patebit erroris origo sic intermedia scribenti, quae videntur excidisse: ἐνέχραυε [ἐς τὸ πρόσωπον τὸ σκῆπτρον, ἤγουν ἔπληξε] τὸ πρόσωπον τῷ σκήπτρῳ· quo modo verba *Herodoti* interpretatur *Eustath.* in Od. B. p. 79, 42. exhibens velut Herodoteum non isto tantum loco, sed bis terve etiam alibi, Ἐνέχραεν, velut ad Il. E. p. 440, 12. ad Il. Π. p. 1082, 23. Utrumque reperitur apud *Homer.* Χράω et Χραύω· hoc quidem propria *stringendi* virtute in Il. E. v. 138. ubi Χραύσῃ recte redditur in *Schol.* ἀμῦξαι ἐπ' ὀλίγον, τὸν χρῶτα ἐπιξύσαι· alterum apud *Apollon. Rhod.* II, v. 283., Τάων ἀκροτάτῃσιν ἐπέχραον ἤλιθα χερσίν· *Schol.* ἐθελήσαντες αὐτὰς πλῆξαι μάτην ἐπήνεγκαν τὰς χεῖρας. Homerea spectant glossae *Hesychii*, apud quem pro Ἐπεχράοντο scribendum: Ἐπέχραον, τὸ ἐπεβάρησαν. Illuc recte referuntur ab *Eustathio* aliisque Ζαχρηεῖς ἄνεμοι, *stringentes venti*. VALCKEN.

58. Τά μιν αὖτις ποιήσειε] Erunt fortasse, quibus τά μιν λυθεὶς —— *Pasi.* ridebit, congruens Cleomeni ἐν ξύλῳ δεδεμένῳ, et mala servulo, si qua cippo exsolveretur, minitanti. Mihi proseminatum ex αὖθις censetur; cuiusmodi ΑΤΘΕΙΣ et ΑΤΘΙΣ confusiones in superioribus ostendere memini.

65. Καὶ ταύτην καταχορδεύων] Incerti scriptoris verba ap. *Suidam* in Καταχόρδησε huc refero, opinatus *Theopompi* ex *Herodoti* esse Epitome, Εἶτα τῶν φρενῶν ἐξέπλευσε, καὶ μανεὶς ἑαυτὸν μαχαίρα κατεχόρδευσε. In Cleomenem enim dicta aptissime quadrant, et *Theopompi* cognitum istud compendium. Culte *Henr. Valesius* in *Dione Chrysost.* Or. XXXVII. p. 467. B. ἡμεῖς δ' οὐ παρέχομεν τὸν ἀνδριάντα χορεύειν ἂν αἰσθάνηται correxit

exspiravit, ut quidem plerique Græcorum memorant, quia Pythiam corruperat ad ea dicenda, quæ circa Demaratum acta sunt: ut autem soli Athenienses, quod adortus Eleusinem, fanum dearum fuerat depopulatus: ut Argivi, quia eos qui e pugna fugerant, Argivos ex Argi templo ipsorum abductos obtruncarat; et ipsum lucum
76 irreverenter incenderat. Cleomeni enim Delphis oraculum poscenti responsum fuerat, eum Argos esse capturum: qui postea quam ad flumen Erasinum copias Spartiatarum duxit, quod flumen e lacu Stymphalio manare fertur: hunc enim lacum in voraginem obscuram condi, et Argis rursus exorientem apparere, illincque iam eam aquam ab Argivis vocari Erasinum: ad hoc igitur flumen posteaquam pervenit, ei hostias immolavit; et quum læta non essent exta de flumine transmittendo, dixit delectari se quidem Erasino, qui nollet prodere cives suos, non tamen vel sic Argivos gavisuros. Moxque illinc motis castris ad Thyream venit, et mari taurum quum mactasset, navibus copias ad regionem Tirynthiam ac Naupliam duxit. Id audientes
77 Argivi ad eos arcendos obviam tendunt. ad mare. Et quum adventarent Tirynthem, in loco cui nomen inditum est Sipia, relicta non magna inter duas acies intercapedine, consederunt e regione Lacedæmoniorum. Neque vero illic pugnam ex aperto reformidabant, sed ne dolo caperentur: nam ad hanc rem attinebat oraculum, quod Pythia ediderat communiter eis atque Milesiis, in hæc verba;

Verum quando marem prævertet fœmina victrix,
Inter et Argivos referet præclaris honorem:
Tunc

ἀπέθανε τρόπῳ τοιούτῳ· ὡς μὲν οἱ πολλοὶ λέγουσι Ἑλλήνων, [a] ὅτι τὴν Πυθίην ἀνέγνωσε τὰ περὶ Δημάρητον γενόμενα λέγειν· ὡς δὲ Ἀθηναῖοι [b] μοῦνοι λέγουσι, διότι ἐς Ἐλευσῖνα ἐσβαλὼν, ἔκειρε τὸ τέ-
70 μενος τῶν θεῶν· ὡς δὲ Ἀργεῖοι, ὅτι ἐξ ἱροῦ αὐτέων τοῦ Ἄργου, Ἀργείων τοὺς καταφυγόντας ἐκ τῆς μάχης καταγινέων, κατέκοπτε, καὶ αὐτὸ [c] τὸ ἄλσος ἐν ἀλογίῃ ἔχων, ἐνέπρησε. Κλεομένεϊ γὰρ μαντευομένῳ ἐν Δελφοῖσι, ἐχρήσθη Ἄργος αἱρήσειν· ἐπεί τε δὲ Σπαρτιήτας ἄγων ἀπίκετο ἐπὶ 356
75 ποταμὸν [d] Ἐρασῖνον, ὃς λέγεται ῥέειν ἐκ τῆς Στυμφηλίης λίμνης· τὴν γὰρ δὴ λίμνην ταύτην ἐς χάσμα ἀφανὲς ἐκδιδοῦσαν, ἀναφαίνεσθαι ἐν Ἀργείῃ, τὸ ἐνθεῦτεν δὲ τὸ ὕδωρ ἤδη τοῦτο ὑπ' Ἀργείων Ἐρασῖνον καλέεσθαι· ἀπικόμενος
80 [e] δὴ ὧν ὁ Κλεομένης ἐπὶ τὸν ποταμὸν τοῦτον, ἐσφαγιάζετο αὐτῷ· καὶ, οὐ γὰρ οὐδαμῶς ἐκαλλιέρεε διαβαίνειν μιν, ἄγασθαι μὲν ἔφη τοῦ Ἐρασίνου οὐ προδιδόντος τοὺς πολίτας, Ἀργείους μέντοι οὐδὲν ὡς χαρήσειν· μετὰ δὲ ταῦτα ἐξ-
85 αναχωρήσας τὴν στρατιὴν [f] κατήγαγε ἐς Θυρέην· σφαγιασάμενος δὲ τῇ θαλάσσῃ ταῦρον, πλοίοισί σφεας ἤγαγε ἔς τε τὴν [g] Τίρυνθίην χώρην καὶ Ναυπλίην. Ἀργεῖοι δὲ ἐβοήθεον, πυνθανόμενοι ταῦτα, ἐπὶ θάλασσαν· ὡς δὲ ἀγχοῦ μὲν ἐγίνοντο τῆς Τίρυνθος,
90 χώρῳ δὲ ἐν τούτῳ τῷ [h] κέεται ἡ Σίπεια τοὔνομα, μεταίχμιον οὐ μέγα ἀπολιπόντες, ἵζοντο [i] ἀντίοι τοῖσι Λακεδαιμονίοισι· ἐνθαῦτα δὴ οἱ Ἀργεῖοι τὴν μὲν ἐκ τοῦ Φανεροῦ μάχην οὐκ ἐφοβέοντο, ἀλλὰ μὴ δόλῳ αἱρεθέωσι· καὶ γὰρ δὴ σφι ἐς τοῦτο τὸ
95 πρῆγμα εἶχε τὸ χρηστήριον, τὸ [k] ἐπίκοινα ἔχησε ἡ Πυθίη τούτοισί τε [l] καὶ Μιλησίοισι, λέγον ὧδε,

Ἀλλ' ὅταν ἡ θήλεια τὸν ἄρσενα νικήσασα
Ἐξελάσῃ, καὶ κῦδος ἐν Ἀργείοισιν ἄρηται,

Πολ-

a Διότι et ἀνέγω *Vind. Arcb.*, tum ἐς τὰ περὶ cum *Paris. A. B. Brit. Ald.*, recte ἐς *Med. Ask. Pasi* damnarunt. *b* Abest *M. Pasi. Ask.* *c* Explicat *Eustath.* p. 907, 31. *Arcb.* habet ἐν ἀπορίῃ σχών· *d* Ἐρασεῖνον bis ex correct. *Pasi.*, statim Στυμφηλίης *Arcb. V. Valla*, bene. Στυμφαλίδος alii. *e* Omittunt δὲ *Vind. Arcb.* *f* Iidem cum *M. Pasi. Ask.*, alii κατῆγε malunt. Quae sequuntur attigit *Eustath. Hom.* p. 1227, 35. σφαγιασάμενοι legens. Idem de victima maiore, fluviis et mari inmolata, p. 1236, 56. *g* Τυρυνθ. et mox *Pasi.* *b* Κέεται Σίππεια οὔνομα *Pasi.*, κέεται Σήπεια οὖν. *Arcb. V. Valla*, οὔνομα et *Ask.* *i* Ἀντίον ora *Stepb. Ask. Pasi.* *k* Ἐπικοινῇ *Arcb. Vind.* Vide L. I, 216. et supra C. 19. *l Med. Ask. Pasi. Vind. Brit.*, in aliis καὶ τοῖσι Μιλ. λέγον οὕτω. Confer L. II, 116. Oraculi tres priores versus sunt in *Pausan.* II, 20. et *Suid.* in Τελεσίλλα.

rexit χορδεύειν, sive, quod malim κατάχορδεύειν, clarissime ad haec alludente: negant enim se statuas, si sentirent, praebituros, ut ita lancinarentur. Contra peccatum in *Libanii* Or. VI., nuper Venetiis publicata, p. 100. οὐ τοῦ μὲν πατὴρ ἐχόρδευε; h. e. *Bongiovanni* interprete, *nonne pater illius chordas efficiebat?* Immo *saltabat*, ἐχόρευε. *Longinus* sententiam consideravit duntaxat et *Plut.* T. II. p. 223. B. Post pauca μοῦνοι manere possunt. Conferendus *Pausanias* est III, 4. p. 213.

dum ex *Aldina* principe eximie reparavit *R. Bentleius* Diſſ. de Epiſt. Phalar. p. 443. Iuſtum praeterea δωτίνην —— δοῦναι, neque latuit *Tb. Galeum.* Superius C. 62. ὑπεδέκετο ΔΩΤΙΝΗΝ δώσειν τῶν ἑωϋτοῦ πάντων, *Homeri* praeſcripto Od. I, 267. ἠὲ καὶ ἄλλοις Δώῃς ΔΩΤΙΝΗΝ· ubi Schol. δωρεὰν, quod eius hic ſedem invaſerat violenter. De praepoſitione non rixabor, cuius alioqui abſentia nocet nihil. Prudenter vero Corinthii apud Athenienſes cauſſam perorantes harum XX. navium, istis olim publice conceſſarum, mentionem interſerunt ap. *Thucydid.* I, 41.

3. Διδοῦσι δεομ. εἴκοσι νέας] Hoc civitatis ſuae beneficium postea temporis Athenienſibus in memoriam fruſtra revocarunt Corinthii apud *Thucyd.* I, c. 41., νεῶν μακρῶν σπανίσαντές ποτε πρὸς τὸν Αἰγινητῶν ὑπὲρ τὰ Μηδικὰ πόλεμον παρὰ Κορινθίων εἴκοσι ναῦς ἐλάβετε· qui illic μετὰ pro ὑπὲρ ſcribendum putabat, nunc, opinor, coniecturam ſuam repudiabit. VALCKEN.

6. Νέας τὰς ἁπάσας] Liberalitate ſchedarum cultior nunc ordo, qualis et L. VII, 9. Ὑστέρισαν locum retinere poterit, fortaſſe tamen progenitum ex priore ὑσέρησαν, cui tot vindices adſunt. Frequens utriusque permutatio, etiam in *Thucyd.* L. VIII, 44.

12. Ἔφερόν τε καὶ ἦγον τοὺς] Optime vertit *Galeus* in notis, *depraedabantur*; neque enim *AEginetas ferebant et agebant*; ſed ex agris popularium *rapiebant agebantque*, *quae ferri agique poterant:* ſemper apud veteres in isthac uſitatiſſima formula obſervatur a Grammaticis tradita ſignificandi differentia. Quam *portabant* praedam, φέρειν· quam *prae ſe agebant*, iumenta nempe, dicuntur ἄγειν· ſive φέρεσθαι τὰ βασαζόμενα· ἄγεσθαι τὰ βχδιϛικά· quia iumenta potiſſimum praedam efficiebant, frequenter legitur, τὴν λείαν ἄγειν et ἐλαύνειν. VALCKEN.

17. Ἐκθύσασθαι] *Suidas* hinc Ἐκθύσασθαι, ἐξιλεώσασθαι καὶ ἐκμειλίξασθαι. Obvium quoque in procurandis ominibus et prodigiis; *Dio Caſſ.* XLI. p. 179. D. οὐδὲν ἐξεθύσαντο, *nullum prodigiorum piaculis procuraverunt. Synes.* Encom. Calvit. p. 74. B. οὓς οἱ τερατοσκόποι καὶ οἱ μάντεις ΕΚΘΟΥΝΤΑΙ. Iunge *Euſtath.* ad Homer. p. 1223, 51.

17. Ἄγος —— ἐκθύσασθαι] *Impium ſcelus expiare* non potuerunt: in eamdem ſententiam dicitur φόνου ἄγος ἐκνίψασθαι· ſed ex ſanguine ſupplicis concepta macula nullo modo potuit elui. Qui luſtravit Athenas Epimenides τὴν πόλιν dicitur ἐκθυσάμενος *Maximo Tyr.* XXXVIII, 3. Significavit et Ἐκθύσασθαι iram Deorum *piaculis*, ſive *victimis placare piacularibus*: ἐξιλέασθαι, ἐκμειλίξασθαι *Suidas* interpretatur: hoc ſenſu poſitum *Euripidi* latet apud *Clem. Alex.* Strom. V. p. 688, 27. in ἐκθυσαμένοις, cuius loco quod *Grotius* minus conſiderate ſcripſerat εὖ θυσαμένοις, ne Graecum quidem in tali ſtructura, *Barnes.* nobis repraeſentat ut Euripideum II. p. 510. V. 243. *Euripidis* anapaeſti ſic ſcribi poterunt emendate: Πέμψον μὲν Φῶς ψυχὰς ἀνέρων Τοῖς βουλομένοις ἄθλους προμαθεῖν, Πόθεν ἔβλαστον τίς βίζα κακῶν· Τίνα δεῖ μακάρων ἐκθυσαμένους Εὑρεῖν μόχθων ἀνάπαυλαν. VALCKEN.

21. Ἐξῆγον ὡς ἀπολέοντες] In praegreſſis ἐξῆγον ἀπολέοντες, ſequunturque duo Codd., ὡς contemtim habentes. Sed enim voculae ſaepe, ubi ſine detrimento reticeretur, ſua vis ſuusque lepor est. Superius C. 28. διαβαίνει —— ὡς ἀμήσων τὸν σῖτον. *Plato* Menex. p. 240. D. ἠγγέλλετο βασιλεὺς διανοεῖσθαι ΩΣ ἐπιχειρήσων πάλιν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. *Pauſan.* Boeot. C. XIII. p. 737. Λακεδαιμόνιοι —— τοὺς τεθνεῶτας διενοοῦντο ΩΣ θάψοντες. Plura hoc de genere transmiſit Cl. *Abreſchius*, quibus locus alibi opportunior. Mox ἐπιλαμβανόμενος, tantopere a Cel. *Gronovio* laudatum, priſtino, *Euſtathii* citatione etiam munito, haud utique ſignificantius est. Sed perſeveret in nupera poſſeſſione. Optime *Hemſterhuſius* Noſter ex *Polluce* et *Herodoti* verbis illud adſcititium ἀπρὶξ exterminavit: *Suidae* enim λαβόμενος τῶν ἐπισπαϛήρων ἀπρὶξ εἶχετο, nihil ad *Herodotum*, etſi eius ex imitatione propagatum.

23. Ἐπιλαβόμενος δὲ τῶν ἐπισπαϛήρων] Non ille *cardinibus prehenſis adhaerebat: Porti* errorem in *Suida* iam correxerat ante *Kuſter. Hemſterh.* ad *Poll.* X, 23., cui optime Ἐπισπαϛὴρ id proprie fuisse dicitur, *quo ianuam clauſuri attrahebant:* hoc Odyſseae Paraphraſtes dixit ἐπισπάσασθαι τὴν θύραν καὶ ἐπικλεῖσαι· qui *Thracis* ista *Demoſthenis Euſtath.* in Od. A. p. 72., varias nobis enotavit adpellationes, quibus deſignaretur *ianuae marculus*; inter illas est etiam ex *Herod.* ἐπισπαϛὴρ, ὃς καὶ ῥόπτρον ἐλέγετο. Ut apud *Herod.* Irene dicitur ἐχομένη τῶν ῥόπτρων τῶν θυρῶν τοῦ ἱεροῦ, *Phylarcho* ap. *Athen.* XIII. p. 593. B. cum Epheſi confugisset in templum Dianae Ptolemaeus. Ubi vulgatur apud *Xenoph.* Ἑλλ. VI. 351, 29. ἐπισπάσασα τὴν θύραν εἶχετο τοῦ ῥοπάλου· antiquitus lectum, εἶχετο τοῦ ῥόπτρου, monſtrant haec *Harpocrationis*: Ῥόπτρον —— Ξενοφῶν Ἑλληνικῶν ἕκτῳ· ad *Lyſiam*, qui teſtis ibid. citatur, vid. clar. *Io. Taylor* p. 103. —— Sed ſi Herodotea ſunt, quae *Suidas* exhibet, noſtris in exemplaribus voces aliquot videri deberent omisſae: apud *Suidam* in V. Ἐπισπαϛήρων ista leguntur absque ſcriptoris nomine: εὑρὼν προσκειμένας τὰς θύρας, πρὶ λαβόμενος τῶν ἐπισπαϛήρων ἀπρὶξ εἶχετο. Herodotea videbantur *H. Stepha-*

no

ut post infelicem pugnam contra Athenienſes fruſtra implorent Argivos. Darius iræ in Græcos indulgens, Datin et Artaphernem pro Mardonio ſubſtituens, mittit magnas copias in Græciam.

quem illi quum avellere, quod tentabant, non poſſent, abſciſſis viri manibus ita duxerunt, quæ manus anſis conſertæ manſerunt. Sic in ſe ipſis conſuluerunt AEginetæ. Mox claſſe ſeptuaginta navium cum Athenienſibus, qui ſupervenere, congreſſi ſuperantur. Victi navali prœlio, eosdem quos prius Argivos in auxilium vocaverunt: ſed illi noluere eis amplius auxilio eſſe, cauſſati quod et naves AEginæ per neceſſitatem ſumptæ a Cleomene oram Argolidem tenuiſſent, et cum Lacedæmoniis in terram deſcendiſſent, ut nonnulli quoque e Sicyoniis navibus deſcenderunt in illa ipſa expeditione. Quo nomine utrisque mulcta ab Argivis iniuncta est mille talentorum, quorum quingena quisque populus ſolveret: ſed quum Sicyonii ſuam culpam agnoſcentes, centum talentis cum Argivis decidiſſent, AEginetæ ne agnoſcere quidem culpam voluere: erant enim ſuperbiores. Eapropter rogantibus eis nemo amplius Argivorum publice auxilium tulit, ſed voluntariorum circiter mille, duce quodam, cui nomen erat Eurybates, quinquertionem adeptus: quorum plures non remeavere, ſed in AEgina ab Athenienſibus occubuere. Et ipse dux Eurybates ſingulari certamine ter victor, quarto ſub Sophane Decelenſi oppetiit. Verum AEginetæ ſua claſſe adorti incompoſitos Athenienſes ſuperavere, eorumque naves quatuor cum omnibus viris cepere. Et Athenienſes quidem bellum cum AEginetis contraxerant. Perſa autem quæ ipſius partes erant exequebatur, cum famulo aſſidue in memoriam redigente ut reminiſceretur Athenienſium, tum Piſiſtratidis aſſidentibus Athenienſesque criminantibus; tum cupiditate per hunc prætextum quo nixus erat, ſubigendi in Græcia illos, quicunque ſibi terram et aquam denegaſſent. Itaque Mardonium, qui male rem navalem geſſerat, præfectura amovit, aliosque deſignatos duces adverſus Eretriam et Athenas miſit, Datin genere Medum, et Artaphernem Artaphernis fratris ſui filium, datis mandatis, ut Athenas atque Eretriam penitus diriperent, et mancipia in conſpectum ſibi ducerent. Postquam hi duces declarati, ab rege digreſſi, ad campum Ciliciæ Aleium devenere cum ingenti pedeſtri ac be-

σπαςήρων, εἶχετο· οἱ δὲ, ἐπεί τέ μιν ἀποσπάσαι οὐκ οἷοί τε ἀπέλκοντες ἐγίνοντο, ἀποκόψαντες αὐτοῦ τὰς χεῖρας, ἦγον οὕτω· [a] χεῖρες δὲ κεῖναι ἐμπεφυκυῖαι ἔσαν [b] τοῖσι ἐπισπαςῆρσι. Ταῦτα μέν νυν [c] σφέας αὐτοὺς οἱ Αἰγινῆται ἐργάσαντο. Ἀθηναίοισι δὲ ἥκουσι ναυμάχησαν νηυσὶ ἑβδομήκοντα· ἐσσωθέντες δὲ τῇ ναυμαχίῃ, [d] ἐπεκαλέοντο τούτους αὐτοὺς [e] τοὺς καὶ πρότερον, Ἀργείους· καὶ δὴ σφι οὗτοι μὲν οὐκέτι βοηθέουσι, μεμφόμενοι ὅτι [f] Αἰγιναίας νέας ἀνάγκῃ λαμφθεῖσας ὑπὸ Κλεομένεος, ἔσχον τε ἐς τὴν Ἀργολίδα χώρην, καὶ συναπέβησαν Λακεδαιμονίοισι· συναπέβησαν δὲ καὶ ἀπὸ [g] Σικυωνίων νεῶν ἄνδρες τῇ αὐτῇ ταύτῃ ἐσβολῇ· καί σφι ὑπ' Ἀργείων ἐπεβλήθη ζημίη, χίλια τάλαντα ἐκτίσαι, πενταχόσια [h] ἑκατέρους. Σικυώνιοι μέν νυν συγγνόντες ἀδικῆσαι, ὡμολόγησαν, ἑκατὸν τάλαντα ἐκτίσαντες, ἀζήμιοι εἶναι· Αἰγινῆται δὲ οὔτε συνεγινώσκοντο, ἔσαν τε αὐθαδέστεροι· [i] διὰ δὴ ὧν σφι ταῦτα δεομένοισι, ἀπὸ μὲν τοῦ δημοσίου οὐδεὶς Ἀργείων ἔτι ἐβοήθεε, [k] ἐθελονταὶ δὲ ἐς χιλίους· ἦγε δὲ αὐτοὺς [l] στρατηγὸς ἀνὴρ ᾧ οὔνομα Εὐρυβάτης, πενταέθλου ἐπασκήσας· τοῦτον οἱ πλεῦνες οὐκ ἀπενόστησαν ὀπίσω, ἀλλ' ἐτελεύτησαν ὑπ' Ἀθηναίων ἐν Αἰγίνῃ· αὐτὸς δὲ ὁ στρατηγὸς Εὐρυβάτης μονομαχίην ἐπασκέων, τρεῖς μὲν ἄνδρας τρόπῳ τοιούτῳ [m] κτείνει, ὑπὸ δὲ τοῦ τετάρτου Σωφάνεος τοῦ [n] Δεκελέος ἀποθνήσκει. 362
Αἰγινῆται δὲ, ἐοῦσι ἀτάκτοισι Ἀθηναίοισι συμβαλόντες τῇσι νηυσὶ, ἐνίκησαν· καί σφεων νέας τέσσερας αὐτοῖσι [o] ἀνδράσι εἷλον. Ἀθηναίοισι μὲν δὴ πόλεμος συνῆπτο πρὸς Αἰγινήτας. Ὁ δὲ Πέρσης τὸ ἑωυτοῦ ἐποίεε, ὥστε ἀναμιμνήσκοντός τε αἰεὶ τοῦ θεράποντος, μεμνῆσθαί μιν τῶν Ἀθηναίων, καὶ Πεισιστρατιδέων προσκατημένων καὶ διαβαλλόντων Ἀθηναίους· ἅμα δὲ βουλόμενος ὁ Δαρεῖος, ταύτης ἐχόμενος τῆς προφάσιος, καταστρέφεσθαι τῆς Ἑλλάδος τοὺς μὴ δόντας αὐτῷ γῆν τε καὶ ὕδωρ, Μαρδόνιον μὲν δὴ Φλαύρως πεπεζευκότα τῷ στόλῳ, παραλύει τῆς στρατηγίης· ἄλλους δὲ στρατηγοὺς ἀποδέξας, [p] ἀπέστειλε ἐπί τε Ἐρέτριαν καὶ Ἀθήνας, Δᾶτίν τε, ἐόντα [q] Μῆδον γένος, καὶ Ἀρταφέρνεα τὸν Ἀρταφέρνεος παῖδα, ἀδελφιδεὸν ἑωυτοῦ· στειλάμενος δὲ ἀπέπεμπε ἐξανδραποδίσαντας Ἀθήνας καὶ Ἐρέτριαν, [r] ἄγειν ἑωυτῷ ἐς ὄψιν τὰ ἀνδράποδα. Ὡς δὲ οἱ στρατηγοὶ οὗτοι οἱ ἀποδεχθέντες πορευόμενοι παρὰ βασιλέος, ἀπίκοντο τῆς Κιλικίης ἐς τὸ [s] Ἀλήϊον πεδίον, ἅμα ἀγόμενοι [t] πολὺν στρατὸν πολ-

a *Arcb. V. Paſſ. Ask.*, olim αἱ χεῖρες, nimie. *b* Τοῖσιν ἐπισπαρτῇσι *Arcb.*, ἐπισπάσροισι *Paſſ.*, de quo *Euſtath.* *c* *M. Paſſ. Ask.*, αὐτοὺς negligunt vulgo cuncti. *d* Ἐπεκάλεον *Vind.* *e* Deſit *Arcb.*, οὓς *Paſſ.* *f* Αἱ Αιγ. *Arcb. V.*, et λαφθεῖσαι ex correctione *Paſſ.* *g* Id. *Vind. Ask. M. Valla*, νεῶν omittitur ab *Ald.* et aliis, poteratque ex nexu intelligi. *h* Δὲ τοὺς ἑτέρους *Arcb.* *i* *M. Paſſ. Ask.*, ceteri διὰ δὴ ταῦτα. *k* Θελονταὶ *Arcb. V.* *l* *Med. Paſſ. Ask.*, abest ἀνὴρ a ceteris et ᾧ οὔνομα· tum πένταθλον *Arcb. V.* et *Euſtath.* Il. A. p. 110, 11. *m* *Arcb. V. Med. Paſſ. Ask. Brit.*, duo quoque priores τοιῶδε. Olim ἀποκτείνει. *n* *Arcb. V. Aldus*; Δεκέλεως ante. *o* Τοῖσι ἀνδρ. *Ask. Paſſ.* *p* Ἀπέστελλεν *Arcb.* *q* Μήδων id. tum Ἀρταφρένεα τὸν Ἀρταφρένεος *Paſſ. Ask. V.* Conf. L. v, 25. *r* Ἀγαγεῖν *V. Arcb.* *s* Ἀλαΐον *Arcb.*, Ἀλήνιον *Paſſ.* ex correct. *t* Πεζὸν στρατὸν πολλόν τε καὶ εὖ *Paſſ. Vind.*, καὶ habet *Med. Ask.* prius στρ. πεζ. πολλὸν εὖ erat.

no Thes. L. G. III, p. 920. Neque negari potest huic illa loco ſatis eſſe accommoda; ſi εὑρὼν δὲ poneretur cum viro Summo ad *Poll.*, cui nunc illa forſan incerti potius videbuntur imitatoris, ex hoc loco expreſſa. VALCKEN.

44. Στρατηγὸς ἀνὴρ] Specimen abundantiae est Herodoteae, quale C. 83. ἦλθε ΑΝΗΡ μάντις Κλεάνδρος. Dedi alias plura. Victus Eurybates a Sophane tandem est, ſolvitque poenas, quas dudum meruerat, ut ſolent plerumque ſemper hoc genus bellatores. *Valla* Sophanem τοῦ Δεκέλεος verterat *de caelis*, corruptiſſime in principe editione, *filii* nomen deinde accesſit. Error cognitiſſimus ex L. IX, 74.

62. Ἀρταφέρνεα τὸν Ἀρταφέρνεος] Tentavit ducis nomen Nob. *Palmerius* Exercit. p. 28. ob Arundelianum marmor, APIENTEA ex *Seldeni* ſcriptione oſtentans. Ibi vero fractum et exeſum illud erat, ductusque litterarum agnitu difficiles: unde ſollertiſſimus *Humphr. Prideaux* ad illud Chron. Marm. p. 217. ΑΡΤΑΦΕΡΝΕΑ fuiſſe, merito coniicit. Noſtro ſaepe, *Pauſaniae* I, 32., *Cornelio Nep.* in Miltiade C. 4., atque omnibus potiori *AEſchyl.* Pers. v. 21. *Artapbernes* audit. Quid Datidi Rex, niſi mandata abſolveret, minatus fuerit, *Plato* Menex. p. 240. B. indicavit.

67. Ἐς τὸ Ἀλήϊον πεδίον] Meminit *Homerus*, nominis cauſſam teſtatus, Il. Z, 200., cuius *Valla* non recordatus in errorem incurrit, leniter et docte correctum a *P. Leopardo* Emend. VII, 20. Sequentia ex MSS. cultiora ſunt.

Earum curſus per inſulas. Naxus direpta et incenſa. Delo parcitur.

πολλόν τε καὶ εὖ ἐσκευασμένον, ὀθαῦτα [a] στρατοπεδευομένοισι ἐπῆλθε μὲν ὁ ναυτικὸς πᾶς στρατὸς ὁ ἐπιταχθεὶς ἑκάστοισι· παρεγένοντο δὲ καὶ [b] αἱ ἱππαγωγοὶ νέες, τὰς τῷ προτέρῳ ἔτεϊ πρόσθε τοῖσι ἑωυτοῦ δασμοφόροισι [c] Δαρεῖος ἑτοιμάζειν· ἐσβαλόμενοι δὲ τοὺς ἵππους ἐς ταύτας, καὶ τὸν πεζὸν στρατὸν ἐσβιβάσαντες [d] ἐς τὰς νέας, ἔπλεον ἑξακοσίῃσι τριήρεσι ἐς τὴν Ἰωνίην· ὀθεύτεον δὲ οὐ παρὰ τὴν ἤπειρον [e] ἔχον τὰς νέας ἰθὺ τοῦ τε Ἑλλησπόντου καὶ τῆς Θρηίκης, ἀλλ' ἐκ Σάμου ὁρμεώμενοι, παρά τε Ἰκάριον καὶ διὰ νήσων τὸν πλόον ἐποιεῦντο· ὡς μὲν [f] ἐμοὶ δοκέει, δείσαντες [g] μάλιστα τὸν περίπλοον τοῦ Ἄθω, ὅτι τῷ προτέρῳ ἔτεϊ ποιεύμενοι [h] ταύτῃ τὴν κομιδὴν, μεγάλως προσέπταισαν· πρὸς δὲ, καὶ ἡ Νάξος σφέας ἠνάγκαζε, πρότερον οὐκ ἀλοῦσα. Ἐπεὶ δὲ ἐκ τοῦ Ἰκαρίου πελάγεος προσφερόμενοι προσέμιξαν τῇ Νάξῳ, ἐπὶ ταύτην γὰρ δὴ [i] πρώτην ἐπείχον στρατεύεσθαι οἱ Πέρσαι, μεμνημένοι τῶν [k] πρότερον οἱ Νάξιοι, πρὸς τὰ οὔρεα οἴχοντο Φεύγοντες, οὐδὲ ὑπέμειναν· οἱ δὲ Πέρσαι ἀνδραποδισάμενοι τοὺς κατέλαβον αὐτέων, ἐνέπρησαν καὶ τὰ ἱρὰ καὶ τὴν πόλιν· ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ἐπὶ τὰς ἄλλας νήσους ἀνάγοντο. Ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἐποίευν, οἱ Δήλιοι, ἐκλιπόντες καὶ αὐτοὶ τὴν Δῆλον, οἴχοντο Φεύγοντες ἐς Τῆνον· τῆς δὲ στρατιῆς καταπλεούσης, ὁ Δᾶτις [l] προπλώσας, οὐκ ἔα τὰς νέας πρὸς τὴν [m] νῆσον προσορμίζεσθαι, ἀλλὰ πέρην ἐν τῇ [n] Ῥηναίῃ· αὐτὸς δὲ πυθόμενος ἵνα εἶεν οἱ Δήλιοι, πέμπων κήρυκα, ἠγόρευέ σφι τάδε, „ Ἄνδρες ἱροὶ, τί Φεύγοντες οἴχεσθε, οὐκ ἐπιτηδέα καταγνόντες κατ' ἐμεῦ; ἐγὼ 363 „ γὰρ καὶ αὐτὸς [o] ἔτι τοσαῦτα Φρονέω, καὶ μοι ἐκ „ βασιλῆος ὧδε ἐπέσταλται· ἐν ᾗ χώρῃ οἱ δύο θεοὶ „ ἐγένοντο, ταύτην μηδὲν σίνεσθαι, μήτε αὐτὴν τὴν „ χώρην, μήτε τοὺς οἰκήτορας αὐτῆς· τῶν ὦν καὶ ἀπί- „ τε ἐπὶ τὰ ὑμέτερα αὐτέων, καὶ τὴν νῆσον νέμεσθε". ταῦ-

bene inſtructo exercitu, ibi caſtris poſitis ſupervenerunt nauticæ copiæ omnes, ut ſingulis erant imperatæ; ad hæc equos vehentes naves, quas ſuperiore Darius anno mandaverat tributariis ſuis parandas. Quum has oneraviſſent equis, atque terreſtri exercitu navibus impoſito, ſexcentis cum triremibus in Ioniam contenderunt. Hinc non ſecundum continentem recto curſu, Helleſpontum et Thraciam verſus navigabant, ſed e Samo unde ſolverant, iuxta Icarium, interque inſulas vehebantur: præcipue quidem, ut ego ſentio, metu circumnavigandi Athon, quia curſum ſuperiori anno illac peragentes, magnam iacturam fecerant; ſed et coacti propter Naxon, quam antea non ceperant. Ad quam posteaquam ex Icario pelago appulſi ſunt, in hanc enim ut primum copiæ ducerentur, Perſæ urgebant, Naxii memores priorum, fuga ſe in montes concitaverunt, non auſi reſiſtere. Eorum autem, quos adepti ſunt Perſæ, quum in ſervitutem rapuiſſent, delubra atque urbem incenderunt. His actis ad ceteras inſulas appellunt. Hæc dum isti agunt, Delii relicta et ipſi Delo fuga Tenum abeunt. Eo tendentes naves præcedens Datis non ſinebat ad inſulam habere ſtationem, ſed trans eam ad Rhenæam. Et ſimul cognito ubi Delii eſſent, miſſo caduceatore his eos verbis affatus est, Viri ſacri, quid fugientes abitis, non pro merito de me male opinantes? Ego enim et ipse etiam talia intelligo, et ab rege iuſſus ſum, qua in regione duo dii geniti ſunt, nequid aut eam regionem aut eius incolas lædam. Et nunc igitur abite ad veſtra ipsorum, et co-

[a] Στρατευομένοισι ora *Steph.*, *Euſtath.* ad Il. Ζ, p. 636, 54. receptum habuit. [b] Articulus negligitur ab *Arch. V.* [c] Non legit *Arch.* [d] Tres has voces non norunt *Arch. V. Valla:* in *Paſ.* punctis ſuperne inſignes ſunt, tanquam delendae. Mox ἑξακοσίῃσι *Med. Paſ. Ask.*, bene. olim ἐξακοσίοισι. [e] Εἶχον *V. Arch. Paſ.* [f] Δοκέειν iidem cum marg. *Steph.* [g] Deſit *Arch. V.* [h] Iidem et *Med. Ask. Paſ.*, ταύτην prius. [i] Πρῶτον *Arch. Vind.* Sequens ἐπεῖχον apud *Euſtath.* ad Odyſſ. p. 1856, 16. [k] Πρότερον *Arch. V. Valla:* conſequentia tangit *Plut.* Malign. p. 869. B. [l] Προσπλώσας *Arch. Paſ.* [m] *Med. Paſ. Ask.*, alii Δῆλον. [n] Ῥηνέῃ *Arch. Vind. Valla.* [o] *Med. Ask.* ora *Steph. Paſ.*, ad cuius marg. ἐπὶ τοσοῦτό γε Φρον., quomodo *Ald.* et ceteri.

74. Ἐσβιβάσαντες ἐς τὰς νέας] Parum abſum a tribus ultimis abolendis, auctoribus utens Codd. Sunt ſane ad ſententiam nulli uſui. Maneant tamen Scholii inſtar. Veterum de navium Perſicarum hac expeditione numero diſcordiam attigit *Boſius* ad *Nepotis* Miltiad. C. 4. Quod deinceps autem παρὰ τὴν ἤπειρον ἔχον τὰς νέας vir eruditus ἦγον aut ἔσελλον malebat. Non defero ſchedarum conſenſionem. Ἔχειν *Homero* idem nonnunquam ac ἐλαύνειν. Νῶιν δ' ὧδ' ἐπ' ἀριστερ' ΕΧΕ στρατοῦ Il. Ν, 326., ubi *Euſtathius:* itidem *Herodotus.*

79. Ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέει] Damnabile δοκέει minime, poſitum in L. I, 152., elegans quoque δοκέειν, *Gronovii* ſollertia L. IV, 168. inſtauratum, atque alibi. Optionis itaque facultas. Conf. *Abreſch.* Dilucid. *Thucydid.* p. 5., et de clade Perſarum ad montem Athon C. 44.

85. Ἐπεῖχον στρατεύεσθαι] Vide ad L. I, 80. Explicuit *Euſtathius* σκοπὸν εἶχον κατὰ τῆς Νάξου στρατεύεσθαι. Geminum L. I, 153. ἐπ' οὓς ΕΠΕΙΧΕ τε στρατηλατέειν αὐτός. Mox μεμνημένοι τῶν πρότερον non repudio, quantumvis τῶν προτέρων in abſurdis haud ſit. Miſcentur talia et variantur, veluti in *Diodori* XVII, 69. et *Maximi Tyr.* Diſſ. IV. C. 4. ubi *Daviſius.* Τὰ πρότερον, quorum Naxii in memoriam redibant, L. V, 34.

94. Ἐν τῇ Ῥηναίῃ] Verius fortaſſe et Ἰωνικώτερον ex Codd. τῇ Ῥηνέῃ. *Thucydidi* quidem certe, *Dionyſio Halic.* pluribusque aliis, *Holſtenio* ad Ethnicographi Ῥήνη advocatis, Ῥήνεια. *Pauſaniae* itidem IV, 34. et *Diodoro* XII, 58. In *Harpocratione* ex Or. Deliaca *Hyperidis* Ῥηναία, in Excerptis vero Orationis apud *Sopatrum* ad *Hermogenem* p. 184. Ῥήνεια ſaepius. Vide *Caſauboni* Animadv. *Athen.* X, 6. et *D'Orvillii* Exercit. de Inſcript. Deliac. Miſcell. Vol. VII. p. 109.

99. Ἐν ᾗ χώρῃ οἱ δύο θεοὶ] Adſcribo *AEſchinis* verba ex Dialog. III, 19, hoc fonte, uti bene Rev. *Horreus*, derivata: *Gobryam* teſtantur miſſum in Delum fuiſſe, ὅπως τηρήσειε τὴν νῆσον, ἐν ᾗ ΟΙ ΔΥΟ ΘΕΟΙ ἐγένοντο. *Cicero* L. I. Verr. C. 18. paria, Xerxis expeditioni cum *AEſchine* tribuens, quod Darii aetate Deliis uſu venit. Trecenta thuris talenta *Euſtath.* ad Dion. v. 525. hinc accepit.

99. Ἐν ᾗ χώρῃ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο] In *AEſchinis* Socr. Axiocho p. 160., Gobryes magus κατὰ τὴν τοῦ Ξέρξου διάβασιν miſſus dicitur in Delum, ὅπως τηρήσειε τὴν νῆσον, ἐν ᾗ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο. Conf. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* h. in Del. v. 255. et *B. Briſſon.* de R. P. II. p. 218. Secundum *Valerium Max.* I, 1., ex. ext. 6. *Perſae mille navium numero Delum compulſi templo Apollinis religioſas potius quam rapaces manus adhibuerunt.* Pietatem ſuam demonſtraſſe Datis dicitur *Pauſaniae* X. p. 867., λόγοις τε οὓς εἶπε πρὸς Δηλίους, factisque, cum inventum in nave Phoenicia ſignum Apollinis Delum detulit, ut Tanagraeis, quibus fuerat ſubreptum, reſtitueretur: *Herod.* VI, C. 118. —— Quae ſequuntur Herodotea, *Tzetzes* adhibuit Chil. I, v. 863., Δᾶτις δὲ τῷ Ἀπόλλωνι ἐνθυμιᾷ τῇ Δήλῳ Τάλαντα τριακόσια λιβανωτοῦ πρωτίστου· et *Euſtath.* in *Dionys.* v. 525. Unus plerumque Datis commemoratur, rarius facta ducis alterius Artaphernis mentione. Ubi in *Ariſtidis* Miltiade T. III. p. 269. Datis audit ὁ τοῦ στρατοπέδου κύριος καὶ ἡγεμών. *Schol.* MS. ἐπειδὴ, ait, τὸν Δάτιν οἶδε κύριον πάντων τῶν πραγμάτων, διὰ τοῦτο αὐτὸν μόνον ὀνομάζει· illic et ſaepius in isto praeſtantiſſimo Clar. *P. Burmanni Sec.* Codice alter ducum vocatur Ἰνταφέρνης· prout aliis etiam dicitur.

VALCKEN.

9. Πρῶ-

colite inſulam. Hæc Deliis per caduceatorem dixit: mox trecenta thuris talenta ſu-
98 per aram aggeſta adolevit. His actis Datis adverſus Eretriam primum navigavit, ſimul omnem exercitum, ſimul Iones pariter atque AEolenſes ducens. Statimque ab illius inde digreſſu Delos tremuit, ut Delii aiebant, et primum et poſtremum ad meam usque ætatem mota, deo mala ventura hominibus per hoc prodigium portendente. Nam ſub Dario Hyſtaſpis, et Xerxe Darii, et Artoxerxe Xerxis filio, tribus iis deinceps ætatibus, plus malorum paſſa eſt Græcia, quam viginti aliis ætatibus, partim a Perſis, partim ab ipſis primoribus de principatu bellantibus: ut non ab re Delos mota ſit, prius immobilis: de qua etiam in oraculo ita ſcriptum erat,

Et Delon, quamvis ſit adhuc immôta, movebo.

Et ſane in Græca lingua pollent hæc nomina, Darius, idem quod *coërcitor*: Xerxes, idem quod *martius*: Artoxerxes, idem quod *magnus bellator*. Hos igitur reges ita recte

ταῦτα μὲν ἐπεκηρυκεύσατο τοῖσι Δηλίοισι· μετὰ δὲ, λιβανωτῦ [a] τρισχόσια τάλαντα κατανήσας ἐπὶ τῦ βωμῦ ἐθυμίησε. Δᾶτις μὲν δὴ ταῦτα ποιήσας, ἔπλεε ἅμα τῷ στρατῷ ἐπὶ τὴν Ἐρέτριαν πρῶτα, ἅμα ἀγόμενος καὶ Ἴωνας καὶ Αἰολέας· μετὰ δὲ τῦτον ὀρθῶτην ἐξαναχθέντα, Δῆλος ἐκινήθη, ὡς [b] ἔλεγον οἱ Δήλιοι, καὶ πρῶτα καὶ ὕστατα, [c] μέχρι ἐμεῦ σεισθεῖσα· καὶ τῦτο μέν κω τέρας ἀνθρώποισι τῶν μελλόντων ἔσεσθαι κακῶν ἔφηνε ὁ θεός· ἐπὶ γὰρ Δαρείῳ τῷ Ὑστάσπεος, καὶ Ξέρξεω τῷ Δαρείῳ, καὶ [d] Ἀρτοξέρξεω τῷ Ξέρξεω, τριῶν τυτέων ἐπεξῆς γενεῶν, ἐγένετο πλέω κακὰ τῇ Ἑλλάδι ἢ ἐπὶ εἴκοσι ἄλλας γενεὰς τὰς πρὸ Δαρείῳ γενομένας· τὰ μὲν, ἀπὸ τῶν Περσέων αὐτῇ γενόμενα, τὰ δὲ, ἀπ' αὐτέων τῶν κορυφαίων περὶ τῆς ἀρχῆς [e] πολεμεόντων· ὥτω οὐδὲν ἦν ἀσινὲς κινηθῆναι Δῆλον, τοπρὶν εὖσαν ἀκίνητον· [f] καὶ ὁ χρησμῷ ἦν γεγραμμένον περὶ αὐτῆς ὧδε,

Κινήσω καὶ Δῆλον, ἀκίνητόν περ ἐῦσαν.

δύναται δὲ κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν ταῦτα τὰ ὀνόματα, Δαρεῖος, ἐρξείης· Ξέρξης, ἀρήϊος· [g] Ἀρτοξέρξης, μέγας ἀρήϊος· [h] τούτους μὲν δὴ τοὺς βασιλῆας ὧδε ἂν ὀρθῶς κατὰ γλῶσσαν τὴν σφετέρην Ἕλ-

a Citat *Tzetz.* Chil. I, 864. et ad *Lycophr.* v. 1430. *b Med. Paſ. Ask. V. Arch. Paris. B.*, ſed cum articulo, quem tres priores non habent. Vulgo ὡς λέγουσι Δήλιοι. *c Med. Ask. Valla*, μέχρι ἐμέο μὴ δέ ποτε σεισθεῖσα *Paſ.*, priora *Paris. A. B. Vind. Ald. Arch.* et οὐ σεισθ. *d* Ἀρταξ. *Arch. Valla. e* Πολεμιζόντων *Arch.* πολεμεόντων *Vind.*, quod verius: olim πολεμούντων. *f* Haec usque ad δύναται δὲ abſunt *Med. Ask.*, verſum habet *Euſtath.* ad Perieg. v. 525. *g* Ἀρταξ. *Arch.*, in quo Ἐρξίης. *h* Τούτους μὲν δὴ *Steph.* margo, *Arch. V. Paſ.*, μὲν deerat.

9. Πρῶτα καὶ ὕστατα] Eadem *Euſtath.*, additio τὸ πρὶν οὔσκ ἀκίνητος, incertum, utrum cum *Med.* et *Ask.* in negativa delenda conſpiraverit. Enim vero quid pro eius praeſentia ex *Codd.* numero diſputari queat, proſpicio. Nec revoco tamen, motus Cel. viri ſollerte disquiſitione. Claſicus *Thucydidis* locus ex L. II, 8. accedere debet: Ἔτι δὲ Δῆλος ἐκινήθη ὀλίγῳ πρὸ τούτων, πρότερον οὔπω σεισθεῖσα, ἀφ' οὗ Ἕλληνες μέμνηνται· quippe memorabilis adprime. Nam ſi inſulam tremor *circa bellum Peloponneſiacum*, quo modo Attici ſcriptoris verba accepit *Seneca* Q. Nat. IV, 26., agitavit, oblitus *Thucydides* huius fuit motus; neque inportune propterea eius Scholiaſtes, καὶ μὴν Ἡρόδοτος λέγει, ὅτι ἐκινήθη ἐν τοῖς Μηδικοῖς. At non recordatum fuiſſe, habet oblivionis et oſcitantiae non laudabile crimen, a quo tum immunis *Herodotus* non erit ipsemet. Aſſeverat ad ſuam usque aetatem Delum πρῶτα καὶ ὕστατα tremuiſſe: quae ſi paullo ante Peloponneſiacum quaſſata motu fuit, utique ſecunda vice ipso vivo et ſuperſtite contremuit: prorogavit enim aevum in illud usque Graecorum bellum, memoratis etiam nonnullis L. VII, 137, 133. atque alibi, quae eius tempora teſtantur. Quo tandem ergo pacto πρῶτα καὶ ὕστατα ad ipſius aetatem usque? Equidem utrumque auctorem in concordiam vocare, quam ſupinitatis convictos relinquere, malim, *Thucydidis*que ἐλίγῳ πρότερον laxius ſumere atque ad hunc Deli tremorem adplicare, tantoque cupidius, quod et ille Noſtri exemplo in rerum futurarum prodigiis inſulae motum cenſitum fuiſſe prodidit. Qui alia optant, Cl. *Waſſe* ad *Thucydid.* conſulent.

9. Δῆλος ἐκινήθη] Quod additur, ὡς λέγουσι Δήλιοι, monſtrat, ut puto, motum istum, quem tum ſenſiſſe videbantur Delii, rem Graecis paſſim ignotam fuiſſe, vel dubitanter receptam: huic certe Deliorum narrationi fidem non adhibuit *Thucyd.* qui paulo ante bellum Peloponneſiacum, atque adeo ſeptuaginta circiter annis post, quam haec evenerunt Herodoto narrata, inmotam ante Delum ſcribit prima vice κινηθῆναι, II, c. 8. Hiſtorici utriusque loca compararunt viri clariſſimi *Ios. Waſſe*, *Ez. Spanhem.* et *Iac. Gronov.* et *Herodoti* meminit *Schol. Thucyd.* Quo tempore terram moviſſe ſecundum *Thucyd.* ſenſerunt Delii, vixit quidem *Herodotus*, ſed haec iam olim ſcripto conſignata dudum ante videtur in vulgus emiſiſſe; ut adeo Delus ipſi dici potuerit, ſi vera narrabant Delii, tum temporis πρῶτα καὶ ὕστατα μέχρι ἐμεῦ σεισθεῖσα· ſic legit etiam ista *Valla.* VALCKEN.

12. Καὶ Ἀρτοξέρξεω] *Arch.* Ἀρταξέρξεω auctoritatem a *Thucydide*, *Diodoro*, *Cornelio Nepote*, *Steph. Byz.* in Ἀρταῖα aliisque auſert. Enim vero *Herodotus* vulgatum probavit L. VII, 106. et 151. et una cum eo *Cteſias* et *Plutarchus*. Sunt in Perſicis nominibus plurima, quorum initium ΑΡΤΑ, ſunt quoque *Artobazanes*, *Artocbines* &c.

18. Καὶ ἐν χρησμῷ &c.] *Gronovii* iudicium non temno, aliunde haec inculcata opinati. Verſum non neglexit *Euſtath.*, hinc acceptum non docens. Immo, ſi quod ſuſpicor, palam edere licet, quae ſuccedunt, δύναται δὲ κατὰ —— ſive explicationes titulorum regiorum, Grammatici quidpiam olent, non Hiſtorici. *Herodotus* ſane non ita adſolet. Sed enim maneant in poſſeſſione, quam Codd. conſpiratio illis aſſerit. In oraculi verſione ἀκίνητον *inmobilem* maluit *Henr. Stephanus* Schediasm. I, 22., *Virgilius* tamen, *Inmotamque coli dedit et contemnere ventos* de Delo.

18. Καὶ ἐν χρησμῷ ἦν γ.] A *Gronovii* iudicio non diſſiderem, ſi aliis etiam in Codd. omitterentur oraculi verſus, quaeque verſum antecedunt proxima: ſed quod addit vir Egregius, *non magis Herodoto fuiſſe cauſſam adſcribendi oraculi*, *quam fuit Thucydidi*, id vero miraturos ſcio, qui utrumque bene noverit. Oracula, portenta, ſomnia, et ſimilia credulorum ludibria, *Thucydides* hiſtoriae gravitate cenſuit indigna; *Herodotus* ista talia non libenter tantum commemorat, ſed ita, ut vix notam effugere poſſit hominis ſuperſtitioſi. Quantum hac etiam in parte diſtent isti duo vel hic locus eſſe queat documento: terrae motus *Herodoto* prodigium eſſe videbatur, quo mala ventura Deus portenderet; ſecundum *Thucyd.* talis perſuaſio vulgi animos occupaverat, ἐλέγετο καὶ ἐδόκει ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γενήσεσθαι σημῆναι. Sed legat quis *Herodot.* VII, c. 57. VIII, c. 37. c. 65. c. 77. IX, c. 64. c. 99. tum *Thucyd.* II, c. 17. VI, c. 70. VII, c. 79. et in his ingeniorum animadvertet differentiam. Semel tamen *Thucyd.* L. II, c. 54., praedictionem memorat Athenis celebratam: Ἥξει Δωριακὸς πόλεμος, καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ· et evaluiſſe tandem ſcribit, ut λοιμὸς non λιμὸς antiqua vocis ſcriptura crederetur: ἦν δέ γε, οἶμαι, inquit, ποτὲ ἄλλος πόλεμος καταλάβῃ Δωρικὸς τοῦδε ὕστερον, καὶ ξυμβῇ γενέσθαι λιμὸν, κατὰ τὸ εἰκὸς οὕτως ἄσοντάι· hinc etiam conſtare poterit, quid de talibus ſenſerit *Thucydid.* et quantum huius cauta perſpicacitas *Herodoti* praeſtet ſuperſtitioſae credulitati. VALCKEN.

22. Δαρεῖος] Occupantur eruditiſſimi viri in his examinandis *S. Bochartus*, *Th. Hyde*, *Burtonus*, et *H. Relandus* in primis Diſſert. de Vet. Ling. Perſica Sect. 23. 24. 61.; res est obſcura, et in penuria priſcae Perſarum dialecti implicata. Advertit tamen animum meum Ἐρξίης *Arch.*, cui facile primas tribuo ob haec veteris poëtae ap. *Hephaeſtion.* Enchirid. p. 19. Ἐρξίη πῆ δῆτ' ἄνολβος ἀθροΐζεται στρατός. Quae quidem *Simonidis* ſi ſint, *Iac. Uptoni* ea coniectura, pondus addent explicationi;

Ἕλληνες [a] καλέουσι. Οἱ δὲ βάρβαροι ὡς ἀπῆραν ἐκ [b] τῆς Δήλου, προσίσχον πρὸς τὰς νήσους· ἐνθεῦτεν δὲ στρατιήν τε παρελάμβανον, καὶ ὁμήρους τῶν νησιωτέων παῖδας ἐλάμβανον· ὡς δὲ περιπλέοντες τὰς νήσους, προσέσχον καὶ ἐς Κάρυστον, οὐ γὰρ δή σφι οἱ Καρύστιοι οὔτε ὁμήρους ἐδίδοσαν, οὔτε ἔφασαν ἐπὶ πόλις ἀστυγείτονας στρατεύεσθαι, λέγοντες Ἐρέτριάν τε καὶ Ἀθήνας, ἐνθεῦτεν τούτους ἐπολιόρκεόν τε καὶ τὴν γῆν σφέων [c] ἔκειρον, ἐς ὃ καὶ οἱ Καρύστιοι παρέστησαν ἐς τῶν Περσέων τὴν γνώμην. Ἐρετριέες δὲ, πυνθανόμενοι τὴν στρατιὴν τὴν Περσικὴν ἐπὶ σφέας ἐπιπλέουσαν, Ἀθηναίων ἐδεήθησαν σφίσι βοηθοὺς γενέσθαι. Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἀπείπαντο τὴν ἐπικουρίην, ἀλλὰ τοὺς τετρακισχιλίους κληρουχέοντας τῶν [d] ἱπποβοτέων Χαλκιδέων [e] τὴν χώρην, τούτους σφι διδοῦσι τιμωρούς· τῶν δὲ Ἐρετριέων ἦν ἄρα οὐδὲν ὑγιὲς βούλευμα, οἱ μετεπέμποντο μὲν Ἀθηναίους, ἐφρόνεον δὲ διφασίας ἰδέας· οἱ μὲν γὰρ αὐ-
364 τέων ἐβουλεύοντο ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν ἐς τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίης· ἄλλοι δὲ αὐτέων, ἴδια κέρδεα προσδεχόμενοι παρὰ τῦ Πέρσεω [f] οἴσεσθαι, προδοσίην ἐσκευάζοντο· μαθὼν δὲ τυτέων ἑκάτερα ὡς εἶχε Αἰσχίνης [g] ὁ Νόθωνος, ἐὼν τῶν Ἐρετριέων τὰ πρῶτα, φράζει τοῖσι ἥκουσι τῶν Ἀθηναίων πάντα τὰ παρεόντα σφι πρήγματα· προσεδέετό τε ἀπαλλάσσεσθαι σφεας ἐς τὴν σφετέρην, ἵνα μὴ προσαπόλωνται· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ταῦτα Αἰσχίνῃ συμβουλεύσαντι πείθονται· καὶ ἔτοι μὲν διαβάντες ἐς Ὠρωπὸν, ἔσωζον σφέας αὐτύς· Οἱ δὲ Πέρσαι πλέοντες κατέσχον τὰς νέας τῆς Ἐρετρικῆς χώρης κατὰ τέμενος, καὶ Χοιρέας, καὶ [h] Αἰγίλια· κα-

rectè Græci ex ſuo ſermone vocaverint ἐξ-
ξείης, Ἀρήϊος, μέγας Ἀρήϊος. Barbari, post- 99
quam a Delo ad inſulas profecti ſunt, ſu-
mebant illinc tum copias, tum liberos in-
ſulanorum obſides. Ut vero inſulas præter-
navigantes, Caryſtum appulerunt, Cary-
ſtiique negarunt ſe vel obſides dare vel mi-
litare adverſus vicinas civitates, Athenas
et Eretriam ſignificantes, Caryſtii tunc ob-
ſeſſi ſunt, eorumque ager vaſtatus, donec
in deditionem Perſarum venerunt. Eretrien- 100
ſes autem audito Perſarum exercitum ad-
verſus ſe venire, auxilia ab Athenienſibus
imploravere. Quibus non deneganda auxi-
lia rati Athenienſes, concеſſerunt ſubſidio
illis ea quatuor millia hominum, qui ſorte
Chalcidenſium equos alentium obtinuerant
prædia. Sed Eretrienſium haudquaquam ſin-
cerum erat conſilium, qui tametſi arceſſe-
bant Athenienſes, tamen ancipiti ſententia
vacillabant; quibusdam eorum cenſentibus
urbem deferendam, et in promontoria Eu-
bœæ eundum; quibusdam, qui privata lu-
cra a Perſis expectarent, proditionem mo-
lientibus. Horum utrorumque animos ani-
madvertens AEſchines Nothonis filius, E-
retrienſium primarius, patefecit Athenien-
ſibus omnem præſentium rerum ſtatum, o-
ravitque ut domum abirent, ne una cum
illis occumberent. Hæc conſulenti AE-
ſchini obtemperantes Athenienſes, illinc
in Oropum transgreſſi, ſalutem ſibi pepe-
rerunt. At Perſæ eo advecti, naves ora 101
Eretricæ ad ſanum et Chœreas et AEgilia
ap-

a Καλέουσι *Arcb. V.* *b* Τῆς νήσου *Med. Paſ. Ask.*, et mox προσίσχοντο cum *Arcb. V. Paris. B.*, qui quidem tres cum *Aldo* et Edd. τῆς Δήλου. *c* Ἔκειραν *Arcb. V.* *d* Ἱπποβότων *Arcb.* ἱπποβοτέων *Paſ.*, olim ἱπποβητέων. *e* Τούτων σφι τὴν χώρην *Ask.* et ora *Stepb.* *f* Non eſt in *Arcb. V.*, neque admodum eſt neceſſarium. *g* Deſit articulus *Paſ.* *b* Αἰγίλεας *Paſ.* et deinceps δὲ ταῦτα ſine præpoſitione cum *Ask.*

cationi, tangentque Darii hanc in Graecos expeditionem: ſententia namque, *Dario ſane infelices conparantur copiae.* Haec vir doctus ad *Dionyſium* de Struct. Oration. Sect. III. p. 23.

25. Ἐκ τῆς Δήλου] Reduxi, quod olim legebatur: iterata enim toties νήσου vox accidit ingrata, ſcholii foetus. Προσίσχοντο, tot Codd. protectum, volentibus relinquo. Non *Ariſtophanis* Plut. v. 1097. τῷ μειρακίῳ προσίσχεται neſcio, ſed in navium adpulſu qui poſuerit, habeo neminem, qui vero προσίσχειν, praeter Herodotum innumeros. Neque decerno, *Vallam* deinceps παραπλέοντες τὰς νήσους ſuis in ſchedis legiſſe: in meis nusquam certe. Perſae circum Cycladas, Euboeam petentes, navigarunt.

39. Τῶν ἱπποβοτέων] Sic de coniectura Cl. *Abr. Gronovius* ad *AElian.* Var. VI, 1., quam MSS. certiſſimam praeſtant. De his ſupra L. V, 77. Quod autem post pauca ex *Arcb.* adfertur a *Galeo* ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν καὶ ἐλθεῖν ἐς τὰ ἄκρα, id additamentum in eo non reperitur. *Laurentius* explevit de ſuo orationem, ut mollior incederet. Tale de Theſpienſibus L. VIII, 50. αὐτέων ΕΚΛΕΛΟΙΠΟΤΩΝ ἐς Πελοπόννησον. Alia hoc de genere Cel. *Hemſterhuſius* ad Plut. V. 1170.

43. Ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν ἐς τὰ ἄκρα] Indocti lectoris ſupplementum videtur, quod Codices praebent *Vallae* et *Arcb.* ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν, καὶ ἐλθεῖν ἐς τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίης· verbum enim noſter poſuiſſet adcommodatius, qualia nonnunquam ſubiiciuntur phraſi ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν· vid. quae clar. *Taylor* adſcripſit ad *Lyſiae* p. 48, 49. Herodoteum, quod vulgatur, ſatis ista commendarent etiam ſola VIII, c. 50., αὐτέων ἐκλελοιπότων ἐς Πελοπόννησον· alia praeterea dedit Clar. *Abreſch.* aptiſſima Diluc. *Thuc.* p. 493. Illuc urbe derelicta fugere voluerunt, ubi Perſicae claſſi non patebat acceſſus. Fuerunt ab antiquiſſimis temporibus infames Εὐβοίας ἄκραι· *Euboicae cautes, ultorque Caphareus, Virg.* Aen. XI, v. 260. In *Schol.* ad *Eurip.* Or. v. 432. Nauplius φευκτωρίας ἦψε περὶ τὰς ἀκτὰς τῆς Εὐβοίας· frequens haeret illic etiam menda: ſcribendum ἄκρας. Εὐβοίας ἄκραι *Sophocli* memorantur Trach. v. 801. Ut hic *Herod.* meminit et τῶν ἄκρων τῶν Εὐβοϊκῶν, VII, c. 192. *Dion Chrys.* in Euboica p. 99. D. ὅταν οὕτω πιεσθῇ τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίας ὑπὸ τῶν νεφῶν· orationis initio, μόλις, ait, διεσώθημεν πρὸς τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας· ſic proximum vocabant ſcopuloſum mare. ibid. p. 100. A. ἄγρια καὶ σκληρὰ τῆς νήσου τὰ πρὸς τὸ πέλαγος· καὶ ταῦτ' εἶπεν ἐξὶ τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας λεγόμενα· *Herodoto* VIII, c. 13., aliisque. *Philoſtr.* in Heroicis p. 716., τὸ λεγόμενον πῦρ ὑπὸ Ναυπλίου περὶ κοίλην Εὔβοιαν ἐπὶ τοὺς Ἀχαιοὺς ἀρθῆναι. *Livius* XXXI, c. 47. *eſt*, ait, *ſinus Euboicus, quem Coela vocant, ſuſpectus nautis:* proſtat ibi docta *Dukeri* nota. Sunt itaque eadem propemodum τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας et τὰ ἄκρα. Cur ſic dicantur ex his *Polyaeni* p. 300., εἰ δὲ ἡ θάλασσα κοίλη γένοιτο, ſimilibusque et hodiedum uſitatis licet aeſtimare. VALCKEN.

47. Ἐὼν τῶν Ἐρετριέων τὰ πρῶτα] Ionicis Atticisque tritiſſima locutio. *Euripid.* Med. v. 917. Οἶμαι γὰρ ὑμᾶς τῆσδε γῆς Κορινθίας Τὰ πρῶτ' ἔσεσθαι· et Orest. v. 1252. Τὰ πρῶτα κατὰ Πελασγὸν ἔδος Ἀργείων. *Dio Caſſ.* L. XXXVI. p. 16. C. ὅτι τά τε πρῶτα τῆς βουλῆς ἦν. *Syneſius* Dion. p. 35. B. Ἔνδοξον ἄνδρα τὰ πρῶτα τῶν Ἀριστοτέλους ὁμιλητῶν. Non adcumulo plura. Vide *Ti. Hemſterhuſium* ad *Luciani* Tim. C. 35.

54. Κατὰ τέμενος] Cl. *Reiskius* loci proprium nomen arbitratur, cuiusmodi Siciliae prope Syracuſas Τέμενος ap. Ethnicographum. Venit olim in mentem, ſcriptum hic fuiſſe primitus κατὰ Ταμύνας, cuius in *Strabonis* L. X. p. 687. clariſſima mentio et in *Stephano Byz.*, cui cum omnes ſuſpicioni refragentur MSS., forte Noſtri τέμενος Iovis est Tamynaei ſive Apollinis, variatur enim in titulo, quo de *Strabo*, ad oppidum Tamynas: tum τὸ τέμενος verius meliusque. Aeſtum *Gronovii* ſedant duo Codd., κατασχόντες δὲ ταῦτα —— praeferentes, omiſſo ἐς, utique non male.

54. Κατὰ τέμενος] Articulus ſaltem requireretur κατὰ τὸ τέμενος· ſic vicinum Apollinis templum fuiſſet deſignatum. Sed *Herodotum* ſcripſiſſe ſuſpicor κατὰ Ταμύνας. *Strabonem* ſequutus *Harpocrat.* in v. πόλις ἐστὶν ἐν Εὐβοίᾳ ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἐρετριέων αἱ Ταμύναι· vid. *Holſten.* ad *Steph. Byz.* In urbis nomine ſcribendo *Demoſthenes* et *AEſchines* ſibi conſtant: ἐν Ταμύναις et εἰς Τα-

applicuerunt: potitique his locis, continuo equos expoſuere, et tanquam cum hoſtibus conflicturi ſe inſtruxere. Adverſus quos non decreverunt Eretrienſes ſibi eſſe prodeundum: ſed quandoquidem ſententia de urbe non deſerenda evicerat, dabant operam ut mœnia cuſtodirent. Adorientibus autem ea Perſis, acri pugna per ſex dies certatum est: multisque utrimque cadentibus, ſeptimo die Euphorbus Alcimachi filius, et Philagrus Cyneæ, inter populares ſuos viri ſpectati, urbem hoſtibus prodidere. Quam ingreſſi Perſæ, templa postquam ſpoliavere, incenderunt, in ultionem eorum templorum, quæ Sardibus deflagraverant, hominibus iuſſu Darii in ſervitutem
102 redactis. Potiti Eretria, et paucos illic dies morati, in Atticam navigaverunt, tum acriter ſe coërcentes, tum rati idem ſe illaturos Athenienſibus quod Eretrienſibus intuliſſent: etenim erat locus Atticæ Marathon ad equitandum opportunisſimus, et proxime Eretriam; ideo huc illos Hippias
103 Piſiſtrati filius deducebat. Eodem Athenienſes et ipſi re audita ad vim arcendam proceſſerunt, decem præfectis ſibi ducibus: quorum decimus erat Miltiades, cuius patrem Cimonem Steſagoræ filium, ut fugeret ex Athenis Piſiſtratum filium Hippocratis coëgerat caſus; et dum exul erat, obtinere palmam Olympicam quadriiugo certamine contigerat: quam victoriam muneris gratia tranſtulit in Miltiadem fratrem uterinum: proximaque Olympiade eisdem equabus iterum vincens conceſſit Piſiſtrato, ut renunciaretur, et ſic victoria in hunc translata rediit in domum ſuam reconciliatus, idemque quum eisdem equabus aliam Olympiadem vicisſet, a filiis Piſiſtrati interfectus est, non iam vivo Piſiſtrato. Interfecerunt autem eum ad Prytaneum, noctu ſummisſis percuſſoribus, ſepultusque ante urbem trans

κατασχόντες δὲ ἐς ταῦτα τὰ χωρία, αὐτίκα [a] ἵππους τε ἐξεβάλλοντο, καὶ παρεσκευάζοντο ὡς προσοισόμενοι τοῖσι ἐχθροῖσι· οἱ δὲ Ἐρετριέες ἐπιξελθεῖν μὲν καὶ [b] μάχεσθαι οὐκ ἐπῃνέοντο βουλήν, εἴκων δὲ [c] διαφυλάξαιεν τὰ τείχεα, τούτῳ σφι [d] ἔμελε πέρι, ἐπεί τε σφίσι μὴ ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν προσβολῆς δὲ γενομένης καρτερῆς πρὸς τὸ τεῖχος [e] ἐπίπτων ἐπὶ ἓξ ἡμέρας πολλοὶ μὲν ἀμφοτέρων· τῇ δὲ ἑβδόμῃ Εὔφορβός τε [f] ὁ Ἀλκιμάχου, καὶ Φίλαγρος ὁ Κυνέω, ἄνδρες τῶν ἀστῶν δόκιμοι, προδιδοῦσι τοῖσι [g] Πέρσῃσι· οἱ δὲ, ἐσελθόντες ἐς τὴν πόλιν, τοῦτο μὲν, τὰ ἱρὰ συλήσαντες ἐνέπρησαν, ἀποτιννύμενοι τῶν ἐν Σάρδισι κατακαυθέντων ἱρῶν· τοῦτο δὲ, τοὺς ἀνθρώπους ἠνδραποδίσαντο, κατὰ τὰς Δαρείου ἐντολάς. Χειρωσάμενοι δὲ τὴν Ἐρέτριαν, καὶ ἐπισχόντες ὀλίγας ἡμέρας, ἔπλεον [h] ἐς τὴν Ἀττικὴν κατέργοντές τε πολλὸν καὶ δοκέοντες ταυτὰ τοὺς Ἀθηναίους ποιήσειν τὰ καὶ τοὺς Ἐρετριέας ἐποίησαν· καὶ, ἦν γὰρ [i] ὁ Μαραθὼν ἐπιτηδεώτατον χωρίον τῆς Ἀττικῆς, ἐνταῦθα σφι κατηγέετο Ἱππίης ὁ [k] Πεισιστράτου. Ἀθηναῖοι δὲ ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, ἐβοήθεον καὶ αὐτοὶ ἐς τὸν Μαραθῶνα· ἦγον δὲ σφέας στρατηγοὶ δέκα· τῶν ὁ δέκατος ἦν Μιλτιάδης, τῷ τὸν πατέρα Κίμωνα τὸν Στησαγόρεω κατέλαβε φυγὴν ἐξ [l] Ἀθηνέων Πεισίστρατον τὸν Ἱπποκράτεος· καὶ αὐτῷ φεύγοντι, ὀλυμπιάδα ἀνελέσθαι τεθρίππῳ συνέβη· καὶ ταύτην μὲν τὴν νίκην [m] ἀνελόμενός μιν, τωὐτὸ ἐξενείκασθαι τῷ [n] ὁμομητρίῳ ἀδελφεῷ Μιλτιάδῃ· μετὰ δὲ, τῇ ὑστέρῃ ὀλυμπιάδι τῇσι αὐτῇσι ἵπποισι νικῶν, παραδιδοῖ Πεισιστράτῳ ἀνακηρυχθῆναι· καὶ τὴν νίκην παρεὶς τούτῳ, κατῆλθε ἐπὶ τὰ ἑωυτοῦ ὑποσπονδί [o]· καί μιν ἀνελόμενον τῇσι αὐτῇσι ἵπποισι ἄλλην ὀλυμπιάδα, κατέλαβε ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν Πεισιστράτου παίδων, οὐκέτι [p] περιόντος αὐτοῦ Πεισιστράτου· κτείνουσι δὲ οὗτοί μιν κατὰ τὸ πρυτανήιον, νυκτὸς [q] ὑπείσαντες ἄνδρας· τέθαπται

365

a Ἵππους τε καὶ πεζοὺς *Brit.* *b* *Med. Ask. Paſ.*, ceteri μαχέσασθαι cum *Aldo.* *c* Περιφυλ. *Arcb.* *d* Περιέμελλεν *Arcb.* περὶ ἔμελε *Paſ.* *e* *Arcb. V. M. Paſ. Ask.*, in *Aldo* et aliis ἔπιπτον μὲν ἐπὶ. *f* Deſideratur ὁ in *Arcb. V.* *g* *Med. Paſ. Ask. V. Arcb.*, prius Πέρσησι τὴν πόλιν. Conf. *Gronov.* *h* Ἐς γῆν τὴν Ἀττικ. ora *Steph. Paſ.*, non inconmode pro uſu, tum κατεργάζοντες *Arcb. V.* et *Paſ.* ex ſcholio. Porro ταυτὰ *Arcb.*, quae et *Reiskii* coniectura: ante ταῦτα. *i* Ἡ Μαράθ. *Med. Paſ.*, in *Arcb. V.* articulus non reperitur. *k* Πεισισράτεω *Arcb.* *l* *Med. Paſ. Ask.* et *Ed. Genev.*, recte: Ἀθηναίων olim. *m* Ἀνελομένῳ *Med. Ask.* *n* Ὁμομήτορι *Arcb. V.*, quod praeiudicio *Th. Galei* multo praeſtantius. Tu vide C. 38. *o* *Med. Paſ. Ask. Arcb. V. Paris. B.*, praeclare. Prius τοῖσι αὐτοῖσι et bis quidem. *p* Περιόντος *Arcb.* *q* Πείσας *Arcb.*, prave. Mox διακοίλης iunctim plerique.

Ταμύνας legitur apud *Dem.* c. Mid. p. 364, 301. C. Boeot. p. 578, 20. *AEſch.* C. Ctes. p. 66, 5, 14. qui in Or. de falſa legat. p. 50, 40. τὴν ἐν Ταμύνοις μάχην memorat, laudemque ſibi reportatam; quo ſpectat *Philoſtr.* p. 508. VALCKEN.

62. Ἔπιπτον ἐπὶ ἓξ ἡμέρας] Expulſum et Cl. *Gronovio* μὲν ſervari potuiſſe, *D'Orvillius* ad *Chariton.* VI, 5. p. 561. opinabatur, haud inprudenter quidem, niſi ſchedarum voluntas aliud poſtularet. Eretriae proditores *Eupborbus* et *Philagrus* ſunt in *Plut.* de Garrul. p. 510. B., et *Pauſania* VII, 10., ubi in Graecis Φίλαβρος Κυνέου, in Latinis melius. *Strabonem* memoria fefellit, quando L. X. p. 687. de Eretria τὴν πόλιν κατέσκαψαν Πέρσαι, ΣΑΓΗΝΕΤΣΑΝΤΕΣ, ὥς φησιν Ἡρόδοτος τοὺς ἀνθρώπους τῷ πλήθει. Nihil hic talis modi. *Platonis* in Menex. p. 240. verba in doctisſimi ſcriptoris haerebant recordatione. Vide Cl. *Valckenarium* ad L. III, 149.

64. Φίλαγρος ὁ Κυνέου] Hoc congruit Eretrienſi nomen, non illud male ominatum Φίλαβρος, quod vulgatur ap. *Pauſan.* in catalogo proditorum Graeciae VII, p. 546. —— Quando mox Eretrienſes Perſae dicuntur ἀνδραποδίσασθαι κατὰ τὰς Δαρείου ἐντολὰς, ſi iuſſerat Darius σαγηνευθῆναι, fecerunt quomodo fecisſe ſcribit praeter ceteros *Strabo:* vid. notata in L. III, c. 149. *Nullam* Herodotum tamen *istius rei fecisſe mentionem* monuerat iam *Petavius* in *Iuliani* p. 79. A. —— Sequentia, nec *Vallae*, neque ceteris intellecta, recte ceperunt *Gron.* et *L'Auteur des Eſſais de Crit.* p. 184. Vicinum, κατέργοντες πολλὸν, vellem nobis explicuisſent. VALCKEN.

71. Κατέργοντές τε πολλὸν] *Laurentii* Latina, *magnam partem vaſtaverunt*, κατεργάζοντες trium Codd. explicant, ad rem bene, modo isti formae ea inesſet notio. Taliter κατεργάζεσθαι in Muſis atque apud alios frequens. Fieri ſortasſe potuit, idem ut ſignificatus illi participio adhaeſerit: alioqui κατέργοντες valere oportebit, non, quae viri Cl. verſio, *ſe coërcentes*; ſed Athenienſes in anguſtias cogentes et concludentes, veluti L. V, 63. Adſunt et uberes correctionum viae, *Reiskii* ſollertia munitae, κακεργέοντες, *multa mala inferentes*, καταργέοντες h. e. καταραθυμοῦντες, *tempus nihil agendo conſumentes*, καταράττοντές τε πολλὸν, *magno inpetu irruentes*. Eas ego premere non auſim. Vaſtitatem agrorum, a Perſis tum effectam, *Plut.* Ariſtid. p. 321. A. indicat.

73. Ὁ Μαραθὼν] Διγενὴς ἡ λέξις, ὁ καὶ ἡ Μαράθων; monitore *Euſtath.* ad Odyſſ. p. 1568, 44.; Ionum ore ἡ Μαραθὼν, ni fallit *Thom. Magiſter:* fallere autem *H. Stephanus* App. de Dialect. p. 157. decernit, Grammatico *Herodotum* L. I, 62. et hoc ipsum aliaque ex C. 107. obiiciens. Sed enim ἡ Μαραθὼν hic in ſchedis: neque latet, quantum ſibi amanuenſes in mutanda Scriptoris dialecto indulſerint. Adde *Porphyrium* Q. Homer. VIII., τὴν Μαραθῶνα Ionibus vindicare, et eruditos *Thomae M.* interpretes.

Equæ victoria triplici Olympica illustres. Miltiades post pericula ab hostibus et accusatoribus dispulsa dux Athenicusium. Phidippides cursor. Panis apparitio faventis Atheniensis.

θαπτας δὲ Κίμων πρὸ τῦ ἄστεος, πέρην τῆς διὰ Κοίλης καλεομένης ὁδῦ· κατα τοῦτον δὴ αὐτῦ αἱ ἵπποι [a] τεθάφαται αὗται αἱ τρεῖς ὀλυμπιάδας ἀνελόμεναι· ἐποίησαν δὲ καὶ ἄλλαι ἵπποι ἤδη τωὐτὸ τοῦτο Εὐαγόρεω Λάκωνος· πλέω δὲ τυτέων, [b] οὐδαμαί· ὁ μὲν δὴ πρεσβύτερος τῶν παίδων [c] τῷ Κίμωνι Στησαγόρης ἦν τηικαῦτα παρὰ τῷ [d] πάτρῳ Μιλτιάδῃ τρεφόμενος ἐν τῇ Χερσονήσῳ· ὁ δὲ νεώτερος παρ' αὐτῷ Κίμωνι [e] ἐν Ἀθήνῃσι, τῦνομα ἔχων ἀπὸ τῦ οἰκιστέω τῆς Χερσονήσυ Μιλτιάδεω, Μιλτιάδης. Οὗτος δὴ ὢν τότε ὁ Μιλτιάδης ἦκων ἐκ τῆς Χερσονήσυ, [f] καὶ ἐκπεφευγὼς διπλόον θάνατον, ἐστρατήγεε Ἀθηναίων· ἅμα μὲν γὰρ, οἱ Φοίνικες αὐτὸν οἱ ἐπιδιώξαντες μέχρι Ἴμβρυ, περὶ πολλῦ ἐποιεῦντο λαβεῖν τε καὶ ἀναγαγεῖν παρὰ βασιλῆα· ἅμα δὲ, ἐκφυγόντα τε τύτυς, καὶ ἀπικόμενον ἐς τὴν ἑωϋτῦ, δοκεόντά τε εἶναι οἱ σωτηρίη, ἤδη τοιῦθεῦτέν μιν οἱ ἐχθροὶ ὑποδεξάμενοι, [g] καὶ ὑπὸ δικαστήριον αὐτὸν ἀγαγόντες, ἐδίωξαν τυραννίδος τῆς ἐν Χερσονήσῳ· ἀποφυγὼν δὲ καὶ τύτυς, στρατηγὸς ἦτε Ἀθηναίων ἀπεδέχθη, αἱρεθεὶς ὑπὸ τῦ δήμυ. Καὶ πρῶτα μὲν, ἐόντες ἔτι ἐν τῷ ἄστεϊ οἱ στρατηγοὶ, ἀποπέμπυσι ἐς Σπάρτην κήρυκα [h] Φειδιππίδην, Ἀθηναῖον μὲν ἄνδρα, ἄλλως δὲ [i] ἡμεροδρόμον τε καὶ τῦτο μελετῶντα· [k] τῷ δὴ, ὡς αὐτός τε ἔλεγε Φειδιππίδης, καὶ Ἀθηναίοισι ἀπήγγειλε, περὶ τὸ Παρθένιον ὄρος τὸ ὑπὲρ Τεγέης ὁ Πὰν περιπίπτυ· βώσαντα δὲ τῦνομα τῦ Φειδιππίδεω τὸν Πᾶνα, Ἀθηναίοισι κελεῦσαι ἀπαγγεῖλαι, διότι ἑωϋτοῦ οὐδεμίην ἐποιεῦνται, ἐόντος εὔνυ ἤδη Ἀθηναίοισι, καὶ πολλαχῦ

trans viam, quæ per Cœlam vocatur: et e regione eius sepultæ sunt equæ illæ, quæ tres Olympicas victorias reportarant. Idem quod istæ, iam aliæ equæ fecerant, quæ fuerunt Euagoræ Laconis: aliæ præterea nullæ. Per idem tempus maior natu filiorum Cimonis Stesagoras, apud Miltiadem patruum in Chersoneso educabatur: minor autem apud ipsum Cimonem Athenis erat, nomen habens Miltiades a Miltiade Chersonesi conditore. Hic igitur Miltiades è Chersoneso tunc profectus, dux Athenienſium erat, e duplici cæde elapsus; nam simul eum Phœnices usque ad Imbrum persequuti, in magno negotio habebant capere hominem, ut ad regem perducerent; simul ab iis elapsum, et domum suam reversum, ac se salvum esse existimantem, inimici sui inde exceperunt, et iudicio subiecerunt, accusantes occupatæ in Chersoneso tyrannidis. Sed et hoc reatu liberatus, ita suffragiis populi dux Athenienſium declaratus est. Duces autem quum adhuc in urbe essent, ante omnia præconem Spartam mittunt Phidippidem, illum quidem Athenienſem, sed diurnum cursorem et id ipsum meditantem. Huic Phidippidi, ut ipse dicebat, et Athenienſibus renunciavit, circa Parthenium montem, qui supra Tegeam est, obvius fuit Pan: compellatoque nominatim Phidippide, iussit nunciari Athenienſibus, quid ita illi nullam gererent curam sui, qui ipsis benone nunc vellet, quique iam sæpenumero de

eis

[a] Τεταφ. id. [b] Οὐδαμαὶ id. [c] Abest *V. Arch.* [d] Πάτρῳ οἱ *Arch.*; vocabulum explicat *Eustath.* p, 316, 8. ad *Hom.* et *Th. Mag.* in Τίθην. [e] *Med. Ask. Pasq.*, ἐν deerat ceteris, nec requirebatur. Mox οὔνομα tantum *V. Ask.* [f] *V. Med. Ask. Pasq.* et *Suid.*, qui haec exscripsit in Μιλτιάδης. Copulam vulgo omittebant. [g] Καὶ ὑπὸ *Arch. V.*, tum, negligentes αὐτὸν, ἀγαγόντες cum *Brit. Med. Pasq. Ask. Paris. B.*, in *Suid.* ἀναγαγ., olim ἐσαγαγόντες. [h] Φιλιππίδην *Arch. V. Valla* semper: excerpsit Schol. *Hermogenis* p. 407. [i] Ἡμεροδρόμην ora *Steph. Pasq. Vind.* [k] Hiatus hic in *Arch. V.* usque ad C. 106. περιπεσοῦσαν.

92. Πέρην τῆς διὰ Κοίλης] Sic *Io. Meursium* Ceram. Gem. C. 24. secutus pingi iussi. Διακοίλης, nexis vocibus, consistere non potest. Atticae Κοίλη e *Marcellino* scriptisque marmoribus nota, haud longe Ceramico aberat. Unde *AElian.* Anim. XII, 40. Μιλτιάδης δὲ τὰς ἵππους τὰς τρεῖς ΟΛΥΜΠΙΑ ἀνελομένας ἔθαψεν ἐν ΚΕΡΑΜΕΙΚΩι· καὶ Εὐαγόρας ὁ Λάκων. —— Quae cuncta hinc derivata cum sint, bene *Iac. Perizonius* ad *AEliani* Var. IX, 32. τρεῖς Ὀλυμπιάδας reposuit, alioqui τρὶς Ὀλύμπια, cum Cl. *Io. Matth. Gesnero*, qui de equabus huiusmodi erudite in *Columellam* R. R. III, 9.

92. Τῆς διακοίλης καλ. ὁδοῦ] Cum *Io. Meursio* in Ceramico Gem. C. 24. scribendum censeo: πέρην τῆς διὰ Κοίλης καλεομένης ὁδοῦ, *ultra viam, quae quod trans Coelam ducat nomen inde suum accepit.* Fuit enim sepulcrale Cimonis monumentum prope urbem ἐν Κοίλῃ, atque adeo ultra viam, quae vocabatur ἡ διὰ Κοίλης ὁδός. *Marcellin.* in vita *Thucyd.* p. 3, 25. πρὸς ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνεια μνήματα· huic vitae subiectus scriptor incertus, a praecedentium auctore diversissimus, (cuius incipiunt observata p. 7, 46. ab Ἰσέου) p. 9, 23., ἔστι δὲ αὐτοῦ τάφος πλησίον τῶν πυλῶν ἐν χωρίῳ τῆς Ἀττικῆς ὃ Κοίλη καλεῖται· conf. tertius vitae *Thuc.* scriptor p. 12, 12. Praeter Archinum, *Meursio* memoratum de Pop. Att. in Κοίλη, qui ἐκ Κοίλης censerentur cives innotuerunt Attici Chaeredemus Εὐαγγέλου, Phidon, et Leptines ex *Schol.* in *Aristoph.* A. V. 1128., *Isocrate* p. 375. D. *Demosth.* p. 397, 104. VALCKEN.

97. Πρεσβύτερος τῶν παίδων τῷ Κίμωνι] Consimili structura εἷς μὲν δὴ τῶν ποταμῶν τοῖσι Σκύθῃσι L. IV, 51. et L. IX, 107. καὶ ἠγάγετο ἐς ἑωϋτοῦ Δαρείῳ τὴν γυναῖκα, *filii Darii uxorem.* Error *Thomae Mag.*, παρὰ τῷ πάτρῳ explicantis ἡγεμὼν τῷ πάππῳ, reprehensus merito fuit a *P. Leopardo* Emend. VII, 20. et *I. Rutgersio* Var. L. I. p. 33.

98. Παρὰ τῷ πάτρῳ Μιλτ.] Recte *Eustath.* in Il. B. p. 239, 16., ὡς παρ' Ἡροδότῳ Πάτρως ὁ ἀπὸ πατρικοῦ ἀδελφοῦ θεῖος, οὕτω νῦν (Il. B. v. 661.) ὁ ἀπὸ μητρικοῦ, Μήτρως· hac etiam in voce sibi constat *Herod.* L. II. c. 133. IV, c. 76. VII, c. 10. In his nostris errasse *Thomam Magist. I. Rutgers.* ostendit Var. Lect. pag. 33. VALCKEN.

8. Καὶ ὑπὸ δικαστήριον] Addita ex Codd. copula sermonem, nonnihil antea hiulcum, instruxi. Quod proxime autem τοενθεῦτέν μιν οἱ ἐχθροὶ —— in μὲν docti viri suspicione conversum memini, quoniam αὐτὸν ἀγαγόντες consequitur. Eiicerem ego posterius potius fide eorundem librorum, si quae rei necessitas, qualis in Herodotea redundantia et aliorum nulla. Confer *Diodoro* adposita L. I, 97. IV, 39.

13. Φειδιππίδην] *Corn. Nepos* expressit, *Philippidemque cursorem eius generis, qui hemerodromi vocantur*, ubi in cursoris, prorsus uti hic, nomine libri non conspirant, *Phidippidem* dantes. In *Polluce* III, 148. Φιλιππίδης ἡμεροδρόμος, hinc, opinor, acceptus: eadem *Luciani* scriptura T. I. 727., *Plut.* Malign. p. 862. A., *Pausan.* I, 28., *Libanii* T. I. p. 138., *Plinii* Hist. N. VII, 20., *Solini* Polyh. C. I. Non me clam est, V. Cl. *Salmasium Palmeriumque* Φειδιππίδην ubique praeferre ob *Herodoti* exemplum: at dubium illud est. Retinebo tamen, valde metuens de explorata scriptionis eius veritate, Φειδιππίδην. *Hemerodromos*, οὐ χρωμένους ὑποδήμασι ἐν ταῖς ὁδοῖς, *Musonius* ἀνυποδησίαν collaudans in *Stob.* Serm. I. p. 18., testimonio esse voluit, plura de iisdem et elegantia vetus scriptor in *Steph.* Sched. VI, 2.

18. Ἀθηναίοισι κελεῦσαι ἀπαγγεῖλαι] Eadem hinc de Pane narrat *Pausan.* I, p. 68. similia Suidas in Ἱππίας. Huic, a Miltiade forsan excogitatae, fraudi similem commentus est Pericles, narratam *Frontino* Stratag. I, c. XI, 10. et summi duces Archidamus, Agesilaus, Epaminondas plebis superstitione scienter leguntur usi. Tegeatis non minus quam Athenienſibus istam Panis adparitionem visam fuisse veram ex *Pausaniae* constat Arcad. p. 710. In *Schol.* MS. ad *Aristidis* Panathen. Philippidae, seu Phidippidae, dixisse fertur Pan: ὅτι τῇ μάχῃ παρέσομαι· εἰπὲ δὲ Ἀθηναίοις τιμᾷν με· huic quoque divino iussui libenter Athenienſes rebus compositis obsecundasse docet *Herod.* ἱδρύσαντο ὑπὸ τῇ ἀκροπόλι Πανὸς ἱρόν· testis est et Pan ipse *Lucianeus* I, p. 272., Ἀθη-

eis bene meritus fuisset atque etiam futurus esset. His verbis fide habita, Athenienses, quando eorum tandem status erat bene constitutus, extruxerunt sub arce templum Panis: illique annuis sacrificiis ex quo nuncium accepere, sacrificant, et lam-
106 padis cursu supplicant. Tunc autem Phidippides hic a ducibus missus, quando sibi dixit etiam Pana apparuisse, secundo die postquam Athenienſium urbe exivit, Spartam pervenit, adiensque magistratus, Lacedæmonii, inquit, orant vos Athenienses ut sibi opem feratis, nec civitatem inter Græcos vetustissimam negligatis, in discrimen adductam, ut barbaris serviat. Etenim Eretria direpta est, insignique civitate Græcia imbecillior reddita. His mandatis a Phidippide expositis, placebat quidem Lacedæmoniis opem ferre Athenienſibus: sed id sibi impossibile confestim facere erat, nolentibus legem rumpere: nam erat nonus dies stantis mensis, quo die negabant se progressuros, orbe lunari non impleto. Et isti quidem plenilunium expecta-
107 bant. Hippiæ autem Pisistrati filio, qui barbaros in Marathonem ducebat, visum hoc in somnis superiore nocte oblatum est: Videbatur sibi Hippias cum matre concumbere:

[a] γενομένῳ σφίσι χρησίμῳ, τὰ δ' ἔτι καὶ ἐσομένῳ· καὶ ταῦτα μὲν Ἀθηναῖοι, καταστάντων σφίσι εὖ ἤδη τῶν πρηγμάτων, πιστεύσαντες εἶναι ἀληθέα, ἱδρύσαντο ὑπὸ τῇ ἀκροπόλι Πανὸς ἱρὸν, καὶ αὐτὸν ἀπὸ ταύτης τῆς ἀγγελίης θυσίῃσι ἐπετείῃσι καὶ λαμπάδι ἱλάσκονται. Τότε δὲ πεμφθεὶς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ὁ Φειδιππίδης οὗτος, ὅτε πέρ οἱ ἔφη καὶ τὸν Πᾶνα φανῆναι, [b] δευτεραῖος ἐκ τοῦ Ἀθηναίων ἄστεος ἦν ἐν Σπάρτῃ· ἀπικόμενος δὲ ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας ἔλεγε, „ Ὦ Λακεδαιμόνιοι, Ἀθηναῖοι ὑ-
„ μέων δέονται σφίσι βοηθῆσαι, καὶ μὴ περιδεῖν πό-
„ λιν ἀρχαιοτάτην ἐν τοῖσι Ἕλλησι δουλοσύνῃ πε-
„ ριπεσοῦσαν πρὸς ἀνδρῶν βαρβάρων· καὶ γὰρ [c] Ἐ-
„ ρέτριά τε τῶν ἀνδραποδίσται, καὶ πόλι λογίμῳ ἡ
„ Ἑλλὰς γέγονε ἀσθενεστέρη". ὁ μὲν δὴ σφι τὰ ἐν-
τεταλμένα [d] ἀπήγγελε· τοῖσι δὲ [e] ἔαδε μὲν βοη- 366
θέειν Ἀθηναίοισι, ἀδύνατα δέ σφι ἦν τοπαραυτίκα ποιέειν ταῦτα, οὐ βουλομένοισι λύειν τὸν νόμον· ἦν γὰρ [f] ἱσταμένου τοῦ μηνὸς εἰνάτη· εἰνάτῃ δὲ οὐκ ἐξελεύσεσθαι [g] ἔφασαν, μὴ οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου· οὗτοι μέν νυν τὴν πανσέληνον ἔμενον. Τοῖσι δὲ βαρβάροισι κατηγέετο Ἱππίης ὁ Πεισιστράτου ἐς τὸν Μαραθῶνα, τῆς παροιχομένης νυκτὸς ὄψιν ἰδὼν [h] ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε· ἐδόκεε ὁ Ἱππίης τῇ μητρὶ τῇ ἑωυτοῦ

a Γενομένου σφίσι sine interposito ἤδη *Pasf.*, mox Sch. *Hermogen.* πολλαχῇ cum *Ask. Pasf.*, sicuti 1, 42. Porro τὰ δ' ἔτι uterque, ceteri cum *Aldo* τὰ δέ τι. *b* Citat *Plut.* Malign. p. 862. A., non sine loligine. *c* Νῦν Ἐρετρ. τε *Arcb. Pasf.* *d* Ἀπάγγ. *Arcb. Pasf. Vind.*, sine augmento. *e* Habet *Suid.* in Ἐκδότα. *f* Ἰσαμένου *Vind.* et *Plut.* p. 861. F., ubi prius εἰνάτῃ ob sequens interiit: olim erat *Ισαμένη*, vitiose. *g* Desideratur in *Arcb. V.* *b* Absunt tria seqq. ex *M. Pasf. Ask.*

Ἀθηναίοισι συμμαχήσας οὕτως ἠρίστευσα ἐν Μαραθῶνι, ὥστε καὶ ἀριστεῖον ἠρέθη μοι τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλαιον. Panis αὔλιον et τὸ τοῦ Πανὸς dixit *Aristoph.* Lys. v. 722. et 910. alia dedit *Meurs.* Ath. Att. II, c. 8. In *Schol.* Ed. ad *Aristid.* T. II. p. 172., Pani dicuntur βωμὸν ἱδρύσασθαι et θυσίας ἐπιτελέσαι. Herodotea, καὶ λαμπάδι ἱλάσκονται, *Meurs.* attigit in Gr. Feriata v. Λαμπάς. VALCKEN.

21. Γενομένου σφίσι χρησίμου] Odiosa vocis ἤδη repetitio nunc cessabit. *Hermogenis* Schol. in praegressis eam neglexit, ἔτους ἔντος αὐτοῖς repraesentans. Potior *Pasf.* voluntas, in quam *Reiskii* inclinavit opinatio, mox, sicuti in duobus MSS., τὰ δ' ἔτι legentis, proba utique sententia. Scholiastes ille τὰ δὲ, καὶ ἐσομένου tantum.

28. Δευτεραῖος ἐκ τοῦ Ἀθ. ἄστεος] Obscura de Phidippide *Plutarchi* insectatio est, iniusta tamen. Spatium ab illo cursore, absolutum biduo, stadiis MCCXL. finiit *Solinus* et magnus eius interpres p. 33., *Plinius* vero MCXL. Hist. Nat. VII, 20., ubi docte *Harduinus*.

28. Δευτεραῖος —— ἦν ἐν Σπάρτῃ] Plusquam mille ducenta stadia biduo confecisse *Salmas.* monuit ad *Solin.* p. 45. Miror quod scribit *Plutarch.* de *Herod.* Malign. p. 862., Phidippidem παρακαλοῦντα Λακεδαιμονίους ἐπὶ τὴν μάχην ἐκ τῆς μάχης γεγενημένον· ante pugnam Marathoniam Spartam missus, victoriae reportatae nuncius Athenas venit, *Luciano* teste T. I. p. 727., λέγεται ἀπὸ Μαραθῶνος ἀγγέλλων τὴν νίκην εἰπεῖν πρὸς τοὺς ἄρχοντας, —— χαίρετε, νικῶμεν, καὶ τοῦτο εἰπὼν συναποθανεῖν τῇ ἀγγελίᾳ, καὶ τῷ χαίρειν συνεκπνεῦσαι· ubi forte scribi praestiterit ἐναποθανεῖν τῇ ἀγγελίᾳ. In *Scholiis* ineditis ad *Aristid.* Panathen. vatis iussu Plataeis missus ad ignem sacrum Delphis petendum ἀπῆλθεν εἰς Δελφοὺς, καὶ ἦλθεν αὐθημερὸν χιλίους σταδίους ποιήσας· καὶ ἐλθὼν ἐς Πλαταιὰς, καὶ ῥίψας ἐν μέσῳ τὸ πῦρ ἐτελεύτησε μὴ ἐνεγκὼν τὸν κάματον. VALCKEN.

38. Ἦν γὰρ ἱσαμένου μηνὸς εἰνάτη] Sermonis indolem hoc postulare *Gronovius* agnovit. Bene *Vindob.* et *Plutarchus*, in cuius Glor. Athen. p. 349. E. ἕκτῃ μὲν ἱσαμένῃ Βοηδρομιῶνος simili peccato. Superius C. 57. καὶ ἑβδόμας ἱσαμένου τοῦ μηνός· *Plut.* Sympos. VIII. p. 717. B. τῇ ἕκτῃ τοῦ Θαργηλιῶνος ἱσαμένου. In talibus enimvero pauca abunde sunt. Hic criminosa *Plutarchi* accusatio Malign. p. 861. F., *Herodotum* asperrime stringens, examen meretur. Negat τῆς πανσελήνου religione Spartanos ab expeditionibus abstinuisse, audacter ea in re *Pausaniae*, *Luciano*, si tamen is auctor Ἀστρολογίης, C. 25., scriptori Περὶ ποταμῶν, cui *Plutarchi* nomen inponitur, *Hermogeni*, et quos plures *Io. Meursius* Miscell. Lacon. II, 9. adpellavit, obnixus. Ad hoc, partae victoriae Marathoniae diem VI. fuisse Boëdromionis, in perpetuum eius monumentum ad posteros sacratum: quod, ne vacillantem putes, ter insinuat, etiam in Camilli Vit. p. 138. A. Falsum propterea largiter *Herodotum*, alios turpiter circumscribere, coelum ipsum, dierum rationem, omnes res confundere. Gravis profecto accusatio, sed in insectatoris reditura, sicuti prudenter *Ioach. Camerarius* Prooem. in Herodot. p. 715. *Ed. Gronov.*, caput. Nam de lege, verba eruditi eius viri sunt, deque praelii die, sua fide adfirmante utroque, venia, opinor, dabitur ei, qui fidem *Herodoti*, proxime ad Marathonii certaminis aetatem pertinentis, atque ex illis, qui conflictui adfuerunt, haud pauca edocti, pluris sibi faciendam quam *Plutarchi* putaverit. At VI. tamen Boëdromionis dies sollemnis illi victoriae Athenis? Esto. Quid enim, si mense, cuius nomen *Herodotus* presit, Metagitnione, quo Spartae *Carnia* celebrabantur, pugna in campo Marathonio fuerit pugnata? *Carnia* sane, pariterque luna, nondum pleno orbe fulgens, ne abitum Lacedaemonii maturarent, inpedimento erant, uti L. VII, 206. Ita praelium festo illo die, quod accusator non diffitetur, fuit prius, relato deinde in VI. Boëdromionis. Haec et plura pro *Herodoto* eruditissimus *Freretus* Comment. Acad. Inscript. T. XVIII. p. 138. *Ed. Paris.* Dici speciose poterit, *Carniorum* nullam hic mentionem. Servemus ergo mensem Boëdromionem, et pugnam in XVI. eius diem conferamus. Nam Spartani nono mensis die ad belli consortionem invitati, post plenilunium confecto tridui itinere, Persis tantum quod profligatis, Athenas advolarunt. Sit inquam certamini dies XVI. Boëdromionis, potuit victoriae memoria anteverti, et VI. die sacrari, quod Mysteriorum sollemnia extremo eodem mense sanctissima essent, aut alia de causa. Neque insolens et praeter usum, ut victoriae sollemnis pompa alio celebraretur tempore, quam reportata ipsa fuerat. Persas Graeci ad Plateas IV. Boedromionis straverunt, *Eleutheria* tamen, recordationi eius rei dicata, die XIV. Maemacterionis peragebantur, *Plut.* Aristid. p. 332. A. Qua in opinatione de consensu Cl. *Ed. Corsini* Fastor. Attic. Diss. IV. p. 184. gaudeo. Alia *H. Dodwellus* de Cyclis Diss. VIII. p. 330. Utram autem cunque in re adeo remota adoptemus defensionem, *Plutarchus* causa cadet.

43. Ἐν τῷ ὕπνῳ] Quibus supervacuae hae voces, arbitrium illis relinquo. Adduntur infra C. 118. et 131., etiam

τοῦ συνευηθῆναι· [a] συνεβάλετο ὧν ἐκ τοῦ ὀνείρου, κατελθὼν ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἀνασωσάμενος τὴν ἀρχὴν, τελευτήσειν ὁ τῇ ἑωϋτοῦ γηραιός· ἐκ μὲν δὴ τῆς ὄψιος συνεβάλετο ταῦτα· τότε δὲ κατηγεόμενος, τῶτο μὲν, τὰ ἀνδράποδα τὰ ἐξ Ἐρετρίης ἀπέβησε ἐς τὴν νῆσον τὴν Στυρέων, καλεομένην δὲ [b] Αἰγίλειαν· τῶτο δὲ, καταγομένας ἐς τὸν Μαραθῶνα τὰς νέας ὥρμιζε οὗτος· ἐκβάντας δὲ ἐς [c] τὴν γῆν τοὺς βαρβάρους διέτασσε· καί οἱ ταῦτα διέποντι ἐπῆλθε πταρεῖν τε καὶ βῆξαι μεζόνως ἢ ὡς εἰώθεε· οἷα [d] δὴ οἱ πρεσβυτέρῳ ἐόντι, τῶν ὀδόντων οἱ πλεῦνες ἐσείοντο· τυτέων ὧν ἕνα τῶν ὀδόντων ἐκβάλλει ὑπὸ βίης βήξας· ἐκπεσόντος δὲ ἐς τὴν [e] ψάμμον αὐτῦ, ἐποιέετο πολλὴν σπυδὴν ἐξευρεῖν· ὡς δὲ οὐκ ἐφαίνετό οἱ ὁ [f] ὀδὼν, ἀναστενάξας, εἶπε πρὸς τοὺς [g] παρεστεῶτας, „ Ἡ γῆ ἥδε οὐκ ἡμετέρη ἐστὶ, οὐδέ μιν δυνησόμεθα ὑποχειρίην ποιήσασθαι· [h] ὁκόσον δέ τι μοι μέρος μετῆν, ὁ ὀδὼν μετέχει". Ἱππίης μὲν δὴ [i] ταύτῃ τὴν ὄψιν συνεβάλετο ἐξεληλυθέναι. Ἀθηναίοισι δὲ τεταγμένοισι ὁ τεμένεϊ Ἡρακλέος, ἐπῆλθον βοηθέοντες Πλαταιέες παυδημεί· καὶ γὰρ καὶ ἐδεδώκεσάν σφεας αὐτοὺς τοῖσι Ἀθηναίοισι οἱ Πλαταιέες, καὶ πόνους ὑπὲρ αὐτέων οἱ Ἀθηναῖοι συχνοὺς ἤδη [k] ἀναιρέατο· ἔδοσαν δὲ ὧδε· [l] πιεζεύμενοι ὑπὸ Θηβαίων οἱ Πλαταιέες, ἐδίδοσαν πρῶτα παρατυχοῦσι Κλεομένεϊ τε τῷ Ἀναξανδρίδεω καὶ Λακεδαιμονίοισί σφεας αὐτούς· οἱ δὲ, οὐ δεκόμενοι, ἔλεγόν σφι τάδε, „ Ἡμεῖς μὲν [m] ἑκατέρω τε οἰκέομεν, „ καὶ ὑμῖν τοιήδε τις γίνοιτ' ἂν ἐπικουρίη ψυχρή· „ φθαίητε γὰρ ἂν πολλάκις ἐξανδραποδισθέντες ἢ „ τινα πυθέσθαι ἡμέων· [n] συμβουλεύομεν δὲ ὑμῖν δοῦναι ὑμέας αὐτοὺς Ἀθηναίοισι, πλησιοχώροισί τε ἀνδράσι, καὶ τιμωρέειν ἐῦσι ϑ κακοῖσι". ταῦτα συνεβούλευον οἱ Λακεδαιμόνιοι, οὐ [o] κατὰ εὐνοίην οὕτω τῶν Πλαταιέων, ὡς βουλόμενοι τοὺς Ἀθηναίους ἔχειν πόνους, συνεστεῶτας Βοιωτοῖσι. Λακεδαιμόνιοι μέν 367
νυν Πλαταιεῦσι ταῦτα συνεβούλευον· οἱ δὲ οὐκ ἠπίστησαν,

bere. Quo ex ſomnio coniectabat fore, ut reverſus Athenas, ac recepto dominatu ſenex domi ſuæ obiret. Hunc in modum interpretabatur viſum ſuum. Tunc autem ducis officio fungens, partim mancipia Eretrienſia in inſulam Styreorum, nomine AEgileam, deportat; partim naves ad Marathonem appulſas ipse in ſtationibus locat; ſed et barbaros in terram egreſſos diſponit. Ei talia administranti contigit ſternutatio, tuſisque ſolito vehementior, unde, concuſſis eius, utpote ſenis, plerisque dentibus, unus illorum ex violentia tuſſiendi excuſſus est, et in arenam delapsus: qui magna adhibita ad inveniendum diligentia, quum tamen non appareret, ſuſpirans Hippias, ad eos qui aderant ait, Hæc terra non est noſtra, nec eam poterimus nobis ſubiectam efficere; quanta autem pars ad me pertinebat, dens obtinet. Ita Hippias ista viſione interpretabatur ſe defunctum eſſe. Athenienſibus autem apud Herculis fanum inſtructis ſupervenere auxilio Platæenſes, omni cum populo; quippe qui ſeſe Athenienſibus dediderant, et pro quibus frequentes iam labores ſuſceperant Athenienſes. Dediderant autem ſeſe hoc modo: Quum a Thebanis premerentur Platæenſes, primum Cleomeni Anaxandridæ atque Lacedæmoniis qui intervenerant, ſeſe dediderant; a quibus tamen recepti non ſunt, hac oratione utentibus: a nobis qui procul habitamus, frigidum quoddam fuerit vobis auxilium: nam priusquam noſtrum quisquam audiat, posſitis occupati ab hoſtibus ſæpe expugnari. Suademus autem, ut vos ipsos Athenienſibus dedatis, vicinis pariter et ad tutandum non invalidis. Hoc Lacedæmonii non tam conſulebant Platæenſibus quod eis bene vellent, quam quod optarent Athenienſes defatigari Bœotorum bello. Id ſuadentibus Lacedæmoniis non adverſati Platæenſes, aditis

[a] Συνεβάλετο *Arcb. Paſſ. V.*, et post nonnulla. antea συνεβάλλ. [b] Αἰγλείην *Ask.*, Αἰγλίην ora *Stepb.* [c] Praetereunt τὴν *V. Paſſ.* [d] Δὲ οἱ *Ask.* Fragm. *Paris. Paſſ.*; quod exſulans rediit, modo μέζον *Arcb. V. Paſſ. Euſtatb.* ad *Hom.* p. 1831, 39. [e] Γῆν *Arcb. Vind.* [f] *Arcb. V. Paſſ. Ask. Stepb.* ora, prius ὀδοὺς. Mox iterum. [g] Παρισάντας *Arcb. V.*, παρασάτας *Paſſ. Ask. Brit. Stepb.* margo. [h] Ὅσον *Arcb. V.* [i] *Med. Paſſ. Ask.*, ταῦτα *Arcb. Vind.*, tum συνεβάλετο iidem cum *Paſſ. Ask.*, olim ταύτην et συνεβάλλ. [k] Ἀναιρέατο *Arcb. Paſſ. Vind.*, praeclare: olim ἀναιρέοντο. [l] *M. Arcb. Paſſ. Ask.*, antea πιεζόμενοι. [m] Ἑκαστέρω *Arcb.*, recte. ἑκατέρω prius. [n] Deſcripſit *Plut.* Malign. p. 861. D. livore non abſtinens. [o] Κατὰ τὴν εὐ. *Ask.*

etiam III, 30. et 65., abſunt VII, 12. De huiuscemodi per quietem viſis locaſta callide, Πολλοὶ γὰρ ἤδη κἀν ὀνείρασι βροτῶν Μητρὶ ξυνευνάσθησαν· ἀλλὰ ταῦθ' ὅτῳ Παρ' οὐδέν ἐστι, ῥᾷστα τὸν βίον φέρει, in *Soph.* Oed. Tyr. v. 1000., quo et Cl. *Burmannus* uſus ad *Suetonii* Caeſar. C. 7. Eum *Caſaubonum*que vide. Ego vero συνεβάλετο, cuius in talibus creberrimus uſus, repoſui.

53. Πταρεῖν τε καὶ βῆξαι μεζόνως] Non ſane miror, ſi istud quoque ſternutamentum adparuerit ominoſum *Herodoto*, εἰπόντι ὡς Ἱππίας —— ἔπταρε καὶ ἔβηξε μεῖζον τοῦ συνήθους, iuxta *Euſtathium* in Od. P. p. 647. Ne *Xenophon* quidem πταρμὸν memorare dedignatus in hiſtoria K. A. III, p. 178, 15., ne mali militibus videretur ominis ſternumentum, ut οἰωνὸν τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος accipiendum perſuaſit: inſaniam popularem ridendo feliciter confutavit Timotheus apud *Polyaen.* III, c. 10, 2. vid. *Davis.* in *Ciceron.* de Div. II, c. 40. VALCKEN.

54. Οἷα δέ οἱ πρεσβυτέρῳ ἐόντι] Concinne MSS., quorum iudicio μέζον praeſtabilius. Vere deinceps ὁ ὀδών *Euſtath.* Ἰακὸν δέ φασιν ὁ ΟΔΩΝ Iliad. Λ. p. 854, 14., teſtisque moris Ionici locupletisſimus *Hippocrates*. Hippiae πταρμὸν et dentem excuſſum exſcripſit in *Suid.* Ἱππίας *AElianus* aut ſcriptorum alius quis.

66. Πόνους —— συχνοὺς ἤ, ἀναιρέοντο] Scribendum arbitror ἀναιρέατο, vel ἀναραιρέατο, poſitum Herodoteo more pro ἀνήρηντο, *ſuſceperant*, ut vertit *Valla*, qui, niſi ſic legerit, ſenſit tempus idem requiri, quale praeceſſerat ἐδεδώκεσαν. —— Quae dixiſe narrantur Plataeënſibus Lacedaemonii, *Herodoti* praeſertim ea de re iudicium non miror, invidioſa Spartanisque iniuria viſa *Plutarcho*, qui T. II. p. 861. D. E. οὐκοῦν, inquit, εἰ μὴ κακοήθης Ἡρόδοτος, ἐπίβουλοι μὲν καὶ κακοήθεις Λακεδαιμόνιοι, ἀναίσθητοι δὲ Ἀθηναῖοι παρακρουσθέντες, Πλαταιεῖς δὲ οὐ κατ' εὔνοιαν οὐδὲ τιμὴν, ἀλλὰ πολέμου πρόφασις εἰς μέσον ἐρρίφησαν· quid mirum inter aemulos, et ſuis quemque commodis invigilantes? Herodotea Spartanorum ingenio atque inſtitutis minime diſconveniunt. VALCKEN.

71. Ἡμεῖς μὲν ἑκατέρω τε οἰκέομεν] Suum ſcriptori rediit. Ἑκατέρω alienum erat, corrigendumque ex *Foeſii* Oecon. Hippocr. p. 184. doctrina. *Herodoti* ſunt L. III, 101. οὗτοι μὲν τῶν Ἰνδῶν ΕΚΑΣΤΕΡΩ τῶν Περσέων οἰκέουσι. *Heſychius* Ἑκασέρω, ποββώτερω. Saepe *Apollon. Rhod.* IV, 90. &c. Mox ψυχρὴ ἐπικουρίη, uti νίκη ψυχρὴ L. IX, 48., et ἐλπὶς ψυχρὰ *Euripid.* Iph. Aul. v. 1014. et *Icſepbi* B. Iud. I, 18, 3.

74. Συμβουλεύομεν δὲ ὑμῖν δοῦναι] Res teſtificatione *Thucydidis* L. III, 55. extra dubii periculum, non inſectationis *Plutarchi*, malignitatis hic manifeſta cubilia detegentis. Spartanine Plataeenſibus οὐ κατὰ εὐνοίην, ut Athenienſibus ſe iungerent, ſuaſerint, an hos bello Boeotico, Plataeenſium causſa, expoſitos voluerint, dictu quidem nunc difficile. Cognitisſimi tamen Athenis totaque Graecia Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια *Euripid.* Andromach. v. 446.

80. Οἱ δὲ οὐκ ἠπίστησαν] Qui hic ſcribendum credidit οὐκ ἠπείσησαν, non recordabatur quod ſaepe legerat apud *Sophoclem* ἀπιστῆσαι poſitum pro ἀπειθῆσαι. Sae-

tis Athenienſibus, dum rem divinam duodecim diis faciunt, eis ad aram ſuppliciter ſedentes ſeſe dediderunt. Adverſus quos Thebani re audita exercitum duxerunt, in eorumque auxilium Athenienſes venerunt. Sed conſerturos prœlium Corinthii non neglexerunt; verum occurrentes reconciliandi gratia, utrorumque permiſſu regionem hunc in modum terminarunt, ut Thebani eos Bœotos qui nollent inter Bœotos cenſeri, ſinerent facere quod vellent. Hoc ubi decrevere Corinthii, abſcesſere. Abſcedentes quoque Athenienſes aggreſſi Bœoti ſunt, ſed commiſſa pugna repulſi: unde Athenienſes transgreſſi quos Corinthii ſtatuerant Platæenſibus terminos, illos dico excedentes, Aſopum ipſum ſtatuerunt limitem eſſe Thebanis verſus Platæenſes et Hyſias. Ergo Platæenſes Athenienſibus ſeſe quum dedidiſſent eo quo dixi modo, ad Marathonem tunc auxilio venerunt. Erant autem in Athenienſium ducibus ancipites ſententiæ, aliis vetantibus fieri prœlium: paucos enim ſe eſſe, ut cum Medis confligerent; aliis, quorum erat Miltiades, ad pugnandum hortantibus. Itaque quum ſepararentur, et deterior ſententia vinceret, ibi Miltiades Callimachum Aphidnæum adiit, tunc forte polemarchum, *belli principem:* qui magiſtratus per fabæ ſortitionem electus in ferendo ſuffragio undecimus est: nam quondam Athenienſes vi ſententiæ parem ducibus faciebant polemarchum. Ad hunc Miltiades, In te, inquit, nunc, Callimache, ſitum est, utrum in ſervitutem Athenæ redigantur, an tu eas liberando memoriam tui in omne ævum relinquas, qualem ne Harmodius quidem atque Ariſtogiton re-

σαν, ἀλλ' Ἀθηναίων ἱρὰ ποιεύντων τοῖσι δώδεκα θεοῖσι, ἱκέται ἱζόμενοι ἐπὶ τὸν βωμὸν, ἐδίδοσάν σφεας αὐτούς. Θηβαῖοι δὲ πυθόμενοι ταῦτα, [a] ἐστρατεύοντο ἐπὶ τοὺς Πλαταιέας· Ἀθηναῖοι δέ σφι ἐβοήθεον· μελλόντων δὲ [b] συνάπτειν μάχην, Κορίνθιοι οὐ περιεῖδον· παρατυχόντες δὲ, καὶ καταλλάξαντες, ἐπιτρεψάντων ἀμφοτέρων, οὔρισαν τὴν χώρην ἐπὶ τοῖσδε· ἐᾶν Θηβαίους Βοιωτῶν τοὺς μὴ βουλομένους ἐς Βοιωτοὺς τελέειν. Κορίνθιοι μὲν δὴ ταῦτα [c] γνόντες ἀπαλλάσσοντο. Ἀθηναίοισι δὲ ἀπιοῦσι ἐπεδήκαντο Βοιωτοί· ἐπιθέμενοι δὲ, ἐσσάθησαν τῇ μάχῃ· ὑπερβάντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς οἱ Κορίνθιοι ἔθηκαν Πλαταιεῦσι εἶναι οὔρους, τούτους ὑπερβάντες, τὸν Ἀσωπὸν [d] αὐτὸν ἐποίησαντο οὖρον Θηβαίοισι πρὸς Πλαταιέας εἶναι καὶ Ὑσιάς· ἔδοσαν μὲν δὴ οἱ Πλαταιέες σφέας αὐτοὺς Ἀθηναίοισι τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ· ἦκον δὲ τότε ἐς Μαραθῶνα βοηθέοντες. Τοῖσι δὲ Ἀθηναίων στρατηγοῖσι ἐγίνοντο δίχα αἱ γνῶμαι· τῶν μὲν, οὐκ ἐώντων συμβάλλειν· ὀλίγους γὰρ εἶναι στρατιῇ τῇ Μήδων [e] συμβαλέειν· τῶν δὲ, καὶ Μιλτιάδεω, κελευόντων· ὡς δὲ [f] δίχα τε ἐγίνοντο, καὶ ὧδε ἡ χείρων τῶν γνωμέων, ἐνθαῦτα, ἦν γὰρ ἐνδέκατος ψηφιδοφόρος ὁ τῷ κυάμῳ λαχὼν Ἀθηναίων πολεμαρχέειν· τοπαλαιὸν γὰρ [g] Ἀθηναῖοι ὁμόψηφον τὸν πολέμαρχον ἐποιεῦντο τοῖσι στρατηγοῖσι· ἦν δὲ τότε πολέμαρχος Καλλίμαχος Ἀφιδναῖος· πρὸς τοῦτον ἐλθὼν Μιλτιάδης, ἔλεγε τάδε, „ Ἐν σοὶ νῦν Καλλίμαχέ ἐστι ἢ καταδουλῶ„σαι Ἀθήνας, ἢ ἐλευθέρας ποιήσαντα, [h] μη„μόσυνον λιπέσθαι ἐς τὸν ἅπαντα ἀνθρώπων βίον, „ οἷον οὐδὲ Ἁρμόδιός τε καὶ Ἀριστογείτων λείπου„σι·

a Ἐστράτευον *Arcb.* *b Med. Ask. Pasſ. Vind. Arcb.*, alii δὲ σφέων συνάψειν. *c* Ἀναγνόντες *Arcb. Vind.* *d* Αὐτῶν *Arcb.* *e* Συμβάλλειν *Pasſ. V.* *f* Δίχα τε *Pasſ.* Enclitica aberat. *g* Οἱ Ἀθην. *Pasſ.*, articulus ceteris deerat. *h* Μνημόσυνα ora *Steph. Pasſ.* et post pauca οἷα. Vide VII, 226. IX, 16., ubi ſimili numero.

Saepius id ipsum legeremus apud veteres, ſi per correctores licuiſſet: qui vulgo ἀπειθὴς, illis etiam ἄπιστος dicebatur: ἀπιστεῖν idem erat ac ἀπειθεῖν, vel εἶναι ἀπειθῆ. *Zonaras* in Lexico MS. Ἄπιστος λέγεται καὶ ὁ μὴ πειθόμενος, ὡς φησὶ Πλάτων· καὶ Ξενοφῶν Κύρου παιδείας ά (p. 4, 14. p. 26, 11.) Εὐπιστοτάτους, [τοὺς] εὐπειθεστάτους ἢ μάλιστα πειθομένους· luculentus teſtis est *Harpocration*, Ἀπιστεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀπειθεῖν, dixiſſe ſcribens *Antiphontem* et *Iſocratem*; Ἀπιστίαν, τὴν ἀπείθειαν, *Demoſthenem* (p. 70, 43. p. 71, 53.) aliosque plures. *Antiphontis* oratio citata periit: in *Iſocratis* vulgatur ad Philippum Epiſt. p. 409. A. εἰ μὲν ἐπείσθης —— εἰ δ' ἠπείθησας· reponendum ἠπίστησας ex *Harpocr.* conf. *Heſych.* in Ἠπίστησεν. Inter *Leunclavium* et *H. Steph.* motam litem componere conatus *Hutchinſon* ad *Xenoph.* K. Π. p. 114., *Sophoclis* excitat loca, quibus nixus *Stephano* ſuffragatur; ſed Sophoclea debet ille *AEm. Porto*, qui collegerat illa initio notarum in *Xenoph.* Ad *Heſych.* in Ἀπιστεῖ et in Ἄπιστος errat *Kuſter.* recte iudicat clar. *Abreſch.* conf. *Porti* Lex. Ion. in Ἄκριτος et *Ti. Hemſterhuis.* ad *Lucian.* p. 179. VALCKEN.

89. Ταῦτα γνόντες ἀπαλλάσσοντο] In iudicio finium regundorum Boeoti non acquieverunt, inde ἀναγνόντες ἀπαλλάσσοντο *ſuadentes diſcesſerunt* Corinthii ex fide librorum quorundam, pro Scriptoris dialecto haud inſuave, uti *H. Stephani Portique* collectanea demonſtrant. Sed muto nihil. De *Hyſiis* ante diſputatum L. V, 74.

4. Ὁ τῷ κυάμῳ λαχὼν Ἀθ. πολεμαρχέειν] Athenis κυάμοισι τὰς ἀρχὰς αἱρέεσθαι legitimum facit Pythagoras in *Lucian.* Vit. Auct. C. 6., et plures, a *Daviſio* nominati ad *Max. Tyr.* Diſſ. XXII. p. 582. *Io.* autem *Meurſius*, primum omnium Polemarchum Callimachum hunc creans Att. Lect. II, 14., in fraudem *Simſonium* induit Chron. A. M. 3514., deceptum *Pauſaniae* verbis I, 15., ubi *Kühnius* melius.

7. Ἦν τότε πολέμαρχος Καλλίμ.] Incogitanter *Io. Meurſio* Callimachus iste dicitur Athenis *primus* polemarchi munus obiiſſe, Att. Lect. II, c. 14. *Meurſium* ſequitur *Kühnius* ad *Poll.* VIII, 92. Ut primus forte Polemarchorum Callimachus decem ducibus hoc tempore fuerit adiunctus undecimus, qui in acie honoratiorem ex lege locum teneret, a qua ſuſpicione non multum abfuit *Iac. Perizon.* ad *AElianі* V. H. p. 421., certo conſtat non primum fuiſſe Callimachum apud Athenienſes polemarchum. *Pauſaniae* verba I, p. 37. quibus ſolis niti potuit *Meurs.* vel aliter accipienda ſunt, vel ita leviter refingenda, ut de Callimacho ſcripserit, ὃς, Ἀθηναίοις πολεμαρχῶν, (vid. *Herodiani* Philetaerea *Pierſono* vulgatus p. 441.) ἤρξατο nempe μάχεσθαι, vel τῆς μάχης: ap. *Herod.* c. III., τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρεος ἡγέετο ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος· de eodem *Polemo* Soph. p. 3., ἐξῆρχε γὰρ, κἀν τοῖς πρώτοις ἔταττεν αὐτὸν ἡ πολεμαρχία. —— Nobile votum, quo Dianae τῇ Ἀγροτέρᾳ ante pugnam Marathoniam ſe obſtrinxerunt Athenienſes, fecisſe dicitur Callimachus polemarchus in *Schol.* ad *Ariſtoph.* Eq. v. 657. Recte *Meurs.* obſervat Athen. Att. II, c. 5., eadem ſacra postea quotannis fecisſe Dianae polemarchum, *quia primus olim Callimachus polemarchus ita inſtituit:* Nollem eadem pag. ſcripſisſet vir egregius, votum illud Dianae factum ante Xenoph. *Herodotum quoque retulisſe lib.* VI.; *quem malignitatis accuſat eo nomine Plutarchus.* Apud *Plutarch.* T. II. p. 862. B. pro φησὶ ſcribendum φασὶ, nam votum nusquam memorat neque ſacri ſolennis originem *Herodotus*, atque idcirco *Plutarcho* accuſatur negligentiae l. c. ἐσπουδακὼς περὶ τὰς Ἀθήνας διαφερόντως οὐδὲ τὴν πρὸς Ἄγρας πομπὴν ἰσόρηκας, ἣν πέμπουσιν ἔτι νῦν τῇ Ἑκάτῃ χαριστήρια τῆς νίκης ἑορτάζοντες· in var. lect. πρὸς Ἀγροτέραν legitur; niſi ſit ex Codd. alterum non mutarem, inprimis cum ſequatur τῇ Ἑκάτῃ· ſcripseratne forſan τῇ ἕκτῃ Θαργηλιῶνος; isthoc die quotannis Athenienſes τῇ Ἀγροτέρᾳ ἀποθύουσι τὰς χιμαίρας iuxta *AElian.* V. H. II, c. 25. Qui huius ſacri meminerunt viri docti caute abſtinuerunt loco *Xenoph.* Ἑλλ. IV. p. 302, 17. VALCKEN.

Callimachus Miltiadem ſequens auctor est pugnæ, cui acies inſtruitur in Marathone,

„ σι· νῦν γὰρ δὴ ἐξ οὗ ἐγένοντο Ἀθηναῖοι, ἐς κίνδυνον
„ ἥκουσι μέγιστον· καὶ ἢν μέν γε ὑποκύψωσι τοῖσι
„ Μήδοισι, [a] δέδοκται τὰ πείσονται παραδεδομένοι
„ Ἱππίῃ· ἢν δὲ περιγένηται αὕτη ἡ πόλις, οἵη τέ
„ ἐστι πρῶτη τῶν Ἑλληνίδων πολίων γενέσθαι· κῶς
„ ὧν δὴ ταῦτα οἷά τε ἐστι γενέσθαι, καί κως [b] ἔς
„ σε τι τετέων ἀνήκει τῶν πρηγμάτων τὸ κῦρος ἔ-
„ χειν, νῦν ἔρχομαι Φράσων· ἡμέων τῶν στρατηγῶν
„ ἐόντων δέκα, [c] δίχα γίνονται αἱ γνῶμαι, τῶν μὲν,
„ [d] κελευόντων συμβαλέειν, τῶν δὲ, μὴ συμβαλέειν· ἢν
368 „ μέν νυν μὴ συμβάλωμεν, ἔλπομαί [e] τινα στάσιν με-
„ γάλην ἐμπεσοῦσαν διασείσειν τὰ Ἀθηναίων φρονήμα-
„ τα, [f] ὥστε μηδίσαι· ἢν δὲ συμβάλωμεν πρίν τι
„ καὶ σαθρὸν Ἀθηναίων μετεξετέροισι ἐγγενέσθαι, θεῶν
„ τὰ ἴσα νεμόντων, οἷοί τε ἐσμὲν περιγενέσθαι τῇ συμ-
„ βολῇ· ταῦτα δὴ πάντα ἔς σε νῦν τείνει, καὶ ἐκ
„ σέο [g] ἄρτηται· ἢν γὰρ σὺ γνώμῃ τῇ ἐμῇ προσθῇ,
„ ἔστι τοι πατρὶς τε ἐλευθέρη, καὶ πόλις πρώτη τῶν
„ ἐν τῇ Ἑλλάδι· ἢν δὲ τῶν ἀποσπευδόντων τὴν
„ [h] συμβολὴν ἕλῃ, ὑπάρξει τοι τῶν ἐγὼ κατέλεξα
„ ἀγαθῶν [i] τὰ ἐναντία". Ταῦτα λέγων ὁ Μιλτιά-
δης, προσκτᾶται τὸν Καλλίμαχον· [k] προσγενομένης
δὲ τῇ πολεμάρχῳ τῆς γνώμης, ἐκεκύρητο συμβάλ-
λειν· μετὰ δὲ, οἱ στρατηγοί, τῶν ἡ γνώμη [l] ἐφέρετο
συμβάλλειν ὡς [m] ἑκάστῳ αὐτῶν ἐγίνετο πρυτανηίη τῆς
ἡμέρης, Μιλτιάδῃ παρεδίδοσαν· ὁ δὲ, δεκόμενος,
[n] οὔτι κω συμβολὴν ἐποιέετο, πρίν γε δὴ αὐτοῦ
πρυτανηίη [o] ἐγένετο. Ὡς δὲ ἐς ἐκεῖνον περιῆλθε, ἐν-
θαῦτα δὴ ἐτάσσοντο ὧδε Ἀθηναῖοι ὡς συμβαλέοντες·
τῷ μὲν δεξιῷ [p] κέρεος ἡγέετο ὁ πολέμαρχος Καλλί-
μαχος· ὁ γὰρ [q] νόμος εἶχε οὕτω τοῖσι Ἀθηναίοισι,
τὸν πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν· ἡγεομένου δὲ
τούτου, ἐξεδέχοντο ὡς ἀριθμέοντο αἱ Φυλαί, ἐχό-
μεναι [r] ἀλλήλεων· τελευταῖοι δὲ ἐτάσσαντο, ἔχον-
τες τὸ εὐώνυμον κέρας, Πλαταιέες· ἀπὸ ταύτης
γάρ σφι τῆς μάχης, θυσίας Ἀθηναίων ἀναγόντων

reliquerunt. Nam Athenienſes nunc in maximum omnium ex quo fuerunt veniunt discrimen: qui ſi Medis ſuccumbant, palam est quæ paſsuri ſint, traditi Hippiæ: ſin autem ſuperent, poterit hæc civitas urbium Græciæ effici prima. Quo autem pacto hæc fieri posſint, et, quomodo ad te harum rerum arbitrium redeat, nunc exponam. Noſtræ, qui duces ſumus numero decem, diviſæ ſunt ſententiæ de prœlio committendo: aliis id ſuadentibus, aliis diſſuadentibus. Qui niſi prœlium committimus, vereor ne magna exiſtat ſeditio, quæ mentes civium ſollicitet ad ſentiendum cum Medis: ſin pugnamus antequam aliquid putre in nonnullis Athenienſium exiſtat, posſumus diis æquis cum victoria diſcedere. Hæc omnia ad te tendunt, et abs te dependent: qui ſi meæ ſententiæ accesſeris, est et tibi patria libera, et civitas Græcarum omnium princeps: ſin accesſeris conſilio diſſuadentium pugnam, eorum quæ recenſui bonorum tibi contraria exiſtent. Hæc dicens Miltiades Callimachum induxit. Ita accedente sententia polemarchi, obtentum est, ut confligeretur. Post hæc ii duces, quorum ſententia de confligendo fuerat, ut cuiusque dies imperitandi venerat, vicem ſuam Miltiadi dabant: quam ille accipiens, non tamen prius decertandum putavit, quam ſua dies imperii advenit. Itaque ubi vices eius fuere, tunc Athenienſes hunc in modum inſtructi ſunt ad confligendum: Dextro cornu præerat Callimachus polemarchus: ita enim lex apud Athenienſes tunc poſtulabat, ut polemarchus dextrum cornu teneret. Hoc duce ſequebantur deinceps ceteræ tribus, ut quæque ordine erat, iunctim cohærentes. Noviſſimi autem ſunt collocati Platæenſes, ſiniſtrum cornu tenentes. Quo factum est, ut ab huius pugnæ tempore, quoties Athenienſes offerunt

[a] Δέδεκται *Pasſ.*, ſed correctoris manu. [b] *M. Pasſ. Ask.*, reliqui ἐς ἔτι. [c] Δίχαι *Arcb.* [d] Κελευόντων συμβαλέειν *Arcb. Vind.*, qui mox iterum συμβαλέειν· prius συμβαλέειν deerat, poſterius συμβάλλειν ſcribebatur. [e] Abest *Arcb. Vind.* [f] Ὥς τι *Vind.* [g] Ἄρτηται id. *Arcb.*, olim ἤρτ. Conf. L. I, 125. [h] Συμβολὴν *Arcb.*, ceteri συμβουλήν. [i] Τὰ ἐναντία *Arcb. V. Pasſ. Ask.*, antea τἀναντία. [k] Προσγενόμενον τῷ μέρει τῆς γνώμης, ὑπ' ἧς ἐκεκ. *Arcb.* [l] Ἔφερε *Arcb. V. Pasſ. Ask.*, quibus adſtipulari licet. [m] Ἑκάσου αὐτῶν *M. Pasſ.*, ἑκάσῃ αὐτέων vel αὐτῶν *Arcb. Ask. V. Brit. Ald.*, ſimili ſententia. Adi Cl. *Gronov.* ad *Arrian.* Ἀναβ. I, 15. p. 32. [n] *M. Pasſ. Arcb. V. Ask. Pariſ. B.*, οὔκω τι antea. [o] Ἐγίνετο *Arcb. V.* [p] Iid. *M. Pasſ. Ask.*, μέρεος *Brit.*, in *Ald.* κέρως. [q] Νόμος τότε *Pasſ. Ask. Steph.* margo. [r] Ἀλλήλεων *Ask. V.*, more Ionum: ἀλλήλων prius.

13. Ἐς κίνδυνον ἥκουσι μέγ.] Scribi potuit: νῦν γὰρ δὴ ἐξ οὗ ἐγένοντο Ἀθηναῖοι, ἐς κινδύνων ἥκουσι μέγιστον· ut forte legit *Valla.* Herodoteo, ἐξ οὗ ἐγένοντο Ἀθηναῖοι, idem ſignificat hoc *Demoſth.* p. 204., ἀφ' οὗ γέγονεν ἡ πόλις· *Lyſiae* p. 115., ἐξ ὅσου Ἀθηναῖοι ἀείμνηστοι εἰσίν. —— Deinceps, ταῦτα ὧν πάντα, ait, ἐς σὲ νῦν τείνει· ſicut *Eurip.* Phoen. v. 438., Ἀλλ' εἰς σὲ τείνει τῶνδε διάλυσις κακῶν. —— Paene ultima Miltiadis, ἢν δὲ τῶν ἀποσπευδόντων τὴν συμβουλὴν ἕλῃ, ſatis adparet quid ſibi velint; una tamen adiecta litera, una ablata, clariora evaderent: τὴν δὲ (nempe γνώμην) τῶν ἀποσπευδόντων τὴν συμβολὴν ἢν ἕλῃ· ſed eleganter corrigit *Reiskius*, ἢν δὲ τῶν ἀποσπευδόντων τὴν συμβολὴν ἔχῃ· vertitque *ſi vero iis adhaereſcas qui ſtudent conflictum impedire*: τῆς αὐτοῦ γνώμης ἐχόμενος dicitur Thraſybulus *Thucydidi* VIII, c. 81. de Callimacho polemarcho *Polemon* p. 16., τῶν ἄλλων πολεμάρχων δειλίαν ἐντιθεμένων τῷ πλήθει, ἡ τούτου ψῆφος προσγενομένη τὴν ὅλην συμβολὴν ἐποίησε. Calida ſaepe ducum conſilia ſua videtur auctoritate moderatus polemarchus, cuius tamen in bellis ſequentibus Athenienſium rara ſit mentio. VALCKEN.

15. Δέδοκται] Laurentii *palam est*, niſi verſio ſit liberior, ad δέδεκται ducit, quo modo corrector *Pasſ.*, et *Reiskii* coniectura, loco δέδεικται. Haud contemtibile vulgatum, quod virum eruditum non fugit, quid ab Hippia Medisque in Athenienſes decretum fuerit, ſignificans. Tale δέδοκτο IX, 73., et δέδοκται ſive δεκόκηται *γίνεσθαι* VII, 16.

22. Κελευόντων συμβαλέειν] Iucundior additamento oratio, et conſuetudini propior. Supra C. 106. ἦν —— μηνὸς εἰνάτῃ· εἰνάτῃ δέ ——. et IX, 11. σείχοντας ἐπὶ τοὺς ξείνους· ξείνους γὰρ ἐκάλεον ——. Adde L. III, 12.

31. Τὴν συμβολὴν] Hoc flagitat res ipsa, optime ob *Arcb.* oblatum. Neceſsitatem mutationis agnoſcunt viri docti, de adhaerente ἕλῃ ſolliciti. Scite *Reiskius*, ἢν δὲ —— τὴν συμβολὴν ἔχῃ· *ſi vero iis adhaereſcas, qui ſtudent conflictum impedire.* Ἔχεσθαί τινος notum admodum: permutaturque in Cod. *Ask.* ὡς ποδῶν εἴχοντο C. 116. εἶλον loco εἶχον· *Abreſchius* ἢν δὲ —— τὴν συμβολὴν ἕλῃ, adſcito ἡ γνώμη. Tritum ſane Noſtro ὡς ἐμὴ γνώμη αἱρέει II, 43. III, 45. IV, 127. plena dictione, quam defectam illis vocibus non recordor. Esto, in illo MSS. ſilentio, ſua cuique optio. Mihi dudum placuit, ἢν δὲ τὰ —— τῶν ἀποσπευδόντων τὴν συμβ. ἕλῃ, ut τὰ perierit ob ſequens τῶν.

44. Τὸν πολεμάρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν] Rhetor Glaucias in *Plut.* Sympos. I, 10. AEantidis pugna Marathonia cornu dextrum *AEſchyli* teſtimonio contribuit, atque ex illis Callimachum polemarchum fuisſe, quippe Aphidnaeum. Quod non quidem recuſandum, modo praecipua ratio Callimachi, tanquam polemarchi, ducatur. Rex olim in cornu dextro imperabat, teſte *Euripide* Supplic. v. 657. Mutata reipublicae forma polemarcho honor iste ceſsit. De ſerie tribuum, et quo ſe ordine exceperint, ampla disquiſitio *Ed. Corſini* Faſt. Att. Diſſ. III. p. 119. et praecipue Diſſ. IV.

62. Ὀρέων-

ferunt hoſtias apud ſacros populorum conventus, qui quinto quoque anno fiunt, Athenienſis præco precetur bona Athenienſibus pariter et Platæenſibus. Igitur Athenienſium acie tunc apud Marathonem inſtructa exſtabant tale quid. Acies æquata aciei Medicæ in medio paucis conſtabat ordinibus, ideoque illic maxime debilis acies; utroque autem in cornu per multitudinem validior. Posteaquam vero ſtructa est, ac ſacrificium litavit, Athenienſes ubi fuerunt emiſſi, curſu in barbaros tendunt: erat autem inter utramque aciem non minus octo ſtadiorum intercapedinis. Quos curſu ferri in ſe videntes Perſæ, aptabant ſe tanquam illos excepturi; inſaniæ eorum dantes et perniciem omnium prædicentes inde, quod cernerent eos curſu tendere, quum pauci eſſent, et nec equitatu nec ſagittis freti. Hoc ita barbari auſpicabantur: at vero Athenienſes, posteaquam conferti admixti ſunt barbaris, pugnam memoratu dignam edebant. Quippe primi omnium Græcorum, quos ipſi novimus, curſu in hoſtem uſi ſunt; ac primi ſuſtinuerunt cernere Medicam veſtem et viros ea indutos: quum antehac vel audire nomen Medorum Græcis terror fuiſſet. In Marathone quum diu pugnatum eſſet, barbari circa mediam aciem vincebant, ubi Perſæ ſtabant et Sacæ; ibi ergo vincentes barbari eamque perrumpentes, hoſtem in mediterranea perſequebantur: at in utroque cornu vincentes Athenienſes Platæenſesque, barbaris, qui terga dederant, fugam liberam dantes, contraxerunt utraque cornua, et cum iis, qui mediam ipsorum aciem perfregerant, dimicantes, quum ſuperaſſent, fugientes Perſas urgebant cædebantque, donec ad mare pervenientes, petito igne naves corripuere. Quo in certamine Callimachus polemarchus interficitur, egregia navata opera. Occubuit quoque e ducibus Steſileus Thraſyli, et Cynægirus Euphorionis filius, qui illic apluſtre

[a] ἐς παννύριας τὰς ἐν τῆσι πενετηρίσι γινομένας, κατεύχεται ὁ κήρυξ ὁ Ἀθηναῖος, ἅμα τε Ἀθηναίοισι λέγων γίνεσθαι [b] ἀγαθὰ καὶ Πλαταιεῦσι· τότε δὲ τασσομένων τῶν Ἀθηναίων ἐν τῷ Μαραθῶνι, [c] ἐγίνετο τοιόνδε τι· τὸ στρατόπεδον ἐξισούμενον τῷ Μηδικῷ στρατοπέδῳ, τὸ μὲν αὐτῦ μέσον ἐγίνετο ἐπὶ τάξιας ὀλίγας· καὶ ταύτη ἦν ἀσθενέστατον τὸ στρατόπεδον· τὸ δὲ κέρας ἑκάτερον ἔρρωτο πλήθει. Ὡς δέ σφι διετέτακτο, καὶ τὰ σφάγια ἐγίνετο καλὰ, ἐνθαῦτα ὡς [d] ἀπείθησαν οἱ Ἀθηναῖοι, δρόμῳ [e] ἴεντο ἐς τοὺς βαρβάρους· ἦσαν δὲ στάδιοι οὐκ ἐλάσσονες τὸ μεταίχμιον αὐτέων, ἢ ὀκτώ· οἱ δὲ Πέρσαι, ὁρέοντες δρόμῳ ἐπιόντας, παρεσκευάζοντο ὡς δεξόμενοι· μανίην τε τοῖσι Ἀθηναίοισι ἐπέφερον, καὶ πάγχυ ὀλεθρίην, ὁρέοντες [f] αὐτοὺς ὀλίγους, καὶ τούτους δρόμῳ ἐπειγομένους, οὔτε ἵππου ὑπαρχούσης σφι, οὔτε τοξευμάτων· ταῦτα μέν νυν οἱ βάρβαροι [g] κατείκαζον. Ἀθηναῖοι δὲ, ἐπεί τε ἀθρόοι [h] προσέμιξαν τοῖσι βαρβάροισι, ἐμάχοντο ἀξίως λόγου· πρῶτοι μὲν γὰρ Ἑλλήνων πάντων τῶν ἡμεῖς [i] ἴδμεν, δρόμῳ ἐς πολεμίους ἐχρήσαντο, πρῶτοι [k] δὲ ἀνέσχοντο ἐσθῆτά τε Μηδικὴν ὁρέοντες, καὶ τοὺς ἄνδρας ταύτην ἐσθημένους· τέως δὲ ἦν τοῖσι Ἕλλησι καὶ [l] τὸ οὔνομα τὸ Μήδων φόβος ἀκοῦσαι. Μαχομένων δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι, χρόνος [m] ἐγένετο πολλός· καὶ τὸ μὲν μέσον τῦ στρατοπέδου εἶχον οἱ βάρβαροι, τῇ Πέρσαι τε αὐτοὶ καὶ Σάκαι ἐτετάχατο· κατὰ [n] τοῦτο μὲν δὴ εἶχον οἱ βάρβαροι, καὶ ῥήξαντες, ἐδίωκον ἐς τὴν μεσόγαιαν· τὸ δὲ κέρας ἑκάτερον εἶχον Ἀθηναῖοί τε καὶ Πλαταιέες· νικῶντες δὲ, τὸ μὲν τετραμμένον τῶν βαρβάρων φεύγειν ἐῶν· τοῖσι δὲ τὸ μέσον ῥήξασι αὐτέων, συναγαγόντες τὰ κέρεα [o] ἀμφότερα, ἐμάχοντο, καὶ εἶχον Ἀθηναῖοι· φευγουσι δὲ τοῖσι Πέρσῃσι εἵποντο κόπτοντες, ἐς [p] ἐς τὴν θάλασσαν ἀπικόμενοι, πῦρ τε αἴτεον, καὶ ἐπελαμβάνοντο τῶν νεῶν. Καὶ τοῦτο μὲν, ἐν τούτῳ τῷ [q] πόνῳ ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος διαφθείρεται, ἀνὴρ γνώμενος ἀγαθός· ἀπὸ δ' ἔθανε τῶν στρατηγῶν Στησίλεως ὁ Θρασύλεω· τοῦτο δὲ [r] Κυναίγειρος ὁ Εὐφορίωνος, ἐνθαῦτα ἐπι-

a Καὶ παν. *Arcb.*, ἐς τὰς παν. *Paſ.* *b* Τὰ ἀγ. *Paſ. Ask.* *c* Ἐγέν. *Paſ.* *d* Ἀπίθ. *Arcb.* *e* Ἵεντο *Arcb.* *f* Αὐτοὺς ὀλίγους *Med. Ask. Paſ. Paris. A. B. Brit.*, prius edebatur, αὐτοὺς ἐόντας ὀλίγους. *g* Κατήκαζον *Arcb.* *b* Προσετ άξαντο idem. *i* Ἴσμεν *Paſ. Ask.* *k* Δὲ *Arcb.*, quod verum: ante τε erat. *l* Τὸ οὖν. *Arcb. Vind. Ask.*, τοῦν. alii. *m* Ἐγίνετο *Paſ. V. Arcb.* *n* Τὸ *Arcb.* *o* Addunt vocem hanc *Med. Ask. Paſ. Paris. A.*, ceteri non admodum neceſſariam cum *Ald.* ignorant. *p* Ἐπὶ τὴν *Paris. A. B. Arcb. V. Brit. Ald.*, ex *Med. Paſ. Ask.* ἐς τὴν levi differentia. *q* *M. Paſ. Ask. Arcb. V. Brit.*, alii πολέμῳ. Paullo ante ἐπελάμβανον *Arcb. V.*; at mox Καλλίμαχος deſideratur in *Med. Paſ. Ask. Paris. B. Brit.* *r* Κυνέγειρος *Med. Paris. A.* Attigit haec *Tzetzes* Chil. I, 867. Mox Εὐφρονίωνος *Arcb.*; et ἐπιλαμβανόμενος *Paſ.*

62. Ὀρέοντες αὐτοὺς ὀλίγους] Eieci ἐόντας Codd. imperio, haud inmemor, creberrimi in Muſis, nec ſemper neceſſarii, eiusdem uſus. Si narranti *Pauſaniae* veritas conſtat, diu ante Athenienſes δρόμῳ ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἐχρῶντο Meſſenii L. IV, 8. Priſci certe Graeci non ita, Poëta *Il.* Γ, 8. indice.

68. Πρῶτοί τε ἀνέσχοντο] Ubi Miltiades *Ariſtidis* T. III. p. 283., ἰδιώτας ἐξαγαγὼν, ὡς εἰπεῖν, ἐπανήγαγε νικηφόρους· *Scbol.* in Codice clar. *P. Burm.* Ἰδιώτας λέγει οὐ τῶν πολεμικῶν, ἀλλὰ νίκης —— ἢ —— οὐ μάχης ἀπείρους, ἀλλὰ τοιαύτης Μηδικῆς νίκης· καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῇ ϛ' λέγει, ὅτι τὸ (an τότε;) πρῶτον Ἕλληνες ὑπέσχησαν σχῆμα θεάσασθαι Μηδικόν· vid. *Maxim. Tyr.* XXX, 6. *Ariſtoph.* Nub. v. 958, 981. VALCKEN.

83. Ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ] Gloſſam cum vera voce *Gronovius* mutavit optime. Πόνου Noſtri ſtudio *Procopius* creberrime: veluti ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ γενόμενος B. Pers. II, 25. Ex *Soſicratis* Graecis *Rutilius Lupus* de Figur. Sent. p. 3. *Deinde in ipso BELLI LABORE ac periculo deſeruit nos Philippus.* Callimachi nomen, quod Codd. nonnullis abest, delere non ſuſtineo, quippe orationem colorans. Ipsum autem innumeris confixum ſagittis et iaculis inmotum ſtetisſe; nugantur Rhetores: ἔμενεν ἐν τῷ τῆς φάσεως σχήματι, καὶ ἐδόκει ἑφάναι, πεσεῖν μὴ δυνάμενος *Polemo* Or. I. p. 2.

86. Κυναίγειρος] Sic *AEſchyli* fratrem plerique indigetant. At Κυνέγειρος est, quemadmodum et ſchedis *Med.* et *Paris.*, poëtis. Οὔ σε μάκαρ Κυνέγειρε, τὸν ὡς Κυνέγειρον ἔγραψε Φᾶσις. *Anthol.* L. IV. p. 453., ubi *Brodaeus.* Laudabilis Cynaegiri audacia a *Iuſtino* L. II, 9. *Polemone* Or. I. atque aliis ita pingitur, ut ſupra fidem longe ſit. Fluxit ex frivola Athenienſium et Sophiſtarum iactantia, in certamine Marathonio inmanem in modum exſultante.

86. Κυναίγειρος ὁ Εὐφορίωνος] Cynaegiri militis Athenienſis rabiem, Perſicam navem manu retinentis, explicatius enarrat *Iuſtinus* II, c. 9. Callimacho quid evenisſe diceretur tacet *Herodotus*, obortam Epizelo coecitatem tradens c. 117. Sophiſtarum ingeniis exercendis Callimachus praeſertim et Cynaegirus praebuere materiam: duae nobis ſuperſunt *Polemonis* orationis, utriusque laudes decantantis: de Callimacho non nominato vid. *Ariſtid.* Panathen. I. p. 216. *Scholiaſtes* ibi *MS.* et Cynaegiri facinus enarrat, et Callimacho quid evenerit. Tres istos patriae defenſores egregios memorant *AElian.* de N. A. VII, c. 38. *Maximus Tyr.* V, 9. τὴν Κυναιγείρου χεῖρα, καὶ τὴν Πολυζήλου συμφορὰν, καὶ τὰ Καλλιμάχου τραύματα· ubi docuit *Daviſius* alibi quoque *Herodoti* Epizelum dictum Πολύζηλον, et *Plutarcho:* Epizeli loco Steſilaum nominat cum Miltiade, Callimacho, et Cynegiro,

Persæ ipsis Athenis frustra tentatis Asiam repetunt. Suspicio de Alcmæonidis. Numerus utrimque cæsorum.

ἐπιλαβόμενος τῶν ἀφλάστων νηός, τὴν χεῖρα ἀποκοπεὶς πελέκεϊ, πίπτει· τοῦτο δὲ, ἄλλοι Ἀθηναίων πολλοί τε καὶ ὀνομαστοί. Ἑπτὰ μὲν δὴ τῶν νεῶν ἐπεκράτησαν τρόπῳ [a] τοιούτῳ Ἀθηναῖοι· τῇσι δὲ λοιπῇσι οἱ βάρβαροι [b] ἐξαναχρυσάμενοι, καὶ ἀναλαβόντες ἐκ τῆς νήσου, ἐν τῇ ἔλιπον, τὰ ἐξ Ἐρετρίης ἀνδράποδα, περιέπλωον Σούνιον, βουλόμενοι φθῆναι τοὺς Ἀθηναίους [c] ἀπικόμενοι ἐς τὸ ἄστυ· αἰτίη δὲ ἔσχε ἐν Ἀθηναίοισι ἐξ Ἀλκμαιωνιδέων μηχανῆς [d] αὐτοὺς ταῦτα ἐπινοηθῆναι· τούτους γὰρ συνθεμένους τοῖσι Πέρσῃσι [e] ἀναδέξαι ἀσπίδα, ἐόντας ἤδη ἐν τῇσι νηυσί. Οὗτοι μὲν δὴ περιέπλωον Σούνιον· Ἀθηναῖοι δὲ ὡς ποδῶν [f] εἶχον, τάχιστα ἐβοήθεον ἐς τὸ ἄστυ· καὶ ἐφθησάν τε ἀπικόμενοι, πρὶν ἢ τοὺς βαρβάρους ἥκειν, καὶ ἐστρατοπεδεύσαντο ἀπιγμένοι ἐξ Ἡρακληίου τοῦ ἐν Μαραθῶνι ἐς ἄλλο Ἡρακλήιον τῷ ἐν Κυνοσάργεϊ· οἱ δὲ βάρβαροι τῇσι νηυσὶ ὑπεραιωρηθέντες [g] Φαλήρου, τοῦτο γὰρ ἦν ἐπίνειον τότε τῶν Ἀθηναίων, ὑπὲρ τοῦτο ἀνακωχεύσαντες τὰς νῆας, [h] ἀπέπλωον ὀπίσω ἐς τὴν Ἀσίην. Ἐν ταύτῃ τῇ ἐν Μαραθῶνι μάχῃ ἀπέθανον τῶν βαρβάρων καὶ ἑξακισχιλίους καὶ τετρακοσίους ἄνδρας· Ἀθηναίων δὲ, ἑκατὸν ἐπενήκοντα καὶ δύο· ἔπεσον μὲν ἀμφοτέρων τοσοῦτοι· συνήνεικε δὲ αὐτόθι [i] θῶυμα τοιόνδε γενέσθαι. Ἀθη-

pluſtre navis apprehendens, abſciſa manu ſecuri cecidit: nec non alii Athenienſes multi et clari. Ac ſeptem quidem naves obtinue- 115
runt Athenienſes hoc modo: navibus ceteris barbari inhibuerunt, receptaque præda Eretrienſi ex inſula ubi reliquerant, circumvecti ſunt Sunium, animo prævertendi Athenienſes, ut in ipsam urbem venirent; quod conſilium eos excogitaviſſe apud Athenienſes in crimen conjecit Alcmæonidas ex eo, quod ex compoſito Perſis iam in naves redactis ſcutum oſtenderint. Dum illi Sunium cir- 116
cumvehuntur, Athenienſes e veſtigio abeuntes celerrime ad ferendam urbi opem properarunt, barbarosque eodem tendentes præverterunt: progreſſique ex Herculis templo, quod eſt in Marathone, in aliud Herculis fanum, quod eſt in Cynoſargi, caſtra poſuerunt. Barbari, quum claſſe Phalerum ſuperaſſent, hic enim Athenienſium navale tunc erat, ſuper eum locum ad ancoras ſuſpenſis navibus morati, rurſus in Aſiam abierunt. Quorum in hac pugna apud Marathonem 117
pugnata occubuere circiter ſex millia et quadringenti: Athenienſium vero, centum nonaginta duo: tot ex utriſque cecidere. In qua pugna hæc res mira contigit, ut Athe-

a Med. Paſſ. Ask., τοιῶδε pari elegantia *Arcb. V. Ald.* &c. Quae ſequuntur excerpſit *Plut.* Malign. p. 862. C. *b* Ἀναχρούσ. *V. Arcb.* *c* Ἀπικομένους *Arcb. Ald.* Statim αἰτίην δὲ ἔσχον *Plut.*, prius quoque *Ask. Brit. Med.*; in *Paſſ.* ἐν Ἀθην. bene: deerat ἐν prius. *d* Αὐτοῖσι *Ask. Paſſ.* *e Med. Paſſ. Arcb. V. Ask. Brit. Plutarcb. Paris. A. B.*, antea ἀναδέξασθαι. *f* Εἶχον *Paſſ.*, εἶλον *Ask.* ἦχον *Med.*, in aliis εἴχοντο. *g* Φαλήρων *Plut.* et ἐπίνειον *Arcb.* *h* Ἀπέπλωον *Vind.*, ex more. ἀπέπλεον in aliis. *i* Θῶμα *Arcb. Paſſ. Ask.*, ſtatim Ἐπίζηλον omnes.

Tzetzes Chil. I, v. 867. Unum de x. ducibus Steſilaum in praelio cecidiſſe novimus ex *Herodoto*; plerorumque nomina ignorantur, quorum gloriam Miltiades obſcuravit, qui δέκατος αὐτὸς στρατηγήσας, μόνος, ὡς εἰπεῖν, ὀνομάζεται, καὶ ταῦτα Ἀριστείδου τοῦ Λυσιμάχου παρόντος, ut ſcribit *Ariſtid.* T. III. p. 286. Milites gregarios Cynaegirum et Epizelum, ſive Polyzelum, in duces transformavit qui *Plutarchi* nomen mentitus continxit *Parallela* quae vocant *minora*, T. II. p. 305. C. quique magnam mendacis libelli partem, ista quoque, deſcripſit *Stobaeus* p. 91, 11. Propter tot egregia vetuſtatis monumenta credere maluiſſem, Stobaeanis hic illic ex isto fuiſſe libello ab alia manu inculcata; ſed in ſuo florilegio eadem iam legiſſe *Photium* monſtrant Scriptores citati, quorum nomina et opera pleraque etiam omnia ficta ſunt.
VALCKEN.

92. Τὰ ἐξ Ἐρετρίης ἀνδράποδα] Offenderunt *Plutarchum* τὰ ἀνδράποδα de captivis Eretrienſibus. Potuiſſet leniore vocabulo αἰχμαλώτους, uti deinceps, eos Scriptor deſcribere: hic ex Perſarum iudicio, quibus utique pro *mancipiis* capti illi, ſive ἀνδραποδισμένοι post pauca. Mox ἀπικομένους ἐς τὸ ἄστυ ſpeciem praefert, nihil amplius.

94. Αἰτίη δὲ ἔσχε Ἀθηναίοισι &c.] Large coniecturis indulgetur, αἰτίη ἔσχε Ἀθηναίοισι non aliud erit ac Ἀθηναίους, et hoc ἀντὶ τοῦ, οἱ Ἀθηναῖοι ἔσχον αἰτίην, *Athenienſes culpam ſuſtinuerunt*; ſic *Portus*, non conſiderato, ne quid amplius dicam, haec Athenienſes non tangere, ſed Perſas. *Plutarchi* αἰτίην δὲ ἔσχον laudatore gaudet docto viro, acceduntque ex parte quadam libri αἰτίην oſtendentes: tum mox αὐτοῖσι, uti duobus in Codd., oportebit. Sententia ſane tolerabilis; *Ferebantur Athenienſibus ipſis Alcmaeonidarum fraude haec machinati.* Non raro enim αἰτίαν ἔχειν, idem ac, *dici*, *nominari*, *ferri*, κατηγορεῖσθαι, *Caſaubono* in *Athen.* IX, 2., eiusque exemplo ad *AEſchin.* Dial. I, 2. *Horreo*, docte monentibus. Sed enim ἔσχον nusquam in ſchedis. *Gronovii* ſententiam, inpeditam multum, adnotationes explanant. Vulgata mihi non diſplicent, modo αἰτίη δὲ ἔσχε αὐτοὺς ἐν Ἀθηναίοισι —— ſtruantur. Conſimiliter L. V, 70. τὸν δὲ Κλεομένεα εἶχε αἰτίη φοιτᾶν· et C. 71. φονεῦσαι δὲ αὐτοὺς αἰτίη ἔχει Ἀλκμαιωνίδας. Quae et in *Porti* penu.

94. Αἰτίη δὲ ἔσχε Ἀθην.] *Plutarchi* editi lectio II. p. 862. C. αἰτίην δὲ ἔσχον, mihi ut aliis genuina, videretur, niſi hic ſequeretur αὐτούς. Αἰτίαν ἔχειν, ut ſaepe apud alios, apud *Plutarch.* etiam ſignificat *dici*, *perhiberi*, ex gr. II. p. 803. C. 807. E. 850. B. 959. E. 1134. B. vid. *Caſaub.* in *Athen.* p. 639. Mos uſitatus ſcribendi illic quoque ſubſtitui potuit Herodoteo. Quod aliis diceretur, αἰτίαν ἔχουσιν Ἀλκμαιωνίδαι φονεῦσαι αὐτούς, vel τοῦ φόνου αὐτῶν, (ut *AEſch.* Eumen. v. 582.) id *Herodoto* dicitur, φονεῦσαι αὐτοὺς αἰτίη ἔχει Ἀλκμαιωνίδας, V, c. 71., ut c. 70., τὸν Κλεομένεα εἶχε αἰτίη φοιτᾶν π. Ad istam normam ordine ſuo hic verba collocari potuerant: αἰτίη δὲ ἔσχε αὐτοὺς (ἐν) Ἀθηναίοισι ταῦτα ἐπινοηθῆναι, *istud excogitaſſe perhibebantur apud Athenienſes* ἐξ Ἀλκμαιωνιδέων μηχανῆς. *Plutarchi* tamen lectionem ſi Codices praeberent reciperem.
VALCKEN.

98. Ὡς ποδῶν εἶχον] *Medicei* ἦκον non capio; ſcribae peccatum ex εἶχον formaſſe videtur. Infra L. IX, 58. ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχον· et VIII, 107. ὡς τάχεος εἶχε ἕκαστος, ſic enim ſcripti codices.

98. Ἀθηναῖοι δὲ, ὡς ποδῶν εἶχοντο] Dubito ſitne τὰ τάχιστα natum ex interpretamento; ſed minime cunctanter corrigo, ὡς ποδῶν εἶχον· hoc in talibus ſemper invenietur: ὡς ἕκαστος τάχους εἶχε· ὡς εἶχον τάχους· ὡς ποδῶν, vel ἢ ποδῶν εἶχον· apud *Thucyd.* p. 440, 6. 447, 39. *Demoſth.* p. 740, 148. *Xenoph.* p. 309, 41. &c. *Herod.* IX, c. 58., ἐδίωκον ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχον, *quantum quisque pedibus valebant.* VIII, c. 107., ὡς τάχεος εἶχε ἕκαστος reſtituetur ex Codd. vid. Diſſ. *Herod.* p. 129. et Clar. *Weſſ.* ad *Diodori* II. p. 628. De aquila eleganter *AElian.* de N. A. VII, c. 11. ὥσπερ οὖν ὁρμῆς τε ἅμα καὶ πτερῶν εἶχεν ἐμπηδᾷ, *quanto potuit maximo alarum volatu*, *Geſner. Livius* XXXV, c. 26., *cetera claſſis*, *praetoria nave amiſſa*, *quantum quaeque remis valuit*, *fugerunt.* —— Aut ad hunc e campo Marathonio properantium reditum, aut ad illud tempus, quo primum obviam ibant Perſis, pertinet quod ſcribit *Clemens Alex.* I. Strom. pag. 418. —— Duo Herculis templa, de quibus mox *Herod. Harpocration* etiam memorat in Ἡράκλεια ubi *Vales.* attigit Herodotea.
VALCKEN.

6. Κατὰ ἑξακισχιλίους &c.] *Plutarchi* Malign. p. 862. D. iudicio, ἀνατέτραπται τῆς νίκης τὸ μέγεθος, καὶ τὸ τέλος εἰς οὐδὲν ἥκει περιβοήτου κατορθώματος, ob exiguum adeo caeſorum numerum. Quod illi condonamus, nimium memori inſcriptionis, Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι Ἔκτειναν Μήδων ἐννέα μυριάδας. *Herodotus* veracis officium Scriptoris functus est, Athenienſium laudibus nec detrahens, neque, quod exprobratum acerbius, blandiens. Ceterum *Epizelus*, Cuphagorae F., recentioribus Πολύζηλος audit, *Plutarcho*, *Suidae*, *Stobaeo* et *Maximo Tyr.* Diſſ. V., ubi p. 513. Cl. *Daviſius.*

14. Af-

Athenienſis quidam Epizelus Cuphagoræ filius, dum ſtans in acie pugnat ſtrenue, luminibus caperetur, neque faucius ulla parte corporis, neque eminus ictus: atque ita cæcus in reliquum vitæ tempus permanſerit. Quem audivi dicere ſolitum de ſua clade, viſum ſibi eſſe obſiſtere virum armatum, procero corpore, cuius barba omnem clypeum inumbraret: et hoc ſpectrum præter ipſum quidem ivisſe, ſed illum qui ſibi aſſiſteret occidiſſe. Hæc Epizelum ſolitum
118 commemorare audivi. Porro Datis in Aſiam cum claſſe rediens, ubi Myconum tenuit, vidit in ſomnis viſum: id tamen quod fuerit, non traditur: ſed ubi primum dies illuxit, naves rimatus est; compertoque in navi Phœniſſa ſimulacro Apollinis inaurato, ſciſcitatus est, unde ſublatum eſſet: et ubi audivit ex quo templo foret, navigans ſua navi Delum, iam enim Delii in inſulam redierant, ibi ſimulacrum in templo depoſuit, præcepitque Deliis, ut illud in Delium Thebanorum referrent, quod est ad mare e regione Chalcidis. Hoc ubi præcepit Datis, vela illinc fecit. Delii tamen hanc ſtatuam non reportaverunt, ſed viceſimo post anno eam Thebani ex oracullo in Delium tule-
119 runt. Datis autem et Artaphernes, posteaquam in Aſiam navigavere, captivos Eretrienſes Suſa perduxere: quos Darius rex, etſi in eos ante captivitatem bilem contraxerat acerbam, quod priores cœpiſſent iniuste agere, tamen ut in conſpectum ſuum abductos vidit ac ſibi ſubiectos, nullo alio malo affecit, ſed in ſuo Ciſſiæ regionis ſtathmo collocavit, cui nomen est Arderica: ducentis ac decem ſtadiis procul a Suſis, quadraginta a puteo qui exhibet triplices rerum ſpecies: nam ex eo bitumen et ſales et oleum hauriunt, ad hunc modum. Hauritur quidem tollenone; pro ſitula autem, dimidiatus uter ei est alligatus: quo in puteum decuſſo hauritur, et mox in ciſternam diffunditur, atque hinc alio effuſum, triplici varietate concreſcit: bitumen quidem et ſales protinus; oleum autem, quod Per-

10 Ἀθηναῖον ἄνδρα Ἐπίζηλον τὸν Κυφαγόρεω ἐν τῇ συ-
ςάσει μαχόμενόν τε, καὶ ἄνδρα γινόμενον ἀγαθὸν, τῶν
ὀμμάτων ςερηθῆναι, ἔτε πληγέντα ὑδὲν τῦ σώματος,
ἔτε βληθέντα· καὶ τὸ λοιπὸν τῆς ζόης διατελέειν ἀπὸ
τύτυ τῦ χρόνυ ἐόντα τυφλόν· λέγειν δὲ αὐτὸν ἥκυσα 370
περὶ τῦ πάθεος τοιόνδέ τινα λόγον· ἄνδρα οἱ δοκέειν ὁπλί-
την ἀντιςῆναι μέγαν, τῦ τὸ γένειον τὴν ἀσπίδα πά-
σαν σκιάζειν· τὸ δὲ Φάσμα τῦτο ἑωϋτὸν μὲν παρεξελ-
θεῖν, τὸν δὲ ἑωϋτῦ παραςάτην ἀποκτεῖναι· ταῦτα μὲν
δὴ Ἐπίζηλον ἐπυθόμην λέγειν. Δᾶτις δὲ πορευόμενος
ἅμα τῷ ςρατῷ ἐς τὴν Ἀσίην, ἐπεί τε ἐγένετο ἐν Μυ-
κόνῳ, [a] εἶδε ὄψιν ἐν τῷ ὕπνῳ· καὶ ἥτις μὲν ἦν ἡ ὄψις,
ὐ λέγεται· ὁ δὲ, ὡς ἡμέρη τάχις' ἐπέλαμψε, ζήτη-
σιν ἐποιέετο τῶν νεῶν· εὑρὼν δὲ ἐν Φοινίσσῃ νηῒ ἄγαλμα
Ἀπόλλωνος κεχρυσωμένον, ἐπυνθάνετο ὁκόθεν σεσυλη-
μένον εἴη· πυθόμενος δὲ [b] ἐξ ἧς ἦν ἱρῆς, ἔπλεε τῇ ἐωϋτῦ
νηῒ ἐς Δῆλον· καὶ, [c] ἀπίκατο γὰς τηνικαῦτα οἱ Δήλιοι
ὀπίσω ἐς τὴν νῆσον, κατατίθεταί τε ἐς τὸ ἱρὸν [d] τὸ
ἄγαλμα, καὶ ἐντέλλεται τοῖσι Δηλίοισι ἀπαγαγεῖν
τὸ ἄγαλμα ἐς Δήλιον τὸ Θηβαίων· τὸ δ' ἔςι ἐπὶ θα-
λάσσῃ, Χαλκίδος καταντίον. Δᾶτις μὲν δὴ ταῦτα ἐν-
τειλάμενος ἀπέπλεε· τὸν δὲ ἀνδριάντα τῦτον Δήλιοι ὐκ
ἀπήγαγον, ἀλλά μιν δι' ἐτέων εἴκοσι Θηβαῖοι αὐτοὶ ἐκ
θεοπροπίυ ἐκομίσαντο ἐπὶ Δήλιον. Τῦς δὲ τῶ Ἐρετριέων
ἀνδραποδισμένυς Δᾶτίς τε καὶ [e] Ἀρταφέρνης, ὡς προσ-
έσχον [f] ἐς τὴν Ἀσίην πλέοντες, ἀνήγαγον ἐς Σῦσα·
βασιλεὺς δὲ Δαρεῖος, πρὶν μὲν αἰχμαλώτυς γενέσθαι
τῦς Ἐρετριέας, ἐνείχέ σφι δεινὸν χόλον, οἷα ἀρξάντων
ἀδικίης προτέρων τῶν Ἐρετριέων· ἐπεί τε δὲ εἶδέ σφεας
ἀπαχθέντας παρ' ἑωϋτὸν, καὶ ὑποχειρίυς ἑωϋτῷ ἐόν-
τας, ἐποίησε κακὸν ἄλλο ὐδέν, ἀλλά σφεας τῆς Κισ-
σίης χώρης κατοίκισε ἐν ςαθμῷ ἑωϋτῦ, τῷ οὔνομά ἐςι
[g] Ἀρδέρικκα· ἀπὸ μὲν Σύσων δέκα καὶ διηκοσίυς ςαδίυς
ἀπέχοντι, τεσσεράκοντα δὲ ἀπὸ τῦ Φρέατος, τὸ πα-
ρέχεται τριφασίας ἰδέας· καὶ γὰ ἄσφαλτον καὶ ἅλας καὶ
ἔλαιον [h] ἀρύσονται ἐξ αὐτῦ τρόπῳ τοιῷδε· ἀνλείαι μὲν
κηλωνείῳ, ἀντὶ δὲ γαυλῦ, ἥμισυ [i] ἀσκῦ οἱ προσδέδεται·
73. Δημάρητον τὸν Ἀρισ.] Nihil horum, quae Demarato tribuit noster in seqq., sed illa duo praesertim Xerxi Demaratum facit dicentem *Seneca* de Benef. VI, c. 31., quae Regi secundum *Herodotum* VII, c. 49., obiecerat Artabanus: contra patruum Regis Artabanum ubi tantum commemorant *Plutarchus*, *Iustinus*, alii; in istam scenam Demaratum nobis introduxit *Herod.* VII, c. 3., qui propterea *Suidae* dicitur, in Δημάρατος, συμπράξας εἰς τὴν βασιλείαν τῷ Ξέρξῃ. —— Quae sequuntur: νῦν μοί σε ἡδύ τι ἐστὶ ἐπείρεσθαι τὰ θέλω aliquoties expressit *Pausan.* VIII. p. 679. IX. p. 768. apud *Plutarch.* de Musica p. 1141. D. *Pherecrates* Com. σοὶ κλύειν Ἐμοί τε λέξαι θυμὸς ἡδονὴν ἔχει. VALCKEN.

84. Μὴ ἐόντες ἄρθμιοι] *Heresbachii*, μὴ ἐόντες ἀρίθμιοι, *sint innumerabiles*, emendationem, sive corruptelam verius, *P. Leopardus* Emend. VIII, 1. traduxit. Ἄρθμιοι *concordes.* Ἀθηναίων ἡμῖν μὴ ἐόντων ἀρθμίων IX, 9. *Theognis*, Οὔ ποτ' ἂν ἀλλήλοις ΑΡΘΜΙΟΙ οὐδὲ φίλοι. Alia de hoc genere *Franc. Nansius* ad *Nonni* Paraphr. *Ioan.* C. XIII. v. 157. et *Barnesius* in Hymn. *Homeri* Mercur. v. 521., *Bern. Martini* imprudentiam castigans.

91. Ἀληθείῃ διαχρήσασθαι] Satis χρήσασθαι fuerat, simili in re frequentatum, ut nuper Cel. *Hemsterbusius* ubertim ad *Callimachi* H. Dian. v. 69., nisi conpositi conditio eadem foret, inque Musis creberrimi. Insequens ταῦτα λέγοντα non illepide convertitur in ταῦτα λεκτέα *ea dicenda erunt, quae* — a Cl. *de Pauw*, sed praeter Codd. voluntatem. Tendit vulgatum easdem in partes.

91. Ἐπειδὴ ἀληθείῃ διαχρήσασθαι] Omissa vocula τὰ proxima sic exhibet scripta *Stobaeus* p. 90., πάντως κελεύεις ταῦτα λέγοντα, μὴ ψευδ. mihi non omittenda, et sententia contracta sic videtur explenda, ac si scriberetur: ἐπειδή με ταῦτα λέγοντα κελεύεις ἀληθείῃ χρήσασθαι, [λέξω,] τὰ [λέξας] μὴ ψευδόμενός τις ὕστερον ὑπὸ σεῦ ἁλώσεται· *quandoquidem his de rebus verba facientem me iubes ad veritatem loqui, ea dicam, quae qui dixerit a te postea non arguetur mendacii.* —— Paulo ante rogaverat, κότερα ἀληθείῃ χρήσομαι πρὸς σὲ, ἢ ἡδονῇ; *utrum ad veritatem loquar, an ad voluntatem? Cicero* de Amicit. c. 25., *vitium* esse scribit *levium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem*; πρὸς χάριν, sive πρὸς ἡδονὴν λεγόντων. *Euripidis* est fragm. in *Stobaei* Tit. XIII. primum: Πότερα θέλεις σοι μαλθακὰ ψευδῆ λέγω, Ἢ σκληρ' ἀληθῆ, φράζε· σὴ γὰρ ἡ κρίσις. *Grotius: Rigidine veri, mollis an mendacii Malis loquelas, ede; nam datur optio.* Difficile, quod fecisse se scribit *Apollon. Tyan.* Epist. 45. VALCKEN.

94. Πενίη μὲν αἰεί κοτε σύντροφός ἐστι] Conparatur *Luciani* Nigr. C. 12. οἱ φιλοσοφίᾳ καὶ πενίᾳ σύντροφοι εἰσι, neque inmerito. Talia in eodem, *Polybio*, *Diodoro Sic.* atque aliis plurima. Σύνεστι non displicet, artam familiaritatem exprimens. Notissima omnibus συνεῖναι κύπῳ, οἰκουρίᾳ συνεῖναι, γεωργίᾳ, πράγμασι &c. Ceterum αἰεί κοτε vim deprecatur.

94. Τῇ Ἑλλάδι πενίη μ. ἀεί κοτε σ.] Restituetur vox perperam eiecta αἰεί κοτε σύντροφος σύνεστιν, quod est in *Stobaei* Florileg. neque hoc forte reiiciendum. Graecia, natura pauper, virtutis fuit et sapientiae gymnasium: ἀρετὴ δὲ ἔπακτός ἐστι· id est διδακτόν· Opponuntur τὸ διδακτὸν, et τὸ ἐν τῇ Φύσει. *Epicharmi* dictum est: Ἃ δὲ μελέτα Φύσιος ἀγαθᾶς πλεῦνα δωρεῖται φίλοις. *Democriti*: Πλεῦνες ἐξ ἀσκήσιος ἀγαθοὶ γίνονται, ἢ ἀπὸ Φύσιος. *Doctrina sed vim promovet insitam, Horatii.* De Graecia quoque artium magistra verissimum fuit illud *Theocriti* Eid. XXI, 1. Ἃ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει· Αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος. *Paupertas omnes artes perdocet, ubi quem attigit, Plautus* Stichi 1, 3, 24. *Euripidis* ex Polyido, Πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε, habet *Zenobius* Cent. V, Pr. 72. VALCKEN.

6. Ἦν

tum. Ita laudo quidem omnes Græcos, qui circa Dorica illa loca incolunt: ſed non de cunctis eis hæc verba faciam, verum de Lacedæmoniis ſolis. Iam primum fieri non poterit, ut tuas voces admittant, afferentes Græciæ ſervitutem: deinde venient tibi obviam ad pugnandum, etiam ſi ceteri Græci omnes ſentiant tecum. Neque vero de numero eorum quæras, quot illi ſint, qui hoc facere poſſint: nam ſi in exercitu eorum mille fuerint, ii tecum congredientur; et item ſive pauciores ſive etiam
103 plures. Hæc quum audiſſet Xerxes, cachinnans inquit, Demarate, quodnam extuliſti verbum? mille omnino viros cum tanto exercitu congreſſuros? Agedum, dic mihi, nonne teipsum ais istorum virorum fuisse regem? visne igitur ſine mora tu cum decem viris dimicare? Quod ſi veſtri populares omnes tales ſunt, quales tu prædicas, profecto ſecundum veſtra inſtituta decet te, qui illorum es rex, ad duplum comparari: nam ſi denis e meo exercitu ſinguli eorum pares ſint, iure abs te poſco, ut viginti ſis par; ita verba quæ dixiſti, comprobabuntur. Atqui ſi tales ſunt illi ac proceritate tanti, qualis tu, ac Græci qui in colloquium meum venerunt, tantopere gloriamini, vide ne fruſtra id inſolenterque faciatis: nam age intelligam quacunque probabilitate, unde fieri queat, ut mille aut decem millia vel etiam quinquaginta millia hominum, qui pariter omnes liberi, nec unius imperio ſubiecti, tanto exercitui obſiſterent: quum ſimus nos plures quam milleni ad ſingulos eorum, ſi fuerint quinque millia. Nam ſub uno, quemadmodum apud nos fit, imperatore milites, illius metu etiam contra ſuam ipsorum naturam meliores efficiuntur, adactique flagello, vel pauciores adverſus plures eunt: iidem remiſſo libero ſibi arbitrio, neutrum horum facerent. Adeo opinor Græ-

„ νέω μέν νυν [a] πάντας Ἕλληνας τοὺς περὶ κείνους τοὺς
„ Δωρικοὺς χώρους οἰκημένους· ἔρχομαι δὲ λέξων ὑπὲρ
„ πάντων τούσδε τοὺς λόγους, ἀλλὰ περὶ Λακεδαιμο-
I „ νίων μούνων· πρῶτα μέν, ὅτι οὐκ ἔστι ὅκως ποτὲ
„ [b] σοὺς δέξονται λόγους δουλοσύνην φέροντας τῇ Ἑλ-
„ λάδι· αὐτὶς δὲ, ὡς ἀντιώσονταί τοι ἐς μάχην,
„ καὶ ἢν οἱ ἄλλοι Ἕλληνες πάντες τὰ σὰ φρονέω-
5 „ σι. ἀριθμοῦ δὲ πέρι, μὴ πύθῃ ὅσοι τινὲς ἐόντες
„ ταῦτα ποιέειν οἷοί τέ εἰσι· ἢν τε γὰρ τύχωσι ἐξε-
„ στρατευμένοι χίλιοι, οὗτοι [c] μαχέσονταί τοι, ἢν
„ τε ἐλάσσονες τουτέων, ἢν τε καὶ πλεῦνες". Ταῦτα
103 ἀκούσας Ξέρξης, γελάσας ἔφη, „ Δημάρητε, οἷον
10 „ ἐφθέγξαο ἔπος, ἄνδρας χιλίους στρατιῇ τοσῇδε
„ μαχέσασθαι; ἄγε, εἰπέ μοι, [d] σὺ φῂς τουτέων
„ τῶν ἀνδρῶν αὐτὸς βασιλεὺς γενέσθαι; σὺ ὦν [e] ἐθελή-
„ σαις αὐτίκα μάλα πρὸς ἄνδρας δέκα [f] μάχεσθαι,
„ καί τοι εἰ τὸ πολιτικὸν ὑμῖν πᾶν ἐστι τοιοῦτον οἷον
15 „ σὺ [g] διαιρέεις, σε γε τὸν κείνων βασιλῆα πρέπει
„ πρὸς τὸ διπλήσιον ἀντιτάσσεσθαι κατὰ νόμους τοὺς
„ ὑμετέρους. εἰ γὰρ κείνων ἕκαστος δέκα ἀνδρῶν τῆς
„ στρατιῆς τῆς ἐμῆς ἀντάξιός ἐστι, [h] σὲ δέ γε δίζημαι
„ εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον· καὶ οὕτω μὲν ὀρθοῖτ' ἂν ὁ
20 „ λόγος ὁ παρὰ σεῦ εἰρημένος. εἰ δὲ τοιοῦτοί τε ἐόντες
„ καὶ μεγάθεα τοσοῦτοι [k] οἷος σύ τε καὶ οἱ παρ' ἐμὲ
„ φατῶσι Ἑλλήνων ἐς λόγους, αὐχεῖτε τοσοῦτον, [l] ὅρα
„ μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος οὗτος ὁ εἰρημένος εἴη· ἐπεὶ
„ φέρε ἴδω παντὶ τῷ εἰκότι, [m] κῶς ἂν δυναίατο χί-
25 „ λιοι, ἢ καὶ μύριοι, [n] ἢ καὶ πενταχισμύριοι, ἐόντες
„ γε ἐλεύθεροι πάντες ὁμοίως, καὶ μὴ ὑπ' ἑνὸς ἀρ-
„ χόμενοι, στρατῷ τοσῷδε ἀντιστῆναι· [o] ἐπεί τοι
„ πλεῦνες [p] περὶ ἕνα ἕκαστον γινόμεθα, ἢ χίλιοι, ἐόν- 413
„ των [q] κείνων πέντε χιλιαδέων· ὑπὸ μὲν γὰρ ἑνὸς ἀρ-
30 „ χόμενοι κατὰ τρόπον τὸν ἡμέτερον, γενοίατ' ἂν δει-
„ μαίνοντες τοῦτον καὶ παρὰ τὴν ἑωυτῶν Φύσιν ἀμείνο-
„ νες· καὶ ἴσιον ἀναγκαζόμενοι [r] μάστιγι ἐς πλεῦνας
„ ἐλάσσονες ἐόντες· ἀνιέμενοι δὲ ἐς τὸ [s] ἐλευθέριον,
„ οὐκ ἂν ποιέοιεν τουτέων ἑκάτερα. δοκέω δὲ ἔγωγε
„ καὶ

a Πάντας τοὺς Ἑλλ. *Arcb. V.* *b* *Ald. Arcb. Ask. Pasſ. Med. V.*, σοῦ vulgatum ex errore: porro δέξωνται *Med.*, nulla cauſa. *c* Μαχήσ. *Arcb. V. Ask.*, et mox. *d* Οὐ φῂς *Arcb. V.* *e* Ἐθέλεις *Arcb.*, ἐθελήσεις *Stepb.* margo. *f* Μάχεσθαι *Med. Pasſ. Ask.*, reliquis μαχέσεσθαι aut μαχήσ. placuit. *g* Διερέεις *Arcb.* *h* *Med. Ask. Pasſ.*, alii σέ γε tantum; tum ſtatim εἶναι δίκαιον *Arcb. V.*, loco ἀντάξιον. *i* Abest ἂν *Arcb. V.*, mox etiam ὁ ante παρὰ· tum σέο λεγόμενος *Pasſ. Ask. Stepb.* ora. *k* Οἷος σὺ *Arcb. Vind. Valla:* ὅσοι alii: porro παρ' ἐμοὶ *V. Arcb.* *l* Ὁρᾶτε *Arcb. Valla.* *m* Πῶς ἂν *Vind. Arcb.*, ultimum olim decrat. *n* Tria haec abſunt ab *Arcb.* *o* *Arcb. Med. Pasſ. Ask. Vind. Ald.*, antea ἐπεί τε erronee. *p* Excitavit *Euſtatb.* ad *Hom.* p. 190. fin. *q* Κείνων *Ald.*, quem male deſeruerunt inſecuti Edd., ἐκείνων reſtituit *Gronov.* ex *Med.*, cui *Arcb. Ask.* conſentiunt: in *Pasſ.* ἐόντων πέντε χιλιάδων, et ſupra duas poſtremas voces μυριάς. *r* Μαστιγέες *Arcb.* *s* Ἐλευθέριον *Med. Pasſ. Ask. Paris. A.*, ceteri ἐλεύθερον, tum mox ποιέειν *Arcb.* et *Ald.*

6. Ἤν τε γὰρ τύχωσι ἑ. χίλιοι] Haec perſonae conveniebant Demarati, atque in hac arte magiſtrum *Herodotum* decent: quae dicentem facit *Seneca* de Benef. VI, c. 31., ferri quodam modo poſſunt ista: *in primo ſtatim monte Lacones obiecti dabunt tibi ſui experimentum;* ſed quae ſequuntur, illa ſcripta ſunt incogitanter atque absurde: *Tot ista gentium millia trecenti morabuntur;* niſi *paucos* poſuerit *Seneca*, quibus ex margine *trecenti* male ſint ſubſtituti. — Paulo post non ut *Galeus* narrat, ſed in *Arcb.* Codice ſcribi ſuſpicor, σὲ δέ γε δίκαιον εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον· quod placet. VALCKEN.

11. Σὺ φῂς] Enotatum σὺ φῂς ſectatus *Valla* est, *Galeo* plaudente, et dat profecto ſententiam egregiam, quamquam vulgata, modo interrogatione animetur, haud meliorem. Σὺ εἰς Ἕλλην τε — C. 101., tum elegans hic repetitio, σὺ ὦν ἐθελήσαις —.

18. Δίζημαι εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον] Non convenit δίκαιον *Arcb.* et *Vind.*, ſpernique debuerat. Scribentis animo obverſabatur *Iliad.* Θ, 234. Τρώων ἀνδ' ἑκατόν τε, καὶ δικτσίων τε ἕκαστος Στήσεσθ' ἐν πολέμῳ, haud ſane contra centum ducentosque ſinguli pugnaturi, ἀλλ' ὡς ἀντίσαθμοι καὶ ἰσοβαρεῖς ἑκατὸν καὶ διακοσίων, explicante *Porphyrio* Quaeſt. Hom. XXV. Οἷος σὺ quod MSS. praeviis probavi, reiectum iri non opinor.

28. Πλεῦνες περὶ ἕνα ἕ.] Praefixum numeralibus περὶ tantundem valet ac ἐγγὺς et σχεδόν· in comparatione adhibentur πρὸς et παρά· hic itaque ſcribendum puto: πλεῦνες παρὰ ἕνα ἕκαστον γινόμεθα ἢ χίλιοι, ἐόντων ἐκείνων πέντε χιλιάδων. In his etiam *Herodotus Homeri* ſui meminerat, cuius Agamemnon in Il. B, v. 126., [Εἰ περ] δ' ἐς δεκάδας διακοσμηθεῖμεν Ἀχαιοὶ, Τρώων δ' ἄνδρα ἕκαστον ἑλοίμεθα οἰνοχοεύειν, Πολλαί κεν δεκάδες δευοίατο οἰνοχόοιο· modeſtior *Virgilii* Iuturna AEn. XII, 233., *Vix boſtem alterni ſi congrediamur habemus.* VALCKEN.

28. Ἐόντων κείνων πέντε χιλιαδέων] Perperam post *Ald.* et *Camerarium* haec mutarunt. *Numerus*, docti viri verba ſunt, *est nimius: nam ſic quingentas myriadas duxisſet Xerxes; ſi legeretur* ἐόντων ἐκείνων χιλίων *ratio conſtaret.* At quingentas myriadas regem ſub ſignis habuiſſe, infra declarabitur C. 186.

33. Ἐς τὸ ἐλευθέριον] Intactum ἐς τὸ ἐλεύθερον potuerat relinqui, quoniam istud paullo plerumque diverſius et liberalitatem ſpectans. *Democritus* in *Stobaei* Serm. XCII. p. 513. χρημάτων χρῆσις σὺν νόῳ χρήσιμον ἐς τὸ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΝ εἶναι, *ad exercendum liberalitatem.* Maneat tamen, in qua depoſitum est ſede, ob *Dion. Chryſoſt.* Or. XIV. p. 229. D. αὐτὸ δὲ τοῦτο ὅ, τί ἐστι τὸ ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΝ εἶναι, ἢ ὅ, τι τὸ δουλεύειν οὐκ ἴσασι· et pag. ſeq. C.

„ καὶ ἀνισωθέντας πλήθεϊ, χαλεπῶς ἂν Ἕλλη-
„ νας Πέρσῃσι μούνοισι μάχεσθαι. ἀλλὰ [a] παρ' ἡμῖν
„ τοῦτό ἐστι τὸ σὺ λέγεις. ἔστι γε μέντοι ὀ πολλὸν,
„ ἀλλὰ σπάνιον. εἰσὶ γὰρ Περσέων τῶν ἐμῶν αἰχμο-
„ φόρων, οἳ [b] ἐθελήσουσι Ἑλλήνων ἀνδράσι τρισὶ ὁμοῦ
„ μάχεσθαι· τῶν σὺ ἐὼν ἄπειρος, πολλὰ [c] φλυη-
„ ρέεις". Πρὸς ταῦτα Δημάρητος λέγει, „ Ὦ βα-
„ σιλεῦ, ἀρχῆθεν ἠπιστάμην ὅτι ἀληθηΐῃ χρεώμενος,
„ ὀ φίλα τοι ἐρέω. σὺ δὲ ἐπεὶ ἠνάγκασας λέγειν
„ [d] τῶν λόγων τοὺς ἀληθεστάτους, ἔλεγον τὰ κατή-
„ κοντα Σπαρτιήτῃσι. καίτοι ὡς ἐγὼ τυγχάνω
„ [e] τὰ νῦν τάδε ἐπ' ὀργῇσι ἐκείνοις, αὐτὸς μάλιστα
„ ἐξεπίστεαι, οἵ με τιμήν τε καὶ γέρεα ἀπελόμενοι
„ πατρῴα, ἄπολίν τε καὶ Φυγάδα πεποιήκασι·
„ [f] πατὴρ δὲ σὸς ὑποδεξάμενος, βίον τέ μοι καὶ οἶ-
„ κον [g] δέδωκε. ἄνδρα τὸν σώφρονα
„ εὐποίην Φαινομένην διωθέεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον μά-
„ στα. ἐγὼ δὲ οὔτε δέκα ἀνδράσι ὑπίσχομαι οἷός τε
„ εἶναι μάχεσθαι, [h] οὔτε δυοῖσι· ἐκών γε εἶναι οὐδ' ἂν
„ μονομαχέοιμι. εἰ δὲ ἀναγκαίη εἴη, ἢ μέγας τις ὁ
„ ἐποτρύνων ἀγών, μαχοίμην ἂν πάντων ἥδιστα ἑνὶ
„ τουτέων τῶν ἀνδρῶν, οἳ Ἑλλήνων ἕκαστος φησὶ τριῶν
„ ἄξιος εἶναι. ὡς δὲ καὶ Λακεδαιμόνιοι, κατὰ μὲν ἕνα
„ μαχεόμενοι, οὐδαμῶν εἰσὶ κακίονες ἀνδρῶν· ἀλέες
„ δὲ, [i] ἄριστοι ἀνδρῶν ἁπάντων. ἐλεύθεροι γὰρ ἐόν-
„ τες, οὐ πάντα ἐλεύθεροί εἰσι· ἔστι γὰρ σφι δεσπό-
„ της, νόμος, τὸν ὑποδειμαίνουσι πολλῷ ἔτι μᾶλλον
„ ἢ οἱ σοὶ, σέ. ποιεῦσι [k] γῶν τὰ ἂν ἐκεῖνος ἀνώγῃ·
„ ἀνώγει δὲ τωὐτὸ αἰεὶ, οὐκ ἐῶν Φεύγειν οὐδὲν πλῆθος
„ [l] ἀνθρώπων ἐκ μάχης, ἀλλὰ μένοντας ἐν τῇ
„ τάξει, ἐπικρατέειν, ἢ ἀπόλλυσθαι. [m] σοὶ δὲ, εἰ
„ Φαίνομαι ταῦτα λέγων Φλυηρέειν, [n] τἄλλα σιγᾷν
„ ἐθέλω τολοιπόν· νῦν δὲ ἀναγκασθεὶς ἔλεξα· γένοι-
„ το μέν τοι κατὰ [o] νόον τοι βασιλεῦ". Ὁ μὲν
δὴ ταῦτα ἀμείψατο. Ξέρξης δὲ ἐς γέλωτά τε
[a] ἐτρέ-

Græcos etiam pares numero Persis, ægre cum eis solis certaturos, quinimo istud apud nos est id quod ais: verum non ita multum, sed rarum: sunt enim e Persis meis satellitibus, qui velint cum ternis viris Græcis pariter dimicare: quorum tu inexpertus multa blateras. Ad hæc Demaratus, Intelligebam, inquit, rex, ab initio me veritate utentem, non iucunda tibi dicturum: sed quia tu dicere me verissima coegisti, dixi quæ erant ex officio Spartanorum. Quanquam ipse optime intelligis quantopere nunc illos ego amem, qui me honore et decore paterno exutum, extorrem profugumque fecerunt: quem pater tuus exceptum, victu ac domicilio donavit. Quare non est credibile virum prudentem respuere benevolentiam exploratam, sed maxime observare. Ego autem neque cum decem viris promittam me posse dimicare, neque cum duobus: ac ne singulari quidem certamine volens certaverim. At si necesse fuerit, aut vehemens discrimen institerit, libentissime cum uno quolibet istorum hominum dimicarem, qui se singulos aiunt idoneos ad certandum cum ternis Græcorum. Etenim Lacedæmonii pugnando cum singulis, non sunt illi quidem ullis deteriores viris: at conferti, cunctorum virorum sunt excellentissimi: nam licet sint liberi, non tamen sunt omnia liberi: quippe quibus præest domina lex, quam multo magis metuunt, quam tui te. Faciunt ergo quæcunque illa cogit, cogit autem idem semper, vetans eos ex acie fugere quantamvis hominum multitudinem; sed ut ordinem non deserentes, aut vincant aut occumbant. Hæc ego loquens, si tibi blaterare videor, volo posthac in ceteris silentium agere. Hactenus loquutus sum coactus: tibi vero ex sententia contingat, rex. Hæc loquuto Demarato, Xerxes ad risum versus,

a Med. Pasf. Ask. Paris. A., alii παρ' ἡμῖν μὲν μούνοισι τοῦτό ἐστι. laudo priores. *b* Θελήσ. *Pasf. c* Φλυηρεῖς *Arcb. V. d* Τοὺς λόγους iidem. *e* Νῦν tantum *Pasf. f* Ὁ δὲ σὸς πατ. *Arcb. g* Ἔδωκε id. et *Vind.*, tum οἰκὸς *Ask.* more Ionum. εἰκὸς alii. *b* Οὐτεοῖσι *Pasf.*, οὔτε οἷσι *Ask.* tum ἐκών τε cum *Arcb. V. i* Ἄριστοί εἰσιν *Arcb. Vind. k* Γ' ὧν *Arcb. l Arcb. V. Med. Pasf. Ask. Paris. A.*, olim ἀνδρῶν. *m Med. Ask. Arcb. Pasf.*, antea σὺ δέ. *n* Ἅμα σιγ. *Pasf. Ask.*, in *Med.* ἅμα θέλω, omisso medio. *o* Νόον βασ. *Arcb. Vind.*, non sine specie.

53. Οὔτε δυοῖσι] Fluctuationes Codd. non moror. *Hesychius* Δυοῖς, δυσὶ, quomodo *Manetho* III, 217. Noster I, 32. ἀνόλβιος δὲ δυοῖσι προέχει. *Sibylla* apud *Lactantium* Divin. Instit. IV, 15. καὶ ἰχθύεσσι δυοῖσιν, certe in scriptis libris. Quod deinceps, οἱ Ἑλλήνων ἕκαστός φησι — turbat sermonis formulam, aut ὃς Ἑλλ. ἕκας. φησὶ, aut οἱ — φασὶ desiderantem. Atque huc animadversiones doctorum hominum *Pavii*, *Abreschii*, quem vide Diluc. *Thucyd.* p. 240., pronae inclinant. *Reiskius* ὧν τοι Ἑλλ. —— φησὶ malebat.

56. Οἱ Ἑλλήνων ἕκαστος φησὶ] Φασὶ legendum puto cum Clar. *Abreschio* Diluc. *Thuc.* p. 240. aliis usitata structura reperitur et ap. *Herod.* VIII, c. 86. ἐγένοντο — μακρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ — πᾶς τις (id est ἕκαστος) προθυμεόμενος καὶ δειμαίνων Ξέρξεα. In his, οἱ φασὶ ἕκαστος Ἑλλήνων τριῶν εἶναι ἄξιος· postremum ponitur pro ἀντάξιος. Xerxis magniloquentiam postea temporis egregie Susis confutavit Polydamas Thessalus, de quo *Pausan.* VI. p. 464. VALCKEN.

60. Δεσπότης, νόμος] Alibi νόμος πάντων βασιλεὺς L. III, 38., et νόμοι βασιλεῖς *Platoni* Conviv. p. 196. C. Demaretus δεσπότην *dominum* maluit ob asperam legis imperia et sanctionem in τρέσαντες, sane acrem, inf. L. IX, 54. et 70. Conf. *Nic. Cragium* Rep. Lacedaem. III. p. 361.

63. Οὐκ ἐῶν Φεύγειν] In proximis, ἀλλὰ μένοντας ἐν τῇ τάξει ἐπικρατέειν ἢ ἀπόλλυσθαι, quid supplendum lectori relinqueretur, intellexit *Valla*, interpretatus: *vetans semper eos ex acie fugere*, — *sed iubens ut* &c. Similia legere se meminerat apud *Ciceron.* de LL. II, c. 27., *Plato vetat*, — *sed* — *ut compleatur*; nempe *iubet*, quod recte subicit *P. Manucius*. *Isaeus* p. 80, 44. νόμος οὐκ ἐᾷ τὸν τῆς ἐπικλήρου κύριον εἶναι, ἀλλ' ἢ τοὺς παῖδας — κρατεῖν τῶν χρημάτων, nempe κελεύει. *Demosth.* p. 143., F. τῶν νόμων οὐκ ἐώντων —, ἀλλ' ἀνειπεῖν· in *Xenoph.* Ἑλλ. V, p. 320, 35. καταδύσιν μὲν οὐκ εἶχε· — *sed* τριήρη — ἄπλουν ποιεῖν· subintelligi potest εἶχε· ut in *Euripid.* Phoen. v. 1223. et in his *Alexidis* apud *Stobaeum* p. 454, 40., Οὐκ ἠξίωσα καταλιπεῖν τὴν μητέρα· Πρώτην δὲ σώζειν· nempe ἠξίωσα· vid. Celeberr. *Hemsterbusius* et quos citat ad *Luciani* p. 492. In *Paulinis* ex I. ad *Timoth.* Epist. IV, 3. Κωλύοντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων· errorem *Isidori Pelusiotae* recte corrigit *Schol.* in Var. Lect. *I. I. Wetstenii*: οὐκ ἔστι, ait, σφάλμα καλλιγραφικὸν, — ἀλλὰ ὀρθῶς εἰς τὴν Ἀτθίδα συνήθειαν διαπεφρασμένον. VALCKEN.

65. Σοὶ δὲ, εἰ φαίνομαι &c.] Laudem MSS., *Gronovius* et *Pavius*, de coniectura σοὶ reformans, merentur. Proxima, tot viro Celeb. aestus cientia, scite Cl. *Reiskius* Φλυηρέειν πολλὰ, σιγᾷν ἐθέλω — fingebat, reditura ad regiam insultationem πολλὰ Φλυηρέεις, *multa blateras* Demarete. Mihi novationis gravior desit causa, si tamen, scriberem ἀλλὰ σιγᾷν —· quam viam ΑΜΑ trium Codd. munit, ex ΑΛΛΑ propagatum, usus praeterea in consecutione tritus voculae. Supra C. 16. ΕΙ δέ τοι οὕτω δεδόκηται γενέσθαι, καὶ οὐκ οἷά τε αὐτὸ παρατρέψαι, ΑΛΛ' ἤδη ἴημι ἐν κοίτῃ τῇ σῇ, *si ita tibi constitutum est, neque id revocari potest, en*, vel *ergo, ad cubandum in tuo cubili pergo*. Et L. IX, 41. ΕΠΕΙ τοίνυν ὑμεῖς ἢ οὐκ ἴστε οὐδὲν, ἢ οὐ τολμᾶτε λέγειν, ΑΛΛ' ἐγὼ ἐρέω, *ergo ego rem proferam*. Conmodum haec usurpavit ac prudenter *Raphelius* in Ep. ad *Rom.* C. VI, 5., ubi ἅμα et ἀλλὰ similiter conversa.

69. Ἐς γέλωτά τε ἐτρέψατο] Pro agente verbi forma stat *Gronovius*, media damnata. Possem easdem con-

ſus, nulla indignatione permotus est, ſed comiter hominem remiſit. Post Demarati colloquium, ubi Doriſco illi præfecit prætorem Maſcamem Megadoſtis filium, amoto eo, quem Darius præfecerat, ire cum exercitu per Thraciam adverſus Græciam
106 pergit. Huic Maſcami, quem illic reliquit Xerxes, uni tanquam omnium prætorum præſtantiſsimo quos ipse aut Darius conſtituiſset, dona quotannis miſit; et item eius poſteris Artaxerxes filius Xerxis. Etenim ante hanc expeditionem in Thracia et in Helleſponto ubique prætores fuerant, qui omnes post eandem expeditionem a Græcis eiecti ſunt et e Thracia et ex Helleſponto, præterquam iste in Doriſco, quippe hunc in Doriſco Maſcamem nulli unquam, etſi multi conati fuerint, tamen eiicere nequierunt: ob id huic ab eo qui ſemper in Perſis regnat, dona mittuntur.
107 Eorum vero qui a Græcis expulſi ſunt, neminem rex Xerxes virum egregium eſſe dixit, præter unum Bogem ex Eione, quem laudare non deſinebat, eiusque qui ſuperſuere liberos maximo inter Perſas honore proſequebatur. Siquidem magnis ferri laudibus Boges meruit: qui quum ab Athenienſibus et Cimone Miltiadis filio obſideretur, liceretque ei accepta fide egredi et in Aſiam remeare, tamen abnuit, ne regi præ metu ſuperfuiſſe videretur, ſed ad extremum usque perſtitit: atque ubi nihil in mœnibus commeatus reliquum fuit, collato ingenti rogo, interemit liberos, coniugem, concubinas, familiam, eosque mox in ignem iniecit: dehinc omne aurum urbis atque argentum e muro diſperſit in Strymonem: his actis, etiam ſemetipsum miſit in ignem. Ita hic merito a Perſis ad
108 hoc usque tempus celebratur. Xerxes e Doriſco in Græciam tendens, ut quosque po-

70 [a] ἐτρέψατο, καὶ οὐκ ἐποιήσατο ὀργὴν ὑδεμίην, ἀλλ' ἠπίως αὐτὸν ἀπεπέμψατο· τούτῳ δὲ ἐς λόγους ἐλ- 414
θὼν Ξέρξης, καὶ ὕπαρχον ἐν τῷ Δορίσκῳ [b] τούτῳ καταστήσας Μασκάμην τὸν Μεγαδόστεω, τὸν δὲ ὑπὸ Δαρείου τεθέντα καταπαύσας, ἐξήλαυνε τὸν στρατὸν
75 διὰ τῆς Θρηίκης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Κατέλιπε δὲ ἄνδρα τοιόνδε Μασκάμην γενόμενον, τῷ [c] μούνῳ Ξέρξης δῶρα πέμπεσκε, ὡς [d] ἀριστεύοντι πάντων ὅσους κατέστησε αὐτὸς ἢ Δαρεῖος ὑπάρχους· πέμπεσκε δὲ ἀνὰ πᾶν ἔτος· ὡς δὲ καὶ Ἀρτοξέρξης ὁ Ξέρξεω, τοῖσι
80 Μασχαμείοισι ἐκγόνοισι· κατέστασαν γὰρ ἔτι πρότερον ταύτης τῆς ἐλάσιος ὕπαρχοι ἐν τῇ Θρηίκῃ καὶ [e] τῆ Ἑλλησπόντῳ πανταχῇ· οὗτοι ὦν πάντες, οἵ τε ἐκ Θρηίκης καὶ τῆ Ἑλλησπόντῳ, πλὴν τῆ ἐν Δορίσκῳ, ὑπὸ Ἑλλήνων ὕστερον ταύτης τῆς στρατηλα-
85 σίης ἐξηρέθησαν· τὸν δὲ ἐν Δορίσκῳ Μασκάμην ὑδαμοί κω [f] ἐδυνάσθησαν ἐξελεῖν, πολλῶν πειρησαμένων· διὰ τοῦτο δέ οἱ τὰ δῶρα πέμπεται παρὰ τῆ βασιλεύοντος αἰεὶ ἐν Πέρσῃσι. Τῶν δὲ ἐξαιρεθέντων ὑπὸ Ἑλλήνων ὑδένα βασιλεὺς Ξέρξης ἐνόμισε εἶναι ἄνδρα ἀ-
90 γαθὸν, εἰ μὴ Βόγην μοῦνον τὸν ἐξ Ἠιόνος· τοῦτον δὲ αἰνέων οὐκ ἐπαύετο, καὶ τοὺς περιεόντας αὐτῆ ἐν Πέρσῃσι παῖδας ἐτίμα μάλιστα· ἐπεὶ καὶ ἄξιος ἐπαίνου μεγάλου ἐγένετο Βόγης· ὃς, ἐπειδὴ ἐπολιορκέετο ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδεω, παρεὸν αὐτῷ
95 ὑποσπόνδους ἐξελθεῖν καὶ νοστῆσαι ἐς τὴν Ἀσίην, οὐκ ἐθέλησε, μὴ δειλίη δόξειε περιεῖναι βασιλέϊ, ἀλλὰ [h] διεκαρτέρεε ἐς τὸ ἔσχατον· ὡς δ' οὐδὲν ἔτι φορβῆς ἐῆν ἐν τῷ τείχεϊ, συννήσας πυρὴν [i] μεγάλην, ἔσφαξε τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰς παλλακὰς, καὶ τοὺς οἰκέτας· καὶ ἔπειτα ἐσέβαλε ἐς τὸ πῦρ· [k] μετὰ δὲ
1 ταῦτα, τὸν χρυσὸν ἅπαντα τὸν ἐκ τοῦ ἄστεος καὶ τὸν ἄργυρον ἔσπειρε ἀπὸ τοῦ τείχεος ἐς τὸν Στρυμόνα. ποιήσας δὲ ταῦτα, [l] καὶ ἑωυτὸν ἐσέβαλε ἐς τὸ πῦρ. οὕτω μὲν οὗτος δικαίως αἰνέεται ἔτι καὶ ἐς τόδε ὑπὸ Περσέων. [m] Ξέρξης
5 δὲ ἐκ τοῦ Δορίσκου ἐπορεύετο ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· τοὺς δὲ αἰεὶ

[a] Ἔτρεψε *Med. Paſ. Ask.*, reliqui omnes vulgatum habent. [b] Τοῦτον *Arcb.* Mox Μεγαλόστεω idem cum *Valla* et *Vind.* [c] Non est in *Med. Paſ. Ask.* [d] Ἀρίστῳ ὄντι iidem, et *Stepb.* ora ex gloſſa. [e] Τοῦ Ἑλλησπόντου *Med. Paris. B. Paſ. Ask. Brit.*; perbene: antea τῷ Ἑλλησπόντῳ in *Arcb.* undecim ſeqq. deſiderantur. [f] Ἐδυνάσθησαν *Vind. Paſ. Ask. Brit.*, olim ἐδυνήθησαν. tum πειρησομ. *Arcb.* [g] Ἐπαίνου *Arcb.*, qui praecedens μάλιστα cum *Vind.* praeteriit, praeterea περιεόντας αὐτῷ.. [b] Δ' ἐκαρ. *Arcb.* [i] Omittunt *Arcb. V.*, non *Suidas*, in Συννήσας citans. [k] Μετὰ ταῦτα *Paſ.*: his autem praeponit *Brit.* οὕτω μὲν οὗτος δικαίως αἰνέεται ἔτι, utique non ſuo loco. [l] Abest *Paſ. Ask. Arcb. Vind.* copula, non ſane neceſſaria. [m] Ὁ δὲ Ξέρξης *Arcb.*

concedere in partes, modo τὸ πρᾶγμα, aut quid eiuſcemodi, adeſſet. In *Thucydide* VI, 35. Syracuſiorum nonnulli ἐς γέλωτα ΕΤΡΕΠΟΝ τὸ πρᾶγμα. *Ariſtophanes*, quem ibi anteſtatus est *Abreſchius*, in Veſp. v. 1235. κἄτ' ἐς γέλων τὸ πρᾶγμ' ἔτρεψας. Nihil hic ſimile: verſus in riſum rex est, ſive, ſemet vertit, ἐτρέψατο. Ὀργὴν ποιεῖσθαι eiusdem indicio *Thucydides* I, 92.

72. Ἐν τῷ Δορίσκῳ τούτῳ] Praeſtat τοῦτον. Nam τούτῳ ad C. 59., ubi de *Doriſco*, referre non auſim. Τοῦτον ait, quippe eum hominem diſtinctius deſcripturus. Τῷ μούνῳ Ξέρξης — veretur ne nimium ſit, in tanto Megiſtanum numero, *Gronovius*, eritque ſine dubio, ſi huic uni et ſoli ex Perſis munera a rege miſsa putaverimus: pluribus enim quotannis dona dividebat L. I, 135. et L. III, 160. Soli tamen Maſcami ex omnibus praefectis, a ſe patreque Dario isthic conſtitutis.

77. Ὡς ἀριστεύοντι πάντων] Codicum lectiones, quae proſtant, ἀρίστῳ πάντων, et ἀρίστῳ ὄντι πάντων, ſunt tantum interpretamenta phraſios Herodoteae ἀριστεύοντι πάντων· qua Sophanes dicitur ἀριστεύσας Ἀθηναίων IX, c. 73. — Quod paulo post *Med.* non diſpliceret, ſi darent et alii Codd. τοῦ Ἑλλησπόντου πανταχῆ· praeter alia plurima, οὐδαμόθι πάσης τῆς Εὐρώπης legitur VII, c. 126. μηδαμοῦ ſic adhibetur *Platoni* LL. XII, p. 958. D. περὶ τελευτήσαντας — ὅσα πρσήκει τελεῖσθαι, τοὺς ἐξηγητὰς γίγνεσθαι κυρίους φράζοντας· θήκας δ' εἶναι τῶν χωρίων, ὁπόσα μὲν ἐργάσιμα, μηδαμοῦ· interſerta litera *Plato* menda poterit liberari, ſi ſcribatur: γίγνεσθαι κυρίους φράζειν· τὰς θήκας δ' εἶναι —. *vetat ex agro culto, eove qui coli posſit, ullam partem ſumi ſepulcro*, *Cicero* de LL. II, c. 27. VALCKEN.

86. Ἐδυνάσθησαν ἐξελεῖν] Verbi forma Herodotea est L. II, 19. et 43. Habet et *Sophocles* Oed. Tyr. v. 1235: ἄλλοκες φέρειν τάλας Σῖγ' ΕΔΥΝΑΣΘΗΣΑΝ ἐς τοσόνδε; *Boges* eiusque pervicax conſtantia a multis memoratur: *Plut.* in Cimon. p. 482. E. Βούτην, *Pauſanias* L. VIII, p. 614. Βοῆ, *Polyaenus* VII, 24. Βόργην, quae Nob. *Palmerii* obſervatio, adpellant, omnes corrupti et hinc adiuvandi. Res ipsa anno Olymp. LXXVII, 3. apud *Diodor.* L. XI, 60. uſu venit.

90. Εἰ μὴ Βόγην μ. τὸν ἐξ Ἠιόνος] *Palmer.* ad h. l. „ *Plutarchus*, ait, *in Cimone* (p. 482. E.) Βούτην vocat; *Pauſanias* (VIII, p. 614. F.) Βόη. *Polyaenus* (p. 655.) Βόργην. Factum memorabile, quo Boges inclaruit, attigerunt *Plutarch.* et *Polyaen.* Illum *Plutarch.* ſcribit, ἀπογνόντα τὰ πράγματα, τῇ πόλει πῦρ ἐνεῖναι, καὶ συνδιαφθεῖραι μετὰ τῶν φίλων καὶ τῶν χρημάτων ἑαυτόν· iuxta *Herod.* fecit illud Boges, ὡς οὐδὲν ἔτι φορβῆς ἐνῆν ἐν τῷ τείχεϊ· et in epigramm. ap. *Plut.* et *AEſchinem* c. Cteſiph. p. 80., Perſis dicuntur Athenienſes ἐπ' Ἠιόνι, Στρυμόνος ἀμφὶ ῥοὰς, Λιμόν τ' αἴθωνα κρυερόν τ' ἐπάγοντες Ἄρηα. Noſtro de Boge narratis ſimillima exempla praebet vetus etiam hiſtoria plurima; *Diodorus Sic.* XVI, c. 45. XVII, c. 28. XVIII, c. 22. Phocenſium ex deſperatione rabies narrata *Pauſaniae* X, p. 800. *Plutarcho* T. II. p. 244. C. *Polyaeno* p. 821., comparari poterit cum illa Abydenorum apud *Livium* XXXI, c. 17. Plura dabit *Is. Caſaubon.* in *Athen.* XII, c. 7. VALCKEN.

Galaica vel Briantica regio Thraciæ, ubi postea Cicones. Urbes et paludes, quas præteriit Xerxes; regiones, quas transiit ad fluvium Strymona usque.

αἰεὶ γινομένους ἐμποδὼν, συστρατεύεσθαι ἠνάγκαζε· ἐδεδήλωτο γὰρ, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται, ἡ μέχρι Θεσσαλίης πᾶσα, καὶ ἦν ὑπὸ βασιλῆα δασμοφόρος, [a] Μεγαβάζου τε καταστρεψαμένου, καὶ ὕστερον Μαρδονίου. παραμείβετο δὲ πορευόμενος ἐκ Δορίσκου, [b] πρῶτα μὲν τὰ Σαμοθρηίκια τείχεα, τῶν ἐσχάτη πεπόλισται πρὸς [c] ἑσπέρην πόλις τῇ οὔνομά ἐστι Μεσαμβρίη· ἔχεται δὲ ταύτης Θασίων πόλις, Στρύμη· διὰ δὲ σφεων τῶν μέσου [d] Λίσσος ποταμὸς διαῤῥέει· ὃς τότε οὐκ [e] ἀντέσχε τὸ ὕδωρ παρέχων τῷ Ξέρξεω στρατῷ, ἀλλ' ἐπέλιπε· ἡ δὲ χώρη αὕτη πάλαι μὲν ἐκαλέετο [f] Γαλαϊκὴ, νῦν δὲ Βριαντική. ἔστι μέντοι τῷ δικαιοτάτῳ τῶν λόγων καὶ αὕτη Κικόνων. Διαβὰς δὲ τοῦ Λίσσου ποταμοῦ τὸ ῥέεθρον [g] ἀποξηρασμένον, πόλις Ἑλληνίδας τάσδε παραμείβετο, Μαρώνειαν, Δικαίαν, [h] Ἄβδηρα. ταύτας τε δὴ παρεξήϊε, καὶ κατὰ ταύτας, λίμνας ὀνομαστὰς [i] τάσδε· Μαρωνείης μὲν μεταξὺ καὶ Στρύμης κειμένην [k] Ἰσμαρίδα· κατὰ δὲ Δικαίαν, [l] Βιστονίδα, ἐς τὴν ποταμοὶ δύο [m] ἐσεῖσι τὸ ὕδωρ, Τραῦός τε καὶ Κόμψατος. κατὰ δὲ Ἄβδηρα, λίμνην μὲν εὐδεμίην ἐοῦσαν οὐνομαστὴν παραμείψατο Ξέρξης, ποταμὸν δὲ [n] Νέστον, ῥέοντα ἐς θάλασσαν. μετὰ δὲ ταύτας τὰς χώρας ἰὼν τὰς ἠπειρώτιδας πόλις παρῄϊε· τῶν ἡ μὲν λίμνη ἐοῦσα τυγχάνει [o] ὡσεὶ τριήκοντα σταδίων μάλιστά κη τὴν περίοδον, ἰχθυώδης τε καὶ κάρτα ἁλμυρή. ταύτην τὰ ὑποζύγια μοῦνα ἀρδόμενα ἀνεξήρηνε· τῇ δὲ πόλι ταύτῃ οὔνομά ἐστι [p] Πίστυρος. ταύτας μὲν δὴ [q] τὰς πόλις τὰς παραθαλασσίας τε καὶ Ἑλληνίδας ἐξ εὐωνύμου χειρὸς ἀπέργων παρεξήϊε. Ἔθνεα δὲ [r] Θρηίκων, δι' ὧν τῆς χώρης ὁδὸν ἐποιέετο, τοσάδε· Παῖτοι, [s] Κικόνες, Βίστονες, Σαπαῖοι, Δερσαῖοι, Ἠδωνοὶ, [t] Σάτραι. τουτέων οἱ μὲν παρὰ θάλασσαν κατοικημένοι [u] ὑπ' οὐδενὸς ἐστρατεύοντο· οἱ δὲ αὐτέων τὴν μεσόγαιαν οἰκέοντες, καταλεχθέντες τε ὑπ' ἐμεῦ, πλὴν Σατρέων, οἱ ἄλλοι πάντες, [x] πεζῇ ἀναγκαζόμενοι εἵποντο. Σάτραι

populos adibat, secum militare cogebat. Erat autem, ut superius a me expositum est, omnis ad Thessaliam usque tractus in ditionem redactus et regi tributarius effectus a Megabazo et mox a Mardonio. Digressus a Doriseo, præteriit primum Samothracica castella, quorum ultimum oppidum ad vesperam situm est, nomine Mesambria, cui vicinum est oppidum Thasiorum, Stryma: quæ oppida interfluit amnis Lissus, cuius aqua tunc non suffecit copiis Xerxis, sed defecit. Hæc olim regio vocabatur Galaica, nunc autem Briantica: quæ tamen optimo iure Ciconum est. Transmisso alveo fluminis Lissi arefacto, Xerxes has Græcas urbes prætergessus est: Maroneam, Dicæam, Abdera, eas inquam præteriit, et has quæ iuxta eas sunt, nominis clarissimi paludes, Ismaridem, quæ Maroneam Strymamque interiacet: Bistonidem Dicææ contiguam, in quam duo flumina ingrediuntur, Trauus et Compsatus. Iuxta Abdera autem nullum nobilem lacum præteriit Xerxes, sed fluvium Nestum mare subeuntem. Post has regiones pergens mediterraneas urbes præteriit: in quarum una est lacus triginta ferme stadiorum in circuitu, piscosus et admodum salsus: quem sola iumenta quum aquarentur exsiccavere. Huic urbi nomen est Pistyrus. Has urbes et maritimas et Græcas sinistrorsum relinquens præteriit Xerxes. Per quas autem gentes Thraciæ iter fecit, hæ sunt: Pæti, Cicones, Bistones, Sapæi, Derssæi, Edoni, Satræ. Quarum quæ maritimæ erant, navibus sequutæ sunt: quæ vero mediterraneæ, quæ et commemoratæ sunt a me, præter Satras, ceteræ omnes pedestres sequi coactæ sunt. Satræ nulli

[a] Μεγαβύζου id. *Vind.* bene. Sed vide L. IV, 143. [b] Πρῶτον *Arch. V.*, et Σαμοθρήκια sive Σαμοθρήκεα, uti *Ask.* [c] Ἑσπέρῃ *Pasf. Arch. V.* Μεσαμβρίην hinc advocat *Steph. Byz.* in Voc. [d] Λίσσος *Arch. Med. Vind. Brit. Valla.* [e] Ἀντέσχε *Pasf. Ask. Arch.*, ἀντέσχετο alii. Spectavit ista *Eustath.* ad Perieg. v. 538., male citans. [f] Γαλδαϊκὴ *Med. Pasf. Ask.*, Γαλλαϊκὴ *Arch. Valla*; quod discrimen capitalibus litteris debetur. . [g] *Med.*, ἀπεξηρασμ. *Pasf. Ask. V. Arch. Brit. Paris. A.*, ex *Aldo* ἀπεξηραμένον. Conf. L. I, 186.; tum πόλις *Arch. Ask.*, non πόλιας, quomodo prius. [h] Ἄβδηραν, et mox ταῦτα *Pasf.*, posterius etiam in *Ask.* [i] Τάσδε *Arch. V. Pasf. Ask.*, antea ταύτας, repetitione insuavi. [k] Citavit *Steph. Byz.* in Ἴσμαρος. [l] Βισονίδα *Arch. Ask.*, alii Βισων. cum *Aldo.* [m] Ἐσεῖσι *Pasf.* et *Arch.*, cui ὕδωρ deest: antea εἰσεῖσι. Tum Στρύουσε καὶ Κόμψαντος *Med.*, Στράβος καὶ Κόμψαντος *Ask.*, Κόψαντος *Arch. Valla.* [n] Μέσον *Arch.* [o] Ὅση id. [p] Πίσυρος ora *Steph. Arch. Ask.*, Πύσιρος *Med. Pasf.*, alii Πίσουρος. [q] Absunt hae duae voces *Arch.* [r] Θρηΐσκων *Arch.*, mox ὁδὸν negligens. [s] Tres seqq. omittit idem. Δερσαῖοι hinc ap. *Steph. Byz.* in Δερσαῖοι. [t] Σάρραι male *Pasf.* Vid. *Steph. Byz.* in Voc. [u] *Med. Arch. Brit. Ask. Pasf.*, ἐν desiderabatur. [x] *Arch. V. Med. Ask. Pasf.*, πεζοὶ olim.

12. Μεσαμβρίη] Eiusdem nominis, sed alius situs *Mesambria*, Ponto in ultimis Thraciae finibus contermina L. IV, 93. VI, 33. *Strymam* ex *Heraclide* aut *Philostephano* insulam *Harpocratio* perhibet, Thasiorum coloniam: quod non capio, si Lissus sive Lisus amnis Mesambriam et Strymam raserit et mediam utramque transierit: an insula contra urbem fuit posita eiusdem nominis? Litis, qua de *Harpocratio*, Thasiorum et Maronitarum de Strymae possessione meminit *Philippus* Epist. ad Athenienses ap. *Demosthen.* p. 94.

15. Οὐκ ἀντέσχε] Quis recusaret Herodoteum? Amnem Melanem οὐκ ἀντισχόντα —— τὸ ῥέεθρον, ἀλλ' ἐπιλιπόντα memoravit C. 58. Sequetur Apidanus, οὐδὲ οὗτος ἀντέσχε C. 196. De Scamandro *Eustath.* οὐκ ΑΝΤΕΣΧΕ τὸ ὕδωρ ad *Dionys.* v. 538. Regio *Gallaica*, quae postea *Briantica*, non alia, iudicio *Glareani* et *Ortelii*, ac *Livii* XXXVIII, 41. *campus Priaticus*, sive *Prianticus:* nam *Priantae* sunt *Plinio* L. IV, 11. Hist. Nat. et *Solino*, ad quem Cl. *Salmasius* pag. 112.

15. Οὐκ ἀντέσχετο τὸ ὕδωρ π.] Recte, ni fallor, corrigit *Reiskius:* οὐκ ἀντέσχε τὸ ὕδωρ παρέχων τῷ Ξέρξεω στρατῷ· de Apidano VII, c. 196., οὐδὲ οὗτος ἀντέσχε εἰ μὴ φλαύρως. Qua hic structura II, c. 157., Azotus diutissime πολιορκεομένη ἀντέσχε. Potidaeatae *Thucyd.* II, c. 70., οὐκ ἔτι ἐδύναντο πολιορκούμενοι ἀντέχειν· idem esset, τῇ πολιορκίᾳ ἀντέχειν· ut II, c. 50. —— In proximis *Brianticam* viri docti compararunt cum *Priatico campo* apud *Livium*, ubi iter describit exercitus Romani, a Chersoneso redeuntis per Thraciam maritimam, XXXVIII, c. 41. VALCKEN.

24. Βισονίδα] *Steph. Byz.* de voce, τὸ θηλυκὸν, Βισωνὶς· ἐκτέταται δὲ καὶ λέγεται Βίσωνις, cuius observationem damnat *Berkelius*, Βισονίδα ob Βίσονας seq. Capitis praeferens. Favent scripti libri et *Ptolemaeus* Geograph. L. III, 11. Schol. *Apollon. Rh.* II, 706., *Strabo* VII. fin., quibus Βισονὶς λίμνη. Amnem *Nestum* solus *Arch.* Μέσον vocat, non sine exemplo; namque in numis ΜΕΣΤΟΣ et MSS. *Plinii*, *Solini* et *Martiani*, teste *Salmasio* ad *Solin.* p. 112. Verior *Nesti* titulus, rediturus C. 126. Pertinet huc Cl. *Schurzfleischii* notatio ad *Diodori* Fragmenta T. II. p. 642.

33. Πίσυρος] Proxime adpropinquat ad *Stephani Byz.* Πίσιρον, ἐμπόριον Θράκης, sive potius, ut in Βίσιρος scribit, Πίσιρος. Vocabulum idem, Macedonum ore et sono tantum discrepans. Mox vir eruditus τὰς παραθαλασσίας τε καὶ ἠπειρώτιδας corrigebat, me iudice sine necessitate.

45. Καὶ

li unquam hominum, quantum nos scimus, fuere subiecti, sed soli e Thracibus ad meam memoriam liberi semper perstitere. Editos enim montes incolunt omnigenis arboribus ac nivibus obsitos: suntque viri in re bellica eximii: apud quos oraculum est Liberi, idque in editissimis montibus. Ex Satris qui in illo templo vaticinantur, sunt Bessi: antistes vero quæ reddit responsa, quemadmodum Delphis, et
112 nihilo magis varie. Peragrata autem quam dixi regione, Xerxes secundo loco transiit castella Pierum, quorum uni nomen est Phagreti, alteri Pergamo. Et hac quidem iter propter eas arces faciebat, a manu dextera relinquens montem Pangæum, magnum atque excelsum, in quo aurea sunt et argentea metalla, quæ cum Pieres et Odomanti, tum præcipue Satræ exercent.
113 Super Pangæum ad aquilonem habitantes Pæones, Doberes et Pæoplæ prætergressus Xerxes, occasum versus contendit, donec ad flumen Strymonem pervenit, et urbem Eionem, cuius prætor Boges, cuius paulo ante feci mentionem, adhuc vivebat. Regio autem hæc Pangæo monti circumiecta nominatur Phyllis; hinc occasum versus porrecta ad fluvium Angitem, qui Strymonem intrat: hinc meridiem versus ad ipsum Strymonem, in quem magi mactatis

τεας δὲ οὐδενὸς κω ἀνθρώπων ὑπήκοοι ἐγένοντο, ὅσους ἡμεῖς ἴδμεν, ἀλλὰ διατελεῦσι τὸ μέχρι ἐμεῦ αἰεὶ ἐόντες ἐλεύθεροι μοῦνοι Θρηίκων. οἰκεῦσί τε γὰρ οὔρεα ὑψηλὰ, ἴδησί τε παντοίησι καὶ [a] νιφάσι συμπεφέα· καὶ εἰσὶ τὰ πολέμια ἄκροι· οὗτοι οἱ τοῦ Διονύσου τὸ μαντήϊον εἰσὶ ἐκτημένοι· τὸ δὲ μαντήϊον τοῦτο, ἔστι μὲν ἐπὶ τῶν οὐρέων τῶν ὑψηλοτάτων, [b] Βησσοὶ δὲ τῶν Σατρέων εἰσὶ οἱ προφητεύοντες τοῦ ἱροῦ. πρόμαντις δὲ ἡ [c] χρέωσα, κατάπερ ἐν Δελφοῖσι, καὶ οὐδὲν ποικιλώτερον. Παραμειψάμενος δὲ ὁ Ξέρξης τὴν εἰρημένην, δεύτερα τειχέων παραμείβετο τείχεα τὰ Πιέρων, [d] τῶν καὶ ἐνὶ Φάγρης ἐστὶ οὔνομα, καὶ ἑτέρῳ Πέργαμος. ταύτῃ μὲν δὴ παρ' αὐτὰ τὰ τείχεα τὴν ὁδὸν ἐποιέετο, ἐκ δεξιῆς χεροὸς τὸ Πάγγαιον οὖρος ἀπέργων, ἐὸν μέγα τε καὶ ὑψηλὸν, ἐν τῷ χρύσεά τε καὶ ἀργύρεα ἔνι μέταλλα· τὰ νέμονται [e] Πιέρες τε καὶ Ὀδόμαντοι, καὶ μάλιστα Σάτραι. Ὑπεροικέοντας δὲ τὸ Πάγγαιον πρὸς βορέω ἀνέμου, Παίονας, Δόβηράς τε [f] καὶ Παιόπλας παρεξιὼν, ἧιε πρὸς ἑσπέρην· ἐς ὃ ἀπίκετο ἐπὶ ποταμόν τε Στρύμονα καὶ πόλιν Ἠϊόνα. τῆς ἔτι ζωὸς ἐὼν ἦρχε Βόγης, τοῦ περ [g] ὀλίγῳ πρότερον τούτων λόγον ἐποιεύμην. ἡ δὲ γῆ αὕτη ἡ περὶ τὸ Πάγγαιον ὄρος, καλέεται [h] Φυλλὶς, κατατείνουσα, τὰ μὲν πρὸς ἑσπέρην, ἐπὶ ποταμὸν Ἀγγίτην, 416
ἐκδιδόντα ἐς τὸν Στρυμόνα· τὰ δὲ πρὸς μεσαμβρίην, τείνουσα ἐς αὐτὸν τὸν Στρυμόνα, ἐς τὸν οἱ μάγοι

[a] ἐκαλ-

a Χιόνι *Med. Vind. Pasf. Ask.* *b* Βεσσοὶ *Arcb.* *c* Χρέωσα *Arcb. V. Pasf. Ask.* Mox εἰρημένην χώρην ex *Arcb.* habet *Galeus*, vocem opportunam, quam mea excerpta non norunt. *d* Τῶν καὶ Νιφάγρης plerique: editum in *Pasf.* et *Ask.* *e* Πίκρες *Arcb.* *f* Καὶ Ὄπλας *Med. Pasf. Ask.*, prave. Vid. L. v. 15. *g Med. Pasf. Ask.*, ὀλίγον omnes alii. *b Stepb. Byz.* in Voc. *Med. Pasf. Ask.*, *Eustath.* ad *Homer.* p. 359, 39. Φυλλὶν. Valla *Pbyllis*. Antea Φιλλίς.

45. Καὶ νιφάσι] Scholion olet καὶ χιόνι. In Poëta νιφάδες χιόνος ἐντελῶς, quae νιφάδες aliis tantum, ap. *Eustath.* ad Iliad. M. p. 904, 58. Oraculum Bacchi in Thraciae ora *Euripides* spectat Hecub. v. 1267. ὁ Θρῃξὶ μάντις εἶπε Διόνυσος τάδε, ubi Critici illud circa Pangaeum aut Haemum locant, sibi in ceteris minime constantes. *Aristoteles* Θαυμ. p. 577. *Ed. Erasm.* in Bisaltis templum Bacchi spectabile habet.

48. Βησσοὶ] Soli *Arcb.* Βεσσοὶ, consensu *Strabonis*, *Appiani*, *Ptolemaei*que utenti. *Dioni Cassio* Βησσοὶ L. XLVII. p. 508., cum Cl. *Reimari* observatis, *Hippocrati* Βησσιακῇ, nisi fallat *Galenus* in Glosс., τῇ ἀπὸ Βησσῶν ἐν Θράκῃ. Anceps itaque scriptio et electio. Non displicet ἡ χρέουσα antistes. *Hesychius* Χρέοντες, προφητεύοντες. Laudo etiam τῶν καὶ ἐνὶ Φάγρης, nixum olim doctissimorum hominum coniecturis, nunc schedarum certa fide.

49. Οἱ προφητεύοντες τοῦ ἱροῦ] E Satris Bessi dicuntur. Haec mirifice nuper a viro fuisse Doctissimo conversa liquet ex Actis Erudit. Lips. A. 1760. p. 221. Satras, celsorum montium incolas, solos inter Thraces ad suam usque aetatem frui dixerat libertate. Meminit *Thucyd.* II, c. 96., τῶν ὀρεινῶν Θρακῶν τῶν αὐτονόμων οἱ Δῖοι καλεῦνται. *Plinii Diobesos*, gentem esse mixtam ex *Diis* et *Bessis*, *Ortelius* iam fuerat suspicatus. De Satris *Herod.* οὗτοι, ait, τοῦ Διονύσου τὸ μαντήϊον εἰσὶ ἐκτημένοι· in quibus e praecedenti vocem οἱ natam, atque ut inutilem delendam censeo. Ex Satris Bessi quomodo dicuntur οἱ προφητεύοντες τοῦ ἱροῦ, *templi prophetae?* an ut *antistites sacrorum* sive *templi?* Mihi tamen, fateor, illud valde videtur insolens; sed insolita sectatur *Herodotus*; atque in illorum illud forte classem referre maluerint viri docti, quam corrigere, οἱ προφητεύοντες τοῦ θεοῦ, *Dei*, vel *divinae mentis interpretes*. Nusquam memini me legere προφητεύοντας ἱερεῦ, vel μαντείου, vel simile quid; saepenumero memorantur προφῆται τῶν θεῶν· τῶν Μουσῶν· τῆς ἀληθείας· &c. Paternae mentis interpres, Διὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας πατρὸς, secundum *AEschyl.* Eumen. v. 19., namque Ζεὺς ἐγκαθίει Λοξίᾳ θεσπίσματα· ut idem alibi scripsit. Prope Herodoteum accederet illud Xythi in *Euripidis* Ione v. 413., τίς προφητεύει θεοῦ; ad istam sic respondet quaestionem puer aedituus, ut Principes Delphorum, sorte lecti, Δελφῶν ἀριστεῖς, οὓς ἐκλήρωσεν πάλος, fuisse videantur οἱ προφητεύοντες τοῦ θεοῦ· ut hic inter Satras praestantissimi *Bessi* dicerentur οἱ προφητεύοντες τοῦ θεοῦ· qui Dei nempe responsa, per mulierem, ut Delphis, edita fatidicam, interpretarentur. Οἱ τῶν Ἀμμωνίων προφῆται ubi habentur apud *Lucian.* I, p. 390., iudice *Hemsterbusio*, *poterat forte non deterius scripsisse* ὁ τῶν Ἀμμωνίων προφήτης· conf. *Wesselingius* ad *Diod.* T. II. p. 199. Quin Delphis etiam *templi* fuit *antistes* eximie sic dictus *Livio* XXIII, c. XI., ὁ προφήτης *Herodoto* VIII, c. 36., πάντες οἱ Δελφοὶ ἐξέλιπον τὴν πόλιν, πλὴν ἑξήκοντα ἀνδρῶν, καὶ τοῦ προφήτεω —— ᾧ ὄνομα ἦν Ἀκήρατος, c. 37. Talis etiam praeter reliquos χαμαιεύνας insignis honore fuit in Dodonaeo sacrario, quem Θεσπρωτὸν ἄνδρα ἐν Δωδώνῃ vocat *Maximus Tyr.* XIV, 1. hunc designatum suspicor in oraculis, quae *Demosthenes* nobis custodivit in Orat. c. Mid. p. 332., ista formula bis illic repetita, ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει. —— Quod si commentum illud non placet, doctis multo minus forsan adprobarem, quod mihi venit olim in mentem, scriptum hic primitus, οἱ προσατεύοντες τοῦ ἱροῦ· ut Satrae *oraculum tenere*, vel *possidere*, Bessi dicerentur *templum tueri*, sive rebus sacris administrandis esse praefecti: Elei προεστάναι τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου ἱεροῦ dicuntur *Xenophonti* Ἑλλ. III. p. 288, 32. cui in eundem sensum προσατεύειν frequentatur; illinc ortum προσατείᾳ ex MSS. restitui debuerat *Thucydidi* II, p. 149, 24.; quem enim alium in finem tanta cura Codices exiguntur scripti, nisi ut, in his saltem libris, depravata redintegrentur, aut certe sincera revocentur? VALCKEN.

51. Τὴν εἰρημένην] Χώρην, vocem hic necessariam, lectam *Vallae*, praebet *Arcb.* —— Mox τείχεα τὰ Πιέρων, castella sunt *Pierum*, non *muri*. —— Proxima, τῶν καὶ ἐνὶ Φάγρης ἐστὶ οὔνομα, sic recte *Gronov.* restituit ex coniectura *Leopardi*, aliorumque, quantumvis nihil ille diversae scriptionis ex membrana veteri enotasset Florentiae: non ut vulgabatur, sed legit in suo Codice *Valla*, τῶν καὶ ἐνὶ Νιφράγης· syllaba male repetita. VALCKEN.

63. Ἡ περὶ τὸ Πάγγαιον] Non plane alienum ἡ παρὰ τὸ ——, quemadmodum *Steph. Byz.* legit, ut regio monti Pangaeo accubans describatur. Obnituntur tamen omnes Codd., et *Eustathius*. Ἐκαλεῖτο Φυλλὶς, Grammaticus ille scribere voluit, uti olim et nunc *Herodotus*.

67. Ἐς τὸν οἱ Μάγοι &c.] In *Strymonem*, ad amnem placandum: tale ἀποσφάζουσι τοὺς ἀνθρώπους ἐς τὸ ἄγος L. IV, 62. Simili ex superstitione Tiridates *equum*

Novem viæ Edonorum urbs. Defodere vivos Perſicum est. Argilus Biſaltiæ, Stagirus, Acanthus. Viæ huius notitia ſervata. Artachæi mors.

[a] ἐκαλλιερέοντο, σφάζοντες ἵππους λευκούς. Φαρμακεύσαντες δὲ ταῦτα ἐς τὸν ποταμὸν, καὶ ἄλλα [b] πολλὰ πρὸς τούτοισι, ἐς Ἐννέα ὁδοῖσι τῇσι Ἠδώνων, ἐπορεύοντο κατὰ τὰς γεφύρας, [c] τὸν Στρυμόνα εὑρόντες ἐζευγμένον. Ἐννέα δὲ ὁδοὺς πυνθανόμενοι τὸν χῶρον τοῦτον καλέεσθαι, τοσούτους ἐν αὐτῷ παῖδάς τε καὶ παρθένους ἀνδρῶν τῶν [d] ἐπιχωρίων ζώοντας κατώρυσσον. [e] Περσικὸν δὲ τὸ ζώοντας κατορύσσειν. ἐπεὶ καὶ Ἀμηστριν τὴν Ξέρξεω γυναῖκα πυνθάνομαι γηράσασαν δὶς ἑπτὰ [f] ἐόντων ἐπιφανέων Περσέων παῖδας ὑπὲρ ἑωυτῆς τῷ ὑπὸ [g] γῆν λεγομένῳ εἶναι θεῷ ἀντιχαρίζεσθαι κατορύσσουσαν. Ὡς δὲ ἀπὸ τοῦ Στρυμόνος ἐπορεύετο ὁ στρατὸς, ἐνθαῦτα πρὸς ἡλίου δυσμέων ἔστι αἰγιαλὸς, ἐν τῷ οἰκημένην Ἄργιλον πόλιν Ἑλλάδα παρεξήιε. αὕτη δὲ, καὶ ἡ κατύπερθε ταύτης, καλέεται Βισαλτίη. ἐνθεῦτεν δὲ κόλπον τὸν ἐπὶ Ποσιδηίου ἐξ ἀριστερῆς χεροὸς ἔχων, ἤιε διὰ Συλέος πεδίου καλεομένου, Στάγειρον πόλιν Ἑλλάδα παραμειβόμενος· καὶ ἀπίκετο ἐς Ἄκανθον, ἅμα ἀγόμενος τετέων ἕκαστον τῶν ἐθνέων, καὶ τῶν περὶ τὸ Πάγγαιον ὄρος οἰκεόντων ὁμοίως, καὶ τῶν πρότερον κατέλεξα· τοὺς μὲν παρὰ θάλασσαν ἔχων οἰκημένους, [h] ἐν νήσοισι στρατευομένους· τοὺς δ' ὑπὲρ θαλάσσης, πεζῇ ἑπομένους. τὴν δὲ ὁδὸν ταύτην τῇ βασιλεὺς Ξέρξης τὸν στρατὸν ἤλασε, ὔτε συγχέουσι Θρήικες, ὔτ' ἐπισπείρουσι σέβονταί τε μεγάλως τὸ μέχρι ἐμεῦ. Ὡς δὲ ἄρα ἐς τὴν Ἄκανθον ἀπίκετο, ξεινίην τε [i] ὁ Πέρσης τοῖσι Ἀκανθίοισι προεῖπε, καὶ ἐδωρήσατό σφεας ἐσθῆτι Μηδικῇ· ἐπαινέέ τε, ὁρέων [k] αὐτοὺς προθύμους ἐόντας ἐς τὸν πόλεμον, καὶ τὸ ὄρυγμα ἀκούων. Ἐν Ἀκάνθῳ δὲ ἐόντος Ξέρξεω, συνήνεικε ὑπὸ νόσου ἀποθανεῖν τὸν ἐπεστεῶτα τῆς [l] διώρυχος Ἀρταχαίην, δόκιμον ἐόντα παρὰ Ξέρξῃ, καὶ γένος Ἀχαιμενίδην· μεγάθεί τε μέγιστον ἐόντα Περσέων· ἀπὸ γὰς πέντε πηχέων βασιληίων ἀπέλιπε τέσσερας δακτύλους· φωνέοντά τε μέγιστον ἀνθρώπων. ὥστε Ξέρξεα, συμφορὴν ποησάμενον μεγάλην, ἐξενεῖκαί τε αὐτὸν [m] κάλλιστα καὶ θάψαι. ἐτυμβοχόει δὲ πᾶσα ἡ στρατιή. τούτῳ δὲ τῷ Ἀρταχαίῃ θύουσι Ἀκάνθιοι ἐκ θεοπροπίου, ὡς ἥρωϊ,

ctatis equis candidis litaverunt. His et aliis compluribus incantamentis in flumen factis, per Novem vias Edonorum iere ad pontes, Strymonem iunctum invenientes. Audientes autem eum locum Novem vias appellari, totidem illic pueros ac virgines virorum indigenarum vivos defoderunt. Perſicum enim est defodere viventes: nam et Ameſtrin Xerxis uxorem, iam provectæ ætatis, audio bis ſeptem illuſtrium Perſarum liberos defodiſſe, ſic gratificantem deo, qui ſub terra esſe fertur. Ubi a Strymone progreſſus est exercitus, illic ad ſolis occaſum est litus, in quo ſitam urbem Græcam nomine Argilum præteriit: hæc et quæ ſuper eam est regio, vocatur Biſaltia. Illinc autem, ſinum ad Neptuni templum a læva manu habens, proceſſit trans campum nomine Syleum, præteriens Stagirum Græcam urbem, pervenitque Acanthum, ducens ſimul unumquemque horum populorum, et item ex accolis montis Pangæi, et ex illis quos ſuperius commemoravi: iis qui maritimi erant, claſſe, qui procul a mari aberant, terreſtri itinere ſequentibus. Hanc autem viam qua rex Xerxes duxit exercitum, Thraces neque confundunt, neque ſerunt, ſed ad mea usque tempora magnopere venerantur. Postea- 116
quam autem Acanthum pervenit, Perſa Acanthiis hoſpitii ius obtulit, eosque Medica veſte donavit: laudavitque quod alacres cerneret esſe ad bellum, quodque audiret de foſſa. Xerxe autem apud Acanthum agen- 117
te contigit, ut Artachæes, qui foſſæ faciundæ præfuerat, morbo decederet, vir Xerxi ſpectatus, genere Achæmenides, ſtatura inter Perſas procerisſima, quippe cui quatuor digiti deerant a longitudine quinque regiorum cubitorum; clamabatque maxime præ aliis. Xerxes magno damno ducens eum fato functum, apparatisſime funeraviſ, inferias illi faciente toto exercitu: cui tanquam heroi ex oracuło Acanthii ſacrificant, nomine

114

115

a Ἐκαλλιρέοντο *Ask.* etiam C. 167. b Abest *Arch.* qui verisſime mox τῇσι Ἠδων., non, ut pravisſime ceteri, τοῖσι Ἠδ. c Duo illa tantum in *Arch.* margine. d Ἐγχωρ. *Arch. V.* e Sex ista non norunt *Med. Paſ. Ask.* f Περσέων παῖδ. ἐόντων ἐπιφ. ἀνδρῶν *Paſ. Arch. Vind. Ask.*, non abſurde. g Γῆς *Paſ. Ask.* et ora *Steph.* h Deſunt ista duo *Arch.* i Ὁ Ξέρξης *Arch. Paſ. V. Valla*, ex ſcholio. k Αὐτοὺς *Arch. Vind.*, optime: Quod deinde ex *Arch.* ἤδη γενόμενον *Galeus*, id eo in Cod. non adparet. Porro συνήνεικε *Ask.*, ut ſaepisſime, non ξυνήν. alii antea καὶ τοὺς. l Διώρυχος *Ald. Ask. Arch. V. Brit.*, διώρυγος editio poſtrema, ſine addita cauſa. Vid. 1, 75. &c. Mox Ἀρταχαΐων *Tzetz.* Chil. 1, v. 918. Vide ſupra C. 21. m Non habet *Arch.*, ſed *Euſtath.* in *Iliad.* p. 1183, 42. aliique.

placando amni Euphrati *adornavit* in *Taciti* Ann. VI, 37., cui egregiam lucem hinc *Caſaubon.* ad *Strabon.* XV. p. 1065., adſperſit. Vicinum ὁδοῖσι τῇσι Ἠδωνῶν veritate conmendatur.

75. Περσικὸν δὲ τὸ ζώοντας κατορύσσειν] Fide *Medic.*, cui paria duo alii faciunt, haec expunguntur. Quid tum vero continuo nexis fiet? an et illa eradenda? Non puto. Firmatur barbara ſuperſtitio facto Ameſtris, a *Plutarcho* Superſt. p. 171. D. advocato, ubi XII. τῷ ᾅδῃ regina defodit. Perſicum autem fuisſe exempla Cambyſis III, 35. et aliorum apud *Briſſon* Regn. Pers. II, 218. teſtificantur, tum *Ariſtides* T. II. p. 414. ἢ ζῶντες ἂν κατορύττοισθε ΠΕΡΣΙΣΤΙ; *an vivi more Perſico defodiendi?* Morem ipsum admirabili conſecutione *ab Abrahami exemplo filium primogenitum offerendi* arcesſit *Th. Hyde* Rel. Pers. C. 2., proceſſisſe enim Perſas *ad offerendum quemvis filium aut hominem: idque non ſemper filium aut filiam comburendo, ſed et defodiendo in terra aut demergendo in aquis.* Haud vidi magis.

85. Στάγειρον πόλιν Ἑλλάδα] *Vicum* in *Dionis Chryſoſt.* Or. XLVII. p. 525. A., τὰ δὲ Στάγειρα κώμη τῆς Ὀλυνθίας ἦν, ex quodam contemtu. Στάγειρα numero multitudinis praefert *Stephan.*, Στάγειρον agnoſcens in Βίστρος. Plura *Io. Nunneſius* ad Ariſtotelis vitam, a ſe publicatam.

94. Ξεινίην τε ὁ Πέρσης] Ὁ Ξέρξης, ut *Valla*, legit *Arch.* Non Acanthiis ille praecepit, ut ſibi ξένια praeberent; ſed quos honore voluit dignari, ἐσθῆτι donavit Acanthios Μηδικῇ, atque in amicorum iusſit hoſpitumque numerum referri; id hic dicitur, ξεινίην τοῖσι Ἀκανθίοισι προεῖπε· Abderitanis ξεινίην συνθέμενος, VIII, c. 120. de utroque more regio *B.* egit *Briſſon.* de R. P. I. p. 127. 139. —— Proxima, ἐπαινέέ τε, ὁρέων καὶ τοὺς προθύμους ἐόντας ἐς τὸν πόλεμον, καὶ τὸ ὄρυγμα ἀκούων ἤδη γενόμενον· ſic exhibent *Arch.* et *Valla*: vellem praetereaq deſisſent, ὁρέων αὐτοὺς προθύμους. VALCKEN.

1. Μέγιστον ἐόντα Περσέων] Attigit *Tzetzes* Chil. I, v. 918., Ὧν ἐπισάτης ἦν σφόδρος Βουβάρης ὁ Σατράπης, Καὶ Ἀρταχαῖος σὺν αὐτῷ πεντάπηχυς μεγέθει· vid. *Herod.* VII, c. 21. Quatuor cubitorum apud Graecos iuſta hominis cenſebatur ſtatura: ad *Ariſtoph.* Ran. v. 1046., γενναίους καὶ τετραπήχεις· *Caſaubonum* citant *Kuſter.* et *Spanhemius.* Modum excedebant πενταπήχεις· *Olearius* vid. in *Philoſtr.* V. A. II, c. 4. Gigantum cadavera δεκαπήχη dicuntur inventa *Pauſan.* I, p. 86, 87., qui de Scotuſaeo Polydamante, ut mortalium post heroas maximae ſtaturae, agit L. VI, p. 463. VALCKEN.

6. Τῷ Ἀρταχαίῃ] *Tumulum Artachaeae* τὸν Ἀρταχαίου καλούμενον τάφον ad Acanthiorum isthmum locat *AElian.* Animal. Hiſt. L. XIII, 20., ſubdens, ἔνθα τοι καὶ

mine eum nuncupantes. Ex rex quidem Xerxes amisso Artachææ iacturam se fecis-
118se existimabat. At ii Græci qui exercitum excipiebant, quum Xerxi cœnam præberent, in omnem miseriam devenere, adeo quidem ut suis laribus fierent extorres; ubi Thasiis pro suis urbibus, quæ in continente, accipientibus Xerxis copias et cœnam iis præbentibus, Antipater Orgis filius, electus vir inter cives quam maxi-
me probatus, erogavit in cœnam quadrin-
119genta pecuniæ inpensa talenta. Sicuti consimiliter aliis in urbibus ad eam rem constituti proposuere rationem. Tale enim convivium parabatur, utpote iampridem indictum, et multa cura instructum; partim quidem simulatque audiverunt præcones passim annunciantes, tunc vero oppidani frumentum quod in urbibus erat, inter se distributum in farinam et pultem omnes redigebant ad complures menses: partim pecora saginabant pretio optima reperientes et altiles aves habebant terrestres palustresque in caveis et in vivariis, ad excipiendum exercitum: partim etiam aurea argenteaque pocula et crateres faciebant, et cetera omnia quæ ad mensam ponuntur. Hæc quidem ipsi regi et iis qui cum illo vescebantur, fiebant: cetero autem exercitui, quæ ad esum duntaxat imperata erant: adveniente autem exercitu, tabernaculum stetit fixum paratumque, in quo man-

ἥρωϊ, ἐπονομάζοντες [a] τὸ οὔνομα. βασιλεὺς μὲν δὴ Ξέρξης, ἀπολομένῳ Ἀρταχαίῃ, ἐποιέετο συμφορήν. Οἱ δὲ ὑποδεκόμενοι Ἑλλήνων τὴν στρατιὴν, καὶ δειπνίζοντες Ξέρξεα, ἐς πᾶν κακοῦ [b] ἀπικέατο, οὕτω ὥστε ἀνάστατοι ἐκ τῶν [c] οἰκίων ἐγίνοντο· ὅκου 417
77. Σερμύλην] Temerariam *Mausaci*, Ὀισύμην substituentis, coniecturam praeter *Holstenium* contudit *H. Valesius* ad *Harpocrationem* p. 125. Σερμυλία Ethnicographo, cives Σερμύλιοι *Thucydid.* I, 65. Mox ἐπὶ Καναστραῖον ἄκρον, ne soloeca maneret oratio, *Palmerius* voluit. Καναστραῖον *Arch.* sufficit, sicuti in *Thucydide* IV, 110. atque aliis: Κάνα στραίην divisis vocibus *Cellarius* Geogr. L. II, 13. p. 1050. advocat ex *Galei* editione, qui operarum error, notatus a Cl. *Wasse* ad eum Attici Scriptoris locum.

84. Ἐκ Θεράμβω] Haec Θράμβος *Steph. Byz.*, unde ἐκ Θράμβου *Vossius* ad *Scylac.* p. 62. *Ed. Gronov.*, plausibili suspicione. Quod si oppidi tamen nomen Θράμβος, Θεράμβης, Θραμβεῦς pictum fuerit olim, quae *Holstenii* ad Ethnicographum doctrina, Θεράμβω ex Θεράμβεω descendet. Quae sequitur *Sane*, alia est ac C. 22.

91. Σμίλα, Αἴνεια] Plerasque harum urbium *Stephanus* exscripsit, qui quoque Κρουσὶς, μοῖρα τῆς Μυγδονίας ex *Strabonis* VII, ἀπὸ Κρουσίωος, τοῦ Μύγδονος υἱοῦ. Hinc ansa Cl. *Pauw* suspicandi, Κρουσαλὴ in *Herodoto* fuisse. Addere potuisset Κρουσίδα γῆν καλουμένην *Thucydid.* II, 97., et huius quidem tractus, tum maxime barbaros *Crusaeos*, βαρβάρους, Κρουσαίους καλουμένους, qui Pallenen olim tenuerunt, apud *Dionys.* Antiq. Rom. I. p. 39. Utcunque coniectura, praesidio schedarum defecta, cesserit, regio *Crosaea* et *Crusaea* eadem, nec discrepat *Theod. Rykii* Diss. de Primis Ital. Colon. p. 443. opinatio.

98. Σινδὸν] Uter melius, *Herodotus* an *Stephanus*, urbis nomen edat, dubium: non enim apud alios reperiri, verisime *Palmerius*. Χαλέστρην plures Χαλάστρην nuncupant: *Suidae* tamen Χαλέστρα πόλις. *Diodoro* T. II. p. 578. Χάλεστρον, ubi alios excitavi. Ceterum regionem Βοττιαιΐδα, reversuram C. 127., Βοττικὴν *Thucydid.* I, 65. et *Diodorus* XII, 47. scribunt. Herodoteum ex Βοττιαῖος, quod incolarum nomen, formatur. Unde Antiochiae βωμὸς τοῦ Βοττιαίου Διός, ab Alexandro Macedone constitutus, modo vera doceat *Libanius* Antiochici p. 348. D., Βοττίου Διὸς in *Malalae* Chronogr. p. 255., corrupte.

8. Ἐπὶ ποταμὸν Ἐχεδώρου] Quum C. 127. tres Codd. isto amnis in titulo conspirent, et *Apollodoro*, *Ptolemaeo* atque *Etymologo* Ἐχέδωρος aut Ἐχεδώρος adpellitetur, *Is. Vossio* ad *Scylac.* p. 61., ut fluvius suum sibi nomen reciperet, dedi, nec improbatum iri puto.

15. Θνῦ-

Per Paeoniam et Crestonem progredientes cameli invaduntur ab leonibus, qui illic erant. Boves agrestes. Spatium, quod istæ belluæ tenent, et castrorum. Peneus inter Olympum et Ossam.

δὲ ταύτῃ, [a] λέοντές οἱ ἐπεθήκαντο τῇσι σιτοφόροισι καμήλοισι. καταφοιτέοντες γὰρ οἱ λέοντες τὰς νύκτας, καὶ λείποντες τὰ σφέτερα ἤθεα, ἄλλυ μὲν οὐδενὸς ἅπτοντο οὔτε ὑποζυγίυ, οὔτε ἀνθρώπυ, οἱ δὲ τὰς καμήλυς ἐκεράϊζον μόνας. [b] Θωϋμάζω δὲ τὸ αἴτιον, ὅ, τί κοτε ἦν, τῶν ἄλλων τὸ ἀναγκάζον ἀπεχομένυς τοὺς λέοντας, τῇσι καμήλοισι ἐπιτίθεσθαι· τὸ μήτε πρότερον ὀπώπεσαν θηρίον μήτ' ἐπεπειρέατο αὐτοῦ. Εἰσὶ δὲ κατὰ ταῦτα τὰ χωρία καὶ λέοντες πολλοὶ, καὶ βόες ἄγριοι, τῶν τὰ κέρεα ὑπερμεγάθεά ἐστι, τὰ ἐς [c] τοὺς Ἕλληνας φοιτέοντα. οὖρος δὲ τοῖσι λέουσί ἐστι ὅ, τε [d] δι' Ἀβδήρων ῥέων ποταμὸς Νέστος, καὶ ὁ δι' Ἀκαρνανίης ῥέων Ἀχελῷος. οὔτε γὰρ τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τοῦ Νέστυ οὐδαμόθι πάσης τῆς ἔμπροσθεν Εὐρώπης ἴδοι τὶς ἂν [e] λέοντα, οὔτε πρὸς ἑσπέρης τοῦ Ἀχελῴυ ἐν τῇ [f] ὑπολοίπῳ ἠπείρῳ, ἀλλ' ἐν τῇ μεταξὺ τετέων τῶν ποταμῶν γίνονται. Ὡς δὲ ἐς τὴν Θέρμην ἀπίκετο ὁ Ξέρξης, ἵδρυσε αὐτοῦ τὴν στρατιήν. ἐπέσχε δὲ ὁ στρατὸς αὐτοῦ στρατοπεδευόμενος τὴν παρὰ θάλασσαν χώρην [g] τοσήνδε· ἀρξάμενος ἀπὸ Θέρμης πόλιος καὶ τῆς Μυγδονίης, μέχρι Λυδίεω τε ποταμοῦ καὶ Ἁλιάκμονος, οἳ οὐρίζυσι γῆν τὴν Βοττιαϊίδα τε καὶ Μακεδονίδα, ἐς τωὐτὸ ῥέεθρον τὸ ὕδωρ συμμίσγοντες, ἐστρατοπεδεύοντο μὲν δὴ ἐν τούτοισι τοῖσι [h] χωρίοισι οἱ βάρβαροι. τῶν δὲ καταλεχθέντων τετέων ποταμῶν, ἐκ [i] Κρηστωναίης ῥέων Ἐχείδωρος, μοῦνος οὐκ ἀντέχρησε τῇ στρατιῇ πινόμενος, ἀλλ' ἐπέλιπε. Ξέρξης δὲ ὀρέων ἐκ τῆς Θέρμης οὔρεα τὰ [k] Θεσσαλικὰ, τόν τε Ὄλυμπον καὶ τὴν Ὄσσαν, μεγάθεί [l] τε ὑπερμήκεα ἐόντα, διὰ μέσυ τε αὐτέων αὐλῶνα στεινὸν πυνθανόμενος εἶναι, δι' οὗ ῥέει ὁ Πηνειὸς, ἀκέων τε εἶναι ταύτῃ ὁδὸν ἐς Θεσσαλίην φέρυσαν, ἐπεθύμησε πλώσας θέσασθαι τὴν ἐκβολὴν τοῦ Πηνειοῦ· ὅτι τὴν ἄνω ὁδὸν ἔμελλε ἐλᾶν διὰ Μακεδόνων τῶν κατύπερθε οἰκημένων ἐς [m] Περραιβοὺς παρὰ Γόννον πόλιν· ταύτῃ γὰρ ἀσφαλέστατον ἐπυνθάνετο εἶναι. ὡς δὲ ἐπεθύμησε, καὶ ἐποίεε ταῦτα, ἐσβὰς [n] ἐς Σιδωνίην νέα, ἐς τήνπερ ἐσέβαινε αἰεὶ ὅκως οἱ ἐθέλοι τοιοῦτο ποιῆσαι, ἀνέδεξε σημήϊον καὶ τοῖσι ἄλλοισι ἀνάγεσθαι,

Xerxe, leones impetum dederunt in camelos, qui commeatum portabant. Sub noctem enim relictis locis consuetis eo descendebant, nulloque alio neque iumento neque homine tacto in camelos solos grassati sunt. Cuius causam admiror, quæcunque illa erat, quod leones compelleret abstinentes ab aliis adoriri camelos: quod animal nunquam antea nec viderant nec experti illic fuerant. Sunt autem per 126
ea loca leones multi, et boves agrestes prægrandibus cornibus, quæ ad Græcos veniunt. Leonum autem terminus est hinc Nestus flumen per Abdera, inde Achelous per Acarnaniam fluens: nam neque ad auroram trans Nestum viserit quis leonem usquam gentium in Europa, aut trans Acheloum ad occidentem in reliqua continente: sed in horum fluviorum medio leones gignuntur. Postquam autem Ther- 127
mam venit Xerxes, ibi substitit, tantum ad mare spatii occupantibus castris, quantum est ab urbe Therma et Mygdonia usque ad Lydian et Haliacmona, qui amnes agrum Bottiæicum Macedonicumque terminant in eundem alveum confluentes. In his locis stativa habuere barbari: quibus ad potum solus ex iis qui commemorati sunt amnibus Echidorus e Crestonæis fluens non suppetiit, sed defecit. Xerxes e Ther- 128
ma prospiciens Thessalicos montes, Olympum et Ossam, præcelsæ magnitudinis, audiensque in medio eorum canalem angustum esse, per quem fluit Peneus, et illic viam esse quæ in Thessaliam fert, cupidine captus est navigandi ad ostium Penei inspiciundum: quia superiorem viam tenenti erat eundum per Macedones superne habitantes ad Perræbos, præter Gonnum urbem: nam hac tutissimum iter esse audiebat. Atque ut concupivit, ita et fecit, itaque conscensa navi Sidonia, quam semper conscendebat quoties ei tale aliquid facere libebat, extulit signum ceteris quoque

a Exscripsit *AElian.* de Anim. XVII, 36. *b* Θωμ. *Ask. Arcb.* *c* Omittunt τοὺς iid. et *Pasc. Vind.* *d* Δι abest *Arcb.* et mox ῥέων, sicuti et *Vallae.* *e* Λέοντα οὐδαμοῦ id., iusto auctior. *f* Ἐπιλοίπῳ *Arcb. V. Pasc. Ask. Stepb.* margo. *g* *Med. Ask. Arcb. Pasc. Vind. Paris. B*, τοσόνδε alii, quos a *D'Orvillio* defensos nollem ad *Charitan.* IV, 2. p. 373. *b* lidem: olim χώροισι. *i* Κρηστωναίων *Arcb. V. Brit. Paris. B. Valla*; in *Aldo* Κρηστωνέων. Κρηστωναίης *Pasc. Ask. Paris. A.*, *Med.* Κρηστωνέης. Pristinum servari utique potuerat ob C. 124., tum statim Ἐχείδωρος *Arcb. Vind. Valla:* prius Χείδωρος erat. *k* Θεσσαλ. *Pasc. Ask. Vind. Arcb.*; alii Θετταλικὰ, etiam *Eustath.* ad *Hom.* p. 337, 1. his usus. *l* Defit *Arcb. V.* et *Eustath.*, qui male μεγέθη ὑπερμ. *m* Περραιβ. *Arcb. Pasc. Ask. V. Ald. Valla*, Περαιβοὺς recentiores editi: mox Γόνον *Arcb. Valla.* *n* Δ' ἐς *Arcb.*

15. Θωϋμάζω δὲ τὸ αἴτιον] Frigide Nostrum *AElianus* laudat, ὀλίγα δὲ Ἡρόδοτος ᾔδει ἐξετάζων τροφὴν τήνδε καὶ τήνδε κατὰ τὴν ἡδονὴν λεόντων Θρᾳκίων. Fuerint enim leones illi occulta quadam naturae vi, φύσει τινὶ ἀποῤῥήτῳ, et fauce inproba in camelos, quos ante non viderant, incitati, mirumne accidet, in hos ruisse solos, nullo neque homine neque iumento laeso?

22. Ὅ, τε δι' Ἀβδήρων &c.] *Aristotelem* huc spectasse Hist. Anim. VIII, 28., p. 254. ubi ἐν τῷ μεταξὺ τόπῳ τοῦ Ἀχελῴου καὶ τοῦ Νέσου, monuit *D. Petavius* ad *Themist.* Or. X. p. 140. A., insuper ex *Dione Chrysost.* Or. XXI. p. 269. C. adstruens, in Europa deinceps leonum genus defecisse. Certe de Acarnania locuples testis est Agathion, questus in *Philostrati* Vit. Herod. C. 7. magnum sibi fortunam negasse certamen, ἐπεὶ μηκέτι βόσκει λεόντας Ἀκαρνανία. Eidem rei *Io. Brodaeus* diligentem inpendit operam Miscell. L. VIII, 13., lectu oppido dignam. Deinceps ὑπολοίπῳ ἠπείρῳ scribatur an ἐπιλοίπῳ, ad sententiam nil proderit, quamquam ultimo Scriptor delectatur L. VI, 3. alibique.

36. Ἐκ Κρηστωναίης ῥέων] Inserto articulo scribendum: ὁ ἐκ Κρηστωναίης ῥέων Ἐχείδωρος μοῦνος οὐκ ἀντέχρησε τῇ στρατιῇ πινόμενος· frequentius in talibus locutionibus usurpantur οὐκ ἀντέσχε, vel οὐκ ἀπέχρησε· quod utrumque legitur VII, c. 196., sed et οὐκ ἀντέχρησε Herodoteum est: vid. VII, c. 187. —— Sequentis capitis initium *Eustath.* attigit in Il. B, p. 255. —— Semper Xerxes navem conscendisse dicitur Sidoniam, ὅκως τὲ ἐθέλοι τοιοῦτο ποιῆσαι· sic recte scribit *R.* pro τοι. His proxima, ἀνέδεξε σημήϊον, voculam videntur requirere, qua nectantur cum antecedentibus, ἀνέδεξε δὲ σημήϊον καὶ τοῖσι ἄλλοισι ἀνάγεσθαι. VALCKEN.

38. Οὔρεα τὰ Θεσσαλικὰ] Rediit sollemnis scriptura: semper Θεσσαλίη, Θεσσάλιος, Θεσσαλικὸς in Musis, *Thucydide* et veterum plerisque, quorum morem Cl. *Wasse* ad *Thucyd.* I, 20. docte expositi. Eustathiana enim vocis pingendae consuetudo aliunde procedit, nec morabitur quemquam.

45. Ἐς Περῤῥαιβοὺς παρὰ Γόννον] *Aldus* ita et MSS.; etiam C. 131., editi vero C. 173. et 185. Bene μενοπτόλεμοί τε Περαιβοὶ Poëtae Il. B, 749. cogniti sunt, sed et solutae orationis usus atque ipsa gentis traditio apud *Eustath.* ex *Stephano*, verum integriore, quam vulgo legitur. Γόννον quoque maluerunt, non Γόνον, quomodo *Arcb.* iterum C. 173., eodem ad *Iliad.* B. p. 335, 39. auctore. Post deinde ὅκως τι ἐθέλοι τοιοῦτο ποιῆσαι scribi oportere, docti viri *Pavius* et *Reiskius* belle viderunt.

que navibus ſolvendi, relictis illic terreſtribus copiis. Eo postquam pervenit, oſtium Penei contemplantem ingens admiratio quum ſubiret, accitos viæ ductores interrogavit nunquid flumen posſet averti, ut alibi ma-
129re ingrederetur. Narratur autem Theſſalia quondam palus fuiſſe, utpote concluſa undique prælatis montibus: nam quæ eius ad auroram ſpectant, ea Pelion mons et Oſſa iunctis inter ſe radicibus præcludunt; quæ ad ventum aquilonem, Olympus; quæ ad occaſum, Pindus; quæ ad meridiem et ventum auſtrum, Othrys: quod inter hos, quos dixi, montes medium, id Theſſalia est, ita cava, ut cum alii frequentes amnes in eam influant, tum hi quinque maxime præcipui, Peneus, Apidanus, Onochonus, Enipeus, Pamiſus: qui e montibus Theſſaliam cingentibus in eam planitiem confluentes et nominibus cogniti, per unum canalem et eum arctum in mare evadunt, in unam aquam omnes ante redacti: et ſimulac confluentem fecerunt, Peneus excellens ſuo nomine ceteros innominatos reddit. Fertur quondam, quum nondum esſet hic canalis et effluxus, hos fluvios et præter eos paludem Bœbeidem non habuiſſe nomen, quemadmodum nunc, et tamen non minus quam nunc fluxiſſe, ſed ſuis fluentis omnem Theſſaliam effeciſſe pelagus. Ipſi quidem Theſſali memorant Neptunum feciſſe convallem, per quam meat Peneus, haud absurde ſentientes: qui enim arbitratur Neptunum terram quatere, et quæ terræmotu diducta ſunt, huius dei esſe opera, is etiam cernens hunc locum dixerit Neptunum feciſſe: namque diductio illa montium, ut
130mihi videtur, terræmotus est opus. Xerxi autem interroganti nunquid alius foret exitus in mare Penei, duces viæ rem compertam habentes, Rex, inquiunt, nulli ſunt huic flumini alibi in mare tendentes exitus,

σθαι, καταλιπὼν αὐτοῦ τὸν πεζὸν στρατόν. Ἐπεὶ δὲ ἀπίκετο, καὶ ἐθέησατο [a] Ξέρξης τὴν ἐκβολὴν τοῦ Πηνειοῦ, ὑπ' θώματι μεγάλῳ ὑπέσχετο. καλέσας δὲ τοὺς [b] κατηγεμόνας τῆς ὁδοῦ, εἴρετο εἰ τὸν ποταμόν ἐστι παρατρέψαντα, ἑτέρῃ ἐς θάλασσαν ἐξαγαγεῖν. Τὴν δὲ Θεσσαλίην λόγος ἐστὶ τοπαλαιὸν εἶναι λίμνην, ὥστε [c] γε συγκεκλημένην πάντοθεν ὑπερμήκεσι οὔρεσι. τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς πρὸς τὴν ἠῶ ἔχοντα, [d] τό, τε Πήλιον οὖρος καὶ ἡ Ὄσσα [e] ἀποκλήει, συμμίσγοντα τὰς ὑπωρείας ἀλλήλοισι· τὰ δὲ πρὸς βορέω ἀνέμου, [f] Οὔλυμπος· τὰ δὲ πρὸς ἑσπέρην, Πίνδος· τὰ δὲ πρὸς μεσαμβρίην τε καὶ ἄνεμον νότον, ἡ Ὄθρυς· τὸ μέσον δὲ τουτέων τῶν λεχθέντων οὀρέων ἡ Θεσσαλίη ἐστὶ, ἐοῦσα κοίλη. ὥστε [g] ὦν ποταμῶν καὶ ἄλλων συχνῶν ἐς αὐτὴν ἐσβαλλόντων, [h] πέντε δὲ τῶν δοκίμων μάλιστα τῶνδε, Πηνειοῦ, καὶ Ἀπιδανοῦ, καὶ [i] Ὀνοχώνου, καὶ Ἐνιπέος, καὶ Παμίσου· οἱ μέν νυν ἐς τὸ πεδίον τοῦτο συλλεγόμενοι ἐκ τῶν οὀρέων τῶν περικληίόντων τὴν Θεσσαλίην ὀνομαζόμενοι, δι' ἐνὸς αὐλῶνος καὶ τούτου στενοῦ, ἔκροον ἔχουσι ἐς θάλασσαν, προσυμμίσγοντες τὸ ὕδωρ πάντες ἐς τωὐτό· ἐπεὰν δὲ συμμιχθέωσι τάχιστα, εὐθὺς ἤδη ὁ Πηνειὸς τῷ οὐνόματι καταχρατέων, [k] ἀνωνύμους τοὺς ἄλλους ποιέει εἶναι. τὸ δὲ [l] παλαιὸν λέγεται, οὐκ ἐόντος κω τοῦ αὐλῶνος καὶ διεκρόου τούτου, τοὺς ποταμοὺς τούτους, καὶ πρὸς τοῖσι ποταμοῖσι τούτοισι τὴν [m] Βοιβηίδα λίμνην, ὕτε ὑπομάζεσθαι κατάπερ νῦν, ῥέειν τε ὐδὲν ἧσσον ἢ νῦν· ῥέοντας δὲ, ποιέειν τὴν Θεσσαλίην πᾶσαν πέλαγος. αὐτοὶ μέν νυν Θεσσαλοὶ Φασὶ Ποσειδέωνα ποιῆσαι τὸν αὐλῶνα, δι' οὗ ῥέει ὁ Πηνειός· [n] οἰκότα λέγοντες. ὅστις γὰρ νομίζει Ποσειδέωνα τὴν γῆν σείειν, καὶ τὰ [o] διεστηῶτα ὑπὸ σεισμῶν, τοῦ θεοῦ τούτου ἔργα εἶναι, [p] κἂν ἐκεῖνο ἰδὼν, Φαίη Ποσειδέωνα ποιῆσαι. [q] ἔργον γάρ ἐστι σεισμῶν, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, ἡ διάστασις τῶν οὀρέων. Οἱ δὲ κατηγεόμενοι, εἰρομένου Ξέρξεω εἰ ἔστι ἄλλη ἔξοδος ἐς θάλασσαν τῷ Πηνειῷ, ἐξεπισάμενοι ἀτρεκέως, εἶπον, „ Βασι„ λεῦ, ποταμῷ τούτῳ οὐκ ἔστι ἄλλη ἐξήλυσις ἐς θά„ λασ-

a Ὁ Ξέρ. idem; hinc articulus accesſit. Mox ἐκβολὴν praeterit negligenter. *b* Ἡγεμόνας *Arcb. Vind.*; uti L. v, 15. et alibi. *c* Defit *Ask. Paſſ.*, qui cum *Paris. B.* συγκεκλημένην, *Med.* συγκεκλημένην, pro quo *V. Arcb. Paris. A. Ald.* συγκεκλησίμενην. Mox ὄρεσι et ὄρος *Arcb. V. Ask.*, et ſaepius. *d* Τὸ Πήλιον *Paſſ. Arcb.* et *Galaei* Edit.; alii Πήλειον. *e* Ἀποκλήει *Paſſ. Vind.*, olim ἀποκλείει. *f* Ὁ Ὄλ. *Arcb. V. Med. Paſſ.* *g* Ὧν τῶν ποτ. ora *Stepb.* et *Ask.*, qui reliqua ἐς αὐτὴν καὶ ἀ. σ. ἐσβ., eadem *Arcb.*, ſed ὥσε τῶν ποτ.; *Med.* ἐς αὐτὴν non habet. *b* Excerpſit Schol. *Apollon. Rb.* III, 1084. ſide non bona. *i* Ὀνοχάρου *Arcb.* et *Valla.* *k* *Euſtatb.* ad Iliad. p. 337, 7., ſed ἀνωνύμως prave. Porro εἶναι ποιέει *Arcb. Paſſ. Ask.* *l* Πάλαι *Arcb. V.* *m* Βουβ. *Ask.* Vid. *Caſaub.* ad *Strabon.* IX. p. 658. *n* Εἰκ. *Arcb.* *o* *Med. Paſſ. Paris. B.*, in reliquis διεσῶτα. *p* Καὶ ἂν *Arcb. V.* *q* Ἔστι γὰρ σεισμοῦ ἔργ. *Arcb. Paſſ. Ask.*, ordine ſat bono: tum ἐφαίνετο εἶναι *Arcb. Vind.*, εἶναι addunt etiam *Paſſ. Ask.*, et admitti potest.

54. Τὴν δὲ Θεσσαλίην λόγος ἐστὶ] *Strabo* IX, p. 658. A. τὸ παλαιὸν καὶ ἐλιμνάζετο, ὡς λόγος, τὸ πεδίον —— ὑπὸ δὲ σεισμῶν ῥήγματος γενομένου, καὶ τὴν Ὄσσαν ἀποσχίζοντος ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου, διεξέπεσε ταύτῃ πρὸς θάλασσαν ὁ Πηνειός. Concinunt ista Herodoteis, de quibus pauca quaedam excerpſit *Euſtatb.* in Il. B. p. 255. *Herodoto* quoque ἔργον esſe σεισμοῦ videbatur ἡ διάστασις τῶν οὀρέων· et Theſſaliam σεισμοὶ dicuntur ἀναπτύξαντες *Philoſtrato* Icon. II. p. 835. f. qui picturam nobis exhibet p. 831. Neptuni ῥήξαντος τῇ τριαίνῃ τὰ ὄρη nam, *quum Theſſaliam ſcopulis incluſa teneret Peneo ſtagnante palus, et merſa negarent Arva coli, triſida Neptunus cuſpide montes Impulit adverſos: tum forti ſaucius ictu Diſſiluit gelido vertex Oſſaeus Olympo: Claudian.* de Raptu Pr. II, v. 179. ſecundum alios *diſcesſit Olympo Herculea gravis Oſſa manu*; et *Diodor. Sic.* IV, c. 18. Egisſe hac de re videtur in libro nono Philippicorum *Theopompus.* —— Ubi in his *Herodoti* quinque nobiliora memorantur Theſſaliae flumina, *Apidano* forma reddi poterit noſtro conſueta Ἠπιδανοῦ· de his minime protrita notantur *dans la Critique du Dictionn. de M. La Martiniere* p. 340. et ſeqq.
VALCKEN.

57. Τό, τε Πήλιον οὖρος] Qui celebratisſimum montem Πήλειον dixerit, quaerere abnuo. Noſtro Πήλιον L. IV, 179., *Homero*, *Straboni*, *Virgilio*, *Horatio* aliisque audit. Iuſtum porro habendum ἀποκλήει, vice ἀποκληῖει. Ionum ore tritisſimi.

63. Ὥσε ὦν ποταμῶν &c.] Series verborum, qualis *Arcb.* et *Ask.*, non diſplicet; ἐς αὐτὴν iniuria *Med.* omittit; ſi tamen vera omisſio, nec conferentis oculi alibi poſita praeterviderint. Quo fuerit id cunque modo, ad ſententiam requiruntur: illa redit ad ſuperiora, ὥσε γε συγκεκλημένην πάντοθεν ——, eaque illuſtrat. Pro quinque autem fluviis Schol. *Apollonii* quatuor annumerat, neglecto *Onochono*, tertium Παμισὸν adpellans. At idem in L. IV, v. 132. de amnibus, in alios lapſis nomenque priſtinum ponentibus, τὸ δὲ αὐτὸ γίνεται ἐπὶ Ὀνοχώνου, τοῦ κατὰ Θεσσαλίαν, καὶ Παρμισσοῦ καὶ Σπερχειοῦ· ὅταν γὰρ εἰς ταυτὸ συῤῥεύσωσι πάντες, Σπερχειὸς καλοῦνται· inſulſe profecto, niſi tu corruptisſima atque hinc refingenda decernas.

81. Τὴν γῆν σείειν] Neptuni Ἐννοσιγαίου, Σεισίχθονος, γαίης κινητῆρος cognomina nemo non recordatur. Terrae motus, hiatus, fluminum et fretorum ἐκρήγματα Neptuno apud *Diodor.* XV, 49. et *Ammian.* XVII, 8. credula ſuperſtitio contribuit: hinc δοκεῖ γάρ μοι τὸ ῥῆξαι τὸν Ἰσθμὸν Ποσειδῶνος δεῖσθαι in *Philoſtr.* Herod. Vit. C. 6. Conſer Icones *Philoſtrati* L. II, 14., ubi pictura Neptuni, montes Theſſaliae rumpentis.

Xerxis in Thessalos scomma. Thessali primi dederunt se Persis, et qui alii? De illis iusiurandum Græcorum.

„ λασσαν κατήκουσα, ἀλλ' ἤδη αὕτη· οὔρεσι γὰρ
„ περιεσφάνωται [a] πᾶσα Θεσσαλίη". Ξέρξεα δὲ
λέγεται εἰπεῖν πρὸς ταῦτα, „ Σοφοὶ ἄνδρες εἰσὶ Θεσ-
„ σαλοί. ταῦτ' ἄρα πρὸ πολλοῦ [b] ἐφυλάξαντο γνω-
„ σιμαχέοντες καὶ τἆλλα, καὶ ὅτι χώρην ἄρα εἶχον
„ εὐαίρετόν τε καὶ ταχυάλωτον. τὸν γὰρ ποταμὸν
„ πρῆγμα ἂν ἦν μοῦνον ἐπεῖναι σφέων ἐπὶ τὴν χώρην,
„ χώματι ἐκ τοῦ αὐλῶνος ἐκβιβάσαντα, καὶ παρα-
„ τρέψαντα δι' ὧν [c] νῦν ῥέει ῥεέθρων· ὥστε Θεσσαλίην
„ πᾶσαν ἔξω τῶν οὐρέων [d] ὑπόβρυχα γενέσθαι". ταῦ-
421 τα δὲ ἔχοντα ἔλεγε ἐς τοὺς Ἀλεύεω παῖδας, ὅτι πρῶ-
τοι Ἑλλήνων ἑωυτοὺς Θεσσαλοὶ ἔδοσαν ἐωυτοὺς βασιλέϊ,
δοκέων ὁ Ξέρξης [e] ἀπὸ παντὸς σφέας τοῦ ἔθνεος ἐπαγ-
γέλλεσθαι Φιλίην. εἶπας δὲ ταῦτα, καὶ θηησάμενος,
ἀπέπλεε ἐς τὴν Θέρμην. Ὁ μὲν δὴ περὶ Πιερίην διέ-
τριβε ἡμέρας συχνάς. τὸ γὰρ δὴ οὖρος τὸ Μακεδονι-
κὸν ἔκειρε τῆς στρατιῆς τριτημορίς, ἵνα ταύτῃ [f] διεξίῃ
ἅπασα ἡ στρατιὴ ἐς Περραιβούς. οἱ δὲ [g] δὴ κήρυκες οἱ
ἀποπεμφθέντες ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπὶ γῆς αἴτησιν,
[h] ἀπικέατο, οἱ μὲν κενοὶ, οἱ δὲ φέροντες γῆν τε καὶ
ὕδωρ. Τῶν δὲ δόντων ταῦτα ἐγένοντο οἵδε, Θεσσαλοὶ,
Δόλοπες, [i] Ἐνιῆνες, Περραιβοὶ, Λοκροὶ, [k] Μάγνη-
τες, Μηλιέες, Ἀχαιοὶ οἱ Φθιῶται, καὶ Θηβαῖοι, καὶ
οἱ ἄλλοι Βοιωτοὶ, πλὴν Θεσπιέων τε καὶ Πλαταιέων.
ἐπὶ τούτοισι οἱ Ἕλληνες ἔταμον ὅρκιον, οἱ τῷ βαρβάρῳ
πόλεμον [l] ἀειράμενοι. τὸ δὲ ὅρκιον ὧδε εἶχε· Ὅσοι τῷ
Πέρσῃ ἔδοσαν σφέας αὐτοὺς, Ἕλληνες ἐόντες, μὴ
ἀναγκασθέντες, καταστάντων σφι εὖ τῶν πρημά-
των, τούτους δεκατεῦσαι τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ. τὸ μὲν
δὴ

exitus, quam iste hic: cuncta enim undique montibus redimita Thessalia est. Ad hoc Xerxes dixisse fertur; Solertes sunt viri Thessalia, qui suæ sibi imbecillitatis conscii, iampridem cum alia custodiverunt, tum vero hoc, quod regionem habeant facilem occupatu, et mature expugnabilem. Solum enim hoc esse negocium, flumen, obstructo canali, aversoque alveo per quem meat, in eorum terram inducere, a quo omnis Thessalia præter montes aquis mergeretur. Hæc vero Xerxes dixit filios Aleuæ respicientia, quoniam e Græcis primi hi sese Thessali regi tradiderant, ratus illos ab tota natione poliliceri amicitiam. Hoc loquutus, et locum contemplatus, Thermam renavigavit. Ubi 131
complures dies circa Pieriam est commoratus, nam montem Macedonicum, ut illac in Perræbos omnis transiret exercitus, tertia eius pars tondebat, eodem legati qui dimissi in Græciam fuerant ad terram petendam, regressi sunt partim inanes, partim terram et aquam ferentes. Quam qui de- 132
derunt eorum, hi fuere, Thessali, Dolopes, Enienes, Perræbi, Locri, Magnetes, Melienses, Achæi Phthiotæ, et Thebani, ceterique Bœoti præter Thespienses et Platæenses: adversus quos ii Græci qui bellum contra barbarum sumpserunt, conceperunt iusiurandum: id erat hoc exemplo. Quicunque Græci se ipsos dediderunt Persæ, non adacti necessitate, rebus suis bene constitutis, eos decimare deo qui Delphis est. Ita

a Πᾶσα Θεσσ., sine medio articulo ἡ., *Arcb. V. Ask. Pasc.* b Ἐφυλάσσοντο *Arcb. V.* c Νῦν ῥέεθρον *Pasc.*, posterius etiam *Arcb.* d Ὑπὸ βρυχέα *Ald.* et editi plures: ὑποβρυχέα coniunxit Ed. *Genev.*, quomodo *Pasc. Ask.*; in *Arcb.* ὑπόβρυχα, optime. e Ὑπὸ *Arcb. V.* f Διέξῃ *Pasc. Ask.*, tum πᾶσα *Arcb.*, et Περβαιβ. id. *V. Pasc. Brit.* et mox, Περρεβ. *Ask.*, olim Περαιβ. g Deest *Pasc.* h Ἀπίκατο *Arcb. V. Pasc.*, et mox κενοὶ iid. cum *Ask.*, antea κενοί. i Αἰνιῆνες *Arcb. Vind. Valla.* k Μάγητες *Vind. Arcb.* l Αἰράμενοι *Arcb. Pasc.*, ἀράμενοι *Ask.*, prius ἀειρόμενοι.

88. Ἀλλ' ἤδε αὕτη] Nisi viae duces exitum digito monstrarint, verius videbitur ἤδε αὐτὴ, *nisi solus hic*, de correctione Cl. *Abresch.* Dil. Thucyd. p. 605. Consequens, ex *Homero* propagatum, expresit *Oppian.* Halieut. II. v. 121. Οὔρεσι τ' ἀμφοτέρωθε περίδρομος ΕΣΤΕΦΑΝΩΤΟ.

97. Τπόβρυχα γενέσθαι] Aldinum ὑπὸ βρυχέα aptavit artissime *Portus*, ὑπόβρυχα coniectans, quo nihil ex *Arcb.* melius. Poëta *Odyss.* E, 319 Τόνδ' ἄρ' ΤΠΟΒΡΤΧΑ θῆκε πολὺν χρόνον, i. e. ὑποβρύχιον Veniatne id vocabuli ex ὑπόβρυξ an ὑπόβρυχος, ab *Eustath.* disputatur pag. 1538, 54.; mihi prior placet derivatio.

7. Οἱ μὲν κενοὶ] Herodotea sunt ἰδόντες τὸν χῶρον κενὸν *vacuum* L. IX, 56., et χώματα χῶσαι κενὰ *tumulos inanes* ibid. C. 84. MSS.; *Hesychius*, Κενὸν, κενόν. Dictioni respondet quodammodo Beatae Virginis, καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε ΚΕΝΟΤΣ Euang. *Lucae* I, 53. Ceterum Ἐνιῆνες hic et C. 185. in Αἰνιῆνες aut Αἰνιᾶνες, quomodo saepe aliis et Codd. quibusdam, converti necesse non est. Τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο *Homerus* Il. B, 749.

8. Θεσσ. Δόλ. Ἐνιῆνες, Περαιβοὶ] Huius utriusque populi sic mihi nomina scripsisse videtur Noster ad imitationem *Homeri*, cuius est in Il. B. ψ. 749., Τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο, μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί· codicum in talibus aut nulla aut certe perexigua est auctoritas. Ἐνιῆνες non veniet, opinor, in controversiam, quod in *Herodoto* legitimum agnoverunt *Ios. Wasse* in *Thucyd.* p. 349. et *Io. Davis.* ad *Max. Tyr.* p. 604. —— Qui iuxta *Herod.* petenti Xerxi terram et aquam dederunt, novem Graeciae populi iidem enumerantur *Diodoro Siculo* XI, c. 3.; nam pro Ἀχαιοί τε καὶ Φθιῶται, scribi facile possit, Ἀχαιοὶ οἱ καὶ Φθιῶται, vel Ἀχαιοὶ οἱ Φθιῶται, ut vocantur aliis et hic *Herodoto*; nisi considerarentur alibi tanquam diversi: vid. Clar. *Wesc.* l. c. et T. II. p. 65. Hae novem de duodecim fuere gentibus, quae Amphictyonum concilii fuerant ab antiquis temporibus participes: ex Ionico Doricoque genere praecipui stabant pro libertate Athenienses et Lacedaemonii. Inter XII. gentes, olim τῆς Ἀμφικτυονίας consortes, ex *Theopompo* memorantur *Harpocrationi* tanquam diversi Ἀχαιοὶ, Φθιῶται· nisi et illic scribendum Ἀχαιοὶ οἱ Φθιῶται· ut unius illinc gentis nomen exciderit; ut excidit nomen ex *AEschine* de Falsa Leg. p. 43, 22. ubi inter nomina Ἴωνας et Πελ̣̣̣αιβοὺς libenter ponerem Αἰνιᾶνας· pro Μαλεεῖς scribendum Μαλιεῖς· Μαλιέας dixit in harum quoque gentium recensione *Pausan.* X. p. 815. et *Xenoph.* Ἑλλ. VI. p. 354, 34. hi plerisque sunt Μηλιεῖς. VALCKEN.

13. Πόλεμον ἀειράμενοι] *Portus* ἀειρόμενοι *praesens est loco aoristi pr. medii* ἀειράμενοι, quod ipsum accipere, viam munientibus membranis, cur pigremur? Ipse C. 156. dabit Scriptor ἀειραμένους τε πόλεμον αὐτῷ. Iurisiurandi, quo se Graeci in Persarum fautores et studiosos obligarunt, formula in *Diodori* XI, 3. leviter discrepat, ut ibi monitum.

16. Τούτους δεκατεῦσαι τῷ ἐ. Δ. θ.] Secundum *Lycurgum* p. 158., et *Diodor. Sicul.* XI, c. 29., in eam sententiam iurarunt qui libertatem contra Persas tuebantur Graeci, antequam proelium inirent ad Plataeas; hoc autem temporis articulo eidem *Diodoro* XI, c. 3., decrevisse narrantur τοὺς μὲν ἐθελοντὶ τῶν Ἑλλήνων ἑλομένους τὰ Περσῶν δεκατεῦσαι τοῖς θεοῖς, ἐπὰν τῷ πολέμῳ κρατήσωσι· hic decretum illud iureiurando traduntur adfirmasse: alterum iusiurandum, quod iurasse perhibentur ad Plataeas, *Theopompo* suspectum, illud non commemorat *Herod.* Huc pertinent incerti scriptoris verba apud *Suidam* in Δεκατεύειν· ubi scribendum, ἐφ' οὓς, pro ἐφ' οἷς. Quandoquidem hic *Herodoto* et *Diodoro* recensiti Graeciae populi praeter Thebanos plerique omnes coacti partes Persarum sunt sequuti, hoc iurando ceteri praesertim spectasse videntur Thebanos, ἑκοντὶ Μηδίσαντας. *Xenophon* Ἑλλ. VI, p. 347, 12., οἱ μὲν Ἀθηναῖοι οὕτως εἶχεν τὴν γνώμην, ὡς νῦν Θηβαίους, τὸ λεγόμενον, δεκατευθῆναι ἐλπὶς εἴη· quae eadem paene leguntur p. 356, 14. νῦν ἐλπὶς, τὸ πάλαι λεγόμενον, δεκατευθῆναι Θηβαίους· atque id ipsum alteram illam formulam magis etiam reddit suspectam, quod in illa iurasse perhibentur apud *Lycurg.* p. 158, 5. τὰς τὰ τοῦ βαρβάρου πρεσβευομένας (πόλεις) ἁπάσας δεκατεύσω· quo spectat et *Aristid.* T. II. p. 82., et huius *Schol.* in

Cod.

Ita apud Græcos iusiurandum se habebat.
133 Xerxes autem neque Athenas neque Spartam legatos terram petitum miserat, ob id quod quos ante Darius ad hoc ipsum misisset, eorum alios isti in voraginem, alios in puteum deiecerant, iubentes eos illinc terram et aquam ferre ad regem. Hac de caussa nullos ad petendum misit. Et Athenienſibus quidem, quod ita legatos tractarint, quid triſte contigerit non queo dicere, niſi quod eorum ſolum cum urbe vaſtatum est: quod tamen ipsum non ea caus-
134 ſa ſuſpicor contigiſe. Lacedæmoniis vero ira Talthybii, qui fuit Agamemnonis præco, incubuit: est enim Spartæ Talthybii templum; ſed et ſunt eius poſteri Talthybiadæ nominati, quibus legationes Spartanæ omnes inſtar præmii tribuuntur. Itaque post eam rem Spartiatæ, quum læta exta eis immolantibus non eſſent, idque diu contingeret, pertæſi huius calamitatis, cœtu frequenter coacto, hoc præconium ediderunt, ſiquis Lacedæmoniorum vellet pro Sparta occumbere. Tunc Sperthies Aneriſti et Bulis Nicolai filius, viri Spartiatæ, et ingeniis egregii et opibus inter primos, ultro ſe obtulerunt ad ſolvendam Xerxi Darii filio ultionem ob legatos Spartæ interemptos. Ita hos Spartiatæ tanquam mortem obituros, miserunt ad Me-
135 dos. Digna autem admiratione cum hæc audacia horum virorum, tum verba ab eis habita: nam Suſa tendentes, ad Hydarnem Per-

δὴ ὅρκιον ὧδε εἶχε τοῖσι Ἕλλησι. Ἐς δὲ Ἀθήνας καὶ Σπάρτην οὐκ ἀπέπεμψε [a] Πέρσης ἐπὶ γῆς αἴτησιν [b] κήρυκας, τῶνδε εἵνεκα· πρότερον Δαρείου πέμψαντος ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, οἱ μὲν αὐτέων, τοὺς αἰτέοντας ἐς τὸ βάραθρον, οἱ δ' ἐς φρέας [c] ἐσβαλόντες, ἐκέλευον γῆν τε καὶ ὕδωρ ἐκ τυτέων φέρειν παρὰ βασιλέα. τυτέων μὲν εἵνεκα οὐκ [d] ἔπεμψε Ξέρξης τοὺς αἰτήσοντας. ὅ, τι δὲ τοῖσι Ἀθηναίοισι ταῦτα ποιήσασι τοὺς κήρυκας συνήνεικε ἀνεθέλητον γενέσθαι οὐκ ἔχω [e] εἰπαι, πλὴν ὅτι σφέων ἡ χώρη καὶ ἡ πόλις ἐδηώθη. ἀλλὰ τοῦτο οὐ διὰ ταύτην τὴν αἰτίην δοκέω γενέσθαι. Τοῖσι δὲ ὧν Λακεδαιμονίοισι [f] μῆνις κατέσχηψε Ταλθυβίῳ τῷ Ἀγαμέμνονος κήρυκι. ἐν γὰρ Σπάρτῃ ἐστὶ Ταλθυβίου ἱρόν· εἰσὶ δὲ καὶ [g] ἀπόγονοι, Ταλθυβιάδαι καλεόμενοι, τοῖσι αἱ κηρυκηΐαι αἱ ἐκ Σπάρτης πᾶσαι γέρας [h] δίδονται. μετὰ δὲ ταῦτα, τοῖσι Σπαρτιήτῃσι καλλιερῆσαι θυομένοισι οὐκ ἐδύνατο· τοῦτο [i] δ' ἐπὶ χρόνον συχνὸν ἦν σφι. ἀχθομένων δὲ καὶ συμφορῇ χρεωμένων Λακεδαιμονίων, ἀλίης τε πολλάκις συλλεγομένης, καὶ κήρυγμα τοιόνδε ποιευμένων, εἴ τις βούλοιτο Λακεδαιμονίων πρὸ τῆς Σπάρτης ἀποθνήσκειν, Σπερθίης τε ὁ Ἀνηρίστου καὶ Βοῦλις ὁ Νικόλεω, ἄνδρες Σπαρτιῆται, φύσει [k] τε γεγονότες εὖ, καὶ χρήμασι ἀνήκοντες ἐς τὰ πρῶτα, ἐθελονταὶ ὑπέδυσαν ποινὴν [l] τίσαι Ξέρξῃ τῷ Δαρείου κηρύκων τῶν ἐν Σπάρτῃ ἀπολομένων. ἔστω Σπαρτιῆται τοῦτος ὡς ἀποθανευμένους ἐς Μήδους ἀπέπεμψαν. 422
Αὕτη τε ἡ τόλμα τυτέων τῶν ἀνδρῶν [m] θωύμαλος ἀξίη, καὶ τάδε πρὸς τούτοισι τὰ ἔπεα. πορευόμενοι γὰρ ἐς Σοῦσα, ἀπικνέονται παρὰ Ὑδάρνεα. ὁ δὲ Ὑδάρνης ἦν μὲν γένος Πέρ-

a Ξέρξης *Ask. V. Valla*, ex ſcholio. *b* Omittit *Arcb.* *c* *Med. Paſ. Ask.*, ἐμβαλόντες reliqui, discrimine nullo. *d* Iid. et *Arcb. Vind.*, ἀπέπεμψε, ut ſuperius, alii. *e* Εἶπαί τι ora *Steph. Paſ. Ask.* *f* *Euſtath.* ad *Iliad.* A. p. 110, 29. haec et ſeqq. attigit. *g* *Med. Paſ. Ask. Brit.*, reliqui ἀπογ. Ταλθυβίου, Ταλθυβ. Vid. *Gronov.* *b* Δέδονται *Paſ. Ask.* *i* Abest *Arcb.* *k* Et hoc deſit. *l* Τίσειν *Arcb. V.* *m* Θώμ. *Arcb. Ask.*

Cod. MS. Clar. *Burm.* p. 131. et p. 299. ubi ἔδοξεν, inquit, τὰς πόλεις τὰς μηδιεσώσας (imo Μηδισάσας) δεκατεῦσαι· ἀλλ' οἱ Ἀθηναῖοι ἐπέσχον ὕστερον καὶ Θεμιστοκλῆς· priori loco Schol. Δεκατεῦσαι interpretatur τὸ δέκατον μέρος ἀνελεῖν. *Budaeum* ſic miror in *Herodoto* verbum accepiſse pro *decimum quemque interficere:* Romanis, ut notum est, *decimari legiones* dicebantur, resque Romanas tradentibus Graecis δεκατευθῆναι· ſed ab huius temporis Graecorum humanitate crudelitas ista prorſus abhorret: recte τὰς πόλεις δεκατεῦσαι apud *Lycurg. H. Steph.* interpretatur Thes. L. G. I. p. 937. τὰς τῶν πολιτῶν οὐσίας· et hic, *ad ſolvendam Deo Delphico decimam adigere.*' VALCKEN.

20. Οἱ μὲν αὐτέων τ. α. ἐς τὸ βάραθρον] Quod vix definiri posse videtur scriptori *des Eſſais de Crit.* p. 63., quodque fecisse suspicatur Spartanos, Athenienſibus attribuendum vel ex *Herod.* liquet, et *Suida* in Δᾶτις καὶ Ἄρτ. Conf. *Briſſon.* R. P. III. p. 413. Apud *Herod.*, qui dixerat Ἀθήνας καὶ Σπάρτην, οἱ μὲν αὐτέων sunt *Athenienſes*, οἱ δὲ, *Spartani:* sic I, c. 56. et alibi: sed et in his saepe fuit peccatum. Athenienſium erat τὸ Βάραθρον· de quo *I. Meurs.* Att. Lect. I, c. 25. in barathrum mortí damnatos saepe praecipitabant: εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν dixerunt *Alexis Athen.* VII. p. 303. A. *Plato* Gorg. p. 516. E. *Ariſtoph.* Eq. v. 1359. ubi *Schol.* B. τόπος —— βαθὺς ὅπου καὶ τοὺς Δαρείου πρέσβεις ἔβαλεν· quos *Herodoto* dicuntur ἐς τὸ βαρ. ἐσβαλόντες· conf. *Thucyd.* II, c. 67. VALCKEN.

25. Οὐκ ἔχω εἰπαι] In communi Athenienſium *Pauſanias* adſentitur, privatim poenas Miltiaden luisse, ἐν Ἀθήναις δὲ ἰδίᾳ τε καὶ ἐς ἐνὸς οἶκον ἀνδρὸς κατασκῆψαι Μιλτιάδου, quoniam is civibus auctor fuerat, ut legati violarentur atque in barathrum devolverentur, L. III, 12. De Talthybiadis bene a *Gronovio* dicta non retracto, quamquam γέρας δέδονται ex scriptis malim.

32. Καλλιερῆσαι θυομένοισι οὐκ ἐδύνατο] Interpretatione molliendum iudicabat Clar. *Abreſch.* Diluc. *Thucyd.* p. 433. ego corrigendum suspicor οὐκ ἐγίνετο· hoc in ista saepe recurrente formula frequentatur; οὐκ ἐδύνατο, pro οὐ δυνατὸν ἦν, nusquam, opinor, vir literatissimus legerat: semel tamen occurrit οὐ δύναται, sed valde diversa structura positum, apud *Herod.* IX, c. 44., Μαρδονίῳ τε καὶ τῇ στρατιῇ τὰ σφάγια οὐ δύναται καταθύμια γενέσθαι· id est οὐκ ἐθέλει γενέσθαι· ut loquitur *Xenoph.* in fine L. VI. K. Α. ἐμοὶ μὲν οὐκ ἐθέλει γενέσθαι τὰ ἱερά· ubi paulo ante, θυομένῳ αὐτῷ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά· ut p. 224, 35. Ἑλλ. III, p. 283, 19. Quando *hoſtiis caeſis laeta* erant *exta*, θύεσθαι καὶ καλλιερεῖν, θυομένοις καλὰ τὰ ἱερὰ γενέσθαι dicuntur, et simpliciter etiam τὰ ἱερὰ γενέσθαι, quod apud eumdem p. 234, 39. in *MS.* Cod. reddebatur τὰ ἱερὰ καλὰ εἶναι· apud *Demoſth.* p. 775., γέγονε καλὰ —— τὰ ἱερά· et ἐκαλλιερεῦμεν· vid. Clar. *Io. Taylor* in *Lys.* p. 32, 33. quique plurima collegit *Des. Heraldus* Advers. I, c. 5., *Dukero* citatus ad *Thucyd.* V, c. 54., ubi Lacedaemoniis τὰ διαβατήρια θυομένοις οὐ προϋχώρει —— c. 55, et 116., οὐκ ἐγένετο· hoc *Herodoto* diceretur καλλιερῆσαι θυομένοισι οὐκ ἐγένετο, *litare non poterant*, sive *conſulentibus Deos laeta non erant exta*; *extis* enim *inſpectis Deorum mentem ſcrutari*, sive τὸ μαντεύεσθαι διὰ σπλάγχνων, secundum *Ammonium* Θύεσθαι dicebant. VALCKEN.

37. Σπερθίης τε —— καὶ Βοῦλις] Magna utriusque in nomine discordia. *Suidae* in Βοῦλις dicitur legationis princeps Σπέρχις, et alibi illo in vocabulo, *Plutarcho*que Praec. Rei Publ. Gerend. p. 815. E. Idem Cod. *Eton.* edit C. 137., indice *Galeo*, et *Valla*, uti videtur. At in *Plut.* Apophth. Lacon. p. 235. F. Βοῦρις καὶ Σπέρτις, *Stob.* Serm. VII. p. 93. Βούλης καὶ Σπέρχης. Quae ad Herodotea facili auxilio revocari possunt et debent.

37. Σπερθίης τε —— καὶ Βοῦλις] Quod offertur ex *Eton.* Cod. correctoris esse videtur Σπέρχις· nostro dicitur eorum alter aliquoties Σπερθίης. Σπέρχις et Βοῦλις vocantur isti Spartiatae *Luciano* in *Demoſth.* Encom. p. 513., *Plutarcho* T. II. p. 815. E. et bis apud *Suidam*; atque ad istam normam nomina redintegranda sunt apud eumdem *Plutarch.* II. p. 235. F. ubi Xerxi, virtutem Spartanorum miranti, eadem fere respondisse narrantur, quae nobis ex *Sereni* scriptis *Stobaeus* exhibet, historiam eamdem aliter enarrans ex ignobili quodam *Theseo* p. 93. Haec pleraque ad manum fuere *P. Leopardo:* vid. Em. XIV, 18. VALCKEN.

45. Ὁ δὲ Ὑδάρνης] Prave in *Plut.* T. II. p. 236. Ἰν-

Πέρσης, στρατηγὸς δὲ τῶν παραθαλασσίων ἀνθρώπων τῶν ὑπὸ τῇ Ἀσίῃ· ὃς σφέας, ξείνια προθέμενος, [a] εἱστία. ξεινίζων δὲ, [b] εἴρετο τάδε, „ Ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, τί δὴ φεύγετε βασιλέϊ φίλοι γενέσθαι; „ ὁρᾶτε γὰρ ὡς ἐπίστασαι βασιλεὺς ἄνδρας ἀγαθοὺς τιμᾷν, ἐς ἐμέ τε καὶ τὰ ἐμὰ πρήγματα ἀποβλέποντες· οὕτω δὴ καὶ ὑμεῖς εἰ δοίητε ὑμέας αὐτοὺς βασιλέϊ, [c] δεδόξεσθε γὰρ πρὸς αὐτοῦ ἄνδρες εἶναι ἀγαθοὶ, ἕκαστος ἂν ὑμέων [d] ἄρχοι γῆς Ἑλλάδος, δόντος βασιλῆος". πρὸς ταῦτα ὑπεκρίναντο τάδε, „ Ὑδάρνες, οὐκ ἐξ ἴσου γίνεται ἡ συμβουλίη ἡ ἐς [e] ἡμέας τείνουσα. τῷ μὲν γὰρ πεπειρημένος „ συμβουλεύεις, τῷ δὲ ἄπειρος ἐών. [f] τὸ μὲν γὰρ δοῦλος εἶναι ἐξεπίστασαι, ἐλευθερίης δὲ οὔκω ἐπειρήθης, „ ὅτ' εἰ ἔστι γλυκύ, οὐ τὸ εἰ μή. εἰ γὰρ αὐτῆς πειρησαιο, οὐκ ἂν δόρασι συμβουλεύοις ἡμῖν περὶ αὐτῆς „ μάχεσθαι, ἀλλὰ καὶ πελέκεσι". ταῦτα μὲν Ὑδάρνεα ἀμείψαντο. Ἐνθεῦτεν δὲ ὡς ἀνέβησαν ἐς Σοῦσα, καὶ βασιλέϊ ἐς ὄψιν ἦλθον, πρῶτα μὲν, τῶν δορυφόρων κελευόντων, καὶ ἀνάγκην σφι προσφερόντων προσκυνέειν βασιλῆα προσπίπτοντας, οὐκ ἔφασαν, ὠθεόμενοι [g] πρὸς αὐτέων ἐπὶ κεφαλὴν, ποιήσειν ταῦτα οὐδαμά. οὔτε γάρ σφι ἐν νόμῳ εἶναι ἄνθρωπον προσκυνέειν, οὔτε κατὰ ταῦτα ἥκειν. ὡς δὲ ἀπεμαχέσαντο [h] τούτῳ, δευτεράσφι λέγουσι τάδε, καὶ λόγῳ [i] τοιῷδε ἐχόμενα, „ Ὦ βασιλεῦ Μήδων, ἔπεμψαν ἡμέας „ Λακεδαιμόνιοι ἀντὶ τῶν ἐν Σπάρτῃ ἀπολομένων „ κηρύκων, ποινὴν ἐκείνων τίσοντας". λέγουσι δὲ αὐτοῖσι ταῦτα, Ξέρξης ὑπὸ μεγαλοφροσύνης, οὐκ ἔφη ὁμοῖος ἔσεσθαι Λακεδαιμονίοισι· [k] κείνους μὲν γὰρ συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα, ἀποκτείναντας κήρυκας· αὐτὸς δὲ, τὰ [l] κείνοισι ἐπιπλήσσει, ταῦτα οὐ

Persam in Asia subiectorum litoralium præfectum venerunt: qui eos hospitaliter munificeque acceptos, his verbis interrogavit, Viri Lacedæmonii, quid tandem respuitis esse amici regis? cernitis enim ex me et meo statu quam scit honore prosequi rex viros egregios. Sic et vos, si vos ipsos ei dederitis, nam ab illo existimati estis viri egregii, unusquisque vestrum rege donante, regioni Græciæ præerit. Ad hæc illi respondentes, Hydarnes, inquiunt, non ex æquo oritur consilium tuum ad nos spectans: quippe condicionem suades, quam expertus es, alterius inexpertus: nam servitutem subire quidem nosti; libertatis autem nondum expertus es, utrum sit res dulcis an non: quæ si tibi experta foret, non ut hastis, sed ut etiam securibus pro ea dimicaremus, nobis suaderes. Hæc Hydarni responderunt. Dehinc vero ut ascenderunt Susa, et in conspectum regis venerunt, principio iubentibus satellitibus ac vim afferentibus ut procumbentes regem adorarent, negaverunt, vel si in caput ab eis truderentur, se unquam id esse facturos: neque enim sibi esse consuetudinem hominem adorandi, neque se ad id venisse. Posteaquam autem in hoc repugnaverant, secundo loco hæc et his similia dixere, Rex Medorum, nos miserunt Lacedæmonii ad luendam pœnam pro iis legatis, qui Spartæ interiere. Hæc illis dicentibus, Xerxes præ magnanimitate negavit se fore Lacedæmoniis similem: illos enim interimendis legatis ius omnium hominum confudisse: se vero, quod illis exprobraret, id non esse factu-

[a] Ἱσία *Arcb. Pasf. Ask. V.* [b] Εἴρετο λέγων *Arcb. V. Valla.* [c] Δεδόξωσθε *Pasf. Ask. V. Arcb.*, in *Medic.* itidem, sed super ω sunt positae litterae οι. Olim δεδόξασθε. [d] Ἄρχῃ *Arcb.* [e] Ἡμέας *Pasf.* [f] Τοῦ μὲν *Arcb. V.* [g] Πρὸς *V. Arcb.*, bene. Alii ὑπ' αὐτ. Supra βασιλέος ἐς ὄψιν iid. [h] Τοῦτο *Vind.* [i] Τοιούτου *Ask.*, in *Arcb.* λόγου δὲ τοιοῦδ' ἐχόμεθα. perperam. [k] Excitat *Eustath.* ad *Il. A.* p. 110, 30. [l] Κείνοισι *Arcb.* vere: ἐκείν. alii.

Ὑδάρνης. *Hydarnes* cognomen Persicum est, atque in Musis crebrum. Mox a MSS. oblatum ἱσία blanditur. Ionicae sunt speciei et *Herodoti* ἰσίη, ἰσιητόριον, et quidni ἰσιᾶν; tamen οἵκατε πανδαισίῃ τελέῃ ἐισιῆσθαι L. v, 20. Porro εἴρετο λέγων τάδε *Arcb.* et aliorum, non abit a probato ἔφη λεγων, ἔφησε λέγων L. I, 125. VI, 137. &c.

53. Δεδόξωσθε γὰρ πρὸς αὐτοῦ] In hoc acquiesco, Codd. conspiratione bene munito. *Gronovius* enim libro Florentino nimium fidit. Geminum L. IX, 47. ἐπεί τε δεδόξωσθε εἶναι ἄριστοι, *siquidem praestantissimi esse existimamini.* Hydarnes autem ex Demareti, Spartanorum regis, apud Persam gratiosi, et reliquis familiaris, colloquiis atque exemplo de Lacedaemoniis talia.

53. Δεδόξασθε γὰρ πρὸς αὐτοῦ] Hic posuissem sinceram et veterem libri *Flor.* scriptionem: δεδόξωσθε γὰρ πρὸς αὐτοῦ ἄνδρες εἶναι ἀγαθοὶ, *ipsius enim iudicio viri esse videmini virtute praestantes.* Quorumdam verborum sic usurpari praeterita monuit iam *H. Steph.* App. de Dial. Att. p. 142, 143. hoc ipsum eodem modo posuit *Herod.* IX, c. 47., ἐπεί τε δεδόξωσθε εἶναι ἄριστοι. VALCKEN.

66. Οὐκ ἔφασαν, ὠθεόμενοι] Quando voculas saepe copulat negantes, neque hic spernerem interiectam, οὐκ ἔφασαν οὐδ' ὠθεόμενοι ὑπ' αὐτέων ἐπὶ κεφαλὴν ποιήσειν ταῦτα οὐδαμᾶ· sed et vulgata sic accipi possunt, ut cepit *H. Steph.* pro ἔφασαν οὐδ' ὠθεόμενοι —— ποιήσειν. Ὠθεῖν ἐπὶ κεφαλὴν, *praecipitem in caput dare*, *Ti. Hemst.* attigit in *Lucian.* p. 213., cui illud ἐπὶ κεφαλὴν valde frequentatur; rarius adhibetur ἐπὶ τράχηλον ὠθεῖν, et ἐπὶ στόμα· quorum illud T. I. p. 437. hoc, μὴ καὶ ἐπὶ στόμα ὄσῃ με, forte reponendum T. II. p. 490, 35. pro vulgatis μὴ καὶ ἐπισομίσῃ με· idem significans ac ἐπὶ κεφαλήν. *Homerea* certe, ἐξεκυλίσθη Πρήνης —— ἐπὶ στόμα, vertit *Virgilius*, *pronus volvitur in caput:* alibi *Homero* dicitur Κύμβαχος· unde Ἀνεκυμβαχίζων olim lectum in *Hom.* Il. Π. ϒ. 379. *Hesychius* explicat ἀνετρέποντο ἐπὶ κεφαλήν. ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖ est et *Platonis* de Rep. VIII. p. 553. B. *Livius* XXVII. c. 32., *equus quum prolapsum per caput regem effudisset.* Similiter forte scripserat XXII, c. 3., *consulem lapsum per caput effudit:* proclivis fuit error syllaba repetita *lapsu super caput* scribentis. VALCKEN.

69. Ἀπεμαχέσαντο τούτῳ] Τοῦτο *Vind.*, suspicionibus Cl. *Pavii* et *Reiskii* extusum, minime inprobum. *Appian.* Bell. Hispan. p. 523. καὶ οἱ μὲν αὐτοὺς ἀπεμάχοντο. et Mithridat. p. 375. ἀπεμαχομένων αὐτοὺς τῶν Ἀμισέων. Quo plura de genere Cl. *Davisius* ad *Maximi Tyrii* Disert. I. p. 499. Nec defero tamen vulgatum, siquidem eius structura haud insolens: talis sane *Polyaeni* L. VII, 6, 13. ἡ δὲ στρατεία τοῦ Κροίσου ἀπομαχομένη ΤΑΙΣ τοῦ Κύρου ΠΡΟΣΒΟΛΑΙΣ· talis *Herodiani* VIII, 2. ΤΟΙΣ πρσιοῦσιν ἀπεμάχοντο. In προσκυνήσει, mortalibus neganda, paria Spartanis Callisthenes facit ap. *Arrian.* Ἀναβ. IV, 11. et Conon in *Corn. Nepot.* C. 3.

69. Ὡς δὲ ἀπεμαχέσαντο τούτῳ] Τοῦτο scribi malim; qua verbum usurpari structura docuerunt *Davis.* et *Markland.* ad *Max. Tyr.* I, 3. —— Non immerito Xerxi videbantur Lacedaemonii *ius gentium violasse*, συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα, dum legatos suos contrucidassent: iuxta *Antiphontem* p. 125, 26., ὅστις —— ἀνόμως τινὰ ἀποκτείνει, ἀσεβεῖ μὲν περὶ τοὺς θεοὺς, συγχεῖ δὲ τὰ νόμιμα τῶν ἀνθρώπων· qui cadavera matris nolebant operimento tegi Ἄνδρας βιαίους dixit *Eurip.* Suppl. ϒ. 311., Νόμιμά τε πάσης συγχέοντας Ἑλλάδος. VALCKEN.

75. Κείνους μὲν γὰρ συγχέαι τὰ &c.] Legatorum ius divino humanoque vallatum praesidio Xerxes inter τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα recte ponit, admirabili *H. Grotii* sollertia uberius firmatum L. II. Iur. B. et Pac. C. 18, 1. Persae autem generosum et vere regium facinus merito *Libanius* miratur Panegyr. in Iulian. p. 246. D., ubi haec, κήρυκες ἠδίκηντο παρ' ὅλης πόλεως, εὐ-

facturum: neque eos vicisſim occidendo,
137 Lacedæmonios culpa ſoluturum. Hac re ſic per Spartiatas geſta, in præſens ira Talthybii ceſsavit, etſi Spartam reverſis Sperthie et Buli; ſed longo deinde tempore interiecto excitata fuit in bello inter Peloponnenſes et Athenienſes, ut Lacedæmonii aiunt: quod mihi divinitus maxime videtur eſse geſtum: quippe iram Talthybii ingruiſse in nuncios, nec quievisſe priusquam excesſerit et eventum nacta fuerit, fas ita ferebat. Quod autem inciderit in eorum qui ad regem propter iram istam aſcenderunt filios, Nicolaum Bulis, et Aneriſtum Sperthiæ filium, qui piſcatores Tirynthios navi oneraria plena viris adnavigans cepit; manifeſtum igitur est apud me divinitus id factum esſe, ex ira. Nam nuncii in Aſiam a Lacedæmoniis miſsi, proditi a Sitalce Terei filio Thracum rege, et a Nymphodoro Pythæ filio, viro Abderita, excepti ſunt iuxta Biſanthen, quæ est in Helleſponto, et abducti in Atticam, ab Athenienſibus necati ſunt: cumque iis Ariſteas Adimanti filius, Corinthius. Verum hæc multis post regis expeditionem
138 annis geſta ſunt. Quæ expeditio, ut ad ſuperiorem orationem redeam, nomen quidem habebat, quaſi tenderet contra Athenas,

οὐ ποιήσειν, οὐδ' ἀνταποκτείνας ἐκείνους, ἀπολύσειν Λακεδαιμονίους τῆς αἰτίης. Οὕτω ἡ Ταλθυβίου μῆνις, καὶ ταῦτα ποιησάντων [a] Σπαρτιητέων, ἐπαύσατο τοῦ παραυτίκα, καίπερ ἀπονοσησάντων ἐς Σπάρτην Σπερθιέω τε καὶ Βύλιος· χρόνῳ δὲ μετέπειτα πολλῷ ἐπηγέρθη κατὰ [b] τὸν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων πόλεμον, ὡς λέγουσι Λακεδαιμόνιοι. τοῦτό μοι δὲ τοῖσι θειότατον φαίνεται γενέσθαι. ὅτι μὲν γὰρ κατέσκηψε ἐς ἀγγέλους ἡ Ταλθυβίου μῆνις, οὐδὲ ἐπαύσατο πρὶν ἢ ἐξῆλθε, τὸ δίκαιον [c] οὕτω ἔφερε· τὸ δὲ συμπεσεῖν ἐς τοὺς παῖδας τῶν ἀνδρῶν τετέων τῶν ἀναβάντων [d] πρὸς βασιλῆα διὰ τὴν μῆνιν, ἐς Νικόλαν τε τὸν Βύλιος, καὶ ἐς Ἀνήριστον τὸν Σπερθίεω, [e] ὃς εἷλε ἁλιέας τοὺς ἐκ Τίρυνθος, ὁλκάδι καταπλώσας πλήρεϊ ἀνδρῶν. δῆλον ὦν μοι ὅτι θεῖον ἐγένετο τὸ 423
πρῆγμα ἐκ τῆς μήνιος. οἱ [f] γὰρ πεμφθέντες ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἄγγελοι ἐς τὴν Ἀσίην, προδοθέντες δὲ ὑπὸ Σιτάλκεω τοῦ [g] Τήρεω, Θρηίκων βασιλῆος, καὶ Νυμφοδώρου τοῦ Πύθεω ἀνδρὸς Ἀβδηρίτεω, ἥλωσαν κατὰ Βισάνθην τὴν ἐν Ἑλλησπόντῳ, καὶ ἁπαχθέντες ἐς τὴν Ἀττικὴν, ἀπέθανον ὑπὸ Ἀθηναίων· μετὰ δὲ αὐτέων, καὶ Ἀριστέας ὁ [h] Ἀδειμάντου, Κορίνθιος ἀνήρ. ταῦτα μέν νυν πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον ἐγένετο τοῦ
139 βασιλέος στόλου. Ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον. ἡ δὲ στρατηλασίη ἡ βασιλέος ὄνομα μὲν εἶχε ὡς ἐπ' Ἀθήνας

a Σπαρτιητῶν Λακεδαιμονίων *Arcb.* de gloſſa. *b* Τὸν *Ald. Hervag.* et *Arcb.*, ſed non ſine raſura: alii τῶν. Tendit eodem *Reiskii* iudicium. *c* Οὕτω ἔφέρετο δὲ ſic *Paſ. Ask.* *d* Ἐς βασ. *Arcb.* *e* Ὃς εἷλε *Ask.*, ὃς εἶχε ἁλίκας *Arcb.*, εἶχε quoque *Vindob.* Prius erat ὡς εἷλε. *f* Abest ab *Arcb.* *g* *Med. Paſ. Ask. Brit.*, prave Τύρεω olim. *h* Δειμάντου *Arcb. V.*, neque ita bene.

εὐκαταφρόνητοι τῷ Μήδῳ. καὶ ἅμα τὴν ἀνδρίαν τῶν αὐτοὺς διδόντων ἠσχύνθη, ex ſcholio inſerta, lenem orationis progreſsum conturbarunt, *Morellum*que in praecipitia egerunt.

87. Πρὶν ἢ ἐξῆλθε] Inprudens *H. Stephani* πρὶν ἢ ἐξῆλθον *priusquam diſcesſisſent*, ferri nequit. *Gronovius* optime. Sic L. VI, 108. Ἱππίης μὲν δὴ ταύτῃ τὴν ὄψιν συνεβάλετο ἐξεληλυθέναι, *viſum illud ſuam finem accepisſe.* Pravum quoque Codd. cum prava diſtinctione ἔφέρετο. Ex L. V, 58. ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἔφερε. Atque haec quidem plana et certa. In cauſsae explicatione et nexu plus difficultatis, cui Cl. *de Pauw* promta opera ita medebatur: τὸ δίκαιον οὕτω ἔφερε, τόδε συμπεσεῖν ἐς παῖδας τῶν ἀνδρῶν —— *iuſtisſima de cauſsa factum est, ut ea incideret in filios eorum, qui* —. Quae lenia ſanequam et ſpecioſa ſunt. Sed tum τὸ δίκαιον οὕτω ἔφερε ſequentibus unice aptum erit, quod procedere poſse ambigo. Ut paucis abſolvam, productior verborum ſeries ſuſpenſam fecit orationem, ſi τὸ δὲ συμπεσεῖν ἐς π. τ. ἀνδ. τουτέων, Νικόλαν καὶ Ἀνήριστον, τοῦτό μοι θειότατον ἐφαίνετο, ſi ita fuisſet, haeſitandi ceſsaſſet occaſio. Nunc pluribus interpoſitis addi neceſsum fuit, Δῆλον ὦν μοι —— &c.

91. Ὃς εἷλε ἁλιέας τοὺς ἐκ Τίρυνθος] Revocatum provocabulum laudatur merito. Cetera referebam Diſs. Herodoteae C. XI. p. 195. ad *Halienſes*, oram Peloponneſi maritimam prope Hermionen habitantes, τοὺς ὀνομαζομένους Ἁλιεῖς in *Diodori* XI, 78. et *Thucyd.* I, 105. cum adnotatione Cl. *Waſse.* Et hos quidem τοὺς ἐκ Τίρυνθος, quoniam eius oppidi fuerunt coloni, auctoritate *Ephori* apud *Stephanum* in Ἁλιεῖς et Τίρυνς. Ad eosdem recta ducet *Arcb.* Ἁλίκας, modo Ἁλικοὺς formes. Incoluerunt enim Ἁλίκην, deſertam *Pauſaniae* aevo L. III, 36., dictique etiam Ἁλικοί, teſte eodem *Stephano*que. Ob ista vertebam, *qui Halienſes ex Tirynthe — cepit.* Conſideravi deinceps *Halienſes* in ditione et ſolo fuisſe Spartano, neque adeo Aneriſtum ſocios atque amicos voluisſe intercipere: *Thucydidem* praeterea L. II, 67. τοὺς ἐμπόρους τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων, qui Peloponneſi oram navibus oneratiis, ὁλκάσι, legebant, captos interemptosque ab Aneriſto et conſociatis, perhibere: inde haeſitatio mihi. Habe ergo coniecturam, deinceps mihi cognitam, Cl. *Corn. de Pauw*, qua ὃς εἷλε —— ὁλκάδι καταπλώσαντας πλήρεϊ Ἀνδρίων, *qui piſcatores Tirynthios cepit, navi* oneraria *Andriis plena vectos.* Andrios fuisſe bello Peloponneſiaco, quod verisſimum, Athenienſium ſocios, ξυμμάχους· eos autem a *Thucydide* Spartanorum atque Aneriſti inſidiis captos et contrucidatos tradi. Accedit, quod ille neglexit, *Vallam* habuisſe καταπλώσαντας, *navigantes.* Haec hactenus. Maiorem diſtinctionem post vocem ἀνδρῶν ex praeſcriptis non inmerito fixisſe mihi videor.

91. Ὃς εἷλε Ἁλιέας τοὺς ἐκ T.] Obſcuram hiſtoriae particulam ſuo more *P. W.* illuminavit in Diſs. *Herod.* p. 195. Ex *Arcb.* Ἁλίκας praebet *Galeus: Halienſes* isti, Ἁλιεῖς, dicebantur et Ἁλικοί· oppidum ipsum etiam Ἁλίκη ſecundum *Pauſan.* II. p. 196., citatum *Ios. Waſseo* ad *Thuc.* p. 67. Sed de Halienſibus interceptis ab Aneriſto nihil aliunde conſtat. *Thucydidi* praeterea L. II, c. 67., narrantur Athenienſes, interfectis Lacedaemoniorum legatis, Aneriſto, Nicolao, Stratodemo (ſic nomen ſcribendum videtur, Στρατόδημος, non Πραπ.) vindictam ſumſisſe de iniuria, quam, gentium violato iure, priores intulerant Lacedaemonii, τοὺς ἐμπόρους οὓς ἔλαβον, Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων ἐν ὁλκάσι περὶ Πελοπόννησον πλέοντας ἀποκτείναντες. Sed huc ſi ſpectat *Herodotus*, quomodo quaeſo mors legatorum divina potius quam humana videri poterat vindicta? Negaveratne forſan, quod noſtris ex Edd. poſuisſe videtur? Parentum quidem et maiorum delicta puniri credebantur in poſteris; ſed isthac in parte nihil fecerant illaudabile Sperthies et Bulis, cur filiorum mors homini ſuperſtitioſo (nam talis fuit *Herodotus:*) videretur θεῖον πρῆγμα ἐκ τῆς μήνιος. Praeter ceteros legatos, Corinthius etiam Aristeas idem fatum Athenis ſubierat. Tandem mirarer equidem cur ſic ista ſcriberet noſter: τοῦτό μοι ἐν τοῖσι θειότατον φαίνεται γενέσθαι· —— ἐν τοῖσι; *quibus* tandem? Fac ſcriptum antiquitus: τοῦτο μέντοι θεῖόν γε οὐ φαίνεται γενέσθαι· —— et paulo post, δῆλον ὦν μοι ὅτι θεῖον οὐκ ἐγένετο τὸ πρῆγμα ἐκ τῆς μήνιος· ſic ſi ſcriberentur alicubi, forent intellectu facillima. —— Proditos in Thracia legatos ſcribit *Herod.* a Sitalce Teris F. et ab Abderitano Nymphodoro: ſecundum *Thucyd.* II, c. 29. initio belli Peloponneſiaci conciliaverant Athenienſes ſibi Nymphodorum τὸν Πύθεω, ἄνδρα Ἀβδηρίτην (οὗ εἶχε τὴν ἀδελφὴν Σιτάλκης) δυνάμενον παρ' αὐτῷ μέγα· opera Nymphodori filius Sitalcis Athenienſis factus iuxta *Thucyd.* II, c. 67. legatos prodidit Athenienſibus. VALCKEN.

100. Πολλοῖς ἔτεσι ὕστερον ἐγένετο] Anno Olymp. LXXXVII. tertio: itaque annis post Xerxis in Graecos expeditionem quinquaginta duobus. Temporis ratio ex *Thucydide*, miſerabilem eorum hominum caſum L. II, 67. deſcribente, extra dubium.

Status Græciæ et discordia ad adventum Xerxis. Libertas Græciæ venit ab Athenis. Nisi hæ fortiter decrevissent, nihil opis erat in Lacedæmoniis.

θήνας ἐλαύνει, κατίετο δὲ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. πυνθανόμενοι δὲ ταῦτα πρὸ πολλοῦ οἱ Ἕλληνες, οὐκ ὁμοίῳ πάντες ἐποιεῦντο. οἱ μὲν γὰρ αὐτέων δόντες γῆν [a] τε καὶ ὕδωρ τῷ Πέρσῃ, εἶχον θάρσος ὡς οὐδὲν πεισόμενοι ἄχαρι πρὸς τοῦ βαρβάρου· οἱ δὲ οὐ δόντες, ὑπ' δείματι μεγάλῳ [b] κατέστασαν, ἅτε ὔτε νεῶν ἐουσέων ὑπ τῇ Ἑλλάδι ἀριθμὸν ἀξιομάχων δέκεσθαι τὸν ἐπιόντα, ὔτε βουλομένων τῶν πολλῶν ἀντάπτεσθαι τῇ πολέμῳ, μηδιζόντων δὲ προθύμως. Ἐνθαῦτα ἀναγκαίη ἐξέργομαι γνώμην ἀποδέξασθαι, ἐπίφθονον μὲν πρὸς τῶν πλεόνων ἀνθρώπων, ὅμως δὲ, τῇ γέ μοι Φαίνεται εἶναι ἀληθὲς, οὐκ ἐπισχήσω. [c] εἰ Ἀθηναῖοι καταρρωδήσαντες τὸν ἐπιόντα κίνδυνον, ἐξέλιπον τὴν σφετέρην, ἢ καὶ μὴ ἐκλιπόντες, ἀλλὰ μείναντες, ἔδοσαν σφέας αὐτοὺς Ξέρξῃ, κατὰ τὴν θάλασσαν οὐδαμοὶ ἂν ἐπειρῶντο [d] ἀντιεύμενοι βασιλέϊ. εἰ τοίνυν κατὰ τὴν θάλασσαν μηδεὶς ἠντιοῦτο Ξέρξῃ, κατά γε ἂν τὴν ἤπειρον τοιάδε ἐγένετο· εἰ καὶ πολλοὶ τειχέων λιθῶνες ἦσαν ἐληλαμένοι διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ Πελοποννησίοισι, [e] προδοθέντες ἂν Λακεδαιμόνιοι ὑπὸ τῶν συμμάχων οὐκ ἑκόντων, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης, κατὰ πόλις ἁλισκομένων ὑπὸ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ τοῦ βαρβάρου, ἐμηνώθησαν. [f] μηνωθέντες δὲ ἂν, καὶ ἀποδεξάμενοι ἔργα [g] μεγάλα, ἀπέθανον γενναίως. ἢ ταῦτα ἂν ἔπαθον, ἢ [h] πρὸ τοῦ, ὁρῶντες ἂν καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας μηδίζοντας, ὁμολογίην ἂν ἐχρήσαντο πρὸς Ξέρξεα. καὶ ὕτω ἂν ἐπ' ἀμφότερα ἡ Ἑλλὰς ἐγίνετο ὑπὸ Πέρσῃσι. τὴν γὰρ ὠφελίην [i] τὴν τῶν τειχέων τῶν διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐληλαμένων οὐ δύναμαι πυθέσθαι ἥτις ἂν ἦν, βασιλέος ἐπικρατέοντος τῆς θαλάσσης· νῦν δὲ Ἀθηναίους ἄν τις λέγων σωτῆρας γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι τἀληθές. οὗτοι γὰρ ἐπὶ ὁκότερα τῶν πραγμάτων ἐτράποντο, ταῦτα ῥέψειν ἔμελ-
424 λε· ἑλόμενοι δὲ τὴν Ἑλλάδα περιεῖναι ἐλευθέρην, [k] τοῦτο τὸ Ἑλληνικὸν πᾶν τὸ λοιπὸν ὅσον μὴ ἐμήδισε, [l] αὐτοὶ οὗτοι ἦσαν οἱ ἐπεγείραντες, καὶ βασιλῆα μετά γε θεοὺς ἀπω-

nas, sed descendit contra cunctam Græciam. Eam diu ante Græci quum percepissent, non perinde omnes affecti sunt: nam ii qui terram et aquam dederant Persæ, fiduciam animo præsumebant tanquam nihil ingratum pasturi a barbaro: qui non dederant, magno in metu versabantur: quippe quum nulla tanta classis esset in Græcia, quæ posset excipere invadentem, etiam plerisque detrectantibus resistere, et libenter ad partes Medorum inclinantibus. Hoc ego loco necesse habeo ferre sehten- 139
tiam apud plures quidem homines invidiosam, at tamen qua mihi videtur esse verum, non inhibebo. Si Athenienses formidantes periculum quod impendebat, patriam deseruissent, aut etiam, non deserentes, sed manentes sese dedissent Xerxi, nulli omnino adversus regem in mari tentavissent: si igitur nemo mari se opposuisset Xerxi, hæc in continenti gesta essent: si etiam multæ murorum essent tunicæ ductæ a Peloponnensibus per Isthmum; proditi Lacedæmonii ab sociis non voluntariis, sed necessitate per singulas urbes a classe barbara captis desolati fuissent; desolatique et magna opera edentes, generose occubuissent. Aut hæc passi essent, aut priusquam id fieret, videntes etiam alios Græcos cum Medis sentientes, fœdus cum Xerxe inivisent etiam. Ita utroque modo sub Persis Græcia fuisset. Nam murorum per Isthmum ductorum quænam utilitas futura esset rege mari potiente, nequeo percipere. Nunc autem siquis Athenienses Græciæ liberatores extitisse dicat, profecto non aberret a vero; nam hi in quæcunque advertissent, hæ partes erant præponderaturæ: quum vero prætulerint Græciam superesse liberam, hi ipsi fuere, qui quicquid Græciæ reliquum erat cum Medis non sentiens erexerunt; quique secundum deos, regem repulerunt;

ne-

a Non habet *Arcb.* *b* Κατέσησαν id. *Vind.*, cui usus non obstat. *c* *Med. Arcb. V. Brit. Pasf. Ask.*, ex *Aldo* οἱ Ἀθην., perperam. *d* Ἀντιεύμενοι *Arcb. V.*, loco vulgati ἀντιούμενοι, recte. Conf. L. IV, 3. *e* *Med. Ask. Pasf. Arcb. Vind. Paris. B.*, alii προδόντες ex *Aldo*: Mox στρατοῦ τῶν βαρβάρων *Arcb.* *f* Expressit *Plut.* Malign. p. 864. A., ubi male ὑποδεξ. *g* Μεγάλα *Plut. Arcb. Vind. Ask. Steph.* margo; cuius γενναῖα Edd. glossa. *b* Πρὸ τούτου *Plut.* quod idem. Vid. III, 62. VI, 52. *i* Τὴν *Arcb.* negligit. mox solus βασιλέος. *k* Τοῦτο Ἑλλ. *Vind.*, τοῦ τὸ Ἑλλ. *Arcb.* *l* Αὐτοῦ *Arcb.* et ἦσαν, ut saepe, cum *Ask. V.*

11. Ἐνθαῦτα ἀναγκαίη ἐξέργομαι] Qui imitari voluit *Plutarchus*, dictum non expresit bene, ἐνταῦθα κατὰ τὸν Ἡρόδοτον ἐξείργομαι γνώμην εἰπεῖν Tom. II. p. 1098. A. Tu vide superius C. 96. Εἰ Ἀθηναῖοι ——, addicentibus schedis prudens *Gronovii* sollertia iustissime integravit.

20. Πολλοὶ τειχέων λιθῶνες] Elegans figura, qua nescio quis ap. *Eustath. Iliad.* p. 379, 20. *moenia*, τὸ τεῖχος, ἱμάτιον πόλεως, *vestem* dixit *urbis*. Fortasse Nostri animo obversabatur *Homeri*, ἤ τέ κεν ἤδη Λαΐνου ἕσσο ΧΙΤΩΝΑ κακῶν ἕνεκα, quo lapidibus indui, sive operiri potius, dignum significavit Il. Γ. v. 57. Mox *Med.* ὑπ' ἀνάγκης Ionicam speciem pessumdat.

20. Τειχέων λιθῶνες] Hinc, opinor, ἔλαβεν ἀφορμὴν ἀσείου λόγου καὶ ὁ εἰπὼν τὸ τεῖχος Ἱμάτιον πόλεως, potius quam ex Homerico, Λαΐνου ἕσσο χιτῶνα, quo cum rectius contulisset Xenophonteum Ἐπιέσασθαι γῆν *Eustathius* in Il. Γ. p. 287, 16. Dixerat autem *Demades* τὸ τεῖχος Ἐσθῆτα τῆς πόλεως, *Athenaeo* teste III. p. 99. D. —— Dudum ante *Gronov.* in proximis scribi potuerat προδοθέντες ἂν Λακεδαιμόνιοι, ex *Valla*, *Arcb.* et *Plut.* de *Herod.* Malign. p. 864. A., cui haec, vere in laudem Athenienssium ab historico scripta, non adeo dixisse videtur Herod. εἰς τὸν Ἀθηναίων ἔπαινον, ἀλλ' Ἀθηναίους ἐπαινῶν ἵνα κακῶς εἴπῃ τοὺς ἄλλους ἅπαντας· ista si ratio valet, nullus est historicus, quin accusari possit malevolentiae. — In his rectius quam vulgatur legisse videtur *Plutarch.* ἀποδεξάμενοι ἔργα μεγάλα ἀπέθανον γενναίως. VALCKEN.

33. Σωτῆρας γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος] Praeclara Athenienssium laus, ex praemissis leniter defluens, sed invidiosa, *Plutarcho*que ingrata. *Lesbonax* Protrept. p. 174., expositis Athenienssium ad Artemisium, Salaminem, Plataeas egregiis facinoribus, ὥστε εἰς τόδε ἡμέρας ΣΩΤΗΡΑΣ ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ ὀνομάζεσθαι, subdit, haec aut spectans, aut popularium iactantiae velificatus. Vicina Cl. *Reiskius* οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι τοῦ ἀληθοῦς scite fingebat. At quid si λέγων repetendum scriptor desideraverit?

34. Οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι τἀληθές.] Omnino corrigendum puto τἀληθοῦς. Ut ψευσθῆναι τἀληθοῦς, sic dicitur ἁμαρτάνειν τἀληθοῦς. *Lucian.* de hist. scrib. §. 9., ὁρᾷς ὅσον τἀληθοῦς ἡμαρτήκασι· atque istum casum constans poscit usus verbi etiam apud *Herod.* IX, c. 32., ἁμαρτὼν τοῦ χρηστηρίου· c. 78., γνώμης ἡμάρτηκας χρηστῆς. *Antipho* p. 138, 17., ἥμαρτε (vulgatur ἥμαρταί) τῆς ὑμετέρας γνώμης· eiusdem est p. 134, 40., ἂν ψευσθῆτε τἀληθοῦς. Incertus scriptor apud *Suidam* in Ἐρρέι· πᾶσιν, οἷς ἐπέθετο τούτων ἡμάρτανεν οὐδενός. VALCKEN.

36. Τοῦτο τὸ Ἑλλην.] Scribi malim οὕτω τὸ Ἑλληνικὸν πᾶν τὸ λοιπὸν ὅσον μὴ ἐμήδισε αὐτοὶ οὗτοι ἦσαν οἱ ἐπεγείραντες, καὶ βασιλῆα μετάγε θεοὺς ἀνωσάμενοι· postremum tuetur Clar. *Io. Taylor* ad *Lysiae* Or. II. p. 41. Sed istam laudationem Funebrem *Lysiae* esse iudico, ut *Demosthenis*, quae huius nomen praefert: utraque deflectit ab ista simplicitate nativa, et sophistae debetur. —— Neque Athenienses ad Graeciam deserendam inducere potuerunt χρηστήρια φοβερὰ ἐλθόντα ἐκ Δελφῶν, καὶ ἐς δεῖμα βαλόντα· *quantumvis terrorem incuterent*: voculam καὶ si Codices illic omitterent, significaretur, *quae aliis terrorem inderent oracula, non tamen Athenienssibus illa metum incussisse.* VALCKEN.

39. Ἀπω-

neque illos oracula horrenda ac terribilia, quæ a Delphis veniebant, induxerunt ad Græciam deſerendam, ſed perſiſtentes ſuſtinuerunt excipere hoſtem ſua invadentem.
140 Siquidem conſultoribus Delphos miſis, uti oraculo Athenienſes volebant: iisque factis apud templum quæ ritus poſtulabat, ubi ædem ingreſſi conſederunt; Pythia cui nomen erat Ariſtonice, ita vaticinatur,

O miſeri! quid adeſtis? ad extima cedite terræ,
AEdibus et globidæ deſertis collibus urbis.
Non etenim firmum remanet caput, ac neque corpus,
Extremive pedes; manibus pariter medioque
Nil ſalvi eſt; deſtructa iacent, illam ignis et horrens
Mars vaſtat Syrio in curru furibundus et armis.
Hic tibi non ſolum, hic aliis caſtella revellit,
Permultasque deum ſævis dabit ignibus ædes,
Quas nunc hic illic ſpectas ſudore fluentes,
Atque metu tremulas; et de laquearibus altis
Proſpiciens fati ærumnas cruor editur ater.
Ite ſed ex adyto, atque malis effundite mentem.

141 His auditis Athenienſium conſultores maximo ſunt mœrore affecti: quibus proiicientibus ſeſe propter tam triſte reſponſum, Timon Androbuli filius, vir apud Delphos illuſtris ut qui maxime, ſuaſit illis, ut ſumpto ſupplicum habitu de integro reverterentur ad conſulendum oraculum ut ſupplices. Obtemperantibus ei Athenienſibus et dicentibus, o rex, redde nobis oraculum melius

ἀνωσάμενοι. οὐδὲ σφεας χρηστήρια Φοιβερὰ ἐλθόντα ἐκ Δελφῶν, καὶ ἐς δῆιμα βαλόντα, ἔπαυσε ἐκλιπεῖν τὴν Ἑλλάδα, ἀλλὰ καταμείναντες, ἀνέσχοντο τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώρην δέξασθαι. Πέμψαντες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους, χρηστηριάζεσθαι ἦσαν ἑτοῖμοι. καί σφι ποιήσασι περὶ τὸ ἱρὸν τὰ νομιζόμενα, ὡς ἐς τὸ μέγαρον [a] ἐσελθόντες ἵζοντο, χρᾷ ἡ Πυθίη, τῇ ὄνομα ἦν Ἀριστονίκη, τάδε,

[b] Ὦ μέλεοι, τί κάθησθε; λιπὼν φεῦγ' ἔσχατα γαίης
Δώματα, καὶ πόλιος τροχοειδέος ἄκρα κάρηνα.
Οὔτε γὰρ ἡ κεφαλὴ [c] μένει ἔμπεδον, οὔτε τὸ σῶμα,
Οὔτε πόδες νέατοι, οὔτ' ὦν χέρες, οὔτε τι μέσσης
Λείπεται, ἀλλ' ἄζηλα πέλει. κατὰ γάρ μιν [d] ἐρείπει
Πῦρ τε καὶ ὀξὺς Ἄρης, [e] Συριηγενὲς ἅρμα διώκων.
Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλ' ἀπολεῖ πυργώματα, κοὐ [f] τὸ σὸν οἶον.
Πολλοὺς δ' [g] ἀθανάτων νηοὺς μαλερῷ πυρὶ δώσει,
Οἵ τε νῦν ἱδρῶτι [h] ῥεύμενοι ἑστήκασι,
[i] Δείματι παλλόμενοι. κατὰ δ' ἀκροτάτοις ὀρόφοισι
Αἷμα μέλαν κέχυται, προϊδὸν κακότητος ἀνάγκας.
Ἀλλ' [k] ἴτον ἐξ ἀδύτοιο, κακοῖς δ' ἐπικίδνατε θυμόν.

Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ τῶν Ἀθηναίων θεοπρόποι, συμφορῇ τῇ μεγίστῃ ἐχρέωντο· προβάλλουσι δέ σφεας αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ κακοῦ τοῦ [l] κεχρημένου, Τίμων ὁ Ἀνδροβούλου τῶν Δελφῶν ἀνὴρ δόκιμος [m] ὁμοίως τῷ μάλιστα συμβουλεύσοντι ἱκετηρίην [n] λαβοῦσι, δεύτερα αὖτις ἐλθόντας [o] χρᾶσθαι τῷ χρηστηρίῳ ὡς ἱκέτας. πυθομένοισι δὲ ταῦτα τοῖσι Ἀθηναίοισι, καὶ λέγουσι, „ Ὦναξ, χρῆσον ἡμῖν ἄμει-

„ νόν

a Ἐλθόντες *Vind. Arcb.* *b* Est ap. *Euſeb.* Praep. Evang. v, 24. et *Nicephor.* ad *Syneſii* Inſomn. p. 370. *c* Μενεῖ *Vind.*, tum ἔμπεδον *Arcb.*, ἔμπεδος *Euſeb.* *d* Ἐρείψει *Euſeb.*, loco ἐρείψει. *e* Ἀσιηγενὲς *Arcb. V. Valla.* *f* Τόσον *Arcb.* et *Aldus:* in *Euſeb.* Πολλὰ δὲ τῇδ' ἀπολ. neſcio unde. *g* Ἀθανάτους *Arcb.*, et ναοὺς *Paſ.* *b* Ῥεύμενοι *Clem. Alex.* Strom. v. p. 728., ſed et ſequens reſponſum cum hoc miſcens. *i* Δείμασι *Vind.* *k* Ἴτων ἐς ἄδυτα *Arcb.* et mox κακοῖο *Ald.* *l* Κεχρημένου *Arcb.*, ſicuti L. IV, 164. *m* Haec tria omittit *Arcb. Valla.* *n* Ἱκετηρίας *Arcb. V.*, quod ob ſeqq. melius. *o* Χρῆσθαι *Arcb. Vind.*

39. Ἀνωσάμενοι] *H. Stephani* ἀπωσάμενοι ſcripti Codd. reſpuunt, ſperniturque a Cl. *Taylor.* ad *Lyſiae* Ἐπιτάφ. p. 41. ob L. VIII, 109. νέφος τοσοῦτον ἀνθρώπων ΑΝΩΣΑΜΕΝΟΙ. Ea memini diſputationibus vexari, ſed animum nunc non percellentibus.

46. Ἀριστονίκη] Eadem ac Ἀριστονίκα videtur, quae et Sibylla aliis διὰ μέτρων ἐθεμίζευσαν, *carminibus vaticinatae fuerunt*, in *Plut.* De Pyth. Oracul. p. 406. B.; *Tzetzes* tamen Chiliad. IX, 812. reſponſum illud *Bacidi* vati tribuit, errans longe. Initium Ὦ μέλεοι Cl. *Rubnkenius* ad *Timaei* Lex. p. 198. illuſtrat.

47. Ὦ μέλεοι, τί κάθησθε] De his XII. octo verſus paulo aliter ſcriptos *Oenomaus* praebet *Euſebii* Praep. Ev. v. p. 216. Octavum et duo paene ſequentes *Clem. Alex.* Strom. v. p. 728., ſubiectos primis duobus oraculi ſecundi. Quod verſu dat *Euſebius* primo, πόλιν φύγετ' ἔσχατα γαίης, correctoris eſſe videtur, quem offenderit variatio numeri: tentabat *R.* λιπὼν φύγ' ἐς ἔσχατα γαίης· ſic Latinum *fuge*, φύγε, Deus iam adhibuerit Delphicus! ſincerum non debebat incruſtari: λιπὼν φεῦγ' ἔσχατα γαίης Δ. ——— In ſexto verſu vulgatum, Συριηγενὲς ἅρμα, firmat *Euſebius*: Ἀσιηγενὲς legiſſe *Vallam*, eius monſtrant Latina, ſic primum forte ſcripta: *Et Mars acer equis urgens Aſiaegena currum:* Mars quidem *Aſiagenes* dici potuit, ut *L. Scipio Aſiagenes*, de quo vir magnus *I. F. Gronovius* egit: *Ismenias Thebagenes Varronis* apud *Nonium* p. 172. Θηβαγενής· Ἀσιαγενεῖς dixit *Athen.* XII. p. 550. E. et ὄνομα Ἀσιαγενὲς, XIV. p. 653. B. VALCKEN.

56. Συριηγενὲς ἅρμα] An tenebris vera Ariſtonice involvit, currumque Syrium maluit prae Aſiatico? Haud ſcio; quamquam mihi Ἀσιηγενὲς arridet, notum vocabulum, Aſiaticos indicans; *L. Scipio Aſiagenes*, a *Io. Fr. Gronovio* egregie *Livio* XXXIX, 44. aſſertus Obs. L. IV, 25., et ῥαβδοῦχοι Ἀσιαγενεῖς *Diodori* XVII, 77. erunt pro teſtimonio: Adde eiusdem ſcriptoris T. II. p. 604. Post pauca ἴδρωτι ῥεύμενοι ex *Clem. Alex.* ab lonum ſermone diſcesſionem non faciunt. De templis ſtatuisque ſudantibus ac veteratorum hoc in genere fraudibus ad *Diodori* XVII, 10.

69. Προβάλλουσι δέ σφεας αὐτοὺς &c.] *Laurentii* Latina, *quibus inter ſe agitantibus tam triſte reſponſum*, iniuria tolerabantur. Nil tale in προβάλλειν, quod *Pavius* et *Abreſchius* perſpexerunt, trito in periculis et abiectione animi. *Euripides* Rhes. v. 183. χρὴ γ' ἐπ' ἀξίοις πονεῖν, ψυχὴν ΠΡΟΒΑΛΛΟΝΤ' ἐν κύβοισι δαίμονος. Mens conſultorum et paene ominoſo oraculo deſperantium nunc in aperto. Omiſſa ὁμοῖα τῷ μάλιστα ab *Arcb.* prave ſunt. Vide *Gronov.* ad II, 57.

69. Προβάλλουσι δέ σφεας αὐτοὺς] Significare non potuerunt Graeca: *quibus inter ſe agitantibus tam triſte reſponſum:* mihi ſententia poſcere videbatur *anxiis*, vel *animum deſpondentibus*, vel ſimile quidpiam; qualis ſenſus phraſi καταβάλλειν ἑαυτὸν nonnunquam adaptari potest: alii nos forte docebunt προβάλλειν ἑαυτὸν vel in istum ſenſum uſurpari, vel in alium, qui hic narratis congruat. Moeſtis auctor fuit Timon, ramos ut oleae geſtantes tanquam ſupplices Deum iterum adhiberent; in quibus ἱκετηρίας λαβοῦσι pro ἱκετηρίην λ. habent *Arcb.* et *Valla.* VALCKEN.

80. Οὐ

Oracultum de bello Xerxis secundum et benignum; sed in eo varietas interpretationum.

„ νύ τι περὶ τῆς πατρίδος, αἰδεσθεὶς τὰς ἱκετηρίας τάσδε τὰς τοι ἥκομεν Φέροντες. ἢ οὔ τοι ἄπιμεν ἐκ τοῦ ἀδύτου, ἀλλ' αὐτοῦ τῇδε μενέομεν, ἐς ὃ καὶ τελευτήσωμεν". ταῦτα λέγουσι ἡ πρόμαντις χρᾷ δεύτερα τάδε,

[a] Οὐ δύναται Παλλὰς Δι Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι,
Λισσομένη πολλοῖσι λόγοις καὶ μήτιδι πυκνῇ.
Σοὶ δὲ τόδ' αὖτις ἔπος ἐρέω, ἀδάμαντι [b] πελάσσας.
425 Τῶν ἄλλων γὰρ ἁλισκομένων ὅσα Κέκροπος οὖρος
Ἐντὸς ἔχει, κευθμών τε Κιθαιρῶνος ζαθέοιο,
Τεῖχος [c] Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεὺς
Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τό σε τέκνα τ' ὀνήσει.
Μὴ δὲ σύ γ' ἱπποσύνην τε μένειν καὶ πεζὸν ἰόντα
Πολλὸν ἀπ' ἠπείρου στρατὸν ἥσυχος, ἀλλ' ὑποχωρεῖν,
Νῶτον ἐπιστρέψας, ἔτι τοι κοτὲ καὶτίος [d] ἔσσῃ.
[e] Ὦ θείη Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
Ἢ που σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης.

lius de patria, reveritus hæc pignora supplicantium, quæ gestantes ad te venimus: alioqui ex adyto non abimus, sed hic manebimus vel ad obitum usque; Hæc dicentibus, antistes iterum hoc modo respondit,

Officiosa Iovem dominantem Pallas Olympo
Nec ratione potest sed nec placare precando.
Hoc tibi sed rursum ipso adamante perennius aio:
Nam captis reliquis, quæ limes Cecropis intus
Comprendit, quodcunque sacer penetrale Cithæron,
Iuppiter e ligno muris Tritonida donat.
Qui soli invicti tibi sint natisque saluti.
Tu vero adventum peditumque equitumque quietus,
Terrestresque acies ne præstolare: sed hosti
Terga dato, vel si tibi fors erit obvius usquam.
O Salamis divina, teres tu pignora matrum,
Sit licet aut dispersa Ceres, aut prompta coire.

Ταῦτά σφι, ἠπιώτερα γὰρ τῶν προτέρων καὶ ἦν καὶ ἐδόκεε εἶναι, συγγραψάμενοι, [f] ἀπαλλάσσαντο ἐς [g] τὰς Ἀθήνας. ὡς δὲ ἀπελθόντες οἱ θεοπρόποι ἀπήγγελον ἐς τὸν δῆμον, γνῶμαι [h] πολλαὶ καὶ ἄλλαι ἐγίνοντο, διζημένων τὸ μαντήϊον, καὶ αἵδε συνεχηνίαι μάλιστα. τῶν πρεσβυτέρων ἔλεγον [i] μετεξέτεροι, δοκέειν σφι τὸν θεὸν τὴν ἀκρόπολιν χρῆσαι περιέσεσθαι· ἦν γὰρ ἀκρόπολις τοπάλαι τῶν Ἀθηναίων [k] ῥηχῷ ἐπέφραχτο. οἱ μὲν δὴ κατὰ τὸν φράγμὸν, [l] συνεβάλλοντο τοῦτο τὸ ξύλινον τεῖχος εἶναι· οἱ δ' αὖ ἔλεγον τὰς νέας σημαίνειν τὸν θεὸν, καὶ ταύτας παραρτέεσθαι ἐκέλευον, τὰ ἄλλα ἀπέντας. τοὺς ὦν δὴ τὰς νέας λέγοντας εἶναι τὸ ξύλινον τεῖχος, ἔσφαλλε τὰ δύο τὰ τελευταῖα ῥηθέντα ὑπὸ τῆς Πυθίης,

Hæc legati, ut erant, arbitrati prioribus mitiora, postquam conscripserunt, Athenas redière, reversique ad populum recitavere; tum multæ et aliæ sententiæ exstiterunt oraculi mentem quærentium, et hæ quas maxime solidas esse apparebat: quidam e maioribus natu dixere, videri sibi deum respondere salvam fore arcem, olim enim Athenienſium arx præsepta vallo fuit: et ii quidem ad vallum coniiciebant spectare hunc ligneum murum. Alii vero dicebant deum significare naves, easque ceteris omissis parari iubebant. Verum eos, qui aiebant naves esse ligneum murum, fallebant duo postrema dicta ab Pythia,

142

Ὦ

O

a Habent dictis locis *Euseb.* et *Nicephorus*, in quo male πολλὰς nunc conspicitur. Paullo ante ταῦτα δὲ λεγ. *Pasf.* *b* Πελάσας *Arcb.* *c* Τριτογενεῖ, posito supra ultimam syllabam η *Pasf.*, Τριτογενείη scriptus *Euseb.* et Schol. ad *Lucian.* Iov. Tragoed C. 30. *d* Ἔσαι *Euseb.* Legit autem haec Cl. *Reiskius* ἔτι οἵ κατε, *tu ipsi adversus eris.* *e* Est in *Polyaen.* 1, 30. *Lucian.* Iov. Trag. C. 20., *Theodoreto* Or. x. ad Gr. p. 140. *f* Ἀπῆισαν aut ἀπηίεσαν *Eton. Arcb. V.*, puto scholion olere. *g* Negligunt iid. *h* Καὶ ἄλλαι πολλαὶ *Pasf. Arcb.* *i* Μετεξέτεροί τε *Med. Pasf. Ask.* *k* Ῥυχῷ *Arcb.*, prave. Ῥηχὸς, Φραγμὸς *Hesych.* et *Suid.* ex hoc loco. *l* Συνεβάλοντο *Vind.*

80. Οὐ δύναται Πάλλας] Ore liberrimo totum exagitat oraculum *Oenomaus Eusebii* Praep. Ev. p. 216, 217. Qui oraculi praeter illum fecere mentionem, prioribus versibus aliquot omissis, controversos praesertim attigerunt: hos inter singulas oraculi partes pensiculate pertractavit homo superstitiosus explicuitque *Aristides* in Apolog. pro Themistocle T. III. p. 346. et seqq. illinc orsus ὃ πάντες θρυλλοῦσι, Τεῖχος Τριτογενεῖ &c. —— In versum tertium coniecturam *Reiskius* proposuit, qua formam iterum Poëtarum Deo contribuit poëtis inauditam πεδάσσας· in πεδήσας syllaba longa fulcri non indigebat: paulo quidem obscurius, quod firmum erat instar adamantis futurum, dicitur ἀδάμαντι πελάσσας· sensum perspexit vir eruditus in Actis Lips. A. 1760. p. 222. VALCKEN.

83. Ἀδάμαντι πελάσσας] *Fr. Vigerus* in *Eusebio* vertebat, *quod indomita cognovi ex virgine*, Ἀδάμαντα Minervam ἀδάμαστον, cuius hic res agebatur, intelligens, pro oraculi tenebris non inprudenter. Malunt alii πελάσσαν, referendum ad ἔπος· videlicet, *verbum tibi proponam*, *quod adamantinum est*, et ad lapidis eius naturam accedit proxime. Certe ἀδάμαντι δεδεμένον, quale Dionysii Siculi imperium in *Diodori* XVI, 5. ferebatur, hoc est, bene firmum et stabile decretum Pallas canit. Conf. *Perizon.* et *Kubn.* ad *AEliani* Var. VI, 12. Praeterque ceteros *Rittersbusium* in *Oppiani* Cyneg. III. v. 240. Congruit *Homeri Il. A.* v. 204. Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, τόδε καὶ τετελέσθαι ὄΐω, nuper provide cum hoc ab erudito viro Act. Lipsienſ. 1760. p. 221. conparatum.

88. Τεῖχος Τριτογενεῖ] *Vigerus* Τριτογενείῃ maluit, κατὰ συνίζησιν pronuntiandum, nec *Pasf.* scriptura abludit. Contra tamen *Polyaenus*, *Theodoretus* et Codd. plures veniunt, tumque Τριττογενὴς Minervae in *Hesychio* et *Suida* titulus. Notavit doctissimus *Berglerus*, versum a *Tzetze* in *Homeri* vita apud Lipsienses manu scripta, Τεῖχος Ἐρεχθείδαις ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεὺς, edi.

1. Γνῶμαι πολλαὶ καὶ ἄλλαι] Non inprobabilis ordinatio verborum ἄλλαι καὶ πολλαὶ ἐγίνοντο in schedis. Αἵδε συνεχηνίαι μάλιστα *maxime solidae* ex opinione *Gronovii*, aut *maxime probabiles*, quomodo *Pavius*; mihi contrariae et pugnantes ob dicta L. 1, 208. videntur.

5. Ῥήχῳ ἐπέφρακτο] Huius non meminerat loci *Io. Meurs.* in Cecrop. c. 4.; *Herodoti* namque nititur auctoritate, quod illic tradunt *Syrianus* et *Sopater*: ille, οἱ μὲν, ait, συμβουλεύουσιν ἔχεσθαι τῆς ἀκροπόλεως· ῥάχῳ γὰρ ἐπέφρακτο. *Sopater* arcem scribit κατίνοις τότε πυκνοῖς καταπεφραγμένην· legerat, ita suspicor, in *Glossario* veteri, quod nobis tradit *Pausan.* II. p. 188., Ῥάχους καλοῦσι Τροιζήνιοι πᾶν ὅσον ἄκαρπον ἐλαίας, κότινον, καὶ φαυλίαν, καὶ ἀγριέλαιον· ex *Herod.* sua quoque sumsit Aristid. in Themist. Tom. III. p. 307., οἱ μὲν πρεσβύται τῆς ἀκροπόλεως ἔχεσθαι παρήνουν· (οὕτω παρελήφουν·) πεφράχθαι γὰρ αὐτὴν ῥάχῳ τὸ ἀρχαῖον, καὶ τὸν χρησμὸν εἰς τοῦτο φέρειν. *Schol. MS.* ἀντὶ τοῦ τετειχίσθαι· Ῥάχος δέ ἐστιν εἶδος ξύλου. Herodotea forma vocis Ῥῆχος in *Glosſ. Herod. Suidae*, *Hesychio* redditur φραγμός. VALCKEN.

12. Ὦ

sed vincit tandem Themistocles. Pecunia publica Athenis ex metallis Laurei,

O Salamis divina, teres tu pignora matrum,
Sit licet aut dispersa Ceres, aut prompta coire.

Circa hos versus confundebantur eorum sententiæ, qui naves dixerunt esse ligneum murum: nam oraculi interpretes illuc ea accipiebant, quasi oporteret circa Salaminem ipsos vinci pugnam navalem aggressos.
143 Erat autem inter Athenienses vir ad primores recens progressus, nomine Themistocles, Neoclis filius. Hic vero negabat interpretes omnia recte coniectare: talia dicens, Si illud carmen, quod dictum est, ad Athenienses spectaret ullo modo, non ita placide videri deum fuisse responsurum, sed sic, O Salamis misera, pro eo quod dixit, O divina Salamis; si circa eam incolæ forent oppetituri: sed enim recte coniectanti sentiendum a deo contra hostes editum esse oracul um, non contra Athenienses. Itaque suadebat, ut sese instruerent tanquam prœlio navali certaturi, utpote quum hic esset ligneus murus. Hanc Themistoclis sententiam Athenienses potiorem esse censuerunt magis quam illorum interpretum oracul i, qui disuadebant apparatum pugnæ navalis: sed hanc esse summam sententiæ dicebant, non levandam in hostem manum, sed ex Attica regione de-
144 migrantes aliam quandam incolere. Extitit et alia ante hanc Themistoclis sententia ad tempus egregia. Magna vis pecuniæ collecta erat in reipublicæ ærario. Unde illam e proventu metallorum, quæ sunt e Laureo, erant æque divisuri viritim denis in singulos drachmis; tunc Themistocles hanc dissuasit Athenien sibus distributionem, sed ex

Ὦ θείη Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
Ἢ που σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης.

κατὰ ταῦτα τὰ ἔπεα συνεχέοντο αἱ γνῶμαι τῶν Φαμένων τὰς νέας τὸ ξύλινον τεῖχος εἶναι. οἱ γὰρ χρησμολόγοι ταύτῃ ταῦτα ἐλάμβανον, ὡς ἀμφὶ Σαλαμῖνα δεῖ σφέας ἐσσωθῆναι, ναυμαχίην [a] παρασκευασαμένους. Ἦν δὲ τῶν τις Ἀθηναίων ἀνὴρ ἐς πρώτους νεωστὶ παριών, τῷ οὔνομα [b] μὲν ἦν Θεμιστοκλέης, παῖς δὲ Νεοκλέος ἐκαλέετο. οὗτος οὐκ ἔφη πᾶν ὀρθῶς τοὺς χρησμολόγους συμβάλλεσθαι, λέγων τοιάδε, Εἰ ἐς Ἀθηναίους εἶχε τὸ [c] ἔπος εἰρημένον ἐόν κως, οὐκ ἂν [d] οὕτω μιν δοκέειν ἠπίως χρησθῆναι, ἀλλὰ ὧδε, Ὦ [e] σχετλίη Σαλαμὶς, αὐτὶ τοῦ, Ὦ θείη Σαλαμίς· εἴπερ γε ἔμελλον οἱ οἰκήτορες ἀμφ' αὐτῇ τελευτήσειν. ἀλλὰ γὰρ ἐς τὸν πολεμίους τῷ θεῷ εἰρῆσθαι τὸ χρηστήριον, συλλαμβάνοντι κατὰ τὸ ὀρθὸν, ἀλλ' οὐκ ἐς Ἀθηναίους. 426
παρασκευάζεσθαι ὦν αὐτοὺς ὡς ναυμαχήσοντας συμβάλλειν, ὡς τούτου ἐόντος τοῦ ξυλίνου τείχεος. ταύτῃ [f] Θεμιστοκλέος ἀποφαινομένου, [g] Ἀθηναῖοι ταῦτά σφι ἔγνωσαν αἱρετώτερα εἶναι [h] μᾶλλον ἢ τὰ τῶν χρησμολόγων, οἳ οὐκ ἔων ναυμαχίην ἀρτέεσθαι, τὸ δὲ σύμπαν εἶναι, οὐδὲ χεῖρας ἀνταείρεσθαι, ἀλλὰ ἐκλιπόντας χώρην τὴν Ἀττικὴν, ἄλλην τινὰ οἰκίζειν. Ἑτέρη τε Θεμιστοκλέι γνώμη ἔμπροσθε ταύτης ἐς καιρὸν ἠρίστευσε, ὅτε Ἀθηναίοισι, γενομένων χρημάτων μεγάλων [i] ἐν τῷ κοινῷ, τὰ ἐκ τῶν μετάλλων σφι προσῆλθε τῶν ἀπὸ [k] Λαυρείου, ἔμελλον λάζεσθαι ὀρχηδὸν ἕκαστος δέκα δραχμὰς· τότε Θεμιστοκλέης ἀνέγνωσε Ἀθηναίους, τῆς διαιρέσιος ταύτης παυσαμένους, νέας τοσούτους τῶν

χρη-

a Παρεσκευασμένους *Brit. Paris. A. Arch. Ald.*, παρασκευασαμένους *Med. V. Pasf. Ask. Paris. B.* *b* Deſit *Arcb.* *c* Πάθος *Arch. V. Valla.* *d* Οὕτω μιν *Med. Pasf.*, οὕτω ἡμῖν *Arch. V. Valla*, οὕτω μοι *Ask. Ald. Brit.* *e Med. Vind. Pasf Ask. Arcb.*, σχετλία prius. *f Arcb. Vind.*, olim Θεμισοκλέους contra morem. *g* Ἀθηναίοις iidem. Statim ἔδοξαν ora *Steph. Ask.* *b* Omittunt *Arcb. V.* *i* Ἐν τῷ κοινῷ *Ask. Pasf. Valla:* antea ex aliis et *Ald.* ἐκ τῶν κοινῶν. *k* Λαυρίου *Arcb.*, tum λήξεσθαι *Vind.* λέξεσθαι *Arch.* Ὀρχηδὸν hinc *Suidas.*

12. Ὦ θείη Σαλαμὶς] Caliginosam horum ambiguitatem *Oenomaus* perstrinxit egregie apud *Euseb.* Praep. Evang. v, 24., Momusque *Luciani* Iov. Trag. C. 20. Dubia Pythiae more sunt, Persis aeque ac Graecis, si eventus respondisset, damnosa.

23. Τὸ ἔπος εἰρημένον ἐόν κως] Refingunt ultima ἐτεόν κως *revera*, aut, pari notione, ἐόντως, *Reiskius* et *Abreschius*, quibus pro opera, qua uti non licet, magna gratia. Malim, *Valla* et scriptis monitoribus, τὸ πάθος εἰρημένον *dicta calamitas*, atque in structura εἶχε ἐόν κως, quae, uti pulcerrime norunt, genio sermonis congruit. Proxime iunctum οὕτω ἡμῖν *Arcb.* et *Vindob.* nihil *Florentino*, viro Celeber. quodam modo patente, cedit. Libera proin electio. Themistocleam autem oraculi enodationem *Plutarchus* in Imperatoris Vit. p. 116. E. et post eum *Polyaenus* I, 30., praeclare a *Pierſono* ad *AEl. Herodianum* p. 438. instauratus, commemoraverunt.

23. Εἰ ἐς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἔπος] Τὸ πάθος praebent *Valla*, *Arcb.* et *Eton.* ubi vulgatur πάθος in *Sopb.* Antig. v. 73., vetus fuit in *Scholiis* custodita lectio ἔπος. —— Εἰρημένον ἐόν κως, ut *Reiskio*, mihi quoque videtur incommodum: ἐόντως, *revera*, non esset absurdum: εἰ ἐόντως, *si revera clades ista praedicta spectaret Athenienses*, οὐκ ἂν οὕτω οἱ (sic *Koenius* corrigit pro μοι) δοκέειν ἠπίως χρησθῆναι· sed Deum potius fuisse dicturum, Ὦ σχετλίη Σαλαμὶς, ἀντὶ τοῦ θείη, sive Ὦ δειλή· similia leguntur apud *Plutarch.* in Themist. p. 116. E. et *Polyaen.* I, c. 30, 1. ubi eleganter *Pierſonus* emendat: καὶ ἡ νίκη τὴν ἐξήγησιν ἐπισώσατο. Themistocles enim *responsa secutus*, *Obruit Eoas classes*, *urbemque carinis Vexit*, *et arsuras Medo subduxit Athenas*: *Claudian.* de Mallii Theodori cons. v. 150. VALCKEN.

33. Αἱρετώτερα εἶναι μᾶλλον] Neglectum in Codd. quibusdam μᾶλλον mordicus teneo: offendit librarios intendendi vox conparatis addita, uti *Thom. Magistrum* et alios isto de grege. Nostri sunt μᾶλλον ὀλβιώτερος L. I, 32, 2., κερδαλεώτερον μᾶλλον IX, 7, 1., a *Porto* enotata: *AEschyli* μᾶλλον ἐνδικώτερος in VII. C. Theb. v. 679., ubi plura *Abreschius*. Mitto *Budaeum*, *Nansiumque* in Paraphr. *Nonni* C. IV, 259., siquidem cumulatissime *Wetstenius* ad *S. Paulli* Epist. ad Philipp. C. I, 23.

39. Ἐν τῷ κοινῷ] Series requirit ἐν τῷ κοινῷ *in aerario*, neque *Reiskium* fugit. Tale *Thucydidis* I, 80. οὔτε ἐν τῷ κοινῷ ἔχομεν· ubi bene Schol. ταμείῳ δηλονότι. Laurium montem, in quo Athenien sium argenti fodinae, Λαύρειον et Λαύριον scribi, ex aliis ad *Thucyd.* II, 55. *Dukerus* docuit, et *Casaubonus* in *Strab.* IX. p. 612., hanc rem illustrans.

39. Τὰ ἐκ τῶν μετάλλων σφι προσῆλθε] *Quum pecunia publica, quae ex metallis redibat, largitione magistratuum quotannis interiret; ille persuasit populo, ut ea pecunia classis centum navium aedificaretur: C. Nepos* Themist. c. 2. *Plutarch.* Themist. p. 113. C. eadem narrat ex *Herod.* τὴν Λαυριωτικὴν πρόσοδον vocans ἀπὸ τῶν ἀργυρείων μετάλλων· quomodo hoc civibus persuaserit parataeque fuerint triremes aliunde tradidit *Polyaen.* I, c. 30. p. 64. De metallis Laurioticis *Is. Casaub.* egit ad *Strabon.* IX. p. 613. VALCKEN.

41. Ὀρχηδὸν] Laurentius ex *Hesychii* et Scholiastae interpretamento ἡβηδὸν, *viritim in singulos puberes* Latine dedit: prius satis explicabat negotium, *Porto* recte iudicante, eiusque ignaro *Tan. Fabro* Animadv. in *Luciani* Tim. C. 2. Illi ὀρχηδὸν, quasi κατ' ὄρχεις, *qui mares virosque suo testimonio demonstrant*, huic κατ' ὄρχους, *una serie*, *uno et perpetuo ordine*, atque ita *viritim*: cultius opinor et origini congruentius. Ridicule *Morellus*, quidni enim his accederet? illa *Libanii* Or. de Saltator. p. 512. C. διόπερ καὶ τοὔνομα τοῖς ὀρχησταῖς, ἀπὸ τῶν ἐν ἀρχῇ περὶ τοὺς ὄρχους σκιρτημάτων, *et ea propter nomen saltatoribus datum a tripudiis circa* TESTICULOS *salientes in primordiis artis* Latina fecit.

41. Ἔμελλον λάξεσθαι ὀρχηδὸν] Hinc primum *Hesy-*

opportuna ad navium fabricam ſuaſu Themiſtoclis. Concordia Græcorum inter ſe, et bella abolita.

χρημάτων ποιήσασθαι δικοσίας ἐς [a] τὸν πόλεμον, τὸν πρὸς Αἰγινήτας [b] λέγων. Οὗτος γὰρ ὁ πόλεμος σῳζᾶς, [c] ἔσωσε τότε τὴν Ἑλλάδα, ἀναγκάσας θαλασσίους γενέσθαι Ἀθηναίους. αἱ δὲ ἐς τὸ μὲν ἐποιήθησαν, οὐκ ἐχρήσθησαν, ἐς δέον δὲ [d] οὕτω τῇ Ἑλλάδι ἐγένοντο: αὗταί τε δὴ αἱ [e] νέες τοῖσι Ἀθηναίοισι προποιηθεῖσαι ὑπῆρχον, ἑτέρας τε ἔδεε προσναυπηγέεσθαι. ἔδοξε τέ σφι μετὰ τὸ χρηστήριον βουλευομένοισι, ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα τὸν βάρβαρον [f] δέκεσθαι τῇσι νηυσὶ πανδημεί, τῷ θεῷ πειθομένους, ἅμα Ἑλλήνων τοῖσι βουλομένοισι. τὰ μὲν δὴ χρηστήρια ταῦτα τοῖσι Ἀθηναίοισι ἐγεγόνεε. Συλλεγομένων δὲ ἐς τωὐτὸ τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα Ἑλλήνων τῶν τὰ ἀμείνω φρονεόντων, καὶ διδόντων σφίσι λόγον καὶ πίστιν, ἐνθαῦτα ἐδόκεε βουλευομένοισι αὐτοῖσι, πρῶτον μὲν χρημάτων [g] πάντων καταλλάσσεσθαι τάς τε ἔχθρας καὶ τοὺς κατ' ἀλλήλους ἐόντας πολέμους. ἔσαν δὲ πρός τινας καὶ ἄλλους ἐγκεχρημένοι· ὁ δὲ ὢν μέγιστος, Ἀθηναίοισί τε καὶ Αἰγινήτῃσι. μετὰ δὲ πυνθανόμενοι [h] Ξέρξεα σὺν τῷ στρατῷ εἶναι ἐν Σάρδισι, ἐβουλεύσαντο κατασκόπους πέμπειν ἐς τὴν Ἀσίην τῶν βασιλέος πρηγμάτων· ἐς Ἄργος τε ἀγγέλους, [i] ὁμαιχμίην συνθησομένους πρὸς τὸν Πέρσην, καὶ ἐς Σικελίην ἄλλους πέμπειν παρὰ Γέλωνα τὸν Δεινομένεος, ἔς τε Κέρκυραν, [k] κελεύσοντας βοηθέειν τῇ Ἑλλάδι, καὶ ἐς Κρήτην ἄλλους· φρονήσαντες εἴ κως ἓν τε [l] γένοιτο τὸ Ἑλληνικὸν, καὶ εἰ συγκύψαντες τωὐτὸ πρήσσοιεν πάντες, ὡς δεινῶν ἐπιόντων ὁμοίως πᾶσι [a] τοῖσι

ex ista pecunia claſſem ducentarum navium ad AEgineticum bellum comparare ſuaſit. Hoc enim bellum tunc conflatum Græciæ ſalutem attulit, cogens Athenienſes nauticos fieri. Hæ vero naves quidem in quem uſum comparatæ fuerant, non fuerunt adhibitæ; at tamen ita in oportunitatem Græciæ ceſſerunt. Istæ igitur naves iam præparatæ Athenienſibus erant, et alias exædificari oportebat; placuitque illis, inito post oraculum conſilio, barbarum Græciam invadentem navibus excipere univerſos Atticos, deo obſequentes, una cum Græcis ita volentibus. Et hæc quidem oracula Athenienſibus ſunt reddita. Coactis autem in eundem locum Græcis qui circa Græciam melius ſentiebant, interque ſe colloquutis interpoſita fide, ibi conſilio habito viſum est ante omnia faciendum, ut reconciliarentur inimicitiæ et bella, quæ ipſis inceſſerant. Quippe erant iam adverſus quosdam et alios inchoata; ſed maximum inter Athenienſes et AEginetas. Posteaquam autem Xerxem cum exercitu Sardibus esſe audiere, Athenienſes decrevere cum aliquos in Aſiam mittendos ad res regis explorandas, tum nuncios partim Argos, ad contrahendam adverſus Perſam belli ſocietatem, partim in Siciliam ad Gelonem Dinomenis filium, ſed et in Corcyram, etiam in Cretam, rogaturos opem Græciæ ferri: eo animo ut, ſi fieri
427 poſſet, omne Græcum nomen unum eſſet, et ad idem agendum omnes incumberent, utpote calamitate cunctis ſimiliter Græ-

a Abest *Arcb. Vind.* b Λέγων iid. *Ask. Steph.* margo. Prius λέγω erat. c Ἔσσωσε omiſſo τότε *Arcb.*, cuius loco ἐς τὸ τότε *Pasſ. Stepb.* ora. d Τοῦτο *Ask.*, τούτῳ *Pasſ.*, quod ſi ex *Ask.* reformetur, tolerabile: tum ἐγίνοντο *Arcb.* e Νῆες idem. f Ἀναδέκεσθαι idem. πανδημὶ *Pasſ.* g Abest hoc *Arcb.* b Ξέρξην *Ask. Arcb. Vind.* i Ὁμαιχμίην τε *Med. Ask. Pasſ.*, qua acceſſione non indigemus. k Κελεύσοντας margo *Stepb. Arcb. V. Pasſ. Brit.*; prius κελεύοντας. l Γενοίατο *Arcb.*, lonum more, ſi collective, ut aiunt, τὸ Ἑλληνικὸν ſumatur.

cbio pro Λάξασθαι, κληρώσασθαι· reſtitui debet Λάξεσθαι· alterum, non fuit in uſu; uti nec ἀπολάμψασθαι· cuius loco recte poſitum ex Codd. III, c. 146., ἔμελλε ἀπολάμψεσθαι. —— Deinde ſoli forſan ex veteribus uſurpatum Noſtro Ὀρχηδὸν, a Grammaticis redditum per ἡβηδὸν, ſignificat *viritim*, ἀνδρακὰς *Homero*, (vid. G. *Canter.* N. L. III, c. 25.) id est κατ' ἄνδρα· proprie, ut puto, κατ' ὄρχεις, *teſticulatim*; huc enim in ista voce noſtrum potius opinor reſpexisſe, quam quo putabat *T. Faber* in *Luciani* Timon. I. p. 149., vocem ἡβηδὸν docte pertractans. Corruptus est in hac voce *Schol.* ineditus in *Ariſtid.* Them. in Codice certe clar. *P. Burm. Sec.* Postquam originem ille tradidit belli AEginetis illati, ἐπλεόνασεν, inquit, τότε Ἀθηναίοις τὰ μέταλλα τοῦ ἀργυρίου· ταῦτα ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι ἀρχηδὸν μερίσασθαι, τουτέστι τοὺς ἄνδρας μόνον καὶ οὐ τοὺς παῖδας. nemo his lectis dubitabit quin ſcribi debeat ὀρχηδόν· *in viros: Plautus* Aulul. II, 1, ℣. 30. *noſtrae qui est magiſter curiae Dividere argenti dixit nummos in viros:* Athenienſes libera republica ſemper fuerunt hirudines aerarii. VALCKEN.

45. Τὸν πρὸς Αἰγινήτας λέγων] Multo mihi id cultius quam λέγω. Themiſtocles enim AEgineticum bellum, τὸν πόλεμον, quod illud tum arderet maxime, dicendo innuebat. Huc quae continuo cohaerent, tendunt planisſime omnia. Nec *Plutarchus* Themiſt. p. 113. D. diſconvenit, in triremium, quas centum conſtructas aſſeverat, *Corn. Nepotis* C. 2. conſenſu et *Polyaeni* I, 30, 5. gaudens.

45. Τὸν πρὸς Αἰγινήτας λέγω] Poſtremum, neglectui habitum, primum mihi videbatur mutandum in λόγῳ· ſic bellum cum AEginetis Themiſtocli haec ſuadenti fuisſe tantum diceretur praetextus, ut revera esset, graviora bella qua erat perſpicacia facile praevidenti. Sed quia margo Steph. dat λέγων, hoc ſincerum arbitror; *bellum intelligens cum AEginetis*, quod inſtabat; hoc ſaltem intellectum voluit: *Iſocrat.* Panathen. p. 277. D. ἔλεγεν, ὅτι σὺ μὲν πεπεισαι τοὺς λόγους, ἐμὲ λέγων. *Cicero* de Fin. V, c. 3., *hoc inquit non poterit ſic abire, cum hic adſit, me autem dicebat.* VALCKEN.

56. Τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα] Aut in his, ſed potius in proximis, Ἑλλήνων τῶν τὰ ἀμείνω φρονεόντων articulus τῶν videtur ſuperfluus. Horum τὸ κοινὸν συνέδριον fuit in Iſthmo ſive Corinthi ſecundum *Diodor.* initio L. XI. *Herod.* VII, c. 172. ubi memorantur πρόβουλοι τῆς Ἑλλάδος, ἀραιρημένοι ἀπὸ τῶν πολίων τῶν τὰ ἀμείνω φρονεουσέων περὶ τὴν Ἑλλαδα. Hoc cap. 145. deliberantibus ἐδόκεε —— πρῶτον μὲν χρημάτων πάντων καταλλάσσεσθαι τάς τε ἔχθρας καὶ τοὺς κατ' ἀλλήλους ἐόντας πολέμους. Themiſtocli tribuit hoc *Plutarchus* ut omnium quae fecerit maximum in Themiſt. p. 114. F. In istis *Herodoti* ſcribi potuit olim πρῶτον μὲν χρῆμα πάντων· ſed puto equidem ſcribendum πρῶτον μὲν πρηγμάτων πάντων. —— In vicinis, ἔσαν δὲ πρός τινας καὶ ἄλλους ἐγκεχρημένοι, altera mihi coniecturarum *Reiskii* venerat in mentem, ἐγκεχειρημένοι. Latine quoque dicitur *bellum in manibus esſe.* — Qui postea locus difficilis et luxatus esſe videbatur, aliis opinor facilis erit intellectu: Synedri legatos mittere decreverunt ad Gelonem, ad Corcyraeos, in Cretam, φρονήσαντες, *hoc conſilio*, vel *bunc in finem*, ut, ſi fieri posſet, inter omnes Graecos coaleſceret concordia, mutuisque viribus Perſam repellerent: rarius illud συγκύψαντες supra III, c. 82. reſtituit explicuitque vir celeberrimus. VALCKEN.

58. Πρῶτον μὲν χρημάτων πάντων] Qui πρηγμάτων corrigunt, *Leunclavii* errorem errant, Xenophontea Κ. παιδ. I. p. 124. E. ἐκ πολλῶν δὲ καὶ πονηρῶν χρημάτων conſimiliter mutantis. Prudentior *Portus*; χρήματα res ſaepe quascunque ſignant. *Theognis* V. 461. μηδὲ μενοινᾶ ΧΡΗΜΑΣΙ, τῶν ἄνυσις γίγνεται οὐδεμία· *neque animum rebus intende, quarum effectio nulla*, vere *Sylburgius.* Proximum his ἔσαν δὲ —— ἐγκεχρημένοι *Portus* ex ἐγχρῶμαι, *bella, quae in manibus babebant*, ἐν τῇ χρήσει ἦσαν, *Reiskius*, levi mutatione, ἐγκεκρημένοι, *quae quaſi in mixtura erant*, ob L. V, 124. καὶ ἐγκερασάμενος πρήγματα μεγάλα. Quod vereor, ut geminum haberi queat. Mallem ἐγκεχειρημένοι.

68. Κελεύσοντας βοηθέειν] Puto συνθησομένους pondus addere recepto ex ſchedis participio. Haec vero luxata et manca decernens vir eruditus ſua de penu in *Miſcell. Lipſienſibus* adſtruit, καὶ γὰρ οἷοί τε ἔσεσθαι περιγενέσθαι συμφρονήσαντες, εἴ κως ἕν τι γένοιτο τὸ ——. *poſse enim periculum effugere, ſi conſpirent, ſi unum quaſi*

Græcis impendente. Ferebantur autem res Gelonis magnæ eſſe, ut nullis non Græcis
146 maiores haberet vires. Ubi hæc eis placuere, et in gratiam inter ſe rediere, primo exploratores in Aſiam tres viros miſere: qui quum Sardes venisſent, et in ſpeculando regis exercitu deprehenſi eſſent, a ducibus pedeſtrium copiarum torti ducebantur tanquam perituri, lata in eos mortis ſententia. Id ubi Xerxes audiit, reprehenſa ducum ſententia, mittit quosdam e ſatellitibus iubens, ut ſi vivos adipiſcerentur ſpeculatores, ad ſeſe ducerent. Eos adhuc ſuperſtites adepti ſatellites, in regis conſpectum adduxerunt; qui ſciſcitatus qua de cauſſa venisſent, præcepit ſatellitibus, ut homines circumducerent, peditatum omnem equitatumque oſtentantes: et eos, ubi contemplando illa expleti fuisſent, ſine noxa dimitterent quocunque locorum ire ipſis li-
147 buiſſet. Hoc Xerxes ea ratione imperavit, quod cogitabat fore, ut ſi ſpeculatores necati fuisſent, neque Græci præſciſcerent potentiam ſuam eſſe fama maiorem, neque graviter læderent hoſtem tribus viris interemptis: at iisdem in Græciam regreſſis, fore ut Græci, quod ſe opinari dicebat, auditis rebus ſuis antequam expeditio hæc accederet, propriam libertatem proderent, atque ita non oporteret ſuſcipere moleſtiam de exercitu in eos ducendo. Hæc ſententia Xerxis cum altera quadam congruit: nam quum Abydi ageret Xerxes, vidit naves curſum tenentes per Helleſpontum, quæ frumentum e Ponto in AEginam Peloponneſumque portabant: quas ubi audiere eius aſſeſſores eſſe hoſtium, ſeſe ad eas corripiendas accingebant, intuentes in regem, quando id agi præciperet. Xerxes eos interrogavit quonam illi tenderent; qui quum reſpondisſent, Ad hoſtes tuos, domine, frumentum vehentes: tunc Xerxes excipiens: inquit, Nonne eodem, quo isti, et nos navigamus, tum rebus aliis,

[a] τοῖσι Ἕλλησι. τὰ δὲ Γέλωνος πρήγματα, μεγάλα ἐλέγετο εἶναι, [b] οὐδαμῶν Ἑλληνικῶν τῶν οὐ πολλὸν μέζω. Ὡς δὲ ταῦτά σφι ἔδοξε, καταλυσάμενοι
75 τὰς ἔχθρας, πρῶτα μὲν κατασκόπους πέμπουσι ἐς τὴν Ἀσίην ἄνδρας τρεῖς. οἱ δὲ, ἀπικόμενοί τε ἐς Σάρδις καὶ καταμαθόντες τὴν βασιλέος στρατιὴν, ὡς ἐπάϊστοι ἐγένοντο, βασανισθέντες ὑπὸ τῶν στρατηγῶν τοῦ πεζοῦ στρατοῦ, ἀπήγοντο ὡς [c] ἀπολευμένοι. καὶ τοῖ-
80 σι μὲν κατεκέκριτο θάνατος. Ξέρξης δὲ ὡς ἐπύθετο ταῦτα, μεμφθεὶς τῶν στρατηγῶν τὴν γνώμην, πέμπει τῶν τινας δορυφόρων, ἐντειλάμενος, ἢν καταλάβωσι τοὺς κατασκόπους ζῶντας, ἄγειν [d] παρ' ἑωυτόν· ὡς δὲ ἔτι περιεόντας αὐτοὺς κατέλαβον, καὶ ἤ-
85 γον ἐς ὄψιν [e] τὴν βασιλέος, τὸ ἐνθεῦτεν πυθόμενος ἐπ' οἷσι ἦλθον, [f] ἐκέλευσέ σφεας τοὺς δορυφόρους περιάγοντας ἐπιδείκνυσθαι πάντα τε τὸν πεζὸν στρατὸν καὶ τὴν ἵππον· ἐπὴν δὲ ταῦτα [g] θηεύμενοι ἔωσι πλήρεες, ἀποπέμπειν ἐς τὴν ἂν αὐτοὶ [h] ἐθέλωσι χώρην ἀσινέας.
90 Ἐπιλέγων δὲ τὸν λόγον τόνδε, ταῦτα ἐνετέλλετο, ὡς [i] εἰ μὲν ἀπώλοντο οἱ κατάσκοποι, οὔτ' ἂν τὰ ἑωυτοῦ πρήγματα προεπύθοντο οἱ Ἕλληνες ἐόντα λόγου μέζω, οὔτ' ἄν τι τοὺς πολεμίους μέγα ἐσινέατο, ἄνδρας τρεῖς ἀπολέσαντες· νοσησάντων δὲ τυτέων ἐς
95 τὴν Ἑλλάδα, δοκέειν ἔφη ἀκούσαντας τοὺς Ἕλληνας τὰ ἑωυτοῦ πρήγματα πρὸ τοῦ γόλου τοῦ γινομένου, παραδώσειν σφέας τὴν ἰδίην ἐλευθερίην, καὶ οὕτω [k] οὐδὲ δέησειν ἐπ' αὐτοὺς στρατηλατέοντας πρήγματα ἔχειν. [l] Οἶκε δὲ αὐτοῦ αὕτη ἡ γνώμη τῇ γε ἄλλῃ. ἐὼν γὰρ ὁ Ἀβύδῳ ὁ Ξέρξης, [m] εἶδε πλοῖα ἐκ τοῦ Πόντου
Ισιταγωγὰ, διεκπλώοντα τὸν Ἑλλήσποντον, ἔς τε Αἴγιναν, καὶ Πελοπόννησον κομιζόμενα. οἱ μὲν δὴ πάρεδροι αὐτοῦ ὡς ἐπύθοντο πολέμια εἶναι τὰ πλοῖα, ἑτοῖμοι ἦσαν αἱρέειν αὐτὰ, ἐσβλέποντες ἐς τὸν βασιλῆα,
5 ὁκότε παραγγελέει· ὁ δὲ Ξέρξης εἴρετο αὐτοὺς ὅκη πλέοιεν· οἱ δὲ εἶπαν, „ Ἐς τοὺς σοὺς πολεμίους, „ [n] ὦ δέσποτα, σῖτον ἄγοντες" ὁ δὲ, ὑπολαβὼν ἔφη, „ Οὐκῶν καὶ ἡμεῖς ἐκεῖ πλέομεν, ἔνθα περ [o] καὶ οὗ-„ τοι, τοῖσί τε ἄλλοισι [p] ἐξηρτυμένοι καὶ σίτῳ· τί „ δῆτα

a Abest articulus *Arch. V. Ask.* *b* Οὐδαμὰ ora *Steph.*; tum οὐ πολλῶν tres *Paris.* et *Brit.* *c* Ἀπολεύμενοι *Arch. Vind.*, ἀπολούμ. antea. Mox κατακέκριτο *Vind.* *d* Περὶ *Arch.* *e* Τοῦ id. *f* Ἐκέλευε *Pasſ.* *g* Θηεύμενοι *Pasſ. Ask. V. Arch.*, tum ſupra ἐπεὰν *Vind.*; olim θεεύμενοι. *h* Θέλωσι id. *Arch.* *i* Ἦν iid. *k* Οὐ δεήσ. *Arch. V.* *l* Ἔοικε *Pasſ. Ask.* *m* Οἶδε *Arch.* *n* Ὦ δέσπ. *Vind. Pasſ. Ask.*, ὦ βασιλεῦ *Arch.* hinc ὦ, quod aberat. Supra ὁκότε παραγγέλλοι Fragm. *Paris.*, παραγγέλλῃ *Brit.* *o* Deſit *Arch. Ask. Pasſ.*, tum ſequens τε. *p* Ἐξηρτημένοι *Med. Ask. Pasſ.*, ἐξηρτυμένοι *Arch. Vind. Paris. A. B. Brit. Ald.* &c.

quaſi corpus fiat Graeca natio. Quam quidem liberalitatem illi cupide redono, nihil contra tabulas innovandum opinatus, praeſertim re plana et oratione iuſto tramite eunte.

73. Οὐδαμῶν Ἑλληνικῶν τῶν οὐ πολλὸν μέζω] Mirum laudationis genus. *Valla* expreſſerat, *nec multo minores quam Graecorum*, tanquam ex μείω. Quod ſi foret, praeferrem τῶν οὐ πολλῶν ex ſcriptis, ut nullis Graecorum, modo ne admodum validi fuerint, vires Gelo habuerit minores. Πολλὸν et πολλὴν eam admittere notionem, cognitiſſimum est: *Philoſtratus* Vit. Ap. VI, 3. ΠΟΛΛΗΝ γὰρ ἡγοῦμαι τὴν θεὸν potentem valentemque, *Euripidis* pr. Hippol. exemplo, Πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι κοὐκ ἀνώνυμος Θεὰ κέκλημαι Κύπρις. In *Pavii* etiam coniecturam μείω venit, talem utique manſuram, donec aliunde melior medicina.

88. Ταῦτα θηεύμενοι] Leve hoc, ſed poſtulat ſcriptoris mos. Supra C. 44. θηεύμενος δὲ, et C. 212. λέγεται βασιλῆα θηεύμενον, quod redit L. VIII, 88. *Apollon. Rh.* I, 436. γήθει δὲ σέλας ΘΗΕΤΜΕΝΟΣ Ἰδμων. Merito autem generoſum hoc Xerxis facinus laudibus a *Polyaeno* fertur L. VII, 15, 2. et *Plutarcho* Apophthegm. p. 173. C., cui magnum illud et memorabile P. Scipionis apud *Polyb.* XV, 5. *Liviumque* L. XXX, 29. concedit nihil.

88. Ἐπὴν δὲ θεεύμενοι ἔωσι πλήρεες] Hinc θεεύμενος a *Porto* receptum: more noſtri ſcribendum θηεύμενοι. A θάω praeter θαύω, θαῦμα &c. fluxerunt θέομαι, θεάομαι, et θηέομαι hoc Ionicum et Herodoteum. —— Speculatores Xerxes dimitti voluit incolumes, postquam ista *ſpectandi ſatietate cupiditatem explevisſent.* Non illaudabile ſuperbi Regis factum *Polyaenus* enarrat VII, c. 15, 2. et huius ſimile viri vere magnanimi P. Cornelii Scipionis VIII, c. 16, 8. *Livio* narratum XXX, c. 29., qui ſpeculatores *per caſtra qua vellent circumduci iuſſit; percunctatusque, ſatin' per commodum omnia exploraſſent, datis qui proſequerentur retro ad Annibalem dimiſit:* illud neutrius, ſed factum memorat Valerii Laevini *Frontinus* IV, c. 7, 7. —— Quod ſequenti Cap. narratur feciſſe Xerxes, tradidit et *Polyaenus* p. 637. apud Herod. —— οὐκῶν, inquit, καὶ ἡμεῖς ἐκεῖ πλέομεν — τοῖσί τε ἄλλοισι ἐξηρτυμένοι καὶ σίτῳ· in his, ut ſaepe ſincerae deteriorem formam ἐξηρτημένοι ſuppoſuerat *Gronov.* τἄνδον ἐξάρτυε, *Eurip.* Elec. v. 422. *Herod.* II, c. 32., ὕδασί τε καὶ σιτίοισι εὖ ἐξηρτυμένους dixit: conf. *D'Orvill.* in *Chariton.* p. 549. VALCKEN.

97. Παραδώσειν σφέας τὴν ἰδίην ἐλευθερίην] Iubent *Pavius* et *Reiskius* σφέας καὶ τὴν —— aut σφέας τήν τε ἰδίην —— reſcribi, quibus aliud non repono, quam pronomen ex redundantia quadam collocatum videri. Non eſſe inſolitam utroque in ſermone eam abundantiam viri eruditi ad *Livium* L. XXV, 27. et *Lucian.* Dial. Marin. III. C. 1. pleno horreo oſtenderunt.

9. Ἐξηρτυμένοι καὶ σίτῳ] Iuvenes ὕδασί τε καὶ σιτίοισι εὖ ΕΞΗΡΤΤΜΕΝΟΙ L. II, 32. ad huius tuitionem

Argivi invitati ad ſocietatem belli contra Perſam, quid egerint; ſed ex relatione Argivorum.

„ δῆτα ἀδικέουσι οὕτω ἡμῖν σιτία παραχομίζοντες"; Οἱ μέν νυν κατάσκοποι οὕτω ξεησάμενοί τε καὶ ἀποπεμφθέντες, ἐπόρευσαν ἐς τὴν Εὐρώπην· οἱ δὲ συνωμόται Ἑλλήνων ἐπὶ τῷ Πέρσῃ, μετὰ τὴν ἀπόπεμψιν
428 τῶν κατασκόπων, δεύτερα ἔπεμπον ἐς Ἄργος ἀγγέλους. Ἀργεῖοι δὲ λέγουσι τὰ κατ' ἑωυτοὺς γενέσθαι ὧδε. πυθέσθαι γὰρ αὐτίκα κατ' ἀρχὰς τὰ ἐκ τοῦ βαρβάρου ἐγειρόμενα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· πυθόμενοι δὲ, καὶ μαθόντες ὡς σφέας οἱ Ἕλληνες [a] πειρήσονται παραλαμβάνοντες ἐπὶ τὸν Πέρσην, πέμψαι θεοπρόπους ἐς Δελφοὺς, τὸν θεὸν, [b] ἐπειρησομένους ὅ σφι μέλλει ἄριστον ποιεῦσι γενέσθαι· νεωστὶ γὰρ σφέων τεθνάναι ἑξακισχιλίους ὑπὸ Λακεδαιμονίων καὶ Κλεομένεος τοῦ Ἀναξανδρίδεω. τῶνδε δὴ εἵνεκα πέμπειν. τὴν δὲ Πυθίην ἐπειρωτῶσι αὐτοῖσι ἀνελεῖν τάδε,

[c] Ἔχθρὴ περιχτιόνεσσι, φίλ' ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Εἴσω τὸν προβόλαιον ἔχων, πεφυλαγμένος ἦσο,
Καὶ κεφαλὴν πεφύλαξο· [d] κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει.

ταῦτα μὲν τὴν Πυθίην χρῆσαι πρότερον. μετὰ δὲ, ὡς ἐλθεῖν τοὺς ἀγγέλους ἐς δὴ τὸ Ἄργος, [e] ἐπελθεῖν ἐπὶ τὸ βουλευτήριον, καὶ λέγειν τὰ ἐντεταλμένα. τοὺς δὲ πρὸς τὰ λεγόμενα ὑποκρίνασθαι, ὡς ἑτοῖμοί εἰσι Ἀργεῖοι ποιέειν ταῦτα, τριήκοντα ἔτεα εἰρήνην [f] σπεισάμενοι Λακεδαιμονίοισι, καὶ ἡγεόμενοι κατὰ τὸ ἥμισυ πάσης τῆς συμμαχίης. καί τοι κατά γε τὸ δίκαιον γίνεσθαι τὴν ἡγεμονίην ἑωυτῶν, ἀλλ' ὅμως σφι ἀποχρᾶν κατὰ τὸ ἥμισυ ἡγεομένοισι. Ταῦτα μὲν λέγουσι τὴν βουλὴν ὑποκρίνασθαι, καί περ ἀπαγορεύοντός σφι τοῦ χρηστηρίου μὴ ποιέεσθαι τὴν πρὸς τοὺς Ἕλληνας συμμαχίην· σπονδὴν δὲ ἔχειν σπονδὰς γενέσθαι τριηκονταέτιδας, καί περ τὸ χρηστήριον φοβεομένοισι· ἵνα δή σφι οἱ παῖδες ἀνδρεωθέωσι ἐν τούτοισι τοῖσι ἔτεσι, μηδὲ σπονδέων ἐουσέων ἐπιλέγεσθαι, ἢν ἄρα σφέας καταλάβῃ πρὸς τῷ γεγονότι κακῷ ἄλλο πταῖσμα πρὸς τὸν Πέρσην, μὴ [g] τολοιπὸν ἔωσι [h] τῶν Λακεδαιμονίων ὑπήκοοι. τῶν δὲ ἀγγέλων τοὺς ἀπὸ τῆς Σπάρτης πρὸς τὰ ῥηθέντα ἐκ [i] τῆς βουλῆς ἀμείλiis, tum frumento inſtructi? quid igitur hi officiunt nobis, quibus commeatum portant? Ceterum ſpeculatores illi rebus inſpectis dimiſſi in Europam rediere. Post 148
quorum reditum Græci qui contra Perſam coniurarant, nuncios iterum Argos miſerunt. Sed Argivi narrant hoc negotium apud ſe ita confectum eſſe. Audiſſe ſe ſtatim ab initio ea quæ ab barbaro excitarentur adverſus Græciam, et quum accepiſſent intellexiſſentque ab Græcis ſe tentatum iri, ut ipſos adſciſcerent contra Perſam, miſiſſe Delphos, quid eum conſulerent, quid ſibi facientibus eſſet optime eventurum, nuper enim ſex millia ſuorum fuiſſe interempta a Lacedæmoniis et Cleomene Anaxandridæ filio, eaque de cauſſa ſe mittere. Ita qui miſſi fuerant interrogantibus, ſic Pythiam reſpondiſſe,

Finitimis inviſe, deis dilecte beatis,
Interius tutamen habens, cautusque ſedeto,
Et tutare caput: nam membra tuebitur illud.

Hæc illis Pythiam prius reſpondiſſe. Postea vero quam nuncii Argos venerunt, ſenatumque ingreſſi mandata retulerunt, Argivi reſponderunt ad ea quæ dicebantur, ſe promptos eſſe in triginta annos pacificare cum Lacedæmoniis, percuſſo fœdere, et dimidium imperii penes ſe eſſe poſtulare, quanquam enim æquum foret ius imperandi ipſorum eſſe, tamen dimidio imperii ſe eſſe contentos. Hoc aiebant 149
ſuum ſenatum reſpondiſſe, quamvis diſſuadente oraculo ſocietatem contrahere cum Græcis: et licet formidarent oraculum, tamen ſerio urgere, ut fœdus triginta annorum feriretur; intra quos annos liberi ſui in virilem ætatem adoleſcerent: hac videlicet ratione, ne ſi qua calamitas ad ſuperius malum accederet in bello Perſico, niſi fœdera forent, in poſterum ſubiecti Lacedæmoniis eſſent. His dictis Argivorum a ſenatu, nuncios Spartanos ita reſpondiſſe, quod ad fœ-

a Med. Arcb. V. Paſſ. Ask. Paris. B. Brit., παρήσονται prius: οὐ παρήσονται Ed. *Genev.* *b* Εἰρησ. *Arcb. Vind.*, et ſtatim ποιεῦσι iidem. antea ποιέουσι. *c* Habet *Euſeb.* Praep. Evang. VI, 7. et *Chalcidius* in Tim. C. 7. p. 342. Ed. *Fabricii.* *d* Κάρα *Med. Paſſ. Ask. Paris. C. Brit.*, et σῶμα φυλάξει *Arcb.* ex gloſſa. *e* Ἐπελθεῖν *Med. Paſſ. Ask.*, olim ἐσελθ. *f* Σπεισόμενοι *Med. Paſſ.*, πεισόμενοι *Ask.* *g* Τὸν λοιπ. *Ask. Paſſ.* *h* Non est in *Arcb. V.* *i* Deſit illis etiam.

ſatis fuerant habiles. Accedet *Athenaei* L. XII. p. 511. D ὁ δὲ πᾶσιν ἐξηρτυμένος πρὸς ῥᾳσώνην, et *Menandri* Eclog. Legat. p. 124. *Ed. Hoeſcb.*, ἐπεὶ σὺν ἅπαντα αὐτῷ —— ἐξηρτυμένα ἦν, ubi idem priùs, quod in *Medic.*, peccatum. *D'Orvillium* confer ad *Chariton.* VI, 4. Xerxis illam in Graecorum nautas et mercatores lenitatem *Polyaen.* VII, 15, 3. neglectam noluit.

18. Πειρήσονται] Praeclarum e membranis auxilium. Quanto damnabilior Editoris *Genevenſis*, ſuſpicionem *H. Stephani* οὐ παρήσονται in orationem ſine monitu, ſine codice ſcripto, intrudentis, audacia: ſaltem *Porti* ſui veſtigia, adſcito παρέσονται, *aderunt*, legiſſet: quamquam nec id laudabile.

18. Πειρήσονται παραλαμβάνοντες] Quod in ſuo Cod. *Valla* legit, recte reſtituit ex *Med. Gronov.* pro παρήσονται, cuius loco οὐ παρήσονται *H. Stephanus*, παρέσονται non abſurde legebat *Ae. Portus:* absque Codd. non facile πειρήσονται alicui in mentem veniſſet, hac ſtructura non temere obvium, et, quantum recordor, in duobus tantum *Herodoti* locis, huius libri c. 172. et c. 139., οὐδαμοὶ ἂν ἐπειρῶντο ἀντιούμενοι βασιλεῖ.—— In oraculo Argivis edito, cuius priores duo verſus habet *Euſebius* ex *Oenomao* Praep. Ev. VI. p. 255., quid per τὸν vel τὸ προβόλαιον intellectum poëta voluerit, non exputo; per κεφαλὴν arcem forte deſignavit, Argis Λάρισσαν dictam teſtibus *Strabone*, *Steph. Byz.* aliisque. VALCKEN.

26. Εἴσω τὸν προβόλαιον] *Pavius* et *Reiskius*, viri Cl., τὸ προβόλαιον, *Euſebii* invito *Oenomao*, et ſchedis. Latine, liberius tamen et licentius, oraculum *Chalcidius* dedit: *Vicinis offenſa, Deo cariſima plebes, Armorum cohibe munimina, corporis omne Diſcrimen ſola capitis tutabitur umbra.* Mox ἐπελθεῖν ἐπὶ τὸ βουλευτήριον, quod in ſcriptis, ſcriptor non abnuet: ſic enim L. IX, 6. ἔλεγον τάδε ΕΠΕΛΘΟΝΤΕΣ ἐπὶ τοὺς Ἐφόρους. et C. 11. ἐπῆλθον ἐπὶ τοὺς Ἐφόρους &c.

36. Σφὶ ἀποχρᾶν κατὰ τὸ ἥμισυ ἡγεομ.] Secundum *Diodorum* XI, c. 3., ipſi Argivi miſſis ad commune Graecorum concilium legatis, ἐπηγγέλλοντο συμμαχήσειν, ἐὰν αὐτοῖς μέρος τι τῆς ἡγεμονίας συγχωρήσωσιν, quibus reſponſum refert praeter cetera, ſi barbarum habere mallent dominum, quam Graecum Imperatorem, ὀρθῶς αὐτοὺς ἔχειν ἡσυχίαν. —— Miror equidem quae Lacedaemonii legati cap. ſeq. Argivorum ſenatui reſpondiſſe traduntur de Rege Argivorum et duobus Spartanis: de duobus unus tantum hoc tempore ducebat exercitum post legem ante aliquot annos latam, quam ſupra commemorat V, c. 75. Libertatis et aequalitatis ſtudioſiſſimi ſi hac tempeſtate Regem habuerunt Argivi, illius, in hiſtoria quantum opinor, non memorati, vix ulla oportet fuerit auctoritas: *Pauſan.* II, p. 152., Ἀργεῖοι, inquit, ἅτε ἰσηγορίαν καὶ τὸ αὐτόνομον ἀγαπῶντες ἐκ παλαιοτάτου τὰ τῆς ἐξουσίας τῶν βασιλέων ἐς ἐλάχιστον προσήγαγον. VALCKEN.

43. Μηδὲ σπονδέων ἐουσέων ἐπιλέγεσθαι] Structura verborum anomala est. Exſpectabatur, ἐπιλεγομένοισι σπονδέων μὴ ἐουσέων, *conſiderantibus foedere nullo percuſſo.* Mutata ſeries est ex productiore, ut ſaepe alias, et interciſo ſermone. Bona hic *Porti* ſollertia, ni-

fœdera quidem attineret, se ad eos qui plures essent relegare: quod autem ad imperium, id vero sibi demandatum esse, ut responderent, ac sane dicere, sibi duos esse reges, Argivis unum, ideo non posse fieri ut alterutri Spartæ regi abrogaretur imperium: quominus cum iis duobus rex Argivus parem dignitatem obtineret, nihil obstare. Ita Argivi dicunt se noluisse perpeti Spartanorum insolentiam, sed præoptasse a barbaro imperari sibi, quam Lacedæmoniis cedere, atque ita edixisse nunciis, ut priusquam occideret sol, ex agro Argivo excederent; alioqui hostium loco futuros. Hoc ipsi Argivi sic se habere memorant; aliter tamen per Græciam narratur, Xerxem antequam bellum Græciæ inferret, misisse Argos caduceatorem: quo quum pervenit, ita fertur verba fecisse, Viri Argivi, Xerxes rex hæc vobis inquit, Nos arbitramur, Persem, ex quo nos progeniti sumus, fuisse filium Persei Danaës filii, ex Andromeda genitum, quæ fuit Cephei filia: ita igitur ex vobis oriundi sumus. Quod quum ita sit, nefas est et nos progenitoribus nostris inferre bellum, et vos aliis opem ferendo, nobis adversarios fieri; sed potius domi vestræ vos confidentes otium tenere, nam si mihi ex sententia succedet, nullos maiores quam vos faciam. Hæc Argivi quum audissent, habuisse alicuius momenti dicuntur, et statim quidem nihil promittentes vicissim poscere: sed quum ab Græcis adscisserentur, tunc partem imperii poposcisse, gnari eam Lacedæmoniis tamen sollicita. Ἀνακόλουθος oratio in Musis frequentatur, qua de doctissimus *Raphelius* in Epist. ad *Galat.* C. II, 6.

78. Εἰ Συρηκουσίοισι ἐόντες Ἀθ.] Superbum oratoris Attici dictum infregit hinc meo quidem arbitratu alienissima vocula εἰ, quae, ex vicino οἱ facile nata, quo hic ponitur modo construi non solet. Quae praecedunt sic sunt iungenda: ἄλλῳ δὲ παρήσομεν οὐδενὶ ναυαρχέειν· μάτην γὰρ ἂν —— εἴημεν κεκτημένοι· hic plena ponenda est distinctio. Novam periodum orator animosus sic orditur: Συρηκουσίοισι, ἐόντες Ἀθηναῖοι, συγχωρήσωμεν τῆς ἡγεμονίης; *Nos, qui sumus Atbenienses, Syracusanis cederemus principatu!* Pendet modus subiunctivus, συγχωρήσωμεν, a suppressis, θέλεις, vel βούλει ἵνα ——. Vehementiam dicti sentient, qui vel ad simi-

„ τες Ἀθηναῖοι [a] συγχωρήσωμεν τῆς ἡγεμονίης, ἀρ-
„ χαιότατον μὲν ἔθνος παρεχόμενοι, μοῦνοι δὲ ἐόντες
„ οὐ μετανάσται Ἑλλήνων. τῶν καὶ Ὅμηρος ὁ ἐπο-
„ ποιὸς ἄνδρα ἄριστον ἔφησε ἐς Ἴλιον ἀπικέσθαι, τά-
„ ξαι τε καὶ διακοσμῆσαι στρατόν. ὕτω οὐκ ὄνειδος
„ ἡμῖν ἐστι οὐδὲν [b] λέγειν ταῦτα". Ἀμείβετο Γέλων
τοῖσδε, „ Ξεῖνε Ἀθηναῖε, ὑμεῖς οἴκατε [c] τοὺς μὲν
434 „ ἄρχοντας ἔχειν, τοὺς δὲ [d] ἀρξομένους οὐκ ἔξειν.
„ ἐπεὶ τοίνυν οὐδὲν [e] ἐπιέντες ἔχειν τὸ πᾶν ἐθέλετε,
„ οὐκ ἂν φθάνοιτε τὴν ταχίστην ὀπίσω ἀπαλλασσό-
„ μενοι, καὶ ἀγγέλλοντες τῇ Ἑλλάδι ὅτι ἐκ τοῦ
„ σφετέρου τὸ ἔαρ αὐτῇ ἐξαραίρηται". οὗτος δὲ ὁ
νόος [f] τοῦδε τοῦ ῥήματος, τὸ ἐθέλει λέγειν. δῆλα
γὰρ [g] ὡς ἐν τῷ σφετέρῳ ἐστὶ τὸ ἔαρ δοκιμώτατον,
τῆς δὲ τῶν Ἑλλήνων στρατιῆς, τὴν ἑωϋτοῦ στρατιήν.
[h] στερισκομένην ὧν τὴν Ἑλλάδα τῆς ἑωϋτοῦ συμμαχίης,
εἴκαζε ὡς εἰ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ σφετέρου ἐξαραιρημένον εἴη.
Οἱ μὲν δὴ τῶν Ἑλλήνων ἄγγελοι [i] τοσαῦτα τῷ Γέ-
λωνι χρηματισάμενοι ἀπέπλεον. Γέλων δὲ πρὸς ταῦ-
τα δείσας μὲν περὶ τοῖσι Ἕλλησι μὴ οὐ [k] δυνέωνται τὸν

cederemus, qui ſumus Athenienſes, an-
tiquiſſimæ originis gens, ſolique Græco-
rum qui nunquam ſolum vertimus: e qui-
bus virum inſtruendo ornandoque exerci-
tu aptiſſimum Homerus etiam verſifica-
tor ait Ilium venisſe. Adeo non est de-
decus nobis ista commemorare. His Ge- 162
lon ista reſpondit, Hoſpes Athenienſis,
vos qui præſint habere videmini; quibus
præſint nequaquam. Quocirca quum ni-
hil cedentes totum obtinere velitis, quam-
celerrime hinc retro abſcedatis, renun-
ciaturi Græciæ, ver ex anno illi ex-
emptum esſe. Cuius dicti ſenſus hic est,
quem vult dicere; conſtat enim proba-
tiſſimam anni partem esſe ver; talem
esſe ſuum exercitum in exercitu Græ-
corum. Igitur ſi Græcia privaretur ſua
ſocietate, quaſi quoddam ver ex anno
ſublatum esſe coniectabat. Hoc reſpon- 163
ſo Gelonis accepto legati Græcorum ab-
navigarunt. Post hæc Gelon timens qui-
dem ille Græcis, ne ſuperare barba-
rum

a Συγχωρήσομεν *Arcb. Vind.* *b* Λέγειν ταῦτα ora *Steph. Arch. V. Paſſ. Ask. Brit.*, quibus obtempero: τὰ τοιαῦτα olim. *c* Τοὺς μὲν *Arch. V.*, deerat μὲν antea. *d* Ἀρχομένους οὐκ ἔχειν· ἐπεὶ *Arcb.* ora *Stepb. Brit.*, τοὺς δὲ ἀρξομένους οὐκ ἔχειν· ἐπεὶ *Vind.*, τοὺς δὲ ἀρχομένους οὐκ ἕξειν *Fragm. Paris.*, in *Med. Paſſ. Ask.* ἀρξομ. οὐκ ἕξειν· ἐπεί. olim ἕξειν οὐκέτι· ἐπεί. *e* Ἐπιέντες *Arcb. V. Paris. A. B. Brit. Ald. Valla*, ſequens ἔχειν deest *Arcb.* *f* Τοῦδε τοῦ *Arcb.*, quod melius: antea τοῦ tantum; tum τόδε ἐθ. *g* Deſit *Arcb. V. b* Καὶ συμμαχίην στερισκομένης εἴκασεν ὡσεὶ τὸ sic *Arch.* *i* Τοιαῦτα *Paſſ. Ask.* margo *Stepb.* *k* Δύνωνται *Med. Paſſ. Ask. Suid.* in Δείσαντες, δυνέωνται *Arcb. V.*, ob Ionismum recte. Vid. *Gronov.* ad L. IV, 97. δύνανται antea.

ſimilia, vel ad haec attenderunt *Demoſthenis* p. 49, 8., ἀξιῶν Ἀθηναίους ὄντας πρὸς τὸν ἐκ Πέλλης ὁρμώμενον περὶ τῶν νήσων διαδικάζεσθαι· p. 116, 35. ὑμεῖς δὲ, ὄντες Ἀθηναῖοι, βάρβαρον ἄνθρωπον καὶ ταῦτα γυναῖκα φοβηθήσεσθε; Tale quid indicatum voluit *Thucyd* VI, c. 59., ubi Hippias Acantidae filiam ſuam Archedicen, Ἀθηναῖος ὢν Λαμψακηνῷ ἔδωκεν. Quantam hic vim nomen haberet Ἀθηναίων mox explicat Athenienſis, ἀρχαιότατον μὲν ἔθνος παρεχόμενοι, μοῦνοι δὲ ἐόντες οὐ μετανάσται Ἑλλήνων· quae tractavit clariſ. *Weſſel.* ſupra p. 26. *Plutarcb.* de Exil. p. 604. D. τίς εἴρηκε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος ἐγκώμιον τοιοῦτον οἷον Εὐριπίδης; Ἥι πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν, Αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· ἀι δ' ἄλλαι πόλεις, Πεσσῶν ὁμοίως διαφερηθεῖσαι βολαῖς, Ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν ἐξαγώγιμοι. *Euripidis* ista, nobis ex Erechtheo ſervata, minus ſincera proſtant in orat. *Lycurgi* p. 160. VALCKEN.

81. Οὐ μετανάσται] Supra L. I, 56. Mox Meneſthea indicari *Galeus* admonuit, Poëta conſentiente *Iliad.* B, 554.

85. Τοὺς μὲν ἄρχοντας] Inſertam vocem requirebant ſequentia, in quibus Cl. *Gronovii* ex ſchedis opera eminet: equidem ex iisdem ἀρχομένους non adverſabar olim: at ſupra Laco ad Gelonem ἴσθι ΑΡΞΟΜΕΝΟΣ ὑπὸ Λακεδαιμονίων C. 160. Quod plures autem ſcripti οὐδὲν ὑπιέντες cum *Aldo*, laudibus docti viri fertur. *Suidae* Τφίει, συνεχώρει nemo neſcit, nemo quoque, gignendi plerumque caſum id ſibi ſumere. Ἐπιέντες *Portus* illuſtravit.

87. Οὐδὲν ἐπιέντες] Τπιέντες, ex *Arcb.* enotatum, reciperem. Vim verbi propriam et translatam *L. Kuſter.* attigit in *Ariſtoph.* Ran. v. 1251. Ubi *Ariſtides* pro Cimone T. III. p. 251., ὥσπερ ἂν εἰ πλέων, καὶ παρὸν ἐξ οὐρίας κομίζεσθαι, εἶτα ὑφιέμην ὑπὸ δειλίας. *Schol. MS.* εἰπὼν τὸ ἐξ οὐρίας, ἐπήγαγε τὸ Τφιέμην ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν χαλώντων τὰ ἱσία. Ut ὑφίεσθαι τῶν ἱστίων, dicebatur ὑφίεσθαι τοῦ τόνου· τῆς γλώττης· τῆς ὀργῆς· quorum primum est in *Ariſt.* Veſp. ϑ. 336. ſecundum reſtituendum est *Philoſtrato* V. A. III, c. 25. tertium, ὑπίεσθαι τῆς ὀργῆς, habet *Herod.* p. 134, 18. et alibi. Qui vocatur *Phalaris* Epiſt. 72., non ὑφῆκα, ſed ſcripserat, ut puto: πάντως που θαυμάζεις, ὅτι ὑφῆκα τῆς ὀργῆς. VALCKEN.

90. Τὸ ἔαρ αὐτῇ ἐξαραίρηται] Errantem *Vallam* comiter in viam *P. Leopardus* reduxit Emend. L. VIII, 1. Dicto Gelonis, quod idem animadvertit, parilem, immo iocundiorem, praeſtat elegantiam illud *Periclis* ex Orat. Parentali, *iuventutem Atticam*, *bello peremtam*, τὴν νεότητα ἐκ τῆς πόλεως ἀνῃρῆσθαι, ὥσπερ ΤΟ ΕΑΡ ΕΚ ΤΟΤ ΕΝΙΑΤΤΟΤ εἰ ἐξαιρεθείη in *Ariſtotelis* Rhetor. I. p. 30. et, verbis parum mutatis, III. p. 134. Ed. *Sylb.* Namque non eiusdem illud tumoris atque audaciae, ſed translationis laudatiſſimae, cuius nullam merito, quippe obviae et cognitu facillimae, Philoſophus explanationem addidit. Noſter adiunxit, modo tamen ipſius haec declaratio, verum talem, quae maculam Graeciae adfricat. Quid enim? an δῆλον erat, Gelonis copias Graecorum exercitui tantum praeſtare, quantum ver potius et nobilius aliis anni tempeſtatibus est? Et talia Herodotum, Graecorum ſummum praedicatorem, litteris prodere? Doctiſſimi viri *Pavius* et *Reiskius*, ut hiſtoriae auctor ab ea inmunis esſet culpa, δηλοῖ γὰρ ὡς —— Gelo nempe, maluerunt. Bene quidem, modo Herodotea forent. Puto Cl. *Valkenarium* omnia diſpuncturum.

90. Ἐκ τοῦ ἐν. τὸ ἔαρ ἀ. ἐξαραίρηται] Perverſam videtur in ſuo Cod. ſcripturam invenisſe *Valla*, ἐξαυαίνηται· et ἐξαυαινημένον· vertit enim, *ver ex anno illi exaruisse*: *Heſychii* Ἐξαυαίνεται est ex *Ariſtophanis* fragm. apud *Suidam* in Αὐαίνεται· qui deſcripſit istam notam ex *Scholiis* plenioribus in *Ar.* Ran. v. 196. —— Ἐξαραίρηται, per ſe ſatis tutum, magis etiam adfirmat Periclis dictum, quod, *Leopardo* memoratum Em. VIII, c. 1., cum his Gelonis compararunt *Ios. Waſſe* ad *Thucyd.* p. 118., et *P. Weſſel.* in Diſc. *Herod.* p. 46. —— Si verum licet fateri, mihi Herodoteum non valde placet Gelonis dictum, eleganter a Pericle correctum: *ver enim tanquam adoleſcentiam ſignificat*, *Cicero* de Senect. c. 19., ipsa *puerita* recte dicitur ἔαρ παντὸς βίου apud *Stobaeum* p. 453, 37. neque abſurde *Demades* ὁ ῥήτωρ ἔλεγε (*Athenaeo* teſte III, p. 99. D.) ἔαρ τοῦ δήμου τοὺς ἐφήβους. Iuventutem ex civitate bello ſublatam (Φιλεῖ γὰρ ἄνδρας πόλεμος ἀγρεύειν νέους, *Sophocles* in Scyriis:) non inepte dixerit quis in funebri laudatione, ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξαιρεθέν. VALCKEN.

90. Οὗτος δὲ ὁ νόος] Dicto Gelonis, ſive verbo ἐξαραίρηται, proxima ſi ſubiungerentur ista: στερισκομένην ὧν τὴν Ἑλλάδα τῆς ἑωϋτοῦ συμμαχίης εἴκαζε, ὡς εἰ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξαραιρημένον εἴη· intermedia nemo, credo, requireret; quae mihi nec *Herodoto* neque huius lectoribus ſatis digna videntur; iuvenumque potius in gratiam hunc ſimilemve in modum primitus ſcripta: οὗτος δὲ ὁ νοῦς τοῦ ῥήματος, ὃ ἐθέλει λέγειν, εἶναι τὸ δοκιμώτατον (δῆλα γὰρ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐστι τὸ ἔαρ δοκιμώτατον) τῆς τῶν Ἑλλήνων στρατιᾶς τὴν ἑαυτοῦ στρατιάν. Recepta facile formam induerunt Ionicam. Obſcuriora dicta, formulis etiam talibus nonnunquam adiectis, ſed ad istam rationem nusquam *Herodot.* interpretatur. VALCKEN.

98. Δείσας μ. περὶ τοῖσι Ε.] Excitans ista *Suidas* in Δείσαντες lectionem firmat *Med.* Δεῖσαι περί τινι ad exemplum

rum non posſent, et tamen indignum atque intolerandum ſibi ratus, ut profectus in Peloponneſum ſubesſet Lacedæmoniis, qui Siciliæ tyrannus esſet, omisſa hac via aliam iniit. Nam ſimulatque audiit Perſam transmiſisſe Helleſpontum, Delphos miſit cum tribus navibus quinquagenum remorum Cadmum Scythæ filium Coum, multa cum pecunia ac placidis verbis, ad obſervandum quo caſura esſet pugna: ut ſi barbarus vinceret, ei pecuniam traderet terramque et aquam eorum locorum quibus Gelon imperaret; ſin vincerent Græ-
164 ci, retro navigaret. Hic Cadmus ante id tempus, quum tyrannidem Coorum a patre accepisſet bene cedentem et nullo moleſto incurrente, ſed ſua ſponte ob iuſtitiam, in medium Cois reddito imperio, in Siciliam abiit: ubi una cum Samiis tenuit atque incoluit urbem Zanclam, cuius nomen in Mesſanam mutatum est. Hunc igitur Cadmum, hoc modo accedentem, Gelon ob iuſtitiam, quam illi ex aliis rebus adesſe noverat, miſit: qui homo præter alia quæ edidit opera iuſta, hoc non mi-
165 nimum illorum reliquit; quod tantum pecuniæ a Gelone commisſum intervertere quum posſet, noluit, ſed posteaquam Græci pugna navali ſuperiores extitere, et Xerxes cum exercitu abiit, ipse etiam in Siciliam rediit cum omni pecunia. Fertur autem et hoc ab iis, qui Siciliam incolunt, Gelonem inducto ad obtemperandum Lacedæmoniis animo, fuisſe laturum Græcis auxilia, niſi Terillus Crinippi filius eiectus ex Himera, ubi erat tyrannus, a Therone AEneſidemi filio Agrigentinorum monarcho, contra ipsum adduxisſet ſub id

τὸν βάρβαρον ὑπερβαλέσθαι, δεινὸν δὲ καὶ οὐκ ἀνασχετὸν ποιησάμενος ἐλθὼν ἐς Πελοπόννησον ἄρχεσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων, ἐὼν Σικελίης τύραννος, ταύτην μὲν τὴν ὁδὸν ἠμέλησε, ὁ δὲ ἄλλης εἴχετο. ἐπεί τε γὰρ τάχιστα ἐπύθετο τὸν Πέρσην διαβεβηκότα τὸν Ἑλλήσποντον, πέμπει πεντηκοντέροισι τρισὶ Κάδμον τὸν Σκύθεω, ἄνδρα Κῶον, ἐς Δελφοὺς, ἔχοντα χρήματα πολλὰ, καὶ φιλίους λόγους, [a] παραδοκήσοντα τὴν μάχην, ἢ [b] πεσέεται· καὶ ἢν μὲν ὁ βάρβαρος νικᾷ, τά τε χρήματα αὐτῷ διδόναι, καὶ γῆν τε καὶ ὕδωρ, τῶν ἄρχει ὁ Γέλων· ἢν δὲ οἱ Ἕλληνες, ὀπίσω ἀπάγειν. Ὁ δὲ Κάδμος οὗτος, πρότερον τουτέων παραδεξάμενος παρὰ πατρὸς [c] τὴν τυραννίδα Κώων, εὖ βεβηκυῖαν, [d] ἐκὼν τε εἶναι, καὶ δεινοῦ ἐπιόντος οὐδενὸς, ἀλλ' [e] ἀπὸ δικαιοσύνης, ἐς μέσον Κώοισι καταθεὶς τὴν ἀρχὴν, [f] οἴχετο ἐς Σικελίην. ἔνθα [g] μετὰ Σαμίων ἔσχε τε καὶ κατοίκησε πόλιν Ζάγκλην τὴν ἐς [h] Μεσσήνην μεταβαλοῦσαν τὸ οὔνομα. τοῦτον δὴ [i] ὧν ὁ Γέλων τὸν Κάδμον καὶ τοιούτῳ τρόπῳ ἀπικόμενον, διὰ δικαιοσύνην, τήν οἱ αὐτὸς ἄλλην [k] συνήδεε ἐοῦσαν, ἔπεμπε. ὃς ἐπὶ τοῖσι ἄλλοισι δικαίοισι τοῖσι ἐξ ἑωυτοῦ ἐργασμένοισι, καὶ τόδε οὐκ ἐλάχιστον τετέων [l] ἐλείπετο. κρατήσας γὰρ μεγάλων χρημάτων, τῶν οἱ Γέλων ἐπετρέπετο, παρεὸν κατασχέσθαι, οὐκ ἐθέλησε· ἀλλ' ἐπεὶ οἱ Ἕλληνες ἐπεκράτησαν τῇ ναυμαχίῃ, καὶ Ξέρξης οἰχώκεε ἀπελαύνων, καὶ δὴ καὶ ἐκεῖνος ἀπίκετο ἐς τὴν Σικελίην, [m] ἀπὸ πάντα τὰ χρήματα ἄγων. Λέγεται δὲ καὶ τάδε ὑπὸ τῶν ἐν Σικελίῃ οἰκημένων, ὡς ὅμως καὶ μέλλων ἄρχεσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων ὁ Γέλων, ἐβοήθησε ἂν τοῖσι Ἕλλησι, εἰ μὴ ὑπὸ Θήρωνος τοῦ Αἰνησιδήμου [n] Ἀκραγαντίνων μυνάρχου ἐξελαθεὶς ἐξ Ἱμέρης Τήριλλος ὁ Κρινίππου, τύραννος ἐὼν Ἱμέρης, ἐπῆγε [o] ὑπ' αὐ-

a Habet *Suidas* in Voc. *b* Πεσεῖται *Arch. Suid.* *c* Omittit *Arch. Pasſ.* *d* Exſcripſit *Thom. Mag.* in Ἐκών. *e* *Med. Pasſ. Ask. Th. Mag.*, ceteri ὑπό. *f* Ὤχετο *Arch. V.*, in *Thoma* olim εἴχετο· reſtituit verum Cl. *Oudendorpius* ex MSS. *g* Παρὰ margo *Steph. Brit. Pasſ.*, tum οἴκησε *Arch. V.* *h* Ἐν Μεσσήνῃ *Ask. Med.*, haud pulcre. Mox τὸ οὔνομα *Arch.* bene. alii τοὔν. *i* Abest *Vind. Arch. Ask.*, porro τοιούτῳ τρόπῳ iid. cum *Med. Pasſ.*, prius τοιῷδε τρόπῳ. *k* Ἤδεεν *Arch. V.* et mox ἀνέπεμπεν *Arch.* *l* Ἐλίπετο *Arch. V.* *m* Abest ab *Arch. V.*, ἅπαντα *Brit.* *n* Haec duo in margine *Arch.*, nupera manu. Ceterum Αἰνεσιδ. *Vind.*, ut ſupra, omnes quoque ἐξελαθεὶς. *o* Τπ' αὐτὸν *Arch. Vind.*, ἐπ' αὐτὸν alii.

emplum Noſtri frequentarunt *Thucydides*, *Ariſtophanes*, *Philoſtr.* aliique Sophiſtae. —— Quem Delphos ſpeculatorem miſit, ut ob iuſtitiam ſibi habuit Gelo commendatum, Κάδμον τὸν Σκύθεω, ſimiliter Scythen Zanclaeorum Regem ſecundum *Herod.* VI, c. 24., Darius ἐνόμισε πάντων ἀνδρῶν δικαιότατον εἶναι, ὅστις ἐκ τῆς Ἑλλάδος πρὸς ἑωυτὸν ἀνέβησαν· hunc Cadmi Coï patrem esſe cenſuit *Iac. Perizon.* diſſentiente *Weſſelingio* ad *Herod.* p. 448. Quid ſi patris Cadmi fuerit ille patruus? ni enim ex eadem fuisſet familia, mirum esſet, Cadmum in Siciliam Zanclen habitatum concesſisſe, quam Scythes olim tenuerat imperio: cum Cadmo venisſe traditur in Siciliam *Epicharmus*, *Suidae* in Ἐπίχαρμος. VALCKEN.

6. Καὶ φιλίους λόγους] Quibus, ſi ita res ferret, Perſam regem comiter alloqueretur, Gelonſque conciliaret. Sic L. VIII, 106. ἔλεγε πρὸς αὐτὸν πολλοὺς καὶ φιλίους λόγους. Namque διφασίους λόγους corrigi, neceſſum haud opinor, ſiquidem ad amicitiae illam teſtificationem διδόναι γῆν τε καὶ ὕδωρ manifeſto ſpectat. De Cadmo ad L. VI, 23.

10. Ὁ δὲ Κάδμος οὗτος] Primum dicitur a patre traditam accepisſe τὴν τυραννίδα Κώων εὖ βεβηκυῖαν, id est εὐσταθῆ, *bene ſtabilitam*, recte reddidit *H. Steph.* Monitore fidelisſimo, *T. Hemſterhuſio* apud *Lucian.* p. 278., βεβηκέναι ſignificat *firmo certoque gradu nixum conſiſtere: cautus* Imperator, ἀσφαλῆς *Euripidi*, *Archilocho* est ἀσφαλέως βεβηκὼς apud *Dion. Chrys.* p. 399. B. *Fortunati Sophocli* in El. v. 985., et eidem dicuntur *Archilocho* εὖ βεβηκότες, ſic ut primam verbi poteſtatem proxime reſpiciat apud *Stobaeum* p 561, 53., ſaepe Dii μάλ' εὖ βεβηκότας Τπτίους κλίνουσ'· ita ſcribendum est pro κινοῦσ'· εὖ τὴν Ἑλλάδα ἔτι βεβηκυῖαν, *florentem adhuc Graeciam* dixit *Pauſan.* III. p. 222. de felici civitatis ſtatu poſuerat forte *Phiioſtratus* V. A. IV, c. 8. εὖ βήσεται ἡ πόλις, μᾶλλον δὲ ἑστήξει· eidem p. 702, 8. reſtituisſe dicitur *Salmas.* εὖ βεβηκότα· quod illinc forſan, ut e *Philoſtrato* plurima, *Suidas* enotatum reddidit εὐσταθῆ. —— Mox imperio ſe Cadmus abdicasſe dicitur ἐκών τε εἶναι καὶ δεινοῦ ἐπιόντος οὐδενὸς, ἀλλ' ἀπὸ δικαιοσύνης. In his defendi poterit ἐπιόντος, legi tamen etiam ἐπεόντος· quae *Koenii* est coniectura: Lectionem *Mediceam*, ἀπὸ praebet *Thomas Mag.* in Ἐκὼν εἶναι· ubi quae proxima ſuccedunt Herodoteis, γράφεται δὲ καὶ ἐκόντες ὄντες duas habent ſyllabas male repetitas: ſcripserat *Thomas* ἐκόντες εἶναι· quod bis reperitur et apud *Herod.* VIII, c. 30. IX, p. 511, 27. his rarius dat exemplum *Plato* T. III. p. 252. A. VALCKEN.

12. εὖ βεβηκυῖαν] *Bene firmam* et fundatam. *Pauſan.* III, 7. ὁ πόλεμος οὗτος εὖ τὴν Ἑλλάδα ἔτι ΒΕΒΗΚΤΙΑΝ διέσεισεν ἐκ βάθρων. Hinc ἐχθροὶ εὖ βεβηκότες in *Sophocl.* Elect. v. 985., explicante Critico, βεβαίως ἱσάμενοι et μάλ' εὖ βεβηκότες *Archilochi* Florileg. *Grot.* ex *Stobaeo* p. 437. Contra ea ἐπισφαλῶς βεβηκότα *infirmiter poſita*, ut *Hieronymus*, Sapient. *Salomon.* C. IV, 4. At *Hemſterhuſium* vide in *Luciani* Dial. D. XXV. p. 278. et *H. Valeſium* ad *Euſebii* Hiſt. Eccl. L. X, 4. p. 192. Ἐκών τε εἶναι, a *Thoma* in rarioribus ob negationis abſentiam cenſitum, ſupra quoque C. 104.

28. Ἐβοήθησε ἂν τοῖσι Ἕλλησι] Talia de Gelone *Ephorus* apud Interpretes *Pindari* Pyth. Od. I., quem an *Timaeum* in Punico contra Siciliam, uterque id deſcripserat, bello ducem ſibi legerit *Diodorus* L. XI, 20. ſeqq., incertum manet. Iuſtum ex *Arch. Vind.* videtur, ἐπῆγε ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον, quae et *Reiskii* coniectura. *Diodorus* τοῖς αὐτοῖς χρόνοις eadem de re L. XI, 1.

Tumultus in Sicilia. Causa per Siculos iactata expeditionis Amilcaris in Siciliam, post cladem se cremantis, ut nusquam foret. Unde orta eum superstitio.

αὐτὸν τὸν χρόνον τοῦτον, Φοινίκων, καὶ Λιβύων, καὶ Ἰβήρων, καὶ Λιγύων, καὶ [a] Ἑλισύκων, καὶ Σαρδόνων, καὶ [b] Κυρνίων τριήκοντα μυριάδας, καὶ στρατηγὸν αὐτέων, Ἀμίλκαν τὸν Ἄννωνος, Καρχηδονίων ἐόντα [c] βασιλῆα. κατὰ ξεινίην τε τὴν ἑωυτοῦ ὁ Τήριλλος ἀναγνώσας, καὶ μάλιστα διὰ τὴν [d] Ἀναξίλεω τοῦ Κρητίνεω προθυμίην, ὃς Ῥηγίου ἐὼν τύραννος, τὰ ἑωυτῷ τέκνα δοὺς ὁμήρους Ἀμίλκᾳ, [e] ἐπῆγέ μιν ἐπὶ τὴν Σικελίην, τιμωρέων τῷ πενθερῷ. Τηρίλλῳ γὰρ εἶχε θυγατέρα Ἀναξίλεως, τῇ οὔνομα ἦν Κυδίππη. οὕτω δὴ οὐκ οἷόν τε γενόμενον [f] βοηθέειν τὸν Γέλωνα τοῖσι Ἕλλησι, ἀποπέμπειν ἐς Δελφοὺς τὰ χρήματα. Πρὸς δὲ, καὶ τάδε λέγουσι, ὡς συνεβη τῆς αὐτῆς ἡμέρης ἔν τε τῇ Σικελίῃ Γέλωνα καὶ Θήρωνα νικᾶν Ἀμίλκαν τὸν Καρχηδόνιον, καὶ ἐν Σαλαμῖνι τοὺς Ἕλληνας τὸν Πέρσην. τὸν δὲ Ἀμίλκαν, Καρχηδόνιον ἐόντα πρὸς πατρὸς, μητρόθεν δὲ Συρηκούσιον, βασιλεύσαντά τε, κατ' ἀνδραγαθίην, Καρχηδονίων, ὡς ἡ συμβολὴ [g] τε ἐγένετο, καὶ ὡς ἐσσοῦτο τῇ μάχῃ, ἀφανισθῆναι πυθόμαν. οὔτε γὰρ ζῶντα, οὔτε ἀποθανόντα φανῆναι οὐδαμοῦ γῆς· τὸ πᾶν γὰρ ἐπεξελθεῖν διζήμενον Γέλωνα. Ἔστι δὲ ὑπ' αὐτέων Καρχηδονίων ὅδε [h] ὁ λόγος λεγόμενος, εἰκόνι χρεωμένων, ὡς οἱ μὲν βάρβαροι τοῖσι Ἕλλησι [i] ἐν τῇ Σικελίῃ ἐμάχοντο, ἐξ ἠοῦς ἀρξάμενοι μέχρι δείλης ὀψίης· ἐπὶ τοσοῦτο γὰρ [k] λέγεται ἐλθοῦσαν τὴν σύστασιν. ὁ δὲ Ἀμίλκας ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ μένων ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ἐθύετο καὶ [l] ἐκαλλιρέετο ἐπὶ πυρῆς μεγάλης σώματα ὅλα καταγίζων· ἰδὼν δὲ τροπὴν τῶν ἑωυτοῦ γινομένην, ὡς ἔτυχε [m] ἐπισπένδων τοῖσι ἱροῖσι, ὥστε ἑωυτὸν ἐς τὸ πῦρ. οὕτω δὴ καταχαυθέντα ἀφανισθῆναι. ἀφανισθέντι δὲ Ἀμίλκᾳ τρόπῳ εἴτε τοιούτῳ, ὡς Φοίνικες λέγουσι, εἴτε ἑτέρῳ, [n] ὡς Καρχηδόνιοι, τοῦτο μέν οἱ θύουσι, τοῦτο δὲ,

id tempus Phœnicum et Afrorum et Iberorum et Ligurum et Helisycorum et Sardonum et Cyrniorum trecenta millia, duce eorum Amilcare Annonis filio Carthaginensium rege: quem Terillus conciliatum et hospitii necessitudine, et præcipue prompta animi voluntate Anaxilai Cretinei filii, Rhegini tyranni, qui filios suos Amilcari obsides dedit, induxit in Siciliam ulciscendi soceri caussa: habebat enim Anaxilaus in matrimonio Terilli filiam, nomine Cydippam. Ita Gelonem, quum nequiret auxilia Græcis ferre, Delphos misisse pecuniam. Præterea aiunt iidem contigisse, ut eodem die Gelon et Theron Amilcarem Carthaginensem in Sicilia superarint, quo Græci in Salamine Persam. Quinetiam Amilcarem, qui a patre quidem Carthaginensis, a matre vero Syracusanus erat, et ob virtutem rex Carthaginensium, quum conflixisset, prœlio victum, e conspectu fuisse ablatum audio, nec usquam gentium aut vivum aut mortuum comparuisse: omnia enim Gelonem indagando lustravisse. Apud ipsos autem Carthaginenses illius imaginem servantes, hæc fama est, dum barbari cum Græcis in Sicilia ab aurora ad crepusculum pugnarent, tamdiu enim traxisse dicitur conflictus, interea Amilcarem in castris manentem sacrificasse atque litasse in ingenti pyra integra corpora adolentem: sed quum conspiceret suos in fugam versos, ut erat adfundens libamenta sacris, sese in ignem misisse, atque ita combustum e conspectu sublatum. Cui, sive hoc modo, ut Phœnices, sive alio, ut Carthaginenses memorant, ex oculis ablato, partim

[a] Ἐσιλύκων marg. *Steph. Pasi.* [b] Βυρνίων *Ask.* et ora *Steph.*, Κυρνίκων *Brit.* male omnes. [c] Βασιλέα *Arcb. Ask. Vind.* [d] Ἀξίλεω *Pasi.*, Ἐξίλεω *Ask.* [e] Ἐπῆγε ἐπὶ *Arcb. Pasi. Ask. Vind.* [f] Βοηθέειν τὸν Γέλωνα *Arcb. V. Pasi. Ask.*, quos laudo. Antea Γέλωνα βοηθέειν tantum. [g] Defit *Arcb.*, ἐγίνετο *Pasi. Ask.* [h] Omittitur in *Ask. Arcb.* [i] Absunt haec tria *Arcb.* [k] Λέγειν idem. [l] Ἐκαλλιρέετο *Ask.*, solita sibi scriptione. [m] Ἐπισπένδει *Arcb.*, et mox ὧδε ἑωϋτὸν, *Brit.* ὥσε ἑωϋτ. [n] Ὡς Καρχηδόνιοί τε καὶ Συρηκούσιοι *Pasi. Ask.* et *Steph.* ora cum *Valla.*

33. Ἑλισύκων] Bene habet. Ἑλίσυκοι ex *Hecataeo* ἔθνος Λιγύων *Stephan. Byz.* Apud alios silentium de illis. Equidem indicia *Helviorum* et *Helvetiorum* nominis agnosco; mirorque Cl. *Lud. de Bochat* Memor. Critic de Helvet. T. I. p. 51., et quos ille laudavit, operam his tralaticiam negasse. Mox βασιλῆα in στρατηγὸν ad *Aldinam* meam mutavit vir doctus, oblitus Carthaginensium duces, quod alibi ostensum, *reges* adpellatos. Vid. *Polyaen.* I, 27, 2.

33. Ἑλισύκων καὶ Σαρδόνων] Ex *Hecataeo* memorantur *Stephano Byz.* Ἑλίσυκοι, ἔθνος Λιγύων. *Sardorum* nomen addubito Σαρδόνων scripserit, an Σαρδινίων· hoc tamen praefero. Κύρνιοι notissimi sunt Sardorum vicini. —— Quod infra dicitur in Sicilia victus Amilcar quo die Salaminiacam de Persis Graeci victoriam reportarunt, accuratius traditur a *Diodoro* XI, c. 24. *Wesseling.* et *Perizon.* in *AElian.* V. H. VI, c. XI. VALCKEN.

44. Ὡς συνέβη τῆς αὐτῆς ἡμέρης] *Aristoteles* περὶ Ποιητικ. C. 23. consentit, non *Diodorus*, qui eundem in diem hanc Gelonis et Leonidae ad Thermopylas pugnam contulit, male ex disputatione Celeb. *Barbeyracii* ad Histor. Pactor. et Foeder. Tom. I. p. 90.

54. Εἰκόνι χρεωμένων] Quid hoc? an *illius imaginem colentes*, quomodo olim *Valla*, an uti Latina nunc, *illius imaginem servantes?* Neutrum rei et sermonis genio respondet. Plausum abstulit meritissimum doctissimi *Galei* εἰκότι χρεωμένων, pro quo paullo plenius L. III. C. 111. εἰκότι λόγῳ χρεώμενοι, *probabili ratione utentes:* nec differt supra C. 103. Φέρε ἴδω παντὶ τῷ ΕΙΚΟΤΙ. In rebus obscuris quod signis certissimis, qualia Poenis deerant, cognosci quitum non est, ad τὰ εἰκότα *vero similia* et coniecturalia venitur. *Hyperides*, ἃ δ' ἐστὶν ἀφανῆ, ἀνάγκη τοὺς διδάσκοντας τεκμηρίοις καὶ ΕΙΚΟΣΙ ζητεῖν in *Clementis Alex.* Strom. VI. p. 747. et *Theodoreti* Orat. ad Graec. VI. p 102.

54. Εἰκόνι χρεωμένων] Εἰκότι corrigunt *Galeus* et *Reiskius*; utriusque ignarus οἰκότι legendum vidit et *Koenius.* —— Infra *Valla* legit, ut est in margine Ed. *Steph.* ἀφανισθέντι δὲ Ἀμίλκᾳ, τρόπῳ εἴτε τοιούτῳ ὡς Φοίνικες λέγουσι, εἴτε ἑτέρῳ, ὡς Καρχηδόνιοί τε καὶ Συρηκούσιοι, τοῦτο μὲν οἱ θύουσι, —— per *Phoenices* ego *Carthaginienses* intelligerem; quorum adeoque nomen in marginem malim reiectum, ut legatur, εἴτε ἑτέρῳ, ὡς Συρηκούσιοι· ut inventori stratagematis Geloni suo honorificam, narrationem de Amilcaris morte forte Syracusanorum nobis exhibet Polyaenus I, c. 27, 2. —— Regi Carthaginienses ἀφανισθέντι θύουσι tanquam Deo. Praeter cetera, haec nobis de Iuliano narrat Imperatore *Gregorius Nazianz.* Stelit. II. pag. 117. B. πολλοὺς εἰδὼς τῶν πρὸ αὐτοῦ δόξης ἠξιωμένων, ὡς ἂν ὑπὲρ ἄνθρωπον νομισθεῖεν, τέχναις τισὶν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθέντας, καὶ διὰ τοῦτο θεοὺς νομισθέντας, ἔρωτι τῆς αὐτῆς δόξης ἐαλωκὼς —— ῥίψαι κατὰ τοῦ ποταμοῦ πειρᾶται τὸ σῶμα· huius rei sit penes oratorem Theologum fides: nostrae aetatis hominibus veraciora videbuntur de vanissimis philosophastris *Heraclide* Pontico et *Empedocle* narrata *Diogeni* quoque *Laërtio* V, 89, 91. VIII, 79. *Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus AEtnam Insiliit.* VALCKEN.

64. Ὡς Καρχηδόνιοι] Fieri non potest, quin aliquid turbatum hic sit. Superius enim ὡς Φοίνικες Carthaginienses includit, quippe eiusdem originis et meros Φοίνικας L. II, 32. et L. IV, 197. Si, Carthaginiensibus expulsis, legeris ὡς Συρήκοσιοι, qui in schedis nonnullis opera frustranea erit, siquidem Syracusanis de Amilcaris, namque Gelo de eo sollicite quaerens nihil conpererat, interitu incerta atque inexplorata omnia. Sola praeterea Poenorum super eius exitu describitur

tim ſacrificant, partim extruxerunt monumenta in omnibus coloniarum urbibus et præcipuum in ipsa Carthagine. Hactenus quæ ad Siciliam attinent. Corcyræi autem aliud legatis reſponderunt, aliud fecerunt: nam quum eos iidem qui in Siciliam ierant, adſumerent, iisdem quibus Gelonem verbis alloquuti, hi vero polliciti ſunt confeſtim ſe auxilia miſſuros ac præſidio futuros, negantes ſibi Græciam pereuntem neglectui habendam: quæ ſi collaberetur, nihil aliud ſibi ſuperesſe, quam ut primo quoque die ſervirent; ideoque ſibi, quoad maxime poſſent, illam esſe adiuvandam. Hæc illi aſpectu ſpecioſa reſponderunt: at ubi ferre opem oportuit, aliud habentes in animo, ſexaginta naves inſtruxere: ægreque in altum evecti, Peloponneſo applicuere, ac circa Pylon ac Tænaron oræ Lacedæmoniorum naves in ſalo ſtatuerunt; obſervantes et ipſi bellum quo caderet, deſperantes quidem fore ut Græci ſuperarent, ſed opinantes Perſam multo ſuperiorem univerſæ Græciæ imperaturum. Itaque ſtudio et aſtu id egerunt, ut hæc ad Perſam haberent, Adſciſcentibus nos Græcis ad hoc bellum, o rex, qui copias habemus non ſane minimas et naves præbemus non minimas, ſed plurimas ſecundum Athenienſes, tamen adverſus te ire noluimus, aut quippiam tibi ingratum facere. Hæc dicendo ſperabant ſe plus aliquid quam ceteros ablaturos, quod etiam, ut mihi videtur, contigit. Ad Græcos autem excuſationem paravere, qua etiam uſi ſunt: accuſantibus enim Græcis quod opem non tuliſſent, dixere ſexaginta ſe triremes armaviſſe, ſed per ventos eteſias ſuperare Maleam nequiſſe: atque ita ad Salaminem non veniſſe, nec ullam malitiam in cauſa fuiſſe, ut post navalem pugnam venerint. Et isti quidem ita Græcos ſummoverunt. Cre-

δὲ, μήματα ἐποίησαν ἐν πάσησι τῇσι πόλισι τῶν ἀποικίδων· ἐν αὐτῇ τε μέγιστον [a] Καρχηδόνι. Τὰ μὲν ἀπὸ Σικελίης, τοσαῦτα. Κερκυραῖοι δὲ τάδε ὑποκρινάμενοι τοῖσι ἀγγέλοισι, τοιάδε ἐποίησαν· καὶ γὰρ τούτους παρελάμβανον οἱ αὐτοὶ οἵπερ [b] καὶ ἐς Σικελίην ἀπίκατο, λέγοντες τοὺς αὐτοὺς λόγους τοὺς καὶ πρὸς Γέλωνα ἔλεγον· οἱ δὲ παραυτίκα μὲν [c] ὑπέσχοντο πέμψειν τε καὶ ἀμυνέειν, Φράζοντες ὡς οὔ σφι περιοπτέη ἐστὶ ἡ Ἑλλὰς ἀπολλυμένη· ἢν γὰρ σφαλῇ, σφεῖς γε οὐδὲν ἄλλο ἢ δουλεύσουσι τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερέων, ἀλλὰ τιμωρητέον εἴη ἐς τὸ δυνατώτατον· ὑπεκρίναντο μὲν οὕτω εὐπρόσωπα. ἐπεὶ δὲ ἔδει βοηθέειν, ἄλλα [d] νοεῦντες, ἐπλήρωσαν νέας ἑξήκοντα. μόγις δὲ ἀναχθέντες, προσέμιξαν τῇ Πελοποννήσῳ. καὶ περὶ Πύλον καὶ Ταίναρον γῆς τῆς Λακεδαιμονίων [e] ἀνεκώχευον τὰς νέας, καραδοκέοντες καὶ οὗτοι τὸν πόλεμον, ἢ πεσέεται· [f] ἀελπτέοντες μὲν τοὺς Ἕλληνας [g] ὑπερβαλέεσθαι, δοκέοντες δὲ τὸν [h] Πέρσην, καταχρατήσαντα πολλὸν, ἄρξειν πάσης τῆς Ἑλλάδος. ἐποιέοντο ὦν ἐπίτηδες ἵνα ἔχωσι πρὸς τὸν Πέρσην [i] τοιάδε, „ Ὦ „ βασιλεῦ, ἡμεῖς, παραλαμβανόντων τῶν Ἑλλήνων [k] ἡμέας ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον, ἔχοντες δύ„ναμιν οὐκ ἐλαχίστην, οὐδὲ νέας ἐλαχίστας πα„ρασχόντες ἐν, ἀλλὰ πλείστας, μετά γε Ἀ„θηναίους, οὐκ ἐθελήσαμέν τοι [l] σφᾶντιῶσθαι, „ οὐδέ τι ἀποθύμιον ποιῆσαι". τοιαῦτα λέγοντες, ἤλπιζον πλέον τι τῶν ἄλλων οἴσεσθαι. τάχιστα δὲ καὶ ἐγένετο, ὡς ἐμοὶ δοκέει. πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας σφι σκῆψις ἐπεπαίητο, τῇπερ δὴ καὶ ἐχρήσαντο. αἰτιωμένων γὰρ τῶν Ἑλλήνων ὅτι οὐκ ἐβοήθεον, ἔφασαν πληρῶσαι μὲν ἑξήκοντα τριήρεας, [m] ὑπὸ δὲ ἐτησιέων ἀνέμων ὑπερβαλέειν Μαλέην οὐκ οἵοί τε γενέσθαι. οὕτω οὐκ ἀπικέσθαι ἐς Σαλαμῖνα, καὶ οὐδεμιῇ κακότητι λωφθῆναι τῆς ναυμαχίης. οὗτοι μὲν οὕτω διεκρούσαντο τοὺς Ἕλληνας.

Κρῆ-

a Med. Paſ. Ask. Arcb. Vind. Paris. B. Valla: ceteri cum *Ald.* Καρχηδόνιοι perperam. *b* Deſit *Arcb. Paſ.*, tum mox ἀπίκατο *Arcb. Vind.*, loco vulgati ἀπίκοντο, bene. *c* Ὑπίσχοντο *Paſ.* et *Steph.* margo, nec recuſat Scriptor. Vid. v., 30. &c. Porro πέμπειν *Arcb. V.* *d* Νοεῦντες *Arcb. V.* pro dialecti more, νοέοντες olim. *e Suidas* exſcripſit in eo verbo. *f* Et hoc habet hac in Voc. *g* Ὑπερβαλέσθαι *Suid. Arcb.* *b* Ξέρξεα *Arcb. V. Valla*, ex ſcholio. *i* Λέγειν τοιάδε *Arcb. V. Paris. tres, Brit. Ald. Valla:* λέγειν deſit *Med. Paſ. Ask.* *k* Negligit *Arcb.* *l* Ἀντιοῦσθαι *Vind.* *m* Tangit *Euſtath.* ad *Odyſſ.* p. 1521, 42. et p. 1582, 18. tum ἐτησίων id. *Arcb. Paſ.*

ſcribitur narratio, alia nulla. Ista animum Cl. *de Pauw* adverterunt, opinati ὡς Φοίνικες aut alterum certe ὡς Καρχηδόνιοι, ex ſcholio advenisſe, negligentiaque ſcribarum ſedem, quam non debebant, occupasſe: qua quidem in ſuſpicione quod vehementer offendat, nihil reperitur. Mihi, de his anxio, venerat in opinionem, neque eundem praeteriit, primitus fuisſe, ἀφανισθέντι δὲ — εἴτε τοιούτῳ, εἴτε ἑτέρῳ, οἱ Καρχηδόνιοι τοῦτο μὲν —, articulumque ob praecedentia in ὡς converſum. Ut ut doctiorum corona istis de coniecturis ſtatuerit, pati nequeo, τῇσι πόλισι τῶν ἀποικίδων vim inferri. *Appianus* Bel. Civil. L. III. p. 887. πολλοὺς περιέπεμψεν ἐς τε τὰς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ΑΠΟΙΚΙΔΑΣ πόλεις.

76. Ὑπερβ. μ. θ. εὐπρόσωπα] *Sic illi quidem* prolixe polliciti *ad ſpeciem pulcre reſponderunt*; ἄλλα νοέοντες. *Salluſt.* B. I. c. 75., *Ad ea Rex, aliter atque animo gerebat, placide reſpondit.* idem est εὐπρεπῶς· quod honeſtum dictu veritati praetenditur, τοῦ λόγου dicitur τὸ εὐπρεπές· αἰτίαν εὐπρεπῆ, *ſpecioſam quae praetexitur cauſam*, ἀφορμὴν εὐπρόσωπον vocat *Pauſan.* IV. p. 288. VALCKEN.

81. Καραδοκέοντες καὶ οὗτοι τὸν πόλεμον] Ista obverſabantur *Diodoro*, ſcribenti de Corcyraeorum hac ſimulatione, ὡς δέ τινες τῶν συγγραφέων ἱστοροῦσι, ΚΑΡΑΔΟΚΟΤΝΤΕΣ τὰς τοῦ πολέμου ῥοπὰς XI, 15., ſive καραδοκοῦντες τὸ τοῦ πολέμου τέλος, ſicuti C. 3. *Timaeum* auctius hinc Lexicon ſuum fecisſe, Cl. D. *Ruhnkenius* patefecit p. 111. Post pauca non obedio Codd., in λέγειν τοιάδε conſpirantibus. Pulcre *Gronovius*.

81. Καραδοκέοντες — τὸν πόλ.] Excitat ista *Suidas* in Ἀνεκώχευον· in Καραδοκήσοντα deſcripſit ex c. 163., πέμπει ἐς Δελφοὺς Κάδμον, — καραδοκήσοντα τὴν μάχην ἢ πεσέεται· illic Gelo, hic Corcyraei, L. V, c. 67., Parii ἐκαραδόκεον τὸν πόλεμον τῇ ἀποβήσεται· id est περιεσκόπουν ὁποτέροις ἂν πρόσθωνται· *eventum exſpectabant, ut fortunae adplicarent ſua conſilia*; ſive *utrius partis melior fortuna belli esſet, ut ad eius ſocietatem inclinarent*; quomodo ferme *Livius* loquitur XXXII, c. 21. XXXI, c. 32. conf. XXXV, 48. —— Hanc ſuam in ope Graeciae laboranti ferenda cunctationem, τὴν πρότερον ἀπραγμοσύνην, mitibus verbis excuſare nituntur opem Athenienſium expetentes Corcyraei apud *Thucyd.* I, c. 32. —— *Herodoto* hic dicuntur ἀελπτέοντες μὲν τοὺς Ἕλληνας ὑπερβαλέεσθαι· quae *Suidas* profert in voce Ἀελπτέοντες. In *Heſychio* fluctuant incerti, Ἀελπτέοντες ſcribi debeat an Ἀέλποντες pro Ἀελπέοντες et Ἀελλσποντες. In his iudices deſidero, qui Linguam Graecam tractarunt in ſua amplitudine; hi negabunt Graecum esſe Ἀέλπειν· fatebuntur ἀελπτεῦντες ſcribendum apud *Homerum* in Il. H. ψ. 310. quia hanc ſolam formam analogia monſtrat esſe legitimam. Non ab ἔλπω, Ἄελπω· ſed ab ἄελπτος formatum fuit Ἀελπτεῖν· ſicut ab ἄβλεπτος, Ἀβλεπτεῖν· ab ἄσεπτος, Ἀσεπτεῖν· hoc, omisſum Lexicographis, habet *Soph.* Antig. v. 1350. Ἀβλεπτῶ reſtituendum est *Etymologo* in Λεύσσω, pro ἀποβλεπτῶ. Λοξοβλεπτοῦντες *Thomae M.* in v. Διάστροφοι reſtitui debuerat ex MSS. VALCKEN.

100. Διεκρούσαντο τοὺς Ἕλληνας] Latina *Graecos ſummoverunt* inconmoda ſunt et *Porto* damnata. Corcyraeorum

Cretes oraculo adacti non adiuverunt bellum contra Persas, unde repetita antiqua Minois.

Κρῆτες δὲ, ἐπεί τέ σφεας παρελάμβανον οἱ ἐπὶ τούτοισι ταχθέντες Ἑλλήνων, ἐποίησαν τοιάνδε· πέμψαντες κοινῇ θεοπρόπους ἐς Δελφοὺς, τὸν θεὸν [a] ἐπειρώτων εἰ σφι ἄμεινον γίνεται τιμωρέουσι τῇ Ἑλλάδι. ἡ δὲ Πυθίη ὑπεκρίνατο, „ Ὦ νήπιοι, [b] ἐπιμέμφεσθε „ ὅσα ὑμῖν ἐκ τῶν [c] Μενέλεῳ τιμωρημάτων Μίνως „ ἔπεμψε [d] μηνίων δακρύματα. ὅτι οἱ μὲν οὐ συνεξ- „ επρήξαντο αὐτῷ τὸν ἐν [e] Καμίκῳ θάνατον γε- „ νόμενον, ὑμεῖς δὲ κείνοισι τὴν ἐκ Σπάρτης [f] ἁρ- „ παχθεῖσαν ὑπ' ἀνδρὸς βαρβάρου γυναῖκα". ταῦτα οἱ Κρῆτες ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν, [g] ἔσχοντο τῆς τιμωρίης. Λέγεται γὰρ [h] Μίνεω κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου ἀπικόμενον ἐς Σικανίην, τὴν νῦν Σικελίην καλευμένην, ἀποθανεῖν βιαίῳ θανάτῳ· ἀνὰ δὲ χρόνον Κρῆτας, θεοῦ σφι ἐποτρύναντος, πάντας, πλὴν Πολιχνιτέων τε καὶ Πραισίων, ἀπικομένους [i] στόλῳ μεγάλῳ ἐς Σικανίην, πολιορκέειν ἐπ' ἔτεα πέντε πόλιν Κάμικον, τὴν κατ' ἐμὲ Ἀκραγαντῖνοι [k] οἰκέμοντο· τέλος δὲ, οὐ δυναμένους οὔτε ἑλεῖν, οὔτε παραμένειν, λιμῷ συνεχέοντας, ἀπολιπόντας οἴχεσθαι ὡς

1 Cretes autem, postquam adsciti sunt ab iis Græcis, quibus hoc negocium datum erat, ita faciendum putarunt, ut communiter Delphos mitterent consultores deum rogaturos, numquid sibi satius foret Græciam defendere. Quibus Pythia respondit, o stulti, conquerimini de lacrymis, quas succensens ob ultionem Menelai vobis Minos misit. Quoniam illi quidem non adiuverunt ulciscì illius cædem in Camico factam: vos autem illos ob mulierem e Sparta a viro barbaro raptam. Hæc Cretes allata ubi audiere, ab auxiliо ferendo supersedere. Siquidem fertur, Minoëm, quum Dædalum vestigans in Sicaniam, quæ nunc Sicilia dicitur, pervenisset, violenta nece occubuisse: interiecto deinde tempore omnes Cretes, præter Polichnitanos et Præsios, divinitus impulsos, cum magna classe in Sicaniam traiecisse, et quinquennio obsedisse Camicum, quam mea ætate Agrigentini incolunt: ad extremum quum neque illam expugnare possent, neque permanere, fame compulsos relicta urbe abiisse:

169

170

a Ἐπειρ. *Arcb. V. Pass. Ask.*, olim ἐπὴρ. *b* Μέμφεσθε *Arcb. V.* *c* Μενέλεῳ *V. Arcb.* vere. Vid. II, 119. VII, 171., antea Μενέλαω. *d* Μηνίων *Arcb.*, olim μηνύων. *e* Καμίνῳ id. Habuit *Tzetzes* simillimum suo in libro, alibi tamen Κάμιλον. Vid. *Scaliger* ad *Euseb.* Chron. num. DCCCXIII. *f* Ἁπαχθεῖσαν *Arcb.*, ἁρπασθεῖσαν *Vind.* *g* Ἀπέχοντο *Arcb.*, ἀπείχοντο *Vind.* *h* Μίνεω *Arcb. Paris. B.* Μίνεων *Med. Ask. Pass.*, antea Μίνω. *i* Desideratur in *Brit.* Supra θεοῦ σφι ἐποτ. *Ald.*, θεοῦ σφέας *Ask.*, olim θεοῦ σφε. *k* Ἐνέμαντο *Arcb.*, νέμονται *Pass.*

raeorum sane memorata σκῆψις aliud postulabat. *Dionysius Hal.*, eiusdem indicio, Ant. Rom. x. p. 643. ταύτῃ διακρουσάμενος αὐτοὺς τῇ προφάσει, *hac caussatione eludens tribunos.*

5. Ἐπιμέμφεσθε ὅσα ὑμῖν &c.] Haec plana minime. *Reiskius* de coniectura οὔ τι μέμνησθε *non meministis*; potuisset minore molimine οὐ ἐπιμέμνησθε sed scripti obviam suspicionibus eunt, vulgatum, aut illi simile, tutantes. Erit ergo ἐπιμέμφεσθε ὅσα —— *conquerimini de omnibus illis* ——. Ita ταῦτα ἐπιμεμφόμενοι *de bis conquerentes*, sive *haec incusantes* L. II, 161. Tum congruum veritati ἔπεμψε μηνίων δακρύματα, quomodo *Arcb.* Series enim, ἐπιμέμφεσθε, ὅσα ὑμῖν δακρύματα Μίνως ἔπεμψε μηνίων. Id *Pavius* perspexit, *Reiskius*, insuper, senarium Μίνως ἔπεμψε μηνίων δακρύματα perfectum, sive Pythia eum effuderit, seu casu, ut saepe, fuerit natus, rotundare.

5. Ὦ νήπιοι, ἐπιμέμφεσθε] Apollinem Cretenses interrogabant: εἰ σφι ἄμεινον γίνεται τιμωρέουσι τῇ Ἑλλάδι· *si res sibi publica fieret melior opem Graeciae ferentibus:* erat haec Delphicum Deum adhibentibus consueta rogandi formula: εἰ πολεμοῦσιν ἄμεινον ἔσαι· εἰ λῷον καὶ ἄμεινον εἴη, ad quam ille simpliciter nonnunquam respondebat ἄμεινον εἶναι. *Livius* expresit XXIII, c. XI, *si ita faxitis, Romani, vestrae res meliores faciliresque erunt, magisque ex sententia respublica vestra vobis procedet.* et XXV, c. 12., *haec si recte faxitis,* —— *fiet res vestra melior.* Iuxta *Herod.* Pythia respondit Cretensibus: *mala conquerimini, o insipientes, quae multa propter auxilium Menelao latum vobis Minos immisit, iratus quod* &c. atque adeo οὐκ ἄμεινον ἔσεσθαι, isthoc vobis νηπίοις constet experimento: παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω. In hanc ego sententiam Herodotea capienda iudico, quae sic, opinor, scripta nobis prodibunt ex Codd. Ὦ νήπιοι, ἐπιμέμφεσθε ὅσα ὑμῖν ἐκ τῶν Μενέλεῳ τιμωρημάτων Μίνως ἔπεμψε μηνίων δακρύματα· μηνίων ex *Arcb.* enotatum est: Μενέλεῳ forma nostro est usitata: de ultione loquitur in proximis; hic τιμώρημα est βοήθημα· infra c. 171. bello Troiano non pessimos fuisse tradit Cretenses τιμωροὺς Μενέλεῳ. Idomeneo Merioneque ducibus, *auxilia Menelao missa Herodoto* dicuntur Μενέλεῳ τιμωρήματα· sicut *Herculi dono missa* Ἡρακλεῖ δωρήματα *Sophocli* Trach. v. 681. Deum heroumque *irae* saepius immortales proprie dicuntur μηνίματα· neque sane dedecent Minoa, dum esset in vivis, plus aequo cupidum vindictae. —— Minos μηνίων dicitur Graecis, ὅτι οἱ μὲν οὐ συνεξεπρήξαντο (vid. not. in p. 425, 52.) αὐτῷ τὸν ἐν Καμίκῳ θάνατον γενόμενον. Camicum cum venisset in Siciliam ad quaerendum exposcendumque Daedalum, illic tyrannus periit inhonesta morte: λουσάμενος ὑπὸ τῶν Κωκάλου θυγατέρων ἀνηρέθη, ζέουσαν πίσσαν ἐπιχεαμένων αὐτῷ, *Zenob.* IV, 92. hic sua, quae de Minoë non trita tradit, *Ephoro* forsan debet, aut *Philisto*, quorum narrationes περὶ Δαιδάλου τῆς ἀφίξεως πρὸς Κώκαλον, ut exempla pueris legenda, commendat *Theon* Progymn. pag. 16. Minois mortem, diverse narratam *Diodoro* IV, c. 79. *Pausaniae* VII. p. 521., aliis, quos in Creta p. 133. *Meursius* citant et *Phil. Cluver.* Sic. Ant. p. 31. et 221. quaeque veterem praeterea spectant historiam probabiliter tractaverat *Sophocles* in perdito dramate Καμικίοις· bis apud *Athen.* legitur Καμικοῖς· ante hos XV. annos dedit ad me literas *A. Heringa*, in quibus significabat scribendum Καμικίοις. Satyrico quippe dramati nomen inditum a Choro, sicut Trachiniis, Troasin, aliisque: placebit, sat scio, doctis viris amici mei emendatio. VALCKEN.

12. Λέγεται γὰρ Μίνεω] Miram regii nominis formam, redituram C. 171., nolui repudiare: imperant praestantissimi Codd.; ceteroqui τὸν Μίνω, τὸν Μίνωα cum Poëta plures scriptitant. Caedem Minois, Cocali fraude patratam, exponit *Diodorus* L. IV, 79. et *Conon* Narr. XXV.

15. Θεοῦ σφι ἐποτρύναντος] Veterem *Aldi Camerariique*, propagatam in pleraque Lexica et Thesaurum *Stephani*, scripturam reduxi, quippe *Homeri* Odyss. B, 417. protectam auctoritate, Τηλέμαχος δ' ἐτάροισιν ἐποτρύνας ἐκέλευσεν Ὅπλων ἅπτεσθαι. Qui θεοῦ σφέας optaverint, utantur schedis *Ask.*; res, modo turpis macula eluatur, levis erit momenti. Cretae *Polichnitanos* et *Praesios* illustrat *Meursius* Cretae suae L. I, 14. A Praesiis discrepant *Stephan. Byz.* Πριάσιοι et Πριασιεῖς eiusdem insulae, quos ΠΡΙΑΝΣΙΟΤΣ *Holstenius* et *Edm. Chisbull* Ant. Asiat. p. 127. ob priscas foederum tabulas esse iubent, fortasse, quam decebat, confidentius. Memini bene numum ΠΡΙΑΙΣΙΕΩΝ inter *Wildianos* videre, habuitque similem *Harduinus* Pop. et Urb. Num. p. 409. Verum obiter illud.

20. Λιμῷ συνεχεῶντας] *Fame contractos* vox ista designat; λιμῷ πιεζομένους atque εἰς ἐλάχιστον veluti συναχθέντας. *Aridos*, et *fame contabefactos* dixisse quempiam veterum λιμῷ συνεσκλεῶντας non opinor; sed dixerunt certe λιμῷ ἀποσκληναι et κατασκληναι· vid. *Ti. H.* in *Lucian.* p. 442., quique, si nobiscum mansisset, in arte Critica *Hemsterbusio* fuisset inter nostrates *longo sed proximus intervallo*, *Io. Pierson* ad *Moer.* p. 50. Alterum illud est *Herodoti*, qui IX, c. 88. dixit λιμῷ συσάντας καὶ καμάτῳ, *fame atque labore enectos*, *Valla.* Permutantur interdum καθεσηκὼς, κατεσκληκὼς et συνεσηκώς. *Hesych.* Συνεσηκὼς, συνηγμένος. Iustitia *Chrysippo* pingitur σκυθρωπὴ, καὶ συνεσηκὸς ἔχουσα τὸ πρόσωπον, apud *A. Gellium* N. A. XIV, c. 4. —— Quam a Cretensibus in Iapygia conditam narrat, urbem hic Τρίην cum dictam invenerint *Strabo*, *Steph. Byz.* *Eustath.* cur ex vitiosa sui Cod. lectione *Gronovius* Τρηΐην nobis effingit? VALCKEN.

24. Τρίην

abiiſſe: et dum circa Iapygiam curſum tenerent, ingenti eos tempeſtate adorta, in terram fuiſſe eiectos: laceratisque navibus, quia nullus in Cretam receptus oſtendebatur, illic ſubſidentes urbem Hyriam condidiſſe: et mutato nomine pro Cretibus Iapyges Meſſapios eſſe effectos, et pro inſulanis continentis incolas: et ab urbe Hyria alias incoluiſſe: quas diu post Tarentini evertentes, magnam in ruinam devenere, ut hæc maxima cædes omnium quas novimus, extiterit, tum ipsorum Tarentinorum, tum Rheginorum, qui a Micytho Chœri filio ad tria millia civium adacti opem ferre Tarentinis, interiere. Ipsorum autem Tarentinorum qui cæſi ſunt, numerus non est initus. Micythus autem quum Anaxilai famulus eſſet, procurator Rhegii relictus, ubi ex ea urbe excidit, Tegeam Arcadum incoluit, compluresque
171 ſtatuas in Olympia conſecravit. Sed mihi Rheginorum et Tarentinorum res ſint interpoſitio, hiſtoriæ. In Cretam igitur deſolatam Præſii aiunt cum alios homines, tum præcipue Græcos immigraſſe: tertiaque a morte Minois ætate, res Troianas fuiſſe, in quibus non deterrimos extitiſſe Cretes Menelai defenſores: et ob id eos Troia reverſos una cum ſuis pecoribus fame peſtilentiaque correptos, iterumque deſolatam Cretam cum reliquis a tertiis Cretenſibus habitasse.

ὡς δὲ κατὰ Ἰηπυγίην γενέσθαι [a] πλώοντας, ὑπολαβόντά σφεας χειμῶνα μέγαν ἐκβαλέειν ἐς τὴν γῆν. συναραχθέντων δὲ τῶν πλοίων, ὑδεμίην γάρ σφι ἔτι [b] κομιδὴν 437
ἐς Κρήτην φαίνεσθαι, ἐνθαῦτα [c] Ὑρίην πόλιν κτίσαντας, καταμεῖναί τε· καὶ μεταβαλόντας, ἀντὶ μὲν Κρητῶν, [d] Ἰήπυγας Μεσσαπίους γενέσθαι, ἀντὶ [e] δὲ τοῦ εἶναι νησιώτας, ἠπειρώτας. ἀπὸ δὲ [f] Ὑρίης πόλιος τὰς ἄλλας οἰκῆσαι, τὰς δὴ Ταραντῖνοι χρόνῳ ὕστερον πολλῷ ἐξαναστάντες, προσέπταισαν μεγάλως· ὥστε Φόνος Ἑλληνικὸς μέγιστος οὗτος δὴ ἐγένετο πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, αὐτέων τε Ταραντίνων καὶ Ῥηγίνων· οἳ ὑπὸ Μικύθου τοῦ Χοίρου ἀναγκαζόμενοι τῶν ἀστῶν, καὶ ἀπικόμενοι τιμαροὶ Ταραντίνοισι, ἀπέθανον τρισχίλιοι οὕτω. αὐτέων δὲ Ταραντίνων οὐκ ἐπέην ἀριθμός. ὁ δὲ Μίκυθος, οἰκέτης ἐὼν Ἀναξίλεω, ἐπίτροπος Ῥηγίῳ κατελέλειπτο οὗτος. ὅσπερ ἐκπεσὼν [h] ἐκ Ῥηγίου, καὶ Τεγέην τὴν Ἀρκάδων οἰκήσας, ἀνέθηκε ἐν Ὀλυμπίῃ τοὺς πολλοὺς ἀνδριάντας. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ Ῥηγίνους τε καὶ Ταραντίνους, τοῦ λόγου μοι παρεμβήκη γέγονε· ἐς δὲ τὴν Κρήτην ἐρημωθεῖσαν, ὡς λέγουσι Πραίσιοι, ἐσοικίζεσθαι ἄλλους τε ἀνθρώπους, καὶ μάλιστα Ἕλληνας. τρίτῃ δὲ γενεῇ μετὰ [i] Μίνεω τελευτήσαντα γενέσθαι τὰ Τρωϊκά· ἐν τοῖσι δὲ Φλαυροκάλους Φαίνεσθαι ἑόντας Κρῆτας τιμωροὺς Μενέλεω. [k] ἀντὶ τουτέων δέ σφι ἀπονοστήσασι ἐκ [l] Τροίης, λιμόν τε καὶ λοιμὸν γενέσθαι καὶ αὐτοῖσι καὶ τοῖσι προβάτοισι· ἐς τε τοδεύτερον ἐρημωθείσης Κρήτης μετὰ τῶν ὑπολοίπων τρίτους αὖτις νῦν κατέσθαι Κρῆτας.

a Πλέοντας *Arcb. Ask. Vind.* *b* Explicat hinc *Suid.* in Voc., tum ſupra οὐδεμίαν *Arcb. Vind. Ask.* *c* Τρηδίνην *Paſ.* et *Med.*, Τρηδίλλην *Ask.* vulgatum novit *Steph. Byz.* in *V.* et *Euſtath.* ad Perieg. v. 378., *Strabo* Οὐρίαν ſcribit L. VI, p. 431. *d* Γεν. Ἰήπ. Μεσσαπ. *Arcb. Paſ. Ask.*, bono ordine. *e* Δὲ εἶναι iidem et *Vind.*, vulgo τοῦ, minime utile, interponitur. *f* Τρηδίης *Paſ. Med.* Τριλλίης *Ask.*, tum ſtatim ἃς uterque. *g* Καταλελ. *Vind.*, in *Arcb.* post hoc verbum interſtinguitur, et οὗτος ὥσπερ. *b* Deſit *Arcb.*, et τὴν Ἀρκάδος. *i Med.*, ſed *ν* ſupra ultimam ſyllabam oſtentans, *Paſ. Ask. Arcb. Paris. B.*; Μίνωα olim. *k* Ἀντὶ τούτ. *Arcb. V.* quod verius ob C. 169., olim ἀπό. *l Arcb. Med. Paſ. Ask. Valla*, Κρήτης *Ald.* et alii.

24. Τρίην πόλιν κτίσαντας] Ex *Med.* et conſentaneorum ſcriptura nihil extrico: Τρηΐην voluiſſe, anceps viri Celeb. ſuſpicio est, ceteris praeſertim Τρίην tuentibus. *Strabonis* enim Οὐρίαν mendoſe ſcribi conſentiunt *Cluverius* Antiq. Ital. L. IV. p. 1247. et *Meurſius* L. IV. Cret. C. 5., tum maxime *Alex. Symmach. Mazochius* Comment. ad aeneas Tab. Heracleenſes p. 95., veriſime p. 537. adſcribens τὰς ἄλλας οἰκῆσαι, continuo ſuccedens, notare, *alias condidiſſe*, quomodo *Valla* ex οἰκίσαι ſui libri, et probe quidem: namque οἰκεῖν et οἰκίζειν, quod ille perſuadere nititur, tantundem valere Graecis, id vero ſermonis habitus reſpuit. Illud a veritate quoque, *Cretenſes, qui postea Iapyges vocati, tribus generationibus, h. e. annis trecentis Troiae excidium praecesſiſſe*, abludit longisſime. Et huc ſtupenda trahitur argumentatione, quod deinceps ſequetur, τρίτῃ δὲ γενεῇ μετὰ Μίνεω τελευτήσαντα γενέσθαι τὰ Τρωϊκά. Taceo, neque enim occultum est, τρεῖς γενεὰς pro Noſtri more centum duntaxat annos abſolvere L. II, 142. At ſunt in egregio Commentario plura, feſtinatius deproperata.

32. Οἳ ὑπὸ Μικύθου &c.] Malunt οἷα ὑπὸ ——, tum ἀστῶν vocem pravam videri, in primis οὕτω, e marginali cera temere ingeſtum. Quas quidem ſuſpiciones auctoribus non invideo: οἳ τῶν ἀστῶν Scriptoris more Rhegini illi ſunt, a Micytho auxiliatum miſſi: ἀπέθανον τρισχίλιοι οὕτω non aliud, ac ὁμοίως *Heſychii*, ſive, τὸν αὐτὸν τρόπον, uti opportune vir doctus Miſcell. Obſerv. T. III. p. 145.

32. Ἀναγκαζόμενοι τῶν ἀστῶν] A *Valla* bene converſa miror, cur ſe vir D. neget intelligere: τῶν περιοίκων ἀναγκαστοὺς dixit VI, c. 58. *Venire coacti*, ἀφικέσθαι ἀναγκαζόμενοι, more ſcribendi, quem valde noſter adamavit, hic dicuntur ἀναγκαζόμενοι καὶ ἀπικόμενοι. Tarentinis a Micytho coacti auxiliares, *tria tum civium millia ceciderunt*, ἀπέθανον τρισχίλιοι οὕτω· poſtrema vox, ſaepe ſic adhibita, tentari non debebat. Non definit numerum caeſorum, cladem tamen Tarentinorum Rheginorumque ſuo loco *Diodorus* enarrat XI, c. 52. VALCKEN.

35. Ὁ δὲ Μίκυθος] Donaria Olympica, quae dedicavit ex voto, variis locis memorans, decies virum optimum Σμίκυθον vocat *Pauſanias*, cui V, p. 447. ex *Herodoto*, fuiſſe dicitur δοῦλος καὶ ταμίας τῶν Ἀναξίλα χρημάτων· ſic ἐπίτροπον accepit *Herodoti*, qui I, cap. 108. Harpagum fuiſſe ſcribit πάντων ἐπίτροπον τῶν Ἀσυάγεος· apud recentiores isthoc uſu ſaepe vox uſurpatur. De tutela filiorum herilium, quam fideliſime Micythus adminiſtravit, nihil *Herodot.* aut *Pauſan.*, memoria dignisſima poſteris tradidit *Diodor.* XI, c. 66. et c. 48. Ut apud *Herod. Iuſtino* dicitur et *Macrobio*, p. 238., *Micythus*, qui Σμίκυθος est *Pauſaniae.* vid. *Weſſ.* ad *Diodor.* l. c. et *H. Vales.* ad Exc. ex *Diod.* p. 550. Eidem *Diodoro* dux quidam Μίκυθος memoratur ad Olymp. 117. L. XIX, c. 88. πρὸς Μίκυθον, ſcribendum apud *Dionys. Halic.* II. p. 190, 20. vid. epigr. ap. *Kuſter.* ad *Suid.* T. III. p. 267. Σμικύθου meminit *Demoſth.* p. 241. *Ariſtoph.* Ἐκκ. 293., Innotuerunt et Σμικυθίων· Σμικρίων· Σμικρίνης· a Dialecto pendet in propriis etiam nominibus ſaepenumero ſcribendi diverſitas. VALCKEN.

36. Κατελέλειπτο οὗτος· ὅσπερ &c.] Non diſplicet diſtinguendi in *Arcb.* modus: nunc certe nexus minus adconmodatus cernitur. Micythi, optimae fidei tutoris, celebratisſima in *Diodori* L. XI, 48. et 66. et *Pauſaniae*, cui Σμίκυθος, L. V, 26., ubi et ſtatuae apud Olympiam ab illo dedicatae, memoria: *Iuſtinum*, *Macrobium*, aliosque hominis praedicatores non moror.

40. Ἐς δὲ τὴν Κρήτην ἐρημ.] Nihil habent ἐσοικίζεσθαι, et cetera, a quo pendeant: quae τὴν παρεμβήκην antecedunt, illa verbo nitebantur λέγεται· post illam vocula requiritur in talibus uſitata: videbatur amico meo ὡς in ὧν mutandum; idem et ego requiri ſuſpicor, ſuo ſic forte loco collocandum: Ἐς ὧν τὴν Κρήτην ἐρημωθεῖσαν λέγουσι Πραίσιοι ἐσοικίζεσθαι ἄλλους τε ἀνθρώπους, καὶ μάλιστα Ἕλληνας· neque diſpliceret Ἐς δὲ ὧν· quod aliquando minus conſiderate reieci. Videtur mihi ſic legiſſe *Valla*, dum vertebat. *In Cretam igitur deſolatam Praeſii aiunt* &c. Praeſiorum erat ista narratio, qui Ἐτεοκρῆτες, non participes expeditionis in Sicaniam, domi manſerant. —— Μίνω *Gronovius* hic in Μίνεω, ſupra in Μίνεων non debebat deformare; qui mox veram lectionem reſtituit σφὶ ἀπονοσήσασι ἐκ Τροίης, quam tamen absque membrana *Flor.* ex *Valla* didicisſemus et *Arcb.* Pro, ἀπὸ τουτέων δὲ ex iisdem legerem ἀντὶ τούτου δὲ, *et ob id:* hoc commendat reſponſum c. 169. VALCKEN.

47. Μετὰ τῶν ὑπολοίπων τρίτους &c.] Haec artisſi-

τας. ἡ μὲν δὴ Πυθίη ὑπομνήσασα ταῦτα, ἔσχε βουλομένους τιμωρέειν τοῖσι Ἕλλησι. Θεσσαλοὶ δὲ ὑπὸ ἀναγκαίης τοπρῶτον ἐμήδισαν, ὡς [a] διέδεξαν, ὅτι οὔ σφιν ἥνδανε τὰ οἱ Ἀλευάδαι ἐμηχανέωντο. ἐπεί τε γὰρ [b] ἐπυθέατο τάχιστα μέλλοντα διαβαίνειν τὸν Πέρσην ἐς τὴν Εὐρώπην, [c] πέμπουσι ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἀγγέλους. οἱ δὲ τῷ Ἰσθμῷ ἔσαν ἁλισμένοι πρόβουλοι τῆς Ἑλλάδος, ἀραιρημένοι ἀπὸ τῶν πολίων τῶν τὰ ἀμείνω [d] φρονευσέων περὶ τὴν Ἑλλάδα. ἀπικόμενοι δὲ ἐπὶ [e] τούτους τῶν Θεσσαλῶν οἱ ἄγγελοι, ἔλεγον, „ Ἄνδρες Ἕλληνες, δεῖ φυλάσσεσθαι τὴν ἐσβολὴν τὴν „ Ὀλυμπικὴν, ἵνα Θεσσαλίη τε καὶ ἡ σύμπασα [f] ἡ „ Ἑλλὰς ᾖ σκέπη τῷ πολέμῳ. ἡμεῖς μέν νυν ἑτοῖ- „ μοι [g] εἰμὲν συμφυλάσσειν. πέμπειν δὲ χρὴ καὶ „ ὑμέας στρατιὴν πολλήν· ὡς εἰ μὴ [h] πέμψετε, ἐπί- „ στασθε ἡμέας ὁμολογήσειν τῷ Πέρσῃ. ὑ γάρ τοι „ προκατημένους τοσοῦτο πρὸ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος „ μούνους πρὸ ὑμέων δεῖ ἀπολέσθαι· βοηθέειν δὲ [i] οὐ „ βουλόμενοι, ἀναγκαίην ἡμῖν ὑδεμίην οἷοί τέ ἐστε „ προσφέρειν. ὑδαμᾷ γὰρ ἀδυνασίης ἀνάγκη κρέσσων „ ἔφυ. ἡμεῖς δὲ πειρησόμεθα αὐτοί τινα σωτηρίην μη- 438 „ χανεώμενοι". ταῦτα ἔλεγον οἱ Θεσσαλοί. Οἱ δὲ Ἕλληνες πρὸς ταῦτα ἐβουλεύσαντο ἐς Θεσσαλίην πέμπειν κατὰ θάλασσαν πεζὸν στρατὸν φυλάξοντα τὴν ἐσβολήν. ὡς δὲ συνελέχθη ὁ στρατὸς, ἔπλεε δι' Εὐρίπου. ἀπικόμενος δὲ τῆς Ἀχαιΐης ἐς [k] Ἅλον, ἀποβὰς ἐπορεύετο ἐς Θεσσαλίην, τὰς νέας αὐτοῦ καταλιπών. καὶ [l] ἀπίκετο ἐς τὰ Τέμπεα ἐς τὴν ἐσβολὴν, ἥπερ ἀπὸ Μακεδονίης τῆς κάτω ἐς Θεσσαλίην φέρει παρὰ Πηνειὸν ποταμὸν, μεταξὺ δὲ [m] Οὐλύμπου τε ὄρεος ἐόντα καὶ τῆς Ὄσσης. ἐνθαῦτα ἐστρατοπεδεύοντο τῶν Ἑλλήνων κατὰ μυρίους [n] ὁπλίτας συλλεγέντες· καὶ σφι προσῆν ἡ [o] τῶν Θεσσαλῶν ἵππος· ἐστρατήγεε δὲ Λακεδαιμονίων μὲν, Εὐαίνετος ὁ Καρήνου [p] ἐκ τῶν πολεμάρχων ἀραιρημένος, γένεος μέντοι ἐὼν ὑ τοῦ βασιληίου· Ἀθηναίων δὲ, Θεμιστοκλέης ὁ Νεοκλέος. ἔμειναν δὲ ὀλίγας

habitari. Harum rerum memoriam refricando, Pythia illos ad ferenda Græcis auxilia animatos cohibuit. At Thessali necessitate subacti circa initia Medorum partes foverunt, quum ostenderent non placere sibi quæ Aleuadæ excogitassent: nam quumprimum audierunt Persam traiicere in Europam, legatos ad Isthmum mittunt, ubi provisores Græciæ delecti e civitatibus coacti erant, quæ de Græcia meliora cogitabant. Ad quos postquam venere legati Thessalorum, ita verba fecere, Viri Græci, Olympicum ingressum custodiri expedit, ut Thessalia pariter atque omnis Græcia sit septa ab bello. Nos equidem ad custodiendum simul parati sumus: sed vos quoque debetis multum mittere copiarum; quas nisi mittatis, scitote nos pactionem inituros esse cum Persa. Neque enim decet nos adeo ante ceteram Græciam positos pro vobis solos occumbere. Quibus ferre opem si recusatis, nullam potestis iniungere necessitatem. Nulla namque fortior necessitas est imbecillitate. Itaque nosmet ipsi aliquam salutem comparare conabimur. Hæc Thessali. Ob quæ Græci illuc mittendum decrevere exercitum pedestrem per mare ad ingressum custodiendum. Exercitus, ubi coactus est, per Euripum navigavit. Qui postquam ad Alum Achaiæ pervenit, egressus, relictis illic navibus, in Thessaliam contendit, et ad Tempe pervenit, ad ingressum, qui ab inferiore Macedonia in Thessaliam fert, iuxta amnem Peneum inter Olympum et Ossam montes. Ibi castra posuere Græci, ad decem millia gravis armaturæ coacti: quibus aderat Thessalorum equitatus, ducibus Lacedæmoniorum quidem Euæneto Careni filio, delecto ex polemarchis, quamquam non esset e regio genere; Athenienſium autem, Themistocle Neoclis filio. Verum paucos

172

173

il-

a Δὲ ἔδοξαν *Arch.*, mox οὔ σφι οἱ ἥνδ. *Ask.* b Ἐπύθοντο *Pasſ.* c Πέμπουσι γὰρ *Arch.* d Προνεευσεών *Arch. V.*, aliter *Galeus.* e Τούτοις *Arch.* f Ἑλλὰς σκέπη τοῦ πολέμου ἦ *Arch.* g Ἐσμὲν *Pasſ. Ask.* h Πέμψητε *Vind.*, haud male. i Βουλομένοισι *Arch.* tantum. k *Med. Arch. Pasſ. Ask.*, Ἄλλον *Ald.*, *Algas Valla*, prave. l Ἀπίκετο *Med. Pasſ. Ask. Paris. A.*, ἀπίκατο *Arch. V.*, ἀπικέατο *Ald.* et alii. m Ὀλ. τε ὄρεος *Arch. V.* n Ὁπλίτας *Arch. Pasſ. Ask.* ora *Steph.* o Abest ab *Arch. Vind.* p *Med. Pasſ. Ask.*, deest ἐκ *Ald.* et ceteris. Mox *Ald.* ἐὼν τοῦ βασ. sine negatione.

me, olim commate ante τρίτους divulsa, iunxi. Οἱ ὑπόλοιποι, qui famem et pestem evaserant, cum tertiis Cretam advenis postea incoluerunt. Stant mecum Cl. *de Pauw* et *Abresch.* Opinor autem in *Herodoti* oculis *Homeri* Odyss. T. v. 175., ubi de insulae habitatoribus et varia origine, fuisse.

49. Θεσσαλοὶ δὲ ὑπὸ ἀναγκαίης &c.] *Pauii* acumen scopas hic animadvertit dissolutas. *Nam quid? an Thessali Medorum partes sequebantur, cum propalam ostendebant, sibi displicere, quod ab Aleuadis factum?* Quae tamen in verbis eorumque cohaerentia mens. Velle Scriptorem, Thessalos, Aleuadarum dominatione pressos, primis belli initiis ad Persas inclinasse: cognitis autem perfidorum consiliis, ad Graeciae concilium legatos de conmuni salute misisse. Itaque, aut excidisse aliquid, aut fuisse olim, τοπρῶτον μηδίσαντες διέδεξαν, ὅτι οὔ σφιν ἥνδανε —— *cum principio Medorum partes fovissent, ostenderunt sibi non placere.* —— Non profecto inutiliter. Mihi ex schedis *Arch.*, parum adiutis, placuisse memini, ὡς δὲ ἔδεξαν, *ita vero demonstrarunt*, sibi *displicere* &c. ὡς δὲ hoc fere modo L. IX, 34. Sed coniecturae non indulgeo.

60. Ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου] Male absentiam praepositionis in Cod. *Arch.* laudavit *Th. Galeus.* Redibit c. 215. ἔσαν ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου. Quo de genere plura L. I, 143.

66. Οὐδεμίην οἷοί τέ ἐστε προσφέρειν] *Nec debetis, neque aequum erit*; qualem dictionis usum explicuimus et excussimus antea. Nimium sane et solo e docti viri arbitrio pendens, αἰτίην ἡμῖν οὐδεμίην δίκαιοί ἐστε προφέρειν, *nullam nobis culpam obiectare iure poteritis.* Ἀναγκαίην sequentia defendunt: estque saepe verissimum, Κρεῖσσον οὐδὲν ἀνάγκας *Euripid.* Alcest. v. 965.

73. Τῆς Ἀχαιΐης ἐς Ἅλον] Nomen urbis litera liberavit superflua *Gronov.* Urbis incolas Ἀλέας dixit *Demosthenes* more istius aevi scriptoribus usitato: sic legit *Harpocr.* ubi nostris in Edd. *Dem.* vulgatur: διαλλάττειν τοὺς Ἀλεῖς πρὸς τοὺς Φαρσαλίους, p. 205, 64. infra οἱ Ἀλεῖς recte scriptum §. 68. sed τοὺς Ἀλέας dicebant: alterum apud eumdem recurrit p. 238, 316. recte scribitur p. 236., Ἄλου πολιορκουμένου· et p. 88, 1. Φαρσαλίοις Ἅλον παρέδωκεν· ad hunc locum notata ubi citat *Ulpianus*, qui vocatur, p. 205, 64., nomen Ἅλος in ὅλως fuit depravatum: mendosa apud *Suidam* sic possunt quodammodo redintegrari, si legatur: Ἀλέας —[Ἅλος] πόλις Θεσσαλική· οἱ δὲ πολῖται Ἀλεῖς. VALCKEN.

79. Ὁπλῖται συλλεγέντες] Eadem redibunt IX, c. 29. et c. 27., συλλεγῆναι. Alibi συλλεχθεὶς, συλλεχθῆναι et similia nostro frequentantur: nihil quidem interest utrum scripserit, sed scripsisse tamen videbitur ista talia ad eamdem normam. Contra apud *Demosthenem* uno loco praebent Editiones συλλεχθέντες· Codices vero συλλεγέντες· hoc iure *Piersonus* alteri praetulit ad *Moer.* Att. p. 208. Aetate *Demosthenis* suaviores istas formas probabant Attici; asperiores aetate *Herodoti.* VALCKEN.

81. Εὐαίνετος ὁ Καρήνου] *Diodori* Συνετὸς est L. XI, 2., perperam scriptus. Polemarchi, e quibus Euaenetus, Spartanorum regum in castris atque expeditione primarii fuerunt administri apud *Thucydid.* V, 66., in civitate aliis, de quibus *Nic. Cragius* Reip. Spartan. L. II, 14., inpositi negotiis. Hinc vero, ab illo neglectum, cognoscimus, regio plerumque genere fuisse: *Aldum* enim, particulam negantem omittentem, bene *H. Stephan.* ex Codd. consensione correxit.

84. Ἀγ-

illic dies morati sunt: advenientes enim ab Alexandro Amyntæ filio viro Macedone legati, suaserunt eis ut discederent, ne in illo ingressu perstantes, ab exercitu irrumpente proculcarentur; multitudinem terrestrem nauticamque indicando. Horum consilio Græci, nam et bene sibi consuli, et bono erga ipsos animo Macedo esse videbatur, obtemperaverunt. Quamquam mihi videtur diffidentia id suasisse, quum audirent alium etiam esse in Thessalos ingressum per Perrhæbos, in superiori Macedonia, iuxta urbem Gonnon, qua et transivit exercitus Xerxis. Ita Græci ad naves regressi, rur-
174 sus ad Isthmum se receperunt. Hæc fuit in Thessaliam sumpta expeditio, dum rex in Europam ex Asia transiturus erat, et Abydi iam agebat. A sociis autem deserti Thessali, ita prompti ad Medos transiere, iam nihil ambigentes, ut in rebus gerendis sese re-
175 gi præstiterint utilissimos. Græci autem ad Isthmum reversi, ob ea quæ ab Alexandro dicta erant, consultabant et qua bellum statuerent, et quibus in locis, evicitque hæc sententia, ut præsidio aditum Thermopylarum custodirent, quippe qui videbatur et angustior quam ille Thessaliæ, et simul ipsorum terræ propinquior. Nam, semitam qua intercepti sunt apud Thermopylas, ne quidem noverant illi Græci, qui capti sunt, prius quam ingressi Thermopylas ab Trachiniis sciscitati sunt. Hunc igitur aditum tuendo decreverunt, non sinere barbarum transire in Græciam, utque classis navigaret in Histiæotidis orae Artemisium. Hæc enim loca

γας ἡμέρας σὺθαῦτα. ἀπικόμενοι γὰς ἄγγελοι παρὰ
85 Ἀλεξάνδρυ τῦ Ἀμύντεω, ἀνδρὸς Μακεδόνος, συμβέλευόν σφι ἀπαλλάσσεσθαι, μηδὲ μένοντας ἐν τῇ ἐσβολῇ, καταπατηθῆναι ὑπὸ τῦ ϛρατῦ [a] ἐπιόντος· σημαίνοντες τὸ πλῆθος τῆς ϛρατιῆς καὶ τὰς νέας· ὡς δὲ οὗτοί σφι ταῦτα συνεβέλευον, χρῆν γὰς ἐδόκεον
90 συμβυλεύειν, καί σφι εὔνοος ἐφαίνετο [b] ἐὼν ὁ Μακεδὼν, ἐπείθοντο. δοκέειν δέ μοι, ἀρρωδίη ἦν τὸ πείθον, ὡς ἐπύθοντο καὶ [c] ἄλλην ἐοῦσαν ἐσβολὴν ἐς Θεσσαλοὺς κατὰ τὴν ἄνω Μακεδονίην διὰ Περῤῥαιβῶν κατὰ [d] Γόννον πόλιν, τῇπες δὴ καὶ ἐσέβαλε ἡ ϛρατιὴ ἡ Ξέρξεω.
95 καταβάντες δὲ οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τὰς νέας, ὀπίσω ἐπορεύοντο ἐς τὸν Ἰσθμόν. Αὕτη ἐγένετο ἡ ἐς Θεσσαλίην [e] ϛρατιὴ, βασιλέος τε μέλλοντος διαβαίνειν ἐς τὴν Εὐρώπην ἐκ τῆς Ἀσίης, καὶ ἐόντος ἤδη ἐν Ἀβύδῳ. Θεσσαλοὶ δὲ [f] ἐρημωθέντες συμμάχων, οὕτω δὴ ἐμήδισαν ϖροθύμως, ὑδέ τι ὑσδοιαϛῶς, ὥϛε ἐν τοῖσι
1 ϖρήγμασι ἐφαίνοντο βασιλεῖ ἄνδρες ἐόντες χρησιμώτατοι. Οἱ δὲ Ἕλληνες ἐπεί τε [g] ἀπίκατο ἐς τὸν Ἰσθμὸν, ἐβυλεύοντο ϖρὸς τὰ λεχθέντα [h] ἐξ Ἀλεξάνδρυ, ἤ τε ϛήσονται τὸν πόλεμον καὶ ἐν οἵοισι χώροισι. ἡ νικῶσα
5 δὲ γνώμη ἐγένετο, τὴν ἐν Θερμοπύλῃσι ἐσβολὴν φυλάξαι. ϛεινοτέρη γὰς ἐφαίνετο ἐοῦσα τῆς ἐς [i] Θεσσαλίην, [k] καὶ ἅμα ἀγχοτέρη τε τῆς ἑωϋτῶν. τὴν δὲ ἀτραπὸν δι' ἣν ἥλωσαν οἱ ἁλόντες Ἑλλήνων ἐν Θερμοπύλῃσι, ὑδὲ ἤδεσαν ἐοῦσαν ϖρότερον ἤπες ἀπικόμενοι
10 ἐς Θερμοπύλας ἐπύθοντο [l] Τρηχινίων. ταύτην ὦν ἐβυλεύσαντο φυλάσσοντες τὴν ἐσβολὴν, μὴ παριέναι ἐς 439
τὴν Ἑλλάδα τὸν βάρβαρον, τὸν δὲ ναυτικὸν ϛρατὸν πλέειν [m] γῆς τῆς Ἱσταιώτιδος ἐπὶ Ἀρτεμίσιον. ταῦτα

γὰς

a Τοῦ ἐπ. *Arcb.* *b* Desit *Arcb. Vind.* *c* Ἄλλην iidem, quod tolerari potest. *d* Γόνου *Arcb.*, uti solet. *e* Ἐσβολὴ margo *Steph.* Praestat ϛρατιὴν ex crebra permutatione, et ita *Valla.* *f* Ἠρημωθ. *Arcb.* Mox οὐδ' ἔτι ἐνδιάσως ex *Reiskii* facili coniectura. *g* *Med. Arcb. V. Pasf. Ask.*, in *Aldo* et aliis ἀπικέατο. *b* Ἐξ Ἀλ. ora *Steph. Arcb. Brit. Pasf. Ask.*, ceteri ὑπ' Ἀλ. *i* *Med. Pasf. Ask.*, alii ἐν Θεσσαλίῃ. *k* Καὶ μία *Arcb. V.*, ἀγχοτέρη est apud *Suid.* in Voc. ex hoc loco. *l* Τριχ. *Arcb.* *m* Τῆς Ἱσταιώτ., omissis ἐπὶ γῆς, *Arcb. Vind.*, γῆς τῆς Ἱς. *Pasf. Ask. Brit.*, prius erat ἐπὶ γῆς τῆς.

84. Ἄγγελοι παρὰ Ἀλεξάνδρου] *Venientes ab Alexandro nuncii.* Istius Alexandri, tanquam Φιλέλληνος, sed huius inprimis beneficii saepius Athenienses grati meminerunt. Hanc respicit *Herodoti* narrationem, ex *Damaste* diversa quaedam admiscens, inter Socraticas Epistolae 28. scriptor, adversus *Isocratem* ad Philippum datae: *Speusippum* auctorem dat *L. Allatii* haud absurda coniectura; cui quidpiam obmovisse *Pearsonum* in Vind. *Ignat.* aut *Bentleium* in Disc. de Epist. *Phalar.* non opinor. De *Isocrate*, debuerat, inquit malevolus ille, τὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ σοῦ προγόνου, καὶ τῶν ἄλλων τὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα γενομένας εὐεργεσίας ἐξαγγέλλειν· quod primum ille ponit beneficium, legatos Alexander Darii (hunc dicere, non Xerxen debebat) contrucidari iussit, haud sanequam ut Graecis gratificaretur, sed ut ulciscereturiniuriam sibi suisque factam: ὕϛερον δὲ, addit, ϛασιαζόντων (scribendumne πλησιαζόντων,) τῶν βαρβάρων οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τὸ ἡμέτερον (L. ὑμέτερον) Ἡράκλειον ἀπήντησαν· Ἀλεξάνδρου δὲ τὴν —— Θετταλῶν προδοσίαν τοῖς Ἕλλησι μηνύσαντος, ἀναζεύξαντες οἱ Ἕλληνες δὶ Ἀλέξανδρον ἐσώθησαν· tandem subdit: καί τοι τούτων χρῆν μὴ μόνον Ἡρόδοτον καὶ Δαμάσην μεμνῆσθαι τῶν εὐεργεσιῶν, sed et, secundum suam legem, artis oratoriae scriptorem; postrema, in istum olim sensum scripta, nigrae sunt loliginis plena, neque *Speusippo* disconveniunt. De *Heraclēo* Macedoniae, deque *Heraclea*, *in radicibus Oetae montis sita*, hic non est agendi locus. VALCKEN.

85. Συνεβούλευόν σφι ἀπαλλάσσεσθαι] Consilium Alexandri Macedonis suasionemque, laudato *Herodoto*, Scriptor Epistolae XXVIII. inter Socraticas *Allatii* his exsequitur: ὕϛερον δὲ ϛασιαζόντων (πελαζόντων) τῶν βαρβάρων, οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τὸ ὑμέτερον Ἡράκλειον ἀπήντησαν. Ἀλεξάνδρου δὲ τὴν τῶν Ἀλεύου καὶ Θετταλῶν προδοσίαν τοῖς Ἕλλησι μηνύσαντος, ἀναζεύξαντες οἱ Ἕλληνες δὶ Ἀλέξανδρον ἐσώθησαν. In quis, postulante re, ἡμέτερον Ἡρακλ. mutavi et τὴν Ἀλέου, prava ab *Allatio* relicta. *Valckenarii* non dispar coniectura fuit ab C. 6., sed hic operosior. Cetera partim falsa, partim ab *Herodoti* mente aliena sunt.

99. Οὕτω δὴ ἐμήδισαν πρόθ.] *Tum vero Thessali Persarum partes animose sunt secuti.* Incerti verba *Suidas* habet in Ἐμήδισαν· μετὰ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην Θεσσαλοὶ ἐμήδισαν, δείσαντες τὴν ἀπόφραξιν τῶν Τεμπῶν sed quae praebet in Ἀγχότερος, *Kusterо* non designata, *Herodoti* verba sunt ex proximo cap. petita: ϛεινοτέρη ἐφαίνετο καὶ ἀγχοτέρη ἡ ἐσβολή. In his dum frequens recurrit mentio τῆς ἐσβολῆς, *introitus* in Thessaliam, alieno vocem loco posuerat librarius in Cod. MS. initio cap. 174., Αὕτη ἐγένετο ἡ ἐς Θεσσαλίην ἐσβολή· ubi vulgatur ϛρατιὴ, scribi debet ϛρατιῆ. —— Sed vero quod margo dat *Steph.* c. 175., πρὸς τὰ λεχθέντα ἐξ Ἀλεξάνδρου· pro ὑπ' Ἀλ. illud, a correctoribus non exspectandum, si habent et alii Codd. probarem ut Herodoteum: τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἐξ Ὀτάνεος, est L. III, c. 71. τὸ ποιηθὲν ἐξ Ψαμμιτίχου, II, c. 151. τὸ προσαχθὲν ἐκ τοῦ Κύρου, I, c. 114. apud *Quintilian.* I. O. VI, p. 511., *puer* —— *ex paedagogo se vellicari respondit.* Passivis ἐκ frequenter sic adiungunt Tragici: in Tragoediis, quae supersunt, non puto reperiri dictum servatum *M. Antonino* VII, c. 41. Εἰ δ' ἠμελήθην ἐκ θεῶν. In *Longino*, castigatissimo scriptore, a *Zach. Pearcio* revocatum, non feret ut puto, *Io. Toupius*, Longino dignissimus futurus editor, Sect. IX, 30., ἐκ Κίρκης συνοφορβουμένους. *Tan. Faber* bene correxit ἐν Κίρκης· prout *Plutarch.* etiam dederat II, p. 52., D. sed non illa socios Ulysis fecit συνοφορβοὺς, verum συῶν μὲν ἔχειν κεφαλὰς, φωνήν τε, δέμας τε. scribamus itaque totidem literis, συμορφουμένους. VALCKEN.

3. Λεχθέντα ἐξ Ἀλεξάνδρου] Revertit *Herodoto* adsueta dictio. Talis L. III, 71. τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἐξ Ὀτάνεος, et sine numero aliae.

13. Γῆς τῆς Ἱσταιώτιδος ἐπὶ Ἀρτεμίσιον] Non obliviscor φοιτᾶν —— ἐπ' ὕδωρ ἐπὶ τὴν Ἐννεάκρουνον libri VI, 137., nec huius libri C. 173. καὶ ἀπίκετο ἐς τὰ Τέμπεα ἐς τὴν ἐσβολὴν, recte posita, sed ad olim hoc collocatum loco haud gemina. Iure MSS. praepositionem auferunt, noxiam et inutilem. Γῆς autem τῆς Ἱσταιώτιδος τὰς παραθαλλίας κώμας L. VIII, 23. memorans aliquid insuper moliminis vetat.

Descriptio Graeciae, ubi mare AEgaeum excipiunt angustiae prope Sciathum et Magnesiam et Euboeam et Artemisium et Thermopylas.

γὰρ ἀγχοῦ τε ἀλλήλων ἐστι, ὥστε πυνθάνεσθαι τὰ κατ' [a] ἑκατέρους ἐόντα. Οἵτε χῶροι ὧδε ἔχουσι· τῶ-
το μὲν τὸ Ἀρτεμίσιον ἐκ τοῦ πελάγεος τοῦ Θρηϊκίου ἐξ εὐρέος συνάγεται ἐς [b] στενὸν πόρον, τὸν μεταξὺ ἐόντα νήσου τε Σκιάθου καὶ ἠπείρου Μαγνησίης· ἐκ δὲ τοῦ στενοῦ τῆς Εὐβοίης, ἤδη τὸ Ἀρτεμίσιον [c] δέκεται αἰγιαλός· ὁ δὲ, Ἀρτέμιδος ἱρόν. ἡ δὲ αὖ διὰ [d] Τρηχῖνος ἔσοδος ἐς τὴν Ἑλλάδα, ἔστι, τῇ στενοτάτη, ἡμίπλεθρον· ἀ μέντοι κατὰ τοῦτό γ' ἐστὶ τὸ στενότατον τῆς χώρης τῆς ἄλλης, ἀλλ' [e] ἔμπροσθέν τε Θερμοπυλέων καὶ ὄπισθεν· κατά τε Ἀλπηνοὺς ὄπισθεν [f] ἐόντας ἐοῦσα ἁμαξιτὸς μούνη, καὶ ἔμπροσθεν κατὰ Φοίνικα ποταμὸν, ἀγχοῦ [g] Ἀνθηλῆς πόλιος, ἁμαξιτὸς ἄλλη μούνη. τῶν δὲ Θερμοπυλέων [h] τὸ μὲν πρὸς ἑσπέρης, ὄρος ἄβατόν τε καὶ ἀπόκρημνον, ὑψηλὸν, ἀνατεῖνον ἐς τὴν Οἴτην. τὸ δὲ πρὸς τὴν [i] ἠῶ τῆς ὁδοῦ, θάλασσα ὑποδέκεται καὶ τενάγεα. ἔστι δὲ ὁ τῇ ἐσόδῳ ταύτῃ θερμὰ λουτρὰ, τὰ [k] χύτρους καλέουσι οἱ ἐπιχώριοι· καὶ βωμὸς ἵδρυται Ἡρακλέος ἐπ' αὐτοῖσι. ἐδέδμητο δὲ τεῖχος κατὰ ταύτας τὰς ἐσβολάς· καὶ [l] τό γε παλαιὸν πύλαι ἐπῆσαν. ἔδεισαν δὲ Φωκέες τὸ τεῖχος, δείσαντες, ἐπεὶ Θεσσαλοὶ ἦλθον ἐκ Θεσπρωτῶν [m] οἰκήσοντες γῆν τὴν Αἰολίδα, τήνπερ νῦν ἐκτέαται. ἄτε δὴ πειρωμένων τῶν Θεσσαλῶν κατασρέφεσθαί σφεας, [n] τοῦτο προεφυλάξαντο οἱ Φωκέες· καὶ τὸ ὕδωρ τὸ θερμὸν τότε ἐπῆκαν ἐπὶ τὴν ἔσοδον, ὡς ἂν χαραδρωθείη ὁ χῶρος· πᾶν μηχανεώμενοι ὅκως μὴ σφι [o] ἐσβάλοιεν οἱ Θεσσαλοὶ ἐπὶ τὴν χώρην. τὸ μέν νυν τεῖχος τὸ ἀρχαῖον ἐκ παλαιοῦ τε ἐδέδμητο, καὶ τὸ [p] πλέον αὐτοῦ ἤδη ὑπὸ χρόνου ἔκειτο. τοῖσι δὲ αὖτις ὀρθώσασι, ἔδοξε [q] ταύτῃ ἀπαμύνειν ἀπὸ τῆς

loca inter se vicina sunt, ut audiri utrinque possint quae apud alteros gerantur. Quae loca ita se habent: Artemisium quidem a pelago Thracico, ex laxitate in arctum cogitur traiectum, qui est inter insulam Sciathum et continentem Magnesiam: ab angustiis autem Euboeae iam Artemisium excipit litus, in quo est Dianae templum. Ingressus vero in Graeciam per Trachinem, ubi arctissimus, dimidiati plethri est: quanquam ad cæteram regionem non est hic locus arctissimus, sed ante postque Thermopylas: iuxtaque Alpenos a tergo sitos, tantummodo ad agendum vehiculum via patet: anterius etiam iuxta flumen Phœnicem, prope urbem Anthelam solum agendo vehiculo rursus via sufficit. Thermopylarum autem quod ad occasum vergit, mons est inaccessus et prærupti præcipitii, procedens usque ad Oetam: quod autem viæ vergit ad auroram, mare excipit ac vada. In hoc autem ingressu sunt calida lavacra, quæ χύτρους, *id est ollas*, indigenæ vocant: et prope illa est ara Herculi extructa. Ad hos ingressus, murus ædificatus erat, et olim portæ aderant. Eum autem murum ædificaverant Phocenses metu Thessalorum, quoniam illi ex Thesprotis iere AEolidem terram habitatum, quam nunc possident; quippe Thessalis conantibus eos evertere, hoc præsidio imposito se tutabantur: aquamque illam calidam in ingressum immisere, ut esset lacunosus locus; omnia excogitantes, ne in suam terram Thessali incursarent. Hic tamen antiquus murus quondam extructus, maiori ex parte iam vetustate erat collapsus: quem qui rursus excitaverunt, visum est illis faciendum, ut

176

a Ἑκατέρους ora *Stepb. V. Arch. Pasf. Valla*: neque displicuit. Prius ἑτέρους. b Στενὸν ἐόντα τὸν πόρον, τὸν μετ. νήσου *Pasf. Ask.* c *Arcb. V. Med. Pasf. Ask.*, olim ἐκδέκεται. d Τριχ. *Arcb. Valla.* e Ἔμπροσθε et mox ὄπισθε *Vind. Ask.* f Ἐόντας ἐοῦσα ἀμ. *V. Arch. Brit. Paris. A. B. Ald.*, non praeter Scriptoris morem: ἐοῦσα expulsa fuerat ob *Med. Ask. Pasf.* Ἀλπηνοὺς hinc *Stepb.* accepit in Voc. g *Stepb. Byz.* habet ex hoc loco aut C. 200 potius. h Haec duo negligit *Arcb. V.*, tum πρὸς ἑσπέρην. i Ἑω iidem. k Χύτρας *Eustatb.* ad *Dionys.* v. 437., his usus, et Ed. *Genev.* l Τό γε παλ. *Arcb. V. Paris. B. Brit Ald.*, τὸ δὲ παλ. *Eustatb.*, τό γε τοπαλαιὸν *Med. Pasf Ask.* m *Arcb. Ask. V. Brit. Paris. A. Ald.*, οἰκήσαντες *Med. Pasf.* n Abest ab *Arcb.* o Ἐμβάλ. *Arcb. Vind.* et mox ἐς τὴν χωρ. iid. tum τεῖχ. ἀρχαῖον tantum. p Παλαιὸν *Pasf.* q Ταῦτα *Ask. Pasf.*

14. Τὰ κατ' ἑτέρους] Literas aliquot, quae repeti debebant, hic etiam absorptas suspicor, sic restituendas, ut legatur: ὥστε πυνθάνεσθαι τὰ κατ' ἑκατέρους ἐόντα· quam lectionem commodum offert margo *Stepb.* ex MS. repertam etiam *Vallae* Latina monstrant. VALCKEN.

27. Τῶν δὲ Θερμοπυλέων &c.] Accuratissima haec loci pictura, nulli, nec Livianae L. XXXVI, 15., neque *Strabonis* L. IX. p. 655. concedens. Ὦ ναύλοχα καὶ πετραῖα ΘΕΡΜΑ ΛΟΤΤΡΑ, καὶ πάγους Οἴτας περιναιετάοντες culte ad accolas chorus Trachin. *Sopbocl.* v. 642.

28. Ἄβατόν τε καὶ ἀπόκρημνον] Ὑψηλὸν, quod additur, in marginem libenter reiicerem recte iunguntur οὔρεα ὑψηλὰ καὶ ἄβατα, c. 198. sed ὄρος ἄβατόν τε καὶ ἀπόκρημνον, esse ὑψηλὸν, *Herodotus* lectorem non monuisset, qui dederat L. III, c. 111., ἀποκρήμνοισι οὔρεσι, ἔνθα πρόσβασιν ἀνθρώπῳ οὐδεμίην εἶναι. —— Mox viam, qua spectat Orientem, θάλασσα ὑποδέκεται καὶ τενάγεα. Secundum *Appian.* Syr. p. 157., τῇ μὲν θάλασσα τραχεῖα καὶ ἀλίμενος, τῇ δὲ ἕλος ἄβατόν τε καὶ βαραθρῶδες· *loca usque ad mare invia paluſtri limo et voraginibus* dixit *Livius* XXXVI, c. 18. Idem c. 15., *quia*, inquit, *calidae aquae in ipsis faucibus sunt, Thermopylae locus appellatur.* conf. *Strabo* IX. p. 655. B. *Casaub. Appian.* Syr. p. 158. *Harp.* in Θερμοπύλαι, et *Schol.* in *Ar.* Nub. ℣. 1047. *Herodotus*, ἔστι δὲ, ait, ἐν τῇ ἐσόδῳ ταύτῃ θερμὰ λουτρὰ, τὰ χύτρους καλέουσι οἱ ἐπιχώριοι· excitans ista χύτρας praebet *Eustath.* in *Dionys.* ℣. 437. alterum *Pausan.* IV, pag. 369, 370., memorans τὴν κολυμβήθραν, ἣν τινα ὀνομάζουσιν οἱ ἐπιχώριοι χύτρους γυναικείους· praeceptor *Pausaniae Herodes Atticus*, ut erat aedificator pecuniosus, in gratiam Thessalorum et Meliensium, cellas aegrotantibus accommodas hic construi curavit, ut suspicor ex *Philostr.* in eius vita p. 551. τὰς ἐν Θερμοπύλαις κολυμβήθρας memorante τοῖς νοσοῦσι παιωνίους· ex sacris nostris nota est Hierosolymitana κολυμβήθρα, πέντε στοὰς ἔχουσα. —— Paulo post stare nequit *Med.* lectio, ni sic paululum adiuvetur: καὶ τῷδε τὸ παλαιὸν πύλαι ἐπῆσαν· quae *Koenii* est suspicio. VALCKEN.

31. Τὰ χύτρους καλέουσι] Inprudentis audaciae Editor *Genev.* ob χύτρας, contra *Porti* sui admonitionem inculcatas, excusari nequit. *Eustathii* enim dubia lectio est, quae citra dubium si foret, manebit temerarius contra tabulas ausus. Ecce tibi *Pausaniam* L. IV, 35. de piscina, in quam calidae hae influunt aquae ἣν τινα ὀνομάζουσιν οἱ ἐπιχώριοι ΧΤΤΡΟΤΣ γυναικείους. In sequentibus τό γε τοπαλαιὸν doctissimi viri *D'Orvillius* ad *Chariton.* L. I, 3. pag. 41. et *Abreschius* Diluc. *Thucyd.* p. 4. recte auctius, quam decebat, censuerunt.

35. Οἰκήσοντες γῆν τὴν Αἰολίδα] Interrogationes Gronovianas non intelligo, nedum *falsissimam et absurdissimam* esse *in Geographia* veterem participii formam. Cur quaeso οἰκήσαντες γῆν τὴν Αἰολίδα Thessali, *antea Aeolidis terrae habitatores*, ita enim Latina habebant, in Thesprotos abierunt, indeque reduces Phocensibus vastitatem atque eversionem machinati sunt? Nonne conmodius et situi regionum congruentius, Thessalos ex Thesprotis, unde erant, habitatum terram AEolidem ivisse, quam deinde posfederunt? Nobil. *Palmerius*, veteris Graeciae adprime peritus, hanc verborum sententiam L. II. Gr. Ant. C. 4. p. 262. perspexit. Et quidni? Cum *AEolis* sit illa regio, quam Thessali deinceps possessione tenuerunt. Clare *Diodorus* L. IV, 67. de Boeoto, καταντήσας εἰς τὴν τότε μὲν ΑΙΟΛΙΔΑ, νῦν δὲ ΘΕΤΤΑΛΙΑΝ καλουμένην· Sine cuiusquam proinde invidia redire vulgata cum *Vallae* Latinis potuit.

49. Ὅτι

ut illac barbarum arcerent a Græcia. Est autem proxime viam vicus nomine Alpeni,
177 unde frumentari Græci ſtatuerant. Et hæc quidem loca videbantur Græcis opportuna, cuncta enim ante rimati atque ratiocinati, ubi barbari neque multitudine neque equitatu uti poſſent, ibi illum Græciæ turbatorem excipere ſtatuerunt. Postea vero quam Perſam in Pieria eſſe audiere, ex Isthmo digreſſi ſunt; peditatus ad Thermopylas inſidendas, ceteri mari, ad Artemiſium.
178 Et Græci quidem ex iuſſu propere ad ſuccurrendum tendunt; interea vero Delphi deum conſuluere, de ſeipſis et de Græcia ſolliciti. His reſponſum est ut ventos precarentur: illos enim maximos fore Græciæ auxiliatores. Delphi quod accepere oraculum, cum iis primum Græcis communicavere quibus libertas cordi erat; quo nuncio illos quod barbarum magnopere timerent, immortali beneficio demeruere. Deinde ſtatuta ventis ara in Thyiæ, ubi fanum est Thyiæ Cephiſi filiæ, a qua et locus hic habet nomen, etiam hoſtiis illos proſequuti ſunt: propter quod oraculum etiam nunc Delphi ventos propitiant. Nau-
179 ticus autem Xerxis exercitus ex urbe Therma movens, decem ex omnibus navibus velociſsimas recta traiecit in Sciathum, ubi erant tres præſidiariæ naves Græcæ, Trœzenia, AEginæa, Attica: quæ proſpicientes barbarorum naves, in fugam ſe prori-
180 puerunt. Sed ex iis Trœzeniam, cui præerat Praxinus, inſequuti barbari, continuo capiunt; ac deinde ſtrenuiſſimum propugnatorum eius ducentes, in prora navis iugulant, perfauſtum exiſtimantes, quem primum et ſtrenuiſſimum Græcorum ceperant: huic autem, quem mactaverunt, nomen

τῆς Ἑλλάδος τὸν βάρβαρον. κάμη δέ ἐστι ἀγχοτάτω τῆς ὁδοῦ, Ἀλπηνοὶ οὔνομα· ἐκ ταύτης δὲ ἐπισιτίεῖσθαι ἐλογίζοντο οἱ Ἕλληνες. Οἱ μέν [a] νυν χῶροι οὗτοι τοῖσι Ἕλλησι εἶναι [b] ἐφαίνοντο ἐπιτήδεοι. ἅπαντα γὰρ προσκεψάμενοι καὶ ἐπιλογισθέντες, ὅτι οὔτε πλήθεϊ ἔξουσι χρᾶσθαι οἱ βάρβαροι, οὔτε ἵππῳ, ταύτῃσφι ἐδόξε δέκεσθαι τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. ὡς δὲ ἐπύθοντο τὸν Πέρσην ἐόντα ὑπὸ Πιερίῃ, διαλυθέντες ἐκ τοῦ [c] Ἰσθμοῦ, ἐστρατεύοντο αὐτέων οἱ μέν, ἐς Θερμοπύλας [d] πεζῇ, ἄλλοι δὲ, κατὰ θάλασσαν [e] ἐπ' Ἀρτεμίσιον. Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες κατὰ τάχος ἐβοήθεον διαταχθέντες· Δελφοὶ δ' ὑπὸ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐχρηστηριάζοντο τῷ θεῷ, ὑπὲς ἑωυτῶν καὶ τῆς Ἑλλάδος καταῤῥωδηκότες. καί σφι ἐχρήσθη ἀνέμοισι εὔχεσθαι· [f] μεγάλους γὰρ τούτους ἔσεσθαι τῇ Ἑλλάδι συμμάχους. Δελφοὶ δὲ δεξάμενοι τὸ μαντήϊον, πρῶτα μὲν Ἑλλήνων τοῖσι βουλομένοισι εἶναι ἐλευθέροισι, ἐξήγγειλαν τὰ χρησθέντα αὐτοῖσι. καί σφι δεινῶς καταῤῥωδέουσι τὸν βάρβαρον ἐξαγγείλαντες, χάριν ἀθάνατον κατέθεντο. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ Δελφοὶ τοῖσι ἀνέμοισι βωμόν τε [g] ἀπέδεξαν ἐν Θυίης, τῆπερ τῆς [h] Κηφισσοῦ θυγατρὸς Θυίης τὸ τέμενός ἐστι, ἐπ' ἧς καὶ ὁ χῶρος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔσχε, καὶ θυσίησί σφεας [i] μετήϊσαν. Δελφοὶ [k] μὲν δὴ καὶ τὸ χρηστήριον ἔτι καὶ νῦν τοὺς ἀνέμους ἱλάσκονται. Ὁ δὲ ναυτικὸς Ξέρξεω στρατὸς ὁρμεώμενος ἐκ Θέρμης πόλιος, παρέβαλε νησὶ τῇσι ἄριστα πλεούσῃσι δέκα, ἰθὺ Σκιάθου· ἔνθα ἔσαν προφυλάσσουσαι νέες τρεῖς Ἑλληνίδες, Τροιζηνίη τε καὶ [l] Αἰγιναίη καὶ Ἀττική. προϊδόντες δὲ αὐτοὶ τὰς νέας τῶν βαρβάρων, ἐς φυγὴν ὥρμησαν. Τὴν μὲν δὴ Τροιζηνίην, τῆς ἦρχε Πρηξῖνος, αὐτίκα αἱρέουσι [m] ἐπισπόμενοι οἱ βάρβαροι. καὶ ἔπειτα τῶν ἐπιβατέων αὐτῆς τὸν καλλιστεύοντα [n] ἀγαγόντες ἐπὶ τῆς πρῴρης τῆς νηὸς ἔσφαξαν, διαδέξιον ποιεύμενοι τὸν εἶλον τῶν Ἑλλήνων πρῶτον καὶ κάλλιστον. τῷ δὲ σφαγιασθέντι

a Οὖν *Vind. Arcb.* *b* Ἐφαίνοντο *Arcb. V. Brit. Paris. A. B. Pasſ. Ald.*, ἐμφαίνοντο *Med. Ask.*, quod ſprevi. *c* Στρατοῦ *Arcb.* *d* Πεζοὶ *Arcb. V.*, ſi ita velis, non male. *e* Ἐς Ἀρτ. *Arcb. V.* *f* Μεγίστους *Arcb. V. Valla.* *g* *Pasſ. Ask. V. Arcb. Brit. Steph.* margo: olim ἀπεδέξαντο· ἐν Θυίης omittit *Arcb.*, Θύῃ *Pasſ.*, Θυίης et iterum *Ask.* *h* Κηφισοῦ *V. Valla.* *i* Μετῆσαν *Ask.* *k* Μέν νυν *Arcb.* *l* Ἀιγιναίη *Med.*, Αἰγινάη *Pasſ.*, in ceteris Αἰγινέη cum *Aldo*, qui mox melius. *m* Ἐπισπώμενοι *Arcb.* *n* Ἄγοντες ἐπὶ τὴν πρώρην τῆς νεώς *Arcb. V.*, quod minime damnabile.

49. Ὅτι οὔτε πλήθεϊ —— ταύτῃ] Acutiſsimus *Gisb. Koenius* in literis ad me datis ad h. l. „ *alii forte*, ſcri„ bit, *dudum viderunt legi debere*, τῇ —— ταύτῃ. *Hoc* „ *ipsum Vallae codex habuit, qui vertit, ubi* —— *ibi*, „ ἡ —— ταύτῃ, *Polyaenus* p. 333. §. 12. et p. 232. „ §. 2.„ *Reiskio* ὅπῃ venit in mentem: mihi iam olim etiam placuit noſtratis illud: τῇ οὔτε πλήθει ἔξουσι χρέεσθαι οἱ βάρβαροι, οὔτε ἵππῳ, ταύτῃ· *anguſtias quaerebant ne multitudine circumirentur*: et hoc Themiſtoclis fuiſse videtur conſilium. Apud *Thucyd.* p. 180, 40, pro ὅ, τι ſcriberem ὅπῃ· ſed Herodoteum est τῇ· pro ἡ χώρα. *Schol.* in *Sophocl.* Ai. ϗ. 826. τὸ ἐπίῤῥημα, [ἀποδίδοται] πρὸς τὸ ταύτῃ. VALCKEN.

58. Ἀνέμοισι εὔχεσθαι] Vatis tale reſponſum, Ὦ Δέλφοι λίσσεσθ' ἀνέμους, καὶ λώϊον ἔσαι in *Clement. Alex.* Stromat. VI. p. 753., adiungentis hanc in rem, βωμὸν καὶ θυσίαν ποιήσαντες τοῖς ἀνέμοις ἀρωγοὺς αὐτοὺς ἔσχον. In ambiguo autem haeret, utrum μεγίσους an μεγάλους reliquerit *Herodotus*.

58. Καί σφι ἐχρήσθη, ἀνέμοισι] Eruditione ſua multiplici ſaepe ſapienter uſus ad Gentiles confutandos, *Clemens Alex.* verba nobis oraculi Delphici ſervavit Strom. VI. p. 753., Δελφοὶ, Ξέρξου ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύσαντος, ἀνειποῦσης τῆς Πυθίας, Ὦ Δελφοὶ, λίσσεσθ' ἀνέμους, καὶ λώϊον ἔσαι, βωμὸν καὶ θυσίαν ποιήσαντες τοῖς ἀνέμοις ἀρωγοὺς αὐτοὺς ἔσχον. Oraculum eiusdem ſententiae acceperunt Athenienſes: vid. c. 189. Quos facere voluit, et revera reddidit, indignante *Platone*, ναυτικοὺς Themiſtocles, his effata talia facile Delphis comparavit: Δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος ἢν τε τἄβατα. — Aram Delphi ventis ſtatuiſse dicuntur in loco, mihi aliunde incognito, ἐν Θυίης· forte, *prope Thyiae fanum*: ἐν in talibus etiam loca nonnunquam deſignat circa templa: ſunt autem uſitatiſsima, ἐν Διονύσου· ἐν Ἀσκληπιοῦ· ἐν Θεσμοφόροιν· ἐν Ἀρτέμιδος· hoc forte poni poterit, ubi legitur apud *Pauſan.* II, p. 189. Σαρώνια κατὰ ἔτος ἓν Ἀρτέμιδι ἑορτὴν ἄγουσι. Graece non dicitur κατὰ ἔτος ἕν, *quotannis Pauſaniae* ſicut aliis est κατ' ἔτος et κατ' ἔτος ἕκαστον· aut hoc latet in ἕν, aut ſcribi poterit: κάτα ἔτος ἐν Ἀρτέμιδος ἑορτὴν ἄγουσι, *circa aedem Dianae quotannis feſtos dies, Saronia dictos, celebrant* Troezenii. VALCKEN.

64. Βωμόν τε ἀπέδεξαν] Sic Scriptorem malle, ſupra commonſtratum L. V, 89. Ἐν Θυίης, videlicet τεμένει aut χώρῳ, extra omnem est culpam. *Thyia*, modo eadem tamen, Caſtalii filia, Apollinis pellex, materque Delphi a *Pauſania* L. X, 6. non negligitur.

77. Διαδέξιον ποιεύμενοι τὸν εἶλον] *Ex formae praeſtantia illius, quem primum Graecorum ceperant, laetum omen captantes.* In hunc ferme ſenſum Herodotea recte mihi videtur *AEm. Portus* interpretatus in Διαδέξιος· vicina pertractans in Ἐπαύροιτο· — τάχα δ' ἄν τι καὶ τοῦ οὐνόματος ἐπαύροιτο· *forſan autem et ex nomine* (Λέοντος, Leonis) *fructum quendam perceperit*, ut nempe peius cum illo ſit actum, atque idcirco hoc triſte fatum ſubierit. Verbum Ἐπαύρεσθαι, ſignificans *fructum percipere*, de bonis et malis in utramque partem adhiberi docuit *H. Steph.* in Indice Thes. L. G. Idem in uſu ſignificans Ἀπολαύειν pertractavit *Ti. Hemſterh.* ad *Lucian.* p. 101. Egregium *Democriti* dictum dat *Stobaeus* in Eclogis *Canteri* p. 205., Ἀφ' ὧν ἡμῖν τἀγαθὰ γίγνεται, ἀπὸ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ τὰ κακὰ ἐπαυρισκόμεθα. Qui ſaepe *Clementis Alex.* libellum ingenioſiſsimum, *Quis dives ſalvandus ſit*, interpolavit, vaniſsimus ille noſtrae formulae virorum clarorum cenſor *Combefiſius*, p. 937, 5., poſuit perperam, ὅπως ἂν — ἐπαύροιντο τὰ τῆς ἐλπίδος· eiiciendum est τὰ, ab illo inculcatum: τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπαύρασθαι, ſcri-

σθέντι τούτῳ [a] τοὔνομα ἦν Λέων. τάχα δ' ἄν τι καὶ τῷ ὀνόματος ἐπαύροιτο. Ἡ δὲ Αἰγιναίη, τῆς ἐτριηράρχεε [b] Ἀσωνίδης, καί τινά σφι θόρυβον παρέσχε, Πύθεω τοῦ Ἰσχενόου ἐπιβατεύοντος, ἀνδρὸς ἀρίστου γενομένου ταύτην τὴν ἡμέρην· ὃς, ἐπειδὴ ἡ ναῦς ἡλίσκετο, ἐς τοῦτο ἀντεῖχε μαχόμενος, ἐς ὃ [c] κατεκρεουργήθη ἅπας. ὡς δὲ πεσὼν οὐκ ἀπέθανε, ἀλλ' ἦν ἔμπνοος, οἱ Πέρσαι οἵπερ ἐπεβάτευον ἐπὶ τῶν νεῶν, δι' ἀρετὴν τὴν ἐκείνου, περιποιῆσαί μιν περὶ πλείστου ἐποιήσαντο, [d] σμύρνῃσί τε ἰώμενοι τὰ ἕλκεα, [e] καὶ σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι [f] κατειλίσσοντες. καί μιν, ὡς ὀπίσω ἀπίκοντο ἐς τὸ ἑωϋτῶν στρατόπεδον, ἐπεδείκνυσαν [g] ἐκπαγλεόμενοι πάσῃ τῇ στρατιῇ, [h] περιέποντες εὖ· τοὺς δὲ ἄλλους τοὺς ἕλαβον ἐν τῇ νηῒ ταύτῃ, περιεῖπον ὡς ἀνδράποδα. Αἱ μὲν δὴ δύο τῶν νεῶν [i] οὕτω ἐχειρώθησαν. ἡ δὲ τρίτη, τῆς ἐτριηράρχεε [k] Φόρμος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, φεύγουσα, ἐξοχέλλει ἐς τὰς [l] ἐμβολὰς τοῦ Πηνειοῦ· καὶ τῇ μὲν σκάφεος ἐκράτησαν οἱ βάρβαροι, τῶν δὲ ἀνδρῶν, οὔ. ὡς γὰρ δὴ τάχιστα ἐπώκειλαν τὴν νέα οἱ Ἀθηναῖοι, ἀποθορόντες, κατὰ Θεσσαλίην πορευόμενοι ἐκομίσθησαν ἐς [m] τὰς Ἀθήνας. 441 Ταῦτα οἱ Ἕλληνες οἱ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ στρατοπεδευόμενοι πυνθάνονται [n] παρὰ πυρσῶν ἐκ Σκιάθου. πυθόμενοι δὲ καὶ καταρρωδήσαντες, ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου μετωρμίζοντο ἐς Χαλκίδα, φυλάξοντες μὲν τὸν Εὔριπον, λείποντες δὲ ἡμεροσκόπους περὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς Εὐβοίης. τῶν δὲ δέκα νεῶν τῶν βαρβάρων τρεῖς [o] ἐπέλασαν περὶ τὸ ἕρμα τὸ μεταξὺ ἐόν Σκιάθου τε καὶ Μαγνησίης, καλεόμενον δὲ Μύρμηκα. ἐνθαῦτα οἱ βάρβαροι,

men erat Leon; fortaſſe etiam non nihil ipſo nomine fruitus est. AEginæa vero, cuius trierarchus erat Aſonides, nonnihil tumultus hoſtibus præſtitit, quod inter propugnatores erat Pythes Iſchenoi filius, vir eo die præſtantiſſimus; qui quum caperetur navis, tamen eousque pugnando reſtitit, donec totus in fruſta carnis conciſus est; quumque collapsus non eſſet mortuus, ſed ſpiraret, Perſæ, qui in navibus militarem operam præſtabant, admiratione virtutis, magnum operæ pretium putaverunt ſervare, vulnera myrrha ſanantes, ſindonisque byſſinæ faſciis obvolventes, ac rurſus in caſtra ſua reverſi, hominem univerſo exercitui oſtentabant admirabundi, ac probe excipientes: quum alios quos in eadem navi ceperant, tanquam mancipia tractarent. Duabus navibus ita interceptis, tertia, cui præerat Phormus, vir Athenienſis, dum fugit, ad oſtia Penei impacta est; qua ſine viris barbari potiti ſunt: nam Athenienſes, ſimulatque navem impegerunt, ab ea deſilientes, iter Theſſaliam intenderunt, ſeque Athenas receperunt. Huius rei per ignes e Sciatho 1 editos facti certiores Græci qui ad Artemiſium caſtra habebant, et ob id perterriti, illinc Chalcidem concesſerunt quidem ad Euripum tutandum, relictis tamen per edita Eubœæ loca diurnis ſpeculatoribus. Ex 183 illis autem decem barbarorum navibus tres ad ſaxum, quod est inter Sciathum et Magneſiam, nomine Myrmecem, invectæ ſunt: quo

a Οὔνομα ora *Steph. Ask.* b Ἀσώνιδης *Arch. Valla.* et fortaſſe melius. c Κατεκρεουργήθη *Paſ.*; a *Longino* περὶ Ὕψ. Sect. xxxi. p. 170. dictio laudatur. d Σμύρνῃ *Arch. V. Valla*, vulgatum ſervat *Suid.* in Τελαμών. e Καὶ ἐκ σινδ. *Arch.*, ſine cauſſa. Vid. L. II, 86. f Κατειλ. *Arch. V. Paſ. Ask. Suid. Ald.*, alii κατελ. g Ἐκπλαγ. *Arch. V. Ask.* h Καὶ περιέπ. *Vind. Arch. Valla.* i Deſit in *Arch.* k *Paſ. Ask. Arch. V.* ora *Steph. Valla*, Φίρμος olim. l Ἐσβολὰς *Paſ. Ask. Steph.* margo. m Deſit *Vind. Paſ.* n Διὰ *Arch.*, Περσῶν loco πυρσῶν *Ald.* o Ἐπήλ. *Paſ.*, ἐπεσάλησαν *Arch. Vind.*

pſit *Clemens* p. 957, 7. —— Herodoteum διαδέξιόν (non mirabor ſi cui venerit in mentem Δία δεξιὸν) τι ποιέεσθαι idem videtur, quod ſaepius dicitur οἰωνόν τι θέσθαι, vel ποιεῖσθαι. *Eurip.* Iph. in Aul. ϒ. 607., Ὄρνιθα μὲν τόνδ' (imo τοῦδ') αἴσιον ποιούμεθα, Τὸ σόν γε χρηστὸν, καὶ λόγων εὐφημίαν. VALCKEN.

80. Ἐπαύροιτο] *Vallae* mala olim Latina ex *Porti* indicio iam bona. Fructum nominis ſui Leo caedem abſtulit. Veriſime *Democritus* ἀφ' ὧν ἡμῖν τἀγαθὰ γίγνεται, ἀπὸ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ τὰ κακὰ ἐπαυρισκόμεθα, *malorum fructum nanciſcimur* in *Stob.* Eclog. Eth. L. II. p. 205. et *Euripides* Helen. v. 476. Τίν' αἰτίαν σχὼν ἧς ἐπαυρόμην ἐγώ; *cuius ego culpam luerem?* Ita verbo uſus et prava in re conſtat.

84. Ἐς ὃ κατεκρεουργήθη] Si Ionum ſermonis ὑποοργὸς, Λυκόοργος, vice aliorum ὑπουργὸς, Λυκοῦργος fuerint in Celeb. viri adnotatis ad L. I, 65., quo iure κατεκρεουργήθη *Paſ.* damnabitur? Verbum, *Longini* excuſatione laudabile, *Xanthus* in Lydiacis ſuis haud averſatus Cambletem deſcripserat τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ΚΑΤΑΚΡΕΟΤΡΓΗΣΑΝΤΑ καταφαγεῖν *Athen.* L. X, 3. p. 415. D. *Philo Iud.*, *Ioſephus*, *Procopius* et incertus ſcriptor in *Suidae* Αἰθεροβατεῖν in huiusmodi lancinata membrorum ſciſſura κρεουργηθῆναι maluerunt.

84. Ἐς ὃ κατεκρεουργήθη ἅπας] Rabiem Pythes aemulatus Cynaegiri, quem Pythen ſive Pytheam κατακοπέντα dixit VIII, 92. Uſum hic verbi laudans vicinorum tantum expreſſit ſententiam, ut ſolet, *Longinus* π. Ὕ. Sect. XXXI., ὁ Πύθης ἕως τοῦδε ἐπὶ τῆς νεὼς ἐμάχετο, ἕως ἅπας κατεκρεουργήθη. Cambletem Lydorum Regem πολυφάγον uxorem ſuam noctu κατακρεουργήσαντα καταφαγεῖν ex Lydiacis *Xanthi* ſcripſit *Athen.* X. p. 415. D. τοὺς ἄνδρας κρεουργηδὸν διασπάσαντες est in *Herod.* III, c. 13. Ἀρταμεῖν ſimiliter adhibuiſſe ſuſpicor *Euripidem* ob ista *Heſychii:* Ἀρταμεῖν, κατακόπτειν. Εὐριπίδης Πελειάσιν. Διηρτάμηκεν est *Anaxandridae* apud *Athen.* X. p. 455. F. ὁ κρεουργὸς, ſive *lanius*, olim dicebatur Ἄρταμος· quod pro μάγειρος reſtituendum ex MS. *Xenophonti* K. Π. II. p. 27, 29. Senarius apud *Etymol.* p. 149, 55., Ἡ γὰρ βέβηκε χεῖρας ἀρτάμων φυγών; fragmentum videtur perditae tragoediae. —— Athenienſis paulo post ſuum nomen Φόρμος recuperabat; cui Graecis auribus barbarum dederant, quibus ſuae aetatis *Firmi* notiores erant. VALCKEN.

90. Ἐπεδείκνυσαν ἐκπαγλεόμενοι] Adhaeſerunt librarii tanquam ad ſcopulum, ἐκπλαγεόμενοι pingentes hic, L. VIII, 92. et L. IX, 47., pauci tamen: an *Heſychii* exemplo, Ἐκπλαγούμεναι, ἐκπληττόμεναι; ſed habeant ſibi. Non ſperno, quod *AEſchylus*, *Euripides*, *Dionyſius Halic.* atque alii adprobarunt. Par diſcordia in *Hippocratis* ἐκπαγλώς, *Erotiano* teſte p. 50. Ed. *Euſtachii*, ἐκπλαγῶς ex arbitratu fictum. Mox Attico civi patrium nomen Φόρμος rediit, quale Φορμίων et Φόρμις *Pauſaniae* L. V, 27. Namque Φίρμος, nec doctis latuit, Latinae civitatis erat.

1. Παρὰ πυρσῶν] Aldinum Περσῶν optime *H. Steph.* in exilium egit; ſi qui inſuper διὰ πυρσῶν maluerint, uti *Arch.* poterunt, nec tuto tamen. Quod ad ipsam φρυκτωρίας attinet rationem, de ea post *Bonav. Vulcanii* ad Auctor. Περὶ Κόσμου p. 207. et *Stanleii* in *AEſchyli* Agam. v. 1. diligentem curam nihil adiungo, nihil etiam de ſpeculatoribus, ἡμεροδρόμοις, iterum iterumque memorandis C. 192. et 219., quippe dexterrime a *Turnebo* Advers. XXVII, 7. et *Dukero* ad *Livii* L. XXXI, 24. illuſtratis.

1. Πυνθάνονται παρὰ πυρσῶν] Genuinum est et *Vallae* lectum: περὶ Περσῶν, et διὰ πυρσῶν, ſunt a correctoribus. Eximie quidem uſurpatur παρὰ ἐπὶ τῶν ἐμψύχων· *Homerus* etiam ſcribit Πὰρ νηῶν ἀνιόντες, Il. Ξ. ϒ. 28. Vulgo verbis μαθεῖν, πυθέσθαι, ἀκούειν, ſimilibusque ſuccedit παρὰ, iuncta tamen ἐμψύχοις· ἐπὶ ἀψύχου poſuit *Antiphon* p. 112, 12., αὐτῷ ἐξουσία ἦν σαφῶς εἰδέναι παρὰ τῆς βασάνου. —— Sicut *Sopb.* habet πομποῖσι, pro διὰ πομπῶν, Antig. ϒ. 170. *Herod.* IX, c. 3. πυρσοῖσι —— ἐδόκεε βασιλέϊ δηλώσειν. In bello Graeci quoque πυρσοῖς utebantur ſive φιλίοις ſeu πολεμίοις· ſaepe meminerunt Tactici. περὶ πυρσῶν qui egerint ubi indicantur a *Leopardo* Em. V, c. XI., eadem emendatur opera *Suidas*, in quo tum legebatur περὶ Περσῶν· quae hic apud *Herodot.* est *Aldina* lectio. VALCKEN.

12. Τὸ

quo loco ubi barbari lapideam columnam apportatam imposuere, ipsi qui ex Therma solverunt, postquam omnia ante oculos fuerunt pura, cum tota classe adnavigabant undecim diebus, ex quo rex a Therma discesserat, interpositis: sed eos ad id saxum quod erat in traiectu deducebat præcipue Scyrius Pammon. Hinc totum diem navigantes barbari, partem oræ Magnesiæ peragunt ad Sepiadem, et litus quod est
184 inter urbem Casthanæam et oram Sepiadem. Ad hunc usque locum atque Thermopylas exsors malorum Xerxis exercitus fuit: et adhuc multitudo erat, quemadmodum ego coniiciendo invenio navium quidem ex Asia mille ducentarum septem: antiquam turbam e singulis nationibus millia ducenta et quadraginta unum ac quadringentos, ducenos supputando viros in unaquaque nave: et in his navibus præter indigenas singularum propugnatores, erant Persarum Medorumque ac Sacarum triceni epibatæ. Hæc alia turba constabat ex triginta sex millibus, ducentisque ad decem. Adiiciam autem huic et superiori numero eos qui sunt ex navibus quinquaginta remorum, supponens, quidquid plus erat in eis aut minus, ad singulas octoginta viros. Quarum navium summa, ut superius iam a me dictum est, trium millium fuit: ita in eis fuerint virorum ducenta et quadraginta millia. Hæc igitur erat classis ex Asia, quingentorum et decem millium virorum in universum, et præterea septem millium sexcentorum decem. Peditatus fuit decies septies centenum millium: equitatus, octoginta millium: quibus addo Arabes qui camelos, Afros qui currus agitabant, quos facio viginti millium. Quæ copiæ classiariæ et terrestres in summam redactæ fiunt ter et vicies centena et præterea decem et

βαροι, ἐπειδὴ τήλιν λίθυ ἐπέθηκαν, κομίσαντες ἐπὶ τὸ ἕρμα, ὁρμηθέντες αὐτοὶ ἐκ Θέρμης, ὥς σφι τὸ ἐμποδὼν [a] ἐγεγόνεε καθαρὸν, ἐπέπλεον πάσῃσι τῇσι νηυσὶ, ἕνδεκα ἡμέρας παρέντες μετὰ τὴν βασιλέος ἐξέλασιν ἐκ Θέρμης. τὸ δὲ ἕρμα σφι κατηγήσατο ἐὸν [b] ἐν πόρῳ μάλιστα Πάμμων Σκύριος. παντημερὸν δὲ [c] πλώοντες οἱ βάρβαροι, ἐξανύσι τῆς Μαγνησίης χώρης ἐπὶ Σηπιάδα τε καὶ τὸν αἰγιαλὸν τὸν μεταξὺ [d] Κασθαναίης τε πόλιος ἐόντα καὶ Σηπιάδος ἀκτῆς. Μέχρι μέν [e] νυν τούτου τοῦ χώρου καὶ Θερμοπυλέων, ἀπαθὴς τε κακῶν ἦεν ὁ στρατός· καὶ πλῆθος ἦεν [f] τηνικαῦτα, ὡς ἐγὼ [g] συμβαλλόμενος εὑρίσκω, [h] τῶν μὲν ἐκ τῶν νεῶν τῶν ἐκ τῆς Ἀσίης ἐυσσέων ἑπτὰ καὶ [i] διηκοσιέων καὶ χιλιέων· τὸν μὲν ἀρχαῖον [k] ἑκάστων τῶν ἐθνέων ἐόντα ὅμιλον, τέσσερας καὶ εἴκοσι μυριάδας, καὶ πρὸς, χιλιάδα τε καὶ τετρακοσίους· [l] ὡς ἀνὰ διηκοσίους ἄνδρας λογιζομένοισι ἐν ἑκάστῃ νηΐ. ἐπεβάτευον δὲ ἐπὶ τουτέων τῶν νεῶν, χωρὶς [m] ἑκάστων τῶν ἐπιχωρίων ἐπιβατέων, Περσέων τε καὶ Μήδων καὶ Σακέων, τριήκοντα ἄνδρες. οὗτος ἄλλος ὅμιλος [n] γίνεται τρισμύριοι, καὶ ἑξακισχίλιοι, καὶ πρὸς, διηκόσιοί τε καὶ δέκα. προσθήσω [o] δ' ἔτι τούτῳ καὶ τῷ προτέρῳ ἀριθμῷ τοὺς ἐκ τῶν πεντηκοντέρων, ποιήσας [p] ὅτι πλέον ἦν αὐτέων ἢ ἔλασσον ἀν' ὀγδώκοντα ἄνδρας εἶναι. συνελέχθη δὲ ταῦτα τὰ πλοῖα, ὡς καὶ πρότερόν [q] μοι ἐρρήθη, τρισχίλια. ἤδη ὦν ἄνδρες ἂν εἶεν ἐν αὐτοῖσι τέσσερες μυριάδες, καὶ εἴκοσι. τοῦτο μέν [r] νυν τὸ ἐκ τῆς Ἀσίης ναυτικὸν ἦν σύμπαν ἐὸν, πεντήκοντα μυριάδες, καὶ μία· χιλιάδες τε ἕπεισι ἐπὶ ταύτῃσι ἑπτὰ, καὶ πρὸς, ἑκατοντάδες ἑξ, καὶ [s] δέκας. τοῦ δὲ πεζοῦ, ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδες [t] ἐγίνοντο· τῶν δὲ ἱππέων, ὀκτὼ μυριάδες. προσθήσω [u] δ' ἔτι τοῖσι τὰς καμήλους τοὺς ἐλαύνοντας Ἀραβίους, καὶ τοὺς τὰ ἅρματα Λίβυας, πλῆθος ποιήσας δισμυρίους ἄνδρας. καὶ δὴ τό, τε ἐκ τῶν νεῶν καὶ τοῦ πεζοῦ [x] πλῆθος συντιθέμενον, γίνεται διηκόσιαί τε μυριάδες, καὶ τριήκοντα, καὶ μία, καὶ πρὸς, χιλιάδες ἑπτὰ,

a Ἐκποδὼν *Arcb. Vind*, tum ἔπλεον iid. cum ora *Steph.* *b* Ἐμπόρῳ et Πάμμωι *Arcb.*, *Pammorum* malo *Valla.* *c* Πλέοντες id. *Vind.* *d* Κασαναίης τε iid., encliticam, quae deerat, offert et *Ask.* cum *Brit.* *e* Omittitur in *Arcb.*, statim bis ἦν id. *V. Pasſ. Ask.* *f* Τηνικαῦτα ἔτι *Arcb. V. Brit. Paris. B. Ald.*, quam ultimam vocem negligunt *Paris. A. Med. Pasſ. Ask.* *g* Συμβαλλόμενος *Arcb. Pasſ. V. Ask.* *b* Τόσον, τῶν *Arcb. V. Brit. Ald.*, ceteri τόσον non norunt. *i* Διηκοσιέων *Pasſ.* ex dialecti more: διηκοσίων reliqui. *k* Ἑκάσου *Arcb.* *l* Haec tria desiderantur in *Arcb.*, mox νεῖ *Ask.* *m* Ἑκάσου *Arcb.* *n* Γίνονται id. *o* Δ' ἔτι margo *Steph. Pasſ. Ask.*, quod rectum mox redibit; alii δέ τι. *p* Ἔτι πλέον αὐτῶν ἢ ἐλάσσονα ὀγδ. *Arcb. Valla.* Malo ὅ, τι πλέον. *q* Abest *Arcb. V.*, qui εἰρήθη una cum *Pasſ. Ask.*; nec male, uti notatum ad IV, 157. Mox ἤδη ὦν ἂν ἦν *Arcb. V.*, neglecta voce ἄνδρες, ad sententiam haud requisita. *r* Δὴ τὸ *Pasſ.* *s* Δέκα *Arcb. V.* *t* Ἐγένοντο *Arcb. Pasſ. Vind.* *u* Δ' ἔτι *Arcb. V.* *x* Πλῆθος iid. *Ask.*, antea πλήθεος.

12. Τὸ δὲ ἕρμα σφι κατηγήσατο &c.] Scribi Cl. *de Pauw* voluit, ἐς τὸ δὲ ἕρμα ——, quod si schedae iuberent, ferri posset. Sed κατηγήσασθαι his in Musis idem nonnunquam ac monstrare aut praeeundo indicare, sicuti L. II, 49. et 56. VI, 135. Est certe prior ista divinatio multo tolerabilior, quam quidem sequens: *τὸ δὲ ἕρμα σφι κατηγήσατο ἐὸν ἐν πόρῳ μάλιστα πάντων κύριον· sed saxea pila illis viam monstrabat, existens omnium in traiectu praecipua:* ubi miror, *pilam*, de qua prius, huc advocari, *saxum*, quod intenditur, negligi: taceo, πάντων κύριον saxum inconmode dici, et mutationem nimiam minimeque videri necessariam.

15. Μεταξὺ Κασθαναίης] *Arcb.* Καζαναίης urbis nomen vulgatius edit, in ea tamen scriptura non perseverans C. 188. *Eporus*, *Strabo* et *Plinius* ex *Harduini* correctione paria *Herodoto* faciunt. Videndus *Steph. Byz.* et *Holstenius* ibi.

21. Τὸν μὲν ἀρχαῖον ἑκαστῶν &c.] Sermonis hanc stribiliginem viderunt docti viri. Si existeret ὁ μὲν ἀρχαῖος ἑκαστῶν —— et reliqua ad eum modum nominandi casu, quae *Pauii* opinio, lenius utique oratio volveretur. Namque ex praecedente εὑρίσκω pendere, quae nunc sunt, equidem haud crediderim. Ἀρχαῖον autem ἐθνέων ὅμιλον multitudinem adpellat, quam Xerxes tota Asia excitatam secum trahebat.

28. Προσθήσω δ' ἔτι τούτῳ] Sic recte scribitur in marg. *Steph.* ut infra hoc cap. προσθήσω δ' ἔτι τούτοισι —— πλῆθος ποιήσας δισμυρίους ἄνδρας· nostro loco ποιήσας (interiecta paulo forsan aliter scripta dabunt Codd.) ἀν' ὀγδώκοντα ἄνδρας ἐνεῖναι, *ponens in earum singulis fuisse viros octoginta.* Ποιῆσαι, pro τιθέναι, *ponere*, *fingere*, similiter adhibetur *Demosthen.* c. Leptin. p. 279, 36. εἰσὶ τῶν ξένων ἀτελεῖς, δέκα θήσω· —— καὶ μὴν τῶν γε πολιτῶν οὐκ εἰσὶ πέντε ἢ ἓξ· οὐκοῦν ἀμφοτέρων ἐκκαίδεκα· ποιήσωμεν αὐτοὺς εἴκοσιν· *ponamus illos esse viginti: faciamus*, quod est in scripto Cod. dederat, opinor, *Cicero*, ubi vulgatur *facimus*, de N. D. I, c. 30. *Age et his vocabulis esse Deos faciamus, quibus a nobis nominantur*; id est *fingamus*. *Cicero* ad Fam. I, Ep. 12., *eum te esse finge qui sum ego: fac* occurrit frequentius: Tusc. III, c. 18. *fac sane esse summum bonum non dolere:* καὶ δὴ Graecis adhibentur in eumdem usum: *Eurip.* Med. ϒ. 386., Καὶ δὴ τεθνᾶσι· τίς με δέξεται πόλις; *sed sint sane mortui.* Helenae ϒ. 465., Καὶ δὴ παρεῖκεν· *Fac sane eum concessisse.* In animosa *Xenophontis* Imperatoris oratione K. Ἀ. V. p. 214, 21. ποιῶ δ' ὑμᾶς (scrib. ποιῶ δὴ ὑμᾶς) ἐξαπατηθέντας —— ὑπ' ἐμοῦ ἥκειν εἰς φάσιν· καὶ δὴ καὶ ἀποβαίνομεν εἰς τὴν χώραν. *Herod.* c. 186., καὶ δή σφεας ποιέω ἴσους ἐκείνοις εἶναι. VALCKEN.

42. Πλῆθος συντιθέμενον] Nihil hoc verius esse, praemissa declarant. Certissimum praeterea καὶ δέκας ex computatione, quam καὶ δεκάδες δύο manifesto violant, praecedente: ad calculos qui sederit, haud dubitabit.

49. Δὸ-

Summa eorum, qui Europæi collecti fuerint in Perſico exercitu, et navium,

ἑπτὰ, καὶ ἑκατοντάδες ἑξ καὶ [a] δέκας. τοῦτο [b] μὲν
442 τὸ ἐξ αὐτῆς τῆς Ἀσίης στράτευμα ἐξαναχθὲν εἴρηται, ἄνευ τε τῆς θεραπηίης τῆς ἑπομένης, καὶ τῶν σιταγωγῶν πλοίων, καὶ ὅσοι ἐπέπλεον τυτοῖσι. Τὸ δὲ δὴ ἐκ τῆς Εὐρώπης ἀγόμενον στράτευμα, ἔτι προσλογιστέα τούτῳ παντὶ τῷ ἐξηριθμημένῳ. δόκησιν [c] δὲ δεῖ λέγειν. νέας μέν νυν οἱ ἀπὸ Θρηίκης Ἕλληνες, καὶ ἐκ [d] τῶν νήσων τῶν ἐπικειμένων τῇ Θρηίκῃ, παρείχοντο εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ἐκ μέν νυν τυτέων τῶν νεῶν, ἄνδρες τετρακισχίλιοι καὶ [e] δισμύριοι γίνονται. πεζοῦ δὲ, τὸν Θρήικες παρείχοντο, καὶ Παίονες, καὶ [f] Ἐορδοὶ, Βοττιαῖοι, καὶ τὸ Χαλκιδικὸν γένος, καὶ Βρύγοι, καὶ Πίερες, καὶ Μακεδόνες, καὶ Περραιβοὶ, καὶ [g] Ἐνιῆνες, καὶ Δόλοπες, καὶ Μάγνητες, καὶ Ἀχαιοὶ, καὶ ὅσοι τῆς Θρηίκης τὴν παραλίην νέμονται· τυτέων τῶν ἐθνέων, τριήκοντα μυριάδας δοκέω γενέσθαι. αὗται ὦν αἱ μυριάδες [h] κείνῃσι προστεθεῖσαι τῇσι ἐκ τῆς Ἀσίης, γίνονται [i] ἀνδρῶν αἱ πᾶσαι μάχιμοι μυριάδες διηκόσιαι, καὶ ἑξήκοντα, καὶ [k] τέσσερες. ἔπεισι δὲ ταύτῃσι [l] ἑκατοντάδες ἑκκαίδεκα, καὶ δέκας. Τῷ μαχίμῳ δὲ τύτῳ ἐόντος ἀριθμὸν τοσύτῳ, τὴν θεραπηίην τὴν ἑπομένην τύτοισι, καὶ τὰς ἐν τοῖσι σιταγωγοῖσι [m] ἀναπτοισι ἐόντας, καὶ μάλα ἐν τοῖσι ἄλλοισι πλοίοισι, τοῖσι [n] ἅμα πλέυσι τῇ στρατιῇ, τύτυς τῶν μαχίμων ἀνδρῶν ὑ δοκέω εἶναι ἐλάσσονας, ἀλλὰ πλεῦνας. καὶ δὴ σφέας ποιέω ἴσυς ἐκείνοισι εἶναι, καὶ ὅτε πλεῦνας, ὅτε ἐλάσσονας [o] ὐδέν. ἐξισύμενοι δὲ ὅτοι τῷ μαχίμῳ, ἐκπληρῶσι τὰς ἴσας μυριάδας [p] ἐκείνῃσι. ὅτω πεντηκοσίας τε μυριάδας καὶ εἴκοσι καὶ ὀκτὼ, καὶ χιλιάδας τρεῖς, καὶ ἑκατοντάδας δύο, [q] καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν [r] ἤγαγε Ξέρξης ὁ Δαρείυ μέχρι Σηπιάδος, καὶ Θερμοπυλέων. Οὗτος μὲν δὴ τῦ [s] συνάπαντος στρατεύματος τῦ Ξέρξεω ἀριθμός. γυναικῶν δὲ σιτοποιέων, καὶ παλλακέων, καὶ εὐνύχων, ὐδεὶς ἂν εἴποι ἀτρεκέα ἀριθμόν. ὐδ' αὖ ὑποζυγίων τε καὶ τῶν ἄλλων κτηνέων τῶν ἀχθοφόρων, καὶ κυνῶν Ἰνδικῶν τῶν ἑπομένων, ὐδ' ἂν τυτέων ὑπὸ πλήθεος ὐδεὶς ἂν εἴποι ἀριθμόν. ὥστε [t] ὐδένμοι Θώυμα παρίσταται προδοῦναι τὰ ῥέεθρα τῶν ποταμῶν [u] ὁκόσων ἄλλα μᾶλλον ἄκως

et ſeptem millia, ſexcenti et decem. Has copias ex ipsa Aſia fuiſſe eductas dictum est, præter ſervitia quæ comitabantur, et frumentarias naves, et quot in eis vehebantur. Huic omni enumerato exercitui adiiciendus est ille ductus ex Europa, de quo ex opinione dicere oportet. Isti igitur Græci ab Thracia, et ex inſulis Thraciæ obiacentibus, præbuerunt naves centum viginti, quarum viri fiunt viginti quatuor millia: terreſtres copias præbuerunt Thraces, et Pæones, et Eordi, et Bottiæi, et genus Chalcidicum, et Brygi, et Pieres, et Macedones, et Perrhæbi, et Enienes, et Dolopes, et Magnetes, et Achæi, et qui maritima Thraciæ habitabant. Harum nationum reor trecenta millia fuiſſe: quæ myriades illis Aſiaticis adiectæ, fiunt in ſumma virorum pugnantium ducentæ ſexaginta quatuor, et præterea mille ſexcenti ac decem. Hoc autem ipso tali pugnantium numero non pauciora ſed plura fuiſſe arbitror, quæ eos comitabantur miniſterii inſtrumenta, et eos qui in frumentariis acatiis erant, et omnino in aliis navibus, quæ una cum exercitu procedebant. Et ſane facio illos istis pares eſſe, et neque plures neque ulla parte pauciores. Ita æquati numero pugnantium, explent easdem illis myriadas. Sic quingentas et viginti octo myriadas, et tria millia ducentos et viginti viros Xerxes Darii filius duxit ad Sepiadem usque et ad Thermopylas. Hic est univerſarum copiarum Xerxis numerus. Nam mulierum pinſentium et pallacarum et eunuchorum numerum nemo pro comperto dixerit: ac ne impedimentorum quidem, aliorumque iumentorum ſarcinariorum, neque canum Indicorum, exercitum comitantium, præ multitudine quisquam iniverit numerum. Quo minus miror prodidiſſe fluenta quorundam amnium; magis miror, quomodo tot my-

185 186 187

a Δέκα *Arcb. V. Valla*, δέκας *Paſ. Ask. Brit.*, prius legebatur δεκάδες δύο ex *Ald. Med.* *b* Τοῦτο μὲν τὸ *Arcb. Paſ. Ask. Brit. Vind. Ald. Paris. A.*, μὲν δὴ τὸ *Med.*, quem non laudo. *c* Δὲ δεῖ λέγειν *Arcb. V. Ask. Brit. Paris. A. B. Ald.*, δὲ δὴ δεῖ λέγ. *Med.*, δὲ δὴ λέγειν *Paſ.* *d* Duo haec male negligit *Arcb.*, tum Θρήκης ſaepe id. et *Vind.* *e* Τρισμύριοι *Arcb. Valla.* *f* Ἔρδοὶ *Paſ.* *g* Ἀνιᾶνες *Arcb.* *b* Κείνῃσι *Arcb.*, alii ἐκείν. *i* Αἱ πᾶσαι ἀνδρῶν αἱ μάχ. id. *Paſ. Ask.* *k* Πέντε *Arcb.* *l* Χιλιὰς καὶ ἑκοντάδες ἓξ καὶ δέκα *Arcb.*, quod eodem redit. *m* *Med. Arcb. Paſ. Vind. Ask. Ald.*, ἀκάτοις antea. *n* Ἀναπλέουσι margo *Steph. Ask.* *o* Οὐδενὸς *Arcb.* *p* Ἐκείνοισι *Paſ.*, omittit *Arcb.*, ſcribens ſequentia, ὡς συμβαίνειν γίνεσθαι πάντα τὸν στρατὸν μυριάδας πενταχοσίας καὶ τριάκοντα καὶ χιλ. *q* Haec tria negligentia ſcribae deſunt *Ask.* *r* Τὸν ἤγ. *Arcb.* *s* *Med. Ask. Paſ. Brit.*, alii συμπάντος· tum τοῦ Ξέρξεω στρατεύμ. *Arcb. Ask.* *t* Οὐδέ μοι *Paſ. Thomas* et θῶμα περίσταται in *Arcb.* Haec habet *Thomas Magiſter* in Προέδωκεν. *u* Ἔστι τῶν, ἔστιν ὧν ora *Steph.*, quorum prius *Ask.*, poſterius *Paſ.* et *Thomas*, ἔστι οὖν *Brit.*

49. Δόκησιν δὲ δεῖ λέγειν] Ingratiſſima vocum est δὲ δὴ δεῖ copulatio atque adhaeſio, ſoli accepta *Med.* ferenda: nam *Paſ.* δὴ ſcribentis lapsu ex δεῖ, uti ſaepius haec permutantur, venit. Prudenter Lichas Sophocleus, ταυτὸ δ' οὐχὶ γίνεται ΔΟΚΗΣΙΝ εἰπεῖν ἀξακριβῶσαι λόγον Trachin. v. 432.

53. Καὶ δισμύριοι] Hactenus in numeris conſtans duravit conſenſio. Nunc τρισμύριοι *Arcb.* turbant, et catalogum nimium adaugent. Si in ſingulis enim navibus duceni nautae, ſicuti ſupra finivit, centum viginti naves dabunt viginti quatuor millia, reliquorum Codd. conſpiratione bene firma; adde, quamquam non adparet in his fuiſſe navibus, adde tamen ſingulis triginta propugnatores, haud illi aequabunt decem millia, quibus numeri inſtruuntur atque augentur. An ergo pro centum viginti navibus paullo ante numerandum cenſuit ſcriba *Arcb.* ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν *centum et ſeptuaginta?* Nihil quidem isthic mutat, et eo tamen navium e numero triginta quatuor illa millia ſupputando procedunt. Indidem in conſummatis, quas mox dabit, copiarum omnium rationibus incrementa denum millium, ſummatimque 5303220. Quo ille quidem modo ſecum ferme conſentit, nec efficit, ne nihil in catalogo difficultatis inſideat. Choenicum certe post pauca enumeratio et medimnorum hac *Arcb.* auctione non adiuvatur.

ται, καὶ [a] Τεγεητέων καὶ Μαντινέων χίλιοι, [b] ἡμίσεες ἑκατέρων· ἐξ Ὀρχομενοῦ τε τῆς Ἀρκαδίης, εἴκοσι καὶ ἑκατόν· καὶ ἐκ τῆς λοιπῆς Ἀρκαδίης, χίλιοι τοσοῦτοι μὲν [c] Ἀρκάδων. ἀπὸ δὲ Κορίνθου, τετρακόσιοι· καὶ ἀπὸ Φλιοῦντος, [d] διηκόσιοι· καὶ Μυκηναίων ὀγδώκοντα. οὗτοι μὲν ἀπὸ Πελοποννήσου παρῆσαν. ἀπὸ δὲ Βοιωτῶν, Θεσπιέων τε ἑπτακόσιοι, καὶ Θηβαίων τετρακόσιοι. Πρὸς τούτοισι ἐπίκλητοι ἐγένοντο Λοκροί τε [e] οἱ Ὀπούντιοι παντρατιῇ, καὶ Φωκέων χίλιοι. αὐτοὶ γάρ σφεας οἱ Ἕλληνες [f] ἐπεκαλέσαντο, λέγοντες δι' ἀγγέλων ὡς αὐτοὶ μὲν ἥκοιεν πρόδρομοι τῶν ἄλλων, οἱ δὲ λοιποὶ τῶν συμμάχων, προσδόκιμοι πᾶσαι [g] εἰσὶ ἡμέρην· ἡ θάλασσά τέ σφι εἴη ἐν φυλακῇ, ὑπ' Ἀθηναίων τε φρουρεομένη, καὶ Αἰγινητέων, καὶ τῶν ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντων, καί σφι εἴη δεινὸν οὐδέν· οὐ γὰρ θεὸν εἶναι τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἀλλ' ἄνθρωπον· εἶναι δὲ θνητὸν οὐδένα, οὐδὲ ἔσεσθαι, τῷ κακὸν ἐξ ἀρχῆς γινομένῳ οὐ συνεμίχθη· τοῖσι δὲ μεγίστοισι αὐτέων, μέγιστα. [h] ὀφείλειν ὦν καὶ τὸν ἐπελαύνοντα, ὡς ἐόντα θνητὸν, ἀπὸ τῆς δόξης πεσέειν ἄν. οἱ δὲ, ταῦτα πυνθανόμενοι, ἐβοήθεον ἐς τὴν Τρηχῖνα. Τούτοισι ἦσαν μὲν νυν καὶ ἄλλοι στρατηγοὶ κατὰ πόλιας ἑκάστων. ὁ δὲ [i] θωϋμαζόμενος μάλιστα καὶ πάντος τοῦ στρατεύματος ἡγεόμενος, Λακεδαιμόνιος ἦν, Λεωνίδης ὁ Ἀναξανδρίδεω, τοῦ Λέοντος, τοῦ Εὐρυκρατίδεω, τοῦ Ἀναξάνδρου, τοῦ Εὐρυκράτεος, [k] τοῦ Πολυδώρου, τοῦ Ἀλκαμένεος, τοῦ Τηλέκλου, τοῦ Ἀρχέλεω, τοῦ Ἡγησίλεω, τοῦ [l] Δορύσσου, τοῦ Λεωβότεω, τοῦ Ἐχεστράτου, τοῦ [m] Ἥγιος, τοῦ Εὐρυσθένεος, τοῦ Ἀριστοδήμου, τοῦ Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, τοῦ Ἡρακλέος· κτησάμενος τὴν βασιληίην ἐν Σπάρτῃ ἐξ ἀπροσδοκήτου. Δίξων γάρ οἱ ἐόντων πρεσβυτέρων ἀδελφεῶν, Κλεομένεός τε καὶ Δωριέος, ἀπελήλατο τῆς φροντίδος περὶ τῆς βασιληίης· ἀποθανόντος δὲ Κλεομένεος ἄπαιδος ἕρσενος γόνου, Δωριέος τε οὐκέτι ἐόντος, ἀλλὰ τελευτήσαντος καὶ τούτου ἐν Σικελίῃ, οὕτω δὴ ἐς

centi armati, Tegeatarum et Mantinensium mille, totidem ex utrisque; ex Orchomeno Arcadiæ centum viginti, ex reliqua Arcadia mille: tot quidem Arcades. A Corintho autem quadringenti: a Phliunte ducenti, et Mycenæorum octoginta: hi ex Peloponneso aderant: ex Bœotis autem Thespienses septingenti, Thebani quadringenti. Præter hos evocati erant Locrenses Opuntii cum omni copia, et Phocensium mille. Ipsi enim Græci eos evocaverant, missis nunciis, qui dicerent, ipsos quidem præcursores aliorum venire, ceteros autem socios quotidie penes ipsos, atque etiam expectari: ac tutelam maris esse in Athenienſium præsidio AEginetarumque, et eorum quibus res navalis iuncta esset: nec ipsis quippiam esse formidolosum: non enim deum esse qui bellum Græciæ inferret, sed hominem: nec mortalem quempiam aut esse aut fore, qui ex quo natus est, mali exsors sit: et ut quique maximi sunt, ita mala maxima: debere itaque fieri, ut quum mortalis esset, qui bellum inferret, ab opinione sit casurus. Hæc illi audientes, in Trachinem auxilio iere. Erant his cum alii duces suæ quisque civitatis, tum vero, penes quem summa imperii erat, quem maxime admirabantur, Lacedæmonius Leonides, Anaxandridæ filius, qui Leontis, qui Eurycratidæ, qui Anaxandri, qui Eurycratis, qui Polydori, qui Alcamenis, qui Telecli, qui Archelai, qui Agesilai, qui Dorysi, qui Leobotæ, qui Echestrati, qui Agis, qui Eurysthenis, qui Aristodemi, qui Aristomachi, qui Cleodæi, qui Hylli, qui Herculis filius fuit: adeptus ex inopinato Spartæ regnum. Nam quum duo forent ei fratres natu maiores, Cleomenes et Dorieus, aberat a cura regni adipiscendi: verum Cleomene sine virili sobole defuncto, et Dorieo iam non superstite, sed et ipso in Sicilia vita functo, ita

448 203 204 205

a Arch. Med. Pasſ. Ask., male olim Τεγαιητέων. *b Arch. V. Med. Pasſ. Ask. Brit.*; prius erat καὶ ἡμισ. *c* Ἄρκαδες *Arch.* *d Med. Pasſ. Ask. Arch. V. Brit. Valla:* alii διηκόσιοι ὁπλῖται καί. *e* Ὀπούντιοι tantum sine *oi* praescripto *Arch.* *f* Ἐπεκαλέοντο id. *g* Εἶεν *Arch. V. Paris. A. B. Ald.*, εἰσὶ *Med. Brit. Ask. Pasſ.* *h* Ὀφείλει *Arch.*, et statim ἐόντα θνητ., sine ὡς id. *Vind.* *i* Θωμαζ. *Arch. Ask.* *k* Quatuor ista desunt *Arch.*, tum Ἀλκαιμένεος *Med. Ask.*, male: prave quoque τοῦ Τηλέκτου uterque. *l* Δορύσσου marg. *Stepb. Arch. V. Pasſ. Ask. Brit. Valla*, olim Δορυάγου. *m Med. Pasſ. Ask. Brit.*, in ceteris Ἡγήσιος. Porro *Valla* non scripsit *Cleonidaei*, sicuti illi iniuria inputatur.

Λακεδαιμονίων καὶ Λεωνίδου ἐν Θερμοπύλαις παραταξάμενοι τῷ βαρβάρῳ ἐπιόντι συναπώλοντο· mihi potius Athenienses videntur et Themistoclem sequuti Plataeënses, quam Leonidam et Lacedaemonios. VALCKEN.

88. Καὶ Μαντινέων] Laudem auferunt veteres schedae. Accedit *Pausanias* manifesto L. x, 20., eundem Graecorum numerum hinc repetens, inprudenter tamen e Thespiensibus et Thebanis cccc. arcessens, cum illi Boeotis ıɔcc. accesserint. *Herodotum* praeterea ait, Locros Epicnemidios in catalogum nominatim non addidisse, sed ἀπὸ πασῶν πόλεων Locros venisse, Nostri πανστρατιῇ explicans: venisse vero, si quid suspicioni detur, ad sex capitum millia; cuius coniectionis causam subdit, me iudice, vagam et incertam; sequeretur sane, Locros ista ad Thermopylas excursione conglobatam Graecorum multitudinem longe exsuperasse. *Diodorus* non plus mille annumerat L. xi, 4., *Strabo* μετ' ὀλίγων ait τῶν ὁμόρων τοῖς τόποις Leonidam has fauces defendisse L. ix. p. 656. B.

4. Εἶναι δὲ θνητὸν οὐδένα] Frequenter a numero singulari transeunt ad pluralem; hic tamen cum *Koenio* legendum puto, θνητῶν οὐδένα· ob sequentia, τοῖσι δὲ μεγίστοισι αὐτέων μέγιστα. *Euripides* in Antiopa: τῶν πολλῶν βροτῶν Δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυσυχεῖς, τοὺς δ' εὐτυχεῖς. Fortunatorum ullum aut esse aut futurum negat *Herod.* τῷ κακὸν ἐξ ἀρχῆς γινομένῳ οὐ συνεμίχθη. *Euripidis* ex Aeolo sententia nobilis perplacuit Philosophis et *Platoni*: Οὐκ ἂν γένοντο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά, Ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὡς' ἔχειν καλῶς. *Alterum enim ex altero, sicuti Plato ait, verticibus inter se contrariis deligatum est; sustuleris unum, abstuleris utrumque*, *A. Gellius* ex *Chrysippo* N. A. vi, c. 1., quod ex Epitome *Lactantii* p. 57., suppleri poterit et corrigi. —— In Leonidae stemmate nihil adeo desiderem, nisi ut Δορυάγου convertatur in verum nomen Δορύσσου ex *Arch.* et marg. *Stepb.* VALCKEN.

16. Τοῦ Δορύσσου] *Pausanias*, *Plutarchus*, et quos *Io. Meursius* Regn. Lacedaem. C. 9. laudavit, regium nomen haud edunt aliter, praeterque eos omnes clypei, ad veteris Spartae ruinas a Cl. *Fourmontio* eruti, haec inscriptio:

ΤΑΛΕΚΛΟΣ ΤΟ ΑΡΧΕΛΑΟ
ΤΟ ΑΓΕΣΙΛΑΟ ΤΟ ΔΟΡΤΣΣΟ
ΤΟ ΛΑΒΟΤΑΣ ΤΟ ΕΧΕΣΤΡΑΤΟ
ΒΑΓΟΣ.

tum medio in clypeo:

ΕΧΕΣΤΡΑΤΟΣ ΑΓΙΔΟΣ.

Provulgata ea est Comment. Acad. Inscript. T. xvi. p. 103. *Ed. Paris.*, per ad hunc locum utilis, cuius quidem ΛΑΒΟΤΑΣ una littera iusto auctior scribitur: ΒΑΓΟΣ gentili dialecto, teste *Hesychio*, βασιλεύς. ΕΧΕΣΤΡΑΤΟΣ ΑΓΙΔΟΣ, Ionum sermone τοῦ Ἥγιος, sicuti praeclare in schedis.

30. Τοὺς

ita regnum ad Leonidem pervenit, quia et maior natu erat Cleombroto, is enim novissimus fuit Anaxandridæ filiorum, habebatque in matrimonio Cleomenis filiam. Qui tunc se ad Thermopylas contulit, delectis trecentis compositis viris, et quibus filii erant: assumpseratque eos Thebanos, quorum de numero feci mentionem, quorum dux erat Leontiades Eurymachi filius. Hac de caussa Leonides dedit operam ut hos solos Græcorum adsciscceret, quod eos maxime insimulabat cum Medis sentire. Evocabat igitur eos ad bellum, sciendi cupidus utrum simul mitterent auxilia, an ex professo abnegarent Græcorum societatem: sed illi aliud sentientes, tamen auxilia mi-
206 serunt. Eos qui cum Leonide fuere, primos miserunt Spartiatæ, ut his inspectis alii socii militiam sumerent, neve cum Medis etiam ipsi sentirent, si ipsos cunctari audirent. Ipsi autem celebratis Carniis, hæc enim sacra morabantur eos, relictis Spartæ custodibus, erant cum omni copia illuc celerrime ituri auxilio. Reliqui autem socii ad id agendum itidem animati, nam tempus Olympiadis in hæc negocia inciderat, haud suspicati tam cito apud Thermopylas bello decernendum, antecursores mi-
207 serant. Ita isti sibi faciendum statuerant. At ii Græci qui in Thermopylis erant; ubi ad ingressum Persa adventabat, metu perculsi de discedendo consultabant. Ac ceteri quidem Peloponnenses censebant faciendum, ut reversi in Peloponnesum, Isthmi custodiam agerent: huic autem sententiæ quum valde infensi essent Phocenses et Locri, Leonides suadebat illic perstandum, et nuncios ad arcessenda subsidia per civitates di-

ἐς [a] Λεωνίδην ἀνέβαινε ἡ βασιληΐη· καὶ διότι πρότερος ἐγεγόνεε Κλεομβρότου, οὗτος γὰρ ἦν νεώτατος Ἀναξανδρίδεω παῖς, καὶ δὴ καὶ εἶχε Κλεομένεος θυγατέρα. ὃς τότε ἦϊε ἐς Θερμοπύλας ἐπιλεξάμενος ἄνδρας τε τοὺς κατεστεῶτας τριηκοσίους, καὶ τοῖσι ἐτύγχανον παῖδες ἐόντες. παραλαβὼν δὲ [b] ἀπίκετο καὶ Θηβαίων τοὺς ἐς τὸν ἀριθμὸν λογισάμενος εἶπον, τῶν ἐστρατήγεε Λεοντιάδης ὁ Εὐρυμάχου. τοῦδε δὲ εἵνεκα [c] τούτους σπουδὴν ἐποιήσατο Λεωνίδης μοῦνους Ἑλλήνων παραλαβεῖν, ὅτι σφέων μεγάλως κατηγόρητο μηδίζειν. παρεκάλεε ὦν ἐς τὸν πόλεμον, θέλων εἰδέναι εἴτε συμπέμψουσι, εἴτε καὶ [d] ἀπερέουσι ἐκ τοῦ ἐμφανέος τὴν Ἑλλήνων συμμαχίην. οἱ δὲ, ἀλλοφροέοντες, ἔπεμπον. Τούτους μὲν τοὺς ἀμφὶ Λεωνίδην πρώτους ἀπέπεμψαν Σπαρτιῆται, ἵνα τούτους ὁρῶντες οἱ ἄλλοι σύμμαχοι, στρατεύωνται· μηδὲ καὶ [e] οὗτοι μηδίσωσι, ἢν αὐτοὺς πυνθάνωνται ὑπερβαλλομένους. μετὰ δὲ, [f] Κάρνεια γάρ σφι ἦν ἐμποδὼν, ἐμέλλον ὀρτάσαντες, καὶ Φυλακὰς λιπόντες ἐν τῇ Σπάρτῃ, κατὰ τάχος [g] βοηθέειν πανδημεί· ὡς δὲ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν συμμάχων [h] ἐνεῶντο καὶ αὐτοὶ ἕτερα τοιαῦτα ποιήσειν· ἦν γὰρ κατὰ τώυτὸ ὀλυμπιὰς τούτοισι τοῖσι πρήγμασι συμπεσοῦσα· οὐκων δοκέοντες κατὰ τάχος οὕτω διακριθήσεσθαι τὸν ἐν Θερμοπύλῃσι πόλεμον, ἔπεμπον τοὺς προδρόμους. Οὗτοι μὲν δὴ οὕτω [i] διενεῶντο ποιήσειν. οἱ δὲ ἐν Θερμοπύλῃσι Ἕλληνες ἐπειδὴ πέλας ἐγένετο τῆς [k] ἐσβολῆς ὁ Πέρσης, καταῤῥωδέοντες, ἐβουλεύοντο περὶ ἀπαλλαγῆς. τοῖσι μέν νυν ἄλλοισι Πελοποννησίοισι ἐδόκεε ἐλθοῦσι ἐς Πελοπόννησον, τὸν Ἰσθμὸν ἔχειν ἐν Φυλακῇ· Λεωνίδῃ δὲ, Φωκέων καὶ Λοκρῶν περισπερχεόντων τῇ γνώμῃ ταύτῃ, αὐτοῦ [l] τε μένειν ἐψηφίζετο, πέμπειν τε ἀγγέλους ἐς τὰς πόλιας,

a Λεωνίδαν *Arcb.* *b* Ἀπίκετο *Arcb. V. Brit. Paris. A. B. Ald.*, ἀπίκτο *Med. Pasf. Ask.*, sine ullâ caussâ. *c* Τούτου *Arcb. Ask. Pasf.*, sed ϛ supra posito. *d* Ἀπαίρουσιν *Arcb. Valla*, perperam. *e* Οὕτως *Brit.* et μηδίσωσι *Arcb. Pasf. Ask.*, quod verius, μηδίζωσι *Ald.*, et cet. *f* Κάρνια *Arcb.* *g* Βοηθήσειν id. *Vind.*, non male. *b* Ἐννέωντο *Pasf.* *i* Διενενέωντο idem. *k* Ἐμβολῆς *Arcb.*, frequente mutatione. *l* Defit enclitica *Arcb.*, haud necessaria.

30. Τοὺς κατεστεῶτας τριηκοσίους] *Omnes militari aetate: τοὺς ἐν ἡλικίᾳ Demosthen.* Philipp. I. p. 31., *τοὺς ἐν ταῖς ἡλικίαις Polyb.* IV, 82., sive *ἐν ἡλικίᾳ ὄντας μέσῃ τε καὶ* ΚΑΘΕΣΤΗΚΤΙΑι, quomodo *Plato* Ep. III. p. 316. C., et *Thucydides* II, 36., ubi *Abreschius*. Tales Epicurus, laxius tamen pro sua doctrina, *ἐν αἰσθήσει καθεστῶτας* dixit ap. *Stob.* Serm. XVII. p. 159.

39. Ἀλλοφρονέοντες] Auctore *Diodoro* XI, 4., scisi in factiones Thebani *ἀπὸ τῆς ἑτέρας μερίδος* quadringentos misere; quod an ex hac male sumta voce, an aliunde acceptum prodiderit, non novi. Acriter hic *Plutarcbus* insurgit Malign. Herod. p. 867. A., Leontiaden Thebanorum ad Thermopylas ducem fuisse, testibus *Aristophane* et *Nicandro* negitans. Eos equidem Scriptores revereri soleo, sed tanto aetate seriores an valide Herodotea dissipare potuerint, apud me dubium manet, atque hoc magis, quod Leontiadae filiique eius Eurymachi *Herodotus* aevum proxime attigerit, et utrumque probe, ut C. 233. innuit, noverit.

43. Κάρνεια γάρ σφι ἦν ἐμπ.] Maligne Nostrum, ut solet, criminatur *Plutarcb.* II. p 873. E. nam remorabantur illa saepius expeditiones suscipiendas, et natura bellicosos Lacedaemonios ab incoepto tamen retardare solebant *Carnea* et *Hyacintbia*, quos dies festos libentius ante agebant domi, quam alibi tractarent bellica: vid. *Tbucyd.* V, c. 75, 76., et c. 54., ubi Schol. τοῦ Καρνείου, (ait, μηνὸς) *πολλὰς ἔχοντος ἱερὰς ἡμέρας, οὐκ ἐστρατεύοντο*· his ineptulus quis interiecerat ista: *ἢ καὶ πάσας ἱερὰς μᾶλλον*· attigit in Κάρνεια *P. Castellanus:* plura de festo τῶν Καρνείων, (quod nomen pro Καρίων ponendum in *Schol.* ad *Aristoph.* Ὄρν. V. 11.) Lacedaemoniis horumque colonis cum aliis Dorien sibus communi, dederunt *Meursius*, *Spanbemius*, et *Duker.* — Athenis iterum occupatis a Mardonio, ab auxilio laborantibus ferendo Lacedaemonios Hyacinthia remorabantur, *Herod.* IX, cap. 6., quod turpiter domi manentibus acerbe obiiciunt Athenienses c. 11., ὑμεῖς μὲν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, αὐτοῦ τῇδε μένοντες, Ὑακινθιά τε ἄγετε καὶ παίζετε, καταπροδόντες τοὺς συμμάχους. In Messenicis *Pausanias* p. 326., quadraginta dierum pactas narrat cum Messeniis inducias, hac addita ratione: *ἐπήει γὰρ τὰ* Ὑακίνθια· eadem forma loquendi Lacon *Tbeocriti* V, ῾. 83., *τὰ δὲ* Κάρνεά *καὶ δὴ ἐφέρπει*· est enim ἕρπειν Dorice idem ac ἐλθεῖν. VALCKEN.

47. Ἦν γὰρ κατὰ τώυτὸ Ὀλυμπιὰς] Anni aestas erat media, *τῆς ὥρης μέσον θέρος* L. VIII, 12., in quam et Spartanorum Carnia et Olympias LXXV. incurrebant. Carnia illos, ludi Olympici ceteros ex Peloponneso ac Graecia hosti ne obviam cuncti irent, inpediebant. Res ad Thermopylas opinione citius fuit peracta, et sub ipsum quidem ludorum tempus: nam perfugae ex ea clade Arcades, Olympia cum maxime celebrari, gymnicaque a Graecis spectari certamina, rogitantibus Persis respondent VIII, 26. Quin Peloponnesii; audita Leonidae nece, ubi *Carnia* et *Olympia* praeterierant; frequentes ad Isthmum iter maturarunt ibid. C. 72. Atque haec de tempore. Ceterum ἐνεῶντο et διενεῶντο pro diversa formandi ratione alium habere tonum possunt, pingique ἐνέωντο et διενέωντο, *Sylburgio* accurate docente ad *Clenardi* Grammat. p. 473. Supra L. I, 77. ἐνέωτο.

56. Λοκρῶν περισπερχεόντων] Ut centies alibi, hic quoque literae ΘΕ in ΕΟ fuerunt, ut puto, depravatae. Corrigo, περισπερχθέντων· ceteris Peloponnesiis *ob istam sententiam cum vehementer indignabundi succensuissent Phocenses et Locri*; neque mirum; vid. *Diodor. Sic.* XI, c. 4. Περιθύμως ἔχοντα dixit *Herod.* II, c. 162. κάρτα θυμωθῆναι, VII, c. 39. Σπερχθῆναι τῇ γνώμῃ accipi potest, ut *ἀθυμεῖν τοῖς γεγενημένοις. ἀχθεσθῆναι τινὶ πράγματι*, &c. Iam vero neque Herodo-

λιας, κελεύοντάς σφι ἐπιβοηθέειν, ὡς ἐόντων αὐτέων ὀλίγων στρατὸν τῶν Μήδων ἀλέξασθαι. Ταῦτα βουλευομένων σφέων, ἔπεμπε Ξέρξης κατάσκοπον ἱππέα, ἰδέσθαι [a] ὁκόσοι τέ εἰσι, καὶ ὅ, τι ποιέοιεν. [b] ἀκηκόεε δὲ ἔτι ἐὼν ἐν Θεσσαλίῃ, ὡς [c] ἀλισμένη εἴη ταύτῃ στρατιὴ ὀλίγη, καὶ τοὺς ἡγεμόνας, ὡς εἴησαν Λακεδαιμόνιοί τε καὶ Λεωνίδης ἐὼν γένος [d] Ἡρακλείδης. ὡς δὲ προσέλασε ὁ ἱππεὺς [e] πρὸς τὸ στρατόπεδον, ἐθηεῖτό τε καὶ κατώρα πᾶν μὲν οὐ τὸ στρατόπεδον· τοὺς γὰρ ἔσω τεταγμένους τοῦ τείχεος, τὸ ἀνορθώσαντες εἶχον ἐν Φυλακῇ, οὐκ οἷά τε ἦν κατιδέσθαι· ὁ δὲ τοὺς ἔξω ἐμάνθανε, τοῖσι πρὸ τοῦ τείχεος τὰ ὅπλα ἔκειτο. ἔτυχον δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Λακεδαιμόνιοι ἔξω τεταγμένοι. τοὺς μὲν δὴ ὥρα γυμναζομένους τῶν ἀνδρῶν, τοὺς δὲ τὰς κόμας στενιζομένους. ταῦτα δὴ θεώμενος, ἐθωύμαζε, καὶ τὸ πλῆθος ἐμάνθανε. μαθὼν δὲ [f] πάντα ἀτρεκέως, ἀπήλαυνε ὀπίσω κατ' ἡσυχίην. οὔτε γάρ τις ἐδίωκε, ἀλογίης τε ἐνεκύρησε πολλῆς. ἀπελθὼν δὲ, ἔλεγε πρὸς Ξέρξεα τάπερ ὀπώπεε πάντα.

dimittendos, tanquam se paucioribus quam ut Medorum exercitum arcerent. Hæc istis consultantibus, Xerxes equitem quendam ad speculandum quot illic essent, et quid agerent, mittit. Audierat enim iam tum quum in Thessalia esset, eo loci contractam esse exiguam copiam, eiusque duces esse Lacedæmonios, atque Leonidem e genere Herculis. Eques ubi ad stationem Græcorum successit, contemplatur aspicitque non ille quidem omnes milites, nam eos, qui intra murum quem excitaverant excubabant ad eius custodiam, intueri nequibat, sed eos qui extra murum agebant. Erant autem eo tempore exterius manendi in Lacedæmoniorum statione vices: eos animadvertit partim se ludo gymnastico exercentes, partim comam pectentes. Hæc cum admiratione intuitus, etiam cognito eorum numero, ac omnibus plane perceptis, per otium sese recipit: nemo enim insequebatur, sed hominem magno contemptui habebant. Regressus ad Xerxem, cuncta quæ inspexerat refert.

208 449

a Ὁκόσοι εἰσὶ *Arch. Vind.*, ὁκόσοι τε *Paris. A. B. Ald.*, ὅσοι τε *Med. Pasq.*, ὅσοι εἰσ. *Ask. Brit.* *b* Ἠκηκόεε *Brit. Pasq. Vind. Arch.*, addita αὐξήσει. *c Suid.* in Ἀλισμένοι excripsit: ἁλισκομένη legit *Arch.* *d* Ἡρακλείδης *Arch. V. Ask.* *e* Iid. *Med. Pasq.*, olim ἐς. Post ἐθηεῖτο et octo seqq. desunt *Ask.* *f* Iidem omnes, alii ταῦτα: in *Arch.* supra ἐθώμ. Mox ἀλογίης &c. *Suidas* excripsit in Voc.

teum est, quantum intelligo, nec Ionicum, Σπερχέειν, sed Σπέρχεσθαι et Σπερχθῆναι· quaedam leguntur adscripta ad *Herod.* V, c. 33., ἐσπέρχετο τῷ Ἀρισαγόρῃ, *Aristagorae succensuit.* In *Callim.* h. Deli, γ. 60., Latonae luno dicitur Σπερχομένη μέγα δή τι καὶ οὐ φατόν· id est περισπερχομένη. *Hesychius:* Σπέρξομαι, ὀργισθήσομαι· Ἐσπερξάμην, ὠργίσθην. *Phavorin.* Σπερχθεὶς ἀντὶ τοῦ θυμωθεὶς καὶ ταραχθεὶς λέγουσιν Ἴωνες· imo vero *Herodotus* illud oportet utroque adhibuerit significatu *Suidas*, Σπερχθεὶς παρ' Ἡροδότῳ ἀντὶ τοῦ ταραχθεὶς, θυμωθεὶς· horum prius, obvium et in *glos. Herodot.* pertinet ad 1, c. 32., ubi *conturbatus* Croesus dicitur Σπερχθεὶς· posterius, θυμωθεὶς, mea sententia hunc spectat locum. Excerpentes ex *Herodoto* aliisque verba, saepe praefixas omisere praepositiones Grammatici. Color quidam vulgato conciliari poterit Ionicus; sed ludibria librariorum ut Ionicae formae nobis non debent adnumerari. VALCKEN.

62. Ἰδέσθαι ὁκόσοι τέ εἰσι] Gronoviana censura his infestior fuit, ut ὅσοι τέ εἰσι valeret. Magni momenti res non vertitur; inferior tamen pristina non est scriptura, siquidem explorator numerum, si posset, inspecturus advenit, quo utcunque cognito, καὶ τὸ πλῆθος ἐμάνθανε dicetur brevi, ad regem revertit.

62. Ἰδέσθαι ὅσοι τέ εἰσι] Redibit, opinor, melior lectio, ἰδέσθαι ὁκόσοι τε εἶεν καὶ ὅ, τι ποιέοιεν. —— Sequentia *Suidas* hinc habet in Ἀλισμένοι. —— Paulo post ut genuina placet lectio *Flor.* ὡς δὲ προσέλασε ὁ ἱππεὺς πρὸς τὸ στρατόπεδον, prae vulgata, ἐς τὸ στρατ. Contra apud *Thucyd.* p. 357, 80. loco τῆς πρὸς reciperem ex MSS. τὸ ὕδωρ ἐξέτρεπεν ἐς τὴν Μαντινικήν· ut apud *Herod.* ἐκτρέψαι τοῦ ποταμοῦ τὸ ῥέεθρον ἐς —— p. 75, 6. 92, 24. Quid ista duo distent vel haec monstrant *Thucyd.* eadem pag. πρὸς τὸ Ἡράκλειον πάλιν ἐς τὸ αὐτὸ στρατόπεδον ἰόντες. *Xenoph.* Ε. V, p. 328, 6., ἐς τὸ προάστειον καὶ ἐς αὐτὰς τὰς πύλας ἤλαυνον· Υ. 8., ἕως πρὸς αὐτὸ κατεδίωξε τὸ τεῖχος. VALCKEN.

67. Πᾶν μὲν οὐ τὸ στρατόπ.] Duo postrema si viderentur ex proximo versu male repetita, suspicarer venustum illud μὲν οὔ· more nostrum elegantioribus usitato hac ratione collocasse: ἐθηεῖτό τε καὶ κατώρα τὸ πᾶν μὲν οὔ· τοὺς γὰρ ἔσω —— οὐκ οἷά τε ἦν κατιδέσθαι· ὁ δὲ τοὺς ἔξω ἐμάνθανε. Prae reliquis adamavit hanc scribendi formam *Xenophon:* in Symp. p. 512, 12., ὤρχουμην μὲν οὔ· (οὐ γὰρ πώποτε τοῦτ' ἔμαθον) ἐχειρονόμουν δέ· scripserat in Κ. Α. IV, p. 200, 36., δασὺς δένδρεσι, παχέσι μὲν οὔ· πυκνοῖς δέ· de fluvio p. 193, 10., οὗτος δ' ἦν μέγας μὲν οὔ· καλὸς δέ· prout recte suis in exemplaribus legisse *Demetrium*, qui dicitur *Phalereus*, iudicabat *Muretus;* quem sequitur *Hutchins.* p. 298. Ad istam normam legi poterit in *Ephesio Xenoph.* III. p. 46., Φάρμακον, θανάσιμον μὲν οὔχ, ὑπνωτικὸν δέ. *Antiphon* p. 139, 9., ἀπολομένους μὲν οὔ· κινδυνεύσαντας δέ. Videant harum rerum studiosi, rectene correxerim *Philostratum*, sic legendo quae prostant de V. A. IV, c. 25. p. 165., ἐρῶσι δ' αὗται, (αἱ Ἔμπουσαι) καὶ ἀφροδισίων μὲν οὔ· σαρκῶν δὲ, καὶ μάλιστα ἀνθρωπείων, ἐρῶσι, καὶ πιαίνουσι (vid. p. 333. F.) τοῖς Ἀφροδισίοις, οὓς ἂν ἐθέλωσι δαισασθαι. VALCKEN.

73. τὰς κόμας κτενιζομένους] Ex vetere lege, de qua Demaratus, ad regem C. 209. et *N. Cragius* Resp. Lacedaem. L. III, 4. Hinc *Strabo* X. p. 716. A. καὶ τοὺς περὶ Λεωνίδαν κτενιζομένους. *Dio Chrysost.* in Orat. *Synesii* de Calvit. p. 65. B. ἐκάθηντο ἀσκοῦντες τὰς κόμας· olim quoque *Libanius* Orat. pro Saltat. p. 489. C., nam quod nunc legitur, Λακεδαιμονίους ὁρᾷς ἐν Θερμοπύλαις κτενιζομένους, vertiturque *acriter intuentes*, absurdum est, et ex *Herodoto*, uti alias monui, refingendum.

73. Τὰς κόμας κτενιζομένους] Huc respicit, quod *Casaubonum* non latuit, *Strabo* X, p. 716. A. *Synesius* Calv. Encom. p. 65. B. Lacedaemonii ὅτε μόνοι τῶν Ἑλλήνων ἔμελλον δέχεσθαι βασιλέα, τριακόσιοι τὸν ἀριθμὸν ὄντες, ἐκάθηντο ἀσκοῦντες τὰς κόμας. *Libanius* T. II. p. 489. C. Λακεδαιμονίους ὁρᾷς ἐν Θερμοπύλαις κτενιζομένους, καὶ μετὰ τὴν Φροντίδα τῶν τριχῶν τὸ κάλλιστον ἔργον ἐξειργασμένους. &c. sic locum emendavit *Morello* non intellectum Clar. *Wesseling.* in Diss. *Herod.* pag. 48. Hunc ait *Herodoti* Demaratus morem habuisse Lacedaemonios, ἐπεὰν μέλλωσι κινδυνεύειν τῇ ψυχῇ, τότε τὰς κεφαλὰς &c. an ut libertatis insigne, quo gloriabantur, mortis contemptores ad finem usque vitae custodirent integrum? vid. *N. Cragius* de R. L. p. 256. et *Io. Meursii* Misc. L. I, c. 16. VALCKEN.

77. Ἀλογίης τε ἐνεκύρησε πολλῆς] Plerique Lexicorum conditores, ne *Thesauri* quidem excepto, citant ἀλογίῃς ἐνεκύρησε, memores, credo, C. 218. ἐνεκύρησαν στρατῷ, similiumve in adnotat. Cl. *Valckenarii* ad L. II, 82., tum saltem, ut moris Ionici ratio haberetur, ἀλογίῃσι ἐνεκύρησε. Sed hic conpositum sequitur conditionem simplicis κυρῆσαι, sicuti ἐντυχόντες L. IV, 19. Verterat autem dictionem *Portus* in *Suida* suo, *magnamque sui contemtionem offendit*, invito *Kustero* substituenteque, *apud eos soluta omnia deprehendit:* quod equidem valde miror. Non videtur ordinem rerum vir doctus dextre considerasse, neque recordatus Herodoteorum, ἐν ἀλογίῃ ἔχειν, ἐν ἀλογίῃ ποιεῖσθαι, quorum in contemtu perpetuus usus.

77. Ἀλογίης —— ἐνεκύρησε] In his apud *Suidam* in Ἀλογία similiter scriptis graviter lapsus est *L. Kusterus;* sententia quid postularet vidit *Portus* et in Lex. Ion. v. Ἀλογίη· phrasin *Herodoti* per καταφρονηθῆναι interpretatur *Strabo* p. 716. A. Si sincerum est ἐνεκύρησε, cum amico meo scribendum ἀλογίῃ τε ἐνεκύρησε πολλῇ. qua pasim verbum illud adhibetur structura *Herodoto* ceterisque: vid. huius Ed. P. 141. n. 98. et corrigatur in *Epimenidis* epistola apud *Diog. Laërt.* I, 113., αἰδέσῃ ἐπ' ἀλατείᾳ (*huc illuc* in peregrinatione *vaganti*,) ἐγκύρσωντι τοὶ τοὶ τήνω φίλοι. —— Sed nec Graece dicitur καταφρονήσει ἐντυχεῖν, pro *contemni*, neque

fert. Quae Xerxes audiens, non poterat coniectare quod erat, eosque parare se, tanquam perituri, et perdituri, quantum possent. Sed, ridiculam enim rem facere sibi videbantur, arcessit Demaratum Aristonis filium, qui in exercitu erat: quem, ut venit, interrogavit horum singula, cupiens nosse quid ab Lacedæmoniis ageretur. Et ille, Audisti, inquit, et antea me, dum adversus Græciam proficiscéremur, de his viris: et quum audisses loquentem hæc ipsa, quæ eventura providebam, derisui habuisti: nam mihi summa contentio est adversus te, o rex, veritatem colere; audias vero nunc utique. Hi viri ad nobiscum pugnandum de introitu venere, atque hoc apparant: nam ita sese apud eos habet consuetudo: quoties adire vitæ periculum debent, tunc capita comunt: sed scito, si et hos et quod in Sparta residuum est, subegeris; nulla hominum gens alia est, quæ contra te, rex, audeat tollere manus. Etenim nunc adversus regnum atque civitatem in Græcia pulcherrimam atque viros præstantissimos tendis. Et admodum hæc dicta incredibilia Xerxi videbantur, et denuo interrogabat, quo pacto tantillæ copiæ cum suis pugnabunt: ille vero inquit, o rex, utere me ut viro mendaci, nisi hæc tibi evenerint, prout ego dico. Hæc dicens, tamen Xerxi non persuasit. Itaque quata. Ἀκούων δὲ Ξέρξης, οὐκ εἶχε συμβαλέσθαι τὸ ἐὸν, ὅτι [a] παρασκευάζοντο ὡς ἀπολεύμενοί τε καὶ ἀπολέοντες κατὰ δύναμιν. ἀλλ', αὐτῷ γελοῖα γὰρ ἐφαίνοντο ποιέειν, μετεπέμψατο Δημάρητον τὸν Ἀρίστωνος ἐόντα ἐν τῷ στρατοπέδῳ. ἀπικόμενον δὲ [b] μιν εἰρώτα Ξέρξης ἕκαστα τυτέων, ἐθέλων μαθέειν τὸ πρευμένον [c] πρὸς τῶν Λακεδαιμονίων. ὁ δὲ εἶπε, „ Ἤκουσας μέν μευ καὶ πρότερον, εὖτε ὁρμώμεν ἐπὶ „ τὴν Ἑλλάδα, [d] περὶ τῶν ἀνδρῶν τυτέων. ἀκού„ σας δὲ, γέλωτά με ἔθευ, λέγοντα [e] τάπερ ὥ„ ρων ἐκβησόμενα πρήγματα ταῦτα. ἐμοὶ γὰρ τὴν „ [f] ἀληθηίην ἀσκέειν ἀντία σεῦ, ὦ βασιλεῦ, ἀγὼν „ μέγιστός ἐστι· ἄκουσον δὲ καὶ νῦν. οἱ ἄνδρες οὗτοι „ ἀπίκαται [g] μαχεσόμενοι ἡμῖν περὶ τῆς ἐσόδου, „ καὶ ταῦτα [h] παρασκευάζονται. νόμος γάρ σφι „ οὕτω ἔχων ἐστί· ἐπεὰν μέλλωσι κινδυνεύειν τῇ „ ψυχῇ, τότε τὰς κεφαλὰς κοσμέονται. [i] ἐπίστα„ σο δὲ, εἰ τύτυς τε καὶ τὸ ὑπομένον ἐν Σπάρ„ τῃ καταστρέψαι, ἔστι οὐδὲν ἄλλο ἔθνος ἀνθρώ„ πων τό σε, βασιλεῦ, ὑπομενέει χεῖρας [k] ἀνταει„ ρόμενον. νῦν γὰρ πρὸς βασιληίην τε [l] καὶ καλλίσ„ την πόλιν τῶν ἐν Ἕλλησι προσφέρεαι, καὶ ἄν„ δρας ἀρίστυς". κάρτα τε δὴ ἄπιστα Ξέρξῃ ἐφαίνετο τὰ [m] λεγόμενα, καὶ δεύτερα ἐπειρώτα, ὁντινα τρόπον, τοσοῦτοι [n] ἐόντες, τῇ ἐωυτοῦ στρατιῇ μαχέσονται. ὁ δὲ εἶπε, „ Ὦ βασιλεῦ, ἐμοὶ χρᾶσθαι ὡς ἀν„ δρὶ ψεύστῃ, ἢν μὴ [o] ταῦτά τοι ταύτῃ ἐκβῇ, τῇ „ ἐγὼ λέγω". Ταῦτα λέγων, οὐκ ἔπειθε τὸν Ξέρξεα. τέσ-

a Παρασκευάζοντο id., tum *ἀπολεόμενοι* sine *τε*, quod addunt *Med. Pasf. Ask.*, *ἀπολεύμενοι Paris. A. Brit. Ald.*, estque lonum. *b* Omittunt *Arcb. Vind.*, *εἰρώτα* uti et *Pasf.* scribentes: antea *ἠρώτα*. *c Med. Arcb. V. Pasf. Ask.*, olim *ὑπὸ*. Porro *ὁ δὲ* sine addito *εἶπε Ask.* *d* Absunt haec quatuor *Arcb.* *e* Τῇπερ praestaret, quae et *Reiskii* divinatio. *f* Ἀληθείην *Arcb. Vind.* *g* Μαχησόμενοι *Vind.* *h* Γέρας σκευάζονται *Arcb.* *i* Ἐπίσχο non male *Arcb. Vind.* *k* Ἀνταειράμενον *Arcb.* *l* Omittit, et *πόλιν* quoque, tum *τῶν Ἕλλησι Arcb.*, similiter *Valla.* *m* Λεγόμενα εἶναι ora *Stepb. Pasf. Brit.*, praeterea *ἐπειρ. Pasf. Vind. Arcb.*, prius *ἐπηρ.* erat. *n Med. Arcb. V. Ask. Pasf.*, olim *ἐόντες*, *οἷοί τέ εἰσι τῇ ἐ. στρ. μαχέσασθαι* ex *Aldo*. Porro *μαχήσονται Arcb. V.* *o* Ταῦτα *ταύτῃ ἐκβῇ Arcb. V.* margo *Stepb. ταῦτά τοι ταύτῃ Pasf. Ask. Paris. A. B.*, *ταύτῃ* aberat: mox *ὡς* loco *τῇ Arcb. V.*

que Ionice *ἀλογίῃ ἐγκυρῆσαι*. Emendandum censeo *ἀλογίης τε ἐκύρησε πολλῆς*· id est *ἄγαν κατεφρονήθη. contemptus* Nostro dicitur *ἀλογίη*· *contemnere*, certe *ὀλιγωρεῖν*, et *ἐν ὀλιγωρίᾳ τι ποιεῖσθαι*, apud *Herod.* est *ἐν ἀλογίῃ τι ἔχειν* vel *ποιέεσθαι*. Iam vero sicut *τυχεῖν ἐπαίνου*, *laudem consequi*, idem est ac *laudari*; *τυχεῖν κατηγορίας*, *accusari*; ita *τυχεῖν* vel *κυρεῖν ἀλογίης*, *contemni*, vel *negligi*, *ὀλιγωρεῖσθαι*· *sepeliri* Herodoto dicitur *ταφῆς κυρῆσαι*, II, c. 136. *contumeliose tractari*, sive *ἀτιμάζεσθαι*, proprie *ignominiam consequi*, *ἀτιμίης κυρῆσαι* VII, c. 158., ubi ad Graecos Gelon, *ἀτιμίης*, ait, *πρὸς ὑμέων κυρήσας οὐκ ὁμοιώσομαι ὑμῖν*. Hinc paulum diversa sunt *Sophoclea* El. ℣. 855. Ant. ℣. 882. Phil. ℣. 896. horumque similia. VALCKEN.

88. Γέλωτά *με ἔθευ*] Tale irati Cambysis *ἀτάρ τοι ὑμεῖς γε οὐ χαίροντες γέλωτα ἐμὲ θήσεσθε* L. III, 29., et quiritantis *Iobi* C. XVII, 6. *ἔθου δέ με θρύλλημα ἐν τοῖς ἔθνεσι καὶ ἀπέβην αὐτοῖς γέλως*. Utrumque ex communi plerisque loquendi more, unde et, *χλεύην με ποιεῦ καὶ γέλωτα καὶ λάσθην*, *AEschrionis* Philaenis.

95. Τὰς *κεφαλὰς κοσμέονται*] Mirum ni suum singuli hi Spartiatae habuerint *εἴλωτα*, qui herilem tum comam *ornaret*; sed ne mulieres quidem Spartanae, libenter *ἀνδριζόμενοι*, suas habebant, ut aliae mulierculae Graecae, *ornatrices* et *κομμώτριας*. Censeo equidem non sane muliebriter *ornatam*, sed *bene pexam* et viriliter *nitidam* Spartanos praelio paratos habuisse comam, tanquam palaestritas, *λιπαρᾶς ἕκτοσθε παλαίστρας*, *Theocr. Eid.* II, ℣. 51. Χρισαμένους *ἀνδρισὶ παρ' Εὐρώταο λοέτροις*, Eid. XVIII, ℣. 22. quo forte respiciens *Ovid.* Her. XVI, ℣. 148., *More tuae gentis nitida dum nuda palaestra Ludis.* Huc ducunt *N. Cragio* et *E. Spanhemio* iam adhibita *Plutarchi* verba T. I, p. 53. D. de Lacedaemoniis: *μάλιστα περὶ τοὺς κινδύνους ἐθεράπευον τὴν κόμην, λιπαρόν τε φαίνεσθαι καὶ διακεκριμένην*· bene interpres: *ut nitida appareret et discriminata.* Eadem dixisse censebitur *Herod.* si verum est quod suspicor, hic non *κοσμέονται*, sed ab auctore *σμέονται* scriptum, *τότε τὰς κεφαλὰς σμέονται*· habet ad hanc meam coniecturam apta quaedam Ill. *Spanhem.* ad *Callim.* h. in Pall. L. ℣. 32., *λιπαρὸν σμασαμένα πλόκαμον*· Herodotea quoque ex L. IX, c. 109., *τότε καὶ τὴν κεφαλὴν σμῶνται*. Vallae *ornatur* indicat pravam lectionem *κοσμέεται*· genuinam esse *σμέεται* demonstrant Ionismus et *Athen.* IV, p. 146. C. *σμησάμενοι τὰς κεφαλὰς* est in *Herod.* IV, c. 73. alterum quoque locum attigi supra P. 272, n. 58. VALCKEN.

98. Χεῖρας *ἀνταειρόμενον*] Non repudio *Arcb. ἀνταειράμενον*, quod et in membranis L. VIII, 140., neque valde urgeo. Magis multo mihi ridet eiusdem et *Vallae*, *πρὸς βασιληίην τε καλλίσην τῶν Ἑλλησι*, sive *ἐν Ἑλλ., προσφ., καὶ ἄνδρας ἀρίστους*. Verisimum enim de Spartanorum regno, et longe quam prius suavius ac concisius. Quod si enim *καλλίσην πόλιν* ad civitatis disciplinam et mores referas, uti oportebit, cur *ἄνδρες ἄριστοι* accedunt? Qui aliter sentient, nihil his praescribitur.

4. Ἐμοὶ *χρᾶσθαι*] Id est *χρῶ*· *H. Stepb. de me ut mendace*, atque adeo pessimo, *statue*; nam et Persis *αἰσχιστον τὸ ψεύδεσθαι νενόμισται* I, c. 138. —— Mox vocem *Herodoti* ex marg. *Steph.* reciperem in contextum: *ἢν μὴ ταῦτά τοι ταύτῃ ἐκβῇ τῇ ἐγὼ λέγω*, *ista nisi istboc tibi modo eveniant quo dico*: *οὐ ταῦτα ταύτῃ* sic iunguntur in *AEscb.* Prom. ℣. 510. *Euripid.* Med. ℣. 365. *Aristoph.* Eq. ℣. 839. *Nequaquam istuc istac ibit*, est incerti *Tragici* apud *Ciceron.* de N. D. III, cap. 26. —— Quod sequitur, *τέσσερας μὲν δὴ παρεξῆκε ἡμέρας*, significat *quatriduum praeterlabi passus est*: ut *παρῆκεν* est *intromisit*, vel *sivit ingredi*: vid. *Portus* in *Παριέναι* L. III, c. 146., *auxiliares*, *portis patefactis*, *ἐξῆκε ἐπὶ τοὺς Πέρσας*, *emisit in Persas*: verti non debebat *egreditur.* VALCKEN.

5. Ταῦτά *τοι ταύτῃ ἐκβῇ*] Nihil dicto adstruxissem, nisi Codd. postulasset consensio: *ταύτῃ* ad eum fere modum L. I, 120. atque alibi. Illud autem *ὡς ἐγὼ* —— *Arcb.* et *Vind.* Scholiastae debetur. Vide dicto loco et ibid. C. 86.

τέσσερας μὲν δὴ [a] παρεξῆκε ἡμέρας, ἐλπίζων αἰεὶ σφέας ἀποδρήσεσθαι. πέμπτῃ δὲ, ὡς οὐκ ἀπαλλάσσοντο, ἀλλά οἱ ἐφαίνοντο, ἀναιδείῃ [b] τε καὶ ἀβουλίῃ [c] διαχρεώμενοι, μένειν, πέμπει ἐπ' αὐτοὺς Μήδους τε καὶ Κισσίους θυμωθεὶς· ἐντειλάμενός [d] σφεας ζωγρήσαντας ἄγειν ἐς ὄψιν τὴν ἑωυτοῦ. ὡς δ' [e] ἐπέπεσον φερόμενοι ἐς τοὺς Ἕλληνας οἱ Μῆδοι, ἔπιπτον πολλοί· ἄλλοι δ' [f] ἐπεσήϊσαν, καὶ οὐκ ἀπέλαυνον, καίπερ μεγάλως προσπταίοντες. δῆλον δ' ἐποίευν παντί τεῳ, καὶ οὐκ ἥκιστα αὐτῷ βασιλέϊ, ὅτι πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι εἶεν, ὀλίγοι δὲ ἄνδρες· ἐγίνετο [g] δὲ ἡ συμβολὴ δι' ἡμέρης. Ἐπεί τε δὲ οἱ Μῆδοι τρηχέως περιείποντο, ἐνθαῦτα οὗτοι μὲν [h] ὑπεξήϊσαν, οἱ δὲ Πέρσαι ἐκδεξάμενοι ἐπήϊσαν, τοὺς ἀθανάτους ἐκάλεε βασιλεὺς, τῶν ἦρχε Ὑδάρνης, ὡς δὴ οὗτοί γε εὐπετέως κατεργασόμενοι. ὡς δὲ καὶ οὗτοι συνέμισγον τοῖσι Ἕλλησι, οὐδὲν πλέον ἐφέροντο τῆς στρατιῆς τῆς Μηδικῆς, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ, ἅτε ἐν στενοπόρῳ [i] τε χώρῳ μαχόμενοι, καὶ δόρασι [k] βραχυτέροισι χρεώμενοι ἅπερ οἱ Ἕλληνες· καὶ οὐκ ἔχοντες [l] πλήθεϊ χρῆσασθαι. Λακεδαιμόνιοι δὲ ἐμάχοντο ἀξίως λόγου, ἄλλα τε ἀποδεικνύμενοι ἐν οὐκ ἐπισταμένοισι μάχεσθαι ἐξεπισάμενοι, καὶ ὅκως ἐντρέψειαν τὰ νῶτα, ἀλέες φεύγεσκον δῆθεν. οἱ δὲ βάρβαροι ὁρέοντες φεύγοντας, βοῇ τε καὶ πατάγῳ ἐπήϊσαν. οἱ δ' ἐν καταλαμβανόμενοι, ὑπέστρεφον ἀντίοι εἶναι τοῖσι βαρβάροισι· μεταστρεφόμενοι δὲ, [m] κατέβαλλον πλήθεϊ ἀναριθμήτους τῶν Περσέων. ἔπιπτον δὲ καὶ αὐτέων τῶν Σπαρτιητέων ἐνθαῦτα ὀλίγοι. ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἐδυνέατο παραλαβεῖν οἱ Πέρσαι τῆς [n] ἐσόδου πειρεώμενοι, [o] καὶ κατὰ τέλεα καὶ παντοίως προσβάλλοντες, ἀπήλαυνον ὀπίσω. Ἐν ταύτῃσι τῇσι [p] προσόδοισι τῆς μάχης λέγεται Βασιλῆα [q] θηεύμενον, τρὶς ἀναδραμεῖν ἐκ τοῦ θρόνου, δείσαντα περὶ τῇ στρατιῇ. τότε μὲν οὕτω ἠγωνίσαντο· τῇ δ' ὑστεραίῃ οἱ βάρβαροι οὐδὲν [r] ἄμεινον ἀέθλεον. ἅτε γὰρ ὀλίγων ἐόντων, ἐλπίσαντές σφεας κατατετρωματίσθαι τε, καὶ οὐκ

quatriduum Xerxes ſuperſedit, ratus eos illinc fugam eſſe facturos. Quinto die quum non diſcederent, atque ipſe putaret impudentia illorum atque temeritate fieri, ut manerent, ira percitus, Medos in eos ac Ciſſios mittit, imperans ut illos caperent vivos et in conſpectum ſuum ducerent. Medi, ubi facto impetu in Græcos impreſſionem fecerunt, multi cadebant, aliisque ſupervenientibus nihil tamen depellebantur, etſi vehementer ingruerent: palam facientes aliis omnibus, et non minimum ipſi regi, penes ipsum quidem multos homines eſſe, at paucos viros. Fuit autem hic pugnæ congreſſus interdiu. Post, ubi Medi aſpere fuiſſent excepti, tum vero ipſi ſe ſubduxere, Perſæque ſubeuntes excepere, immortales, quorum dux erat Hydarnes, rex appellavit, tanquam facile rem profligaturos. Ubi et hi cum Græcis congreſſi, nihilo magis quam Medi proficiebant, ſed eodem modo, utpote in loco anguſto, pugnantes, et brevioribus haſtis quam Græci utentes, et nullus multitudinis erat uſus: ibi Lacedæmonii dignam memoratu pugnam edebant, cum aliis in rebus oſtentantes ſe peritos inter imperitos pugnare, tum vero in eo, quod quoties terga vertebant, conferti fugiebant. Quos barbari dum fugientes cernerent, cum vociferatione et ſtrepitu ingruebant: at Græci deprehenſi revertebantur, ut adverſis pectoribus barbaros exciperent: et ſic converſi quamvis Perſarum innumeram multitudinem proſternebant; aliquot tamen illic ex ipſis etiam Spartiatis occubuere. Perſæ, posteaquam et catervatim et univerſis copiis introitum occupare conati, nihil tamen promovebant, iterum ſeſe receperunt. Fertur autem Xerxes, quum ad ſpectaculum adeſſet, in his pugnæ congreſſibus ter e ſolio reſiluiſſe, quod videlicet exercitui ſuo timeret. Tunc igitur ita pugnarunt. Poſtridie autem nihilo melius barbari prœliati ſunt. Ita enim pugnabant, ut qui exiſtimarent illos, utpote paucos, ſaucios eſſe, eis-

[a] Παρῆκεν iidem. [b] Deſit *Arcb.* [c] Χρεώμενοι *Arcb. V.* [d] Σφε *Arcb.* [e] Ἐσέπεσον *Paſ. Aſk.* ora *Steph.* [f] Ἐπεσήεσαν *Arcb. V.*, et ἀπέλαυνον, olim ἀπελαύνοντο. [g] Δὲ ἡ συμβ. *Arcb. V. Aſk.*, articulus deerat. [h] Ὑπεξήεσαν et ἐπήεσαν *Arcb. V.* [i] Deficiunt istae duae voces *Arcb.* [k] Μικροτέροισι id. et *Vind.*, μακροτέροισι *Eton.* et *Valla.* [l] Πλήθεϊ *Arcb. V. Paris. A. B. Brit. Ald. Valla*, πλήθεσι *Med. Paſ. Aſk.* [m] Κατέλαβον *Arcb.* [n] Ὁδοῦ id., tum πειρώμενοι et *V. Aſk.* [o] Negligitur copula in *V. Arcb.* [p] Προοδοισι ora *Steph.* [q] Καθήμενον *Aſk. Steph.* margo. [r] Ἀμείνονα ἔθελον male *Arcb.*

14. Καὶ οὐκ ἀπέλαυνον] Hoc iuſtius: post nonnulla C. 211. καὶ παντοίως προσβάλλοντες ἀπήλαυνον ὀπίσω et C. 211. Medi alii, iique recentes, inpreſſionem faciebant, nec ceſſim ibant, quantumvis vehementer offenderent et mulcarentur. Hoc verba volunt; neque enim προσπταίειν *ingruendi*, quod *Vallae* viſum, notione gaudet. Quod deinde δι' ἡμέρης, *toto die* dimicatum fuiſſe, indicat, uti L. I, 97., et δι' ἔτεος *toto anno* II, 22., Δι' ἐνιαυτοῦ, ἀντὶ τοῦ δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ in *Harpocratione*.

16. Ὅτι πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι] Quia proxima praeceſſerunt: δῆλον δ' ἐποίευν — οὐκ ἥκιστα αὐτῷ βασιλέϊ· ſcripſiſſe noſtrum ſuſpicabatur Doctiſſ. *G. Koen*; ὅτι πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι οἱ εἶεν· eleganti conjecturae favet, praeter Xerxis dictum VIII, c. 88., *Frontinus* IV, c. 2, 9. *Xerxes hoc ſe deceptum aiebat, quod multos quidem homines haberet*; (ὅτι — οἱ εἶεν) *viros autem nullos*: nam, ut *Weſſelingio*, mihi quoque ſcripſiſſe videtur *Frontinus*. Similibus quibusdam ista ſubiiciuntur apud *Euſtath.* in Il. E. p. 537, 49. τὸ μέντοι, (ὅτι excidit) πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι εἶεν, ὀλίγοι δὲ ἄνδρες, σεμνότερον τῶν προῤῥηθέντων. Qui Graecis ἄνδρες, in talibus *viri* dicuntur Latinis. *Quintilian.* Declam. p. 738., *Illi vere fortes et viri fuerunt*: apud *Livium* XXVII, c. 13., *concio dimiſſa fatentium, iure ac merito ſeſe increpitos; neque illo die virum quemquam in acie Romana fuiſſe praeter unum ducem.* Arcades Lycomeden μόνον ἄνδρα ἡγοῦντο, *Xenoph.* Ε. VII. p. 361, 25. Apud Philoſophos quidem ἄνθρωπος et *homo* ſaepe ponuntur in laude, velut in ſenario Comici, Ὡς χάριέν ἐσ' ἄνθρωπος, ἐὰν ἄνθρωπος ᾖ, apud *Clem. Alex.* p. 916, 15. in his etiam, *ſi homo eſſet*, *Ciceronis* ad Att. II, Ep. 2. *demus huic aliquid aeris tanquam homines, non tanquam homini*, *Herodis Att.* apud *A. Gell.* N. A. IX, c. 2. Ut in hoc Xerxis dicto, ἄνθρωποι et ἄνδρες ſic opponuntur in diverſos uſus: de C. Mario *Cicero* Tuſc. II, c. 21., *tulit dolorem ut vir; et, ut homo, maiorem ferre ſine cauſa neceſſaria noluit.* Apollonius dicebat *Philoſtrati* p. 20., οὐκ ἀνθρώπων ἑαυτῷ δεῖν, ἀλλ' ἀνδρῶν. *Xenophon* in Hierone p. 533, 8., ἄνδρες καὶ οὐκ ἔστι ἄνθρωποι μόνον νομιζόμενοι· apud eumdem Ἑλλ. VII, p. 363, 21. qui fuerat in Perſide legatus, Antiochus Arcas retulit πρὸς τοὺς μυρίους (*ad commune gentis concilium*,) ὅτι βασιλεὺς ἀρτοκόπους καὶ ὀψοποιοὺς καὶ οἰνοχόους καὶ θυρωροὺς παμπληθεὶς ἔχοι· (atque adeo πολλοὺς ἀνθρώπους·) ἄνδρας δὲ, εἰ μάχοιντ' ἂν Ἕλλησι, πάνυ ζητῶν οὐκ ἂν ἔφη δύνασθαι ἰδεῖν. VALCKEN.

25. Καὶ δόρασι βραχυτέροισι] Nihil referet, ſive vulgatum maneat, ſeu μικροτέροισι probetur. Unice pravum eſt *Vallae* et *Eton.* μακροτέροισι *longioribus*, contrariumque C. 61. *Diodorus*, praelium L. XI, 7. deſcribens, Perſarum breviores haſtas negligit, non item eorundem clypeos breves et peltas. Iam πλήθεϊ χρήσασθαι cur tantopere taxetur, non equidem exputo.

31. Βοῇ τε καὶ πατάγῳ] Perſici moris erat: βοῇ τε καὶ πατάγῳ χρεώμενοι ex aula erumpunt magorum interfectores L. III, 79., quamquam hic ſpectaſſe Scriptor videtur Homereum Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ', ἐνοπῇ τ' ἴσαν *Iliad.* Γ. princ.

46. Καὶ

eisque adhuc ad tollendas manus vires non ſuperesſe. At Græci eos excepere, inſtructis ordinibus, ac per nationes digeſti, et in ſuo quisque loco præter Phocenſes, qui in monte ad iter obſidendum locati erant. Perſæ ubi nihil aliud diſcriminis quam in
213 pridiana pugna vident, abſcedunt. Ibi regem ancipitem quodnam in re præſenti conſilium capeſſeret, Epialtes Eurydemi filius, vir Melienſis, alloquuturus adiit, tanquam magna aliqua re ab illo remunerandus, indicavitque ei tramitem qui per montem in Thermopylas ferebat: quo virtutem eorum Græcorum qui illic manſerant, evertit. Is postea Lacedæmoniorum metu in Theſſaliam profugit; ſed cui profugo ab pylagoris, Amphictyonibus ad Pylæam congregatis, pecunia præconio publico impoſita fuit: qui interiecto deinde tempore ab Athenade viro Trachinio, Anticyræ, nam illuc redierat, interemptus est. Quem, etſi ob aliam cauſſam, quam ego in ſequentibus reddam, Athenades hic interemit, nihilo tamen ſecius a Lacedæmoniis præmio affectus est. Hunc in modum Epialtes postea interiit.
214 Est et alia quæ fertur fama, Onetem Phanagoræ filium, virum Caryſtium, et Corydalum Anticyrenſem, fuiſſe, qui ea dixerint regi, et circum montem Perſas duxiſſe. Quod apud me prorſus fide caret: nam partim hinc licet coniectemus, quod Græcorum pylagori non Onetæ et Corydali, ſed E-

οὐκ οἵους τε ἔσεσθαι [a] ἔτι χεῖρας ἀνταείρασθαι, συνέβαλλον. οἱ δὲ Ἕλληνες κατὰ τάξις τε καὶ κατὰ ἔθνεα κεκοσμημένοι ἦσαν, καὶ ἐν μέρει ἕκαστοι ἐμάχοντο, πλὴν Φωκέων· οὗτοι δὲ ἐς τὸ οὖρος ἐτάχθησαν, [b] φυλάξοντες τὴν ἀτραπόν. ὡς δὲ οὐδὲν εὕρισκον ἀλλοιότερον οἱ Πέρσαι ἢ τῇ προτεραίῃ [c] ἐώρων, ἀπήλαυνον. Ἀπορέοντος δὲ βασιλῆος ὅ, τι [d] χρήσαιτο τῷ παρεόντι πρήγματι, Ἐπιάλτης ὁ Εὐρυδήμου, ἀνὴρ Μηλιεύς, ἦλθέ οἱ ἐς λόγους, ὡς μέγα τι παρὰ βασιλῆος δοκέων [e] οἴσεσθαι· ἔφρασέ τε τὴν ἀτραπὸν τὴν διὰ τοῦ οὔρεος φέρουσαν ἐς Θερμοπύλας, καὶ διέφθειρε τοὺς ταύτῃ [f] ὑπομείναντας Ἑλλήνων. ὕστερον δὲ δείσας Λακεδαιμονίους, ἔφυγε ἐς Θεσσαλίην· καί οἱ φυγόντι, ὑπὸ τῶν πυλαγόρων, τῶν Ἀμφικτυόνων ἐς τὴν Πυλαίην συλλεγομένων, ἀργύριον ἐπεκηρύχθη· χρόνῳ δὲ [g] ὕστερον, κατῆλθε γὰρ ἐς Ἀντικύρην, ἀπέθανε ὑπὸ Ἀθηνάδεω, ἀνδρὸς Τρηχινίου. ὁ δὲ Ἀθηνάδης οὗτος ἀπέκτεινε μὲν [h] Ἐπιάλτεα δι' ἄλλην αἰτίην, τὴν ἐγὼ ἐν τοῖσι ὄπισθε λόγοισι σημανέω· ἐτιμήθη μέντοι ὑπὸ Λακεδαιμονίων οὐδὲν ἧσσον. Ἐπιάλτης μὲν οὕτω ὕστερον τετέων ἀπέθα-
65νε. Ἔστι δὲ ἕτερος λεγόμενος λόγος, ὡς Ὀνήτης τε ὁ Φαναγόρεω, ἀνὴρ Καρύστιος, καὶ [i] Κορυδαλὸς Ἀντικυρεὺς, εἰσὶ οἱ εἴπαντες πρὸς βασιλῆα τούτους τοὺς λόγους, καὶ περιηγησάμενοι τὸ [k] οὖρος τοῖσι Πέρσῃσι· οὐδαμῶς ἐμοίγε πιστός. τοῦτο μὲν γὰρ, [l] τῶνδε
70χρὴ σαθμώσασθαι, ὅτι οἱ τῶν Ἑλλήνων [m] πυλαγόροι ἐπεκήρυξαν οὐκ ἐπὶ Ὀνήτῃ τε καὶ Κορυδαλῷ ἀργύριον, ἀλλ'

a Abest *Arcb.* ἀνταείρεσθαι *Paſ. Ask.* *b* Φυλάξαντες *Paſ.* *c* *Arcb. Med. Paſ. Ask. Paris. A.*, in *Aldo* et aliis ἑώρων. *d* Χρήσηται ora *Steph. Paſ. Ask. Vind.*, χρήσεται *Arcb.* *e* Οἱ ἔσεσθαι *Arcb. V.* ſpecioſe: Sed vide C. 168. Mox prius τὴν *Arcb.* negligit. *f* Id. *Med. Paſ. Ask. Vind. Paris. B.*, antea ὑπομένοντας. *g* Τστέρῳ *Paſ. Brit.* *h* Ἐπιάλτην *Arcb. V.* et ὄπισθε, ut Scriptor ſolet plerumque. *i* Κορυδαλλὸς *Arcb. Paſ. Ask.*, et denuo in ſeqq. *Copridalus* in Latinis *Vallae.* *k* Ὄρος *Arcb. V. Ask.*, idque ſaepius. *l* Τῷδε *Arcb. V.*, alii τόδε. *m* *Med. Arcb. Paſ. Ask.*, πύλαγόραι *Paris. A. B. Vind. Brit. Ald. Valla.*

46. Καὶ ἐν μέρει ἕκασοι ἐμάχοντο] Latina *in ſuo quisque loco* ferri non poſſunt. Ἐν μέρει et ἐν τῷ μέρει *ſua quisque vice*, ſive per vices. *Euripides* Cyclop. v. 179. ἅπαντες αὐτὴν διεκροτήσατ' ἐν μέρει *cuncti per vices* &c. Eleganter post *Budaeum* dictionem *Iac. Gronovius* illuſtravit ad *Arrian.* Ἀναβ. III, 26. p. 142.

50. Ὅ, τι χρήσαιτο τῷ &c.] Ex Codd. variante diſſenſu ſi optio neceſſaria foret, ſequerer *Arcb.* ſcriptionem, Noſtro non inſuetam, neque aliis, in *Petrizonii* adnot. ad *AEliani* Var. I, 32. Vulgatum plures oſtentabant ſchedae L. V, 12., estque, ut alios praeteream, *AEſchinis* Or. in Cteſiph. p. 66. ἀπορῶν δ' ὅ, τι χρήσαιτο αὐτῷ ——.

53. Ἔφρασε τὴν ἀτραπὸν] Xerxi ſemitam indicavit Perſisque monſtravit Ephialtes Melienſis ſive Trachinius, de quo notavit *Oudendorp.* V. C. ad *Frontin.* II, c. 2, 13. In excerptis e *Cteſia* hoc facinus imputatur Trachiniis Calliadae et Timapherni. Iudice *Pauſania* III. p. 214. ne Graeciam quidem vidiſſet Xerxes, εἰ μὴ κατὰ τὴν ἀτραπὸν τὴν διὰ τῆς Οἴτης τείνουσαν περιαγαγὼν τὴν μετὰ Τδάρνου στρατιὰν ὁ Τραχίνιος κυκλώσασθαί σφισι τοὺς Ἕλληνας παρέσχε. Ut Ephialtes Xerxi, ſic Alexandro M. monſtrata ſemita profuit proditor apud *Diodor.* XVII, c. 67. *Polyaen.* IV, c. 3, 27. &c. Sed per eamdem ſemitam postea temporis Brenno Galatisque viam in Graeciam Heracleotae pateſecerunt et Aenianes apud *Pauſan.* X, p. 852.; ubi duplex esſe dicitur ἀτραπὸς διὰ τῆς Οἴτης· μία μὲν ἡ ὑπὲρ Τραχῖνος, —— ἑτέρα δὲ ἡ διὰ τῆς Αἰνειάνων, ὁδεῦσαι στρατῷ ῥᾴων, δι' ἧς καὶ Τδάρνης ποτὲ Μῆδος κατὰ νώτου τοῖς περὶ Λεωνίδην ἐπέθετο Ἕλλησι· eamdem memorat *Appian.* Syr. p. 158. VALCKEN.

57. Τπὸ τῶν πυλαγόρων τῶν Ἀμφ.] Voces τῶν Ἀμφ. ἐς τὴν πυλαιὰν συλλεγομένων ex ſcholio Cl. *Reiskius* derivabat, aut duas ſaltem priores esſe exterminandas. Fuit cum de interpretamento non diſsentirem, unde, modo diſtinctio tollatur, vertaturque *a Pylagoris Amphictyonum*, nunc abeo. Pylagorae legati erant Amphictyonici concilii, congregabanturque ad conſesſum Pylaeam, conſultaturi de communi ac templi Delphici ſalute. *AEſchines* propterea in Cteſiph. p. 71. οἱ δ' ἄλλοι Ἀμφικτύονες συνελέγησαν εἰς τὰς Πύλας, πλὴν μιᾶς πόλεως. Nec diſsimilia *Libanius* Orat. in AEſchin. p. 692. C. Poterit, hoc ſi diſpliceat, etiam legi καὶ τῶν Ἀμφικτυόνων, ſiquidem in coetum, quem Ἐκκλησίαν vocabant, praeter Pylagoras, Hieromnemonasque admittebantur plures ſacrorum et concilii participes: hanc Ἀμφικτυόνων ἐκκλησίαν debemus *AEſchini* dicto loco. Ego in priore ob conſpirationem ſchedarum acquieſco. Ubi vero *Herodotus* ἐν τοῖσι ὄπισθε λόγοισι de Epialtae nece, eiusque auctore Athenada verba fecit? Ut nunc libri isti ſeſe dant, nusquam, ſi bene memini. Proinde aut oblitus eorum Scriptor est, aut deſunt multa.

57. Τῶν Πυλαγόρων τῶν Ἀμφικτ.] Infra memorantur οἱ τῶν Ἑλλήνων Πυλαγόραι· et diſtinguuntur certe τῶν Ἀμφικτυόνων οἱ Πυλαγόραι· erant quidem οἱ Πυλαγόραι Ἀμφικτυόνες· ſed non ſanequam omnes οἱ Ἀμφικτυόνες Πυλαγόραι. Inter Amphictyonas, ſive concilii Amphictyonici participes, quinam Πυλαγόραι dicerentur prae ceteris egregie nobis tradidit Auctor *Etymolog. M.* Πυλαγόραι, οἱ προεσῶτες Πυλαίας, (*conventus Amphictyonum principes*,) ἢ οἱ πεμπόμενοι ἀπὸ τῶν πόλεων εἰς Ἀμφικτυονίαν ῥήτορες, ὥσε ἐκεῖ ἀγορεῦσαι. De multis nunc ſatis ſit Amphictyonum citasſe decreta, ſervata *Demoſthenis* de Cor. p. 165. Ἔδοξε τοῖς Πυλαγόραις, καὶ τοῖς συνέδροις τῶν Ἀμφικτυόνων· alterius Δόγματος hoc est initium: Ἐπὶ Ἱερέως Κλειναγόρου, ἐαρινῆς Πυλαίας. Ἔδοξε τοῖς Πυλαγόραις καὶ τοῖς συνέδροις τῶν Ἀμφικτυόνων καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀμφικτυόνων· quae mihi ſic primitus ſcripta non videntur; ſed in hac quoque parte Graecae antiquitatis, praeſertim ubi ventum est ad recentiora tempora, multa ſunt tenebricoſa. VALCKEN.

69. Τῷδε χρὴ σαθμώσασθαι] Hoc potius esſe, non negabitur. Sic L. III, 15. et inferius C. 237. Tale, tanquam ex *Herodoto*, cuius non est, in *Stob.* Serm. XXVIII. p. 197. ἄνδρα δὲ οὐκ ἔστι δεξιὸν γνώμῃ σαθμησάμενον ἀθρῆσαι. Qui deinceps Ἑλλήνων πυλαγόροι ex Codd., extra dubii ſtant aleam. Modo enim πυλαγόραι, modo πυλαγόροι hi legati. *AEſchines* in Cteſiph. p. 71. iterat τοὺς πυλαγόρους τοὺς εἰσαεὶ πυλαγορεῦντας, iungitque

et per eum ducit Hydarnem et milites, postea ab pylagoris ideo damnatus.

ἀλλ' ἐπὶ Ἐπιάλτῃ τῷ Τρηχινίῳ, πάντως κε τὸ ἀτρεκέστατον πυθόμενοι· τοῦτο δὲ, Φεύγοντα [a] τὸν Ἐπιάλτην ταύτην τὴν αἰτίην οἴδαμεν. εἰδείη μὲν γὰρ [b] ἂν καὶ ἐὼν μὴ Μηλιεὺς ταύτην τὴν ἀτραπὸν Ὀνή-
της, εἰ τῇ χώρῃ πολλὰ ὡμιληκὼς εἴη. ἀλλ' Ἐπι-
άλτης γάρ ἐστι ὁ περιηγησάμενος τὸ οὖρος· καὶ κατὰ τὴν ἀτραπὸν, τοῦτον αἴτιον γράφω. Ξέρξης δὲ, [c] ἐπεί οἱ ἤρεσε τὰ ὑπέσχετο [d] ὁ Ἐπιάλτης κατεργάσεσθαι, αὐτίκα περιχαρὴς γενομένος, ἔπεμπε Ὑ-
δάρνεα, καὶ τῶν ἐστρατήγεε Ὑδάρνης. ὡρμέατο δὲ περὶ λύχνων [e] ἀφὰς ἐκ τοῦ στρατοπέδου. τὴν δὲ ἀτραπὸν ταύτην ἐξεῦρον μὲν οἱ ἐπιχώριοι Μηλιέες. ἐξευ-
ρόντες δὲ, Θεσσαλοῖσι κατηγήσαντο ἐπὶ Φωκέας, τότε ὅτε οἱ Φωκέες φράξαντες τείχεϊ τὴν ἐσβολὴν, ἔσαν ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου· ἔκ τε [f] τόσου δὴ κατε-
δέδεκτο ἐοῦσα οὐδὲν χρηστὴ Μηλιεῦσι. Ἔχει δὲ ὧδε ἡ ἀτραπὸς αὕτη· ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ ποταμοῦ τοῦ διὰ τῆς διασφάγος ῥέοντος, οὔνομα δὲ τῷ οὔρεϊ τούτῳ καὶ τῇ ἀτραπῷ τωὐτὸ κεῖται, [g] Ἀνόπαια. τείνει δὲ ἡ Ἀνόπαια αὕτη κατὰ ῥάχιν τοῦ οὔρεος, λήγει δὲ κατά τε Ἀλπηνὸν πόλιν, πρώ-
την ἐοῦσαν τῶν Λοκρίδων [h] πρὸς τῶν Μηλιέων, καὶ κατὰ [i] Μελάμπυγόν τε καλεόμενον λίθον, καὶ κατὰ Κερκώπων ἕδρας· τῇ καὶ τὸ στενότατόν ἐστι. Κατὰ
ταύτην δὴ τὴν ἀτραπὸν καὶ οὕτω ἔχουσαν οἱ Πέρσαι τὸν Ἀσωπὸν διαβάντες, ἐπορεύοντο πᾶσαν τὴν νύκ-
452 τα, ἐν δεξιῇ μὲν ἔχοντες οὔρεα τὰ Οἰταίων, ἐν ἀρι-
στερῇ δὲ, τὰ Τρηχινίων. ἠώς τε [k] δὴ διέφαινε, καὶ ἐγένοντο ἐπ' ἀκρωτηρίῳ τοῦ οὔρεος. κατὰ δὲ τοῦτο τοῦ οὔρεος ἐφύλασσον, ὡς καὶ πρότερόν μοι [l] δεδήλω-
ται, Φωκέων χίλιοι ὁπλῖται, ῥυόμενοί τε τὴν σφετέ-
ρην

Epialtæ Trachinii capiti pecunia et præconio periculum moverunt, id scilicet compertissimum habentes: partim quod Epialten ob hoc crimen scimus se fuga proripuisse. Sane quidem etiam, quanquam Onetes non fuisset vir Meliensis, tramitem illum novisset, si in ea regione multum versatus fuisset: sed enim Epialtes est, qui montem circumduxit, et quod ad tramitem pertinet, illi culpam adscribo. Xerxes ea, quæ Epialtes se 215
confecturum spondebat, probans, maiorem in modum lætus, sine mora Hydarnem cum iis quibus præerat copiis misit. Ille circa primam facem e castris profectus est. Tramitem vero illum indigenæ Melienses vesti- gaverunt; eoque investigato Thesalos deduxere adversus Phocenses, eo tempore, quo Phocenses interscpta muro semita, erant in loco securo belli; et ex tanto tempore monstratus est nihil utilis Meliensibus. Sic au- 216
tem sese habet ille callis: incipit ab Asopo fluvio, qui per montis meat anfractum, cui monti ac viæ idem nomen est inditum Anopæa: hæc Anopæa per dorsum montis porrecta, desinit iuxta Alpenum urbem, quæ prima est ex Locridibus, Melienses versus ac iuxta lapidem nomine Melampygum ac iuxta Cercopum sedes, ubi angustissimus est. Hac ipsa via atque ita se habente Per- 217
sæ Asopum transgressi, iter tota nocte fecerunt, habentes a dextra Oetæorum montes, a sinistra Trachiniorum; ac sub exortum auroræ in acumen montis evaserunt: quo in montis loco, sicut superius ostensum est, mille Phocensium armatorum præsidium ex-

[a] Τὸν Ἐπ. *Arcb.*, articulus deerat. [b] Ἐὼν μὴ Μηλ. *Pasf. Ask. Brit. Arcb. Vind. Paris. B. Ald. Valla:* μὴ deficiebat. Porro εἰδ. μὲν γὰρ ἂν *Arcb. V. Pasf. Ask.*; ultimum aberat. [c] Ἐπεὶ ἤρεσε *Med. Vind. Arcb. Ask.* [d] Negligitur ὁ a *Pasf. Ask.* [e] Habet *Suidas* hinc in Voc. [f] Τοσοῦδε κατά τ' ἐδέδεκτο *Arcb.*, κατεδέδεκτο *Med. Pasf. Pasf. Ask. Paris. B.*, antea ex *Ald.* et aliis κατεδέδαιτο. [g] Ἀνάπαια *Arcb. V. Valla*, et iterum: melius in *Eustath.* ad Hom. p. 1419, 38. [h] Sic *Med. Pasf. Ask.*, τῶν omittunt *Arcb. Paris. A. B. Brit. V. Ald.* [i] Μελάμπηγον *Arcb. Valla.* [k] Abest a *Pasf.*, tum ἔφαινε *Arcb.* et καὶ ἔγεν. sine intermedio εἰ id., bene. [l] Εἰρηται ora *Stepb. Pasf. Ask.*, alterutrum Scholion.

τοὺς πυλαγόρους καὶ τοὺς ἱερομνήμονας. *Libanius* utramque vocis flexionem Or. in *AEschin.* p. 699. C. et p. 706. deposuit: sunt quoque πυληγόροι ex *Hesychio* noti.

74. Εἰδείη μὲν γὰρ ἂν καὶ ἐὼν μὴ Μηλιεὺς] Post *Aldi Camerariique* aetatem operarum negligentia μὴ ob similе insecutae vocis principium excidit. *Herodoto* qui deinde curam inpenderunt doctissimi viri, tametsi commentandi hoc genus negandi desideraret particulam, miranda supinitate coecos potius duces, quam *Aldum*, *Vallam*, et MSS. sequi maluerunt. Soli, quorum reminiscor, *Pavius* et *Reiskius*, οὐκ ἐὼν finxerunt. Sed satis. *Herodotus* suum sibi rediisse laetabitur.

dicitur vir iuvenis Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου, ἀνὴρ ἡλικίᾳ ἔτι τότε ὢν νέος. *Ed. Simſono* ad A. M. 3562., *hoc circiter anno* (Ol. 84, 2.) *natus* videtur *Alcibiades:* iam ante Clinias illuc abierat; nam clades Athenienſium ad Coroneam evenerat Ol. 83, 2. Sed fallitur, ut puto, *Simſonus*, quodque retulit is in A. M. 3571., Alcibiadis ad Periclem dictum iuveni potius congruit annos quindecim, quam puero novem annos nato. Sic triginta circiter annos natus prodiret in publicum apud *Thucyd.* V, c. 43.. neque ante id aetatis licebat Athenis δημηγορεῖν· ſic potuit a patre Clinia relinqui vel triennis puer vel quadriennis, ſed a patre mediam aetatem dudum praetergreſſo; nam hic *Herodoto* narrata evenerunt duobus et triginta annis ante mortem Cliniae. Puer autem, in tutoris ſui Periclis domo educatus, paedagogum Thracem quemdam habuit Zopyrum, antequam a Gorgia iuvenis aliisque eruditetur. Praeceptorem puer habuiſſe fertur Σώφιλον, patrem oratoris Antiphontis, quem inimicisſimum Alcibiadi fuiſſe conſtat ex orationis fragm. apud *Athen.* XII. p. 525. A. de Sophilo praeceptore vid. illius vitae Scriptor in *Plutarchi* T. II. p. 832. B. *Philoſtrat.* in Antiph. p. 498., Σώφιλος καὶ τὸν τοῦ Κλεινίου ἐπαίδευσε; ſic ſaepius ad Artemiſium praecipue nobilitati filius dicitur Alcibiades: materno non minus genere (de quo *Palmer.* egit in Exercit. p. 632, 33.) ſuperbum ſaepenumero ludit Socrates, et in *Platonis* T. II. p. 105. A. ἐγὼ, ait, δὴ σοίγε ἐρῶ, ὦ φίλε παῖ Κλεινίου καὶ Δεινομάχης. De hoc clariſsimo isthac aetate iuvene centena nobis antiqui Scriptores commemorant, et ne illud quidem adnotare neglexerunt, infanti puero nutricem fuiſse *Lacaenam.* Ad huius mentionem *Thucydiden* ſcripſisſe recordor VIII, c. 6., Endii, Alcibiadae Laconis filii, Athenienſem istius temporis Alcibiaden πατρικὸν ἐς τὰ μάλιστα fuiſse ξένον· ἔθεν, addit, καὶ τοὔνομα Λακωνικὸν ἡ οἰκία αὐτῶν κατὰ τὴν ξενίαν ἔσχεν· hoc quidem more ſatis uſitato, quo liberis hoſpitum vel amicorum indebant nomina: hinc Timonis adulator *Lucianei* p. 168., τὸν υἱὸν ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι Τίμωνα ὠνόμακα. *Scholiaſten Thucyd.* ad l. c. erroris inſimulant *Io. Meurs.* Att. Lect. p. 335. et *Duker.* Haec auferantur ex isto *Scholio*, ὃς ἦν πατὴρ τοῦ Ἐνδίου· pertinent enim ad vicina; nihil erit adeo in reliquis rite acceptis, quod reprehendi mereatur: hoc tamen modo, me iudice, rectius ſcripſisſet interpres minime contemnendus: Ἀλκιβιάδης Λακωνικὸν ἦν ὄνομα· Κλεινίας δὲ Ἀθηναῖος, Λακεδαιμονίῳ Ἀλκιβιάδῃ ξένος γενόμενος, τὸ ὄνομα τῷ ἰδίῳ παιδὶ ἔθετο· ſic in medio relinqueretur, quis Clinias primus amici Laconicum nomen filio indidisſet; qui, forſan isto tempore iam ignotus, nunc certe deſignari nequit. In isthac Attica familia potuerunt ante Cliniam hic *Herodoto* laudatum plures fuiſse Cliniae, plures etiam Alcibiadae, fortaſse ne in istius quidem aevi monumentis commemorati. *Herodoti* Cliniam primum filio Laconicum impoſuiſse nomen plerique crediderunt; ſed quo tandem argumento moti? Privatim amici fuerunt et ξένοι Clinias Athenienſis et Spartiata quidam Alcibiadas; ſed Alcibiadae Attici maiores publicitus Lacedaemoniorum iam fuiſse videntur πρόξενοι· ista permiſceri non debuerant quae ſunt utique diverſisſima. Athenienſi Alcibiadi a maioribus tradita cum Alcibiadae Spartani poſteris colebatur amicitia: *Thucyd.* VIII, 6. ſed Lacedaemoniorum non erat is πρόξενος· hunc honorem ſtuduit ille recuperare, cuius onere illius ſe iam avus abdicaverat: *Thucyd.* V, c. 43., et c. 89., Alcibiades in oratione ad Lacedaemonios, τῶν ἡμῶν, inquit, προγόνων τὴν προξενίαν ὑμῶν — ἀπειπόντων, αὐτὸς ἐγὼ πάλιν ἀναλαμβάνων ἐθεράπευον ὑμᾶς. VALCKEN.

31. Δρησμὸν δὴ ἐβούλευον] Vide ſuperius C. 4. Accuſat aſperitatem vocabuli δρησμοῦ *Plutarchus*, quod de fuga conſuluiſse Graecos Noſter dicat. At *nimis ſeverus est Ariſtarchus. Atque etiam illud non tulerit credo, quod rex regum cenſet aufugiendum de Troia: non enim, ut opinor, mollius est,* φεύγωμεν *Iliad.* B, 140., *quam* δρησμὸν βουλεύεσθαι. Sic *Camerarius* ex vero. *Ariſtides* T. II. p. 191. τῶν ἐν ταῖς ναυσὶ κατὰ κράτος ἤδη ΦΕΥΓΟΝΤΩΝ εἰς τὸ εἴσω τῆς Ἑλλάδος de his, neque *Polyaenus* mollius. Mox ἀπὸ τοῦ βαρβαρικοῦ reduxi. Viſe Cl. *Valckenarium* ad L. III, 115.

36. Ταύτῃ συλλέξας] Mutata punctione haec, poſtulante *Arcb.* et *Valla*, aptavi: id *Pavius* fieri oportere, perſpexerat, nec, credo, reprobaverit quisquam. Deinceps προβάτων τῶν Εὐβοεικῶν an Εὐβοϊκῶν exaretur, arbitrarium erit: in membranis eadem diſsenſio L. III, 89. et VII, 192.

48. Τὸν Βάκιδος χρησμὸν] Vaticinus iste de Perſica expeditione cecinerat, *Pauſan.* X, 14.; ex illo carmine haec durat portio. Idem C. 12. ἐκ Βοιωτίας Βάκιν adpellat, ſicuti et *Cicero* Divinat. L. I. c. 18. Duos

Eubœenſium negligentia verſus oraculum Bacidis, quæ illis nocet. Speculatores inter copias navales ac terreſtres. Illæ audito exitu Leonidæ deſerunt Artemiſium.

λέγοντα, [a] ὅτε τι ἐξεκομίσαντο ἀδὲν, ὅτε [b] προσάξαντο, ὡς παρεσομένῃ σφι πολέμῳ, περιπετέα τε ἐποιήσαντο σφίσι αὐτοῖσι τὰ πρήγματα. Βάκιδι γὰρ ὧδε ἔχει περὶ τουτέων ὁ χρησμὸς,

Φράζεο, βαρβαρόφωνον ὅταν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλλῃ
[c] Βύβλινον, Εὐβοίης ἀπέχειν πολυμηκάδας αἰγας.

τούτοισι δὲ ἀδὲν τοῖσι ἔπεσι χρησαμένοισι ἐν τοῖσι τότε παρεοῦσί τε καὶ προσδοκίμοισι κακοῖσι, παρῆν σφι συμφορῇ [d] χρᾶσθαι πρὸς τὰ μέγιστα. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἔφρασσον, παρῆν δὲ ὁ ἐκ Τρηχῖνος κατάσκοπος. ἦν μὲν γὰρ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ κατάσκοπος Πολύας, γένος Ἀντικυρεὺς, τῷ προσετέταχτο· καὶ εἶχε πλοῖον κατῆρες ἑτοῖμον, εἰ [e] παλήσειε ὁ ναυτικὸς στρατὸς, σημαίνειν τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι ἐοῦσι. ὡς δ' αὕτως ἦν Ἀβρώνυχος ὁ Λυσικλέος Ἀθηναῖος καὶ παρὰ Λεωνίδῃ ἑτοῖμος τοῖσι ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἐοῦσι ἀγγέλλειν τριηκοντέρῳ, ἤν τι καταλαμβάνῃ νεώτερον τὸν πεζόν. οὗτος ὦν ὁ Ἀβρώνυχος [f] ἀπικόμενος ἐσήμαινέ σφι τὰ γεγονότα περὶ Λεωνίδεα καὶ τὸν στρατὸν αὐτοῦ. οἱ δὲ, ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, οὐκέτι ἐς ἀναβολὰς [g] ἐποιεῦντο τὴν ἀποχώρησιν, ἐκομίζοντο δὲ ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν· Κορίνθιοι πρῶτοι, ὕστατοι δὲ Ἀθηναῖοι. Ἀθηναίων δὲ νέας τὰς ἄριστα πλωούσας ἐπιλεξάμενος Θεμιστοκλέης, ἐπο-

te, neque exportaverant quicquam, neque importaverant, velut impendente eis bello, et res ſibi quoque ipſis ambiguas effecerant: ita enim habebat de his oraculum Bacidis,

Dum iuga barbaricus canabacea iactat in æquor,
Euboea capræ mecentes fac procul abſint.

His verſibus quum nihil illi uterentur in malis, quæ tum aderant, tum impendebant, debebat fieri ut maxima calamitate afficerentur. Dum hæc isti agebant, advenit ex Trachine 21
ſpeculator: nam erat apud Artemiſium ſpecu-
lator Polyas, genere Anticyrenſis, cui datum
erat negocium, et habebat expeditum et remis
inſtructum navigium, ſi copiæ navales conflixisſent, ut renunciaret iis, qui apud Thermopylas erant. Similiter Abronychus Lyſiclis filius Athenienſis apud Leonidem erat paratus
cum triginta remorum navigio ad nunciandum
iis, qui ad Artemiſium agebant, ſi quid novi pedeſtribus copiis contigisſet. Hic igitur Abronychus adveniens, indicavit ea quæ circa Leonidem et eius exercitum geſta erant.
Qua isti re audita non iam ſibi differendum abitum putaverunt: ſed ut quique locati erant, abſcesſerunt; primi Corinthii, poſtremi Athenienſes. Quorum Athenienſium ve- 22
locisſimis navibus delectis, Themiſtocles ad aquas

a Οὔτε τι *Pasſ. Ask. Med.*, antea οὔτ' ἐξεκομ. tantum. *b* Προσεσάξαντο *Pasſ. Med.*, προσεταξ. *Brit.* *c* Βύβλιον *Arcb. Ask.*, Βύβλινον *Pasſ. Vind. Brit. Ald.* *d* Χρᾶσθαι *Arcb. Vind.* *e* Παλῆσειε Edit. *Genev.* *f* Ἀπικόμενός σφι ἐσ. *Arcb. Ask. Pasſ.* *g* Ἐποιεῦντο *Pasſ. Ask. Brit.*; olim ἐποιέοντο.

Bacides *Clemens Alex.* Strom. I. p. 398., Arcadem et Boeotium memoravit, tertium Athenienſem alii addunt; ſuper qua re ſollicita exſtat opera *Nic. Loënſis* Epiphillid. IX, II. interpretumque *AEliani* Var. XII, 35. Quod ſtatim οὔτε τι, a *Gronovio* iure laudatum, ſed infeliciter defenſum, in ſua iterum ſede ſtatui. Sic L. IV, 19. οὔτε τι σπείρουσι οὐδὲν, οὔτε ἀροῦντες. Ut autem προσεσάξαντο ſibilante littera auctius procederet, nulla erat neceſſitas. Repete ad L. V, 34. adpoſita.

49. Οὔτ' ἐξεκομίσαντο] Dum Clar. *Iac. Gronovius* paulo conſideratius *Herodoti* tractabat Uraniam et Calliopen, aeſtus amoris iam deferveſcebat, quo ante ferebatur in Florentinas ſuas membranas paene iuvenili: nemo mirabitur nobis ſaepe diſplicuiſſe vehementius illud amatoris ſtudium, noſtratem *L. Bos*, exemplar modeſtiae, viros etiam primarios *Salmaſium*, *Is. Voſſium*, *Ez. Spanhemium*, aliosque, qui Muſas contrectaverant, velut ἀντεραστὰς repellentis aſperrime. Neutrum decet Muſarum ſacerdotem. Sed ut illud perſequar, cuius occaſione haec ſcripſi, in notis vir Clar. proponit lectionem Mediceam: οὔτέ τι ἐξεκομίσαντο οὐδὲν, et lectori commendat ut *perquam ſuavem*: illa mihi quoque placet, et, ſi licet de vicinis duas demere literas, haec equidem cenſerem eſſe a manu *Herodoti*: οὔτέ τι ἐξεκομίσαντο, οὐδέν τε προσεσάξαντο· recte *Valla*: *neque exportaverant quicquam neque importaverant*: illud, οὔτε —— οὐδέν τε, obvium apud quosvis, ſimillima firmarent *Herodoti* in *Ed. Gron.* p. 382, 5. 395, 34. 468, 2. 509, 10. 529, 10. Minuta talia *Livium* tractans enotare non dedignatus eſt Clar. *Iacobi* Pater: ponam hic magni viri verba quaedam, quae leguntur in *Livii Drakenb.* T. IV. p. 421. b. *Nimis credulus fuit* (Rhenanus) *uni libro, et, quaecunque aliter atque in vulgatis illic eſſent, Livii eſſe, nihil librarii putavit.* Ingenuam tamen laudo confeſſionem Editoris *Herodoti* in P. 201, 17. *Fere nimio ſtudio in Mediceas membranas abductus dici queo.* Qui Codicem antiquum ſupra modum mirantur, horumque ſacrorum ἀμυήτοις ſe iure praebent, et immerentes alios ridendos, hoc ſemel ſibi dictum putent. VALCKEN.

53. Βαρβαρόφωνον] Ex *Vallae* Latinis βαρβαρόφωνος erit, quae non iniuſta *Pavii Reiskii*que divinatio. Putes porro cum *Stanleio* Bacidis verſum in Pers. v. 72. *AEſchylum* aemulari, quando πολύγομφον ὄδισμα ΖΤΓΟΝ ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου tragice de ponte in Helleſponti anguſtiis, intenſo funibus ex byblo L. VII, 36. Itaque Βύβλιον cur vir Celeb. exprimi voluerit, non perſpicio. Credo ex *Medic.*, etſi de eo ſilentium, huc ob *Ask.* conſenſum migraſſe. Priſtinum longe praeſtantius.

63. Εἰ παλήσειε] Scripti editique libri nihil novant; nam Editoris *Genev.* εἰ παλῆσειε coniecturae *Porti* debetur, male tamen repraeſentatae: coniecerat ille, quamquam haeſitans, εἰ 'παλῆσειε pro integro ἐπαλῆσειε ex ἐφαλίζω, *contra aliquem copias congrego*: obtrudi noluit, idque prudenter; neque enim moris id Herodotei. Tolerabilius de opinione *D'Orvillii* et *Reiskii* εἰ πελάσειε, *ſi adpropinquaret*, videretur; cuius modi L. IX, 73. ὅκως ΠΕΛΑΣΕΙΕ ἀπικνεόμενος τοῖσι πολεμίοισι· neque abiret longius παλαίσειε *Pavii*, et fortaſſe *Gronovii*, ob eius Latina; eoque minus, quod diphthongus αι et η in ſcriptis ſaepe conmutantur. Sed omnibus ſchedae obſtant. Aliud ergo circumſpiciamus. Παλήσειε *Heſychius* exponit διαφθείρειε, quod de clade in belli certamine non illaudabile, et hinc, niſi erro, ſumtum. Priſcos ſane παλαίειν ac παλέειν noviſſe, lonesque in primis, vero mihi proximum. *Hippocratis* ſunt ἀποπαλέειν atque ἐκπαλέειν in evibratione et concuſſu vehementiore. Ἀποπαλήσει *Erotianus*, σαλεύσει καὶ σφοδρᾷ κινήσει. *Foëſius* Oeconom. p. 78. plura. Sive ergo εἰ παλήσειε de conflictu, ſeu clade ſecuta, agitationeve claſis maiore accipiatur, vocabulo ſcriptura locoque ſententia conſtabit.

63. Εἰ παλήσειε ὁ ναυτ. σ.] Varias attulit coniecturas *Portus*, veriſimilioribus facile locum daturas. Quod hic vulgatur, Lexicographis, credo, praetermiſſum, παλήσειε legitur in ſua ſerie apud *Heſych.* cum interpretamento διαφθείρειε· διαφθαρείη ab huius loci ſententia non eſſet valde alienum: παλήσειε quid ſit exſpectabimus qui nos doceat: licebit interea coniecturam proferre: εἴ τι πταίσειε ὁ ν. στρατὸς literas prope accedit; id est, ἐάν τι περὶ τὴν ναυμαχίαν γένηται πταῖσμα, ut ſcribit *Diodor.* I. p. 415. f. ἐάν ποτε συμβῇ τι πταῖσμα, *Demoſth.* p. 59, 71. εἰ δέ τι πταίσειε, idem p. 16, 28. *Thucyd.* p. 327, 79. Forma quidem paulo eſt inſolentior, minime tamen abſurdum quod nonnemini venit in mentem: εἴ τι παθήσειε ὁ ν. σ. *ſi quid eveniret claſſi*: certe talibus uti ſolebant εὐφημισμοῖς, ne belli triſtem eventum memorarent. *Eurip.* Phoen. ϑ. 251., εἴ τι πείσεται ἑπτάπυργος γᾶ. *Xenoph.* Κ. Π. II. p. 24, 9., εἴ τι πείσονται Μῆδοι. *Si naufragio navis perierit Euripidi* dicitur, ἤν τι ναῦς πάθῃ. Iph. in T. ϑ. 755. plenius legitur in ſyngrapha nautica apud *Demoſth.* p. 547, 16., ἐὰν δέ τι ἡ ναῦς πάθῃ ἀνήκεστον. VALCKEN.

73. Ἐπιλεξάμενος] Corrigitur ἀπολεξάμενος, forte ob

aquas potabiles ſe conferens, in lapidibus litteras incidebat; quas poſtero die Iones ad Artemiſium venientes legerunt, in hæc verba: Viri Iones, haud iuſte facitis, militantes adverſus patres, et Græciam redigentes in ſervitutem. Sed maxime quidem ſtate a nobis: ſin hoc facere non poteſtis, at vos ſaltem et nunc e medio nobis vos ſubducite, et ipſi et Cares, ut eadem vobis faciant, obſecrate. Quod ſi horum neutrum fieri potest, et maiori necesſitate estis obſtricti, quam ut posſitis deſciſcere, utique vos in re gerenda, dum pugnam conſeremus, tergiversamini, memores a nobis vos esſe oriundos, et inimicitiarum nobis cum barbaro principium a vobis extitiſſe. Hæc Themiſtocles, ut arbitror, duplici conſilio ſcripſit, ut ſi litteræ regem laterent, Iones induceret ad deficiendum a rege ad ſe; ſin ad eum deferrentur, darenturque crimini, infidos eidem redderet Iones, et a prœliis navalibus ſummoveret. Poſtquam autem hæc Themiſtocles inſcripſit, extemplo vir Hiſtiæenſis navigio ad-

ἐπορεύετο περὶ τὰ πότιμα ὕδατα, ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι [a] γράμματα, τὰ Ἴωνες ἐπελθόντες τῇ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, ἐπελέξαντο. τὰ δὲ γράμματα τάδε ἔλεγε, „Ἄνδρες Ἴωνες, „ οὐ ποιέετε δίκαια ἐπὶ [b] τοὺς πατέρας στρατευόμενοι, „ καὶ τὴν Ἑλλάδα [c] καταδουλεύμενοι. ἀλλὰ μάλιστα „ μὲν πρὸς ἡμέων [d] γίνεσθε· εἰ δὲ ὑμῖν ἐστι τοῦτο μὴ „ δυνατὸν ποιῆσαι, ὑμέες δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐκ τοῦ μέσου „ ἡμῖν [e] ἔζεσθε καὶ αὐτοί, καὶ τῶν Καρῶν δέεσθε [f] τὰ „ αὐτὰ ὑμῖν ποιέειν. εἰ δὲ μηδέτερον τουτέων οἷόν τε γί„ νεσθαι, ἀλλ' ὑπ' [g] ἀναγκαίης μέζονος κατέζευχθε „ ἢ ὥστε [h] ἀπίστασθαι, ὑμέες γε ἐν τῷ ἔργῳ, ἐπεὰν „ [i] συμμίσγωμεν, ἐθελοκακέετε, μεμνημένοι ὅτι ἀπ' „ ἡμέων γεγόνατε, καὶ ὅτι ἀρχῆθεν ἡ ἔχθρη πρὸς τὸν „ Βάρβαρον ἀπ' ὑμέων ἡμῖν γέγονε". Θεμιστοκλέης [k] δὲ ταῦτα ἔγραφε, δοκέειν ἐμοὶ, ἐπ' ἀμφότερα τοίων, ἵνα ἢ λαθόντα τὰ γράμματα βασιλῆα, Ἴωνας ποιήσῃ [l] μεταβαλέειν καὶ γενέσθαι πρὸς ἑωυτῶν, ἢ, ἐπείτε [m] ἀνενειχθῇ, καὶ διαβληθῇ πρὸς Ξέρξεα, ἀπίστους ποιήσῃ τοὺς Ἴωνας, καὶ τῶν [n] ναυμαχιέων αὐτοὺς ἀποσχῇ. Θεμιστοκλέης [o] μὲν ταῦτα ἐνέγραψε. τοῖσι δὲ βαρβάροισι αὖτις μετὰ ταῦτα πλοίῳ ἦλθε ἀνὴρ [p] Ἰσιεὺς, ἀγ-

a Γράμματα, λέγοντα τάδε, Ἄνδρες omisſis mediis *Arch. Vind.* *b* Citat *Euſtath.* ad *Dionys.* v. 423. *c* Καταδουλώμενοι *Arch.* *d* Ἔσεσθε id. *e* Ἔζεσθε *Ask.*, ceteri ἔσεσθε. *f* Ταυτὰ *Arch. V.*, τοιαῦτα *Brit.* *g* Ἀνάγκης *Med. Paſ. Ask.*, nulla neceſsitate. *h* Μὴ ἀπίστασθαι *Arch.*, poſterius et in *Paſ. Ask.*, ἀφίστασθαι antea. *i* Συμμισγῶμεν *Arch. V.*, quod ſperno. Vid. IX, 97. *k* Deſit utrique, tum ἔγραψε ambo. *l* Μεταβαλέειν iid., alii μεταβαλεῖν cum *Aldo.* *m* Ἀνενεχθῇ *Paſ.* *n* *Med. Paſ. Ask. Brit. Paris. A. B. Valla*, bene: ceteri συμμαχιέων. *o* *Arch. V. Med. Ask. Paſ. Brit.*; antea μὲν νυν ex *Aldo.* *p* Iidem et *Plut.* Malign. p. 867. E., etiam *Valla*: Ἰσιεὺς prius, ſed perperam.

ob C. 101. τριήκοντα μυριάδας ΑΠΟΛΕΞΑΜΕΝΟΣ τοῦ στρατοῦ et ἀπολέξαντες τὸ ἄριστον L. V, 110. Quae quidem boni commatis, neque pravioris vulgatum. Ἐπιλεξάμενος ἄνδρας δέκα Αἰγινητέων L. VI, 73., ἐπιλεξάμενός τε ἄνδρας τοὺς ἐθέλεις L. VII, 10. Adde *Thom. M.* in Ἀναλέγομαι. Quae deinceps ex duobus Codd. exſulant, non illa caſu exciderunt, utpote nexa optime: praeberent profecto, ſi pluribus abesſent, gloſſatoris ſpecimen.

73. Θεμιστοκλέης] Callidum prudentis Imperatoris factum memorant *Plutarch.* in Them. p. 116. B. *Polyaen.* I, c. 30, 6. aliique: eleganter *Ariſtid.* I, p. 314. ubi meliora ſunt in Scholiis ſcriptis quam in Edd. Sophiſtica mihi videntur atque abſurda, quae Themiſtocli tribuit ex *Trogo Iuſtinus* II, c. 12.; neque enim, ut credidit *Oroſius* II, c. 10., *apta* fuisſet *increpatio*; ſed in isthoc rerum diſcrimine prorſus importuna. Mendax *Scriptor Parallelorum* in *Plut.* II. p. 305. D. fratrem nobis fingit Themiſtoclis Ageſilaum, quem ad Artemiſium Graeci miſerint ſpeculatorem: eadem paene praebet illinc deſcripta *Stobaeus Geſneri* p. 91. Nollem viros eruditisſimos his mendaciis locum in hiſtoria dediſse veteri. Ut illi fratrem, Ageſilaum quoque patrem dat Pauſaniae, huius narrans proditionem p. 308. B. *Stobaei* p. 228. adeo puer in hiſtoria, ut ne *Thucydiden* quidem legerit, citat, qui nusquam extitit, *Chryſermum ἐν δευτέρῳ ἱσοριχῶν* vel Περσικῶν. VALCKEN.

74. Ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι γρ.] Linguae non inutilis concinnari posſet index verborum, quibus Scriptor caſtigatisſimus novam quamdam indidit vim ſignificandi: locum illic inveniret etiam Ἐντάμνειν. Lapideis columnis Darius dicitur ἐνταμὼν γράμματα, IV, c. 87. Proximum convenit Latinum *inſecans*. *Columellae* bis terve, ſed alia uſurpatum ſtructura, verbum *inſecandi* bis adhibuerat, ut puto, qui nuper cura Clar. *P. Burmanni* Sec. prodiit ornatior, *Auctor ad Herennium*, III, c. 14., *ipsa pronuntiatione — res inſerere atque inſecare* (*inſcribere* ſatis erat *Ciceroni* de Orat. II, c. 87.) *in animis auditorum*: hoc ex Codd. reciperem pro *interſecare*: idem IV, c. 49., *tanquam iubatus draco — circumſpectans huc et illuc, ſi quem reperiat, cui aliquid mali faucibus adflare, — dentibus inſecare, lingua adſpergere posſit*: hoc Graecis est ἰὸν ἐγχρίειν et ἐγχρίπτειν· quorum prius *Olearius* aliisque non debuerat esſe ſuſpectum: omiſit, ut alia multa, *Stanlei. AEſchyli* fragm. ex Philoct. apud *Plutarch.* II. p. 1087. F. Οὐ γὰρ δρακὼν ἐνῆκεν, ἀλλ' ἐνῴκισεν &c. aptius alterum illud, *venenum dentibus inſecat*. Scribi potuit a Tragico apud *Ciceron.* Tuſc. II, c. 9. *Hos ille cuneos fabrica crudeli inſecans Perrupit artus*: vulgatum *inſerens* nec ad vicina neque reſpondet *AEſchyli* grandiloquentiae. Literas lapidibus *incidere*, vel *inſecare*, hic ἐντάμνειν λίθοισι γράμματα alibi dicitur et *Herodoto* ἐγκολάπτειν, I, c. 93, 187. hoc quibusvis fuit uſurpatum, et reſtitui debet III. *Maccab.* II, 27., σήλην ἀνασήσας ἐνεκόλαψε γραφὴν· idem esſet ἐς σήλην ἐκόλαψε γραφήν· qua ratione legitur in veteri tabella apud *Gruter* Inſcr. p. CCCCI, ℌ. 22., τὸ δὲ δόγμα τόδε κολάψαντας ἐς χαλκώματα δύο, τὸ μὲν ἓν ἀναθεῖμεν ἐς τὸ βουλευτήριον· *tabulae aereae*, quibus incidendum erat plebiſcitum, χαλκώματα vocantur. VALCKEN.

78. Ἐπὶ τοὺς πατέρας] Redi ad L. VII, 51. Callidam Themiſtoclis inſcriptionem iisdem verbis *Polyaenus* I, 30, 6. recitat, parum, quod vir magnus attigit, aberrans, *Plutarch.* Themiſt. p. 116. B., *Ariſtides* T. II. p. 191. &c. Notabile ἐκ τοῦ μέσου ἔζεσθε Cod. *Ask.* reſtitutum volui. Scio ἐκ μέσου ὄντας *Dioni Caſſ.* L. L. p. 581. neutrarum esſe partium, ſed ἔσεσθε per hic, nec latuit *H. Stephano*, inconmodum. Contra κατῆσθαι ſive ἕζεσθαι ἐκ τοῦ μέσου de illis, qui rei ſe non miſcent, et ex eius medio quaſi otioſi ſedent, Herodotea ſunt. Inferius C. 73. αἱ λοιπαὶ πόλις ἐκ τοῦ μέσου ἐκατέατο, et iterum ἐκ τοῦ μέσου κατήμενοι quibus gemina III, 83. IV, 118. &c.

78. Οὐ ποιέετε δίκ. ἐπὶ τ. π.] Hinc liquet quid ſupplendum ſit, aut lectori ſubaudiendum relinquatur apud *Diodor. Sicul.* XIX, c. 41., ubi iuſſu Antigenis, *cuius ſub imperio phalanx erat Macedonum*, ut ſcribit *C. Nepos* in Eumene c. 7., in Eumenis exercitu eques Macedo, propius accedens phalanga Macedonicam Antigoni, proclamavit: ἐπὶ τοὺς πατέρας, ὦ κακὴ κεφαλή, τοὺς μετὰ Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου τὰ ὅλα κατειργασμένους· nempe στρατεύεσθε. In Eumenis erant exercitu veterani milites, qui cum Philippo fregerant Graeciae libertatem, quique cum Alexandro Aſiam pervaſerant; ſic itaque loquuntur velut annis et laboribus graves. Sed apud *Herod.* πατέρες ſunt *conditores*: *Iuſtinus* II, c. 12., *quod facinus agitatis? bellum inferre olim conditoribus veſtris, nuper etiam vindicibus, cogitatis?* Eadem mente ſupra apud *Herodot.* VII, c. 150., Argivis fertur per legatum dixisſe Perſa: οὕτω ἂν εἴημεν ὑμέτεροι ἀπόγονοι· οὔτε ὧν ἡμέας οἰκὸς ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους στρατεύεσθαι, οὔτε ὑμέας &c. — In proximis ſenſum optime *H. Steph.* expresſit: *et vos e medio nobis ſubducite*, ἐκ μέσου ἡμῖν ἔζεσθε· Herodoteam nobis manum ex uno Cod. Clar. *Weſſ.* obtulit in Diſſ. *Herod.* p. 125. VALCKEN.

84. Ὑπ' ἀναγκαίης μέζονος κατέζευχθε] Nihil differt,

ἀγγέλλων τὸν δρησμὸν τὸν ἀπ' Ἀρτεμισίου τῶν Ἑλλήνων. οἱ δ' ὑπ' ἀπιστίης τὸν μὲν ἀγγέλλοντα εἶχον ὡς φυλακῆ, νῆας δὲ [a] ταχείας ἀπέστειλαν προκατο-
467 ψομένας. ἀπαγγειλάντων δὲ τούτων τὰ ἦν, οὕτω δὴ [b] ἅμ' ἡλίῳ σκιδναμένῳ πᾶσα ἡ στρατιὴ [c] ἐπέπλεε ἀλὸς ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον. ἐπισχόντες δὲ ὡς τούτῳ τῷ χώρῳ μέχρι μέσου ἡμέρης, τὸ ἀπὸ τούτου ἔπλωον ἐς Ἱστιαίην. ἀπικόμενοι δὲ, τὴν πόλιν ἔσχον τῶν Ἱστιαίων, καὶ τῆς [d] Ἑλλοπίης μοίρης, γῆς δὲ τῆς [e] Ἱστιαιήτιδος τὰς παραθαλασσίας κώμας πάσας ἐπέδραμον. Ἐν-
θαῦτα δὲ τούτων ἐόντων, Ξέρξης ἑτοιμασάμενος [f] τὰ περὶ τοὺς νεκροὺς, ἔπεμπε ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν κήρυκα. προετοιμάσατο δὲ τάδε· ὅσοι τοῦ στρατοῦ τοῦ ἑωυτοῦ ἦσαν νεκροὶ ὡς Θερμοπύλῃσι, ἦσαν δὲ καὶ δύο μυριάδες, ὑπολιπόμενος τούτων ὡς χιλίους, τοὺς λαπτὸς, τάφρους ὀρυξάμενος, ἔθαψε· φυλλάδα τε [g] ἐπιβαλὼν, καὶ γῆν ἐπαμησάμενος, ἵνα μὴ ὀφθείησαν ὑπὸ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ. ὡς δὲ διέβη ἐς τὴν Ἱστιαίην ὁ κήρυξ, σύλλογον ποιησάμενος [h] παντὸς τοῦ στρατοπέδου, ἔλεγε τάδε, „Ἄνδρες [i] σύμμαχοι, „βασιλεὺς Ξέρξης τῷ βουλομένῳ ὑμέων παραδίδωσι, „ἐκλιπόντα τὴν τάξιν, καὶ ἐλθόντα, [k] θεήσασθαι „ὅκως μάχεται πρὸς τοὺς ἀνοήτους τῶν ἀνθρώπων, οἳ „ἦλπισαν τὴν βασιλέος δύναμιν [l] ὑπερβαλέεσθαι". Ταῦτα ἐπαγγειλαμένου, μετὰ ταῦτα οὐδὲν ἐγίνετο πλοίων σπανιώτερον· οὕτω πολλοὶ ἤθελον θεήσεσθαι. διαπεραιωθέντες δὲ [m] ἐθηεῦντο διεξιόντες τοὺς νεκρούς. πάντες δὲ ἐπιστέατο τοὺς κειμένους εἶναι πάντας Λακεδαιμονίους καὶ Θεσπιέας, ὁρέοντες καὶ τοὺς εἵλωτας.

advectus, barbaris nuncium attulit Græcos ab Artemisio profugisse. Illi homine, quod fidem non haberent, servari iusso, naves veloces ad rem explorandam miserunt: qua re per istas nunciata, prout erat, simulatque refulsit sol, omnis classis addensata ad Artemisium contendit: ubi ad meridiem usque immorata, mox ad Histiæam processit. Eo appulsi, urbe Histiæorum potiti sunt, et Hellopiæ portionis, regionis autem Histiæotidis maritimos vicos omnes incursaverunt. Dum isti hoc 24 in loco agunt, Xerxes præparatis, quæ volebat circa cadavera, præconem ad classiarios mittit. Hæc autem præparaverat. Quicunque e suo exercitu apud Thermopylas cæsi, erant autem viginti millia, eorum mille ferme relictis, ceteros depressis fossis humavit: et ne a classiario exercitu cerni possent, foliisque constravit, et humum aggeravit. Præco ubi ad Histiæam transiit, facto totius exercitus cœtu, hæc dixit, Viri socii, rex Xerxes dat veniam cuicunque libet relictis ordinibus ire visum, quemadmodum pugnet cum amentibus hominibus, qui se superaturos speraverant copias regis. Hæc denunciante præcone, mox nihil infrequentius fuit navigiis: ita multi visere cupiebant. Illuc transvecti et transeuntes cernebant cadavera. Cuncti vero sciebant omnes Lacedæmonios esse ac Thespienses, qui iacebant, quum etiam hilotas cernerent.

Ita-

a Sic omnes: ταχέας dialectus postulat. *b* Ἅμα ἡλ. *Arch. Vind.*; attigit *Eustath.* ad Poët. p. 691, 3. *c* Ἐπέπλεε *Med. Brit. Pass. Ask.*, ἔπλωε *Arch. V. Ald.* *d* Ἑλλογίμης *Arch. Valla.* *e* Ἱστιαιητίδος *Arch. Vind.*, Ἱστιαιώτιδος alii omnes: tum τὰς iidem duo omittunt. *f* Τὰ abest *Arch.* *g* Ἐπιβάλλων idem. *h* Πάντα ora *Stepb.* *i* Σύμμ. *Ask. Arch. Vind.*, ξύμμαχοι olim. *k* Θεήσεσθαι *Ask.* similis scriptura L. 1, 8. &c. *l* Ὑπερβαλέσθαι *Arch. V.* *m* Ἐθηέοντο διεξιέντες *Arch.*, prius et *Vind.*

rem ubi spectes, *Æschyli* Prometh. v. 108. *ἀνάγκαις ταῖσδ' ὑπέζευγμαι τάλας*, *Sophoclis* Philoct. v. 1022. *ἀνάγκῃ* ΖΤΓΕΙΣ *ἔπλεις ἅμ' αὐτοῖς*· et Aiac. v. 123. Aliter paullo *Libanius* in Basilico p. 104. C. Ὥστε *ἀπίσασθαι* legitimum solum est.

100. Ἅμ' *ἡλίῳ σκιδναμένῳ*] Homereum *ὅσσον τ' ἐπιλδναται ἠὼς* huic creditur originem et *Æschyli* Pers. v. 502. *πρὶν σκεδασθῆναι θεοῦ ἀκτῖνας*, dedisse. Non infrequens talis figura. Σπείρειν *ἀκτῖνας Philo* Vit. Contempl. p. 899. F., *Spargere lumine terras* Latini Poëtae, *Lucretius*, *Lucanus*, aliique in *La Cerdae* Comment. ad *Virgilii* Aen. IX, 459. Porro *ἔπλωε* rectum satis, nisi *ἐπέπλωε* malueris.

3. Τὴν *πόλιν ἔσχον τῶν Ἱστιαίων*] Scribendum est Ἱστιαιέων· hinc *Diodor.* XI, c. 13. f. *κατῆρεν εἰς τὴν* Εὔβοιαν *μετὰ παντὸς τοῦ στόλου, καὶ τὴν τῶν Ἱστιαιέων πόλιν βίᾳ χειρωσάμενος* &c. vid. ibi Clar. *P. Wesseling.* Non nescio quid scribat *Steph. Byz.* in Ἱστίαια, *Eporum* cives Ἐστιαίους dixisse; sed *Herodoto* huius capitis initio memoratur *ἀνὴρ* Ἱστιαιεὺς, quod pro Ἱστιεὺς recte posuit *Gronov.* ex *Med.*, a *Galeo* iam oblatum ex *Arch.* a *Valla*, quin et a *Plutarcho*, cuius in Edd. Herodotea describentis T. II. p. 867. E. reperitur *ἀνὴρ* Ἐστιαιεύς· illic Ionica tantum pronuntiatio versa fuit in vulgarem. Hos ex Euboea Histiaeënses, *τοὺς* Ἱστιαιέας, istius aetatis Atticorum more talia contrahentium *Thucydides* vocat Ἐστιαιᾶς I, c. 114. ubi memorat Euboeam opera Periclis Athenienses subiectam *Aristides* in Pericle T. III. p. 226. hoc exstat *Scholion* in *Cod. MS.* Ἕως *καὶ ταύτην*] Ὁ Θουκυδίδης, *ἐξοικήσαντες* Ἱστιαίας (L. *ἐξοικίσαντες* Ἱστιαιᾶς,) *αὐτοὶ τὴν γῆν ἔσχον· ἡ δὲ ἱστορία πόλεως* Εὐβοϊκῆς· miram in his corruptelam subiit Ἱστίαια, *πόλις* Εὐβοίας. In isthoc egregio clar. *P. Burm.* Codice MS. eadem pag. saltem octo nobis ex *Androtione* praebet ducum nomina, qui cum Pericle susceperant expeditiones *Thucydidi* narratas, pleraque aliunde ignota. VALCKEN.

4. Τῆς Ἑλλοπίης *μοίρης*] *Valla* sui Codicis pravam, qualis et *Arch.*, lectionem secutus, Ellopiae, qua de uberius *Strabo* X. p. 683. A., mentionem praeteriit. Vicinum τῆς Ἱστιαιήτιδος Ionum est formae, optime hic in membranis custoditum. Non obliviscor *γῆς τῆς* Ἱστιαιώτιδος VII, 175., cui si verum amamus, prorsus idem, quod paludi Maeoti, Μαιήτιδος titulo L. I, 104. et IV, 20. notae, usu saepe venit. Par periculum Ἀμπρακιήταις, propulsandum L. IX, 28.

12. Γῆν *ἐπαμησάμενος*] Ex Herodoteo Lexico petita *Suidae* interpretatio, *ἀνακινήσας*, traxit *Vallam.* Ulysses Homeri Od. E. γ. 482., *εὐνὴν ἐπαμήσατο, aggessit sibi cubile*, ex foliis nempe: *Φύλλων γὰρ ἦεν χύσις ἤλιθα πολλὴ, Ἐν δ' ἄρα μέσσῃ λέκτο* velut *in lecto* cubuit: hinc sua apte transtulit *Herod. Φυλλάδα τε ἐπιβαλὼν καὶ γῆν ἐπαμησάμενος· et frondes iniecit arboreas terrae superingestae:* sic ista putem accipienda. *Eustath.* in Od. E. p. 240, 49. suum citat in Iliada commentarium p. 321, 33., ubi legitur et *κόνιν ἐπαμησάμενος. Super cadaver terram congerere*, et *pulverem in cadaver accumulare* propria locutione dicebatur *ἐπαμήσασθαι γῆν*, et *κόνιν ἐπαμήσασθαι*. Pro *ἐναμησ.* scribendum usitato more *ἐπαμησάμενοι κόνιν* in *Schol.* ad *Soph.* Antig. γ. 261. De testudine, ova sua in litore tegente posuit *Plutarch.* T. II. p. 982. B. *τὸ λειότατον ἐπαμᾶται τῆς θινὸς αὐτοῖς καὶ μαλακώτατον*· rarissima forma activa scripsit *Iamblich.* de V. P. p. 160., *γῆς ἐπαμήσαντες τοῖς πεσοῦσι*· formae vim quoque tribuit verbi medii *Origenes* c. Cels. VI. pag. 285., cui veste indutus lugubri dicitur *κόνιν ἐπαμώμενος, pulvere sibi caput adspergens.* Vid. Clar. *D'Orvill.* in *Charit.* p. 366. sed in versu *Theognid.* γ. 427., quem citat, vulgata displicebat *Hemsterhusio* lectio, melior altera videbatur, *γαῖαν ἐφεσσάμενον*, ad *Hesych.* I. p. 1352. sic dicitur iacere cadaver, *operimento matris obductum*; quibus verbis *Cicero* de LL. II, c. 22., istum adludebat *Xenophontis* locum, quem tractat vir summus. Sed ad *Herodotum* forte satis fuisset monuisse, Xerxis factum ad Thermopylas, quod attigit et *Polyaen.* VII, c. 15, 4. Spartiatam postea temporis imitatum Agesilaum, qui fidos sibi iussit Σπαρτιάτας *νεκροὺς, ἐπαμησαμένους κόνιν, ἀποκρύψαι*, ut scribit *Polyaen.* II, c. 1, 23. VALCKEN.

24. Ὁρέοντες *καὶ τοὺς εἵλωτας*] Magna in his Cl. *de Pauw* molimina. Negat ullos adfuisse *Hilotas*; negat quatuor Graecorum ad Thermopylas iacuisse millia. Εἵλωτας facit *ἰδιώτας*, sive *cives*: scriptum praeterea

Itaque eos qui transmiſere non latuit Xerxes, qui circa ſuorum cadavera id fecisſet. Etenim erat res profecto etiam ridicula, ut illorum quidem mille iacentes occiſi extarent, isti vero omnes conferti eundem in locum quater milleni comportati esſent. Atque hunc quidem diem in ſpectaculo consumpserunt: poſtero autem clasſiarii Hiſtiæam ad clasſem remeaverunt. Xerxes et
26 qui cum eo erant, iter ingresſi ſunt. Verum ad hos pauci quidam ab Arcadia perfugæ venerunt, victus inopes, et operam ſuam præſtare cupientes: qui in conſpectum regis adducti, interrogatique cum ab aliis Perſis, tum vero præcipue a quodam, de Græcis, quæ agerent, reſponderunt eos agere Olympia, et ſpectare certamen gymnicum atque equeſtre. Rurſus eodem percontante quodnam illis præmium esſet propoſitum propter quod certarent, oleaginam coronam inquiunt esſe qua donarentur. Ibi Tritantæchmes Artabani filius generoſisſimam quum dixisſet ſententiam, a rege pro timido est habitus. Audiens enim præmium coronam esſe, non pecunias, ſilentium tenere non potuit quin coram omnibus diceret, Papæ Mardoni, in quos viros induxisti nos ad pugnandum? qui non pecuniarum certamen agitant, ſed
27 virtutis? Hæc ab illo dicebantur. Eo interim tempore post acceptam apud Thermopylas calamitatem confeſtim Theſſali caduceatorem ad Phocenſes mittunt, utpote iis infenſi, cum ſemper antea, tum præcipue post noviſsimam cladem. Quippe non multis ante hanc regis expeditionem annis, quum ipſi Theſſali omni cum copia et eorum ſocii aggreſſi esſent Phocenſes, a Phocenſibus fugati ſunt aſpereque vexati.

25 οὐ μὲν οὐδ' ἐλάνθανε τοὺς διαβεβηκότας [a] Ξέρξης ταῦτα πρήξας περὶ τοὺς νεκροὺς τοὺς ἑωϋτοῦ. καὶ γὰρ δὴ καὶ γελοῖον ἦν. τῶν μὲν χίλιοι ἐφαίνοντο νεκροὶ κείμενοι, οἱ δὲ πάντες ἐκέατο ἀλέες συγκεκομισμένοι ἐς τωὐτὸ χωρίον, τέσσερες χιλιάδες. ταύτην μὲν τὴν ἡμέρην πρὸς θέην ἐτράποντο· τῇ δ' ὑστεραίῃ οἱ μὲν ἀπέπλωον ἐς Ἱστιαίην ἐπὶ τὰς νῆας, οἱ δὲ ἀμφὶ [b] Ξέρξεα, ἐς ὁδὸν ὁρμέατο. Ἦκον δέ σφι αὐτόμολοι ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης [c] ὀλίγοι τινὲς, βίου τε δεόμενοι, καὶ ἐργοὶ βουλόμενοι εἶ-
35 ναι. [d] ἀγαγόντες δὲ τούτους ἐς ὄψιν [e] τὴν βασιλῆος, ἐπυνθάνοντο οἱ Πέρσαι περὶ τῶν Ἑλλήνων [f] τὰ ποιέοιεν· εἷς δέ τις πρὸ πάντων ἦν ὁ [g] εἰρωτέων αὐτοὺς ταῦτα. οἱ δέ σφι ἔλεγον, ὡς Ὀλύμπια [h] ἄγοιεν, καὶ θεωρέοιεν ἀγῶνα γυμνικὸν
40 καὶ ἱππικόν. [i] ὁ δὲ ἐπείρετο ὅ, τι τὸ ἆεθλον εἴη σφι [k] κείμενον, περὶ ὅτευ ἀγωνίζονται· οἱ δ' εἶπον, τῆς ἐλαίης τὸν διδόμενον στέφανον. ὀνθαῦτα εἶπας γνώμην γενναιοτάτην [l] Τριτανταίχμης ὁ Ἀρταβάνου, δειλίην [m] ὄφλεε πρὸς βασιλῆος. [n] πυνθα-
45 νόμενος γὰρ [o] τὸ ἆεθλον ἐὸν στέφανον, ἀλλ' οὐ 468
χρήματα, οὕτε ἠνέσχετο [p] σιγῶν, εἰπεῖν τε [q] ἐς πάντας τάδε, „ Παπαὶ Μαρδόνιε, κοίους ἐπ' ἄν-
„ δρας ἤγαγες [r] μαχησομένους ἡμέας, οἳ οὐ περὶ
„ χρημάτων τὸν ἀγῶνα ποιεῦνται, ἀλλὰ [s] περὶ
50 „ ἀρετῆς·" τούτῳ μὲν δὴ ταῦτα εἴρητο. Ἐν δὲ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ [t] ἐπεί τε τὸ ἐν Θερμοπύλῃσι τεῶμα ἐγεγόνεε, αὐτίκα Θεσσαλοὶ πέμπουσι κήρυκα ἐς Φωκέας, ἅτε σφι [u] ἐχθέσσοντες ἀεὶ χόλον, ἀπὸ δὲ τοῦ ὑστάτου τεώματος καὶ τὸ κάρτα. ἐσβαλόντες
55 γὰρ παντρατιῇ αὐτοί τε οἱ Θεσσαλοὶ καὶ οἱ σύμμαχοι αὐτέων ἐς τοὺς Φωκέας, οὐ πολλοῖσι ἔτεσι πρότερον ταύτης τῆς βασιλῆος στρατηλασίης, ἐσσώθησαν ὑπὸ τῶν Φωκέων, καὶ περιέφθησαν τειχέων.

[a] ἐπεί

[a] Ξέρξης δὲ *Arcb.* [b] Ξέρξεα *Arcb. V.*, Ξέρξην ceteri: porro ὁρμέατο *Arcb. V. Ask.*, ſine augmento, ſicuti inf. C. 35. 1, 83., prius ὡρμέατο. [c] Deſunt duo ista *Brit.* [d] Ἄγοντες *Med. Pasſ. Ask. Arcb. Vind.*, alii ἀγαγόντες. [e] Τῷ βασιλέϊ *Brit.* [f] Τί ποιέοιεν ora *Steph. Pasſ. Ask. Brit.*, in Fragm. *Paris.* ὅ, τι. Sic quoque *Choricius* Or. in ſummum Duc., haec aemulans, C. 22. [g] Εἰρωτῶν *Pasſ. Ask. Brit.*, εἰρωτέων *Arcb. V.*, antea ἐρωτῶν. [h] Ἄγουσι *Med. Ask. Pasſ. Brit.* Fragm. *Paris.*, ἄγοιεν *Arcb. Vind.*, διάγοιεν *Ald.* Edd.; porro θεωρέοιεν *Arcb. Vind.*, ceteri θεωροῖεν. [i] Οἱ δ' ἐπήροντο Fragm. *Paris.*, male *Med. Ask. Pasſ. Arcb. Vind. Brit.*, prius προκείμενον. mox ὅτεω *Arcb. Vind.* [l] Τριτανταίχμης *Arcb. Valla*: reliqui Τιγράνης. [m] Ὤφλε *Ask.* [n] Πυθόμενος *Arcb. V. Paris. B. Brit. Ald.*, ex *Med. Ask. Pasſ.* πυνθανόμενος, non magna differentia. [o] Τὸν ἄεθλον ἐόντα *Arcb.* [p] Σιγᾷν *Brit.* [q] *Med. Pasſ. Ask. Arcb. Vind.*, quorum ultimi duo τόδε: antea erat πρὸς πάντας. [r] Μαχεσ. *Ask.* uti frequenter. Vid. I, 103. et VII, 103. &c. [s] Abest *Arcb.* et *Choricio.* [t] Ἐπεὶ τάχιστα τὸ *Arcb. V.* [u] Ἐνέχοντες iidem: olim ἔχοντες.

terea ſupra C. 24. olim fuisſe, ὑπολιπόμενος τουτέων ὡς τετρακισχιλίους. Proinde post nonnulla τῶν μὲν χίλιοι ἐφαίνοντο νεκροὶ Graecorum ſunt cadavera, τέσσερες vero χιλιάδες Perſarum. Haec pauca de multis. Ego vero ſcire maximopere aveo, quinam illi praeter Spartanos et Theſpienſes ἰδιῶται *cives*, ſi eorum mille tantum fuerint? et quomodo nautae ex ἰδιωτῶν corporibus agnoſcere Spartanos potuerint? Hilotae, quos adfuisſe vidimus VII, 222., habitu cultuque pares ceteris non erant; Hoc amplius, ſi mille duntaxat Graeci ad Thermopylas ceciderint, quid fiet Epigrammate, in quo contumulatorum χιλιάδες τέτορες VII, 228.? Sed deſino, id tantummodo adſtruens, ieiunum hoc in ſtrategemate *Polyaenum* esſe L. VII, 15, 4.

33. Αὐτόμολοι ἄ. ἀπ' Ἀρκαδίης] Quae primo viderentur adſpectu longe disſita ſolerter ſic comparavit Eruditisſ. *A. Heringa* Obs. Crit. p. 156., ut Arcades hi fuisſe videantur Caryatae. Noſtro dicuntur βίου τε δεόμενοι, καὶ ἐνεργοὶ βουλόμενοι εἶναι· *victus egentes et in agendo deſiderantes occupari*; prout hic vocem ἐνεργὸς accipiendam puto. *Pecuniam numeratam, quam domi habebant*, τὸ ἀργύριον τὸ ἔνδον κείμενον, vocabant et ἀργόν· id est οὐκ ὂν ἐν ἔργῳ· contra ἐνεργὰ χρήματα erant *quaeſtuoſae foenusque penſitantes pecuniae*, monente G. *Budaeo* C. L. G. p. 271. vid. *Salmas.* de Trap. Foen. p. 480. Rariori uſu apud *Demoſth.* p. 547, 7. ἐδέοντό μου δανεῖσαι χρήματα εἰς τὸν Πόντον Ἀρτέμωνι —— καὶ Ἀπολλοδώρῳ, ὅπως ἐνεργοὶ ὦσιν· *ut negotiarentur*, ſive ὅπως ἐργάσωνται ἐν αὐτοῖς· quae phraſis est in Ev. *Matth.* XXV. 16. VALCKEN.

37. Τὰ ποιέοιεν] Aeque bonum τί ποιέοιεν. Veriſimum εἰρωτέων, unde ἀγγέλῳ εἰρωτέοντι IV, 145. aliaque. Malui quoque ἄγοιεν Ὀλύμπια, ut ἄγειν Ἀπατούρια, denique θεωρέοιεν, praeuntibus manu exaratis exemplaribus. Maxime vero memorabilis est Τριτανταίχμης ὁ Ἀρταβάνου *Vallae* et *Arcb.*, idem, uti videtur, ac L. VII, 82. *Tigranes* haud quidem ignotus inter Perſas est, Achaemenidarum gente proſeminatus, ſed nusquam *Artabani* filius, VII, 62. IX, 95. Quare *Th. Galeo* videor adſtipulari posſe.

38. Ὡς Ὀλύμπια διάγοιεν] Doctisſimo G. *Koenio* corrigendum videbatur, ὡς Ὀλύμπια δὴ ἄγοιεν· hoc mihi olim etiam placebat; nunc, ſi praebent alii Cod. lectionem quam dat margo *Steph.* legi malim, ὡς Ὀλύμπια ἄγοιεν· vulgatum ſi forſan ut hic legeretur alibi, uno tamen alterove exemplo nolim abuti adverſus centena. —— In istis paulo post, quibus Arcades quale praemium esſet Olympiacum Perſis interrogantibus εἶπον τῆς ἐλαίης τὸν διδόμενον στέφανον· leve forſan vitium latet, quod una lineola loco mota facile tolli posſet, ſi nempe ſcriberetur τῆς ἐλαίης τὸν ἀδόμενον στέφανον, *ex oleaſtro coronam* ut ſimpliciter dixerint Arcades; quorum verbis noſter Olympiacae laudis admirator interiecerit τὸν ᾀδόμενον, *illam* Poëtarum *Pindari* praeſertim, carminibus *decantatam*. Quibus hoc forte videbitur non neceſsarium, fatebuntur tamen his *Pauſaniae* III, p. 278., ἄρχονται μὲν ἀπὸ Τηλέφου τῶν ὕμνων, προσδιδοῦσι δὲ οὐδὲν ἐς τὸν Εὐρύπυλον, omnino corrigendum, προσᾴδουσι δὲ οὐδέν. VALCKEN.

53. Ἅτε σφι ἐνέχοντες αἰεὶ χόλον] Litem, quam publicato

Phocenſium cum Theſalis bella et illorum victoriae, quibus hi nunc ſub umbra Xerxis volunt inſultare.

[a] ἐπεί τε γὰς κατειλήθησαν ἐς τὸν Παρνησσὸν οἱ Φωκέες, ἔχοντες μάντιν Τελλίην τὸν Ἠλεῖον, ὧθαῦτα ὁ Τελλίης οὗτος σοφίζεται αὐτοῖσι τοιόνδε· γυψώσας ἄνδρας ἐξακοσίους τῶν Φωκέων τοὺς ἀρίστους, αὐτούς τε τούτους, καὶ τὰ ὅπλα αὐτέων, νυκτὸς ἐπεθήκατο τοῖσι Θεσσαλοῖσι· προείπας αὐτοῖσι, τὸν ἂν μὴ [b] λευκανθίζοντα ἴδωνται, τοῦτον κτείνειν. τούτους ὦν [c] αἵ τε Φυλακαὶ τῶν Θεσσαλῶν πρῶται ἰδοῦσαι ἐφοβήθησαν, δόξασαι ἄλλο τι εἶναι τέρας· καὶ μετὰ τὰς Φυλακὰς αὐτὴ ἡ στρατιὴ οὕτω, ὥστε [d] τετρακισχιλίων κρατῆσαι νεκρῶν καὶ ἀσπίδων Φωκέας, τῶν τὰς μὲν ἡμισέας [e] ἐς Ἄβας ἀνέθεσαν, τὰς δὲ, ἐς Δελφούς· ἡ δὲ δεκάτη ἐγένετο τῶν χρημάτων ἐκ ταύτης τῆς μάχης, οἱ μεγάλοι ἀνδριάντες οἱ περὶ [f] τὸν τρίποδα συνεστῶτες, ἔμπροσθεν τοῦ νηοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖσι, καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι ἐν Ἄβῃσι [g] ἀνακέαται. Ταῦτα μέν νυν τὸν πεζὸν [h] ἐργάσαντο τῶν Θεσσαλῶν οἱ Φωκέες, πολιορκέοντας ἑωυτούς· ἐσβαλοῦσαι δὲ ἐς τὴν χώρην τὴν ἵππον αὐτέων, ἐλυμήναντο ἀπηκέστως. ἐν γὰς τῇ ἐσβολῇ ἥ ἐστι κατὰ Ὑάμπολιν, ἐν ταύτῃ τάφρον μεγάλην ὀρύξαντες, ἀμφορέας [i] κενοὺς ἐς αὐτὴν κατέθηκαν. χοῦν δὲ ἐπιφορήσαντες, καὶ ὁμοιώσαντες τῷ ἄλλῳ χώρῳ, ἐδέκοντο τοὺς Θεσσαλοὺς [k] ἐσβάλλοντας. οἱ δὲ, ὡς ἁναρπασόμενοι τοὺς Φωκέας Φερόμενοι [l] ἐσέπεσον ἐς τοὺς ἀμφορέας· ὧθαῦτα οἱ ἵπποι τὰ σκέλεα διεφθάρησαν. Τουτέων δὴ σφι ἀμφοτέρων ἐχόντων ἔγκοτον οἱ Θεσσαλοὶ, πέμψαντες κήρυκα, ἠγόρευον τάδε, „ Ὦ Φωκέες, ἤδη τι „ μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ εἶναι ὁμοῖοι ἡμῖν. πρόσθεν

ti. Etenim quum ad Parnaſſum concluſi eſſent, Phocenſes habentes Telliam faticinum Eleum, ibi Tellias hic huiusmodi rem eis commentus est. Sexcentos viros e Phocenſibus præſtantiſsimos gypso tam ipsos quam arma illinit, eosque ſub noctem in Theſſalos immiſit, dato præcepto ut quemcunque non albicantem cernerent, eum obtruncarent. Hos primi Theſſalorum excubitores, aliud quoddam prodigium eſſe arbitrati, et post has excubias ipse exercitus adeo exhorruerunt, ut quatuor millibus cæſorum atque ſcutorum Phocenſes potiti ſint; quorum ſcutorum dimidium apud Abas, reliqua apud Delphos dedicaverunt: et ex decimis pecuniarum huius pugnæ factæ ſunt ſtatuæ grandes, quæ circa tripodem e regione delubri Delphis viſuntur: et alteræ eiusmodi in Abis repoſitæ. Hæc Phocenſes in peditatum Theſſalorum, a quibus obſidebantur, egerunt: equitatum quoque eorundem, qui in ſuum agrum incurſaverat, inſanabili clade afflixerunt: ad ingreſſum enim qui est iuxta Hyampolin, depreſſa istic intenti foſſa, amphoras inanes in ea depoſuerunt, humumque deſuper iniecerunt, eamque reliquo ſolo exæquaverunt: atque ibi Theſſalos exceperunt incurrentes. Theſſali impetu ſumpto, tanquam eos rapturi, in amphoras inciderunt, ibique equorum crura corrupta ſunt. Ob hæc ambo Phocenſibus infenſi Theſſali, miſſo caduceatore ita dixere, o Phocenſes, nunc aliquid amplius reſipiſcentes agnoſcite non esse vos nobis pares;

28

29

a Ἐπεί τε *Arcb. Paſſ. Brit. Vind.*, prius καὶ ἐπεί τε, abundantius iuſto; mox Παρνησσὸν *Paſſ.* Exſcripſit haec *Euſtath.* in *Iliad.* N. p. 945, 40. b Λευκανθίζ. *Arcb.* c Αἱ φυλ. *Paſſ.* d Τρισχιλίων *Arcb. Vind. Valla.* e Ἀσπίδας ἐς *Arcb.*, qui mox λοιπὰς omittit cum *Med. Paſſ. Ask. Vind. Paris. A. B. Brit.*: olim τὰς δὲ λοιπὰς ἐς Δ. f Τοῦ τρίποδος *Arcb.* g Ἀνακέεται *Arcb. V.* h Ἐργάσαντο *Vind. Paſſ. Ask.*, alii εἶργ. i Κενοὺς *Vind. Arcb.*, ceteri cum *Ald.* κενεοὺς, et ἐς αὐτὴν iid. *Paſſ. Brit. Ask.* ora *Steph.*, quod melius. olim ταύτην. k Ἐσβαλέοντας *Arcb.* l Ἐνέπεσον idem.

blicato ſchedae moverunt, ſecundum eas do. Non neſcio Euripideum Hecub. v. 1118. ἦ μέγαν χόλον Σοὶ καὶ τέκνοισι εἶχε, Sophocleumque Trachin. v. 272. Aliter *Herodotus* L. VI, 119. Δαρεῖος —— ἐνεῖχέ σφι δεινὸν χόλον· et L. I, 118. Odii Theſſalorum in Phocenſes exordia L. VII, 176. ſignata ſunt. Hinc τὴν πρὸς Φωκέας ἔχθραν, ἣ προυπῆρχε Θετταλοῖς ἐκ παλαιῶν χρόνων non tacuit *AEſchin.* περὶ Παραπ. p. 46.

59. Κατειλήθησαν ἐς τὸν Παρνησσὸν οἱ Φωκέες] Mirum accidit, *H. Stephanum* ad haec adhaeſiſse; ſed comma, male punctum post Παρνησσὸν, illi tenebras offudit. Melior in his *Pavius*, atque diu ante eum *Polyaenus* VI, 18. Nimirum Theſſali ſubita incurſione Phocenſes in Parnaſſum concluſerant. Unde deinceps ταῦτα μέν νυν τὸν πεζὸν εἰργάσαντο τῶν Θεσσαλῶν οἱ Φωκέες, πολιορκέοντας ἑωυτούς, ubi multitudinis numerus, πεζὸν ſpectans, nemini moleſtus eſſe debet. Verum audiamus *Polyaenum*, Φωκεῖς εἰς τὸν Παρνασσὸν κατακλεισθέντες, γυψώσαντες αὐτοὺς καὶ τὰ ὅπλα νυκτὶ πανσελήνῳ ——. Sic ſcripserat. Vulgo illi γυψώσαντες deerant, damno ſententiae manifeſto, ſicuti *Diodoro* XI, 14. adſcriptum. Animadvertit et illud doctiſsimus *Berglerus*. Rem eandem, alio tamen ordine, operoſius exſequitur *Pauſanias* L. X, 1., ubi de *Tellia* et Telliadis infra L. IX, 36. *Kubnius* et *Leopardus* Emendat. L. IV, 18.

61. Ὁ Τελλίης —— γυψώσας] Obiter hinc *Polyaenum* p. 562. redintegravit Clar. *Weſſ.* ad *Diodor.* I. p. 414. quo nondum uſus *Koenius* ex *Herodoto* quoque vidit in *Polyaeno* legendum: Φωκεῖς, ἐς τὸν Παρνασσὸν κατακλεισθέντες, γυψώσαντες αὐτοὺς καὶ τὰ ὅπλα· ſic vox collocata ob ſimilem praecedentis ſyllabam facile periit. Eleum vatem Telliam, in quo viro egregio ſpes opesque erant Phocenſium ſitae, laudat *Pauſanias* et hoc ipſius in bello non illaudabile commentum in Phocicis p. 800, 801., ubi Theſſalos quingenti noctu narrantur inproviſos adorti αὐτοί τε ἀλληλιμμένοι γύψῳ καὶ ἐνδεδυκότες ὅπλα λευκὰ ὑπὸ τῇ γύψῳ. Eodem isthoc cum Theſſalis bello, quod evenit memorabile Phocenſium facinus, deſperatione furentium et rabie, *Pauſaniae* narratum, explicatius etiam, atque in laudem mulierum praeſertim Phocenſium *Plutarcho* de Virtut. Mulier. p. 244., cauſam non exputo, quam tamen habuiſse certam ſuſpicor, cur hoc in loco ſilentio preſerit *Herodotus*. VALCKEN.

68. Ὥστε τετρακισχιλίων κρατῆσαι] Male *Valla* et conſentanei τρισχιλίων. *Polyaenus* καὶ πτῶμα ἐγένοντο Θετταλικὸν ἄνδρες ΤΕΤΡΑΚΙΣΧΙΛΙΟΙ. Cur ego autem λοιπὰς tuerer, tanta Codd. conſpiratione in exilium actas? Vocis abſentia ſententiae nihil nocet.

78. Ἡ ἐστι κατὰ Ὑάμπολιν] Ob oculos ista *Polyaeno* fuerunt VI, 18, 2. τάφρον ὀρύξαντες κατὰ τὴν πόλιν καὶ πλησάσαντες αὐτὴν κενῶν ἀμφορέων· dederat ergo κατὰ τὴν Ὑάμπολιν, quae *Valckenarii* iuſtiſsima correctio ad Phoeniſ. *Euripid.* p. 749. Scripſi ἀμφορέας κενοὺς de *Herodoti* adſuetudine L. VII, 131., a qua me εἴδωλα ΚΕΝΕΑ καρδίης *Democriti* ap. *Stob.* Serm. IV. p. 56. non revocant.

78. Κατὰ Ὑάμπολιν] Ad haec *Polyaenum* VI, c. 18, 2., comparanti *Koenio* latere non poterat, in istis, τάφρον ὀρύξαντες κατὰ τὴν πόλιν, corrigendum ex *Herodoto* κατὰ Ὑάμπολιν· in tranſcurſu eadem facta fuit comparatio ad *Schol.* in Phoen. *Eurip.* p. 749. Fraudem, qua vicinos Theſſalos irretitos tenuerunt, explicate tradit *Pauſan.* X. p. 799., κατὰ τὴν Ὑάμπολιν —— ὑδρίας κεράμου πεποιημένας κατορύξαντες, καὶ ἐπ' αὐτὰς γῆν ἐπιφορήσαντες (*Herodot.* χοῦν ἐπιφορήσαντες) ὑπέμενον τὴν ἵππον τῶν Θεσσαλῶν· in foveas equites fuere praecipitati, equi autem ἀπεχωλοῦντο· quod *Pauſanias* ſumſit e *Thucyd.* VII, c. 27. *Herodoto* οἱ ἵπποι τὰ σκέλεα διεφθάρησαν. —— Hoc bello Phocenſibus dux erat alter de duobus Ὑαμπολίτης Δαΐφάνης, iuxta *Pauſan.* p. 800. Δαΐφαντος ὁ Βαθυλλίου τρίτος αὐτὸς ἄρχων dicitur *Plutarcho* T. II. p. 244., ubi congreſſi cum Theſſalis victoriam Phocenſes reportaſſe narrantur περὶ Κλεωνὰς τῆς Ὑαμπόλιδος. De Hyampoli multis agens *Iac. Palmer.* in Gr. Antiq. p. 665. istas Phocidis Cleonas *vicum in Hyampolitarum vicinia* fuiſse ſuſpicatur: Iaſon Theſſalus Ὑαμπολιτῶν τό, τε προάστειον εἶλε, καὶ τὴν χώραν ἐπόρθησε, apud *Xenoph.* Ἑλλ. VI. p. 350, 28. VALCKEN.

84. Τουτέων δή σφι ἀμφοτέρων ἐχόντων ἔγκοτον] Eruditiſsimus

res; qui et antehæc inter Græcos, quandiu partes illorum nobis placuerunt, ſemper vobis antecelluimus, et nunc apud barbarum adeo pollemus, ut penes nos ſit et agro vos exui, et præterea in ſervitutem redigi. Quam facultatem etſi obtinemus, tamen iniuriarum non ſumus memores, niſi ut eo nomine quinquaginta talenta rependatis: et nos vobis recipimus, damna omnia nos ab agro
30 veſtro averſuros. Hæc Theſſali Phocenſibus denunciabant, quod ſoli Phocenſes inter eius loci homines cum Medis non ſentiebant; idque nulla alia cauſſa, ut ego coniectura comperio, quam Theſſalorum odio; partes Medorum, ut mihi videtur, ſequuturi, ſi Theſſali partes Græcorum fovisſent. Hæc deferentibus Theſſalis, negarunt ſe Phocenſes pecuniam daturos; et ſibi itidem, ut Theſſalis, facultatem eſſe ſentiendi cum Medis, ſi aliter ſentire vellent: ſed nequaquam fore ut ſponte eſſent proditores Græ-
31 ciæ. His verbis renunciatis ita Theſſali irritati in Phocenſes barbaro duces itineris extiterunt, et ex Trachinia Doridem regionem incurſaverunt: nam eius regionis limes anguſtus illuc triginta non amplius ſtadia in latum pertinet, inter Meliadem ac Phocenſem regionem ſitus, quæ olim Dryopis erat. Hæc autem regio, Dorienſium qui ſunt in Peloponneſo, metropolis est. Hanc igitur Doridem regionem ingreſſi barbari nihil læſerunt; cum Medis enim, etſi Theſ-
32 ſalis non videbatur, ſentiebant. Posteaquam autem e Doride in Phocidem ingreſſi ſunt barbari, ipsos quidem Phocenſes non ſunt adepti: eorum enim nonnulli cacumina Parnaſſi

„ σθέν τε γὰς ὐ τοῖσι Ἕλλησι ὅσον χρόνον ἐκεῖνα
„ [a] ἡμῖν ἤνδανε, πλέον αἰεί κοτε ὑμέων ἐφερόμεθα·
„ νῦν τε παρὰ τῷ βαρβάρῳ τοσοῦτον δυνάμεθα, ὥστε 469
„ ἐπ' ἡμῖν [b] ἐστι τῆς γῆς τε ἐστερῆσθαι, καὶ πρὸς,
„ ἀνδραποδίσασθαι ὑμέας. [c] ἡμέες μέντοι τὸ πᾶν ἔχον-
„ τες, οὐ μνησικακέομεν, ἀλλ' ἡμῖν γενέσθω ἀντ'
„ αὐτέων πεντήκοντα τάλαντα ἀργυρίου· καὶ ὑμῖν
„ [d] ὑποδεκόμεθα τὰ ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώρην ἀπο-
„ τρέψειν". Ταῦτά σφι ἐπαγγέλλοντο οἱ Θεσσαλοί. οἱ γὰς Φωκέες μοῦνοι τῶν ταύτῃ ἀνθρώπων οὐκ ἐμήδιζον, κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὡς ἐγὼ [e] συμβαλλεόμενος εὑρίσκω, κατὰ δὲ τὸ ἔχθος [f] τῶν Θεσσαλῶν· εἰ δὲ Θεσσαλοὶ τὰ Ἑλλήνων ἤυξον, ὡς ἐμοὶ
1 [g] δοκέειν, ἐμήδιζον ἂν οἱ Φωκέες. ταῦτα ἐπαγγελλομένων Θεσσαλῶν, οὔτε δώσων ἔφασαν [h] χρήματα, παρέχειν τέ σφι Θεσσαλοῖσι ὁμοίως μηδίζειν, εἰ ἄλλως βυλοίατο· ἀλλ' οὐκ ἔσεσθαι ἑκόντες εἶναι
5 προδόται τῆς Ἑλλάδος. [i] Ἐπειδὴ δὲ ἀπηρίχθησαν οὗτοι οἱ λόγοι, οὕτω δὴ οἱ Θεσσαλοὶ κεχολωμένοι τοῖσι Φωκεῦσι, [k] ἐγένοντο ἡγεμόνες τῷ βαρβάρῳ τῆς ὁδοῦ. ἐκ μὲν δὴ τῆς Τρηχινίης ἐς τὴν Δωρίδα ἐσέβαλον. τῆς γὰς Δωρίδος χώρης πόδεων [9] εὐὸς ταύτη
10 κατατείνει, ὡς τριήκοντα σταδίων μάλιστά κη εὖρος, κείμενος μεταξὺ τῆς τε [l] Μηλίδος καὶ τῆς Φωκίδος χώρης, ἥπερ ἦν τοπαλαιὸν [m] Δρυοπίς. ἡ δὲ χώρη αὕτη ἐστὶ μητρόπολις Δωριέων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ. ταύτην ὦν τὴν Δωρίδα γῆν οὐκ ἐσίναντο ἐσβάλλοντες
15 οἱ βάρβαροι· ἐμήδιζόν τε γὰρ, καὶ οὐκ ἐδόκεε Θεσσαλοῖσι. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Δωρίδος ἐς τὴν Φωκίδα ἐσέβαλον, αὐτοὺς μὲν τοὺς Φωκέας οὐκ αἱρέουσι. οἱ μὲν γὰς τῶν Φωκέων ἐς τὰ ἄκρα [n] τοῦ Παρνησσοῦ ἀνέ-

a Τμῖν *Arcb.* et εἰκότε. *b* Ἐςὶ *Arcb.*, tum τῆς γῆς τε *Vind.*, aberat ultima particula. Praeterea ſeparat πρὸς a ſequente verbo *Paſſion.* ſicuti ſupra L. I, 156., iunctim antea προσηνδρ. *c* Ἡμέες *V. Arcb.*, alii cum *Ald.* ἡμεῖς. *d* Ἐπιδεκ. *Arcb.*, omittens ἐπιόντα. *e* Συμβαλλόμ. *Arcb. V.* *f* Τὸ Θεσσ. *Paſ.* et *Plut.* Malign. p. 868. B. *g* Δοκέει *Arcb. Plut.* *b* Χρήματά τε *Paſ. Ask.*, mox τε negligentes. *i* Ἐπεὶ δὲ δὴ *Arcb. Vind.*, ἐπεὶ δὲ *Ask.* Quo non utor. Vide C. 69. *k* Ἐγὶν. *Arcb. V.* *l* Μηλίδος *Arcb. Valla:* bene. Prius Μηλιάδος: *m* Δρυοπίης id. *Vind. Valla:* *n* Med. *Paſ. Ask. Arcb. Brit. Vind.*, olim τά. in *Paſ.* Παρνησοῦ ſemper.

ditisſimus *H. Stephanus* ἔγκοτος, quatenus quidem ſubſtantivi ſedem obtinebat, e Graecae linguae finibus procul amandavit, dictionesque adeo, ἀτάρ τινα καὶ ΕΓΚΟΤΟΝ εἶχε L. VI, 133. et 73., ſcriptas fuisse καὶ ἐν κότον εἶχε, vicè καὶ ἐνεῖχε κότον. Inſpice eius Prolegom. p. 736. Cui animadverſioni valide repugnat hic locus, talem τιμῆσιν recuſans, et L. IX, 109. τῇ μὲν γυναικὶ ταύτῃ οὐκ ἔχε ἔγκοτον. Plura alias.

97. Οἱ γὰρ Φωκέες μοῦνοι &c.] Si vero nititur *Pauſaniae* L. X, 1. fin. narratio, Phocenſes cum Perſa, neceſsitate conpulſi, ὑπ' ἀνάγκης, primum fecerunt, poſtea ad Graecorum ſocietatem reverſi. Non ita Noſter hic et ſuperiore libro C. 203. 218. Vicinum κατὰ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν *Paſ.* et apud *Plutarchum* minime malum: conſimile κατά τε τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων, quo Spartanos proſequebatur Hegeſiſtratus, ſive ut ibidem, τὸ ἔχθος τὸ ἐς Λακεδαιμονίους. L. IX, 36. 37. In Latinis talia ſaepe. Vid. *Cortium* ad fragm. *Salluſtii* p. 936.

97. Οὐκ ἐμήδιζον, κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν] Veriſimillimam *Herodoti* coniecturam ingenioſa malevolentia nititur evertere *Plutarcb.* II. p. 868. C. Sed Herodotea deſcribens Philoſophus praebet ex ſuo Codice lectionem unam alteramve vulgata apud *Herodotum* non deteriorem; velut in proximis: κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν, *nulla alia de cauſa, quam quia oderant Theſſalos:* ſimiliter ſcribit et in eumdem ſenſum Noſter IX, c. 37., κατὰ τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων, *propter odium, quo Lacedaemonios oderat:* et *Thucydides*, κατ' ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων· κατ' ἔχθος τὸ Ῥηγίνων· κατ' ἔχθος τὸ Κορινθίων· p. 67, 73. p. 239, 10. p. 483, 57. Aptiſſima dedit in eam rem *Iac. Perizon.* in *AEliani* V. H. II, c. 25. ex his ſuis obſervatis explicare debuerat apud eumdem XII, c. 53., τὸ Μεγαρέων πτάκιον· ubi commode Thucydideum τὸ Μεγαρέων ψήφισμα contulit Cl. *Abr. Gronov.*, cuius avus *I. F. G.* vid. in *Livii* XXXIV, c. 26. VALCKEN.

9. Ποδεὼν εὐνὸς] *Valla* Graecum *podeon* retinuit, *Porto* laudatore: *limes* venit a *Gronovio* ex *Salmaſii* ſententia ad *Solin.* p. 297. Τῆς Μηλίδος rediit ex dictis L. VII, 198. At Δρυοπὶς, etſi Δρυοπίης ſuſpicionibus ex Schol. ad *Apollon. Rh.* I, 1212. anſam praebet, non movetur. Vid. C. 43. et L. I, 56. Porro quod in proximis, ἐμήδιζόν τε γὰρ, καὶ οὐκ ἐδόκεε Θεσσαλοῖσι, perperam arbitror a *Valla* exprimi. Cauſſae, propter quas Dorienſium regio a vaſtitate manſerit inmunis, indicantur, tum quod Medorum illi partibus ſtuderent, tum quia Theſſalis conſultum non videbatur.

11. Τῆς — Μηλιάδος χώρης] Μηλίδος, uſitatam alibi Noſtro quoque formam, praetulit Cl. *Weſſ.* in Diſſ. *Herod.* p. 127. Ad *Callim.* h. in Del. ϑ. 287., ἱερὸν ἄσυ καὶ οὖρεα Μηλίδος αἴης nuperrimus Editor, vir magnis ſuis meritis clariſſimus, *Io. Aug. Erneſti* aptiſſimum dedit *Thucyd.* locum, quo Melienſes etiam Ἱερῆς nominantur. Exemplis aliquot oſtendi poſſet, non inutilem esſe obſervationem *Scholiaſtae Ariſtid.* in Cod. *MS.* καλῶς εἶπε (T. I. p. 304.) Μηλίων, καὶ οὐ Μηλιέων· Μήλιοι μὲν γὰρ οἱ τὴν νῆσον οἰκοῦντες· Μηλιεῖς δὲ, οἱ ἐν τῷ Μηλιακῷ κόλπῳ. *Maliacum ſinum Livius* XXVII, c. 30. et XXXV, c. 37. Μηλιέα κόλπον dixit *Herodot.* IV, c. 33. Attica contractione Μηλιᾶ κόλπον *AEſchyl.* Pers. ϑ. 486. et *Ariſtoph.* in Lys. ϑ. 1171. ubi notat *Palmer.* in Exercit. p. 769. Μηλιᾶ κόλπον Atticiſtam ſcripſisſe puto *Philoſtratum* p. 551., non, quod ferri nequit, Μηλίδα κ. —— In proximis merito Doctisſ. *Koenio* Latina Graecis, καὶ οὐκ ἐδόκεε Θεσσαλοῖσι, videbantur diſconvenire; proque istis, *etſi Theſſalis non videbatur*, ponendum, *neque Theſſalis videbatur*, nempe vaſtanda Doris; horum enim ductu Perſae utebantur, et ex horum libidine plus minusve mali regionibus inferebant. VALCKEN.

ἀνέβησαν. ἔστι δὲ καὶ ἐπιτηδὲς δέξασθαι ὅμιλον τῷ Παρνησσῷ ἡ [a] κορυφὴ, κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένη, [b] ἐπ' ἐωϋτῆς. Τιθορέα οὔνομα αὐτῇ. ἐς τὴν δὴ [c] ἀνηνείκαντο, καὶ αὐτοὶ ἀνέβησαν· οἱ δὲ πλεῦνες αὐτέων ἐς τοὺς Ὀζόλας Λοκροὺς ἐξεκομίσαντο, ἐς [d] Ἀμφισσαν πόλιν τὴν ὑπὲρ τοῦ Κρισαίου πεδίου οἰκεομένην. οἱ δὲ βάρβαροι τὴν χώρην πᾶσαν ἐπέδραμον τὴν Φωκίδα. Θεσσαλοὶ γὰρ οὕτω ἦγον τὸν στρατόν. ὁκόσα δὲ ἐπέσχον, πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκαιον, καὶ ἐς τὰς πόλις ἐμπίπτοντες πῦρ [e] καὶ ἐς τὰ ἱρά. Πορευόμενοι γὰρ ταύτῃ παρὰ τὸν Κηφισσὸν ποταμὸν, [f] ἐδῄουν πάντα· καὶ κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον πόλιν, κατὰ δὲ [g] Χαράδραν, καὶ Ἔροχον, καὶ [h] Τεθρώνιον, καὶ Ἀμφίκαιαν, καὶ [i] Νέωνα, καὶ Πηδιέας, καὶ Τριτέας, καὶ Ἐλάτειαν, καὶ Ὑάμπολιν, καὶ Παραποταμίους, καὶ [k] Ἄβας· ἔνθα ἦν ἱρὸν Ἀπόλλωνος πλούσιον, θησαυροῖσί τε καὶ ἀναθήμασι πολλοῖσι κατεσκευασμένον. ἦν [k] δέ τι καὶ τότε καὶ νῦν ἔστι χρηστήριον αὐτοῦ

nasi conscenderant; et est vertex Parnasi iuxta urbem Neonem situs, nomine Tithorea, in se aptus turbae capiendae, in quam aut vecti erant, aut ipsi ascenderant: sed plures ad Locros Ozolas exierant in urbem Amphissam, quae supra Crisaeum sita est campum. At barbari omnem agrum Phocensem incursaverunt: sic enim ducebant exercitum Thessali; et omnia quae nacti sunt, igni ferroque vastarunt, in urbes etiam et sacras aedes igne iniecto. Nam peragrantes Phocidem iuxta Cephisum amnem, cuncta populati sunt, et hinc urbem Drymon incenderunt; illinc Charadram et Erochum et Tethronium et Amphicaeam et Neonem et Pedieas et Triteas et Elateam et Hyampolin et Parapotamios, et Abas: ubi delubrum Apollinis erat locuples et thesauris donariisque compluribus exornatum; ubi etiam tunc erat, sicut nunc quoque est ora-

a Κεφαλὴ ex scholio *Brit.* Haec habet *Pausan.* x, 32. p. 878., mutata tamen. *b Med. Arcb. Pasi. Ask. Vind.*, ceteri ὑπ' ἐωϋτ. *c Eustath.* in Odyss. p. 1604, 4. *d* Ἀμφισσαν *Pasi.* et Κρισαίου cum *Arcb. Valla*, crebra variatione. Conf. *Wasse* ad *Thucydid.* II, 69. *e* Κατέκαιον loco quatuor seqq. *Arcb.* male. *f* Ἐδῄουν *Pasi.* non inconmode ex dialecti ritu. *g Med. Ask. Arcb. Pasi. Paris. A.*, alii Χαράδρην Ionum more. *b* Τεθρώνιον *Arcb.*, Τιθρώνιον *Pausan.* x, 3. et *Steph. Byz.*, Θρώνιον *Eustath.* in Hom. p. 638, 58. *i* Citat *Harpocratio* in Νεῶσι. et *Suid.* Voc. Νεῶσι. *k* Δὲ καὶ *Arcb. Pasi. Ask.*, et mox ἔτι *Ask.* loco ἐσί.

19. Τοῦ Παρνησσοῦ ἡ κορυφὴ] Suo quoque nomine vocata dicitur Τιθορέα. Ista quidem clarent atque aliunde firmantur; sed his interiecta sic primum vulgabantur: [τοῦ Παρνησσοῦ ἡ κορυφὴ] κατὰ Νέωνα πόλιν, κειμένη ὑπ' ἐωϋτῆς· [Τιθορέα οὔνομα αὐτῇ.] Vallae Latina: *qui vertex est iuxta urbem Neonem illic sitam, nomine Titborea*: facta videntur de Graecis hoc modo scriptis, κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένην ἐπ' αὐτῆς. Sed Codicum lectionibus instructus de Laurentianis certius iudicabit. Pro sua Linguae Graecae peritia *H. Steph.* scripsit *seorsim sitam*, legens κειμένην ἐπ' ἐωϋτῆς· sed nec huius sibi lectionis sensum satisfacere fatetur: *Holstenii* commentum ad *Steph. Byz.* in Τιθορέα vix memorari meretur: Latina *Palmerii* in Graecia Ant. p. 635. Graecis neutiquam respondent: Clar. *Gronovii* ingeniosa esset interpretatio, si mons Graece dici posset δέξασθαι ὅμιλον ἐφ' ἑαυτοῦ· quod non puto. Habuerunt etiam Phocenses velut commune gentis concilium, in quod συνέδρους suos mittebant civitates, τὸ Φωκικὸν dictum: vid. *Pausan.* x. p. 805. 808. 882. 892. Iam suspicor, Neonem urbem dictam κειμένην ἐπ' ἐωϋτῆς, quod *seorsim posita, suique iuris*, cum reliquis Phocidis civitatibus in commune non consulebat: hoc sensu commode urbs dici potest ἐπ' ἐωϋτῆς εἶναι, vel κεῖσθαι, vel οἰκεῖσθαι. Nusquam istius urbis incolae memorantur Νεώνιοι, ubi res narrantur a Phocensibus in commune gestae cum Thessalis, aut cum plerisque Graecis bello sacro. Hos itaque suspicor ἐπὶ σφῶν αὐτῶν αὐτονόμους οἰκῆσαι quae phrasis est *Thucyd.* II, c. 63. ut huius et aliorum, sic *Herodoti* κεῖσθαι ἐπ' ἐωϋτοῦ II, c. 2., *infantes voluit* ἐν στέγῃ ἐρήμῃ ἐπ' ἐωϋτῶν κεῖσθαι *seorsim iacere*: vid. VII, c. 10. IX, c. 17. c. 37., εἶχον ἐπ' ἐωϋτῶν μάντιν, *suum sibi habebant haruspicem*, ab illo Mardonii diversum. —— Urbem Νέωνα hinc *Steph. Byz.* adnotavit; occasione loci *Demosthenis* de falsa leg. p. 232., *Harpocration* in Νέωσιν urbem hanc Phocidis *Herodoto* dictam scribit Νεᾶνα, Νεᾶνας *Androtioni*: Ex *Herod. Pausan.* x. p. 878. ὄνομα Νεᾶνα μὲν τῇ πόλει, Τιθορέαν δὲ εἶναι τοῦ Παρνασσοῦ τὴν ἄκραν. In verticem Parnasi, sic vocatum aevo *Herodoti*, qui erat ex adverso urbis Neonis sorsim sitae, miseri Phocenses ἀνηνείκαντο καὶ αὐτοὶ ἀνέβησαν quae Clar. *Wesi.* declaravit Disi. *Herod.* p. 198. VALCKEN.

20. Νέωνα πόλιν κειμένη, ἐπ' ἐωϋτῆς] Distinctio Cl. *Gronovii* est, cuius rescripta *H. Stephano* et *L. Holstenio*, locique novam dilucidationem Notae repraesentant. Aspera mihi tamen semper visa dictio fuit, κορυφὴ κατὰ πόλιν κειμένη, siquidem oppidum adstrui montis solet vertici, non vertex urbi. Placuit propterea κειμένην ἐπ' αὐτῆς, *sitam in eo*, non ἐπ' ὠϋτῆς, quae divinatio docti viri. Parnasi cacumen *Titborea* urbem habuit *Neonem*, praeruptum illud quidem, sed multitudinis capax. Fuisse vero *Neonem* isto in iugo, testes *Pausaniam* ac *Plut.* in Sulla p. 461. D. fero, Tithoream, quae *Neon* quondam, in eo locantes. Praeterea ἐς τὴν δὴ ἀνηνείκαντο non est, *in quam vecti erant*, sed in quam res suas comportarant, sive ἀνεσκευάσαντο, ut belle ibid. *Plutarchus*. Probe recordor, *Eustath.* hinc accepisse ἐς Σχάρτην ἀνηνείκαντο, et explicasse ἀνέβησαν, sed et aberrasse, tum in citando, tum explicando. Scriptoris eum verba aliud docere, si advertisset, potuerant, illa quoque, ipsi non ignota C. 36. ἐς τὸ Κωρύκιον ἀνηνείκαντο, similiaque L. III, 148.

30. Καὶ κατὰ μὲν ἔκαυσαν] Annumeravit has Phocidis urbes ex *Herodoto*, in quibusdam discrepans, *Pausanias* x. 3.; Δρύμον adpellat Δρυμαίαν, dissentiente *Eustathio* ad Poetam: Τεθρώνιον cum *Steph. Byz.* Τιθρώνιον, *Eustath.* Θρόνιον, non bene: id oppidum enim Locridis, ad Thermopylarum angustias, teste *Aeschine* περὶ Παραπρ. p. 45. et *Diodoro* XVI, 33. Ἀμφίκαιαν vocitat Ἀμφίκλειαν immo vero Nostrum ait, urbem Ὀφιτελαν nuncupasse x, 33, p. 883., nec ipse tamen, sed inprudentes librarii, uti optime *Sylburgius*. Ἀμφίκαιαν scripsisse, *Steph. Byz.* et quae de tituli origine subdit ipse, testimonio sunt. Τριτέας adfirmat praeter *Thucydidem* Ethnicographus: hinc *Hesychii*, Τριτῆες γενεὴν, οἱ ἀπὸ Τριτεῶν πόλεως κώμης, ἢ ἐσι πλησίον Φωκίδος. Reliquis non inmoror, expositis a Nob. *Palmerio* Gr. Antiq. L. VI, 15.

30. Κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον] Secundum *Plutarch.* T. II. p. 868. B. narraverat *Herodotus*, τριακαίδεκα πόλεις τῶν Φωκέων ὑπὸ τοῦ βαρβάρου κατακεκαῦσθαι· scribere saltem censor debuit πεντεκαίδεκα· hoc enim capite *duodecim* et paulo post *tres* memorantur urbes Phocidis, in quarum tecta incolis vacua igne Persae saevierint. His quindecim duas si eximas, quas incolentium nomine, ni fallor, designatas, Πεδιέας dixit et Τριτέας, ceteras omnes, iisdem plerasque nominibus memoratas *Pausaniae*, solo postea temporis aequari iussit Amphictyonum praesidio ferox Philippus Amyntae F., cum funesto Graecae libertati bello sacro finem imposuisset: praeter istas autem, hic et infra *Herodoto* memoratas, idem tum ceterae Phocidis urbes, quae praecipuae erant duae et viginti, triste fatum subierunt, unis Abis exceptis. Istas XXII. urbes tum deletas recenset *Pausan.* x. p. 803. et 804. —— *Herodoto* enumeratas singulatim pro doctrina sua Geographica tractavit *Iac. Palmer.* Graec. Ant. VI, c. 15., sic tamen, ut saepius vir egregius errare debuerit, nec Critica sollertia neque instructus accurata Linguae Graecae peritia: de multis, quae hic dici possent nunc satis erit semel *Pausaniae* suo loco restituisse, quae in alienum immigrarunt x. p. 885., ἐν ταῖς Φωκέων πόλεσιν, ἃς ὁ Μῆδος ἐνέπρησεν, ἀριθμῆσαι καὶ τὴν Ἐλάτειάν ἐσιν ἐν ταύταις [κατὰ Ἡρόδοτου λόγους·] novissima huc retraho ex fine p. 884. VALCKEN.

36. Καὶ νῦν ἐσι χρηστήριον] Celebris eius in Musis mentio L. I, 46., supra C. 27. et dein C. 134., itidem apud alios in *Leopardi* Emend. L. VI, 22. et *Casaub.* ad *Strabon.* IX, p. 647.

54. Παυσ-

oraculum. Hoc delubrum posteaquam diripuere, incenderunt. Phocenſium etiam quosdam ad montana inſequuti ceperunt, et mulieres aliquot, præ multitudine ſtu-
34 prantium extinxerunt. Prætergreſſi quoque Parapotamios, pervenere ad Panopeas. Inde copiæ delectu habito diviſæ fuerunt: quarum plurima pars ac validiſſima cum ipso Xerxe Athenas verſus tendens in Bœotos, in agrum Orchomeniorum ingreſſa est. Bœoti autem cum Medis univerſi ſentiebant: quorum urbes viri Macedones in eis collocati, qui ab Alexandro miſſi fuerant, ſervaverunt, volentes planum facere Xerxi Bœotos ſentire cum Medis. Et hi quidem
35 barbari hac iter intenderunt. Ceteri vero commiſſi ducibus Parnaſſum a dextra præſtringentes, ad templum quod est Delphis proceſſerunt; quicquid agri Phocenſis etiam hi nanciſcebantur, id omne fœdantes: nam et Panopenſium oppidum incenderunt, et Dauliorum, et AEolidarum. Ideo autem hac ab aliis ſeiuncti pergebant, ut direpto quod Delphis est templo, pecunias monſtrarent Xerxi regi; qui omnia quæ in eo templo erant memoratu digna, melius norat, ut ego audio, quam quæ in ædibus ſuis reliquerat; permultis aſſidue referentibus cum alia, tum præcipue Crœſi
36 Halyattis filii donaria. Hoc Delphi quum audiſſent, in extremam prorſus devenere formidinem: qua attoniti, deum de ſacris opibus conſultarunt, numquid eas humi defoderent, an alium in locum tranſportarent. Et deus illis interdixit, ne moverent: ſe enim idoneum eſſe, qui rebus ſuis præſideret. His auditis Delphi de ſemet ipſis curandum putaverunt, liberis uxoribusque in Achaiam traiectis. Ipsorum plerique quidem vertices Parnaſſi ſuperaverunt, et ad Corycium antrum delati ſunt; quidam

αὐτόθι. καὶ τοῦτο τὸ ἱρὸν [a] συλήσαντες ἐνέπρησαν, καί τινας διώκοντες εἷλον τῶν Φωκέων πρὸς τοῖσι οὔρεσι· καὶ γυναῖκάς τινας [b] διέφθειραν μιαγόμενοι, ὑπὸ πλήθεος. Παραποταμίους δὲ παραμειβόμενοι οἱ βάρβαροι, ἀπίκοντο ἐς Πανοπέας· ἐνθεῦτεν δὲ ἤδη διαχρεωμένη ἡ στρατιὴ αὐτέων ἐσχίζετο. τὸ μὲν πλέϊστον καὶ δυνατώτατον τοῦ στρατοῦ, ἅμα αὐτῷ Ξέρξῃ πορευόμενον [c] ἐπ' Ἀθήνας, ἐσέβαλε ἐς Βοιωτούς, ἐς [d] γῆν τῶν Ὀρχομενίων. Βοιωτῶν δὲ πᾶν τὸ πλῆθος ἐμήδιζε. τὰς δὲ πόλις αὐτέων ἄνδρες Μακεδόνες διατεταγμένοι ἔσωζον, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀποπεμφθέντες· ἔσωζον δὲ [e] τῇδε, βουλόμενοι δῆλον ποιέειν Ξέρξῃ ὅτι τὰ Μήδων Βοιωτοὶ φρονέουσι. οὗτοι μὲν δὴ τῶν βαρβάρων ταύτῃ ἐτράποντο. Ἄλλοι δὲ αὐτέων ἡγεμόνας ἔχοντες, ὁρμέατο ἐπὶ τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, ἐν δεξιῇ τὸν Παρνησσὸν ἀπέργοντες. ὅσα δὲ καὶ οὗτοι ἐπέσχον τῆς Φωκίδος, πάντα [f] ἐσυλεμάρεον· καὶ γὰρ τῶν Πανοπέων τὴν πόλιν ἐνέπρησαν, καὶ Δαυλίων, καὶ [g] Αἰολιδέων. ἐπορεύοντο δὲ ταύτῃ ἀποσχισθέντες τῆς ἄλλης στρατιῆς, τῶνδε εἵνεκα, ὅκως συλήσαντες τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, βασιλέϊ Ξέρξῃ ἀποδέξαιεν τὰ χρήματα. πάντα δ' [h] ἐπιξέατο τὰ ἐν τῷ ἱρῷ ὅσα λόγου ἦν ἄξια Ξέρξης, εἰς ἐγὼ πυνθάνομαι, ἄμεινον ἢ τὰ ἐν τοῖσι οἰκίοισι ἔλιπε, πολλῶν αἰεὶ λεγόντων, καὶ μάλιστα [i] τὰ Κροίσου τοῦ Ἀλυάττεω ἀναθήματα. [k] Οἱ Δελφοὶ δὲ, πυνθανόμενοι ταῦτα, ἐς πᾶσαν ἀρρωδίην [l] ἀπίκατο· ἐν δείματι δὲ μεγάλῳ κατεστεῶτες, ἐμαντεύοντο περὶ τῶν ἱρῶν χρημάτων, εἴ τέ σφεα κατὰ γῆς [m] κατορύξουσι, εἴτε ἐκκομίσουσι ἐς ἄλλην χώρην· ὁ δὲ θεὸς σφέας οὐκ ἔα κινέειν, [n] φὰς αὐτὸς ἱκανὸς εἶναι τῶν ἑωϋτοῦ προκατῆσθαι. Δελφοὶ δὲ ταῦτα ἀκούσαντες, σφέων αὐτέων περὶ ἐφρόντιζον· τέκνα μέν νυν καὶ γυναῖκας πέρην ἐς τὴν Ἀχαιΐην διέπεμψαν· αὐτέων δὲ οἱ μὲν πλεῖστοι ἀνέβησαν ἐς τοῦ Παρνησσοῦ τὰς κορυφὰς, καὶ [o] ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον ἀνεπείχαστο· οἱ δὲ ἐς

a Συλλήσ. *Arcb. Ald.* et deinceps. *b* Διέφθειρον id. *Vind.* *c* Ἐς *Arcb.* *d* Γῆν τῶν id. *Pasſ. Vind. Ask.* Olim τὴν, quae obvia varietas. *e* Deſideratur in *Arcb.*, ubi mox δῆλον βουλ. *Pasſ. Brit. Ask.* *f* Explicat, male ſcribens, *Heſych.* in *V.* *g* Αἰολιδέων *Med. Pasſ. Ask. Arcb.*, Αἰολίδων *Brit. V. Paris. B. Ald.*, mox ταύτην *Med. Pasſ. Ask.* *b* Ἐπιξέατο *Arcb. V.*, alii ἠπιξατο. *i* Abest artic. *Arcb.*, qui cum, ſi plures accederent, non diſſentirem. *k* Οἱ δὲ Δ. id. *Vind.* *l* *Med. Arcb. Pasſ. Ask. Vind.*, ἀπικέατο *Paris. A. B. Brit. Ald.*, frequente variatione. *m* Κατορύξωσι et ἐκκομίσωσι *Arcb. Pasſ. Ask. Vind.* *n* Deſit *Brit.* *o* Sumſit hinc *Euſtath.* ad Odyſſ. p. 1604, 4.

54. Πανοπέων τὴν πόλιν &c.] Daulidem et Panopea Poëta in Catalogo, uti ſitus requirebat, iunxit. Quas urbes cum Perſae inflammarint, Αἰολιδέων titulus oppidi conplecti nomen debet. Ubi vero in Phocide illud? *Palmerius* cum omni Graecia ignorat: *Gronovius* reperiſſe ſe in *Plutarchi* Lucullo p. 479. D. putavit, ubi τῆς Φωκίδος περὶ Στειρίν διολίζοντες. Demiror tamen vehementer, istos huc αἰολίζοντας advocari, qui L. Luculli aetate ex Boeotiae Chaeronea, uti nitide *Plutarchus*, in eam Phocidis partem conmigrarunt. Ficulneum ergo *Aeolidis* illi praeſidium. Quid itaque? Menda ſe vocabulo inſinuavit; ſcripserat ΑΙΛΑΙΕΩΝ, inperiti vero ΑΙΟΛΙΔΕΩΝ. Quam quidem ſcripturae fraudem ante hos quinque annos Cl. *Valckenarius* mihi monſtravit et probavit: nunc eandem video in Cl. *de Pauw* coniecturam incidiſſe. Profecto, ſi quae alia, ex tripode venit. Λίλαια, *Lilaea*, proxime ab oppidis incenſis aberat, doctore *Pauſania* L. x, 33., nec fatum, quod illa merſit, potuit vitare. Inſequens ἐπιξέατο et ἠπιξέατο ſuum *Herodotus* fatetur L. I, 173. alibique.

55. Δαυλίων καὶ Αἰολιδέων] Ex *Med.* poſuit *Gronov.* pro Αἰολίδων· *Aeolidenſium*, *Valla*; *Palmer.* Graec. Ant. p. 675. miratur *nullum alium de hac Aeolide mentionem feciſſe.* lisdem paene ſervatis literarum ductibus iam ante aliquot annos veram, ut opinor, lectionem detexi corrigendo Λιλαιέων. Quo quisque colore ſuum errorem incruſtaverit nihil attinet dixisſe, veritate monſtrata: *Perſae* τῶν Πανοπέων τὴν πόλιν ἐνέπρησαν, καὶ Δαυλίων, καὶ Λιλαιέων· *Panopenſium urbem incendio vaſtarunt, et Dauliorum, et Lilaeënſium;* atque adeo *Panopen*, *Daulida*, et *Lilaeam*, Λίλαιαν· hinc, auctore *Steph. Byz.* fit Λιλαιεύς· iuxta *Pauſan.* x. p. 817., οἱ Λιλαιεῖς — ἐς τοῦ Κηφισοῦ τὴν πηγὴν πέμματα ἐπιχώρια ἀφιᾶσιν· accolebant Cephiſi fontem; ab interitu tutos praeſtitit *Homerus*, a quo praeter ceteros Phocenſes Lilaeënſes etiam intexuntur Boeotiae, Il. B. ψ. 523., Οἳ Κυπάρισσον ἔχον —— καὶ Δαυλίδα, καὶ Πανοπῆα, Οἵτ' ἄρα πὰρ ποταμὸν Κηφισσὸν δῖον ἔναιον, Οἵ τε Λίλαιαν ἔχον πηγῆς ἐπὶ Κηφισσοῖο. —— A Philippo ſolo aequatae hae primae memorantur urbes *Pauſaniae* p. 803., Λίλαια· Τάμπολις· Ἀντίκυρα· Παραποτάμιοι· Πανοπεύς· Δαῦλις, veteres omnes, partim *Homeri* carmine nobilitatae, partim Xerxis furore: de *Lilaea Palmer.* egit Graec. Ant. VI. p. 681. et ſeqq.

VALCKEN.

66. Ὁ δὲ θεὸς σφέας οὐκ ἔα] Colorem ex his *Pauſaniae* duxit conmemoratio Delphenſium metus et reſponſi Apollinei, ſub Brenni adventum L. x, 23. p. 853., uti bene *Kubnius.* Illud τῶν ἑωϋτοῦ προκατῆσθαι ſimile habet ſed explicatius L. IX, 105. ἀδύνατον γὰρ —— εἶναι ἑωϋτοὺς Ἰώνων ΠΡΟΚΑΤΗΣΘΑΙ, φρουρέοντας τὸν πάντα χρόνον· inde στρατηγοὶ προκαθεδούμενοι τῆς χώρας, qui regionem tuentur, *Artapani* ap. *Euſeb.* Pr. Evang. IX, 27.

72. Ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον] Cultiſſimam antri deſcriptionem *Pauſanias* X, 32. p. 879. inſtituit, et prior eo *AEſchylus*, ut alias monui. Eumenid. v. 22. Quod mox καὶ τοῦ προφήτεω, unicum nobis ſiſtit. Serior aetas plures *Prophetas*, oraculorum interpretes, Delphis tribuit, *Plut.* T. II. p. 410. F. *AElianus* Hiſt. Animal. X, 26. Vid. *Ant. van Dale* de Oracul. C.

Miracula Delphis visa, etiam partes montibus abruptæ oppressérunt Persas.

ἐς Ἀμφισσαν τὴν Λοκρίδα ὑπεξῆλθον. πάντες δὲ ὦν οἱ Δελφοὶ ἐξέλιπον τὴν πόλιν, πλὴν ἑξήκοντα ἀνδρῶν, καὶ τοῦ προφήτεω. Ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ [a] τε ἦσαν οἱ βάρβαροι ἐπιόντες, καὶ ἀπώρεον τὸ ἱρὸν, ὁ τούτῳ ὁ προφήτης, τῷ οὔνομα ἦν Ἀκήρατος, ὁρᾷ πρὸ τοῦ νηοῦ ὅπλα προκείμενα ἔσωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου [b] ἐξενηνειγμένα ἱρὰ, τῶν οὐκ ὅσιον ἦν ἅπτεσθαι
471 [c] ἀνθρώπων οὐδενί. ὁ μὲν δὴ ἦιε Δελφῶν τοῖσι παρεοῦσι σημανέων τὸ τέρας. οἱ δὲ βάρβαροι, ἐπειδὴ ἐγίνοντο ἐπαγόμενοι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς [d] Προνηΐης Ἀθηναίης, ἐπιγίνεταί σφι τέρεα ἔτι μέζονα τοῦ πρὶν [e] γενομένου τέρεος. Θώϋμα μὲν γὰρ καὶ τοῦτο κάρτα ἐστὶ, ὅπλα ἀρήϊα αὐτόματα φανῆναι ἔξω προκείμενα τοῦ νηοῦ· τὰ δὲ δὴ ἐπὶ τούτῳ δεύτερα [f] ἐπιγενόμενα, καὶ διὰ πάντων φασμάτων ἄξια θωϋμάσαι μάλιστα. ἐπεὶ γὰρ δὴ ἦσαν ἐπιόντες οἱ βάρβαροι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς [g] Προναίης Ἀθηναίης, ὁ τούτῳ ἐκ μὲν τοῦ [h] οὐρανοῦ κεραυνοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον, ἀπὸ δὲ τοῦ Παρνησσοῦ ἀποῤῥαγεῖσαι δύο κορυφαὶ ἐφέροντο πολλῷ κατάγῳ ἐς αὐτοὺς, καὶ κατέλαβον συχνούς σφεων· ἐκ δὲ τοῦ ἱροῦ τῆς [i] Προναίης βοή τε καὶ ἀλαλαγμὸς ἐγίνετο. Συμμιγέντων δὲ τουτέων πάντων, Φόβος τοῖσι βαρβάροισι [k] ἐνέπεκτώκει. μαθόντες δὲ οἱ Δελφοὶ Φεύγοντάς σφεας, ἐπικαταβάντες, ἀπέκτειναν πλῆθός [l] τι αὐτέων. οἱ δὲ περιόντες, ἰθὺ Βοιωτῶν ἔφευγον. ἔλεγον δὲ οἱ ἀποσῳζησαντες οὗτοι τῶν βαρβάρων, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ὡς πρὸς τούτοισι καὶ ἄλλα ὄψεων θεῖα. δύο γὰρ ὁπλίτας μέζονας ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν

dam ad Amphisſam Locridem ſe ſubduxerunt. Ita omnes Delphi urbem deſeruerunt, præter ſexaginta viros, ac prophetam. Postea 37
vero quam barbari ſubeuntes appropinquabant, templumque cernebant, interim propheta cui nomen erat Aceratus, aſpicit ante delubrum ſacra arma propoſita e penetrali, ab intus exprompta, quæ nefas erat cuiquam mortalium contingere: quod oſtentum Delphis, qui aderant, perrexit nunciatum. Ubi autem barbari urgentes venere ad fanum Minervæ, quod est ante templum, tum vero etiam maiora quam ſuperius prodigia illis exhibita ſunt. Nam et res hæc profecto valde miranda est, arma Martia ſua ſponte extra delubrum propoſita apparuiſſe. Quod tamen ſecundo loco evenit, ex omnibus miraculis maxima est admiratione dignum: quum enim barbari ad ſacellum Minervæ, quod est ante templum, accederent, interea e cœlo fulmina in eos deciderunt; et a Parnaſſo duo abſciſſi vertices, magno cum fragore ſunt devoluti, permultosque eorum interceperunt: atque ex ipso ſacello Minervæ vociferatio iubilatioque extiterunt. Quibus omnibus pariter ingruentibus, 38
terror incuſſus est barbaris, ut fugæ ſe mandarent. Ea re cognita Delphi deſcendentes magnam eorum ſtragem edidere. Qui autem ſuperfuere, recta ad Bœotos fugerunt: et qui ex eis redierunt, referebant, ut ego accipio, ſe præter ista etiam vidiſſe alia divina, duos armatos, humana natura auguſtiores, inſtitisſe

a Non est in *Ask. Paſſ.* *b* Ἐξενηνεγμ. *Paſſ. Ask.* Superius ἔσωθεν inprudenter tentavit *H. Stephan.* *c* Ἀνθρώπῳ *Arch. Vind.* *d* Προνηΐης *Vind.* et *Harpocratio* in Πρόνοια· Προναίης *Med. Paſſ. Ask.*, ceteri Προνοίης cum *Aldo* ſemper. *e Med. Paſſ. Ask.*, alii γεγενημένου, uti *Arch. V. Brit. Ald.* *f* Ἐπιγιν. *Paſſ. Ask.*, γινόμενα *Arch. V.* *g* Προνοίης *Ald.* &c. *h* Ἱροῦ *Arch.* *i* Προνοίης νηοῦ idem. *k* Ἐπεστ. *Arch.*, ἐπεπεπτ. *Vind.*; Tu vide IV, 203. et VII, 43. *l* Τὲ *Arch.*, ſtatim εὐθὺ *Med. Ask. Paſſ. Paris. A. B.*, non bene.

5. p. 104. Nimirum aucta Oraculi fama et ſuperſtitione, ut duabus προφήτισιν ſive *Pythiis* et tertia vicaria, in crebra ſciſcitantium turba, opus fuit, ita et pluribus *Prophetis*. Videſis ad *Diodori* L. XVI, 26.

78. Ἔσωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου ἐξ.] Hic ſane miror cur ἔξωθεν ſcribi maluerit *H. Steph.* quod, me iudice, protinus altero deberet mutari, ſi hic forte legeretur: ἔξω infra recte ſcriptum in istis: θώϋμα —— καὶ τοῦτο κάρτα ἐστὶ, ὅπλα ἀρήϊα αὐτόματα φανῆναι ἔξω προκείμενα τοῦ νηοῦ. Arma, credo, ſponte ſua templi exierant penetrali, ut heroës Delphorum Phylacus et Autonous, ſcutis ſacris velut amuletis muniti, pro aris et focis Delphorum ſuorum propugnarent; vid. c. 38. et 39. Paulo ante Leuctricam pugnam, *Thebis ut ait Calliſthenes, in templo Herculis valvae clauſae repagulis ſubito ſe ipsae aperuerunt*, (ὡς τοῦ Ἡρακλέους εἰς τὴν μάχην ἐξωρμημένου, *Xenoph.* Ε. VI. p. 348, 11.) *armaque quae fixa in parietibus fuerant, ea ſunt humi inventa: Cicero* de Divin. I, c. 34. Plura praeter ceteros narrat illic prodigia *Xenophon*, ipse neutiquam liber a ſuperſtitionis morbo: nonnullos tamen dixiſse fatetur, ὡς ταῦτα πάντα τεχνάσματα ἦν τῶν προεσηκότων. Delphis hoc tempore nec locus erat fraudibus nec tempus. Delphorum propheta Aceratus, exſternatus praeſentis periculi metu, facile ſibi videri potuit duplices videre Delphos, quidni, ſponte ſua foribus patentibus, arma etiam αὐτόματα ἔξω προκείμενα τοῦ νηοῦ; neque est cur miremur ista talia elegantiſſimo *Herodoti* ingenio ſe probare potuiſſe tanquam vera. VALCKEN.

82. Τῆς Προνηΐης] Magna *Vind.* ex ſervata ſcriptione veriore laus, cumulatior futura, modo in conſequentibus auferri ſeſe paſſus haud fuiſſet: ſcribi ad eam formam ſemper oportet; nam Προναίης in *Demoſthene*, *AEſchine*, *Diodoro*, *Pauſania*, improbum minime, in *Herodoto* ubique. Conſer L. I, 92.

89. Ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κερ.] Haec prodigia, ſi prodigia dicenda ſunt, quae media aeſtate de coelo fulmina iaciebantur, memorat et *Diodor.* XI, c. 14. Quae Perſas, eadem postea temporis Galatas a ſpoliando templo traduntur abegisſe: horum ubi facinus attigit, Herodoteis uſum *Pauſaniam* non latuit *Kubnium* I, p. 11., κεραυνοί τε ἐφέροντο ἐς τοὺς Γαλάτας, καὶ ἀποῤῥαγεῖσαι πέτραι τοῦ Παρνασσοῦ, δείματά τε ἄνδρες ἐφίσαντο ὁπλῖται τοῖς βαρβάροις· explicatius eadem enarrat ſuo loco in Phocicis p. 854., *Herodotum elegantер aemulatus*, iudice Clar. *Weſſel.* ad *Diod. Pauſaniae* narratis ſimillima tradit *Iuſtin.* XXIV, c. 8. iuxta quem L. II, c. 12., *miſerat Xerxes quatuor millia armatorum Delphos ad templum Apollinis diripiendum; —— quae manus tota imbribus et fulminibus deleta est, ut intelligeret, quam nullae eſſent hominum adverſus Deos vires.* Tempeſtatis vehementia territos et ſuperſtitione, plerosque aufugiſſe, non totam manum deletam, ex *Herodoto* licet colligere. VALCKEN.

91. Ἀποῤῥαγεῖσαι δύο κορυφαὶ] Similia his *Diodorus* XI, 14. Quin eadem, ſi *Pauſaniae* fides L. I, 4., Gallos raptores poena involvit, κεραυνοί τε ἐφέροντο ἐς τοὺς Γαλάτας, καὶ ΑΠΟΡΡΑΓΕΙΣΑΙ πέτραι τοῦ Παρνασσοῦ. Ipsam tamen Apollinis aedem direptam a Perſis atque incendio foedatam diffitentur: non ita *Plut.* Num. p. 66. C., τὸν ἱερὸν λύχνον, aeternum illum ignem, cum templum a Medis inflammaretur, exſtinctum adſeverans, incertum quo auctore. *Herodotus* tacet, immo infitiatur L. II, 180. et V, 62.

100. Μέζονας ἢ κατὰ ἀνθρώπων] Sexcenties μείζων ἢ κατ' ἄνθρωπον *Plato* Apoll. p. 20. E. *Iſocrates* Evagor. pag. 192. A. &c. Idem et hic olim fuiſſe, optime *D'Orvillius* ad *Charit.* II, 4. p. 182. coniecit, μέζονας non tangens. Dederat Noſter μέζονα ἢ κατὰ ἄνθρωπον φύσιν ἔχοντας, pro quo *Ioſephus* Antiq. L. I, 19, 1. ὄψεις ex ſcalis κατιούσας, σεμνότερον ἢ κατ' ἀνθρώπου ΦΥΣΙΝ ΕΧΟΥΣΑΣ. Phylacum, eiusque τέμενος ad Minervae Προνηΐης templum, habet *Pauſan.* X, 8. p. 817., praeter quem Brenni expeditione tres templo ſubvenisſe Heroas Laodocum, Hyperochum et Pyrrhum C. 23. p. 854.

100. Δύο γ. ὁπλίτας μέζονας ἢ] Una tantum litera ex ἔχοντας detracta, (ἔχων autem et ἐὼν in Herodoteis Codd. aliquoties inter ſe permutantur;) in literis ad me datis, feliciter, ut puto, corrigebat *G. Koenius*: ὁπλίτας μέζονας ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν ἐόντας, *armatos hominum ſtatura altiores: τὴν ἡλικίαν, φύσιν* dixit etiam *Soph.* Trach. γ. 312., ubi γ. est 1079., Γυνὴ δὲ, θῆλυς

ſe ſibi, cædem facientes atque inſequentes.
39 Hos autem duos Delphi aiunt indigenas heroas eſſe, Phylacum et Autonoum, quorum fana exſtant circa ſacellum: Phylaci quidem, ſecundum ipſam viam ſuper aedem Minervæ: Autonoi vero, prope Caſtaliam, ſub Hyampeo vertice. Saxa autem quæ a Parnaſſo deciderunt, adhuc ad noſtram usque memoriam ſalva erant in fano Minervæ Protemplaris locata, ad quod per barbaros devoluta pervenere. Atque hic diſcesſus a templo horum virorum fuit.
40 Græcorum autem claſſis ab Artemiſio profecta, rogatu Athenienſium ad Salaminem ſubſtitit. Quod ut facerent ideo rogaverant Athenienſes, tum ut liberos atque uxores ex Attica ſubducerent; tum ut conſultarent, quid ſibi agendum eſſet. Nam pro rebus quæ contigerant, conſilium capturi erant, tanquam opinione fruſtrati: quippe qui quum putaſſent, inventuros ſe Peloponnenſes communiter ad excipiendum barbarum in Bœotia ſubſidentes, horum nihil invenerant, ſed audiebant illos Isthmum ad Peloponneſum muro ſepire, hoc plurimi facientes ut ipſi ſuperesſent, et istam obtinentes tutarentur, omiſſis ceteris. Hæc Athenienſes quum audiſſent, ita ſocios obſecrarunt, ut
41 ad Salaminem ſiſterent claſſem. Quo aliis appulſis, Athenienſes in terram ſuam profecti, præconio edixerunt, ut qua quisque Athenienſium ratione poſſet ſervaret liberos atque domeſticos. Ibi plurimi quidem Trœzenem miſerunt, quidam in AEginam, nonnulli in Salaminem, pro ſe quisque properantes ſua pignora exportare, et quod oraculo

1 Φύσιν ἔχοντας, ἕπεσθαί σφι κτείνοντας καὶ διώκοντας.
a Τούτους δὲ τοὺς δύο Δελφοὶ λέγουσι ἐπιχωρίους ἥρωας εἶναι, Φύλακόν τε καὶ Αὐτόνοον· τῶν τὰ τεμένεα ἐστὶ περὶ τὸ ἱρόν· Φυλάκου μὲν, b παρ' αὐτὴν τὴν ὁδὸν 5 κατύπερθε τοῦ ἱροῦ τῆς Προναίης, Αὐτονόου δὲ, πέλας τῆς Καστα̃λίης, ὑπὸ τῇ Ὑαμπείῃ κορυφῇ. οἱ δὲ πεσόντες ἀπὸ τοῦ Παρνησσοῦ λίθοι, ἔτι καὶ ἐς ἡμέας ἔσαν c σόοι, ἐν τῷ τεμένεϊ τῆς Προναίης Ἀθηναίης κείμενοι, ἐς τὸ d ἐνέσκηψαν διὰ τῶν βαρ- 10 βάρων Φερόμενοι. τουτέων μέν νυν τῶν ἀνδρῶν αὕτη ἀπὸ τοῦ ἱροῦ ἀπαλλαγὴ γίνεται. Ὁ δὲ Ἑλλήνων ναυτικὸς στρατὸς ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, Ἀθηναίων δεηθέντων, ἐς Σαλαμῖνα e κατίσχει τὰς νῆας. τῶνδε δὲ εἵνεκα προσεδεήθησαν αὐτέων σχεῖν πρὸς Σαλαμῖ- 15 να Ἀθηναῖοι, ἵνα f αὐτοὶ παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ὑπεξαγάγωνται ἐκ τῆς Ἀττικῆς· πρὸς δὲ, καὶ βουλεύσωνται τὸ ποιητέον αὐτοῖσι ἔσται. ἐπὶ γὰρ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι βουλὴν ἐμέλλον g ποιήσεσθαι, ὡς ἐψευσμένοι γνώμης. δοκέοντες γὰρ εὑρήσειν Πελο- 20 ποννησίους h παρὼν ἐν τῇ Βοιωτίῃ ὑποκατημένους τὸν βάρβαρον, τῶν μὲν εὗρον οὐδὲν ἐόν, οἱ δὲ ἐπυνθάνοντο τὸν Ἰσθμὸν αὐτοὺς τειχέοντας i ἐς τὴν Πελοπόννησον, περὶ πλείστου τε ποιευμένους περιεῖναι, καὶ ταύτην ἔχοντας ὁκόσα Φυλακῇ, k τἆλλα δὲ ἀπιέναι. 472
25 l ταῦτα δὴ πυνθανόμενοι, ὕστερον προσεδεήθησάν σφεων σχεῖν πρὸς τὴν Σαλαμῖνα. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι κατέσχον ἐς τὴν Σαλαμῖνα, Ἀθηναῖοι δὲ ἐς τὴν ἑωυτῶν. μετὰ δὲ τὴν ἄπιξιν, κήρυγμα ἐποιήσαντο, Ἀθηναίων τῷ τις δύναται σῴζειν τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας. 30 ὀθνεῖα οἱ μὲν πλεῦσαι ἐς Τροιζῆνα ἀπέστειλαν, οἱ δὲ, ἐς Αἴγιναν, οἱ δὲ, ἐς Σαλαμῖνα. ἔσπευσαν δὴ ταῦτα ὑπεκθέσθαι, τῷ m χρηστηρίῳ τε βουλόμενοι ὑπηρε-

a Τούτους δὲ τοὺς δύο Δελφοὶ *Arch. Brit. Ask. Paſ. Vind.* ora *Stepb.*, olim τοὺς δύο δὲ τούτους. Porro εἶναι ἐπιχ. ἥρωας *Paſ. Ask. Arch.* b Κατ' αὐτὴν *Ask.* margo *Stepb.* c Σέοι *Ask.*, in ceteris σῶοι. Conſer II, 181. V, 96. d Ἐνεσκήψαντο *Arch.* e Καταισχεῖν id. qui ſtatim τῶν δὲ ἕν. f Abest *Arch. V.* g Ποιήσασθαι *Paſ. Ask.* h Πανδημὶ *Med.*, quae tria ſequuntur, in *Stepb.* ora omittuntur. i Καὶ τὴν *Arch.* k Τὰ δὲ ἄλλα *Arch. Ask.*, ſatis bene. l Ταῦτα δὴ *Arch. V. Paris. A. B. Brit.*, in *Med. Ask. Paſ.* illud δὴ post οὕτω ponitur. Porro προπυνθ. *Brit.* m *Med. Paſ. Arch. Ask. Valla:* in *Aldo* et aliis χρησ. τε πειθόμενοι καὶ βουλ. Lege *Gronov.* adnotata.

θῆλυς οὖσα, κοὐκ ἀνδρὸς Φύσις· id est οὐκ ἀνήρ. *Koenii* coniecturam *D'Orvillianae* ad *Charit.* p. 182., longe praeferendam, et veram arbitror; nam, admiſſa Cl. *D'Orvillii* lectione, ſi μέζονα quis ſcribat, μέζονα Φύσιν ἔχοντας vereor ut Graece doctis hic adprobet. —— Gallis etiam postea terribiles adparuiſſe feruntur ὁ Ὑπέροχος καὶ ὁ Λαοδόκος τε καὶ Πύῤῥας· οἱ δὲ καὶ τέταρτον Φύλακον ἐπιχώριον Δελφοῖς ἀπαριθμοῦσιν ἥρωα, *Pauſan.* X, p. 854. hinc Λαοδόκου nomen ponerem I, p. 11., loco τοῦ Ἀμαδόκου. AEtate Brenni miror quid ceſſaverit *Autonous*, Xerxis aetate bellator, et cum *Phylaco* Perſarum propulſator. Sed *Iuſtin.* XXIV, c. 8., iuveni *ſupra humanum modum inſignis pulcritudinis* comites dat *duas armatas virgines ex propinquis duabus Dianae Minervaeque aedibus* occurrentes: apud *Pauſan.* Pyrrho comites duo dantur mares Ὑπέροχος et Λαοδόκος· ex his facili transformatione puellae nobis enaſcentur Ὑπερόχη et Λαοδόκη· ſic ferme vocabantur in Delo puellae, quae in Delum ſacra primum ex Hyperboreis detulerant; illas enim, teſte *Herod.* IV, c. 33., οὐνομάζουσι Δήλιοι εἶναι Ὑπερόχην τε καὶ Λαοδίκην. VALCKEN.

6. Ὑπὸ τῇ Ταμπείῃ] Una litera minus Ionice ſcribendum Ταμπέῃ. Innotuit ἡ Τάμπεια πέτρα ex ſcelere eſurientis Delphorum populi, innoxium philoſophum de isthac rupe praecipitantis: vid. *Perizon.* in *AEliani* V. H. XI, c. 5. et *Weſſeling.* ad *Diodori* T. II. p. 104. Excitans Herodotea *Palmer.* Graec. Ant. p. 633., ſcribit in vicinis τοῦ ἱροῦ τῆς Προνοίης· perperam: legitimum Delphis anticae Minervae titulum Προναίης praeter ceteros, quos citat, adfirmavit vir clariſs. ad *Diodori* T. I. p. 415. Ad aedem istam Minervae, Perſis divinitus fugatis, erexiſſe Delphos tropaeum enarrat ibidem *Diod. Siculus*, exhibens epigramma tropaeo inſcriptum, quod pertinet ad hanc *Herodoti* narrationem. In isto epigrammate duae literae tantum omiſſae omni Iovem et Apollinem interceperunt honore, quo e fuga retracti Delphi Deos callide ſunt dignati: ſic illud omnino videtur ſcribendum: Μνᾶμά τ' ἀλεξάνδρου πολέμου καὶ μάρτυρα νίκας Δελφοὶ μὲ ϛᾶσαν, Ζανὶ χαριζόμενοι Σὺν Φοίβῳ, πτολίπορθον ἀπωσαμένοις ϛίχα Μήδων, Καὶ χαλκοϛέφανον βυσαμένοις τέμενος. Non utique Delphi, qui, Dei ſui tutela non multum fidentes, praeter aliquot ſexaginta fanaticos, πάντες ἐξέλιπον τὴν πόλιν, ut ait *Herodot.* c. 36. non illi ſane dici poterant Perſis ἀπωσάμενοι, templumque βυσάμενοι· ſed eleganter dicuntur Ζανὶ χαριζόμενοι Σὺν Φοίβῳ, id est *Iovi* et *Apollini*, ἀπωσαμένοις ϛίχα Μήδων, et βυσαμένοις τέμενος· qua ſatis nota ſcribendi ratione neſcio quis apud *Suidam* in Δέρας, —— ὅπερ ὁ Ἰάσων, —— σὺν τοῖς Ἀργοναύταις εἰς τὴν Κολχίδα παραγενόμενοι, ἔλαβον. VALCKEN.

20. Ἐν τῇ Βοιωτίῃ ὑποκατημένους] Uberius ista *Plutarch.* Themiſt. p. 116. C. In Isthmi munitione varios ſe dant docti homines, ablataque praepoſitione, τὸν Ἰσθμὸν αὐτοὺς τειχέοντας, τὴν Πελοπόννησον περὶ —— fingunt. Sed ſtare vulgatum poſſet, ac ſumi de ſepto, in Peloponneſum verſus ſpectante: malim tamen, quod ex *Arcb.* enotavi, καὶ τὴν Πελοπ., ſic ceſſat difficultas. Conf. *Diodorum* XI, 16.

32. Τῷ χρηστηρίῳ τε βουλ.] Hic tutiſſimum erit exſpectare quid Codices nobis ſint daturi: πειθόμενοι in optimis ſi omittetur, non diſplicebit a *Gronovio* propoſita lectio. Participio ſervato, *Koenius* commodum ineſſe ſenſum putabat ſic ſcriptis: ἔσπευσαν δὴ ταῦτα ὑπεκθέσθαι πειθόμενοι, τῷ χρηστηρίῳ τε βουλόμενοι ὑπηρετέειν· referens nempe τὸ πειθόμενοι ad τὸ κήρυγμα, quod per Atticam fuerat promulgatum, ut omnes ſuis conſulerent; qui nunc dicerentur feſtinaſſe in liberis et familia alio mittendis, πειθόμενοι, τῷ κηρύγματι videlicet: istud placiturum opinor in exilium damnatae vocis patrocinium. VALCKEN.

Athenæ evacuantur, etiam angue arcis custode digresso, quem coluut. Naves Peloponnesiorum ex Trœzene abeunt Salamina. Dorienses et Dryopes in Peloponneso.

ὑπηρετέειν, καὶ δὴ καὶ [a] τοῦδε εἵνεκα οὐκ ἥκιστα λέγουσι οἱ Ἀθηναῖοι [b] ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλιος ἐνδιαιτᾶσθαι ἐν τῷ ἱρῷ. λέγουσί τε ταῦτα, καὶ δὴ ὡς ἐόντι ἐπιμηνία [c] ἐπιτελέουσι προτιθέντες. τὰ δ' ἐπιμήνια, μελιτόεσσά ἐστι. αὕτη δ' ἡ μελιτόεσσα ἐν τῷ πρόσθεν αἰεὶ χρόνῳ ἀναισιμουμένη, τότε ἦν ἄψαυστος. σημηνάσης δὲ ταῦτα τῆς ἱρείης, μᾶλλόν τι οἱ Ἀθηναῖοι καὶ [d] προθυμότερον ἐξέλιπον τὴν πόλιν, ὡς καὶ τῆς θεοῦ [e] ἀπολελοιπυίης τὴν ἀκρόπολιν. ὡς δέ σφι πάντα ὑπεξέκειτο, ἔπλωον ἐς τὸ στρατόπεδον. Ἐπεὶ δὲ οἱ ἀπ' Ἀρτεμισίου ἐς Σαλαμῖνα κατέσχον τὰς [f] νέας, συνέρρεε καὶ ὁ λοιπὸς πυνθανόμενος ὁ τῶν Ἑλλήνων ναυτικὸς στρατὸς ἐκ Τροιζῆνος. ἐς γὰρ Πώγωνα [g] τὸν Τροιζηνίων λιμένα προείρητο συλλέγεσθαι. συνελέχθησάν τε δὴ πολλῷ πλεῦνες νέες ἢ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμάχεον, καὶ ἀπὸ πολίων πλεύνων. ναύαρχος μέν νυν ἦν [h] αὐτὸς ὅσπερ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, Εὐρυβιάδης [i] ὁ Εὐρυκλείδεω, ἀνὴρ Σπαρτιήτης, οὐ μέντοι [k] γένεος τοῦ βασιληΐου ἐών. νέας δὲ πολλῷ πλείστας τε καὶ ἄριστα πλωούσας παρείχοντο Ἀθηναῖοι. Ἐστρατεύοντο δὲ οἵδε· ἐκ μὲν Πελοποννήσου Λακεδαιμόνιοι, ἑκκαίδεκα νῆας παρεχόμενοι· Κορίνθιοι δὲ, τὸ αὐτὸ πλήθεσμα παρεχόμενοι τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ· Σικυώνιοι δὲ, πεντεκαίδεκα [l] παρείχοντο νῆας· Ἐπιδαύριοι δὲ, δέκα· Τροιζήνιοι δὲ, πέντε· Ἑρμιονέες δὲ, τρεῖς. ἐόντες οὗτοι, πλὴν Ἑρμιονέων, Δωρικόν τε καὶ [m] Μακεδνὸν ἔθνος, ἐξ Ἐρινεοῦ τε καὶ Πίνδου καὶ τῆς Δρυοπίδος [n] ὕστατα ὁρμηθέντες. οἱ δὲ Ἑρμιονέες εἰσὶ Δρύοπες, ὑπὸ Ἡρακλέος τε καὶ Μηλιέων ἐκ τῆς νῦν Δωρίδος καλεομένης χώρης ἐξαναστάντες. οὗτοι μέν νυν Πελοποννησίων ἐστρατεύοντο. Οἱ δὲ ἐκ τῆς ἔξω ἠπείρου,

culo vellent obsecundare, et non minime propterea, quod Athenienses aiunt ingentem anguem arcis custodem in templo solitum obversari. Hæc et dicunt, et tanquam re vera esset, serpenti menstrua non cessant libamina proponere. Ea menstrua sunt placenta melle condita: quæ quum semper superioribus temporibus depascerentur, tunc illibata manserat. Id quum templi antistita indicasset, eo magis Athenienses eoque promtius deseruere urbem, tanquam a dea etiam destituta arce: exportatis itaque rebus omnibus, ad castra navigaverunt. Posteaquam autem eos, qui ab Artemisio solverant, ad Salaminem substitisse auditum fuit, reliqui classiarii qui ad Trœzenem erant, eodem confluxere: nam ut in Pogonem Trœzeniorum portum coiretur erat edictum: ita multo plures contractæ sunt naves quam ad Artemisium decertaverant, et a pluribus civitatibus, eodem quo ad Artemisium duce, Eurybiade Euryclidæ filio, viro Spartiata, non tamen e genere regio: quarum multo plurimas atque optime navigantes præbebant Athenienses. Quæ classis ex his constabat: Ex Peloponneso Lacedæmonii sedecim naves præstabant: Corinthii, totidem quot ad Artemisium præstiterant: Sicyonii, quindecim: Epidaurii, decem: Trœzenii, quinque: Hermionenses, tres. Hi Doricæ ac Macednæ gentis, Hermionensibus exceptis, ex Erineo et Pindo et Dryopide novissime profecti: nam Hermionenses Dryopes sunt, ab Hercule et Meliensibus e regione, quæ Doris nunc vocatur, abducti. Hæ copiæ Peloponnensium erant. Eorum autem qui sunt in exteriore continente,

42 43 44

a lidem quatuor et *Vind.*, olim τούτου. *b* Σφιν *Arcb.*, prave, omittit id. οἱ ante Ἀθην. cum *Pasf. Ask.*; post pauca ἐνδιαιτέεσθαι id. *Vind.* *c* *Med. Pasf. Ask. V. Arcb.*, antea τελέουσι. in praecedentibus καὶ δὴ καὶ ὡς *Vind.* *d* Προθυμότερον *Paris. A. B. Arcb. V. Brit. Valla*: sed πότερον *Med. Ask. Pasf.* *e* Ἀπολελοιπούης *Med.* *f* Νῆας *Vind. Arcb. Ask.*, et saepius deinde, tum συνέρρεε *Arcb.* *g* Τῶν *Brit.*; adi *Casaub.* ad *Strabon.* VIII, p. 574. statim εἴρητο tantum *Arcb. Vind.* *b* Αὐτὸς *Ask.* *i* Abest *Arcb.* *k* Γένεός γε *Vind.*, pro quo τε *Arcb.* An οὐ μέντοι γε voluerunt? *l* Παρέσχοντο *Arcb. Vind.* non differt, moris tamen Herodotei est. *m* *Med. Pasf. Ask. Brit.*, Μακεδονικὸν prave alii. *n* Ὕστατοι *Arcb.*

34. Ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλιος] *Eustathio* in Odyss. p. 1423, 7. οἰκουρὸς δράκων, φύλαξ τῆς πολιάδος· etiam *Hesychio* in Οἰκουρὸν ὄφιν. Altus ibi fuit usque in *Philostrati* aevum Icon. L. II. p. 837., ubi nonnulla *Olearius*, sed plenissime *Io. Meursius* Cecrop. C. 20. Ceterum ἐνδιατέεσθαι priscarum schedarum sentio lonum esse, qualia εἰρωτέειν, ὁρέειν, φοιτέειν, et ἐκπηδέειν inf. C. 118., quibus saepe vis inperite illata fuit.

34. Ὄφιν μέγαν, φύλακα τ. ἀ.] *Io. Meurs.* in Cecropiae suae c. XX., ad hunc arcis custodem illustrandum, verba quidem attulit *Plutarchi* e T. I. p. 116. E. *Philostr.* Icon. II. p. 837., *Hesychii*; sed, quo nitebatur *Hesychii* nota, locum omisit *Aristophanis* Lys. v. 760., Ἀλλ' οὐ δύναιμαι γ' ὦγ' οὐδὲ κοιμᾶσθαι 'ν πόλει; Ἐξ οὗ τὸν ὄφιν ἴδον τὸν οἰκουρόν ποτε. *Schol.* τὸν ἱερὸν δράκοντα, τὸν φύλακα τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς [ἐν τῇ ἀκροπόλει.] —— Huic draconi, iuxta *Herod.* ὡς ἐόντι, ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέντες· τὰ δ' ἐπιμήνια μελιτόεσσά ἐστι. Postremum adfirmat legitimam scripturam vocis Atticae μελιτοῦττα, cuius vice saepius obtinet perversa, qualis ter relinqui non debuerat apud *Thom. M.* in Μελίτηκτος. *Eusebius* c. Hierocl. p. 466. non dederat τὰ μελιττοῦττα, sed τὰς μελιτούττας καὶ τὸν λιβαγωτόν. Talem *e melle placentam*, singulis noviluniis recentem, veluti *menstruam pensionem* arcis persolvebant custodi, ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι· ex oratione *Lycurgi Harpocrat.* attigit Ἐπιμήνια, quorum rarissimam occurrere mentionem et ex *Harpocr.* licet aestimare, et e *Valesii* nota. Testamentum Doricum, e tabula marmorea vulgatum *Grutero* Inscr. p. CCXVII, col. 2. γ. 33. offert ἀμέρας τρεῖς ἐπιμηνίος, id est ἐπιμηνίους, quibus sacra fieri voluit Testatrix; saepius verbum ἐπιμηνιεύειν, et alia plura, quae frustra quaeras apud Grammaticos etiam veteres. —— Sed placentam e melle apud *Herod.* dicuntur Athenienses draconi singulis mensibus προτιθέντες. Ut οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως, quos licebat φαγεῖν τοῖς ἱερεῦσι, panes nonnunquam memorantur apud veteres in mensis sacris Diis velut adpositi: *Athen.* III, p. 110. D. Ἐγκρυφίας, ὃν καὶ Ἀλεξανδρεῖς τῷ Κρόνῳ ἀφιεροῦντες πρὸς. (L. προτιθέασιν) ἐσθίειν τῷ βουλομένῳ ἐν τῷ τοῦ Κρόνου ἱερῷ· conf. IV. p. 137. E. VIII, p. 346. E. *Hesych.* in Θιαγόνες, et *Pausan.* VI. p. 501. IX. p. 747. f. VALCKEN.

40. Καὶ προθυμότερον] Valere nequit καὶ πρότερον, nisi si ἢ καὶ προτ. scribatur. Equidem pro pravo puto, atque ex scriptionis compendio. Themistoclis commento sacerdotes in vulgus sparserunt, ὡς ἀπολέλοιπε τὴν πόλιν ἡ θεός, ὑφηγουμένη πρὸς τὴν θάλασσαν *Plutarch.* Themist. 116. D. Inde tanta civibus discedendi alacritas.

40. Μᾶλλόν τι —— καὶ πρότερον] Hinc deturbatum unius Codicis imperio restituerem in suam sedem; μᾶλλόν τι οἱ Ἀθηναῖοι καὶ προθυμότερον ἐξέλιπον τὴν πόλιν· *eo magis Athenienses eoque promptius* &c. *Valla.* naturalis haec erat verborum structura, καὶ μᾶλλόν τι προθυμότερον· voculam μᾶλλον Noster etiam addit comparativis; quem morem attigi supra P. 171. VALCKEN.

59. Καὶ Μακεδνὸν ἔθνος] Praeclare ex scriptis exemplaribus vir Celeb.; sic L. I, 56. Multa *Cl. Salmasius* de Ling. Hellenist. p. 279. et seqq., cuius sollicita disquisitio, an Dryopis, ex qua in Peloponnesum venerunt, ea fuerit, quae ab urbe *Dryope* apud *Stephan. Byz.* dicta est circa Hermionensem sinum, Argolico proximum, faciliorem nacta exitum fuisset, modo in parato haec Nostri adfuissent: finitur enim et describitur, ut de eius situ dubia auferantur omnia. Hermionenses autem, cum Dryopes, ab Hercule superati, aliorsum deducerentur, sedes, quas deinceps tenuerunt, inpetrasse, *Pausan.* L. IV, 34. p. 366. non negat, alibi eosdem Δωριεῖς τοὺς ἐξ Ἄργους adpellans

te, Athenienſes quidem pares omnibus aliis; præſtabant naves centum octoginta ſoli; quippe quibus non adfuerunt in pugna ad Salaminem geſta Platæenſes, ob hanc cauſſam: quod quum Græci ab Artemiſio diſcesſerunt; ubi iuxta Chalcidem appulſi fuere, Platæenſes exſcendentes in oppoſitam oram Bœotiæ, ad exportandos domeſticos converſi ſunt: ita dum in ſuis conſervandis occupantur, relicti fuere. Athenienſes autem ſub Pelasgis eam quæ nunc Græcia nuncupatur tenentibus, Pelasgi erant, Cranai nominati; ſub rege autem Cecrope, Cecropidæ ſunt vocati; Erechtheo autem adepto imperium, immutato nomine Athenienſes appellati: deinde Iones, ab Ione Xuthi filio, qui dux extitit Athenienſis exercitus. Megarenſes autem tantundem copiarum, quantum ad Artemiſium, attulerunt: Ampraciotæ ſeptem cum navibus auxilio venerunt: Leucadii cum tribus, Dorica gens, et a Corintho oriunda. Ex inſulanis autem AEginetæ triginta naves exhibuerunt: quibus aliæ quoque erant naves inſtructæ, ſed iis oram ſuam tutabantur; verum cum triginta omnino navibus ad navigationem optimis ad Salaminem dimicaverunt. Sunt autem AEginetæ Dorienſes; ab Epidauro, cui inſulæ nomen antea fuerat Oenone. Post AEginetas easdem, quas ad Artemiſium, viginti naves præbuere Chalcidenſes: et Eretrienſes, ſeptem: hi Iones ſunt. Dehinc autem Cei easdem præbuere, gens ab Athenis Ionica. Naxii autem naves præbuere quatuor, qui quemadmodum et ceteri inſulani, a popularibus ad Medos miſſi erant, ſed illorum iuſſa aſpernati, tranſiere ad Græcos, ſuaſu Democriti, viri inter cives illuſtris,

65 ρου, Ἀθηναῖοι μὲν, πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους, παρεχόμενοι νῆας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν μοῦνοι· οὐ Σαλαμῖνι γὰρ οὐ συνεναυμάχησαν Πλαταιέες Ἀθηναίοισι, διὰ [a] τοιόνδε πρῆγμα. ἀπαλλασσομένων τῶν 473
Ἑλλήνων ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, ὡς ἐγίνοντο κατὰ
70 Χαλκίδα, οἱ Πλαταιέες ἀποβάντες ἐς τὴν [b] περαίην τῆς Βοιωτίης χώρης; πρὸς [c] ἐκκομιδὴν ἐτράποντο τῶν οἰκετέων. οὗτοι μέν νυν τούτους σώζοντες ἐλείφθησαν. [d] Ἀθηναῖοι δὲ ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἐχόντων τὴν νῦν Ἑλλάδα καλεομένην, ἔσαν Πελασγοὶ,
75 [e] οὐνομαζόμενοι Κραναοί· ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλῆος [f] ἐκλήθησαν Κεκροπίδαι· ἐκδεξαμένου Ἐρεχθῆος τὴν ἀρχὴν, Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν· Ἴωνος δὲ τοῦ Ξούθου στρατάρχεω γενομένου Ἀθηναίοισι, ἐκλήθησαν ἀπὸ τούτου Ἴωνες. Μεγαρέες δὲ τωὐτὸ πλή-
80 θεσμα [g] παρείχοντο τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ. Ἀμπρακιῶται δὲ, ἑπτὰ νέας ἔχοντες [h] ἐπεβάθησαν· Λευκάδιοι δὲ, τρεῖς, ἔθνος ἐόντες [i] οὗτοι Δωριὸν ἀπὸ Κορίνθου. Νησιωτέων δὲ, Αἰγινῆται, τριήκοντα παρείχοντο. ἦσαν μέν σφι καὶ ἄλλαι πεπλη-
85 ρωμέναι νέες· ἀλλὰ τῇσι μὲν τὴν ἑωυτῶν ἐφύλασσον, τριήκοντα δὲ τῇσι ἄριστα [k] πλωούσῃσι σὺν Σαλαμῖνι συνεμάχησαν. [l] Αἰγινῆται δέ εἰσι Δωριέες, ἀπὸ Ἐπιδαύρου· τῇ δὲ νήσῳ πρότερον οὔνομα ἦν Οἰνώνη. μετὰ δὲ Αἰγινήτας, Χαλκιδέες τὰς
90 ἐπ' Ἀρτεμισίῳ εἴκοσι παρεχόμενοι, καὶ Ἐρετριέες τὰς ἑπτά· οὗτοι δὲ, Ἴωνές εἰσι, μετὰ δὲ, [m] Κεῖοι, τὰς αὐτὰς παρεχόμενοι, ἔθνος [n] ἐὸν Ἰωνικὸν ἀπὸ Ἀθηνέων. Νάξιοι δὲ παρείχοντο [o] τέσσερας, ἀποπεμφθέντες μὲν ἐς τοὺς Μήδους ὑπὸ τῶν πολιη-
95 τέων, κατάπερ [p] ἄλλοι νησιῶται, ἀλογήσαντες δὲ τῶν ἐντολέων, ἀπίκατο ἐς τοὺς Ἕλληνας, ἀκμοκρίτου [q] στεύσαντος, ἀνδρὸς τῶν ἀστῶν δοκίμου· καὶ

[a] *Paſſ. Ask. Med. Paris. A.*, τοιόνδε τι reliqui. [b] Πτερίην *Arch.*; Πιερίην *Vind.* et *Valla.* [c] Κομιδὴν *Arch.* [d] Deſcripſit *Euſtath.* ad Perieg. v. 423. [e] Οὐνομ. bene *Vind. Arch.*, antea ὀνομ. [f] Ἐκλήθησαν *Arch. V. Brit. Ald.*, ſatis commode: ἐκλήθησαν *Med. Ask. Paſſ.* [g] Παρεῖχον *Paſſ. Ask. Arch.* [h] Ἐπεβάθησαν *Arch. Vind.*, de quo ſupra C. 1., ceteri ἐπεβαίνησαν. [i] Abest abs *Paſſ.* [k] Πλωούσῃσι *Arch. V.*, alii πλεούσῃσι. [l] *Euſtath.* ad *Dionys.* v. 511. [m] Κεῖοι *Paſſ.*, vere, Κῖοι prius. [n] Deſit *Arch.*, qui cum reliquis Ἀθηναίων, etiam inferius. [o] Τρεῖς citat *Plut.* Malign. p. 869. A. [p] Ὦλλοι *Arch.* ἄλλοι *Vind.*, οἱ ἄλλοι ceteri. Conf. adſcripta L. II, 14. [q] Πλεύσαντος *Arch.*

lans L. II, 34. p. 192., quoniam Aſinen Argolicae regionis, uti ipſi iactabant, ab Euriſtheo, Herculis inimico, conceſſam habitarant. Verum in talibus ob civium diverſa ſtudia et gloriationes multae diſſenſiones.

70. Τὴν περαίην τῆς Βοιωτίας] Unde *Pieriam*, qualem in Boeotia non novi, acceperit *Valla*, ſatis nunc in aperto. Περαίη τῆς Βοιωτίας, quae contra Chalcidem in Boeotiae finibus, cuiusmodi περαῖα τῆς Ἀσίας *Diodoro* XX, 97., Aſiae continentis regio, ex adverſum inſulam Rhodum, *Peraea* ap. *Livium* L. XXXII, 13.

74. Πελασγοὶ, οὐνομ. Κραναοὶ] Clar. *G. Koenius* in litteris ad me datis, *Multa*, ſcribit, *ſunt in his quae me offendunt. Primo Cranaos dictos fuiſſe ſub Pelasgis; deinde vero Cecropidas, quum Cecrops Cranaum aetate praeceſſerit. Quid ſcripſerit Herodot. Codices forte monſtrabunt. Interim velim conſideres num tibi diſpliceat:* ἐπὶ μὲν Πελασγῶν — ἦσαν Πελασγοὶ ὀνομαζόμενοι ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλῆος ἐκλήθησαν Κεκροπίδαι· καὶ ἐπὶ Κραναοῦ Κραναοί. Dubium non est quin ista ratione vere ſcripſiſſet *Herodotus*; ſed, quod in noſtris est exemplaribus, in ſuo *Scymnus Chius* invenit, cuius ista ſunt in Perieg. v. 558., Ἑξῆς Ἀθήνας φασὶν εἰκότως λαβεῖν. Τὸ μὲν Πελασγοὺς πρῶτον, οὓς δὴ καὶ λόγος Κραναοὺς καλεῖσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα Κεκροπίδας, &c. v. 564., Ἡρόδοτος ἱστορεῖ δὲ ταῦτα συγγράφων. *Scymni* loco, quem tum *Marcianum* vocabant, uſus est *Meurs.* in Regn. Att. p. 30. 68. 124. neque omiſit huc ſpectantia *Euſtathii* verba in *Dionys.* v. 423. VALCKEN.

75. Οὐνομαζόμενοι Κραναοὶ] *Io. Meurſium*, haec loco non ſuo depoſita arbitratum, in ordinem *Gronovius* coëgit iuſtiſſime; addi potuerat, quod *Bouberius* Diſſ. Herodot. C. 9. p. 99. tacitum non habuit, valde dubium manere, utrum a rege Cranao Athenienſes *Cranai* fuerint olim nuncupati, an potius, quod aſperam et petroſam, κραναὴν, regionem haberent, quae *Salmaſii* doctrina Ling. Helleniſt. p. 359. Ad veritatem propior *Berkelii* accedit ſuſpicio ad *Steph. Byz.* Ἰωνία, in vicinis excidiſſe vocem Ἐρεχθεῖδαι fuiſſe primitus Ἀθηναῖοι Ἐρεχθεῖδαι μετωνομάσθησαν. Verborum enim et rei nexus coniectanti adprime favet.

83. Αἰγινῆται τριήκοντα] Suſpicor plusquam quadraginta naves et in hanc claſſem AEginetas dediſſe; atque, ut Herodotei numeri conveniant, *duo et quadraginta*; legendumque adeo δύο καὶ τεσσεράκοντα quo nitatur argumento haec divinatio dicetur ad c. 48. VALCKEN.

91. Κεῖοι] Vide huius libri C. 1. Revocavi ἀπ' Ἀθηνέων, uſus *Euſtathii* conſenſu. Sic ἀπὸ Κορίνθου, ἀπ' Ἐπιδαύρου &c. Cognita quoque ſollemnis in ea ſcriptura aberratio. Naxiorum naves male annumeravit *Plutarchus*, in carpendo Scriptore malignitatis culpam haud excuſaturus.

91. Κῖοι —— ἔθν. Ἰων. ἀπὸ Ἀθηναίων] Accurata ſcriptio requirit, ut dicantur Κεῖοι —— ἔθνος ἐὸν Ἰωνικὸν ἀπὸ Ἀθηνέων· et paulo post, Νάξιοι —— Ἴωνες ἀπ' Ἀθηνέων γεγονότες· c. 48., Siphnii et Seriphii Ἴωνες ἐόντες ἀπ' Ἀθηνέων. Ad L. II. c. 7. loca quaedam indicata ſunt *Herodoti*, in quibus Ἀθηνέων ſcribendum pro Ἀθηναίων ad ista haec poterunt adiungi. Nemo harum rerum ſciens in *Thucyd.* vulgatum ſollicitaret, ubi Cei aliique inſulani dicuntur Ἴωνες ὄντες καὶ ἀπ' Ἀθηναίων, VII, c. 57. ſed aliter loqui ſolet *Herodotus*; quam in rem vicinia ſatis nobis dabit exemplorum: c. 45., Leucadii vocantur ἔθνος Δωριὸν ἀπὸ Κορίνθου c. 46., AEginetae Δωριέες ἀπὸ Ἐπιδαύρου c. 48., Melii γεγονότες ἀπὸ Λακεδαιμονος. Ad eam rationem Cei ceterique dicti ſunt [ἔθνεα Ἰωνικὰ] ἀπὸ Ἀθηνέων, *Atheniis orti*. —— In proximis fruſtra ſibi *Plutarchus* viſus

Eiusdem materiæ continuatio. Congressi ad Salaminem Græci consultant de loco prælii, plerisque Isthmum præferentibus.

καὶ τότε τριπαρχέοντος· Νάξιοι δὲ εἰσὶ Ἴωνες ἀπ' Ἀθηνέων γεγονότες. Στυρέες δὲ τὰς αὐτὰς παρείχοντο νῆας [a] τὰς καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ· Κύθνιοι δὲ, μίαν καὶ πεντηκόντερον, ἐόντες συναμφότεροι οὗτοι Δρύοπες. καὶ Σεριφιοί τε καὶ Σίφνιοι καὶ Μήλιοι ἐστρατεύοντο· οὗτοι γὰρ οὐκ [b] ἔδοσαν μοῦνοι νησιωτέων τῷ βαρβάρῳ γῆν τε καὶ ὕδωρ. Οὗτοι μὲν ἅπαντες ἐντὸς οἰκημένοι Θεσπρωτῶν καὶ Ἀχέροντος ποταμοῦ, ἐστρατεύοντο. Θεσπρωτοὶ γάρ εἰσι οἱ ὁμουρέοντες Ἀμπρακιώτῃσι καὶ Λευκαδίοισι· [c] οἱ ἐξ ἐσχατέων χωρέων ἐστρατεύοντο. τῶν δὲ ἐκτὸς τετέων οἰκημένων, Κροτωνιῆται μοῦνοι ἦσαν [d] οἳ ἐβώθησαν τῇ Ἑλλάδι καδυνευούσῃ, νηῒ μιῇ, τῆς ἦρχε ἀνὴρ τρὶς [e] πυθιονίκης, Φάϋλλος· Κροτωνιῆται δὲ γένος εἰσὶ 474 Ἀχαιοί. Οἱ μέν [f] νυν ἄλλοι, τριήρεας [g] παρεχόμενοι ἐστρατεύοντο· Μήλιοι δὲ, καὶ Σίφνιοι, καὶ Σερίφιοι, πεντηκοντέρους. Μήλιοι μὲν, [h] γένος ἐόντες ἀπὸ Λακεδαίμονος, δύο παρείχοντο· [i] Σίφνιοι δὲ καὶ Σερίφιοι, Ἴωνες ἐόντες ἀπ' Ἀθηνέων, μίαν ἑκάτεροι. ἀριθμὸς δὲ ἐγένετο ὁ πᾶς τῶν νεῶν, παρεὼν τῶν πεντηκοντέρων, [k] τριηκόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ αὐτό. Ὡς δὲ ἐς τὴν Σαλαμῖνα συνῆλθον οἱ στρατηγοὶ ἀπὸ τῶν αἱρημένων πολίων, ἐβουλεύοντο, προτεθέντος Εὐρυβιάδεω, γνώμην ἀποφαίνεσθαι τὸν βουλόμενον, ὅκου δοκέοι ἐπιτηδεώτατον εἶναι ναυμαχίην [l] ποιέεσθαι τῶν αὐτοὶ χωρέων ἐγκρατέες εἰσί· ἡ γὰρ Ἀττικὴ ἀφεῖτο ἤδη, τῶν δὲ λοιπέων [m] περὶ προετίθετο. αἱ γνῶμαι δὲ τῶν λεγόντων αἱ πλεῖσται συνέπιπτον, πρὸς τὸν Ἰσθμὸν πλώσαντας ναυμαχέειν πρὸ

stris, et tunc trierarchi. Naxii autem Ionum sunt ab Athenis ducentes originem. Styreenses quoque easdem quas in Artemisio naves præbuere. Cythnii unam omnino, et 1 penteconterum: horum utrique Dryopes sunt. Seriphii etiam et Siphnii et Melii fuere in partibus: hi enim soli ex insulanis terram barbaro et aquam negaverunt. Intra The- 47
sprotos isti, omnes et amnem Acherontem incolentes militabant. Siquidem Thesproti, sunt contermini Ampraciotis ac Leucadiis, ex ultimis regionibus in militiam profectis. Eorum autem qui extra hos habitant, soli fuere Crotoniatæ; qui Græciæ periclitanti auxilium una navi tulere, cui præerat Phayllus, vir ter Pythiorum victor. Sunt autem Crotoniatæ genere Achæi. Et ceteri quidem 48
ex hac classe triremes præbuerunt: Melii autem et Siphnii et Seriphii quinquaginta remorum naves, Melii duas, Siphnii Seriphiique unam utrique: Melii, a Lacedæmone genus ducentes; Siphnii et Seriphii, ab Athenis Iones. Summa navium, præter illas quinquaginta remorum, fuit trecentæ septuaginta octo. Ut vero duces ex iis quas 49
dixi urbibus ad Salaminem convenerunt, consultabatur, Eurybiade referente, ut qui vellet sententiam diceret, ubinam ex iis locis, quibus ipsi potirentur, commodissimum videretur pugna navali decernere: iam enim Attica pro derelicta erat: itaque de ceteris deliberabatur. Pleræque igitur illorum sententiæ in hoc congruebant, ut profecti ad Isthmum an-

98. Καὶ θεῶν χρηστῶν] Fingebat Cl. *de Pauw* ταὶ θεῶν —, non abſurde, modo neceſſitas adeſſet: inſuper, ἐπὶ Ἀνδρίους γε εἶναι γεωπείνας ἐς τὰ μάλιστα ἀνήκοντας — *ad Andrios certe non accedere niſi maxime pauperes et in primis, deas inutiles et noxias duas nunquam eorum inſulam relinquere, ſed in ea gratum ſibi domicilium babere, Paupertatem et Inposſibilitatem.* Γεωπείνας non homines, ſed ipsas reſpicere deas, ſic ab Andriis dicacioribus adpellatas: ad Athenienſes accesſiſſe θεοὺς χρηστοὺς, ad ſe ſemper inviſere θεοὺς γεωπείνας, praeterque ceteros Πενίην καὶ Ἀμηχανίην inſulae poſſeſſione delectari. Quae, doctiſſimo viro mirifice olim blandita, minime exagitabo, incertus, an ipsum ἀνήκοντες ἐς τὰ μάλιστα, ſeu potius τὰ μέγιστα, uti L. V, 49. feſellerint, an repetiti toties post ἐπεὶ accuſativi; hos certe inprobavit, invito *Herodoto* et praeceptore ſtructurae *H. Stephano* de Dialect. p. 138. Ceterum noti ſatis ſunt γεωπεῖναι L. II, 6., et ἐπήβολοι bonae malaeve rei conpotes ex *AEſchyli* Agam. v. 551. *Porphyrio*que Q. Homeric. prima. Nam exemplarium *Arcb.* et *Vind.* ἐπιβόλους aſpernor mirorque ſervatum a nupero *Hippocratis* editore, *Steph. Mackio*, princip. Νόμου, cum MSS. et Scholiaſtae verum oſtenderent. Ipsum adi.

6. Οὐ γὰρ ἐπαύετο πλεον.] In fine cap. ex *Med.* optime reſtituit Clar. *Gronov.* Θεμιστοκλέης —— χρήματα παρὰ νησιωτέων ἐκτέατο (*ſibi comparabat*) λάθρῃ τῶν ἄλλων στρατηγῶν. Ista de Themiſtocle dicta qui vituperat *Plutarcb.* T. II. p. 871. C. ipse tamen in Them. T. I. p. 122. C. haec poſuerat tanquam indubia: ἦν δὲ περιπλέων τὰς νήσους καὶ χρηματιζόμενος ἀπ' αὐτῶν· *et ex inſulis ſibi pecunias corradens:* ibidem acerbiſſimum adverſarii Themiſtoclis *Timocreontis* nobis carmen ſervavit, illum traducentis, ut ψεύσαν, ἄδικον, προδόταν, quippe qui amicum prodiderit ἀργυρίοισι σκυβαλικοῖσι πεισθείς· Λαβὼν δὲ τρὶ' ἀργυρίου τάλαντ' ἔβα πλέων εἰς ὄλεθρον· in his τρία forte videbuntur in τριάκοντα mutanda *Herodotum* comparanti VIII, c. 4. Illic narrata ſi quam admittunt excuſationis veniam, haec certe magni viri memoriam dedecorant; quem, gloria ſatiatum, auri fames videtur agitasſe; neque tamen idcirco velut *Athenienſium ditiſſimus* Socrati potuit et Ariſtidi opponi: horum probe recordabar ſcribens quae leguntur P. 494. VALCKEN.

9. Χρεώμενος λόγοισι τοῖσι &c.] Magnas cierunt hic turbas amanuenſes, quorum *Med.* et conſentanei veraces ſi fuerint, χρεώμενος, aut χρεωμένους *Med.*, exſilio damnabitur, ſumma plerorumque concordia oblatum: ſalvum illud vocabulum perſtabit, ubi de vulgato demutabitur nihil. Neque fatuus propterea ſermo erit, tametſi ἀπειλητήριοι λόγοι praecesſerint. Illa enim generatim minacia verba, haec τὴν Πειθὼ καὶ Ἀναγκαίην, niſi imperata praeſtentur, denunciantia. Verum vide magnum et eruditum *Med.* patronum.

10. Τοῦ

Ex aliis insulis pecunias nactus clam reliquis ducibus. Exercitus cum Xerxe redit in Bœotiam, ut hiemet in Thessalia, unde ccc. millia eligit Mardonius, inferias Leonidæ,

scerentur, exercitum se Græcorum illuc adducturum, et obsidendo deleturum. Hæc dicendo, ingentem pecuniæ vim coëgit a Carystiis atque a Pariis: qui audito tum Andrum obsideri, quod cum Medis sensisset, tum Themistoclem maximo in honore inter duces esse, hoc metu pecuniam misere. Aliarum autem insularum aliqua pecuniam dederit necne, affirmare nequeo: reor tamen alias quoque quasdam dedisse, non has solas. Quanquam Carystiis ne hac quidem re contigit effugere cladem, ut Pariis, qui Themistocle pecunia delenito, expeditionem devitarunt. Ita Themistocles ex Andro exortus, clam ceteris ducibus
113 exegit pecunias ab insulanis. At copiæ Xerxis illic aliquot post pugnam dies immoratæ, moverunt in Bœotos eadem qua venerant via. Quippe Mardonio visum est simul regem prosequi, et simul intempestivum anni tempus esse ad belligerandum; atque etiam in Thessalia satius esse hybernare, et deinde ineunte vere tentare Peloponnesum. Itaque ubi in Thessaliam perventum est, ibi Mardonius ante omnia Persas universos, qui immortales vocantur, elegit, excepto eorum duce Hydarne, qui negavit se rege esse cariturum. Item ex aliis Persis thoracatos, et millenarium equitatum: ad hæc Medorum, Sacarum, Bactrianorum, Indorum et peditatum et equitatum reliquum. Has nationes sibi totas desumpsit: ex sociis autem elegit discernens quibus aut species aderant, aut a quibus aliquod egregium facinus peractum cognoverat. Sed plurimos ex una gente Persarum delegit torquatos et armillatos; secundo loco Medos, qui non numero Persis inferiores erant, sed robore: ita ut universi, trecenta millia una
114 cum equitibus essent. Hoc interim tempore quo Mardonius habebat delectum copiarum, et Xerxes circa Thessaliam agebat, oraculum e Delphis ad Lacedæmonios venit, ut Xerxem pœnas necis Leonidæ poscerent,

τεόμενον, ἐπάξει τὴν στρατιὴν τῶν Ἑλλήνων, καὶ πο- 496
λιορκέων ἐξαιρήσει. λέγων ταῦτα, συνέλεγε χρήματα μεγάλα παρὰ Καρυστίων τε καὶ Παρίων· οἱ πυθανόμενοι τήν τε Ἄνδρον ὡς πολιορκέοιτο, [a] διότι ἐμήδισε, καὶ Θεμιστοκλῆα, ὡς εἴη ἐν [b] αἴνῃ μεγίστῃ τῶν στρατηγῶν, δείσαντες ταῦτα, ἔπεμπον χρήματα. εἰ δὲ δή τινες καὶ [c] ἄλλοι ἔδοσαν νησιωτέων, οὐκ ἔχω εἰπεῖν· δοκέω δέ τινας καὶ ἄλλους δοῦναι, καὶ οὐ τούτους μούνους. καίτοι Καρυστίοισι οὐδὲν, τούτου εἵνεκα, τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ ἐγένετο· Πάριοι δὲ Θεμιστοκλῆα χρήμασι ἱλασάμενοι, [d] ἔφυγον τὸ στράτευμα. Θεμιστοκλέης μέν νυν ἐξ Ἄνδρου ὁρμεώμενος, χρήματα παρὰ νησιωτέων [e] ἐκτέετο, λάθρῃ τῶν ἄλλων στρατηγῶν. Οἱ δ' ἀμφὶ Ξέρξεα, ἐπισχόντες ὀλίγας ἡμέρας μετὰ τὴν ναυμαχίην ἐξέλαυνον ἐς Βοιωτοὺς τὴν αὐτὴν ὁδόν. ἔδοξε γὰρ Μαρδονίῳ, ἅμα μὲν προπέμψαι βασιλέα, ἅμα δὲ [f] ἀνωρίην εἶναι τοῦ ἔτεος πολεμέειν· χειμερίσαι δὲ ἄμεινον εἶναι ὡς [g] Θεσσαλίῃ, καὶ ἔπειτα ἅμα τῷ ἦρι πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου. ὡς δὲ ἀπίκατο ἐς τὴν Θεσσαλίην, ἐνθαῦτα Μαρδόνιος ἐξελέγετο πρώτους [h] μὲν Πέρσας πάντας τοὺς ἀθανάτους καλεομένους, πλὴν Ὑδάρνεος τοῦ στρατηγοῦ. οὗτος γὰρ οὐκ ἔφη λείψεσθαι βασιλέος· μετὰ δὲ, τῶν ἄλλων Περσέων τοὺς θωρηκοφόρους, καὶ τὴν ἵππον τὴν χιλίην· καὶ Μήδους τε καὶ Σάκας, καὶ [i] Βακτρίους τε, καὶ Ἰνδοὺς, καὶ τὸν πεζὸν, καὶ [k] τὴν ἄλλην ἵππον. ταῦτα μὲν ἔθνεα ὅλα εἵλετο· ἐκ δὲ [l] τῶν συμμάχων ἐξελέγετο κατ' ὀλίγους, τοῖσι εἴδεά τε ὑπῆρχε διαλέγων, καὶ [m] εἴ τέοισί τι χρηστὸν συνήδεε πεποιημένον. ἦν δὲ, πλεῖστον ἔθνος Πέρσας αἱρέετο, ἄνδρας στρεπτοφόρους τε καὶ ψελιοφόρους· ἐπὶ δὲ, Μήδους. οὗτοι [n] δὲ πλῆθος μὲν οὐκ ἐλάσσονες ἦσαν τῶν Περσέων, ῥώμῃ δὲ [o] ἔσσονες. ὥστε σύμπαντας, τρήκοντα μυριάδας γενέσθαι σὺν ἱππεῦσι. [p] Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ὁ τῷ Μαρδονίῳ τε τὴν στρατιὴν διέκρινε, καὶ Ξέρξης ἦν περὶ Θεσσαλίην, χρηστήριον ἐληλύθεε ἐκ Δελφῶν Λακεδαιμονίοισι, Ξέρξεα αἰτέειν δίκας τοῦ Λεωνίδεω φό-

a Ὅτι *Arcb.* *b* Τιμῇ *Vind. Arcb.*, quod scholion. *c* Ἄλλων νησ. ἔδοσαν *Arch. V.* Post pauca Καρυστίοσί τε οὐδὲν *Ask.*, Καρ. γε οὐδὲν *Pasf.*, cui non adversor. *d* *Med. Pasf. Ask.*, in ceteris διέφυγον, cui sedes potuerat relinqui. *e* Ἐκτέατο *Med. Pasf. Ask. Brit.*, ἐκτέετο *Arcb.*, ἠτέετο *Ald.* et ceteri. *f* Ἀνωρίην *Arcb. V. Paris. B. Brit.*, ἀνωρίῃ *Med. Pasf. Ask. Paris. A.* *g* Θεσσαλίῃ *Ask. Pasf. Arcb. Vind.*, et sic solet Scriptor, non Θετταλίῃ. Mox ὡς δὲ ἀπίκατο *Med. Pasf. Ask.*, alii cum *Aldo* ἀπίκετο. *h* Μὲν τοὺς Πέρ. *Ask. Pasf.*; μὲν τοὺς μυρίους Π. *Arcb.* et *Valla.* *i* Βακτρίους τε *Pasf. Ask.*, ultimum deerat. *k* Τὴν ἵππον tantum *Arcb. V. Valla.* *l* *Med. Pasf. Ask. Paris. A.*, alii ἄλλων συμμ., uti *Aldus.* *m* Εἴ τί οἱ χρ. *Arcb.*, tum συνειδέε cum *Pasf.* *n* Δὲ τὸ πλ. *Pasf. Ask.* *o* Ἥσσονες *V. Ask.*, contra morem. *p* Ἐν τούτῳ δὲ *Ask.*

20. Τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ] Hoc etiam ut Herodoteum referri debuerat in *AEm. Porti* Lexicon, quum ἡ ἀναβολὴ vel ὑπέρθεσις vix alibi dicatur ὑπερβολή. —— Ad eamdem pertinent classem in seq. cap. Ἀνωρίη τοῦ ἔτεος· et χειμερίσαι· quorum prius quid sit docebunt viri Magni observata ad *Thom. M.* in Ἀωρὶ νυκτός. Alterum Χειμερίσαι, pro vulgari χειμάσαι vel παραχειμάσαι positum VI, c. 31. infra recurrit c. 126. et c. 130., ubi classis reliqua Persarum ἐχειμέριστο ἐν Κύμῃ· formatum illud, ut θερίζειν, *aestatem transigere*, et rarius ἐαρίζειν, *tempus vernum*: Ἐχειμέριζε forte dederat Nostter etiam c. 133. pro ἐχείμαζε· quod in alium usum adhibet VII, c. 191., ἡμέρας γὰρ δὴ ἐχείμαζε τρεῖς, *tertio demum die tempestas sedavit*. Loca tamen memorat II, c. 22., in quae se conferunt grues ἐς χειμασίην· sic Codd. exhibent pro χειμαδίην. Dixit *Demostb.* p. 35., ὑπάρχει δ' ὑμῖν χειμαδίῳ μὲν χρῆσθαι Λήμνῳ· sic legendum puto eiecta voce δυνάμει ex vicinis repetita, ut dederit χειμαδίῳ, nempe τόπῳ· illuc refero quod habet *Etymol.* p. 810, 1. Χειμαδίῳ, τόπῳ ἐφ' οὗ ἄν τις δύναιτο χειμῶνος ἐγκαθορμίσασθαι· eadem dat *Suidas* ex Rhetorico Lex. ut puto, descripta. VALCKEN.

22. Ὁρμεώμενος ἐξ Ἄνδρου] Sive ipsum Themistoclem ab Andro profectum intelligas, seu ad nuncios referas circum insulas missos, nihil offendet. *Plutarchus* ad prius inclinat περιπλέων τε τὰς νήσους καὶ χρηματιζόμενος ἀπ' αὐτῶν Themist. p. 122. C. Nihil certe urget, ut ὁρμεώμενος ἐπ' Ἄνδρου *stationem ad Andrum habens*, refingatur, praesertim cum ὁρμέων in simili ponatur re. *Reiskii* ἐκτέετο genio sermonis et *Arcb.* suffragatione protegitur. Conf. L. IV, 62.

31. Πρώτους μὲν Πέρσας] Praefert insoliti quidpiam πρ. μὲν τοὺς μυρίους Περ. πάντας *Arcb.* et *Vallae:* saltem πάντας omisissent. Glossam atque additamentum ex L. VII, 83. arbitror.

39. Κατ' ὀλίγους] Legi nec posse nec oportere κάρτ' ὀλίγους verisimia *Abreschii* animadversio, advocantis *Thucyd.* III, 111. ὑπαπέμψαν κατ' ὀλίγους· et L. IV, 11. κατ' ὀλίγας ναῦς διελόμενοι. Vide supr. L. II, 93. et *Duker.* ad *Thucyd.* L. VI, p. 400.

39. Τοῖσι εἰδεά τε ὑπῆρχε] Sunt, ni fallor, εἴδεος εὖ ἔχοντες, sive σωμάτων ἔχοντες ἄρισα; atque adeo εὐεκτικοί. Hos dicitur Mardonius e ceterorum turba διαλέγων, *secernens*, καὶ εἴ τέοισι —— ubi forte lectio non esset deterior, καὶ ὁτέοισί τι χρηστὸν συνήδεε πεποιημένον. Est illud ὁτέοισι Homericum et Herodoteum; Sophocleum ὅτοισι. Ad *Homeri* Il. O. ϒ. 491. *Eustathio* adnotantur Ὁτέοισι, ὅτου, ὅτῳ, ὅτων, ἀντὶ τοῦ ἅντινων, καὶ ὅτοισι· de quibus unum restitui poterit *AElliano* de N. A. V, c. 39., *ad praedam a leone relictam* τὰ ἄλλα ζῶα ἥκοντα καὶ αἰσθανόμενα, ὅπου· scribendum, ὅτου λείψανόν ἐστι τὸ κείμενον, *cuius ista sint reliquiae.* VALCKEN.

Fœdissimus Xerxis ex Græcia discessus. Sacer Iovis currus raptus a Thracibus. Magnus et liber animus Regis Thracum.

Φόνου, καὶ τὸ διδόμενον ἐξ ἐκείνου δέκεσθαι. πέμπουσι δὴ κήρυκα τὴν ταχίστην Σπαρτιήτας· ὃς ἐπειδὴ κατέλαβε ἐοῦσαν ἔτι πᾶσαν τὴν στρατιὴν ἐν Θεσσαλίῃ, ἐλθὼν ἐς ὄψιν τὴν Ξέρξεω, ἔλεγε τάδε· „ Ὦ „ βασιλεῦ Μήδων, Λακεδαιμόνιοί τε σε καὶ Ἡρα„ κλεῖδαι ὀι ἀπὸ Σπάρτης αἰτέουσι φόνου δίκας, ὅτι „ σφέων τὸν βασιλῆα ἀπέκτειναs ῥυόμενον τὴν Ἑλ-
497 „ λάδα". ὁ δὲ, γελάσας τε καὶ κατασχὼν πολλὸν χρόνον, [a] ὡς ὀι ἐτύγχανε παρεστεὼς Μαρδόνιος, δείκνὺς ἐς τοῦτον, εἶπε, „ [b] Τοιγάρ σφι Μαρδόνιος ὅδε „ δίκας δώσει τοιαύτας οἵας ἐκείνοισι πρέπει". ὁ μὲν δὴ, δεξάμενος τὸ ῥηθὲν, ἀπαλλάσσετο. Ξέρξης δὲ Μαρδόνιον ἐν Θεσσαλίῃ καταλιπὼν, αὐτὸς ἐπορεύετο κατὰ τάχος ἐς τὸν Ἑλλήσποντον· καὶ ἀπικνέεται ἐς τὸν πόρον τῆς διαβάσιος, [c] ἐν πέντε καὶ τεσσεράκοντα ἡμέρῃσι, ἀπάγων τῆς στρατιῆς οὐδὲν μέρος, ὡς [d] εἶπαι. ὅκου δὲ πορευόμενοι γνοίατο, καὶ κατ' οὕς τινας ἀνθρώπους, τὸν τουτέων καρπὸν [e] ἁρπάζοντες ἐσιτέοντο· εἰ δὲ καρπὸν μηδένα εὕροιεν, ὀι δὲ τὴν ποίην τὴν ἐκ τῆς γῆς ἀναφυομένην, καὶ τῶν [f] δενδρέων τὸν Φλοιὸν περιλέποντες, καὶ τὰ φύλλα [g] καταδρέποντες κατήσθιον, ὁμοίως τῶν τε ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων· καὶ ἔλιπον οὐδέν. ταῦτα δ' ἐποίευν ὑπὸ λιμοῦ. ἐπιλαβὼν δὲ [h] λοιμός τε τὸν στρατὸν καὶ δυσεντερίη κατ' ὁδὸν [i] ἔφθειρε. τοὺς δὲ καὶ νοσέοντας αὐτέων κατέλιπε, ἐπιτάσσων τῇσι πόλισι, ἵνα ἑκάστοτε [k] γίνοιτο ἐλαύνων, μελεδαίνειν [l] τε καὶ τρέφειν· ἐν Θεσσαλίῃ τέ τινας, καὶ ἐν Σίρι τῆς Παιονίης, καὶ ἐν Μακεδονίῃ. ἔνθα καὶ τὸ ἱρὸν ἅρμα καταλιπὼν τοῦ Διὸς, ὅτε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἤλαυνε ἀπίων, οὐκ ἀπέλαβε· ἀλλὰ δόντες ὀι Παίονες τοῖσι Θρηίξι, [m] ἀπαιτέοντος Ξέρξεω, ἔφασαν πεμομένας ἁρπαχθῆναι ὑπὸ τῶν ἄνω Θρηίκων τῶν περὶ τὰς πηγὰς τοῦ Στρυμόνος [n] οἰκημένων. Ἔνθα καὶ ὁ τῶν Βισαλτέων βασιλεὺς γῆς τε τῆς Κρηστωνικῆς, Θρηίξ, ἔργον [o] ὑπερφυὲς ἐργάσατο· ὃς οὔτε αὐτὸς ἔφη τῷ Ξέρξῃ ἑκὼν εἶναι δουλεύσων, ἀλλ' [p] οἴχετο ἄνω ἐς τὸ οὖρος τὴν Ῥοδόπην, τοῖσί τε παισὶ ἀπηγόρευε μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· ὀι δὲ, [q] ἀλογήσαντες, ἢ ἄλλως σφι θυμὸς ἐγένετο θεή-

scerent, et quod daretur ab eo acciperent. Mittunt igitur quam citissime Spartiatæ caduceatorem. Is adhuc in Thessalia nactus integrum exercitum, ubi in conspectum Xerxis venit, ita verba fecit; Rex Medorum, Lacedæmonii te et Heraclidæ ab Sparta pœnas cædis poscunt; quod regem ipsorum interemisti, dum Græciam protegit. Ad ea Xerxes cachinnos tollit: ac diu responso non reddito, Hic, inquit, monstrato Mardonio, ut ille ei assistebat, pœnas tales dabit, quales illos decet. Caduceator hoc responso accepto discessit. Xerxes 115
Mardonio in Thessalia relicto, ipse ad Hellespontum ire maturabat: intraque quinque et quadraginta dies ad traiectus locum pervenit, nullam, ut ita dicam, partem copiarum ducens: quocunque autem veniebant, et ad quoscunque homines, eorum direptis fructibus vescebantur: ubi autem nihil fructuum reperiebant, ipsa herba, ut e solo germinabat, et arborum delibratis corticibus, et strictis frondibus utebantur tam agrestium quam mansuetarum, nihil omnino relinquentes: hoc autem præ fame facere cogebantur. Quos deinde pestilentia excipiens ac dysenteria, vel alvi tormina, inter viam extinguebat. Eorum etiam nonnullos Xerxes ægrotos reliquit, iniungens civitatibus, ut in quamque veniebat, uti illos curarent et pascerent: quosdam etiam in Thessalia, et aliquot in Siri Pæoniæ, et in Macedonia: ubi sacrum Iovis currum, quem in Græciam tendens reliquerat, reversus non offendit. Eum Pæones Thracibus quum dedissent, tamen reposcenti Xerxi dixere, equas pascentes fuisse abactas a Thracibus superioribus, qui Strymonis circa fontes incolerent. Quo in 116
loco rex Bisaltarum ac terræ Crestonicæ, Thrax, facinus super naturam fecit: hic et se volentem negavit Xerxi serviturum, eoque in superiora ad montem Rhodopen abiit: et filiis interdixit adversus Græciam militare. Illi patre contemptui habito, sive alioqui belli

a Ὡς ἔτυχε *Arcb. V.* *b* Τοιγάρ τοι *Arcb.* *c* Abest ἐν *Arcb.* *d* Εἰπεῖν *Arcb. V. Pasf. Ask.* *e* Ἁναρπάζοντες *Arcb.* *f* Δένδρων id. *Vind.* *g* Καταδιέποντες *Pasf.*; citat *Suidas* in Δρέπου, ἦσθιον legens. *b Med. Vind. Pasf. Ask. Arcb.*, antea λοιμὸς τότε τὸν, et in *Ald.* λιμός. In ἐπιλαβὼν exemplarium consensus est. Vide ad L. VI, 27. *i* Διέφθειρε *Arcb.* *k* Id. *Vind. Med. Pasf. Ask.*, prius γίνηται. *l* Defit *Pasf.* et *Ask.* *m* Ἀπαιτεόντων τῶν περὶ omissis mediis *Arcb.* *n Arcb. V. Pasf. Ask. Brit. Steph.* margo: οἰκεομένων ceteri. Mox Θρῆξ *Arcb. V.* *o Pasf. Ask. Arcb. Vind.*, in aliis εἰργάσ. *p* Ὤχετο *Ask. Pasf.*, et ἔρος *V. Arcb.* *q* Ἀλογίσ. *Ald.*

49. Τὸ διδόμενον ἐξ ἐκείνου δέκεσθαι] Accipere omen, et, quidquid rex diceret, sibi sumere, bene *Pavius*. Itaque Laco, cum Xerxes Mardonium poenas daturum ambigue respondisset, δεξάμενος τὸ ῥηθὲν abiit. Tale δεκόμεθα, ὦ βασιλεῦ, τὰ δίδοις inf. C. 137. δέκομαι τὸν οἰωνὸν, *accipio omen*, L. IX, 90. et Comici Δέχου τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ *Plut.* V. 63.

64. Τῆς στρατιῆς οὐδὲν μέρος] Innuit exiguum militum numerum, quem salvum ex inmani illa multitudine L. VII, 184. in Asiam reduxerit. Causas fami pestilentiaeque acceptas fert. Non ex falso nuncius ad Atossam, Ἥκουσιν ἐκφυγόντες, οὐ πολλοί τινες ἘΦ' ἑστιοῦχον γαῖαν *AEschyl.* Pers. V. 510., qui de regiis per Thessaliam properantibus copiis v. 490. ἔνθα δὴ πλεῖστοι θάνον Δίψῃ τε λιμῷ τε —— *Nostro* ferme consentiens.

72. Λοιμός τε τὸν στρατὸν] Nihil est in his quod fictum videatur aut rationi disconveniens: quae habet *Iustin.* II, c. 13., pleraque sophistam potius decent quam historicum: verum esse potuit quod scribit *Tzetzes* Chil. I. ℣. 995., plerosque qui cum Rege secessérant, mortuos κρυμῷ, λιμῷ, πορείᾳ· *labore, fame, ac metu distabuerunt*, *Orosius* p. 114. *Herodoto* prior *AEschylus* Pers. ℣. 482., Στρατὸς δ' ὁ λοιπὸς ἔν τε Βοιωτῶν χθονὶ Διώλλυθ', οἱ μὲν ἀμφὶ κρηναίων γάνος Δίψει πονοῦντες, οἱ δ' ὑπ' ἄσθματος κενοὶ Διεκπερῶμεν ἔς τε Φωκέων χθόνα, Καὶ Δωρίδ' αἶαν· tandem γῆς Ἀχαιΐδος πέδον Καὶ Θεσσαλῶν πόλισμ' ὑπεσπανισμένους Βορᾶς ἔδέξαντ', ἔνθα δὴ πλεῖστοι θάνον Δίψῃ τε, Λιμῷ τ', ἀμφότερα γὰρ ἦν τάδε· absurde *Schol.* τόπος, ait, Βοιωτίας ἡ Κρήνη· hinc *aquas* nobis *Crenaeas* vocant, quae *fontanae* fuerant dicendae. In Atticae pestis descriptione *Lucret.* VI. ℣. 1262., *Multa siti prostrata viam per, proque voluta Corpora silanos ad aquarum strata iacebant, Intercluſa anima nimia ab dulcedine aquaï. Thucyd.* p. 131, 79., ἐκαλινδοῦντο καὶ περὶ τὰς κρήνας ἀπάσας ἠμιθνῆτες τῇ τοῦ ὕδατος ἐπιθυμίᾳ. VALCKEN.

80. Νεμομένας ἁρπαχθῆναι] Praecesit ἅρμα Iovis sacrum, cui iuncti equi fuerunt, pascentes, ut Paeones ferebant, furto abducti. Supra VII, 55. οἵ τε ἵπποι οἱ ἱροὶ καὶ τὸ ἅρμα τὸ ἱρόν. Rediit, saepe restitutum, οἰκημένων. Vid. III, 96.

83. Θρηίξ, ἔργον ὑπερφυὲς] Rem fecit *atrocissimam* Rex Bisaltarum. Ab humana natura patrisque nomine prorsus abhorrens facinus hinc enarrans *AElianus* V. H. V, c. 11., illum scribit fuisse φιλέλληνα· quod mihi quidem obsequium Xerxi negatum non manifestat; sed idem digna scribit mansueta Graecorum humanitate, quando Thrax ob tantillam rem sex filiis oculos crudeliter eruens dicitur μὴ ποιήσας Ἑλληνικά. VALCKEN.

90. Ἐξώ-

belli libidine inspiciundi, militavere cum Persa: quibus, postquam incolumes reverterunt omnes, erant autem sex, ob eam culpam oculos pater effodit. Et isti quidem hanc
117 mercedem acceperunt. Persæ autem, ubi ex Thracia ad traiectum pervenere, urgentes Hellespontum navibus traiecere ad Abydum: non enim intentas adhuc rates invenere, sed tempestate disolutas. Ibi copiosiorem quam in itinere commeatum adepti, nullo cum modo sese reficientes, ac mutatis aquis, permulti interibant de exercitu, qui supererat: ceteri cum Xerxe Sar-
118 des pervenere. Narratur autem et alia hæc res, Xerxem, posteaquam Athenis profectus venit ad Eïonem urbem, Strymoni apositam, illinc non amplius per viam iter fecisse: sed exercitu Hydarni permisso; quem ad Hellespontum deduceret, ipsum navem Phœnisam conscendisse, ut in Asiam se reciperet: et dum cursum tenet, a Strymonia ingenti vento et fluctuoso fuisse exceptum; et eo vehementius tempestate vexatum, quod navis referta vectoribus erat, utpote quum super contabulata essent frequentes Persæ qui cum Xerxe vehebantur. Ibi metu perculsum regem cum clamore interrogasse gubernatorem, num qua salus eis esset. Et quum ille respondisset, Here, nulla admodum est, nisi horum multorum propugnatorum aliqua fiat abitio: tunc Xerxem eo audito ita loquutum, Viri Persæ, nunc aliquis vestrum declaret se curam habere regis: in vobis enim videtur sita esse salus mea. Hæc ubi dixit Xerxes, illos eo adorato exsiluisse in mare: atque ita levata navi, Xerxem incolumem in Asiam pervenisse. Et ubi primum in terram egressus est, hoc egisse: gubernatorem, quod regis quidem animam servasset, aurea corona donasse; quod autem multos
119 Persarum perdidisset, decollasse. Hic autem alter modus qui narratur reversionis Xer-

θήσασθαι τὸν πόλεμον, ἐστρατεύοντο ἅμα τῷ [a] Πέρσῃ. ἐπεὶ δὲ ἀνεχώρησαν ἀσινέες πάντες, ἐξ ἐόντες, ἐξώρυξε αὐτέων ὁ πατὴρ τοὺς ὀφθαλμούς, διὰ τὴν αἰτίην ταύτην. καὶ οὗτοι μὲν τοῦτον τὸν μισθὸν ἔλαβον. Οἱ δὲ Πέρσαι ὡς ἐκ τῆς Θρηίκης πορευόμενοι ἀπίκοντο ἐπὶ τὸν πόρον, ἐπειγόμενοι, τὸν Ἑλλήσποντον τῇσι νηυσὶ διέβησαν ἐς Ἄβυδον. τὰς γὰρ σχεδίας οὐκ εὗρον ἔτι ἐστεταμένας, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος διαλελυμένας. Ἐνθαῦτα [b] δὴ κατεχόμενοι, σιτία πλέω ἢ κατ' ὁδὸν ἐλάγχανον· οὐδένα τε κόσμον ἐμπιπλάμενοι, καὶ ὕδατα μεταβάλλοντες, ἀπέθνησκον τῷ στρατῷ τῷ περιεόντος πολλοί. οἱ δὲ λοιποὶ ἅμα Ξέρξῃ ἀπικνέονται ἐς Σάρδις. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὅδε [c] λεγόμενος λόγος, ὡς, ἐπειδὴ Ξέρξης ἀπελαύνων ἐξ [d] Ἀθηνέων, ἀπίκετο ἐπ' Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι, ἐνθεῦτεν ὀχέτι ὁδοιπορίῃσι [e] διεχρέετο, ἀλλὰ τὴν μὲν στρατιὴν Ὑδάρνει ἐπιτρέπει ἀπάγειν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, αὐτὸς δ' ἐπὶ νηὸς Φοινίσσης ἐπιβὰς, ἐκομίζετο ἐς τὴν Ἀσίην. [f] πλώοντα δέ μιν ἄνεμον Στρυμονίην ὑπολαβεῖν μέγαν καὶ κυματίην· καὶ δή, μᾶλλον [g] γάρ τι χειμαίνεσθαι γεμίσης τῆς νηὸς, ὥστε ἐπὶ τῷ καταστρώματος ἐπεόντων συχνῶν Περσέων τῶν σὺν Ξέρξῃ κομιζομένων, ἐνθαῦτα ἐς δεῖμα πεσόντα τὸν βασιλῆα, εἴρεσθαι βώσαντα τὸν [h] κυβερνήτεα, εἴ τις ἐστί σφι σωτηρίη. καὶ τὸν εἰπαι, „ Δέσποτα, οὐκ ἔτι οὐδε„ μίη, εἰ μὴ τουτέων ἀπαλλαγή τις γένηται τῶν „ πολλῶν ἐπιβατέων". καὶ Ξέρξεα λέγεται ἀκούσαντα ταῦτα, εἰπαι, „ Ἄνδρες Πέρσαι, νῦν τις διαδ„ ξάτω ὑμέων βασιλῆος χηδόμενος· ἐν ὑμῖν γὰρ [i] οἰ„ κε ἐμοὶ εἶναι ἡ σωτηρίη". τὸν μὲν ταῦτα λέγειν· τοὺς δὲ, προσκυνέοντας, [k] ἐκπηδᾶν ἐς τὴν θάλασσαν καὶ τὴν νῆα ἐπιχειρισθεῖσαν, ὅτω δὴ ἀποσωθῆναι ἐς τὴν Ἀσίην. ὡς δὲ ἐκβῆναι τάχιστα ἐς γῆν τὸν Ξέρξεα, ποιῆσαι τοιάνδε· ὅτι μὲν ἔσωσε βασιλῆος τὴν ψυχὴν, [l] δωρήσασθαι χρυσέῃ στεφάνῃ τὸν κυβερνήτεα· ὅτι δὲ Περσέων πολλοὺς ἀπώλεσε, ἀποταμεῖν τὴν κεφαλὴν αὐτῷ. Οὗτος δὲ [m] ἄλλος λέγεται λόγος περὶ τῦ Ξέρ-

a Ξέρξῃ *Arcb. V. Valla.* *b* Δὲ *Pasf.*, tum σιτία τε πλ. id. *Ask.*, non absurde. *c* Λόγος λεγ. iid. et *Arcb.* *d* Ἀθηναίων omnes, *Valla* excepto, quem sequor. *e Ald. Arcb. V. Brit. Paris. A. B.*, διεχρῆτο *Med. Pasf. Ask.*; superius ἐνθεῦτεν abest *Arcb.* *f* Πλώοντα *Arcb. V.*, ante πλέοντα. *g* Deficiunt ista duo Fragm. *Paris.*, in *Arcb.* μᾶλλον γάρ τοι. *b* Κυβερνήτην *Pasf.* *i Med. Ask. Pasf.*, male alii ἔοικε, tum εἶναι ἐμοὶ σωτ. *Arcb. Pasf.* *k* Ἐκπηδέειν *Arcb. Vind.* *l* Δωρῆσαι χρυσέῳ στεφάνῳ *Arcb. Vind.*, qui δωρήσασθαι. *m* Ἄλλος λόγος λέγεται *Arcb.*, ἄλλος etiam *Vind.*, et sine articulo λόγος *Pasf.*; *Valla* non dissimile habuit: antea ἄλλως λέγ. ὁ λόγος.

90. Ἐξώρυξε αὐτέων ὁ πατὴρ &c.] Sumsit hinc *AElianus* Var. v, 11. verbis paullum mutatis. Addit de patre, μὴ ποιήσας ἑλληνικὰ, quod verum; sed regulus ille, quamtumvis φιλέλλην, ut ait, origine Thrax erat, a cuius gentis atrocitate oculorum eruendorum supplicium haud fuisse alienum, damno visus experti infelices Phinei liberi et ipse tetri auctor sceleris feruntur in scholiis ad *Apollonii Rb.* L. II, 178. Alia Celeb. *Iac. Perizonius.*

96. Κατεχόμενοι] Placebat olim addita littera κατερχόμενοι, *huc delati*, sive *reversi*, uti in *AEschyleo*, a Comico acerbius perstricto, Ἥκω γὰρ εἰς γῆν τήνδε καὶ ΚΑΤΕΡΧΟΜΑΙ. Quoniam schedae vetant, patior vulgatum, *retentos* aliquantisper isthic declarans. Post pauca iustissimum ἐξ Ἀθηνέων, toties totiesque in Musis pravum: bonum vero ex *Aldo* atque aliis διεχρέετο. Ionici enim commatis χρέεσθαι, eiusdemque conposita. Vide I, 21.

5. Νηὸς Φοινίσσης ἐπιβὰς] Haec ut possent ἐκτραγῳδῆσαι, rerumque humanarum lamentari vicissitudinem, Phoenissae navi scapham subtituerunt piscatoriam; ex *Trogo Iustinus* II, c. 13. hinc *Orosius* II, c. 10. —— Ferebant πλέοντά μιν ἄνεμον Στρυμονίην ὑπολαβεῖν μέγαν καὶ κυματίην. Adfinis Athenienssium et fautor Boreas superbum Regem illaesum dimittere non poterat: ventus Boreas a sua velut sede eximie Στρυμονίας dicebatur; Στρυμονίου Βορέαο meminit *Callim.* h. in Del. ν. 26. ubi notat Ill. *Ez. Spanh.* qui plura dederat ad h. in Dian. v. 114. quo loco respicit *Callim.* epigramma *Simonidis* ab *Athen.* servatum III. p. 125. C. ubi pro Ὠκὺς libenter corrigerem, Ὀξὺς ἀπὸ Θρήκης ὀρνύμενος Βορέης· sic *Boreae penetrabile frigus* indicaretur. —— Quae hic praeterea traduntur Graecorum illa videntur commenta, *Herodoto* minime probata; quod observare debuerat *Brissonius*, hinc illa narrans de R. P. I. p. 33. Vera videbantur *Io. Tzetzae* Chil. I. ν. 996. Ἀπὸ Στρυμόνος δ' ἐπιβὰς νηὸς αὐτὸς Φοινίσσης, Σὺν τοῖς ἀρίστοις τῶν Περσῶν, κλύδωνος γεγονότος, Κέλευσε τούτους ἐκπηδᾶν εἰς θάλασσαν τοῦ πλοίου· Ὅπερ δὴ καὶ δεδράκασιν, ἐκεῖνον προσκυνοῦντες, Ὅπως τὸ πλοῖον κουφισθὲν σώσῃ τὸν βασιλέα. VALCKEN.

6. Ἄνεμον Στρυμονίην] Laurentii a *Strymonia* ansam docto viro praebuit corrigendi Στρυμονίηθεν, quo facile carebimus. Ab amne ventus Boreas Στρυμόνιος et Στρυμονίης, isque inpetuosissimus. *Callimachus* H. in Del. v. 25. Τείχεα μὲν καὶ λᾶες ὑπαὶ βιπῆς κε πέσοιεν ΣΤΡΥΜΟΝΙΟΥ Βορέαο. Hinc *AEschyli* πνοαὶ δ' ἀπὸ Στρυμόνος μολοῦσαι κακόσχολοι Agam. v. 200. *Callimachum* respexisse *Hesychius* videtur in Στρυμόνιος.

18. Ἐκπηδᾶν] Perplacet ἐκπηδέειν, ut ἐνδιατέεσθαι, καταμαργέειν et χρέεσθαι. Quae praecedunt, obiter *Dio Chrys.* attigit Or. XIV. p. 231. B. In proximis χρυσέῃ στεφάνῃ, etsi MSS. vulgatius praebeant, vim non facio. *Homerum* hic sequitur, στεφάνας praecipue, *Eustathio* ad Il. Σ, 597. docente, probantem: adde illi magnum Animadversorem in *Athen.* L. V, 8.

24. Οὗτος δὲ ἄλλος λέγεται λόγος] Scripta exempla,

sed haud probabilis. Abdera ubi sita. Dona diis data ad memoriam pugnæ, etiam Delphos missa,

Ξέρξεω νόῳ, ὐδαμῶς ἔμοιγε πιϛὸς, ὅτε ἄλλως, ὅτε τὸ Περσέων τοῦτο πάθος. εἰ γὰϱ δὴ ταῦτα ὕτω [a] ἐῤῥήθη ἐκ τοῦ κυβεϱνήτεω πϱὸς Ξέρξεα, ὀ μυϱίῃσι γνώμῃσι μίην ὐκ ἔχω ἀντίξοον, [b] μὴ ὐκ ἂν ποιῆσαι βασιλῆα τοιόνδε· τοὺς μὲν [c] ἐπὶ τοῦ καταϛϱώματος, καταβιβάσαι ἐς κοίλην νῆα, ἐόντας Πέρσας, καὶ Περσέων τοὺς πϱώτους· [d] τῶν δ' ἐϱετέων, ἐόντων Φοινίκων, ὅκως ὐκ ἂν ἴσον πλῆθος τοῖσι Πέρσῃσι ἐξέβαλε ἐς τὴν θάλασσαν. ἀλλ' ὁ μὲν, ὡς καὶ [e] πϱότεϱόν μοι εἴϱηται, ὁδῷ χϱεώμενος ἅμα τῷ ἄλλῳ ϛϱατῷ, ἀπενόϛησε ἐς τὴν Ἀσίην. Μέγα δὲ καὶ τόδε μαϱτύϱιον· Φαίνεται γὰϱ Ξέϱξης ὀ τῇ ὀπίσω κομιδῇ ἀπικόμενος ἐς Ἄβδηϱα, καὶ ξεινίην τέ σφι συνθέμενος, καὶ δωϱησάμενος αὐτοὺς ἀκινάκῃ τε χϱυσέῳ καὶ [f] τιήϱῃ χϱυσοπάϛῳ. καὶ, ὡς αὐτοὶ λέγουσι Ἀβδηϱῖται, λέγοντες [g] ἐμοίγε ὐδαμῶς πιϛὰ, πϱῶτον ἐλύσατο τὴν ζώνην φεύγων ἐξ Ἀθηνέων ὀπίσω, ὡς ὀ ἀδείη ἐών. [h] πϱὸς τοῦ Ἑλλησπόντου δὲ μᾶλλον τὰ Ἄβδηϱα ἵδϱυται, ἢ τοῦ Ϛϱυμόνος, καὶ τῆς Ἠιόνος. ὅθεν δή μιν φασὶ ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν νῆα. Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπεί τε ὐκ οἷοί τε [i] ἐγένοντο ἐξελέειν τὴν Ἄνδϱον, ϛϱατωϑέντες ἐς Κάϱυϛον, καὶ [k] δηϊώσαντες αὐτέων τὴν χώϱην, ἀπαλλάσσοντο ἐς Σαλαμῖνα. πϱῶτα μέν [l] νυν τοῖσι θεοῖσι ἐξεῖλον ἀκϱοθίνια ἄλλα τε καὶ τϱιήϱεας τϱεῖς Φοινίσσας· τὴν μὲν, ἐς Ἰσθμὸν ἀναθεῖναι, ἥτις ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν· τὴν δὲ, ἐπὶ Σούνιον· τὴν δὲ, τῷ Αἴαντι αὐτῷ ἐς Σαλαμῖνα. μετὰ δὲ τοῦτο, διεδάσαντο τὴν λῃΐην, καὶ τὰ ἀκϱοθίνια [m] ἀπέπεμψαν ἐς Δελφούς· ἐκ τῶν ἐγένετο ἀνδϱιὰς ἔχων ὀ τῇ χεϱὶ ἀκϱωτήϱιον πηός, ἐὼν μέγαθος [n] δυωκαίδεκα πηχέων· ἑϛήκεε δὲ ὗτος τῇπεϱ ὁ Μακεδὼν Ἀλέξανδϱος ὁ χϱύσεος. [o] Πέμψαντες δὲ ἀκϱοθίνια [p] οἱ Ἕλληνες ἐς Δελφοὺς, ἐπειϱώτεον τὸν θεὸν κοινῇ, εἰ λελάβηκε πλήϱεα καὶ ἀϱεϛὰ τὰ ἀκϱοθίνια. ὁ δὲ παϱ' Ἕλλήνων μὲν τῶν ἄλλων

Xerxis, haudquaquam fidem apud me habet cum propter alia, tum propter istum casum Persarum, nam si ista regi a gubernatore sic dicta sunt, in infinitis sententiis unam non habeo repugnantem, regem non fecisse istud: illos quidem Persas in tabulato iussurum in cavam navem demitti, utpote qui et Persæ et primores Persarum essent, at remigum, qui erant Phœnices, multitudinem Persis numero parem in mare eiecturum. Sed is, ut dictum est superius, itinere pedestri cum reliquo exercitu in Asiam reversus est. Cu- 120
ius rei id quoque magno est testimonio, quod apparet, Xerxem, quum rursus in Asiam reciperet se, Abdera pervenisse, et hospitii fœdus cum illis pactum esse, et acinace aureo eos ac tiara auro intertexta donasse: et ut ipsi oppidani aiunt, quod apud me fide caret, Xerxes, postquam ex Athenis retro fugit, illic primum zonam solvit, utpote iam terrore liber. Sunt autem Abdera propius ad Hellespontum sita quam Strymon, atque Eïon, unde navem illum conscendisse ferunt. Ceterum Græci posteaquam An- 121
499 drum expugnare nequibant, conversi in Carystum, vastato illorum agro rediere Salaminem. Ibi ante omnia diis primitias exemerunt cum alias, tum Phœnisas triremes tres: quarum una reponeretur apud Isthmum, quæ ad meam usque memoriam exstabat; altera apud Sunium, tertia Aiaci illic apud Salaminem. Post hoc prædam dispartivere, et primitias Delphos misere. Ex quibus statua effecta est longitudine cubitorum duodecim, aplustre manu sustinens; eodem in loco stans, ubi Alexander Macedo aureus. Missis Delphos primitiis, Græci 122
publice deum percontati sunt, nunquid perfectas et gratas primitias accepisset. Quibus ille respondit habere se a Græcis qui-

[a] Εἰρέθη *Pasf.*, ἐῤῥέθη *Vind.* [b] Defit *Arcb. Vind.* [c] Ἐκ τοῦ *Arcb. Vind. Valla*, et forte verius. [d] Καὶ τῶν ἐρετ. *Arcb.* [e] *Med. Pasf. Ask.*, ab aliis pronomen negligitur. [f] Τιήρῃ *Arcb. V. Valla*, τιήρεϊ *Med. Ask. Pasf.*, τριήρεϊ *Paris.* tres, *Ald. Brit.* [g] Ἐμοίγε οὐδαμῶς πιϛὰ *Pasf. Ask. Arcb. Vind. Brit.* ora *Steph.*, alii μὲν οὐδαμῶς ἐμοὶ πιϛά. Mox ἐξ Ἀθηναίων omnes praeter *Vallam*, Ἀθηνέων recte legentem. [h] Τὰ δὲ Ἄβδηϱα ἵδϱυται πϱὸς τοῦ Ἑλλησπόντου μᾶλλον ἢ τοῦ *Pasf. Ask. Arcb. Vind.* [i] Ἐγίνοντο *Pasf. Vind. Arcb.*, et ἐξελέειν *Arcb. V.* [k] Δηώσ. *Arcb. Vind.* [l] Defit *Ask.* [m] *Med. Pasf. Ask. Brit.*, alii ἔπεμψαν. Superius ἔδάσαντο *Ask.* [n] *Med. Ask. Pasf.*, ceteri δυώδεκα. *Valla* tantum *decem.* Mox ἔϛηκε *Arcb. Vind.* [o] Haec apud *Plutarcb.* Malign. p. 871. [p] Absunt ista duo *Ask.*, qui mox cum *Pasf.* ἐπειρ., non ἐπηρ., ut antea.

quod impeditum erat, sic optime explicant. Respectus est ad initium C. 118. Vicinum οὕτω εἰρέθη in *Pasf.* nihil habere damnabile, ostendi ad L. IV, 157. atque alibi.

38. Δωρησάμενος αὐτοὺς] Donasse dicitur Abderitanos aureo acinace, καὶ τιήρῃ χρυσοπάϛῳ quod ex Codd. revocabitur; *tiaram* tamen infrequens fuisse puto Regium donum: Acanthios eodem quo Abderitanos honore Rex dignatus VII, c. 116., ἐδωρήσατο ἐσθῆτι Μηδικῇ. Nusquam etiam *auro distinctam* χρυσόπασον memoratam legi *tiaram*; de qua praeter *Brisson.* multa *Gataker* A. M. P. c. 24. sed alibi reperias χρυσόπασον ἐσθῆτα, et τὰ χρυσόπασα τῶν ἐνδυμάτων. Abderitanos splendido Xerxen, eiusque exercitum excepisse convivio constat ex *Herodot.* VII. c. 120. Nescio an alibi tradatur quod nobis narrat *Philostr.* de V. S. p. 494. de *Protagorae* patre Maeandrio Abderitano: δεξάμενος τὸν Ξέρξην οἰκίᾳ τε καὶ δώροις τὴν ξυνουσίαν τῶν Μάγων τῷ παιδὶ παρ' αὐτοῦ εὕρετο. De Protagorae praeceptore *Democrito* huiusque patre paria prodidit *Diogen. Laërt.* IX, 34. testem citans *Herodotum*, de cuius nomine in aliud convertendo alibi coniecturam proposui. VALCKEN.

39. Καὶ τιήρῃ χρυσοπάϛῳ] Ex *Vallae* Latinis locum instauravit *de Pauw:* recte factum MSS. testantur. *Med.* et paucorum τριήρεϊ formam praefert insolitam, nec usquam obviam, cedereque meliori debuit. Quid de docto in Germania viro existimabimus, Aldinum τριήρεϊ χρυσοπάϛῳ tuente et poculum auro inductum excogitante? Quid? Sed mihi tempero. Τριήρης, si qua apud audaciorem poëtam, in Musis et solutae orationis auctoribus, de *poculo* nunquam. Mos quoque Persicus, uti ad hunc diem in Oriente, donare vestes, tiaras, acinaces. De Acanthiis L. VII, 116. καὶ ἐδωρήσατό σφεας ἐσθῆτι Μηδικῇ Xerxes. Post illa ex Codd. λέγοντες ἐμοίγε οὐδαμῶς πιϛὰ, quomodo scriptum superius, reverterunt. Parum quoque afui ab illis, quae isti de Abderorum situ, innovandis. Resedit inpetus. Arripiant, quibus volupe erit.

49. Τὴν μὲν ἐς Ἰσθμὸν ἀναθεῖναι] Priscae pietatis istam partem ostendit magis *Iac. Pb. Thomasinus* Donar. C. 19., quam explicuit. Ad rem significantissimae fuissent dedicatae hae triremes, nec minus a Phormione et popularibus consecrata Neptuno ad Rhium AEtoliae ap. *Thucydidem* II, 84., tum Iovi Casio in Corcyra insula, ex solidiore tamen materia, in *Procopii* B. Goth. L. IV, 22., ut alias ne tangam.

58. Εἰ λελάβηκε] Hic quoque nunc scribi malim εἰ λελαβήκεε, *num accepisset:* quod supra Codices dederunt P. 217, 7. vulgatam praefert ubi haec describit *Plutarch.* de Herod. Mal. p. 871. C. aegerrime ferens, huic de AEginetis iudicio Delphicum Deum hic auctorem inscribi; is enim iuxta *Herod.* ἀπαίτεε αὐτοὺς τὰ ἀριϛήια τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίης· acerbe *Plutarch.* οὐκ ἔτι Σκύθαις, ait, οὐδὲ Πέρσαις, οὐδ' Αἰγυπτίοις τοὺς ἑαυτοῦ λόγους ἀνατίθησι πλάττων· (ὥσπερ Αἴσωπος κόραξι καὶ πιθήκοις) ἀλλὰ τῷ τοῦ Πυθίου προσώπῳ χρώμενος ἐπωθεῖ τῶν Σαλαμῖνι πρωτείων τὰς Ἀθήνας. Quem toties criminose traducit tanquam ad voluntatem Athenienssium loquutum, cur illis hic sponte sua prae-

quidem aliis, verum non ab AEginetis: ſed repoſcebat eos donum optime navatæ ad Salaminem operæ in pugna navali. Id quum audiſſent AEginetæ, aureas ſtellas tres dedicaverunt, quæ ſuper malum navis æreum ſtant
123 apud angulum, proxime Crœſi craterem. Post diſpartitam prædam Græci ad Isthmum navigaverunt, daturi virtutis præmium Græcorum meritisſimo in hoc bello. Eo ubi perventum est, duces Græci in aram Neptuni ſuam quisque ſententiam ſcriptam detulere, quemnam ex omnibus primum et quem ſecundum iudicarent. In ea autem ſuum quisque nomen inſcripſit, ſe illum qui præſtantisſimus extitisſet exiſtimans: ſed in ſecundis partibus Themiſtocli adiudicandis plerique congruerunt. Ita quum ſinguli in primo loco ſingulos calculos haberent, in ſecundo Themiſtocles multo ſuperior extitit. Et licet hanc rem Græci livore
124 ſuperſederint iudicare, in ſuam quisque patriam re non decreta revecti, tamen Themiſtocles et habitus est et celebratus per univerſam Græciam omnium Græcorum longe prudentisſimus. Ipse tamen quia victor non fuisset honore affectus ab iis, qui ad Salaminem dimicasſent, ut honore afficeretur Lacedæmonem ſe contulit. Eum Lacedæmonii et ſplendide exceperunt, et magnifice honoraverunt: et primas quidem partes rei bene geſtæ, Eurybiadæ; ſolertiæ vero ac dexteritatis, Themiſtocli dederunt, utrumque oleagina corona donantes: præterea hunc vehiculo, quod Spartæ erat præſtantisſimum: laudatumque verbis amplisſimis, trecenti ex delectis Spartiatarum, qui equites vocantur, recedentem ad Te-

δολων ἔφησε ἔχειν, παρ' Αἰγινητέων δὲ, οὔ· [a] ἀλλὰ ἀπαίτεε αὐτοὺς τὰ ἀριστήια τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίης. Αἰγινῆται δὲ πυθόμενοι, ἀνέθεσαν ἀστέρας χρυσέους, οἳ ἐπὶ ἑστοῦ χαλκέου ἑστᾶσι τρεῖς ἐπὶ τῆς γωνίης, ἀγχοτάτω τοῦ [b] Κροίσεω κρη-
65τῆρος. Μετὰ δὲ τὴν διαίρεσιν τῆς λείης ἔπλωον οἱ Ἕλληνες ἐς τὸν Ἰσθμὸν, ἀριστήια δώσοντες τῷ ἀξιωτάτῳ γενομένῳ Ἑλλήνων ἀνὰ τὸν πόλεμον τοῦτον. ὡς δὲ ἀπικόμενοι οἱ στρατηγοὶ [c] διένεμον τὰς ψήφους ἐπὶ τοῦ Ποσειδέωνος τῷ βωμῷ, τὸν πρῶ-
70τον καὶ τὸν δεύτερον κρίνοντες ἐκ πάντων· ὀνδαύτα πᾶς τις [d] αὐτέων ἑωυτῷ ἐτίθετο τὴν ψῆφον, αὐτὸς [e] ἕκαστος δοκέων ἄριστος γενέσθαι. δεύτερα δὲ, οἱ πολλοὶ συνεξέπιπτον [f] Θεμιστοκλέα κρίνοντες. οἱ μὲν δὴ ἐμουνοῦντο· Θεμιστοκλέης δὲ δευ-
75τερείοισι ὑπερεβάλλετο πολλόν. Οὐ βουλομένων δὲ ταῦτα κρίνειν τῶν Ἑλλήνων φθόνῳ, ἀλλ' ἀπαλλαγέντων ἑκάστων ἐς τὴν ἑωυτῶν ἀκρίτων, ὅμως Θεμιστοκλέης ἐβώσθη τε καὶ ἐδοξώθη εἶναι ἀνὴρ [g] πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατος ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα.
80Ὅτι δὲ νικῶν οὐκ ἐτιμήθη πρὸς τῶν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχησάντων, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἐς Λακεδαίμονα ἀπίκετο, θέλων τιμηθῆναι· καί μιν Λακεδαιμόνιοι καλῶς μὲν ὑπεδέξαντο, μεγάλως δὲ ἐτίμησαν. ἀριστήια μέν νυν ἔδοσαν Εὐρυβιάδῃ ἐλαίης στέ-
85φανον· σοφίης δὲ καὶ δεξιότητος, Θεμιστοκλέϊ, καὶ τούτῳ στέφανον ἐλαίης. ἐδωρήσαντο [h] δέ μιν ὄχῳ τῷ ἐν Σπάρτῃ καλλιστεύσαντι. αἰτήσαντες δὲ πολλὰ, προέπεμψαν [i] ἀπιόντα τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες, οὗτοι οἵπερ ἱππέες καλέονται, μέχρι [k] οὔρων τῶν

[a] Ἀλλὰ *Arcb. V. Ask.* plene. [b] *Med: Paſ. Ask.*, in *Arcb.* χρυσοῦ, in ceteris Κροίσου. [c] Διενέμοντο *Paris. A. B. Brit. Ald.*, ἔφερον *Arcb. V.*, διένεμον *Med. Paſ. Ask.* [d] Abest *Arcb. V.* [e] Sic omnes; ἕκαστον Edit. *Gronovii* operarum error est. Vide L. III, 82. [f] Θεμιστοκλέα *Arcb. V. Ask.* [g] Πολλῶν ora *Steph.* ex *Aldo*, qui ἐδοξώσθη. [h] Γε *Ask.*, et καλλιστεύοντι *Vind.* [i] Ἀπιόντα *Arcb. V. Paſ. Ask.* margo *Steph.*, ἀπόντα olim. [k] Sic *Arcb.*, οὔρων alii.

praetulisſet AEginetas? Si de AEginetis ſcripta falſa fuisſent, aut Athenis negata, iusſus et illa potuisſet *μετασκευάσαι*· adeo neque huic criminationi ſpecies adest probabilitatis. VALCKEN.

61. Τὰ ἀριστήια τῆς ἐν Σαλαμῖνι &c.] Animadvertit *Plutarchus* liquida in his malignitatis indicia, ſed iratior: poſito animi aeſtu Vit. Themiſt. p. 120. C. Noſtro, neque illaudato, accedit. AEginetis, ſive aſtu id evenerit Spartanorum, ſeu reapse ad Salaminem ceteros gloria anteierint, palmam inter civitates fuisſe contributam, priſcorum conſenſus est, *Diodori* L. XI, 27., *AEliani* Variar. XII, 10. &c. Mox male, etſi crater aureus fuerit, ſchedae *Arcb.* Redi ad L. I, 51.

68. Διένεμον τὰς ψήφους &c.] Nolo, quamquam locuplete priſtinum auctoritate munitur, litem recepto movere. Ἔφερον, quod duobus in Codd., adſtipulatores *Ariſtidem* T. II. p. 218. et *Plutarch.* Them. p. 120. D. nanciſcitur: hic enim ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὴν ψῆφον ΕΦΕΡΟΝ *οἱ στρατηγοὶ*, plenius ille καὶ ΦΕΡΟΝΤΩΝ τὴν ψῆφον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τοῦ Ποσειδῶνος περὶ τῶν ἀριστείων· unde *Canterus* Chaeronenſis arae *Neptuni*, Ποσειδῶνος, titulum inſtauratum voluit, Noſtro praeeunte. Ambo vero in latis ſententiis ab *Herodoto* abeunt, et ſumtas ex ara tabellas, ſive ψήφους ſignificant, nec prave pro diverſo reſpectu. Inſequens δεύτερα δὲ, οἱ πολλοὶ —— accipiendum pro δεύτερον δὲ ——. *Ariſtides*, ἕκαστος γὰρ ἑαυτὸν πρῶτον φέρων, δεύτερον συνεξέπιπτον ἅπαντες φέροντες Θεμιστοκλέα, Herodotea adumbrans, in quibus συνεξέπιπτον, ſollemne in tabellis et ſortibus, urna cadentibus L. I, 206. V, 22., oppido venuſtum.

68. Διένεμον τὰς ψήφους] Revocarem reiectum διενέμοντο. Athenis, cauſa utrimque dicta, qui iudicibus diſtribuebant ſingulis τὰς δύο ψήφους, hi dici poterant διανέμειν τὰς ψήφους. Sed apud *Herod.* Graeci duces *inter ſe calculos dividentes*, quibus ferrent ſuffragia, διενέμοντο τὰς ψήφους· et quidem ἐπὶ τοῦ Ποσειδέωνος τῷ βωμῷ· *ad altare* Isthmii *Neptuni*; ut Dei maieſtate moti ſancte iudicarent: τὸν πρῶτον καὶ τὸν δεύτερον κρίνοντες (ſive κρινέοντες, *iudicaturi*) ἐκ πάντων. Herodotea *Plutarch.* interpretatur in Them. p. 120. D. ἀναχωρήσαντες εἰς τὸν Ἰσθμὸν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὴν ψῆφον ἔφερον οἱ στρατηγοί. Hoc Athenis etiam nonnunquam factum liquet ex *Demoſth.* de Cor. p. 162., ubi ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου dicitur ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέρουσα τὴν ψῆφον. Or. c. Macart. p. 601., τὴν ψῆφον, καιομένων τῶν ἱερῶν, ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέροντες τοῦ Διὸς τοῦ Φρατρίου, —— ἐψηφίσαντο τὰ δίκαια. —— Mera iterum est cavillatio, quod ſcribit *Plutarch.* T. II. p. 871. D. qui ipsemet dixerat in Themiſt. p. 120. D. Θεμιστοκλεῖ δὲ (καίπερ ἄκοντες ὑπὸ φθόνου) τὸ πρωτεῖον ἀπέδοσαν ἅπαντες. VALCKEN.

78. Ἐβώσθη τε καὶ ἐδοξώθη] Vindicavimus prius ab iniuria *H. Stephani* L. VI, 131. Ἐδοξώθη in eadem Recenſione Voc. Herod. legi poſſe ἐδοξώσθη, quod utique ipse, *Aldo* deſerto, mutaverat, ſuſpicionem movet, nec urget tamen, idque rectisſime.

81. Ἐς Λακεδ. ἀπίκετο, θέλων] Veriſimilius mihi videtur quod *Plutarch.* narrat in Themiſt. p. 120. D. Spartam vocatum deductumque a Lacedaemoniis fuisſe Themiſtoclem, ſibi nempe metuentibus nunc tandem, μήποτε Θεμιστοκλῆς, ἀγαναχτήσας ἐπὶ τῷ σύμβεβηκότι, κακὸν μέγα βουλεύσηται κατ' αὐτῶν καὶ τῶν Ἑλλήνων, ut ſcribit *Diodor.* XI, c. 27. idcirco tum ἐτίμησαν αὐτὸν διπλασίοις δωρεαῖς τῶν τὰ ἀριστεῖα εἰληφότων· iuxta *Libanium* T. I. p. 14. C. illum ἐστεφάνουν, τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας ἀφορμὴν ποιούμενοι τὴν ἐκείνου διάνοιαν· multiplicem honorem ipſi tum tributum a Lacedaemoniis enarrat et *Plutarch.* — In *Herod.* legerem ex marg. *Stephan.* προέπεμψαν ἀπιόντα τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες· quo honore neminem alium dicuntur proſequuti: hoc apud *Thucydid.* I, c. 74., Spartanis in memoriam revocat orator Atticus; *Themiſtocles*, ait, αἰτιώτατος ἐν τῷ σενῷ ναυμαχῆσαι ἐγένετο, ὅπερ σαφέστατα ἔσωσε τὰ πράγματα· καὶ αὐτοὶ διὰ τοῦτο δὴ μάλιστα ἐτιμήσατε ἄνδρα ξένον τῶν ὡς ὑμᾶς ἐλθόντων· ſic ſcripta Codices exhibent. VALCKEN.

88. Προέπεμψαν ἀπιόντα] Non neſcio patrocinium, veteri ἀνιόντα paratum. Praeſtat ex ſcriptis exemplis

Themistoclis obtrectator Timodemus derisus. Artabazus Xerxen deduxit ad traiectum, ac mox circa Pallenen res gerit.

500 τῶν Τεγεητικῶν. μοῦνον δὴ τοῦτον πάντων ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Σπαρτιῆται προέπεμψαν. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας, ἐνθαῦτα Τιμόδημος [a] Ἀφιδναῖος, τῶν ἐχθρῶν μὲν τῶν Θεμιστοκλέος ἐών, ἄλλως δὲ οὐ τῶν [b] ἐπιφανέων ἀνδρῶν φθόνῳ καταμαργέων, ὠνείκεε τὸν Θεμιστοκλέα, τὴν [c] ἐς Λακεδαίμονα ἄπιξιν προφέρων, ὡς διὰ τὰς Ἀθήνας ἔχοι τὰ γέρεα τὰ παρὰ Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οὐ δι' ἑωυτόν. ὁ δὲ, [d] ἐπεί τε οὐκ ἐπαύετο ταῦτα λέγων ὁ Τιμόδημος, εἶπε, „ Οὕτω ἔχει τοι· οὔτ' „ ἂν ἐγὼ ἐὼν Βελβινίτης ἐτιμήθην οὕτω πρὸς Σπαρ„τιητέων, [e] οὔτ' ἂν σὺ ὢν Ἀθηναῖος, ἐὼν Ἀθηναῖος". ταῦτα μέν νυν ἐς [f] τοσοῦτον ἐγένετο. Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος, ἀνὴρ ὢν Πέρσῃσι λόγιμος καὶ πρόσθεν ἐών, ἐκ δὲ τῶν Πλαταιϊκῶν καὶ μᾶλλον ἔτι γενόμενος, ἔχων ἐξ μυριάδας [g] στρατοῦ, τὸν Μαρδόνιος ἐξελέξατο, προέπεμπε βασιλῆα μέχρι τοῦ πόρου. ὡς δὲ ὁ μὲν [h] ἦν ἐν τῇ Ἀσίῃ, ὁ δὲ, ὀπίσω πορευόμενος, κατὰ τὴν Παλλήνην ἐγένετο, ἅτε Μαρδονίου τε χειμερίζοντος περὶ Θεσσαλίην τε καὶ Μακεδονίην, καὶ οὐδέν κω κατεπείγοντος ἥκειν ἐς τὸ ἄλλο στρατόπεδον, οὐκ ἐδό-

Tegeaticos usque fines comitati sunt. Hunc solum ex omnibus quos novimus hominibus Spartiatæ abeuntem deduxerunt. Eidem, postquam ex Lacedæmone Athenas venit, ibi Timodemus Aphidnæus unus ex inimicis eius, alioqui non e claris viris, livore insaniens, crimini dabat itionem in Spartam: dicens illum Athenarum respectu, non sui, ab Lacedæmoniis honores asequutum. Et quum non faceret finem talia dicendi, inquit ei Themistocles, O homo, ita res habet, neque ego si Belbinitanus forem, sic a Spartanis honoratus fuissem: neque tu, etsi Athenienſis. Atque hæc hactenus. Artabazus autem Pharnacis filius, vir inter Persas cum antea illustris, tum ex rebus Platæensibus factus illustrior, regem deducebat sexaginta millibus ex exercitu, quem sibi Mardonius delegerat: quem ubi traiectu tenus comitatus est, quum iam ille in Asia esset, regressus circa Pallenen agebat, utpote Mardonio per Thessaliam Macedoniamque hybernante, nec etiamdum urgente venire in alia castra, non existimabat ius esse non di-

a Ἀθηναῖος *Arch.*, *Valla* neutrum habet. *b* Ἐπιφ. ἀνδρῶν *Arch. V. Pasſ. Valla*, *Steph.* margo: deerat ultimum. Porro καταμαργέων *Arch. Vind. Valla*, non uti ceteri; καταμαρπτέων. *c* Ἐς Σπάρτην iidem, alterutrum scholion est. Mox ἔχοι *Med. Pasſ. V. Ask. Paris. B.*, reliqui ἔχει. *d* Ἐπεί τε οὐκ ἐπ. *Med. Pasſ. Ask. Arch. V. Brit. Valla*: antea ἐνέκειτο καὶ οὐκ ἐπ. *e* Οὔτε σὺ *Arch. V.* *f* *Med. Ask.*, τοσοῦτο *Pasſ. Arch. V.*, levi discrimine: praeterea μὲν tantum *Ask. Med. Pasſ.*, ceteri cum *Aldo* μέν νυν. Vid. Miscell. Observ. Vol. III. p. 146. *g* Στρατοῦ τοῦ *Med. Pasſ. Arch. Ask.*, στρατοῦ τὸν *Vind.*, alii στρατοῦ ὃν cum *Aldo*. *h* Desideratur ἦν in *Pasſ.* et *Med.* non absurde; mox *Pasſ.* ἐγίνετο cum *Vind.*

depromtum, estque apud *Aristidem* T. II. p. 219. in memorabili hoc Atticum imperatorem deducentium et prosequentium comitatu: memorabili inquam; nihil sane ad honorem amplius et ad gloriam magnificentius publice a Spartanis laudato accedere potuit, quam a trecentis equitibus, primae nobilitatis, et regum stipatoribus L. VI, 56., ad Laconicae fines honorifice deduci. Praedicant hoc eius decus *Aristides*, *Plutarchus*, Athenienſiumque legati, ad Spartanos perorantes in *Thucydidis* L. I, 74.

93. Τιμόδημος Ἀφιδναῖος] *Vallae* Ἀφιδναῖον haud agnoscenti, nedum Ἀθηναῖον, modo plures adforent suffragatores, adsensum cupide praeberem. Timodemus *Belbinita* fuit. Memini pulcre, *Io. Meursium* insulam Belbinam Atticae populis sive pagis sine teste inseruisse, et *Sponii* meruisse censuram, errantis tamen longe ob negatos insulae incolas. Alia omnia *Strabo* VIII. p. 576. et IX. p. 611. Iam Belbinita si Timodemus, quomodo *Aphidnaeus?* Nam Ἀθηναῖος *Arch.* ex sequentibus, quoniam librarius, sicuti in *Valla*, aliquid deesse suspicabatur, huc venisse videtur. Fuisse vero Belbinitanum acre Themistoclis responsum arguit. Simile *Platonis* de Rep. I. p. 330. A. et *Plut.* Them. p. 121. A., quo Seriphio obtrectatori Themistocles, ἀλλ' οὔτ' ἂν ἐγὼ Σερίφιος ὢν, ἐγενόμην ἔνδοξος, οὔτε σὺ Ἀθηναῖος. Qui quidem ex insula Seripho, hic ergo ex Belbina, insula ex adverso Atticae obscuriore, cuius habitatores ob vilitatem adeo contemtibiles, ut Βελβινίτης Graecorum conviciis celebraretur. Testis est *Teles* philosophus apud *Stob.* Serm. XXXVIII. p. 233., ubi nunc Βελβινθείτης, sed ad Nostri praescriptum de *Abr. Ortelii* sententia reformandus. Si boni tamen commatis Ἀφιδναῖος, quod valde metuo, quippe dicto Themistocleo nervos incidens, solum superest, ut Timodemus, domo Belbinita, ius civitatis Athenis ob nescio quae merita, qualis Cl. *de Pauw* divinatio, consecutus fuerit et Aphidnaeis additus.

93. Τιμόδημος Ἀφιδναῖος] Adversarium in administranda republica, saepius expertus Aristiden, habuit et Alcmaeonem Themistocles teste *Plutarcho* II. pag. 805. Hic memoratus virtutis Themistoclis ignobilis obtrectator Timodemus demo censebatur *Aphidnaeus*, ut supra Callimachus fuisse dicitur Polemarchus VI, c. 109. *H. Steph.* ad h. l. *Valla*, inquit, Ἀφιδναῖος *omisit*, *aut potius non legit*, *quod certe suspectum etiam reddunt quae sequuntur*: *Vallae* potius suspectam fuisse puto Codicis scriptionem Ἀθηναῖος, in *Arch.* etiam inventam, atque illum omittendum censuisse quod emendare non poterat. *Kuhnius* in *Pausania*, et vir Doctiss. *Aug. van Staveren* in *Apollodoro* corrigunt Ἀφίδνας pro Ἀθήνας· vid. Miscell. Obs. X. p. 382. vereor ne correctiones istas labefactet epigramma Cypselidarum ad eamdem pertinens Castorum historiam apud *Pausan.* V, p. 425. Τυνδαρίδα Ἐλέναν φέρετον, Ἄθραν δ' Ἀθέναθεν Ἔλκετον· et quidni canere potuit de Therapnaeis fratribus *Alcman*, ὡς Ἀθήνας ἔλοιεν. —— Eximiam mox lectionem, φθόνῳ καταμαργέων, *Herodoto* vindicavit Clar. *Wesſ.* in Disſ. *Herod.* p. 203. VALCKEN.

94. Ἐπιφανέων ἀνδρῶν] Adiuncto ex schedis nihil ad hanc rem utilius. Retinendumne vero καταμαρπτέων an *Codd.* καταμαργέων revocandum, haesitavi. Visum hoc, a *Valla*, quod *Portus* coniiciendo tenuit, lectum, aequius melius. Nam καταμάρπτειν, in prehendendo tritum, solitarie deponi, vix tolerabile. Contra καταμαργᾶν et more Ionico καταμαργέειν, protervi hominis et invidia rumpentis insaniam egregie declarat. Quo qui ingenio μεμαργωμένοι κυνοβρασεῖς *AEschylo* Supp. v. 766. In vicinis scholion ἐνέκειτο καὶ MSS. extrudunt, alioqui non in absurdis, uti L. VII, 158.

99. Οὔτ' ἂν ἐγὼ ἐὼν Βελβινίτης] Unius *Herodoto Platonis* opponi potest testimonium (nam a *Platone* sumserunt *Cicero* ceterique) L. I. de Rep. p. 329, 330. τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους εὖ ἔχει, ὃς τῷ Σεριφίῳ λοιδορουμένῳ καὶ λέγοντι, ὅτι οὐ δι' αὐτὸν ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν εὐδοκιμοῖ, ἀπεκρίνατο, ὅτι οὔτ' ἂν αὐτὸς Σερίφιος ὢν ὀνομαστὸς ἐγένετο, οὔτ' ἂν ἐκεῖνος Ἀθηναῖος· velut Seriphio cuidam dictum habet et *Plutarch.* T. I. p. 121. A. II. p. 185. C. qui dictum etiam Stratonici nobis servavit ad hospitem quemdam suum Seriphium T. II. p. 602. A. *Ciceronis* de Senect. c. 3. verba compararunt ad illa *Platonis* praeter illius interpretes *P. Leopard.* Em. XVIII, c. 23. et *Andr. Dounaeus* in Dem. p. 34. —— Herodotei Themistoclis Βελβινίτης, sive potius Βελβινήτης, obscurae cuiusdam insulae *Belbinae* civis fuit, quae ab Attices promontorio Sunio non longe remota *Scylaci* p. 45. memoratur et *Straboni*: vid. *Pinedo* et *Berkel.* ad *Steph. Byz.* in Βέλβινα· hinc Βελβινήτης formatum praeter *Berkel.* et *Holſten.* vidit *Io. Meurs.* Misc. Lacon. IV, c. 4. qui, istius insulae non recordatus, insulanum tamen sensit debuisse designari *Teleti* apud *Stobaeum* p. 233, 5. καὶ ὀνειδίζουσι μὲν, ὅτι Κύπριος, ὁ Μυκώνιος, ὁ Βελβινθείτης· corrigens Βελβινήτης· sed qui tam multa de nobilisima insula Cypro collegerat mirari certe debuit, hic tanquam convitium poni si quis dicatur Cyprius: libenter ista sic corrigerem: καὶ ὀνειδίζουσι μὲν ὅτι Κύθνιος, ὅτι Μυκώνιος, ὅτι Βελβινήτης. VALCKEN.

5. Στρατοῦ, τὸν Μαρδόνιος] Nimiae doctisimorum virorum in re me iudice, aperta fluctuationes. Mardonius legerat sibi, Xerxe largiente, ex inmanibus eius copiis CCC. millia; quo de Mardonii exercitu Ar-

diripere rebelles. Potidæatas, in quos casu incidisset. Etenim Potidæatæ, postquam rex præteriit, et classis Persica a Salamine fugiens abiit, manifeste a barbaris defecerant: mox aliis quoque qui Pallenen incolebant rebellantibus. Tunc vero Artabazus
127 Potidæam obsedit: sed suspicatus etiam Olynthios ab rege deficere, et ipsam obsedit. Eam autem tenebant Bottiæi, qui e sinu Thermæo fuerant a Macedonibus eiecti. Hos Artabazus postquam obsidione cepit, in paludem deductos trucidavit, urbemque administrandam Critobulo Toronæo tradidit, et generi Chalcidico. Ita Chalcidenses Olynthum obtinuere. Expugnata Olyntho
128 Artabazus Potidææ impensius incumbebat. Hoc faciens, cum Timoxeno Scionæorum magistratu de facienda proditione transigit, incertum mihi quonam modo ab initio; neque enim traditur: ad extremum ita evenit: Quoties exaraverat libellum aut Timoxenus ad Artabazum mittere volens, aut Artabazus ad Timoxenum, eum sagittæ circumvolvebant prope crenas, et aptatum quasi alas, ad locum de quo convenerat sagittam emittebat. Sed Timoxenus qui Potidæam prodebat, proditionis compertus est: nam Artabazus ad compactum locum sagittam dirigens, frustrante iactu humerum cuiusdam Potidæatæ percussit. Quem saucium turba quum circumcurrisset, ut adsolet in bello fieri, hi subito sagittam, quum animadverterent libellum, nacti detulerunt ad magistratus: aderat autem et ceterorum Pallenensium commilitium. Perlecto libello magistratus et cognito proditionis autore, non tamen censuerunt Timoxenum esse proditionis supplicio plectendum, Scionææ civitatis gratia, ne in posterum semper Scionæi pro proditoribus haberentur. Atque hunc quidem in modum Timoxenus prodi-
129 tionis manifestus fuit. Artabazum vero tres iam

οὔτ' εἰ αὐτέων περιῆναι ἠθέλησε εἴ τι ἀλκῆς [a] μετέχουσι. ὡς δὲ ὀπίσω ἀπήλασαν οἱ ἵπποται, πέμψας Μαρδόνιος κήρυκα, ἔλεγε τάδε, „ Θαρσέετε ὦ „ Φωκέες· ἄνδρες γὰρ ἐφάνητε ἐόντες ἀγαθοὶ, οὐκ ὡς „ ἐγὼ ἐπυνθανόμην. καὶ νῦν προθύμως φέρετε τὸν πό- „ λεμον τοῦτον· εὐεργεσίῃσι γὰρ οὐ νικήσετε [b] οὔτε ὦν „ ἐμὲ, οὔτε βασιλῆα". τὰ περὶ Φωκέων μὲν ἐς [c] τοσοῦτον ἐγένετο. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ὡς ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἦλθον, ἐν τούτῳ ἐστρατοπεδεύοντο. πυνθανόμενοι δὲ ταῦτα οἱ [d] λοιποὶ Πελοποννήσιοι, τοῖσι τὰ ἀμείνω ἐάνδανε, οἱ δὲ καὶ ὀρέοντες ἐξιόντας Σπαρτιήτας, οὐκ ἐδικαίευν λείπεσθαι τῆς ἐξόδου Λακεδαιμονίων. ἐκ δὴ ὧν τοῦ Ἰσθμοῦ καλλιερησάντων τῶν ἱρῶν ἐπορεύοντο πάντες, καὶ ἀπικνέονται ἐς Ἐλευσῖνα· ποιήσαντες δὲ καὶ σφι ταῦτα ἱρὰ, ὡς σφι ἐκαλλιερέετο, πρόσω ἐπορεύοντο· Ἀθηναῖοι δὲ ἅμα αὐτοῖσι, διαβάντες μὲν ἐκ Σαλαμῖνος, συμμιγέντες δὲ ἐν Ἐλευσῖνι. [e] ὡς δὲ ἄρα ἀπίκοντο τῆς Βοιωτίης ἐς Ἐρυθρὰς, ἐμαθόν τε δὴ τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ στρατοπεδευομένους· φρασθέντες δὲ τοῦτο, ἀντετάσσοντο ἐπὶ τῆς [f] ὑπωρείης τοῦ Κιθαιρῶνος. Μαρδόνιος δὲ, ὡς οὐ κατέβαινον οἱ Ἕλληνες ἐς τὸ πεδίον, πέμπει [g] ἐς αὐτοὺς πᾶσαν τὴν ἵππον, τῆς ἱππάρχεε Μασίστιος, εὐδοκιμέων παρὰ Πέρσῃσι· τὸν Ἕλληνες [h] Μαρδόνιον καλέουσι, ἵππον ἔχων Νισαῖον χρυσοχάλινόν τε, καὶ ἄλλως κεκοσμημένον καλῶς. ἐνθαῦτα ὡς προσήλασαν οἱ ἱππόται πρὸς τοὺς Ἕλληνας, [i] προσέβαλλον κατὰ τέλεα· προσβαλόντες δὲ, κακὰ μεγάλα ἐργάζοντο, καὶ γυναικὰς σφέας ἀπεκάλεον. Κατὰ συντυχίην δὲ Μεγαρέες ἔτυχον ταχθέντες [k] ἢ τὸ ἐπιμαχώτατον ἦν τοῦ χωρίου παντὸς, [l] καὶ πρόσοδος μάλιστα ταύτῃ ἐγίνετο τῇ ἵππῳ. προσβαλούσης ὦν τῆς ἵππου, οἱ Μεγαρέες πιεζόμενοι ἔπεμπον ἐπὶ τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων κήρυκα. ἀπικόμενος δὲ ὁ κήρυξ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγε τάδε, „ Μεγαρέες λέγουσι, Ἡμεῖς, „ ἄνδρες σύμμαχοι, οὐ δυνατοί εἰμεν τὴν Περσέων ἵπ- „ ποι δέκεσθαι μοῦνοι, ἔχοντες στάσιν ταύτην [m] ἐς „ τὴν ἔστημεν ἀρχήν· ἀλλὰ καὶ ἐς τόδε λιπαρίῃ τε „ καὶ ἀρετῇ ἀντέχομεν, καίπερ [n] πιεζεύμενοι. νῦν „ τε, εἰ μή τινας ἄλλους [o] πέμψητε διαδόχους τῆς „ τάξιος, ἴστε ἡμέας ἐκλείψοντας τὴν τάξιν". ὁ μὲν δὴ σφι ταῦτα [p] ἀπήγγελε. Παυσανίης δὲ ἀπεπειρᾶτο τῶν Ἑλλήνων, εἴ τινες ἐθέλοιεν ἄλλοι ἐθελοντὴ

luerit num quid isti roboris haberent: Post absessum autem equitatus, misso ad eos præcone, Mardonius ita inquit; Bono estote Phocenses animo: viros enim strenuos vos esse dedistis specimen, non tales quales ego audieram. Quo magis alacri animo tolerate hoc bellum: non enim aut me beneficiis aut regem vincetis. Hactenus quæ circa Phocenses sunt gesta. Lacedæmonii ubi ad Isthmum venere, illic castra communiere: quod quum audirent ceteri Peloponnenses, quibus meliora cordi erant, alii quoque cernerent Spartiatas egressos, indignum putaverunt a Lacedæmoniis se in exeundo superari: itaque quum pulchre litatum esset, cuncti ex Isthmo profecti sunt et Eleusinem perveniunt: ubi quum factis sacris etiam pulchra fuissent exta, ire perrexerunt; cumque illis Athenienses e Salamine transmittentes, et in Eleusine admixti. Isti postea quam ad Erythras Bœotiæ venere, cognito barbaros ad Asopum castra habere, inito de hac re consilio, e regione tetenderunt ad Cithæronis radices. In quos Mardonius, quod in campum non descenderent, omnem immittit equitatum, cui præerat Masistius a Græcis Macisius dictus, vir apud Persas inclytus, Nisæo equo insidens, aureo freno et aliis insignibus eximie ornato. Equites ubi appropinquarunt Græcis, per turmas aggressi, multum detrimenti inferebant, et feminas eos appellabant. Erant forte Megarenses ea parte collocati, qua nulla alia magis oppugnari nullaque magis ab equitatu adiri poterat: hac, impressione facta equitum, Megarenses quia premebantur, mittunt ad duces Græcorum præconem, qui ita, quum venit, verba fecit, Megarenses aiunt, viri socii, Nos excipiendo hostium equitatui soli impares sumus, qui tenemus hanc, in qua collocati sumus principio stationem: ubi hactenus tametsi pressi, tamen strenue fortiterque restitimus: nunc nisi alios nobis substituatis, qui excipiant pugnam, scitote nos ab acie discessuros. Hæc ubi præco nunciavit, Pausanias experiri fecit Græcos, siqui

a Ἔχουσι ora *Steph.* *b Med. Pass. Ask. Arch.*, ὧν omittebatur. *c* Τοσοῦτο *Pass.* *d* Defit *Arch.* *e* Ἐκ *Arch.* *f* Sic omnes, alibi ὑπωρέης. *g Med. Pass. Ask. Vind. Arch.*, antea ἐπ' αὐτ. *h* Μαχίσιον margo *Steph. Pass. Ask. Arch. Vind.*, mox Νησαῖον *Arch.* et *Ald.* Sed adi a L. VII, 40. *i* Προσέβαλον *Arch.*, et προσβάλλοντες in proximis *Vind.* *k* Ἧι τε *Arch. Vind.* *l* Καὶ ἡ προσ. iidem, neutrum displicet. *m* Ἐπ' ἣν *Arch. V.* *n* Πιεζεύμενοι recte iidem, pro vulgato πιεζόμενοι. *o* Πέμψητε *Arch. V.*, in aliis πέμψετε. *p* Ἀπήγγελε *V. Pass. Ask.*

10. Καλλιερησάντων τῶν ἱρῶν] Frustra τῶν ἱρέων corrigitur. Latinis *victima caesa litat*, ut *Martiali* L. X. Ep. 73., *victima diti patri caesa litavit*, recte *Graevius* in *Suetonii* Oth. C. 8. Vide *Franc. Oudendorpium* ad *Lucan.* VI, 524. Graecis itidem, quoties fausta exta ostentat, καλλιερεῖ. Noster C. 37. ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλιέρεε —— οὔτε αὐτοῖσι Πέρσῃσι, videlicet τὰ ἱρά· et C. 95. τοῖς δὲ Ἕλλησι ὡς οὐκ ἐκαλλιέρησε. Docte super verbo Scholiastes in *Gregor. Nazianz.* Stelit. II. p. 87. Sequens ἱρὰ ποιήσαντες consimile habet ἢν θυσίην τις δημοτελῆ ποιέηται L. VI, 57. et L. IV, 60. θυσίη ἐρδομένη. Alia hoc de genere *Is. Casaubon.* Animadv. *Athen.* L. XIV, 23.

15. Ὡς — ἀπίκοντο ἐς Ἐρυθρὰς] Huc antequam cum ceteris Graecis venirent Athenienses, in Isthmo iusiurandum iurasse perhibentur libertatis defensores, cuius formulam exhibet *Diodor. Sicul.* XI, c. 29. sed ab Athenienſibus illam fuisse confictam non immerito credidisse videtur *Theopompus*: vid. Clar. *Wessel.* ad *Diodor.* quaeque ad *Herod.* notata sunt P. 429. —— Quem mox vocat Μασίστιον, illum inquit *Herod.* Ἕλληνες Μαχίσιον καλέουσι· ibi dabunt forsan et alii Codd. Μαχίσιον, ut est in *Arch.* teste *Galeo*, et in marg. *Steph.* VALCKEN.

21. Τὸν Ἕλληνες Μαχίσιον καλέουσι] Si Μαχίσιον adpellarint, quomodo meliores schedae, spectarunt fortasse suum μάχιος, ad viri magnitudinem indicandam: verum arduum hoc definitu. Memorant hominem *Pausanias*, *Plutarchus*, alii, Μασίστιον adpellantes, *Tzetzes* quoque Chiliad. I, 993., turpiter tamen eundem ac Xerxis fratrem *Masistam*, quo de C. 110., arbitratus.

34. Δέκεσθαι μοῦνοι, ἔχοντες &c.] Haec ita nexuit *Aldus* et *Valla*, conmodius, me iudice, vulgata interpunctione post δέκεσθαι. Soli Megarenses equitum inpressionem sustinere haud valebant, hinc nuncius ad Pausaniam. Atque hoc *Diodorus* L. XI, 30. et *Plut.* Aristid. p. 326. E. clarissime. Falsum praeterea, solos tum Megarenses stationem, sibi principio contributam, tutatos. In vicinis cur πέμψητε et πιεζεύμενοι iussu scriptorum exemplarium admiserim, nemini mirum eveniet: pro altero sermonis series, dialectus pro altero propugnat.

50. Προ-

siqui alii ultro ad locum irent, ut Megarensibus succederent. Recusantibus ceteris, Athenienses susceperе hoc munus, videlicet eorum trecenti delecti, quibus præerat O-
22 lympiodorus Lamponis filius. Hi fuere, qui succederent, et præ aliis Græcis ad Erythras castra habentibus in aciem compositi fuerunt, sagittariis assumptis: qui quum aliquamdiu pugnassent, hic fuit pugnæ exitus: Impressionem faciente per turmas equitatu, equus Masistii, ut erat præ aliis eminens, sagitta latera ictus est: quo dolore in pedes erectus, Masistium excussit. Collapsum confestim Athenienses urgent: et tum equum prehendunt, tum hominem sese defensantem interimunt, quum aliquamdiu non potuissent. Ita enim erat armatus: scilicet intus gerebat thoracem aureis squamis consertum, desuper purpuream tunicam. Eius thoracem quum ferirent, non prius aliquid profecerunt, quam quidam re animadversa illum percussit in oculo. Ita Masistius collapsus interiit. Hæc autem res latebat alios equites: non enim eum aut ab equo cadentem viderant aut occumbentem: et quum in prælio fieret nunc recessus, nunc subvectio, quod actum erat non cognovere; sed postquam constitere, quia nemo ipsis imperabat, statim desideraverunt: cognitoque quod gestum erat, mutuo se adhortati, omnes in hostem equos admisere, ut cada-
23 ver eriperent. Eos autem conspicati Athenienses non iam turmatim sed universos pariter irruere, ceterum exercitum inclamaverunt. Sed dum omnis peditatus auxilio veniebat, interea cietur acre prœlium de ca-

ταὶ ἵεναι [a] τε ἐς τὸν χῶρον τοῦτον καὶ τάσσεσθαι διάδοχοι Μεγαρεῦσι. οὐ βουλομένων δὲ τῶν ἄλλων, 517
Ἀθηναῖοι ὑπεδέξαντο, καὶ Ἀθηναίων οἱ τριηκόσιοι λογάδες, τῶν ἐλοχήγεε Ὀλυμπιόδωρος ὁ Λάμπωνος. Οὗτοι ἔσαν οἵ [b] τε ὑποδεξάμενοι, καὶ οἱ πρὸ τῶν ἄλλων τῶν παρεόντων Ἑλλήνων ἐς Ἐρυθρὰς ταχθέντες, τοὺς τοξότας προσελόμενοι. μαχομένων δὲ σφεων ἐπὶ χρόνον, τέλος τοιόνδε ἐγένετο [c] ἐπὶ τῆς μάχης· προσβαλούσης τῆς ἵππου κατὰ τέλεα, ὁ Μασιστίου προέχων τῶν ἄλλων ἵππος βάλλεται τοξεύματι τὰ πλευρά· ἀλγήσας δὲ, [d] ἴσατο ὀρθὸς, καὶ ἀποσείεται τὸν Μασίστιον. πεσόντι δὲ αὐτῷ οἱ Ἀθηναῖοι αὐτίκα ἐπεκέατο· τόν τε δὴ ἵππον αὐτοῦ λαμβάνουσι, καὶ αὐτὸν ἀμυνόμενον κτείνουσι, κατ' ἀρχὰς οὐ δυνάμενοι. διεσκεύαστο γὰρ οὕτω· ὑπὸς θώρηκα εἶχε χρύσεον λεπιδωτόν· κατύπερθε δὲ τοῦ θώρηκος, χιτῶνα φοινίκεον [e] ἐνεδεδύκεε. τύπτοντες δὲ ἐς τὸν [f] θώρηκα, ἐποίευν οὐδέν· πρίν γε δή [g] μαθών τις τὸ ποιεύμενον, παίει ἐς τὸν ὀφθαλμόν· οὕτω δὴ ἔπεσέ τε καὶ ἀπέθανε· ταῦτα δέ κως γινόμενα ἐλελήθεε τοὺς ἄλλους ἱππέας. οὔτε γὰρ πεσόντα μιν εἶδον ἀπὸ τοῦ ἵππου, οὔτε ἀποθνήσκοντα. ἀναχωρήσιός τε γινομένης καὶ ὑποστροφῆς, οὐκ ἔμαθον τὸ γινόμενον· ἐπεί τε δὲ ἔστησαν, αὐτίκα ἐπόθεσαν, ὡς σφεας οὐδεὶς ἦν ὁ τάσσων. μαθόντες δὲ τὸ γεγονὸς, διακελευσάμενοι, ἤλαυνον τοὺς ἵππους πάντες, ὡς ἂν [h] τὸν νεκρὸν ἀνελοίατο. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι οὐκέτι κατὰ τέλεα προσελαύνοντας τοὺς ἱππέας, [i] ἀλλ' ἅμα πάντας, τὴν ἄλλην στρατιὴν ἐπεβώσαντο. ἐπὶ σφι δὲ ὁ πεζὸς ἅπας [k] ἐβώθεε, ἐν τούτῳ μάχη ὀξέα περὶ

a Desit *Ask.* *b* Deest *Arcb. V.* *c* Ἐπὶ τῆς *Med. Pasi. Ask.*, ceteri praepositionem non agnoscunt, quodammodo supervacuam, tum in *Arcb.* προσβαλλούσ., et supra προελόμ., *Pasi.* *d* Ἴσαταί τε ὀρθ. *Pasi.* Post nonnulla τόν τε δὴ ἵππ. *Vind.*, τήν τε δὴ *Arcb.*: *Vind.* sequor. Vid. L. III, 36. et inf. C. 26. *e* Ἐνδεδ. sine augmento *Arcb. Vind.*, Ionum more. *f* Θώρηκα, ἐποίευν omisso medio αὐτοῦ *Pasi. Med. Brit. Paris. B. Ask. Vind.* *g* Μαθόντες *Brit.* *b* Τόν γε νεκρ. *Vind.* *i* Ἀλλ' ἅμα πάντ. *Arcb. V.*, ἅμα aberat. *k* Ἐβώθεε iidem, alii ἐπεβοήθεε.

50. Προέχων] *Prae aliis eminens* in Latinis, melius, quae et *Pavii* observatio, *prae aliis longius provectus*: sequentia suadent; nam si in media suorum turma Masistius cecidisset, illud ignorare ipsius equites non potuissent: et ignorarunt tamen. Talem, ceteros praeeuntem, equum Poëta *Iliad.* Ψ. v. 453. ἵππον ἀριπρεπέα προΰχοντα dixit. Inspice *Eustathium*, προελαύνοντα explicantem, p. 1303, 37.

51. Ἴσαται ὀρθὸς καὶ ἀποσείεται] Ut L. VII, c. 88., *equus* ὡς ὀρθὸς ἀπεσείσατο τὸν Φαρνούχεα. Proprium hac in re verbum adhibuerunt *Xenoph.* et *Clem. Alex.* loco, quem eleganter *H. Steph.* emendavit Schediasm. v, 19. Talis equus *Platoni* observabatur in Gorgia p. 484. A., cui φύσιν ἱκανὴν ἔχων ἀνὴρ dicitur πάντα ταῦτα ἀποσεισάμενος καὶ διαῤῥήξας, &c. respicit enim in istis *Homerica* ex Il. Z, ϒ. 507., Ὡς δ' ὅτε τις σατὸς ἵππος —— Δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων· ubi legebatur olim Δεσμὰ διαῤῥήξας, ut liquet ex *Etymol.* p. 51, 12. —— Lorica tectum Masistium, primum invulnerabilem, tandem aliquis παίει ἐς τὸν ὀφθαλμόν· quod ex *Arcb.* Cod. fuit enotatum genuinum putat *Galeus*; ὀμφαλὸν *pretiosissimum* εὕρημα iudicat *Gronovius*: vulgatum tamen ὀφθαλμὸν plerisque satis tueri videbuntur haec *Plutarchi* in Arist. p. 327. C. Τοῦτον μὲν τὸ κράνος ὑπέφαινε τὸν ὀφθαλμὸν ἀκοντίου σύραξι παίων τις ἀνεῖλεν. Non mirarer si in aliis hic etiam Codd. altera lectio reperiretur, quum voces ὀμφαλὸς et ὀφθαλμὸς frequentissime fuerint a librariis inter se permutatae. VALCKEN.

59. Παίει μιν ἐς τὸν ὀφθαλμὸν] Pretiosissimum εὕρημα viri Celeb., meri carbones pro thesauro. Ὀμφαλὸν non novit *Arcb.*, a reliquis hic non dissidens. Falsus enim est *Galeus*, fefellitque alios. Immo vero si ὀμφαλὸν iste codex dederat, nequidquam advocaretur. Armatura, quae Masistium undique amiciebat, ut omnes ictus eludebat, ita pube tenus porrigebatur, umbilicum egregie protegens. Id Nostri *Plutarchi*que pictura et *Heliodori* inprimis AEthiop. L. IX. p. 431. commonstrat. Quid multa? *Plutarchum* audiamus, cui auscultare noluerunt, in Aristid. p. 327. B. τοῦτον μὲν γὰρ τὸ κράνος ὑπέφαινε τὸν ΟΦΘΑΛΜΟΝ ἀκοντίου σύραξι παίων τις ἀνεῖλεν· *hunc quidem* Masistium, *qua oculum galea ostendebat, hastili iaculi, percutiens aliquis interemit.* Eccquid liquidius?

65. Αὐτίκα ἐπόθεσαν] Hanc verbi scripturam cuncti offerunt Codices: Sermonis genius postulabat ἐπόθησαν, a quo deflecti posse, sicuti in similibus subinde, *Porti* doctrina fert. Macula si sese nulla adsperserit, absentis desiderio tacti fuerunt. De Cambyse L. III, 36. ΕΠΟΘΗΣΕ τε δὴ τὸν Κροῖσον οὐ πολλῷ μετέπειτα χρόνῳ. Estque istud sanequam praestantius invento Gronoviano ΕΠΤΘΕΣΑΝ, quod valde metuo, ut Graecae habeatur monetae, et unquam *intra mare Ionium et Thessaliam*, uti alia in re notatum memini, *auditum sit.*

69. Ἀλλ' ἅμα πάντας] Additam ex scriptis exemplaribus vocem sententia desiderabat. *Homerus* Il. Ψ. v. 362. Οἵ δ' ἅμα πάντες ——. Ἅπας ἐβώθεε, uti eadem exempla, Ionicae consuetudinis est, reique satis facit. Redi ad L. VIII, 1.

69. Ἀλλὰ πάντας] Elisam a vicina ἀλλὰ voculam ἅμα plures forte Codd. hic dabunt ἀλλὰ ἅμα πάντας· ut in Anglicanis invenit *Ios. Wasse*: vid. ad *Thucyd.* p. 181, 92. Eandem hic a *Valla* lectam vidit *Koenius*; requirit illam oppositum, οὐκ ἔτι κατὰ τέλεα προσελαύνοντας τοὺς ἱππέας *videbant Athenienses*, ἀλλὰ ἅμα πάντας· *omnes simul irruentes*; non, ut ante, κατὰ τέλεα. Inter varios significatus vocis τέλος *Eustath.* ad Il. K, ϒ. 56. primum ponit τὸ στρατιωτικὸν σύνταγμα, *turmam militarem*: τοὺς ταξιάρχους τῶν τελέων ex *Herod.* IX, c. 41. excitat *Thom. M.* in Τέλη· L. VII, c. 211., Persae dicuntur καὶ κατὰ τέλεα καὶ παντοίως προσβάλλοντες· ad *Thucyd.* II, c. 81. vid. *Ios. Wasse.* —— Quem infra memorat Persarum luctum ob mortem Masistii, quo dicuntur non semet ipsi tantum, sed κείροντες καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια, hinc, opinor, attigit *Plutarchus* in Arist. p. 327. C. VALCKEN.

Hinc aucta et ſtimulata virtus Græcorum, ut ad Platæas tranſirent. Tegeatæ vindicant ſibi alterum cornu. Fons Gargaphie. Androcrates heros.

περὶ τοῦ νεκροῦ [a] γίνεται. ἕως μέν νυν μοῦνοι ἦσαν οἱ τριηκόσιοι, ἐσσοῦντό τε πολλῷ, καὶ τὸν νεκρὸν ἀπέλιπον· ὡς δέ σφι τὸ πλῆθος [b] ἐπεβοήθησε, οὕτω δὴ οὐκέτι οἱ ἱππόται ὑπέμενον, οὐδέ σφι ἐξεγένετο τὸν νεκρὸν ἀνελέσθαι, ἀλλὰ πρὸς ἐκείνῳ ἄλλους [c] προσαπώλεσαν τῶν ἱππέων. ἀποσήσαντες ὦν ὅσον τε δύο στάδια, ἐβουλεύοντο ὅ, τι [d] χρεὼν εἴη ποιέειν· ἐδόκεε δέ σφι, ἀναρχίης ἐούσης, ἀπελαύνειν παρὰ Μαρδόνιον. Ἀπικομένης δὲ τῆς ἵππου ἐς τὸ στρατόπεδον, πένθος ἐποιήσαντο Μασιστίου πᾶσά τε ἡ στρατιὴ καὶ Μαρδόνιος μέγιστον· σφέας τε αὐτοὺς [e] κείροντες, καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια, οἰμωγῇ τε χρεώμενοι ἀπλέτῳ. ἅπασαν γὰς τὴν Βοιωτίην κατεῖχε ἠχώ, ὡς ἀνδρὸς ἀπολομένου μετά [f] γε Μαρδόνιον λογιμωτάτου παρά τε Πέρσῃσι καὶ βασιλέϊ. οἱ μέν νυν βάρβαροι τρόπῳ τῷ σφετέρῳ ἀποθανόντα ἐτίμων Μασίστιον. Οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς τὴν ἵππον ἐδέξαντο [g] προσβάλλουσαν, καὶ δεξάμενοι ὦσαντο, ἐθάρρησάν [h] τε πολλῷ μᾶλλον· καὶ πρῶτα μὲν ἐς ἅμαξαν ἐσθέντες τὸν νεκρὸν, παρὰ τὰς τάξις ἐκόμιζον· ὁ δὲ νεκρὸς [i] ἦν θέης ἄξιος, μεγάθεος εἵνεκα, καὶ κάλλεος. τῶνδε εἵνεκα [k] καὶ ταῦτα ἐποίεον, ἐκλείποντες τὰς [l] τάξις ἐφοίτεον θεησόμενοι Μασίστιον· μετὰ δὲ, ἔδοξέ σφι ἐπικαταβῆναι ἐς Πλαταιάς. ὁ γὰς χῶρος ἐφαίνετο πολλῷ ἐὼν ἐπιτηδειότερος σφι στρατοπεδεύεσθαι ὁ Πλαταιϊκὸς τοῦ Ἐρυθραίου, τά τε ἄλλα, καὶ εὐυδρότερος. ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶρον, καὶ ἐπὶ τὴν κρήνην τὴν [m] Γαργαφίην, τὴν ἐν τῷ χώρῳ τούτῳ ἐοῦσαν, ἔδοξέ σφι χρεὼν εἶναι ἀπικέσθαι, καὶ διαταχθέντας στρατοπεδεύεσθαι. ἀναλαβόντες δὲ τὰ ὅπλα, ἤισαν διὰ τῆς [n] ὑπωρείης τοῦ Κιθαιρῶνος παρὰ Ὑσιὰς ἐς τὴν Πλαταιίδα γῆν· ἀπικόμενοι δὲ, ἐτάσσοντο κατὰ ἔθνεα, πλησίον τῆς τε κρήνης τῆς Γαργαφίης, καὶ τοῦ τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος τοῦ ἥρωος, [o] διὰ ὄχθων τε οὐκ ὑψηλῶν, καὶ ἀπέδου χωρίου. Ἐνθαῦτα δὲ τῇ διατάξι ἐγένετο λόγων [p] πολλὸς ὠθισμὸς Τεγεητέων τε καὶ Ἀθηναίων. ἐδικαίευν γὰς [q] αὐτοὶ ἑκά-

cadavere. Quamdiu igitur ſoli erant isti trecenti, multo inferiores erant, et cadaver deſerebant: at ubi præſidio venere copiæ, non amplius perſtitere equites, neque illis contigit mortuum eripere, ſed alios ſuper illum e ſuis amiſere. Digreſſi illinc duo circiter ſtadia, conſultantes quid facto opus eſſet, decrevere ſibi carentibus præfecto eundum ad Mardonium. Ubi in caſtra rediere, maximus luctus cum omnem exercitum, tum vero Mardonium cepit, extincti Maſiſtii: et ſeipsos et equos et iumenta tondentes eiulatu triſtisſimo uſi ſunt, ita ut eius echo omnem Bœotiam pervaſerit, utpote amiſſo viro ſecundum Mardonium honoratisſimo tam apud Perſas quam apud regem. Et barbari quidem ſuo more Maſiſtium defunctum honorabant. Græci autem, postquam equitatum invadentem excepere, et exceptum repulere, tum multo ſunt audaciores effecti, tum ante omnia cadaver plauſtro impoſitum per ordines circumtulerunt: erat autem ſpectaculo digna proceritatis ac formæ gratia. Idcirco etiam istud faciebant; relictis ordinibus ad intuendum Maſiſtium pergebant. Dehinc cenſuerunt ad Platæas deſcendendum, quod ſibi Platæenſis ager multo videbatur opportunior habendis caſtris quam Erythræus, cum propter alia, tum propter aquæ ubertatem. Ad eum locum et ad fontem Gargaphien, qui ibidem est, decreverunt abeundum eſſe, et bene diſpoſitos metari caſtra; et ſumptis armis ierunt per radices Cithæronis præter Hyſias in agrum Platæenſem. Eo quum pervenere, ordinati ſunt nationatim proxime fontem Gargaphien, et fanum Androcratis herois, per non editos tumulos et locum planum. Ibi in diſponendis nationibus magna ſane altercatio extitit inter Tegeatas et Athenienſes, utrosque ſe dignos

a Ἐγένετο *Arcb. V.* *b* Ἐπεβοήθησαν *Arcb.*, et ὑπέμενον cum *Med. Paſ. V.*, antea ἐπέμενον. *c* Προσαπόλ. *Arcb. V.* *d* Χρεὼν *Arcb.* ſuo more. *e* Attigit *Euſtatb.* ad *Il.* Ψ. v. 135. *f* Deſit *Arcb. V.* *g* Προσβαλοῦσαν *Arcb. V.* *b* Omittunt iidem, ἐθάρσησαν *Paſ.* *i* Habet *Euſtatb.* in Homer. p. 626, 52., qui ἦν, ſicuti *Arcb. Ask. V.* Post pauca ταῦτα ἐποίευν *Ask.*, non ἐποίεον, ut alii omnes. *k* Non est in *Arcb. V.* *l* *Med. Paſ. Ask. Brit. Arcb. V.*, quorum ultimi duo ἐφοίτεον. antea τάξις καὶ ἐφοίτων. *m* Γαρσαφίην *Arcb.*, et iterum, non Γαρσαρίην, ut *Galeus.* *n* Ὑπωρείου ora *Steph. Ask.*, tum παρὰ Τσ. iidem et *Arcb. V. Paſ.*, alii περὶ, in *Brit.* περιουσίας. *o* Διὰ ὄχθ. plene *Ask. Arcb.* *p* Πολλὸς *Vind. Arcb.*, πολλῶν alii. Supra ἀπέδου χώρου iidem et *Paſ.* margo *Steph.* *q* Αὐτοὶ *Arcb. V. Paſ. Ask. Brit.* ora *Steph.*, αὐτέων ceteri.

75. Οἱ ἱππόται ὑπέμενον] Sic voluiſſe *Gronovius* ſignificavit. Poëta Il. O. v. 312. Ἀργεῖοι δ' ὑπέμειναν ἀολλέες· crebroque alii. Quod deinceps ἀποσήσαντες ὦν — vir doctus ſcribi iusſit ἀποσάντες aut ἀπονοσήσαντες ὦν —, ſatis pro imperio. Adſciveris ἑωῦτοὺς, idem erit ac ἀποσάντες, quae *Abreſchii* quoque mens. *Diodorus* I, 56. ὁ δὲ Σεσόωσις ἀποσήσας τὰ πλήθη &c. Luctum barbaricum ſuper Maſiſtio hinc et ex *Plut.* Ariſtid. p. 327. deſcripſit *Briſſon.* R. Pers. L. II, 206. et *Perizon.* ad *AElian.* Var. VII, 8.

93. Τῶν δὲ εἵνεκα] Lacunae nulla ſupererit ſuſpicio, neque ſupplementis egebimus, ſi, voce καὶ, quam eiecit Clar. *Gronov.* repoſita ſuo loco, ſic ista legantur: τῶνδε δὲ εἵνεκα καὶ ταῦτα ἐποίεον, καὶ ἐκλείποντες τὰς τάξις, ἐφοίτεον θεησόμενοι Μασίστιον. Τῶνδε, id est μεγάθεος εἵνεκα καὶ κάλλεος· ταῦτα ἐποίεον, nempe τὸν νεκρὸν παρὰ τὰς τάξις ἐκόμιζον. In *Homeri* Il. X, γ. 369., Hectoris cadaver περιδραμον υἷες Ἀχαιῶν, Οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν Ἕκτορος· ubi quae proxima ſuccedunt nec Graecis videntur neque *Homero* digna, lecta tamen et *Dioni Chrys.* p. 180. D. conf. p. 273. C. D. VALCKEN.

2. Παρὰ Τσιὰς] Ductus itineris praeter Hyſias in agrum Plataeënſem ferebat: recte proin ſcripti libri. Vide L. V, 74. VI, 108. et *Thucydid.* III, 24., ubi *Waſſeus* τῶν Νυσίων πλησίον in *Plut.* Ariſtid. p. 325. E. praeclare integravit, heroëm *Androcratem* eiusque fanum docte illuſtrans.

5. Τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος] Apud *Thucyd.* III, c. 24., Plataeënſes viam inflectunt Thebas ducentem, ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸ τοῦ Ἀνδροκράτους ἡρῷον· ubi Herodotea contulit et alia Cl. *Waſſeus.* —— Mox redibit ex Codd. λόγων πολλὸς ὠθισμὸς, excitatum in Diſſ. *Herod.* Cl. *Weſſ.* p. 203. VALCKEN.

7. Λόγων πολλὸς ὠθισμὸς] Contra morem πολλῶν ὠθισμὸς. Supra VIII, 78. τῶν δὲ — ἐγίνετο ὠθισμὸς λόγων ΠΟΛΛΟΣ, *vehemens ſermonis altercatio*, et in praelio armato VII, 225. Περσέων τε καὶ Λακεδαιμονίων ὠθισμὸς ἐγένετο ΠΟΛΛΟΣ. Porro vice αὐτέων ἑκάτεροι boni codices αὐτοὶ ἑκάτεροι, ſicuti αὐτὸς ἕκαστος III, 82., αὐτὰ ἕκαστα V, 13. Belle iidem ἀξιεύμεθα ταύτης τῆς τάξιος. Namque ſic Tegeatae postea ἀξιονικότεροί εἰμεν Ἀθην. ταύτην τὴν ΤΑΞΙΝ ἔχειν· et Athenienſes C. 27. ἆρ' οὐ δίκαιοί εἰμεν ἔχειν ταύτην τὴν ΤΑΞΙΝ. Hinc in *Plut. Ariſtid.* p. 326. A. Ἀθηναῖοι Τεγεάταις περὶ ΤΑΞΕΩΣ ἐρίσαντες. Lis erat non adeo de loco, quem obtinerent, ſed utri cornu alterum in hoſtem ducerent.

8. Ἐδικαίευν γὰρ αὐτέων] Nihil interest ſic legatur, an ex Cod. *Steph.* αὐτοὶ ἑκάτεροι ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας. Scripserat, opinor, *Plutarch.* T. I. p. 326. A. Ἀθηναίοις δὲ Τεγεάται περὶ τάξεως ἐρίσαντες ἠξίουν, ὥσπερ ἀεὶ Λακεδαιμονίων τὸ δεξιὸν ἐχόντων κέρας, αὐτοὶ τὸ εὐώνυμον ἔχειν. *Sinistrum* ut ἀριστερὸν et εὐώνυμον, ſic per εὐφημισμὸν ſaepius etiam ἕτερον dicebant. —— Quae deinceps hoc capite de Hyllo narrantur Heraclida, certis ſub

gnos qui alterum cornu tenerent arbitrantes, et sua facinora præclara tum recentia tum prisca referentes. Dicebant quidem his verbis Tegeatæ; Hoc nos semper digni loco, ubi staremus, e sociis omnibus habiti sumus, quotiescunque a Peloponnensibus communiter in externas expeditiones itum est, et proxime, et quondam, iam inde ex quo Heraclidæ post mortem Eurysthei sunt conati in Peloponnesum redire: quo tempore hanc dignitatem assequuti sumus ob hanc rem gestam. Posteaquam cum Achæis et Ionibus, qui tunc Peloponnesum incolebant, nos auxiliarii in Isthmum profecti consedimus adversus eos, qui redibant; tunc Hyllus orationem habuit, non expedire ut uterque exercitus confligendo periclitaretur: sed ut ex Peloponnensi exercitu, quem suorum iudicarent præstantissimum esse, is secum singulari certamine dimicaret conceptis legibus. Placuitque ita fieri Peloponnensibus, et iusiurandum in hæc verba dederunt; Si vinceret Hyllus Peloponnensium ducem, ut Heraclidæ in paterna reverterentur; sin victus esset, retro Heraclidæ cederent, et exercitum abducerent, neve per annos centum de redeundo in Peloponnesum agitarent. Ab omnibus sociis ad eam rem voluntarius electus est dux atque idem rex noster Echemus Aëropi filius, Phegei nepos, qui singulari congressus certamine Hyllum interemit. Ex quo facto nos cum alia decora magna inter eius ætatis Peloponnenses assequuti sumus, quæ adhuc obtinemus, tum hoc, ut alteri cornu præesse mus quoties communiter itur in expeditionem. Et vobis quidem Lacedæmonii non adversamur, sed optionem cedentes utri cornu præesse malitis indulgemus: alteri vero cornu, ut nos præsimus, dicimus convenire, quemadmodum in anteriore tempore. Etiam vero citra hoc factum quod narratum est, Atheniensibus sumus digniores, qui huius ordinis decus obtineamus: quippe qui prospere et multa vobiscum, viri Spartiatæ, certamina decertavimus, et multa cum aliis. Quo fit ut æquius sit nos alterum cornu tenere quam Athenienses: a quibus non tales gestæ res sunt quales a nobis, neque
27 recentes neque vetustæ. Hæc Tegeatæ. Ad quæ hunc in modum responderunt Athe-

ἑκάτερος ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας, καὶ καινὰ καὶ παλαιὰ παραφέροντες ἔργα. τοῦτο μὲν, ὁι Τεγεῆται ἔλεγον τάδε, „ Ἡμεῖς αἰεί κοτε ἀξιεύμεθα „ ταύτης [a] τῆς τάξιος ἐκ τῶν συμμάχων ἁπάντων, „ ὅσαι ἤδη ἔξοδοι κοιναὶ ἐγένοντο Πελοποννησίοισι καὶ τὸ [b] παλαιὸν. καὶ τὸ νέον, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου [c] ἐπεί τε Ἡρακλεῖδαι ἐπειρῶντο „ μετὰ τὸν Εὐρυσθέος θάνατον κατιόντες ἐς Πελοπόννησον. τότε εὑρόμεθα τοῦτο, διὰ πρῆγμα τοιόνδε, ἐπεὶ [d] μετὰ Ἀχαιῶν καὶ Ἰώνων τῶν τότε ἐόντων ἐν Πελοποννήσῳ, ἐκβοηθήσαντες ἐς τὸν Ἰσθμὸν, ἱζόμεθα [e] ἀντίοι τοῖσι κατιοῦσι. τότε ὧν λόγος Ὕλλον ἀγορεύσασθαι, ὡς [f] χρεὼν εἴη τὸν μὲν στρατὸν τῷ στρατῷ μὴ ἀνακινδυνεύειν [g] συμβάλλοντα· ἐκ δὲ τοῦ Πελοποννησίου στρατοπέδου, τὸν ἄν σφεων αὐτέων κρίνωσι εἶναι ἄριστον, τοῦτόν οἱ μουνομαχῆσαι [h] ἐπὶ διακειμένοισι. ἔδοξέ τε τοῖσι Πελοποννησίοισι ταῦτα εἶναι ποιητέα, καὶ ἔταμον [i] ὅρκιον ἐπὶ λόγῳ τῷδε· ἢν μὲν Ὕλλος νικήσῃ [k] τὸν Πελοποννησίων ἡγεμόνα, κατιέναι Ἡρακλείδας [l] ἐπὶ τὰ πατρῷα· ἢν δὲ νικηθῇ, τὰ ἔμπαλιν Ἡρακλείδας ἀπαλλάσσεσθαι, καὶ ἀπάγειν τὴν στρατιὴν ἑκατόν τε ἐτέων μὴ ζητῆσαι κάτοδον ἐς Πελοπόννησον. προεκρίθη τε [m] δὴ ἐκ πάντων συμμάχων ἐπιλεκτὸς Ἔχεμος ὁ Ἠρόπου τοῦ [n] Φηγέος, στρατηγός τε ἐὼν καὶ βασιλεὺς ἡμέτερος· καὶ ἐμονομάχησέ τε καὶ ἀπέκτεινε Ὕλλον. ἐκ τούτου τοῦ ἔργου εὑρόμεθα [o] ὃν τοῖσι Πελοποννησίοισι τοῖσι τότε καὶ ἄλλα γέρεα μεγάλα, τὰ διατελέομεν ἔχοντες, καὶ τοῦ κέρεος τοῦ ἑτέρου αἰεὶ ἡγεμονεύειν, κοινῆς ἐξόδου γνωμέης. ὑμῖν μέν νυν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, οὐκ ἀντιεύμεθα, ἀλλὰ διδόντες αἵρεσιν ὁκοτέρου βούλεσθε κέρεος ἄρχειν, παρίεμεν· τοῦ δὲ ἑτέρου φαμὲν ἡμέας [p] ἰσχύειν ἡγεμονεύειν, κατάπερ ὃν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. χωρίς τε τούτου τοῦ ἀπηγημένου ἔργου, ἀξιονικότεροι εἰμὲν Ἀθηναίων ταύτην τὴν τάξιν ἔχειν. πολλοὶ μὲν [q] γάρ τε καὶ εὖ ἔχοντες πρὸς ὑμέας ἡμῶν ἄνδρες Σπαρτιῆται ἀγῶνες [r] ἀγωνίδαται, πολλοὶ δὲ καὶ πρὸς [s] ἄλλους. οὕτω ὧν ἡμέας δίκαιον ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας, ἤπερ Ἀθηναίους. οὐ γάρ σφι ἐστι ἔργα οἷάπερ ἡμῖν κατεργασμένα, οὔτ' ὧν καινὰ, οὔτε παλαιά". οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον. Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς ταῦτα ὑπε-

519

a Τῆς τάξιος *Med. Pasf. Arch. Vind. Ask.*, in *Aldo* τῆς ςάσιος. *b* Πάλαι *Arch. V.* *c* Ἐπεί τε *Pasf. Ask. Arch.* Prius ἐπεὶ tantum. *d* Μετὰ plene *Ask.* *e* Ἀντίον *Pasf.* *f* Χρεὼν *Arch.* *g* Συμβάλλοντα *Arch. V.* *h* Citat *Euſtath.* Hom. p. 233, 33., in *Vind.* et *Aldo* ἐπιδιαχ. una vox. *i* Ὅρκια *Pasf.* probabiliter ex C. 91. *k* Τῶν *Arch.* *l* Haec novem negligens *Arch.* ſcriba praetervidit. *m* Non est in *Arch.* *n* Omnes ita, *Valla* tamen *Phrygis.* *o* Ἐν Πελοποννησίοισί τε τοῖσι *Pasf. Ask.*, ἐν Πελοποννησίοισι τοῖσι *Arch. Vind.* *p* Deſit *Arch.* *q* Γὰρ καὶ *Arch. Pasf. Vind.* *r* Excerpſit *Euſtath.* in *Homer.* p. 234, 20., ἀγῶνας ἀγωνιδ. *Ald.* *s* Πολλοὺς *Arch.*

ſub conditionibus ad ſingulare certamen Peloponnesiorum praestantissimum provocante, comparari poterunt cum *Diod. Sic.* IV, c. 58. sed iuxta *Diodorum*, Hyllo cadente, intra annos quinquaginta non reverterentur in Peloponnesum Heraclidae: verius ille scripsisset cum *Herodoto*, ἐντὸς ἑτῶν ἑκατὸν, iudice viro summo ad *Diodor.* conf. *Io. Meurs.* de Regno Laced. c. VII. Hyllum occidisse dicitur apud *Herod.* Tegeatarum Rex Ἔχεμος ὁ Ἠρόπου τοῦ Φηγέος· ultimo nomini Κηφέος ſubſtituendum ex *Pauſania* aliisque monuit *Palmerius.* VALCKEN.

14. Τὸ παλαιὸν] Anceps electio est. Scriptor τὸ πάλαι depoſuit IV, 180. VII, 142. IX, 71., τὸ παλαιὸν VII, 129. Similis diſcordia VII, 74. electurum fruſtratur. Mox ἐπεί τε Ἡρακλεῖδαι plenius et plane Ἰαχὼ, teſte *Euſtath.* ad Hom. p. 1158, 39.

31. Ἑκατόν τε ἐτέων] Errat aut corruptus est *Diodorus* IV, 58., convenisse adfirmans, μὴ κατιέναι τοὺς Ἡρακλείδας εἰς Πελοπόννησον ἐντὸς ἐτῶν πεντήκοντα. In centum annis, uti ibi docui, aliorum congruit conſenſio, ipseque eventus. Ceterum Echemus, qui Hyllum ex provocatione deiecit, Aëropi filius, perperam Φηγέος *Phegei* nepos perhibetur. Avus erat Κηφεὺς apud *Pauſan.* VIII, 4. Quod quidem librariorum delictum viri doctiſsimi, *Palmerius*, *Th. Rykius*, *P. Burmannus* et alii redarguerunt.

50. Ἡμέας δίκαιον ἔχειν] Maluit δικαιότερον *Pavius*, ut ἀξιονικότεροι antea, et postea C. 28. ἀξιονικότερους εἶναι ἔχειν τὸ κέρας ἤπερ Ἀρκάδας. Quae sane frequentior in talibus norma. Contingit tamen, ut absolutum comparati et vicisim sedem teneat. Sic ςιβαρώτερον loco ἐςιβαροῦ in *Apollon. Rh.* III, 1056. Δικαιότερον ἀντὶ δικαιοτάτου *Diodor.* XIII, 30., ἀλλοτριώτατος Musa III, 119., nec fugit magnum Animadverſorem in *Athen.* XIII, 1.

Heraclidæ fugerunt contumeliam Mycenæorum et Eurysthei. Argivi ad Thebas cum Polynice cæsi Eleusine sepulti. Amazonides a Thermodonte fluvio

ὑπεκρίναντο τάδε, „ Ἐπιστάμεθα μὲν σύνοδον τήνδε „ μάχης εἵνεκα συλλεγῆναι πρὸς τὸν βάρβαρον, ἀλλ' „ οὐ λόγων· ἐπεὶ δὲ ὁ Τεγεήτης προέθηκε παλαιὰ „ καὶ καινὰ λέγειν τὰ ἑκατέροισι ἐν τῷ παντὶ χρό- „ νῳ κατέργαστα χρηστὰ, ἀναγκαίως ἡμῖν ἔχει δη- „ λῶσαι πρὸς ὑμέας, ὅθεν ἡμῖν [a] πατρῷόν ἐστι, „ εὖσοι χρηστοῖσι, αἰεὶ πρώτοισι εἶναι [b] μᾶλλον ἢ Ἀρ- „ κάσι. Ἡρακλείδας, τῶν [c] φασι οὗτοι ἀποκτεῖ- „ ναι τὸν ἡγεμόνα ἐν Ἰσθμῷ, [d] τοῦτο μὲν, τούτους „ πρότερον ἐξελαυνομένους ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλή- „ νων, ἐς τοὺς ἀπικοίατο Φεύγοντες δουλοσύνην πρὸς „ Μυκηναίων, μοῦνοι ὑποδεξάμενοι, τὴν Εὐρυσθέος „ ὕβριν κατείλομεν, σὺν [e] κείνοισι μάχῃ νικήσαντες „ τοὺς τότε ἔχοντας Πελοπόννησον· τοῦτο δὲ, Ἀρ- „ γείους τοὺς μετὰ Πολυνείκεος ἐπὶ Θήβας ἐλάσαν- „ τας, τελευτήσαντας τὸν αἰῶνα, καὶ ἀτάφους κει- „ μένους, στρατευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καδμείους, ἀπελέ- „ σθαι τε τοὺς πατρὸς φαμεν, καὶ θάψαι τῆς ἡμε- „ τέρης ἐν Ἐλευσῖνι. ἔστι δὲ ἡμῖν ἔργον εὖ ἔχον καὶ „ ἐς [f] Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος ποτα- „ μοῦ ἐσβαλούσας κοτὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικήν. καὶ οὐ „ τοῖσι [g] Τρωϊκοῖσι πόνοισι ὑδαμῶν ἐλειπόμεθα. ἀλλ' „ ὐ γάς τι [h] προέχει τουτέων ἐπιμεμνῆσθαι. καὶ „ [i] γὰς ἂν χρηστοὶ τότε ἐόντες, αὐτοὶ νῦν ἂν εἶεν „ φλαυρότερα· καὶ τότε ἐόντες φλαῦροι, νῦν ἂν εἶεν „ ἀμείνονες. παλαιῶν μέν νυν ἔργων ἄλις ἔστω· ἡμῖν „ δὲ,

thenienſes, Scimus quidem has copias pugnandi cum barbaro, non altercandi gratia eſse contractas; tamen quoniam Tegeata referre conſtituit præclara facinora tum vetuſta tum nova, quæ per omne tempus ab utrisque edita ſunt, neceſse habemus et nos exponere apud vos, unde nobis patrium ſit, dum publice utiles ſumus, ſemper esſe primis potius quam Arcadibus. Heraclidas, quorum ducem isti apud Isthmum ſe prædicant interfecisſe, primo quidem eiectos prius ab omnibus Græcis, quos illi adibant fugientes ſervitutem Mycenæorum, nos ſoli excepimus; et Euryſthei iniuriam una cum eisdem pugnando propulſavimus, victoriaque potiti ſumus de iis, qui tum Peloponneſum tenebant: deinde Argivos, qui ad Thebas cum Polynice militaverant, vita defunctos et inſepultos, ducta in Cadmeos expeditione dicimus recepisſe ſua cadavera et in noſtra terra apud Eleuſinem humaviſse. Iam vero noſtrum præclarum facinus extat etiam in Amazonidas, quæ a flumine Thermodonte aliquando in Atticam terram excurrere. Ac quidem in laboribus Troicis nequaquam fuimus ſegnes. Sed nihil admodum proficit horum feciſse mentionem: etenim qui tunc egregii fuere, iidem nunc queant esſe inertiores, et tunc inſtrenui, nunc ſint meliores. Itaque ſatis ſint de rebus priſcis ista.

Ut

a Πατρῴϊον *Arch. V.* b Omittit *Arch.* c Οὗτοι φασι *Arch. Pasſ. Ask.* d Absunt haec duo *Arch.* e Ἐκείνοισι *Arch. V. Pasſ.*; ſupra Εὐρυσθένεος prave *Arch. Ald.* f Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ Θερμ. *Pasſ. Ask. Arch. V. Valla*, ora *Steph.*, in *Ald.* et *Brit.* Ἀμαζονίδας, τὰς ἀποθήκας τὰς ἀπὸ Θερμ. g Ἡρωϊκοῖσι *Arch. V. Valla.* h Προέχει *Pasſ. Arch. V. Ask.*, non προὔχει. i *Med. Pasſ. Ask. Arch. V.*, ἂν non aderat prius. Porro ἑωὐτοὶ *Arch.*

54. Σύνοδον τήνδε μάχης εἵνεκα] Apud *Plutarch.* T. 1. p. 326. B. ἤκομεν, inquit Ariſtides, οὐ τοῖς συμμάχοις ταπεινώσοντες, ἀλλὰ μαχούμενοι τοῖς πολεμίοις. hic σύνοδον aiunt μάχης εἵνεκα συλλεγῆναι, ἀλλ' οὐ λόγων. *Livii* XXXII, c. 34., *Phaeneas, non in verbis rem verti, ait:* Cleonnis *Diodori* T. II. p. 638, 66. πρόκειται ἀγὼν οὐ λόγων, ἀλλ' ἔργων. *Euripidis* Eteocles Phoen. ℣. 591. Μῆτερ, οὐ λόγων ἀγὼν ἐς· quod illic monitum in istis loquendi formulis promiſcue propemodum uſurpari voces ἀγὼν, καιρὸς et ἔργον, monſtrat Ageſilai laudator p. 78., cui dicitur ille καρτερίᾳ μὲν πρωτεύων, ἔνθα πονεῖν καιρὸς, ἀλκῇ δὲ, ὅπου ἀνδρείας ἀγὼν, γνώμῃ δὲ, ὅπου βουλῆς ἔργον· quae ſophiſtam multo magis decent quam *Xenophontem*, in cuius ſcriptis nihil invenietur ſimile. VALCKEN.

58. Ἀναγκαίως ἡ. ἔ. δηλῶσαι] Laudabilia, quae multis hic enarrant Athenienſes, maiorum ſuorum facinora, hinc paucis commemorat *Plutarch.* de *Herod.* Malign. p. 872. A. illos ſcribens Ἡρακλειδῶν τε μεμνῆσθαι, καὶ τὰ πρὸς Ἀμαζόνας πραχθέντα προφέρειν, ταφάς τε Πελοποννησίων τῶν ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ πεσόντων. Eadem illa magna cum laude celebrantur ab oratoribus; ab *Iſocrate* in Panegyr. p. 51. et ſeqq., in *Ariſtidae* Panathen. p. 201. &c. in Ἐπιταφίοις etiam λόγοις, quibus nomina praefiguntur *Demoſthenis* et *Lyſiae*. VALCKEN.

63. Ἐξελαυνομένους ὑπὸ πάντων &c.] Attici oratores in his maiorum ſuorum facinoribus ſeſe iactant, *Lyſias*, *Iſocrates*, *Demoſthenes*, cuius λόγου Ἐπιταφ. p. 746. πολλοὺς τῶν συγγραφέων ὑποθέσεις τὰ ἐκείνων ἔργα τῆς αὐτῶν ΜΟΤΣΙΚΗΣ πεποιῆσθαι, haec Muſae Herodoteae ſpectare, non iniuſta ſuſpicio est.

70. Ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμεν] Latina aberrant. Hoc volunt, ſuos maiores ſuſtuliſse ad ſepeliendum Argivos, qui inſepulti ad Thebas iacebant, et contumulasſe ſua Eleuſinia in terra. Id ἀνελέσθαι τοὺς τετελευτηκότας ſive τοὺς νεκροὺς ſaepe hac ipsa in re *Iſocrati* Panegyr. p. 52. A., Plataic. p. 306. D., haec νεκρῶν ἀναίρεσις Panath. p. 269. A. Praeclare *Lyſias* in Ἐπιταφ. p. 33. τοὺς Ἀργείων νεκροὺς ἔθαψαν *Athenienſes* ἐν τῇ αὐτῶν Ἐλευσῖνι, ubi Cl. *Taylor*.

71. Τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσ.] Auctor Orationis inter *Lyſiacas* ſecundae p. 33., τοὺς Ἀργείων, inquit, νεκροὺς ἔθαψαν ἐν τῇ αὐτῶν Ἐλευσῖνι· et hic et apud *Herodot.* non templum deſignatur Eleuſiniae Cereris, ſed ipsa Eleuſis est intelligenda, pagus Attices nobiliſſimus; in locis etiam reliquis, quae Cl. *Io. Taylor* in alium putat ſenſum accipienda ad *Lys.* p. 105. *Lyſiam* illic, vocibus aliter collocatis, ſcripſiſse ſuſpicor partim cum *Palmerio: ſacra faciet Rex*, τὰ μὲν ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ ἱερῷ, τὰ δὲ ἐν Ἐλευσῖνι· καὶ τῆς ἑορτῆς ἐπιμελήσεται μυηρίοις· Lex fuit Solonis, teſte *Andocide* de Myſt. p. 15., τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μυηρίων ἔδραν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ· apud *Petitum* in LL. Att. p. 37. *Meurs.* Eleuſin. c. 15. utrobique templum intelligitur, quod Athenis erat, isthoc nomine saepe deſignatum, de quo *Meurs.* egit in Ceram. Gem. c. 15. —— In proximis haec tandem Editio repraeſentabit *Herodoti* manum, ἐς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος, eiectis auctoritate Codicum vocibus interiectis τὰς ἀποθήκας, quae variorum nobis pepererant coniecturas. —— Sequentia, οὐ γάρ τι προὔχει [τουτέων ἐπιμεμνῆσθαι] explanavit *A. Dounaeus* in *Demoſth.* p. 29. VALCKEN.

73. Ἐς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ Θερμ.] Edebatur *Alaii* exemplo, τὰς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀποθήκας, τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος· quorum ad τὰς ἀποθήκας multi merito offenderunt. Quid illa enim ad Amazonas? *Corn. de Pauw* τὰς ΑΤΘΕΚΑΣΤΑΣ, *rigidas* et *ſeveras* formavit: *Gronovius* τὰς ΑΠΟΘΗΤΑΣ, *tanquam furias et minime deſiderabiles feminas*. De ſententia *Io. Taylor* Lect. Lyſiac. C. 4. fuerat τὰς Ἀμαζονίδας, τὰς ΑΠΟ ΘΕΜΙΣΚΤΡΑΣ τῆς ἐπὶ Θερμώδοντος. Aliud ſectatus *Abreſchius* Dilucid. Thucyd. p. 655., verborum ſeriem ordinabat, εὖ δὲ καὶ ἔχει ἡμῖν (κατὰ) τὰς ἀποθήκας (ἡμῶν τὸ) ἔργον (τὸ) ἐς τὰς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ Θερμ. *Quin et in theſauris factorum noſtrorum illuſtrium habemus illud, quod adverſus Amazonas geſſimus:* addidit coniecturam aliam, quam ibi legi malim. Atque haec clariſsime doctiſsimorum virorum fluctuationes, ex praviſsimis τὰς ἀποθήκας auctas, oſtendunt. Quorum equidem divinationes malui proponere, quam ad examen revocare. Sentio enim cum *Galeo* τὰς ἀποθήκας in exilium agendas, quorſum ab ſex bonae fidei membranis ablegantur, fortaſse etiam pluribus. *Florentiae* certe vir Celeb. nihil ſingulare enotavit, cuius quidem bibliothecae exemplari cum paſsim *Ask.* et *Pasſ.* conſentiant, opinari et illud τὰς ἀποθήκας non habuiſse, licet. De *Pariſienſibus*, quorum accurata non uſurpavi excerpta, tacere debeo. Abunde mihi videtur, corruptiſsimas voces ab optimis libris abesſe, natas ſcribentis, uti opinor, incuria, ex continuo ſequentibus τὰς ἀπὸ Θερμ.

VO-

Ut nullæ autem res aliæ nobis geſtæ ſint, quæ multæ et præclaræ ſunt, ſi ullis etiam aliis Græcorum, certe ob rem in Marathone geſtam digni ſumus, qui hoc decus et alia inſuper obtineamus: qui ſoli Græcorum per nos cum Perſa dimicavimus, et rem tantam aggreſſi, victores evaſimus, ſex et quadraginta nationibus ſuperatis: quo ſolo nomine an non meruimus, ut hunc loci honorem iuſte conſequamur? Verum non decet in hac rerum condicione de ordine contendere: ubicunque et iuxta quoscunque vobis, Lacedæmonii, videbitur appoſitiſſimum nos ſtare, illuc euntes obtemperabimus. Ubicunque enim loci nos collocati fuerimus, conabimur ſtrenui exiſtere: itaque ducite nos, tanquam vobis parituros.

28 Hæc quum pro ſua parte dixiſſent Athenienſes, cunctus Lacedæmoniorum exercitus ſuccclamavit digniores, qui cornu tenerent Athenienſes quam Arcades. Ita Athenienſes Tegeatis ſuperiores habuere cornu. Mox hunc in modum ordinati ſunt et qui ſupervenere Græcorum, et qui a principio venerant: Dextrum cornu tenebant Lacedæmoniorum decem millia: quorum quinque millia erant Spartiatæ, quos cuſtodiebant leviter armata triginta quinque hilotarum millia, ſeptenis circa ſingulos viros collocatis. Applicuerant autem ſibi Spartiatæ Tegeatas, ut proximi ſtarent, honoris et virtutis ergo, numero mille et quingentos armatu pleno. Secundum hos ſtabant Corinthiorum quinque millia. Prope ipsos impetraverant ab Pauſania ſtare trecentos Potidæatas eorum, qui ex Pallene erant. Iuxta hos ſtabant Arcades Orchomenii ſexcenti: iuxta hos Sicyoniorum tria millia. His adpoſiti erant Epidauriorum octingenti: ſuper hos locati erant Trœzenii mille: iuxta Trœzenios ducenti Lepreatæ: post hos Mycenæorum et Tirynthiorum quadringenti. Secundum hos, mille Phliaſii: dehinc Hermionenſes trecenti: iuxta Hermionenſes, Eretrienſium et Styrenſium ſexcenti: iuxta hos, Chalcidenſes quadringenti: post hos, Am-

δὲ, εἰ μηδὲν ἄλλο ἐστὶ [a] ἀποδεδειγμένον, ὥσπερ ἐστὶ πολλά τε καὶ εὖ ἔχοντα, εἰ τέοισι καὶ ἄλλοισι Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῦ [b] ὦν Μαραθῶνι ἔργυ ἄξιοι εἰμὲν τῦτο τὸ γέρας ἔχειν, καὶ ἄλλα πρὸς τύτῳ· οἵ τινες μῦνοι Ἑλλήνων δὴ μυριομαχήσαντες τῷ Πέρσῃ, καὶ ἔργῳ τοσύτῳ ἐπιχειρήσαντες, περιεγενόμεθα, καὶ ἐνικήσαμεν ἔθνεα ἓξ τε καὶ τεσσεράκοντα. ἆρ' ὔ δίκαιοι εἰμὲν ἔχειν ταύτην τὴν τάξιν ἀπὸ τύτυ μόνυ τῦ ἔργυ; ἀλλ' ὔ γὰς ὦν τῷ τοιῷδε τάξιος εἵνεκα ϛασιάζειν πρέπει. [c] ἄρτιοι εἰμὲν πείθεσθαι ὑμῖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα [d] δοκέει ἐπιτηδειότατον ἡμέας εἶναι ἑϛάναι, καὶ κατ' ὅϛις τινας. πάντη γὰς τεταγμένοι, πειρησόμεθα εἶναι χρηϛοί. ἐξηγέεσθε δὲ ὡς πεισομένων". Οἱ μὲν ταῦτα ἀμείβοντο· Λακεδαιμονίων δὲ ἀνέβωσε ἅπαν τὸ ϛρατόπεδον [e] Ἀθηναίυς ἀξιονικοτέρυς εἶναι ἔχειν τὸ κέρας ἢπερ Ἀρκάδας. εὖτω δὴ ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ [f] ὑπερεβάλοντο τὺς Τεγεήτας. μετὰ δὲ ταῦτα, ἐτάσσοντο ὧδε οἱ ἐπιφοιτῶντες τε καὶ οἱ [g] ἀρχὴν ἐλθόντες Ἑλλήνων. τὸ μὲν δεξιὸν κέρας εἶχον Λακεδαιμονίων μύριοι· τυτέων δὲ τὺς πενταχισχιλίυς ἐόντας Σπαρτιήτας ἐφύλασσον ψιλοὶ τῶν εἰλωτέων πενταχισχίλιοι καὶ τρισμύριοι, περὶ ἄνδρα ἕκαϛον ἑπτὰ τεταγμένοι. προσεχέας δέ σφι εἵλοντο ἑϛάναι οἱ Σπαρτιῆται τὺς Τεγεήτας, καὶ τιμῆς εἵνεκα καὶ ἀρετῆς. τυτέων δ' ἔσαν ὁπλῖται χίλιοι καὶ πενταχόσιοι. μετὰ δὲ τύτυς ἵϛαντο Κορινθίων πενταχισχίλιοι. παρὰ [h] δέ σφι εὕροντο παρὰ Παυσανίεω ἑϛάναι Ποτιδαιητέων τῶν ἐκ Παλλήνης τὺς παρεόντας τριηκοσίυς. τυτέων δὲ ἐχόμενοι ἵϛαντο Ἀρκάδες Ὀρχομένιοι ἑξακόσιοι· τυτέων δὲ, Σικυώνιοι τρισχίλιοι. τυτέων δὲ εἵχοντο Ἐπιδαυρίων ὀκταχόσιοι. παρὰ δὲ τύτυς, Τροιζηνίων ἐτάσσοντο χίλιοι· Τροιζηνίων δὲ ἐχόμενοι, [i] Λεπρεητέων διηκόσιοι. τυτέων δὲ, Μυκηναίων καὶ Τιρυνθίων τετρακόσιοι. τυτέων δὲ ἐχόμενοι, Φλιάσιοι χίλιοι. παρὰ δὲ [k] τύτυς ἕϛασαν Ἑρμιονέες τριηκόσιοι. Ἑρμιονέων δὲ ἐχόμενοι ἵϛαντο Ἐρετριέων [l] τε καὶ Στυρέων ἑξακόσιοι. τυτέων [m] δὲ Χαλκιδέες τετρακόσιοι. τυτέων δὲ, [n] Ἀμ-

a Ἀποδεδεγμένον *Paſ. Ask. V. Arcb. Brit.* recte: Vid. C. 71.; alii ἀποδειγμ. *b* Deest ἐν *Brit.* *c* Ἄρτι ἴοιμεν *Arcb.* *d* Δοκέει id. *Paſ.*, bene. δοκέῃ alii. *e* Omittit *Ask.* *f* Ὑπερεβάλλοντο *Arcb. Ald.* *g* Ἄρχειν ἐθέλοντες *Ald.*, ultimum et in *Paſ.* *b* Δέ σφι aut σφιν, non ut alii δέ σφισι, *Arcb. Vind.*, quod Ἰωνικὸν· tum εὗρον *Brit.* *i Med. Paſ. Ask. Arcb. Valla*; antea Λεπραιετέων. *k* Τούτους ἔσηταν *Paſ. Ask.* *l* Abest *Arcb. V.* *m Med. Paſ. Ask.*, in *Arcb.* tota haec quinque vocum periodus non legitur: alii cum *Aldo* δὲ ἐχόμενοι Χαλκ., neque illi male.

vocibus. Proximum ἐν τοῖς Τρωϊκοῖσι πένοισι non ſollicito, tametſi *Cicero* Nat. Deor. III, 21. *Heroicis temporibus* et ἐν τοῖς Ἡρωϊκοῖς χρόνοις *Diodorus* L. XV, 79. Tu vide VII, 20.

80. Ὥσπερ ἐϛὶ] Corrigit *Abreſcbius* οἵπερ ἐϛι leni, ſed parum neceſſaria, medicina. Mox Μαραθῶνι ſine praepoſitione ad *Ariſtophanis* Acharn. v. 697. ἄνδρ' ἀγαθὸν ὄντα Μαραθῶνι et εἶτα Μαραθῶνι μὲν ὅτ' ἦμεν, exemplum unae ſchedae, quas iubeo valere.

82. Ἀπὸ τοῦ ἐν Μαραθῶνι ἔργου] Campus Marathonius praecipua ſemper fuit Athenienſibus gloriandi materies, quia hanc de Perſis victoriam ſoli reportaverant: ea de re loquenti *Lycurgo* c. Leocr. p. 162, 13., dicuntur οὐκ ἐπὶ τῇ δόξῃ μέγα φρονοῦντες, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ταύτης ἄξια πράττειν. *Ariſtoph.* Equit. ν. 1331., Τῆς γὰρ πόλεως ἄξια πράττεις, καὶ τοῦ ν Μαραθῶνι τροπαίου· de *AEſchylo* morti vicino vid. *Pauſan.* I. p. 35.; apud *Thucyd.* I, c. 73., Athenienſes, Φαμὲν Μαραθῶνι μόνοι προκινδυνεῦσαι τῷ βαρβάρῳ· ubi notat *Waſſeus:* hoc titulo *Critiae* deſignatur urbs Athenarum apud *Athen.* I. p. 28. C. Ἡ τὸ καλὸν Μαραθῶνι καταϛήσασα τρόπαιον. Nomen itaque Μαραθωνομάχων Atticis erat auribus iucundiſſimum, ſed depravatis ſuae aetatis moribus ſaepius istius temporis Μαραθωνομάχους oppoſuit *Ariſtophanes*, et in Nub. ν. 982.; acerbe *Athen.* VI. p. 253. F. ταῦτ', inquit, ἦδον οἱ Μαραθωνομάχοι. VALCKEN.

87. Ἓξ τε καὶ τεσσεράκοντα] Satis glorioſe. Annumerantur nobis nationes, Dario vectigales, L. III, 90. ſeqq., isto numero plures. Illaene vero Marathonium in campum contra Athenienſes, et navibus quidem ſexcentis L. VI, 95., venerunt? Iuſtius adiungitur, non profecto decere τάξιος εἵνεκα ϛασιάζειν· adeſſe enim, οὐ τοῖς συμμάχοις ϛασιάσοντας, ἀλλὰ μαχουμένους τοῖς πολεμίοις, uti *Plutarch.* Ariſtid. p. 326. B.

91. Ἵνα δοκέῃ] Scribendum arbitror ἵν' ἂν δοκέῃ· vel ἵνα δοκέει· iungitur enim ἵνα, ſignificans *ubi*, ut apud alios ſic apud *Herod.* indicativo modo. In eamdem ſententiam Ariſtides loquitur *Plutarcbi* T. I. p. 326. B. τὴν ἀρετὴν οὐκ ἀφαιρεῖται τόπος οὐδὲ δίδωσιν· ἣν δ' ἂν ὑμεῖς ἡμῖν τάξιν ἀποδῶτε, πειρασόμεθα κοσμοῦντες καὶ φυλάττοντες μὴ καταισχύνειν τοὺς προηγωνισμένους ἀγῶνας· apud eumdem T. II. p. 208. D. Ageſilaus, δείξω, inquit, ὅτι οὐχ οἱ τόποι τοὺς ἄνδρας ἐντίμους, ἀλλ' οἱ ἄνδρες τοὺς τόπους ἐπιδεικνύουσι. VALCKEN.

99. Οἱ ἀρχὴν ἐλθόντες Ἑλλήνων] *H. Stephanus* ob *Vallae* Latina mutavit in *Aldo* vitioſa, mutantique ſcripti codices resque ipsa addicunt. In ſeptenis Helotis, ſingulos Spartiatas ſtipantibus *Plutarch.* Malign. p. 871. E. et Ariſtid. p. 325. A. nihil diſcordat. Vide ſupra C. 10.

[a] Ἀμπρακιωτέων πεντηκόσιοι. μετὰ δὲ τούτους, Λευκαδίων καὶ Ἀνακτορίων ὀκτακόσιοι [b] ἕσασαν. τουτέων δὲ ἐχόμενοι, Παλέες οἱ ἐκ Κεφαλληνίης δηκόσιοι. μετὰ δὲ τούτους Αἰγινητέων [c] πεντηκόσιοι ἐτάχθησαν. παρὰ δὲ τούτους ἐτάσσοντο Μεγαρέων τρισχίλιοι. εἶ-
521 χοντο δὲ τουτέων, Πλαταιέες ἑξακόσιοι. τελευταῖοι δὲ καὶ πρῶτοι Ἀθηναῖοι ἐτάσσοντο, κέρας ἔχοντες τὸ εὐώνυμον, ὀκτακισχίλιοι· ἐστρατήγεε δ' αὐτέων Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου. Οὗτοι, πλὴν τῶν ἑπτὰ περὶ ἕκαστον τεταγμένων Σπαρτιήτησι, ἔσαν ὁπλῖται, [d] συνάπαντες ἐόντες ἀριθμὸν τρεῖς τε μυριάδες, καὶ ὀκτὼ χιλιάδες, καὶ ἑκατοντάδες ἑπτά. ὁπλῖται μὲν οἱ πάντες συλλεγέντες ἐπὶ τὸν βάρβαρον, ἔσαν τοσοῦτοι. ψιλῶν δὲ πλῆθος ἦν τόδε· τῆς μὲν Σπαρτιητικῆς τάξιος, πεντακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι ἄνδρες, ὡς ἐόντων ἑπτὰ περὶ ἕκαστον ἄνδρα· καὶ τουτέων πᾶς τις παρήρτητο ὡς ἐς πόλεμον. οἱ δὲ τῶν λοιπῶν Λακεδαιμονίων καὶ Ἑλλήνων ψιλοί, ὡς εἷς περὶ ἕκαστον [e] ἐὼν ἄνδρα, πεντακόσιοι καὶ τετρακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι ἔσαν. ψιλῶν μὲν δὴ τῶν ἁπάντων μαχίμων ἦν τὸ πλῆθος ἓξ τε μυριάδες, [f] καὶ ἐννέα χιλιάδες, καὶ ἑκατοντάδες [g] πέντε. τῷ δὲ σύμπαντος [h] Ἑλληνικῷ τῷ συνελθόντος ἐς Πλαταιὰς σύν τε [i] ὁπλίτῃσι καὶ ψιλοῖσι τοῖσι μαχίμοισι, ἔνδεκα μυριάδες ἔσαν, μιῆς χιλιάδος, πρὸς δὲ ὀκτακοσίοισι [k] ἀνδρῶν καταδέουσαι. σὺν δὲ Θεσπιέων τοῖσι παρεοῦσι ἐξεπληροῦντο αἱ ἕνδεκα μυριάδες. παρῆσαν γὰρ καὶ Θεσπιέων οἱ τῷ στρατοπέδῳ οἱ περιεόντες, ἀριθμὸν [l] ἐς ὀκτακοσίους καὶ χιλίους. ὅπλα δὲ οὐδ' οὗτοι εἶχον. οὗτοι μέν νυν ταχθέντες ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ [m] ἐστρατοπεδεύοντο. Οἱ δ' ἀμφὶ Μαρδόνιον βάρβαροι, ἐπεὰν ἀπεκήδευσαν Μασίστιον, παρῆσαν, πυθόμενοι τοὺς Ἕλληνας εἶναι ἐν Πλαταιῇσι, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τὸν Ἀσωπὸν τὸν ταύτῃ ῥέοντα· ἀπικόμενοι δὲ, [n] ἀντετάσσοντο ὧδε ὑπὸ Μαρδονίου· κατὰ μὲν Λακεδαιμονίους ἔστησι Πέρσας. καὶ δὴ, πολλοὶ γὰρ

Ampraciatarum quingenti: post eos, Leucadiorum et Anactoriorum octingenti. Hos sequebantur Paleenses ex Cephallenia, ducenti: post hos instructi AEginetarum quingenti: iuxta hos Megarensium tria millia, quibus adstabant Platæenses sexcenti. Ultimi et iidem primi stabant Athenienses, lævum tenentes cornu, octo millia, duce Aristide Lysimachi filio. Hi 29
omnes, præter eos qui septeni circa singulos ab Spartanis statuti erant, fuerunt numero triginta octo millia et septingenti. Gravis quidem armaturæ omnes, adversus barbarum contracti, tot erant. Leviter vero armati, triginta quinque millia, septeni circa singulos Spartiatas collocati, quorum unusquisque ad pugnandum erat instructus. Ceterorum autem Lacedæmoniorum ac Græcorum leviter armati, utpote viro uno circa virum unumquemque stante, triginta quatuor millia quingenti. Summa igitur totius levis armaturæ, quæ pugnare posset, sexaginta novem millia quingenti. Totus autem Græcus exercitus, qui ad Platæas coiit pugnæ aptus, tam levis quam gravis armaturæ, fuit centum et decem millium, minus mille et octingentis. Sed numerus centum et decem millium explebatur ab Thespiensibus, qui aderant; quippe etiam Thespienses in exercitu superstites ad mille et octingentos, qui nec ipsi arma habebant. Et hi quidem ad flumen Asopum positi castra metabantur. Barbari vero qui cum Mardonio erant, 31
posteaquam Masistium eluxerunt, cognito Græcos apud Platæas esse, et ipsi ad Asopum qui illac fluit, ita sunt e regione a Mardonio collocati: Adversus quidem Lacedæmonios Persæ, qui quia copia

γὰρ

a Ἀμπρακιωτέων *V. Arcb.*, perperam. *b* Ἔσησαν *Pasf. Ask.* *c* Πεντηκόσιοι *Pasf.* ex more, non πεντακόσιοι, ut *Ald.* et *Edd.*, etiam supra. *d* Συνάπαντες *Arcb. V.*, tum τρεῖς τε iidem, *Ask. Pasf.*, quae particula deerat. Prius σύνπαντες. Vid. *Gronov.* 1, 98. *e* Negligitur in *Arcb.* *f* Haec tria omittunt *Valla*, *Arcb. Vind.* *g* Ἑπτὰ *Brit.* *b* Defit τοῦ *Arcb. V.* ante Ἑλλ., quos laudo. *i* Ὁπλίτοισι *Arcb.* *k* Non est in *Arcb.* *l* Haud novit ἐς id. *m* Ἐστρατεύοντο *Arcb.* *n* Ἐτάσσοντο *Pasf.*

22. Παλέες οἱ ἐκ Κεφαλληνίης] Iustissime. Laurentii *Pallenenses* in Cephallenia nulli. Quarta urbium insulae Πάλη, cives *Thucydidi* Παλῆς Attica dialecto L. 1, 27., aliis Παλεῖς, Ionibus Παλέες. Lege Nob. *Palmerii* Graec. Ant. L. IV. p. 528. *Pausanias* catalogo Graecorum, contra Mardonium ad Plataeas consistentium, *Palenses* non inseruit, sed alios, hic neglectos, L. V, 23.

31. Σύμπαντες ἐόντες ἀρ.] In hoc numero gravis armaturae militum 38700. nihil inesse vitii liquet e sequentibus; primum enim praeter illos ψιλοὶ memorantur cum Spartiatis missi Helotes 35000, tum ceterorum Graecorum ψιλοὶ, 34500. hi universi conficiunt 108200., quibus adiuncti tandem 1800. Thespienses summam implebant 110000. *Herodot.* infra: σὺν Θεσπιέων τοῖσι παρεοῦσι ἐξεπληροῦντο αἱ ἕνδεκα μυριάδες. De his Graeciae libertatis statoribus intelligo *Diodor. Sic.* XI, c. 30. ἦν δὲ ὁ σύμπας ἀριθμὸς τῶν Ἑλλήνων εἰς δέκα μυριάδας· qui forsan etiam scripserat εἰς ἕνδεκα· sed quod addit, τῶν δὲ βαρβάρων εἰς πεντήκοντα, longius etiam ab *Herodoto* recedit, iuxta quem illic βαρβάρων ἔσαν τριήκοντα μυριάδες, praeter Graecos Persarum partes sequutos, quorum ad Plataeas fuisse Noster suspicatur πέντε μυριάδας. Nostro loco memoratos ὁπλίτας 38700. ego quidem in capite superiori memoratis non reperio, verum duntaxat 29700. Utrum in AEginetarum numero, an et alibi vitium haereat, si Codices vulgatis congruunt, non facile definiri poterit. Ad ista *Herodoti Pausaniae* catalogum v. p. 437. comparanti occurrent inter illos, qui Πλαταιάσιν ἐμαχέσαντο ἐναντίοι Μαρδονίου τε καὶ Μήδων, quorum nulla fit in hac *Herodoti* recensione mentio, Κεῖοι, καὶ Μήλιοι, —— Τήνιοι, —— καὶ Νάξιοι, καὶ Κύθνιοι.
VALCKEN.

41. Καὶ ἐννέα χιλιάδες] Utrum scribarum socordia an alia culpa haec in codicibus paucis non adpareant, quaerere nolo. Absunt male, si τῶν ψιλῶν praescriptus numerus labe caret. Potest disputari, cum Spartani, erant autem ad quinque millia, septenos, et Graeci reliqui singulos iuxta se ψίλους viderint, ampliorne levis armaturae militum catalogus poni debuerit? Nihil tamen membranae isthic innovant.

49. Ὅπλα δὲ οὐδ' οὗτοι εἶχον] *Qui nec ipsi arma habebant* Interpres, cui quidem *arma* si *Clypei* fuerint, uti nonnunquam Latinis, monente *Salmasio* ad *Fl. Vopisci* Aurel. C. 7., insons erit. Revera hi Thespienses in levi erant armatura, οὐκ ἐν ὅπλοις, quales in *Heliodori* AEth. IX. p. 428. *Pausanias* illos ὅσον τῶν ὅπλων τῇ σκευῇ κοῦφον L. IV, 29., hos *Polybius* crebro τὰ βαρέα τῶν ὅπλων L. 1, 76. adpellat. Conf. ad *Diodor.* XIV, 23.

cedæmoniis dirimebantur, ſacrificaverunt tanquam conflicturi cum Mardonio præſentibusque copiis: et quum litare non poſſent, multi eorum interea cadebant, multo plures vulnerabantur. Confertis enim ger-

ris

a Med. Arch. Paſ. Ask., alii cum *Ald.* ἐποιήσαντο. *b* Τὸν Ἀσ. ora *Steph. Paſ. Ask. V. Arch. Brit.*, hinc articulus. *c* Δὲ ſemel *Paſ. Arch. V. Ald.*, in Gronoviana δὲ δὲ, quod, δὲ δὴ ſi foret ex ſcriptis, tolerasſem. *d* Abſunt ista duo *Arch.* *e* Ἕκαϛοι margo *Steph. Paſ. Paris A. B.*, tum ἦκον *Arch.* *f* Ἁϱπάσ. *Arch. V.* praeter neceſſitatem. Vide VIII, 28. *g* Abest *Arch.* *h* Ἡμέων *Arch. Paſ. Ask. V. Brit. Steph.* margo, quod hic malui: ἡμέας *Ald.* et alii. *i* Πᾶσα *Arch.* *k* Ὥϛε καὶ *Arch.* *l* Πϱοσκείμενον *Arch. V. Paris. A. B.*, alii cum *Aldo* ϖϱοκείμ. *m* Ἐσχίζοντο ora *Steph.* *n* Γέϱα et deinceps *Arch.*

40. Ὡς ϖοδῶν ἕκαϛος εἶχον] Iniuria dictionem amanuenſes perverſum ierunt. Vide L. I, 169. II, 53. Quod deinceps autem βοῇ τε καὶ ὁμίλῳ, pro eo frequentius βοῇ τε καὶ ϖατάγῳ χϱεώμενοι III, 79. Sentio hic inconditum clamorem et turbam Homereo more exprimi. Κεκλόμενοι καθ' ΟΜΙΛΟΝ ἐϖ' αὐτῷ ϖάντες ἔβησαν Troiani, inordinati atque inconpoſiti, in Ulyſſem ruentes *Il.* Λ. v. 460.

42. Βοῇ τε καὶ ὁμίλῳ] Hoc ſi ſincerum est, poſitum videtur ὁμίλῳ pro ὁμιλαδόν· ὁμιλαδὸν ἐϛιχόωντο est apud *Apollon. Rhod.* IV, ϒ. 81. ex *Hom.* Il. B, ϒ. 93., ἐϛιχόωντο ἰλαδόν. Sed, me iudice, βοῇ τε καὶ κόμπῳ aptius hac in ſede convenirent; et videri poſſet aliam hic vocem legiſſe *Plutarchus* in Ariſt. p. 329 A. ubi Mardonius ἐϖεΦέϱετο τοῖς Λακεδαιμονίοις βοῇ ϖολλῇ καὶ ϖατάγῳ τῶν βαϱβάϱων, ὡς οὐ μάχης ἐσομένης, ἀλλὰ Φεύγοντας ἁναϱϖασομένων τοὺς Ἕλληνας· quae certe ſunt ex his expreſſa *Herodoti*; cui ſupra VIII, c. 28., Theſſali dicuntur, ὡς ἁναϱϖασόμενοι τοὺς Πωκέας, Φεϱόμενοι. Urbs uno velut impetu capta frequenter dicitur ἁναϱϖασθῆναι. VALCKEN.

55. Δίκαιοί ἐϛε] De *H. Stephani* ſententia, quamquam male citantis Thes. T. I. p. 1014., probe interpres. *Strabo* L. VI. p. 407. A. Δίκαιοι ἐσμὲν Φυλάξαι τὴν αὐτὴν τάξιν. *Par est eundem nos ordinem ſervare.* Saepe *Plato*, cuius in Criton. p. 45. A. ἡμεῖς γάϱ ϖου ΔΙΚΑΙΟΙ ἐσμὲν, σώσαντές σε, κινδυνύειν τοῦτον τὸν κίνδυνον. *Euripides* etiam Suppl. v. 186., ubi Barneſiana ſane quam ieiuna.

66. Τὸ γὰϱ ϖϱοσκείμενον]. Mentio ἀγῶνος μεγίϛου ϖϱοκειμένου in proxime ſuperioribus anſam hoc mutandi praebuit. Τὸ ϖϱοσκείμενον, Perſarum equeſtres copiae, οἱ ϖϱοσεκέατό σΦι, a quibus continuo incesſentibus damno Graeci augebantur. Res extra dubii aleam ex C. 56. et C. 39., ἡ μέντοι ἵππος — ἀιεὶ ϖϱοσέκειτό τε καὶ ΕΛΤΡΕΕ τοὺς Ἕλληνας.

74. Φϱάξαντες τὰ γέϱϱα] Perſarum aliorumque ΓΕΡΡΑ, clypeos ex viminibus, multa luce *Bar. Briſſonius*

Sed exorata Iuno et impetus Tegeatarum rem restituit. Persis nocuit mala armatura. Mardonius occisus ab Aeimneito, cæteri fugerunt.

ris Persæ ingentem vim sagittarum emitte-
bant, adeo instanter, ut laborantibus Spar-
tiatis, et quia litare non poterant, respi-
ciens ad templum Iunonis Platæensium Pau-
sanias, imploraverit deam, obsecraveritque
62 ne spes sua ipsos frustraretur. Adhuc eo
deam his verbis invocante, Tegeatæ prius
exsurgentes in barbaros tendunt: statimque
post Pausaniæ preces sacrificantibus Lace-
dæmoniis exta pulchra extitere: qui ali-
quanto post et ipsi in Persas eunt. Persæ
omissis arcubus ex adverso stetere. Ad quo-
rum gerra primum pugna commissa est; quæ
quum cecidissent, iam atrox pugna consti-
tit iuxta ipsum Cereris templum, eaque per-
tinax, donec ad propulsionem ventum est.
Siquidem barbari prehensantes lanceas con-
fringebant, nec audacia nec robore inferio-
res: sed inermes erant et præterea imperiti,
nec hostibus prudentia pares, etsi enim sin-
guli, deni, pluresve aut pauciores irruebant
conglobati tamen quia incidebant in Spartia-
63 tas, conficiebantur. Mardonius, qua parte
ipse ex equo albo ciens pugnam, mille de-
lectis Persarum præstantissimis stipatus erat,
ea maxime parte hostem urgebat, qui quam-
diu superfuit, Persæ resistentes seseque de-
fensantes, stravere multos Lacedæmoniorum.
Postea vero quam Mardonius mortuus fuit,
et agmen quod circa illum robustissimum e-
rat occubuit, tum demum alii quoque terga
vertentes cessere Lacedæmoniis; quippe eis
plurimum officiebat vestis armis vacans: in-
ermes enim cum armatis prœlium faciebant.
64 Ibi et ultio necis Leonidæ de Mardonio per-
acta est, secundum oracula Spartiatis red-
ditum: et victoria omnium, quas unquam no-
vimus, speciosissima potitus est Pausanias Cle-
ombroti filius, Anaxandridæ nepos. Huius
autem superiorum maiorum nomina in Leo-
nida recensui, illius enim iidem qui et Pau-
saniæ maiores fuere. Oppetiit autem Mar-
donius ab Aeimnesto, viro inter Spartia-
tas

οἱ Πέρσαι, ἀπίεσαν [a] τῶν τοξευμάτων πολλὰ ἀφει- 533
δέως ὕτω, ὥστε πιεζομένων τῶν Σπαρτιητέων, καὶ
τῶν σφαγίων οὐ γινομένων, ἀπoβλέψαντα τὸν Παυ-
σανίην πρὸς τὸ Ἡραῖον τὸ Πλαταιέων, ἐπικαλέσασθαι
τὴν θεὸν, [b] χρήζοντα μηδαμῶς σφέας ψευσθῆναι τῆς
ἐλπίδος. Ταῦτα δ' ἔτι τούτου [c] ἐπικαλευμένου, προ-
εξαναστάντες [d] πρότεροι οἱ Τεγεῆται ἐχώρεον ἐς τοὺς
βαρβάρους. καὶ τοῖσι Λακεδαιμονίοισι αὐτίκα μετὰ τὴν
εὐχὴν τὴν Παυσανίεω, ἐγίνετο θυομένοισι τὰ σφάγια
χρηστά. ὡς δὲ χρόνῳ κοτὲ [e] ἐγίνετο, ἐχώρεον καὶ οὗτοι
ἐπὶ τοὺς Πέρσας, καὶ οἱ Πέρσαι ἀντίοι, τὰ τόξα μετ-
έντες. ἐγίνετο δὲ πρῶτον περὶ τὰ [f] γέρρα μάχη· ὡς
δὲ ταῦτα ἐπεπτώκεε, ἤδη ἐγίνετο [g] ἡ μάχη ἰσχυρὴ
παρ' αὐτὸ τὸ Δημήτριον, καὶ χρόνον ἐπὶ πολλὸν, ἐς ὃ
ἀπίκοντο ἐς ὠθισμόν. τὰ γὰρ δόρατα ἐπιλαμβανόμε-
νοι κατέκλων οἱ βάρβαροι. [h] λήματι μέν νυν καὶ ῥώμῃ
οὐκ ἐσσονες ἦσαν οἱ Πέρσαι, ἄνοπλοι δὲ ἐόντες, καὶ πρὸς,
ἀνεπιστήμονες ἦσαν, καὶ οὐκ ὁμοῖοι τοῖσι [i] ἀντίοισι σο-
φίην. προεξαίσσοντες δὲ κατ' ἕνα, καὶ δέκα, [k] καὶ
πλεύνες τε καὶ ἐλάσσονες συστρεφόμενοι, ἐσέπιπτον ἐς
τοὺς Σπαρτιήτας, καὶ διεφθείροντο. Τῇ δὲ ἐτύγχανε
αὐτὸς ἐὼν Μαρδόνιος, ἀπ' ἵππου τε μαχόμενος λευκῆς,
ἔχων τε περὶ ἑωυτὸν λογάδας Περσέων τοὺς ἀρίστους χι-
λίους, ταύτῃ δὴ καὶ μάλιστα τοὺς ἀντίους ἐπίεσαν.
ὅσον μέν νυν χρόνον Μαρδόνιος περιῆν, οἵδε ἀντεῖχον, καὶ
ἀμυνόμενοι [l] κατέβαλλον πολλοὺς τῶν Λακεδαιμο-
νίων· ὡς δὲ Μαρδόνιος ἀπέθανε, καὶ τὸ περὶ ἐκεῖνον
τεταγμένον ἐὸν ἰσχυρότατον ἔπεσε, οὕτω δὴ καὶ οἱ
ἄλλοι ἐτράποντο, καὶ εἶξαν τοῖσι Λακεδαιμονίοισι.
[m] πλεῖστον γὰρ σφέας ἐδηλέετο ἡ ἐσθὴς ἔρημος ἐοῦσα
ὅπλων. πρὸς γὰρ ὁπλίτας ἐόντες [n] γυμνῆτες ἀγῶνα
ἐποιεῦντο. Ἐνθαῦτα ἥ τε δίκη τοῦ Φόνου τοῦ Λεωνίδεω,
κατὰ τὸ χρηστήριον, τοῖσι Σπαρτιήτῃσι ἐκ Μαρδονίου
[o] ἐπετελέετο, καὶ νίκην ἀναιρέεται καλλίστην ἁπασέων
τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Παυσανίης ὁ Κλεομβρότου τοῦ Ἀναξαν-
δρίδεω. τῶν δὲ καλύπτρθέ οἱ προγόνων τὰ οὐνόματα εἴρηται
ἐς [p] Λεωνίδην· οὗτοι γάρ σφι τυγχάνουσι ἐόντες. ἀπο-
θήσκει δὲ Μαρδόνιος ὑπὸ [q] Ἀειμνήστου, ἀνδρὸς ἐν Σπάρ-
τῃ

[a] Τὸν τοξ. *Pasf. Arcb. Brit.*, articulus aberat. [b] Χρηΐζοντα *Arcb. Vind.* [c] Ἐπικαλεομένου *Arcb. V. Ask.* [d] Πρότερον *Arcb. V. Valla.* Conf. *Davisium* in *Maxim. Tyr.* p. 507. [e] Ἐγένετο *Pasf.* [f] Γίρα *Arcb.* [g] Abest *Arcb.*, neque male. [h] Λήμματι recte *Plut.* Malign. p. 874. A., Codd. plerique omnes λήμματι. Vide V, 72. VII, 99. [i] Ἀντίοισιν *Vind.* [k] Copulam idem et *Arcb.* non habent. [l] Κατέβαλλον *Arcb. Pasf. V. Ask. Brit.*, antea κατεβάλλοντο. [m] Carpit *Plut.* Malign. p. 874. [n] Γυμνῆται *Ask.*, in *Pasf.* ἐόντας γυμνῆτας, male. Porro ἀγῶνας *Arcb.* [o] Ἐπιτελ. sine augmento *Vind.*, sequentia laudavit *Plut.* Cat. Maior. p. 353. D. [p] Λεωνίδεω *Arcb.*, loco Λεωνίδεα. Conf. L. VII, 204., ubi maiorum eius series. [q] Ἀριμνήστου *Arcb. Valla*; Ἀϊμνήστου *Pasf. Ask.* Ἀειμνήστου *Med.*

sonius R. Pers. III, 13. et *Io. Taylor* ad *Demosth.* Or. in Neaer. p. 596. adsperserunt. Hic scutorum illa congeriem, et σκεπάσματα, Graecis ingruentibus obiecta, requirunt. Quorsum enim, *pugnatur* πρὸς τὰ γέρρα· ὡς δὲ ταῦτα ἐπεπτώκεε Capitis sequentis, nisi huc? et *Plut.* Aristid. p. 329. F. καὶ προσθέμενοι πολλὰ τῶν γέρρων Persae, et statim, καὶ προσπεσόντες *Graeci* ἐξεώθουν τὰ γέρρα. Addo, *Harpocrationem* in Γέρρα Herodotea indicasse et *Suidam* in Γέρροιν. Posteriorem etiam excerpsisse. Sic enim, καὶ αὖθις Ἡρόδοτος· Κῦρος περιελὼν τὰ πολλὰ &c.; quae quidem *Xenophontis* sunt Κύρ. Παιδ. L. II. p. 42. C., *Kustero* non animadversa, et inde corrigenda. *Herodoti* verba desunt, exscriptorum stupiditate praetervisa.

77. Τῶν σφαγίων οὐ γενομένων] Persuasit doctissimo *Pavio* χρησῶν vocem his ex libro *Arcb.* iungere Cl. *Th. Galeus*, falsus vehementer: namque illo in Codice, quem *inportunissimum* Cel. *Taylor* adpellavit ob iniustum additamentum ad *Lysiae* Serm. Ἐπιτάφ. p. 33., vocabulum illud frustra quaeritur. *Plutarchi* verba Aristid. p. 329. E. ἅμα ταῖς εὐχαῖς ἐφάνη τὰ ἱερά auxit ex falso prodita huius loci accessione *Dacerius* ἐφάνη τὰ ἱερὰ χρησά. Sic vara, uti dici solet, vibiam secuta est. *Plutarchum* bene tutatur *Bryanus*, Nostrum *Taylorius*. Χρησὰ in dictione intelligi adsolent. Conf. L. VII, 134.

77. Τῶν σφαγίων οὐ γεν.] A sciolo ex vicinis repetitum, χρησῶν, quod praebet *Arcb.*, recte reiecit Clar. *Io. Taylor* ad *Lys.* p. 33. Quando litabant, τὰ ἱερὰ vel τὰ σφάγια γενέσθαι simpliciter etiam dicebantur. Hic paulo post istis, ἐγίνετο θυομένοισι τὰ σφάγια χρησὰ, haec proxima subiiciuntur, ὡς δὲ χρόνῳ κοτὲ ἐγίνετο, *quum vero tandem aliquando laeta essent exta:* χρόνῳ, nonnemini suspectum, *tandem* notat: vid. ad *Eurip.* Phoen. ϒ. 313. in *Dionys. Halicarn.* T. II. p. 33, 25., scribendum: τὸ χωρίον αἱρεῖ χρόνῳ· φερόμενος δ' ὑπ' ὀργῆς ——. Ut *Herod.* precantem Pausaniam sistit *Plutarch.* T. I. p. 329. E. ubi ἅμα ταῖς εὐχαῖς ἐφάνη τὰ ἱερὰ, καὶ νίκην οἱ μάντεις ἐμήνυον. VALCKEN.

100. Κατέβαλλον πολλοὺς] Etsi me minime fugiat, pristinum patrocinio, si rixari libeat, non defici, consuetum nolui et schedarum praeiudicio protectum abiicere. Satis erit hoc *Plut.* Aristid. p. 329. F. τοῖς δόρασι τύπτοντες πρόσωπα καὶ στέρνα τῶν Περσῶν, πολλοὺς ΚΑΤΕΒΑΛΛΟΝ.

4. Πλεῖστον γάρ σφεας ἐδηλέετο] Qui criminari gestiunt, plerumque excedunt modum. Carpit *Plutarchus*, alioqui optime gnarus, γυμνοὺς καὶ ἀνόπλους, quos ipse habet T. II. p. 787. F., omnes perhiberi, gravi armatura defectos. Tales Persae, quorum *gerra* dudum perierant, Graecorum clypeis, si salva fuissent, nunquam conparanda. Hoc amplius, tunicae talares, quo minus expeditius pugnarent Persae, inpedimento erant. Verum his aegrius immoror.

12. Τοῦ Ἀειμνήστου] Iustum nobilis viri nomen non extra certamen. Ἀριμνήστου titulum dant illi *Valla* et

Iudicium de decreto Dex. Artabazus Phocenſes petiit. Bœotl laudati. In ſolis Perſis ſumma huius pugnæ ſita fuit.

τῃ λογίμῳ· ὃς χρόνῳ ὕστερον μετὰ τὰ Μηδικὰ, ἔχων ἄνδρας τριηκοσίους, συνέβαλε ὀν Στενυκλήρῳ, πολέμου ἐόντος, [a] Μεσσηνίοισι πᾶσι· καὶ αὐτός τε ἀπέθανε καὶ οἱ τριηκόσιοι. Ἐν δὲ Πλαταιῇσι οἱ Πέρσαι ὡς [b] ἐτράποντο ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, ἔφευγον ὑδένα κόσμον ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ ἑωυτῶν, καὶ ἐς τὸ τεῖχος τὸ ξύλινον, τὸ ἐποιήσαντο ὀν μοίρῃ τῇ Θηβαί-
534 δι. [c] Θῶυμα δέ μοι ὅκως [d] παρὰ τῆς Δήμητρος τὸ ἄλσος μαχομένων, ὐδὲ εἷς ἐφάνη τῶν Περσέων ὔτε ἐσελθὼν ἐς τὸ τέμενος, ὔτε ὑποθανὼν περὶ τὸ ἱρὸν, οἱ δὲ πλεῖστοι ὀν τῷ βεβήλῳ ἔπεσον. δοκέω δὲ, εἴ τι περὶ τῶν θείων πρηγμάτων δοκέειν δεῖ, ἡ θεὸς αὐτὴ σφέας ὐκ [e] ἐδέκετο, ἐμπρήσαντας τὸ ἱρὸν τὸ ὀν Ἐλευσῖνι [f] ἀνάκτορον. αὕτη μέν νυν ἡ μάχη ἐπὶ [g] τοσοῦτον ἐγένετο. Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος αὐτίκα τε ὐκ [h] ἀρέσκετο, κατ' ἀρχὰς [i] λιπομένῳ Μαρδονίου ἀπὸ βασιλῆος· καὶ τότε πολλὰ ἀπαγορεύων, ὐδὲν ἧσσε, συμβάλλειν ὐκ ἐῶν· ἐποίησέ τε αὐτὸς τοιάδε, ὡς ὐκ ἀρεσκόμενος τοῖσι πρήγμασι τοῖσι ἐκ Μαρδονίου ποιευμένοισι· τῶν ἐστρατήγεε ὁ Ἀρτάβαζος· εἶχε δὲ δύναμιν ὐκ ὀλίγην, ἀλλὰ καὶ ἐς τέσσερας μυριάδας ἀνθρώπων περὶ [k] ἑωυτόν· τούτους ὅκως ἡ συμβολὴ ἐγίνετο, εὖ ἐξεπιστάμενος τὰ ἔμελλε [l] ἀποβήσεσθαι ἀπὸ τῆς μάχης, [m] ἧιε κατηρτισμένος, παραγγείλας [n] κατὰ τωὐτὸ ἰέναι πάντας τῇ ἂν αὐτὸς ἐξηγέηται, ὅκως [o] ἂν αὐτὸν ὁρέωσι σπουδῆς ἔχοντα. ταῦτα παραγγείλας, ὡς ἐς μάχην ἦγε δῆθεν τὸν στρατὸν. [p] προτερέων δὲ τῆς ὁδοῦ, ὥρα [q] καὶ δὴ φεύγοντας τοὺς Πέρσας. ὕτω δὴ ὐκέτι τὸν αὐτὸν κόσμον κατηγέετο, ἀλλὰ τὴν ταχίστην ἐτρόχαζε φεύγων, ὔτε ὡς

tas eximio: qui aliquamdiu post bellum Medicum trecentos viros ſecum habens, apud Stenyclerum belli tempore cum omnibus Meſſeniis conflixit, ubi ipse et trecenti illi occubuere. Ad Platæas autem Perſæ, postquam a Lacedæmoniis in fugam verſi ſunt, nullo ordine ad caſtra ſua contendunt, et ad murum ligneum, quem fecerant in parte agri Thebani. Tenet autem me admiratio, quum iuxta lucum Cereris dimicaretur, ne unum quidem Perſarum viſum eſſe intraſſe fanum, neque circa templum occubiſſe, ſed plerosque in profano: ſed opinor, ſiquid de rebus divinis opinari oportet, deam ipsam eos non recepiſſe, qui ſacrum quod est in Eleuſine Anactorum concremaverant. Hactenus pugna hæc geſta est. Artabazus autem Pharnacis filius, cui iam inde ab initio diſplicuerat Mardonium relinqui ab rege, quique multis verbis pugnam diſſuadens nec ſinens præliari nihil profecerat, hoc ſibi agendum putavit. Is, quod ſibi non placerent, quæ a Mardonio fiebant, eos quibus præerat, præerat autem non parvis copiis, ſed ad quadraginta usque millibus hominum, illos, inquam, dum prœlium fiebat, quid futurum e prœlio eſſet probe intelligens, quum parasſet, ibat, teſſera data, ut omne irent quacunque ipse duceret, et qua viderent ipsum feſtinantem. Sic iuſſas tanquam ad pugnam copias ſcilicet ducens, ſed paullum progreſſus cernit Perſas fugientes, ita non ſervato amplius eodem ducendi ordine, ſed repente effuſo curſu fugæ ſe dedit, non ligneum

a Μεσηνίοισι πᾶσι *Arcb.*, deſit τε et *Vind. Paſſ. Ask.*, quibus obſequi licebit. ante Μεσσηνίοισί τε. Ceterum Μεσήνιοι ſaepiſſime *Iſocrati* et aliis. b *Med. Paſſ. Ask. Vind. Arcb.*, ceteri ἐτράπησαν. c Θῶμα *Arcb. Ask.* d *Med. Paſſ. Ask. Arcb. Vind. Valla*, περὶ alii. e Iidem omnes: ἐδέξατο *Ald. Paris. A. B.* f *Med. Paſſ. Ask.*, ἀνακτόριον *Arcb. V. Brit. Paris. A. B. Ald. Valla.* g Τοσοῦτο *Paſſ. Ask.* h Ἠρέσκ. *Arcb. Paſſ. V. Ask.* i Λειπ. *Arcb. V.* k Αὐτὸν *V. Arcb.* l Συμβήσεσθαι *Arcb.* m *Med. Paſſ. Ask.*, ἦγε *Arcb. V. Brit. Ald. Valla:* tum κατηρτημένος aut κατηρτημένως *Paſſ. Ask.* ora *Stepb.* n Κατὰ τοῦτο *Arcb.*, κατὰ τῶυτὸ *Vind. Ask. Paſſ.*, in *Ald.* κατ' αὐτὸ et aliis. o Deſideratur in *Arcb.* p Προτερέων *Arcb. V. Paſſ.* margo *Stepb.*, προτερέυων prius. q Καὶ δὴ *Ask. Paſſ. Arcb.*, ordine meliore: δὴ καὶ alii cum *Aldo.*

Arcb., inque primis *Plut.* Ariſtid. p. 330. C., ceteris autem Codd. receptum in laude verſatur. His equidem conſpirantibus accederem, eoque promtius, quoniam ex *Plutarchi* ſcripto exemplari ΔΙΑΜΝΗΣΤΟΝ *H. Stepb.* enotavit, ab Ἀειμνήστῳ leviter diverſum: Idem porro *Plut.* Malign. p. 873. D., ſive inſulſi potius ſcribae, ΔΕΙΠΝΙΣΤΟΝ pinxerunt, ΑΕΙΜΝΗΣΤΟΝ utique adpellandum. Iam quae in Ἀειμνήσου et Ἀριμνήσου ſcriptura librariorum hic et C. 71. diſcordia, vitioſior alibi in monumentis ſepulchralibus. *M. Ant. Boldettus* Obſerv. ad Coemeter. p. 411. titulum exſcripſit hunc, ΞΑΝΘΙΠΠΗΑΕ ΙΜΝΗΣΤΕ ΓΡΗΓΟΡΕΙ· et p. 416. ΠΤΟΛΜΑΙC. Α. Ι. ΜΝΗΓΑΙ ΕΝ ΘΕΩ ΠΑΡΘΕΝΟΣ, et Latine *Ptolmais A. I. hymnos perſonabat virgo.* Legiſſet ΑΕΙΜΝΗΣΤΗ *perpetuae memoriae*, Latina utique adpoſuiſſet meliora. At in talibus crebri eius lapsus.

12. Τπὸ Ἀειμνήσου] In hoc forte nomine placebit ſcriptio *Arcb.* Ἀριμνήσου· quia firmat illam *Plutarch.* T. I. p. 330. C. τὸν Μαρδόνιον ἀνὴρ Σπαρτιάτης ὄνομα Ἀρίμνησος ἀποκτίννυσι, λίθῳ τὴν κεφαλὴν πατάξας. Spartiata, quantum recordor, *Arimneſtus* nusquam *Pauſaniae* memoratur; ſed Plataeënſium hoc etiam praelio Imperator ſic illi dicitur IX, p. 718. et *Plutarcho* in Ariſt. p. 325. C. quae commendant lectionem *Med.* apud *Herodot.* infra c. 71., Ἀρίμνησον ἄνδρα Πλαταιέα, ubi Ἀείμνησον dabant Edd. Plataeënſem Λάκωνα τὸν Ἀειμνήσου memorat *Thucyd.* III, c. 52. VALCKEN.

25. Τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνάκτορον] Templum *primarium* et *praecipuum* doctiſſimo *de Pauw*, ad cuius formam Δήμητρος Ἐλευσινίης ἱρὸν ſupra C. 56. Notum mihi adprime τὸ σεμνὸν ἀνάκτορον τοῖν θεοῖν Cereris et *Proſerpinae Athen.* L. V. p. 213. 6., verum τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλ. ἀνάκτορον inſolentius. *Heſychii* Ἀνακτόριον, ἱερὸν, congruebat Codd. quorundam voluntati, ac ſollemnem vocabuli gloſſam, *Herodoto* fortaſſe inculcatam, indicabat. Vide ibi Clar. *Alberti* et *Olearium* ad Philoſtr. Vit. Sophiſt. L. II. p. 600.

25 Τὸ ἱρὸν τ. ἐν Ἐ. ἀνάκτ.] *Herodotus* aliique ſaepe dixerunt ἱρὸν vel ἱερὸν ἅγιον· et, monente Celeberr. *Hemſterbuſio* ad *Lucian.* p. 136., proprie Cereris Eleuſiniae templum dicebatur τὸ σεμνὸν ἀνάκτορον ταῖν θεοῖν· ſed cauſam non exputo cur Noſtro ſcriberetur τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνάκτορον· mihi potius Cereris templum, quod fuit Eleuſine, dixiſſe videtur τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνάκτορον· ut ad Ἀνάκτορον quis interpretamenti loco primum adiecerit τὸ ἱρόν. De quorumvis Deorum Dearumve templis vocem ἀνάκτορον prae aliis *Euripides* frequentavit in Androm. ỳ. 43. 1157. Iph. in Taur. ỳ. 41. 66. Troad. ỳ. 15. Ione ỳ. 55. Sed ſacrarium illud a Perſis igne violatum ignoraſſe videtur *Ariſtides*, cuius vid. T. I. p. 451. VALCKEN.

36. Ἧιε κατηρτισμένος] Inſpice *Gronovium*, quicum non diſſentio. Scripſi κατὰ τῶυτὸ, ſcriptis exemplaribus iubentibus. Mox *Pavius* de coniectura ὅκως — ὁρέωσι σπουδὴν ἔχοντα, *ſimul ac viderint ipsum magno ſtudio properantem:* neque enim vulgatum uſſo Graecorum in ſermonis eſſe conmercio. Quid tum vero AEſchyleo fiet Supp. v. 844. Σοῦσθε — ὅπως ποδῶν. Quid ὡς ποδῶν εἶχον Noſtri L. VI, 116. ὡς τάχεος εἶχε VIII, 107., et *Dionyſii* Ant. Rom. XI. p. 626. ὡς εἶχον ὀργῆς τε καὶ τάχους· *Heliodori* AEth. I. p. 23. ὡς εἶχε δεσμῶν, *ut vinctus erat*, et ibid. p. 56. ἐλθὼν ὡς εἶχε δρόμου. Quorum quidem uberrima paſſim meſſis. Porro προτερέων elegi, quod C. 56.

36. Ἧιε κατηρτ.] Prae altero mihi quoque placet: τούτους pertinet ad ſequentia, παραγγείλας κατ' αὐτὸ ἰέναι πάντας τῇ αὐτὸς ἐξηγέηται. —— In proximis, ὡς ἐς μάχην ἦγε δῆθεν τὸν στρατὸν, *exercitum ducebat tanquam ad pugnam ſcilicet*, δῆθεν ponitur ut L. VI, c. 1., ὡς οὐδὲν δῆθεν τῶν παρεόντων πρηγμάτων ἐπισάμενος· et alibi ſaepius. — Mox προτερέων *Koenius* vulgato praeferendum cenſebat ut Ἰωνικώτερον et Herodoteum. VALCKEN.

56. Ἧι-

Ad famam victoriæ oſtentant ſe infeliciter Corinthii, a Thebanis repulſi ac cæſi. Ab Athenienſibus ruptus murus ligneus aperit viam ſtragi Perſarum ſævisſimæ.

gneum murum verſus, aut Thebana mœnia, ſed ad Phocenſes, animo celerrime perveniendi ad Helleſpontum, et hi qui-
67 dem istuc iter intenderunt. Ceteris autem Græcis qui ſtabant a regis partibus, ignaviter de induſtria agentibus, Bœoti tamen perdiu cum Athenienſibus decertaverunt. Nam ex Thebanis ii qui cum Medis ſentiebant, non parva ſtrenuitate utebantur, pugnantesque et non ignaviter agentes, ita ut trecenti primores eorum ac fortisſimi illic ab Athenienſibus occiſi fuerint. Ubi autem et isti terga dederunt, fugerunt non quo Perſæ et aliorum ſociorum univerſa multitudo, quæ et cum nemine pugnaverat, et nihil forte demonſtraverat, ſed Thebas
68 verſus fugerunt. Omnem autem barbarorum rem pependisſe a Perſis, inde mihi fides fit, quod tunc et ipſi, antequam etiam cum hoſte congrederentur, fugæ ſe mandaverunt, quod Perſas quoque cernebant fugientes, atque ita cuncti fugam capesſerunt, præter equitatum, tum alium, tum Bœotium: qui hactenus profuit fugientibus, ut asſidue hoſtibus proximus iret arcens amicos fugientes ab Græcis, qui quidem sane victores ſequebantur urgendo Xerxianos
69 atque interficiendo. Inter hunc cædis tumultum nunciatur reliquis Græcis qui circa templum Iunonis conſtituti erant, et a prælio abfuerant, peractum esſe prælium et Pauſaniam cum ſuis vincere. Ea re audita, Corinthii nullo ordine eunt per radicem montis et per colles viam in alta ferentem recta, qua itur ad Cereris templum: Megarenſes et Phliaſii per campum, quæ planisſima viarum erat. Quos utrosque iam hoſti propinquos nullo ordine irruere conſpicati Thebanorum equites, quorum præfectus erat Aſopodorus Timandri filius, equos in illos incitaverunt, et invecti ſexcentos istorum ſtraverunt: ceteros ad Citharonem impulerunt perſequendo. Et hi
70 quidem nulla cum laude perierunt. At Perſæ ceteraque multitudo postquam ad ligneum murum fugerunt, turres, antequam Lacedæmonii advenirent, aſcendere occupant. Illis conſcenſis quamoptime posſunt murum præſtruunt, ex quo ſubeuntibus mox Lacedæmoniis, acrior extitit muri oppugnatio. Nam quoad Athenienſes abfuere, non modo ſeſe defenſabant, ſed etiam Lace-

ἐς τὸ [a] ξύλινον οὔτε ἐς τὸ Θηβαίων τεῖχος, ἀλλ' ἐς Φωκέας, ἐθέλων ὡς τάχιστα ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἀπικέσθαι, καὶ δὴ οὗτοι μὲν ταύτῃ ἐτράποντο. Τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων τῶν μετὰ βασιλῆος ἐθελοκακεόντων, Βοιωτοὶ Ἀθηναίοισι ἐμαχέσαντο χρόνον ἐπὶ συχνόν. οἱ γὰρ μηδίζοντες τῶν Θηβαίων, οὗτοι [b] ἔσχον προθυμίην οὐκ ὀλίγην, [c] μαχόμενοί τε καὶ οὐκ ἐθελοκακέοντες οὕτω, ὥστε τριηκόσιοι αὐτέων οἱ πρῶτοι καὶ ἄριστοι σὺν αὐτοῖσι ἔπεσον ὑπὸ Ἀθηναίων· ὡς δὲ ἐτράποντο καὶ οὗτοι, ἔφευγον ἐς τὰς Θήβας, οὐκ ἦπερ οἱ Πέρσαι, καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων ὁ πᾶς ὅμιλος, οὔτε διαμαχεσάμενος οὐδενὶ, [d] οὔτε ἀποδεξάμενός τι, ἔφευγον. Δηλοῖ τέ [e] μοι ὅτι πάντα τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων [f] ἤρτητο ἐκ Περσέων, εἰ καὶ τότε οὗτοι, [g] πρὶν ἢ καὶ συμράξαι τοῖσι πολεμίοισι, ἔφευγον, ὅτι καὶ τοὺς Πέρσας [h] ἑώρων. οὕτω τε πάντες ἔφευγον, πλὴν τῆς ἵππου τῆς τε ἄλλης καὶ τῆς Βοιωτίης. αὕτη δὲ τοσαῦτα προσωφέλεε τοὺς Φεύγοντας, αἰεί τε πρὸς τῶν πολεμίων ἄγχιστα ἐοῦσα, ἀπείργουσά τε τοὺς Φιλίους Φεύγοντας ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων. οἱ μὲν δὴ πλέοντες ἔπιπτον, τοὺς Ξέρξεα [i] διώκοντες καὶ Φονεύοντες. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ γινομένῳ Φόβῳ [k] ἀγγέλλεται τοῖσι [l] ἄλλοισι Ἕλλησι τοῖσι τεταγμένοισι περὶ τὸ Ἡραῖον, καὶ ἀπογενομένοισι τῆς μάχης, ὅτι μάχη τε γέγονε, καὶ νικῶεν οἱ μετὰ Παυσανίεω. οἱ δὲ, ἀκούσαντες ταῦτα, οὐδένα κόσμον ταξάμενοι, οἱ μὲν ἀμφὶ Κορινθίους, ἐτράποντο διὰ τῆς [m] ὑπωρέης καὶ τῶν κολωνῶν τὴν Φέρουσαν [n] ἄνω, ἰθὺ τοῦ ἱροῦ τῆς Δήμητρος· οἱ δὲ ἀμφὶ Μεγαρέας τε καὶ Φλιασίους, διὰ τοῦ πεδίου τὴν λειοτάτην τῶν ὁδῶν. ἐπεί τε δὲ ἀγχοῦ τῶν πολεμίων ἐγίνοντο οἱ Μεγαρέες καὶ Φλιάσιοι, ἀπιδόντες σφέας οἱ [o] τῶν Θηβαίων ἱππέται ἐπεγομένους οὐδένα κόσμον, ἤλασαν ἐπ' αὐτοὺς τοὺς ἵππους, τῶν ἵππαρχε Ἀσωπόδωρος ὁ Τιμάνδρου. ἐσπεσόντες δὲ [p] κατεσάρασαν αὐτέων ἑξακοσίους, τοὺς δὲ λοιποὺς [q] κατήραξαν διώκοντες ἐς τὸν Κιθαιρῶνα. οὗτοι μὲν δὴ οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλοντο. Οἱ δὲ Πέρσαι, καὶ ὁ ἄλλος ὅμιλος, ὡς κατέφυγον ἐς τὸ ξύλινον τεῖχος, ἔφθησαν ἐπὶ τοὺς πύργους ἀναβάντες, πρὶν ἢ τοὺς Λακεδαιμονίους ἀπικέσθαι· ἀναβάντες δὲ, [r] ἐφράξαντο ὡς ἠδυνέατο ἄριστα τὸ τεῖχος. προσελθόντων δὲ τῶν Λακεδαιμονίων, κατεστήκεε σφι τειχομαχίη ἐρρωμενεστέρη. ἕως μὲν γὰρ [s] ἀπῆσαν οἱ Ἀθηναῖοι, οἵδε [t] ἠμύναντο, καὶ πολλῷ πλέοι ἔσχον τῶν

[a] Ξύλινον τεῖχος *Arcb. Valla*, neque absurde. [b] Εἶχον *Paſ. Arcb. Aſk. V.* [c] Μαχόμενοι *Arcb. V.* [d] Οὔτε τι ἀποδ. *Arcb. Paſ. Aſk.* [e] Ἐμοὶ *Arcb. V.* [f] Ἤρτηντο *Arcb. V.* [g] Τοῖσι πολεμίοσιν ἔφευγον πρινὴ καὶ συμμ. *Arcb.* [h] Ὥρων *Arcb. Vind.* [i] Διώκοντές τε καὶ *Aſk.*, nec male. [k] Ἀπαγγέλλ. *Brit.* [l] Non eſt in *Arcb. V.* et *Valla*, neque valde neceſſarium videtur. [m] Ὑπωρείης *Arcb. Vind.* [n] Abeſt iisdem. [o] Omittitur ab *Arcb.* [p] Κατεσάρ. *Paſ.* [q] *Arcb. Vind. Brit.*, in aliis κατήβραξαν, male. [r] Ἐφράζοντο *Arcb.*, corrupte. [s] Ἀπῆεσαν *Arcb.* [t] Εἶχον *Arcb. Paſ. V. Aſk.*

56. Ἥρτητο ἐκ Περσέων] Redi ad L. I, 125. In proximis maluit Scriptor ὅτι καὶ τοὺς Πέρσας —, etſi praemiſerat εἰ καὶ τότε οὗτοι —, ex arbitrio et varianda oratione. Venit praeterea *Abreſchio* in mentem, πρὸς τῶν πολεμίων ἄγχιστα ἰοῦσα, cui coniectanti ſchedae addicere renuunt.

64. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ γινομένῳ φόβῳ] Fuit, cum legerem ἐν δὲ τούτῳ —— πόνῳ· arbitrarerque ſimillimum ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ L. VI, 114. et VII, 224. Quod quidem utrobique optimum, nec tamen edito probius. Saepe nos blandimentis huiusmodi auferimur, quae, etſi hoc in ſe naturale habeant, ut placeant etiam reiecta, haud raro futilia evadunt. Multis abhinc annis *Ciceronem* Tuſcul. Diſp. III, 27. ſcripſisſe divinabam, *postquam Cyprum venisſent, tum adflictari lamentarique coepisſe*, non vero *postquam Tyrum*. Auctorem quippe *Livium* esſe, Corneliam, Pompeii uxorem, et filium Sextum, post Magni necem, *Cyprum* refugisſe Epit. CXII., pariterque *Lucanum* Phars. IX, 117. *Prima ratem CYPROS ſpumantibus accipit undis.* Atque hoc paene probavi Cl. *Daviſio*. Verum haec *Dionis* vide *Caſſii* L. XLII. p. 234. D. de Caeſare Iulio, τά τε ἀναθήματα τοῦ ἐν τῇ ΤΤΡΩΙ Ἡρακλέους πάντα ἀνείλετο, ὅτι τήν τε ΓΥΝΑΙΚΑ καὶ τὸν ΠΑΙΔΑ τοῦ Πομπηΐου ὑπεδέξαντο, ὅτε ἔφυγον. Hinc inanem ipse ſuſpicionem, ne et aliis fraudi ſit, proſcribo. Sed ad inſtitutum.

79. Κατήβραξαν — ἐς τὸν Κι.] Perparum arbitror interesſe, κατήραξαν ſcribatur an κατέβραξαν· variabunt hic etiam forte Codices, ut apud *Thucyd.* VII, c. 6., τὸ ἄλλο στράτευμα, νικηθὲν ὑπὸ τῶν Συρακουσίων, κατηράχθη ἐς τὰ τειχίσματα· ubi ſcribitur in aliis Codd. κατεβράχθη· ex *Herodoto* ſumſit *Appian.* in Pun. p. 15., τοὺς δὲ λοιποὺς ἐς τὰς πέτρας κατήραξαν. *Demoſth.* c. Ariſtocr. p. 430., κατέβραξε δ' εἰς τὴν θάλατταν ἅπαντας, *omnes in mare dedit praecipites*: illic ex Cod. ſcripto κατήβραξε proſtat enotatum: una litera ablata κατήραξε potius ſcribendum. VALCKEN.

τῶν Λακεδαιμονίων, ὥστε οὐκ ἐπισαμένων τειχομαχέειν· ὡς δὲ σφι [a] οἱ Ἀθηναῖοι προσῆλθον, ὕτω δὴ ἰσχυρὴ ἐγίνετο τειχομαχίη, καὶ χρόνον ἐπὶ πολ-
λόν. τέλος δὲ, ἀρετῇ τε καὶ λιπαρίῃ ἐπέβησαν Ἀθηναῖοι τοῦ τείχεος, καὶ [b] ἤρειπον, τῇ δὴ ἐσεχέοντο οἱ Ἕλληνες. πρῶτοι δὲ ἐσῆλθον Τεγεῆται ἐς τὸ τεῖχος, καὶ τὴν σκηνὴν τοῦ Μαρδονίου ὕτοι ἔσαν οἱ διαρπάσαντες, τά τε ἄλλα ἐξ αὐτῆς, καὶ τὴν Φάτνην τῶν ἵππων ἐοῦσαν χαλκέην πᾶσαν, καὶ θέης ἀξίην. τὴν μέν νυν Φάτνην ταύτην τὴν Μαρδονίου ἀνέθεσαν ἐς τὸν νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης Τεγεῆται, τὰ δὲ ἄλλα ἐς τωὐτὸ ὅσαπερ ἔλαβον [c] ἐσήνεικαν τοῖσι Ἕλλησι. οἱ δὲ βάρβαροι οὐδέν ἔτι ῥῖφος ἐποιήσαντο πεσόντος τοῦ τείχεος, ὅτε τις αὐτέων ἀλκῆς [d] ἐμέμνητο· ἀλύκταζόν τε οἷα ἐν ὀλίγῳ [e] χώρῳ πεφοβημένοι τε καὶ πολλαὶ μυριάδες κατειλημμέναι ἀνθρώπων. παρῆν τε τοῖσι Ἕλλησι φανεύειν ὕτω, ὥστε τριήκοντα μυριάδων στρατοῦ, καταδευσέων τεσσέρων, τὰς ἔχων Ἀρτάβαζος ἔφευγε, τῶν λοιπῶν μηδὲ τρεῖς χιλιάδας περιγενέσθαι. [f] Λακεδαιμονίων δὲ τῶν ἐκ Σπάρτης ἀπέθανον οἱ πάντες ἐν τῇ συμβολῇ, εἷς [g] καὶ ἐνενήκοντα· 536
Τεγεητέων δὲ, ἑκκαίδεκα· Ἀθηναίων δὲ, δύο καὶ πεντήκοντα. Ἡρίστευσε δὲ τῶν βαρβάρων πεζὸς μὲν, ὁ Περσέων, ἵππος δὲ, [h] ἡ Σακέων· ἀνὴρ δὲ λέγεται Μαρδόνιος. Ἑλλήνων δὲ ἀγαθῶν γενομένων καὶ Τεγεητέων καὶ Ἀθηναίων, ὑπερεβάλοντο ἀρετῇ Λακεδαιμόνιοι. ἄλλῳ μὲν ὑδενὶ ἔχω ἀποσημήνασθαι· [i] ἅπαντες γὰρ οὗτοι τοὺς κατ' ἑωυτοὺς ἔθεικαν. ὅτι δὲ κατὰ τὸ [k] ἰσχυρότατον προσπείχθησαν, καὶ τούτων ἐκράτησαν, καὶ ἄριστος ἐγένετο [l] μακρῷ Ἀριστόδημος κατὰ γνώμας τὰς ἡμετέρας· ὃς ἐκ Θερμοπυλέων μοῦνος τῶν τριηκοσίων σωθεὶς, ἔχε ὄνειδος καὶ ἀτιμίην. μετὰ δὲ [m] τοῦτον, ἠρίστευσαν Ποσειδώνιός τε καὶ Φιλοχύων καὶ Ἀμομφάρετος [n] Σπαρτιήτης. καί τοι γενομένης λέσχης ὅς γένοιτο αὐτέων ἄριστος, ἔγνωσαν οἱ παραγενόμενοι Σπαρτιητέων, Ἀριστόδημον μὲν βουλόμενον. Φανερῶς ἀποθανεῖν, ἐκ τῆς παρεούσης οἱ αἰτίης, λυσσῶντά τε καὶ [o] ἐκλείποντα τὴν τάξιν, ἔργα ἀποδέξασθαι μεγάλα· Ποσειδώνιον δὲ, ὑβλό-

cedæmoniis multo antecellebant, utpote ignaris murorum oppugnandorum: ut vero Athenienſes ſupervenere, tum atrox circa murum pugna extitit, eaque magno temporis ſpatio: ſed tandem virtute et pertinacia Athenienſes murum tranſcenderunt, ſubrueruntque, atque ea parte Græci infundebantur, quorum Tegeatæ introiere principes; iidemque ſunt, qui tentorium Mardonii diripuerunt, et ex eo cum alia, tum vero equorum præſepe ex ære totum, ſpectatu dignum: quod præſepe Mardonii Tegeatæ in templo Aleæ Minervæ repoſuerunt, nam cetera quæ cepere, in unum cum ceterorum Græcorum præda contulerunt. Proruto muro barbari non amplius catervam cogere, nemo ſtrenuitatis memor eſſe; et erant ſtupefacti, quippe intra exiguum locum exterriti et multæ myriades hominum interceptæ. Quos tam licite Græci trucidabant, ut ex trecentis millibus militum, exceptis quadraginta cum quibus Artabazus aufugit, reliquorum ne tria quidem millia cædi ſuperfuerint. E Lacedæmoniis autem, qui Spartani eſſent, unus et nonaginta ſunt omnino deſiderati; Tegeatarum, ſedecim: Athenienſium, duo et quinquaginta. Porro inter barbaros ſtrenuiſſimi extiterunt, e peditibus quidem Perſæ, ex equitibus autem Sacæ, e viris vero, Mardonius: inter Græcos autem cum Tegeatæ Athenienſesque multum eminuerunt, tum virtute ſuperaverunt Lacedæmonii. Quod nulla alia re poſſum oſtendere, niſi quod omnes hi eos qui ſibi oblati ſunt vicerunt: Lacedæmonii vero quod robuſtiſſimum fuit hoſtilis exercitus ſuperaverunt. Quorum longe præſtantiſſimus extitit mea ſententia Ariſtodemus, is qui ſolus trecentorum, quod ex Thermopylis evaſiſſet, dedecus ignominiamque acceperat. Secundum hunc navavere operam Poſidonius et Philocyon et Amompharetus Spartiata. Quanquam quum ſermo haberetur quisnam eorum præſtantiſſimus extitiſſet, ii Spartiatæ qui adfuere, cenſuerunt, Ariſtodemum, quum vellet mori propalam ex inflicta ipſi criminatione, furibundum et deſerendo ordinem præclara facinora edidiſſe: Poſidonium vero, qui perire noluiſſet,

a Articulum negligunt *Arcb. Brit. V. Ask.* b Ἤριπον *Paſſ. Arcb.*, probe ſatis. c Ἐσηνείκαντο *Arcb. V.* haud inprobe. Supra *Agelae Minervae* in *Valla*, ſed valde aberrante. Vid. L. 1, 66. d Ἐμέμνητο *Paſſ.*, qui ἀλυκτάζειν in margine δυσφορέειν, ἀγαναχτεῖν explicat. e Χώρῳ ora *Stepb. Paris. B. C.*, alii χρόνῳ. f Tangit haec et miratur *Plut.* Ariſtid. p. 330. E. g Deficit καὶ in *Arcb.* b Ὁ *Arcb.*, prave. i Πάντες *Arcb. V.* k Ἰσχυρότερον *Paſſ. Ask.* margo *Steph.* tum προσενέχθ. *Paſſ.* l Citat *Suid.* in Voc, legens τὰς ἐμὰς post pauca. m Τούτων ſolus, hac in voce pravus, *Med.* n Ὁ Σπαρ. *Paſſ. Ask.* o Ἐκλιπόντα *Arcb. V.*

88. Ὥστε οὐκ ἐπισαμένων τειχομαχέειν] Conſimilia *Plut.* Ariſt. p. 330. D., alibi T. II. p. 228. D. Lycurgum τὸ πυργομαχεῖν civibus prodens prohibuiſſe. Vicino τῇ δὴ ἐσεχέον — *Abreſchius* contulit *Ariſtidis* T. I. p. 241. *Ed. Cant.* οἱ μὲν ὥσπερ πύλας τεῖχος ῥήξαντες ΕΙΣΕΧΕΟΝΤΟ· et T. III. 315. εἰσχεομένων ἀμφοτέρωθεν ἤδη τῶν βαρβάρων. Iungatur *Suidae* Εἰσεχέοντο.

2. Ἐν ὀλίγῳ χώρῳ] Non erit opinor, qui Codd. auctoritatem averſetur. Quod ex illis venit, vulgato praeſtabilius. *Anguſto exiguo*que in *loco* exterriti ac conpulſi Perſae degebant, atque animum, explicare ordines cum non poſſent, deſpondebant. Vellem maximopere iisdem in ſchedis κατειλημέναι reperiri, quod, me iudice, verius, ut C. 30. De Cl. *Reiskio* quid dicam? Auget is conjectando ſequentia καταδευσέων ΧΙΛΙΑΔΩΝ τεσσέρων, τὰς ἔχων —. Ergone *quatuor* duntaxat *millia* Artabazus fugae ſocia abduxit? Quod quidem *Herodotus* ita C. 65. infitiatur, ut diſtrictius non valeret. Sentio feſtinantis hallucinationem.

2. Οἷα ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ] Suum χώρῳ, adnotatum in Diſſ. *Herod.* p. 205., recipiet ex Codd.; Noſter, qui, Poëtas imitatus ὀλίγον poſuit ἐπὶ μεγέθους. In hoc *anguſto loco* πολλαὶ μυριάδες dicuntur κατειλημμέναι ἀνθρώπων· ubi Herodoteum dant Codices κατειλημέναι. Qui ſic *tenentur ut elabi nequeant* ſaepe tamen dicuntur ἀπειλημμένοι, et ἀπολῃφθέντες· V, C. 101., ὅσοι — ἐνῆσαν ἐν τῇ πόλι ἀπολαμφθέντες πάντοθεν· IX, C. 50., ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ἀπολελαμμένοι· ἀπειλημμένοι *Thucydidi* II, p. 100, 89. et V, p. 353, 40. Ulyſſes ἀπειλημμένος dicitur ὑπὸ Καλυψοῦς *Demoſthenі Thraci* apud *Euſtath.* in Od. A. p. 19, 27. *Harpocrationi* Ἀποτετειχισμένος redditur ἀπειλημμένος καὶ ἀποκεκλεισμένος τῷ τείχει· vid. ὁ πάνυ *Ti. H.* in *Ariſtoph.* Π. ϑ. 935. VALCKEN.

8. Λακεδαιμονίων δὲ] Aegre fert *Plutarch.* de *Herod.* Malign. p. 872. C. ſolos Noſtro memorari Lacedaemonios, Tegeatas, et Athenienſes, quorum hi cum Thebanis pugnaverint, illi cum barbaris; atque ita ceteras omnes civitates hoc honore privari: idem miratus in Ariſtide p. 330. F. opponit *Herodoto* numerum in praelio interfectorum et monumenta publica; atque in univerſum cecidiſſe docet Graecos libertatis defenſores mille trecentos et ſexaginta, e quibus unus et nonaginta fuerint Lacedaemonii; ſexdecem Tegeatae; Athenienſes duo et quinquaginta; hi quidem omnes iuxta *Clidemum* ἐκ τῆς Αἰαντίδος φυλῆς ἀγωνισαμένης ἄριστα. VALCKEN.

29. Καὶ

set, ob id extitisse tanto præstabiliorem virum, verum id quidem etiam livore dixerint. Quos hac in pugna mortem oppetisse edidi, omnes honore affecti sunt, præter Aristodemum: qui ideo caruit honore, quod ob caussam prædictam sibi occumbendum putavit. Hi sunt qui ad Platæas nobilissimi extitere: nam Callicrates extra prœlium occubuit: quo nemo tunc in castra Græcorum præstantior venerat, non modo ipsorum Lacedæmoniorum, sed etiam aliorum Græcorum. Hic, quum Pausanias sacrificaret, sedens in ordine, sagitta latera ictus est: et aliis pugnantibus ipse exportatus, sese morientem miserabatur, ad Arimnestum virum Platæensem inquiens, non se curare quod pro Græcia periret, sed quod nihil manu usus esset, nullamque operam navasset dignam se et sua cupiditate navandi. Ex Athenienſibus eminuisse fertur Sophanes Eutychidis filius, e populo Decelensi: Decelenses autem rem aliquando gesserunt, ut ipsi Athenienses aiunt, in omne ævum fructuosam, siquidem quum olim ad reportandam Helenam Tyndaridæ cum magnis copiis oram Atticam invasissent, et populos e sedibus suis eiicerent, ignari quonam loci subducta Helena esset, tunc Decelenses feruntur, et, ut quidam volunt, ipse Decelus, tum dolore contumeliæ quam Theseus intulisset, tum metu totius Athenienſium soli, ne vastaretur, exposuisse illis omnem rem gestam, eosque deduxisse ad Aphidnas, quas Titacus indigena Tyndaridis proderet. Quo ex facto Decelensibus permansit ad hanc usque memoriam in Sparta immunitas vectigalium, et dignitas præsidendi: adeo quidem ut bello quod multis postea annis inter Athenienses atque Peloponnenses gestum est, La-

λόμενον ἀποθήσκειν, ἄνδρα γενέσθαι ἀγαθόν· τοσούτῳ τοῦτον εἶναι ἀμείνω. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ φθόνῳ ἂν [a] εἴποιεν. ὅτοι δὲ τοὺς κατέλεξα πάντας, πλὴν Ἀριστοδήμου, τῶν ἀποθανόντων ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ, τίμιοι ἐγένοντο. Ἀριστόδημος δὲ, βουλόμενος ἀποθανεῖν διὰ τὴν προειρημένην αἰτίην, οὐκ ἐτιμήθη. Οὗτοι μὲν τῶν ἐν Πλαταιῇσι ὀνομαστότατοι ἐγένοντο. Καλλικράτης γὰρ ἔξω τῆς μάχης ἀπέθανε, ἐλθὼν ἀνὴρ κάλλιστος ἐς τὸ στρατόπεδον τῶν τότε Ἑλλήνων, οὐ μόνον αὐτέων Λακεδαιμονίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. ὃς, ἐπειδὴ [b] ἐσφαγιάζετο Παυσανίης, κατήμενος ἐν τῇ τάξι, ἐτρωματίσθη τοξεύματι τὰ πλευρά· καὶ δὴ οἱ μὲν ἐμάχοντο, ὁ δ' ἐξενηνεγμένος [c] ἐδυσθανατέε τε, καὶ ἔλεγε πρὸς [d] Ἀρίμνηστον, ἄνδρα Πλαταιέα, οὐ [e] μέλειν οἱ ὅτι πρὸ τῆς Ἑλλάδος ἀποθήσκει, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐχρήσατο τῇ [f] χερὶ, καὶ ὅτι οὐδέν ἐστί οἱ ἀποδεδεγμένον ἔργον ἑωυτοῦ ἄξιον προθυμευμένου ἀποδέξασθαι. Ἀθηναίων δὲ λέγεται εὐδοκιμῆσαι Σωφάνης ὁ Εὐτυχίδεω, [g] ἐκ δήμου Δεκελῆθεν· Δεκελέων δὲ τῶν ποτε ἐργασαμένων ἔργον χρήσιμον ἐς τὸν πάντα χρόνον, ὡς αὐτοὶ Ἀθηναῖοι λέγουσι. ὡς γὰρ δὴ τοπάλαι κατὰ Ἐλένης κομιδὴν Τυνδαρίδαι ἐσέβαλον ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν σὺν στρατῷ πλήθεϊ, καὶ ἀνίστασαν τοὺς δήμους, οὐκ εἰδότες ἵνα ὑπεξέκειτο ἡ Ἑλένη, τότε λέγουσι [h] καὶ τοὺς Δεκελέας, οἳ δὲ αὐτὸν Δέκελον, ἀχθομένου τε τῇ Θησέος ὕβρι, καὶ δειμαίνοντα περὶ πάσῃ τῇ Ἀθηναίων χώρῃ, ἐξηργυσμένοι σφι τὸ πᾶν πρῆγμα, κατηγήσασθαι ἐπὶ τὰς Ἀφίδνας, τὰς δὴ [i] Τιτακὸς ἐὼν αὐτόχθων καταπροδιδοῖ Τυνδαρίδῃσι. τοῖσι δὲ Δεκελεῦσι [k] ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου ἐν Σπάρτῃ ἀτελείη τε καὶ προεδρίη διατελέει ἐς τόδε αἰεὶ ἔτι ἐοῦσα οὕτω, ὥστε καὶ ἐς τὸν πόλεμον τὸν ὕστερον πολλοῖσι ἔτεσι τούτου γενόμενον Ἀθηναίοισί τε καὶ Πελοποννησίοισι, [l] σπεμένων τὴν

a *Arcb. V. Brit. Paris. B. Ald. Valla*, εἴποιμεν *M. Pasſ. Ask.* *b* Excerpſit *Suid.* in Σφαγιάζειν, hinc quod *Portum* et *Kuſterum* fugit, adiuvandus. *c* Habet ex hoc loco *Pollux* III, 106. *d* *Med. Pasſ. Ask.*, Ἀείμνηστον *Ald. Arcb. Vind. Brit. Valla.* *e* Μέλλειν vitioſe *Arcb. Ask.* *f* Χειρὶ *Pasſ. Arcb. Ask.* *g* Abest ἐκ *Arcb.* ſoli, nec praeter morem. *Valla.* Vulgato accesſit *Steph. Byz.* in Δεκέλεια. *h* Non est in *Arcb. V.*, qui deinceps Δεκέλεον cum *Harpocration*, *Suidas* et *Etymolog.* in Τιτακίδαι, discordes in vocis tono, attigerunt. *Arcb.* dat δή τι κακός. *i* Τιτακὸς *Arcb. V. Pasſ. Ask.* *k* Ἐν Σπ. ἀπὸ τ. τοῦ ἔργου *Arcb. V. Pasſ. Ask.* *l* Σπευμένων *Arcb.* Mox ἀποσχέσθαι *Vind.*, ſatis bene.

29. Καὶ φθόνῳ ἂν εἴποιεν] Demiror εἴποιμεν tantopere probatum, siquidem non de se, et foret ea professio Historiarum patri turpis, sed de Spartanorum sermone et iudicio, quis virorum illorum laudabilior, haec *Herodotus*. Aristodemi culpam L. VII, 231. vidimus.

31. Τῶν ἀποθανόντων] Censebat *G. Koenius*, verba τῶν ἀποθ. ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ, hac in sede minus accommodata, in suam facile posse restitui, si hunc in modum paulo collocarentur inferius. Οὗτοι μὲν τῶν ἀποθανόντων ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ ἐν Πλαταιῇσι οὐνομαστότατοι ἐγένοντο. Paulo ante miror quomodo locum invenire lectio potuerit *Med.* εἴποιμεν. VALCKEN.

39. Κατήμενος ἐν τῇ τάξι] Bona omnia sunt. Callicrates, sacris dum operabatur Pausanias, ad arma suo in ordine considebat, more prisca militia non insueto. *Euripides* Suppl. v. 357. παρ' ὅπλοις θ' ΗΜΕΝΟΣ πέμψω λόγους Κρέοντι, et v. 664, 674. Conmodum *Plut.* Aristid. p. 329. B., ὡς δὲ θυόμενος *Pausanias* οὐκ ἐκαλλιέρει, προσέταξε τοῖς Λακεδαιμονίοις, τὰς ἀσπίδας πρὸ ποδῶν θεμένους, ΑΤΡΕΜΑ ΚΑΘΕΖΕΣΘΑΙ, continuo subdens, Callicratem, dum ita ad arma sederetur, sagitta fuisse percussum. Ceterum κάλλιστος *formosior*, uti *Stephanus* voluit, in Latinis praestiterat. Poëta *Il.* B. v. 673. Νιρεὺς, ὃς ΚΑΛΛΙΣΤΟΣ ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε.

39. Κατήμενος ἐν τῇ τ.] Viro docto suspectum egregie tuitus est et explicuit Cl. *Wesseling.* in Disc. *Herod.* p. 126. — Quod nullum edidisset isthoc tempore dignum sua virtute facinus, Callicrates ἐδυσθανάτεε, *aegre moriebatur*: ἐδυσθανάτει hinc adnotavit ut Herodoteum *Pollux* III, 106. Utrumque fuit in usu δυσθανατεῖν et δυσθανατᾶν. *Moeris Att.* Σφαδάζειν, Ἀττικῶς· Δυσθανατᾶν, Ἑλληνικῶς· ubi notat Clar. *Pierson.* syllaba repetita scripsisse videtur *Athenagoras* de Mort. Resurr. §. 4., πολλὰ μὲν σώματα τῶν ἐν ναυαγίοις καὶ ποταμοῖς δυσθανατώντων ἰχθῦσι γενέσθαι τροφήν. VALCKEN.

42. Πρὸς Ἀρίμνηστον] Schedis, viri nomen ad eum modum repraesentantibus, robur *Pausanias* L. IX, 4. addit, ubi, ὁ δὲ Ἀρίμνηστος ἔν τε τῇ πρὸς Μαρδόνιον μάχῃ — Πλαταιεῦσιν ἡγήσατο. *Plut.* quoque Aristid. p. 325. F. Quibus autem πρὸς Ἀείμνηστον placet, *Thucydides*, cui Plataeënsis *Lacon* Ἀειμνήστου L. III, 52., fortasse huius filius, aderit. Adeo iterum anceps viri titulus. Conf. C. 63.

46. Σωφάνης] In *Plut.* Malign. p. 873. D. et Cimon. p. 483. B. Σωχάρης ὁ Δεκελεὺς, haud sine lapsu. Proxime a veritate Σωφάνης Δεκελεὺς *Pausaniae* I, 29., ubi *Sylburgius* bene, abiit. Insequens ἐκ δήμου Δεκελῆθεν *Tb. Pinedo* ad *Steph. Byz.* Δεκελειῆθεν pingebat. At urbs Ionibus Δεκελὴ C. 15. et ipso hoc capite, unde Δεκελῆθεν, praesertim si oppidi et nominis auctor Δεκέλεος fide Codd. *Arcb.* et *Vallae*, optime procedet.

46. Σωφάνης ὁ Εὐτ.] Duorum nomina, qui hoc praelio rem optime gesserunt, mendose scripta leguntur apud *Plutarch.* de *Herod.* Malig. p. 873. D. Σωχάρης καὶ Δειπνίσος· quorum loco reponenda sunt nomina Σωφάνης καὶ Ἀείμνηστος· sed hoc praecepit ὁ πάνυ in Disc. *Herod.* p. 61. — Ubi Decelensis Sophanes dicitur ἐκ δήμου Δεκελῆθεν, primitus forte scriptum Δεκελεῆθεν, ab Ionico Δεκελὴ· *Steph. Byz.* in Δεκέλεια· τὸ τοπικὸν Δεκελειᾶθεν· παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ Δεκελειόθεν· hinc apud *Etymologum* male distracta concinnavit *R. Bentlei.* in *Callim.* Fragm. 234. VALCKEN.

τὴν ἄλλην Ἀττικὴν Λακεδαιμονίων, Δεκελέης ἀπέχεσθαι. Τούτου τοῦ δήμου ἐὼν ὁ Σωφάνης, καὶ ἀριστεύσας τότε Ἀθηναίων, δι' ὧν λόγων λεγομένων ἔχει· τὸν μὲν, ὡς ἐκ τῆς ζωστῆρος τῆς θώρηκος ἐφόρεε χαλκέη ἀλύσι δεδεμένην ἄγκυραν σιδηρέην. τὴν, ὅκως πελάσειε ἀπικνεόμενος τοῖσι πολεμίοισι, [a] βαλλέσκετο, ἵνα δή μιν οἱ πολέμιοι ἐκπίπτοντες, ἐκ τῆς τάξιος μετακινήσαι μὴ δυναίατο. γινομένης δὲ φυγῆς τῶν ἀντίων, [b] δέδοκτο, τὴν ἄγκυραν ἀναλαβόντα, οὕτω διώκειν. οὗτος μὲν δὴ οὕτω λέγεται· ὁ δ' ἕτερος τῶν λόγων, τῷ πρότερον λεχθέντι [c] ἀμφισβατέων, λέγεται ὡς ἐπ' ἀσπίδος [d] αἰεὶ περιθεούσης καὶ ὑδαμᾶ ἀτρεμιζούσης ἐφόρεε [e] ἄγκυραν, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ θώρηκος δεδεμένην σιδηρέην. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον Σωφάνεϊ λαμπρὸν ἔργον ἐξεργασμένον· ὅτι περικατημένων Ἀθηναίων Αἴγιναν, [f] Εὐρυβάτην τὸν Ἀργεῖον ἄνδρα πεντάεθλον ἐκ [g] προκλήσιος ἐφόνευσε. αὐτὸν δὲ Σωφάνεα χρόνῳ ὕστερον τούτων κατέλαβε, ἄνδρα γενόμενον ἀγαθὸν, Ἀθηναίων στρατηγέοντα ἅμα [h] Λεάγρῳ τῷ Γλαύκωνος, ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἠδωνῶν περὶ [i] Δάτῳ, περὶ τῶν μετάλλων τῶν χρυσείων [k] μαχεύμενον. Ὡς δὲ τοῖσι Ἕλλησι περὶ Πλαταιῇσι [l] κατέστρωντο οἱ βάρβαροι, ἐνθαῦτά σφι ἐπῆλθε γυνὴ αὐτόμολος· ἣ ἐπειδὴ ἔμαθε ἀπολωλότας τοὺς Πέρσας, καὶ νικῶντας τοὺς Ἕλληνας, ἐοῦσα παλλακὴ [m] Φαρανδάτεω τοῦ Τεάσπιος, ἀνδρὸς Πέρσεω, κοσμησαμένη χρυσῷ πολλῷ καὶ αὐτὴ καὶ ἀμφίπολοι, καὶ ἐσθῆτι τῇ καλλίστῃ [n] τῶν παρεόντων, καταβᾶσα ἐκ τῆς ἁρμαμάξης, ἐχώρεε ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἔτι ἐν τῇσι φονῇσι [o] ἐοῦσι· ὁρῶσα δὲ πάντα ἐκεῖνα διέπουτα Παυσανίην, πρότερόν τε τὸ οὔνομα ἐξεπιστα μένη καὶ τὴν πάτρην, ὥστε πολλάκις ἀκούσασα, ἔγνω τε τὸν Παυσανίην, καὶ λαβομένη τῶν γενείων, ἔλεγε τάδε,

Lacedæmonii quum ceteram Atticam popularentur, a Decelea temperaverint. Ex hoc populo ortus Sophanes, et præclarissime tunc inter Athenienses navata opera, ancipiti sermone celebratur: uno, fertur gestasse ferream ancoram e balteo thoracis catena alligatam, quam, quoties adventantibus hostibus propinquus erat, abiiciebat humi, ne illi irruentes, ipsum ex ordine summovere possent: rursus eisdem in fugam se vertentibus, resumpta ancora ita fugientes insequebatur. Altero sermone a superiori differente fertur gestasse ancoram non ferream ex thorace alligatam, sed insignitam in scuto, quod nunquam quiescens, assidue rotabatur. Extat et alterum Sophanis præclarum facinus, quod obsidentibus AEginam Athenienſibus, Eurybatem virum Argivum quinquertionem ex provocatione interemit. Sed aliquanto post hæc gesta virum egregium exhibens, dum Athenienſium una cum Leagro Glauconis filio dux esset, ac de metallis aureis decertaret, contigit ut ab Edonis apud Daton occumberet. Postquam barbari ab Græcis ad Platæas strati sunt, accessit illuc ad hos mulier quædam transfugiens, quæ quum accepisset Persas periisse et Græcos victores, pallaca Pharandatis filii Teaspis, viri Persæ, multo auro ornata, tum ipsa, tum ancillæ, et cum veste specioſissima de omnibus quæ aderant; descendens ex carpento pergit ad Lacedæmonios adhuc in cæde occupatos: et intuita Pausaniam illa omnia administrantem, cuius et nomen iam pridem et patriam noscebat, ut quod utrumque sane audierat, cognovit Pausaniam: Eius ge-

[a] Βαλέσκετο idem. [b] Ἐδέδοκτο *Vind. Arcb.* [c] *Med. Pasſ. Ask.*, alii ἀμφισβητέων, ut *Paris. A. B. Arcb. V. Ald.* Vide *Suid.* in voce et ſupra L. IV, 14. [d] *Ald. Med. Pasſ. Ask. V. Arcb. Brit.*, αἰεὶ editorum incuria negligebatur. [e] Ἐπίσημον ἄγκυραν *Arcb. V. Valla.* [f] Εὐρυβιάδην *Arcb. V. Valla.* [g] Προβλήσιος *Arcb.* [b] Μελεάγρῳ *Arcb.*, in *Vallae* Latinis *Leargo.* [i] Citavit *Stepb. Byz.*, Muſae numerum prave edens, in Voc. [k] Deest *Arcb.* [l] *Pollux* cum *Iungermanni* nota IX, 153. [m] Φαρναδάτεος margo *Stepb. Arcb. V. Valla.* [n] *Med. Pasſ. Ask. Arcb. Brit. V.*, alii ἐκ τῶν. [o] Abest ab *Med. Pasſ. Ask.*, φονῇσι *Arcb.*

62. Δεκελέης ἀπέχεσθαι] Referri ſolet ad annum Olymp. XCI, 3, quo Agis, Archidami F., Deceleam occupavit et in maximum Athenienſium detrimentum muniit ap. *Thucydid.* VII, 19., non ſine quadam inprudentia. Aliud profecto ἀπέχεσθαι Δεκελέης *ab ea abſtinere*, aliud occupatam munimentis et praeſidio inſtruere, belloque ſedem legere. Contigisse res videtur, quae et Ampl. *Bouberii* opinio, belli Peloponneſiaci, quando Archidamus Atticam incurſionibus infeſtam habuit, principio, *Thucydid.* II, 10.

68. Ἐκπίπτοντες] Inprobatur, cenſeturque *Pavio Reiskio*que ἐπιπίπτοντες, ἐσπίπτοντες, ἐμπίπτοντες ad rem opportunius. Eadem illis voluntas Scriptori ſi ſedisſet, abiisſit eas in partes: ſuum maluit, utique, etſi diverſiore intuitu, acconmodatum. In proximis laudo *Arcb. Vallam*que, verisſimum ἐφόρεε ἐπίσημον ἄγκυραν iudicans. Convenit adprime narrationi et Graeciae conſuetudini, qua Laco ἐπὶ τῆς ἀσπίδος μυῖαν ἔχων ΕΠΙΣΗΜΟΝ in *Plutarchi* T. II. p. 234. C. Neque obtrudo tamen, ne interpretamentum, ſi cui tale absque cauſa videatur, inculcasse perhibear. Mox Εὐρυβιάδην mendoſe *Arcb.*; verior hominis titulus L. VI, 92. et in *Pauſan.* I, 29.

77. Εὐρυβάτην τὸν Ἀργ.] Qui dedit *Eurybiadem*, *Valla* reperit in ſuo Codd. quod *Galeus* obtulit ex *Arcb.* Εὐρυβιάδην. Hic vulgatum nomen Εὐρυβάτην ipse ſatis tuebitur *Herodot.* VI, c. 92., ubi Argivus Εὐρυβάτης, ter victor certamine ſingulari, ὑπὸ τοῦ τετάρτου Σωφάνεος τοῦ Δεκελέως ἀποθνήσκει. *Herodoto* concinit *Pauſan.* I, p. 71. —— Sequentia, reſpexisse *Stephanum Byz.* in Δάτον primus vidit monuitque *Io. Meurſius* Att. Lect. VI, c. 31. —— Istius Leagri filius, Γλαύκων ὁ Λεάγρου memoratur *Thucydidi* I, c. 51. VALCKEN.

80. Ἅμα Λεάγρῳ] Filius *Glaucon* Λεάγρου notus ex *Thucydidis* L. I, 51., pater etiam ex *Pauſania* I, 29., hanc eius et Sophanis cladem non reticente. Interiit Sophanes Olymp. LXXXI. exeunte, Archonte Athenis Lyſicrate, quando altera vice Athenienſes colonos occupatum Eionem infelicisſime amandarunt. Huc verba Scholiastae in *AEſchinis* Or. περὶ Παραπρ. adplicant *Dodwellus* et *Corſinus*, Viri Cl. Δεύτερον οἱ μετὰ Λεωγόρου Κληροῦχοι ἐπὶ Λυσικράτους, in Leogora *Leagrum* invenientes, haud illi, niſi ſi *Leogoras* Andocidis pater fuerit, absurdi.

84. Γυνὴ αὐτόμολος] Ad Graecos victores venisse dicitur κοσμησαμένη χρυσῷ πολλῷ καὶ αὐτὴ καὶ αἱ ἀμφίπολοι· articulum in his male omisſum reſtituerunt *Reiskius* et *Koenius*. —— Persas illa dicebat οὔτε δαιμόνων οὔτε θεῶν ὄπιν ἔχοντας, *nec daemonum neque Deorum maieſtatem*, sive *vindictam*, *reveritos*; ut ſupra VIII, c. 143., Mardonius *Deorum beroumve* οὐδεμίην ὄπιν ἔχων, ἐνέπρησε τούς τε οἴκους καὶ τὰ ἀγάλματα· vid. *Salmas.* ad Inſcript. *Herodot. Att.* p. 20 et *Io. G. Graevius* in *Heſiodi* Ε. καὶ Η. ϒ. 187. —— Tandem Coa Hegetoridae filia, βίῃ δέ με, inquit, λαβὼν ἐν Κῷ ἔχε ὁ Πέρσης· vel ἔσχε, *habuit me uxoris loco*: verba ἔγημε et ἔσχε permutat *Herod.* III, c. 31., estque is usus verbi ἔχειν, ut Latini *habere*, notisſimus. Herodotea de hac muliere paucioribus enarrans *Pauſanias* III, p. 214., Παυσανίου, ait, τὸ ἔργον τὸ ἐς τὴν Κώαν γυναῖκα ἐν ἐπαίνῳ τίθεμαι μάλιστα· ἦν τινα, ἀνδρὸς οὐκ ἀδόξου παρὰ Κώοις θυγατέρα οὖσαν Ἠγητορίδου τοῦ Ἀνταγόρου, Φαρανδάτης ὁ Τεάσπιδος ἀνὴρ Πέρσης παλλακὴν εἶχεν ἄκουσαν, κ. τ. λ. VALCKEN.

86. Φαρανδάτεος] Pravi ſunt, qui mutant. Vide L. VII, 79. et *Pauſan.* III, 4., ubi Φαρανδάτης ὁ Τεάσπιδος, littera ſibilante detracta. Deinceps καὶ αὐτὴ καὶ αἱ ἀμφίπολοι *Reiskio* adſentior ſcribi potius fore.

genua amplectens, Spartæ rex, inquit, libera me supplicem captivitatis servitute, quam etiam hoc facto demeritus es quod istos extinxisti neque dæmonum neque deorum respectum habentes. Equidem genere sum Coa, Hegetoridæ filia, Antagoræ neptis, quam vi raptam ex Co Persa habuit. Huic respondens Pausanias, Bono, inquit, o mulier, animo esto, tum quia supplex, tum si insuper loqueris illa vera, et filia es Hegetoridæ Coi, mihi inter omnes, qui illa circa loca incolunt hospitis præcipui. Hæc loquutus, eam impræsentiarum Ephoris qui aderant commendavit: postmodum in AEginam, quo illa voluit, 77dimisit. Post huius mulieris digressum continuo Mantineenses supervenerunt rebus confectis: qui se animadvertentes venisse sero ad pugnam, magnæ iacturæ loco id sibi esse putaverunt, sed idoneos se esse ad sumendas de se pœnas dixere. Itaque cognito, Medos qui cum Artabazo erant, fugæ se mandasse, eos in Thessaliam usque persequuti sunt, etsi vetantibus Lacedæmoniis insequi fugientes. Iidem postea domum reversi, duces suos exilio mulctaverunt. Post Mantineenses venere Elei, qui itidem ut Mantineenses magno id sibi detrimento existimantes, discesserunt, suosque et ipsi duces exilio mulctaverunt. Ha-78ctenus de Mantineensibus et Eleis. Erat autem apud Platæas in exercitu Lampon Pythei filius AEginetarum e primoribus, qui Pausaniam adiens, infandissima usus est oratione, inquiens, Fili Cleombroti, rem tu mirificam et magnitudine et fulgore gessisti, cui deus tribuit ut liberata Græcia, omnes quos novimus Græcos gloria supergrede-

95„ Ὦ βασιλεῦ Σπάρτης, [a] λῦσαί με τὴν ἱκέτιν αἰχ-
„ μαλώτου δουλοσύνης. σὺ γὰρ καὶ ἐς τόδε ὤρησας,
„ τόδε ἀπολέσας, τοὺς ὔτε δαιμόνων ὔτε θεῶν ὄπιν
„ ἔχοντας. εἰμὶ δὲ γένος μὲν Κῴη, θυγάτηρ δὲ
„ Ἡγητορίδεω τοῦ Ἀνταγόρεω". βίη δέ με λαβὼν ὁ 538
Κῷ ἔσχε ὁ Πέρσης. ὁ δὲ [b] ἀμείβεται τοῖσδε, „ Γύ-
1„ναι, θάρσει, καὶ ὡς ἱκέτις, καὶ εἰ δὴ πρὸς [c] τύ-
„ τῳ τυγχάνεις ἀληθέα λέγουσα, καὶ εἰ θυγάτηρ
„ Ἡγητορίδεω τοῦ Κῴου, ὃς ἐμοὶ ξεῖνος μάλιστα τυγ-
„ χάνει ἐὼν τῶν περὶ κείνους τοὺς χώρους [d] οἰκημέ-
5„νων". ταῦτα δὲ εἶπας, τότε μὲν ἐπέτρεψε τῶν
Ἐφόρων τοῖσι παρεῦσι, ὕστερον δὲ ἀπέπεμψε ἐς Αἴ-
γιναν, ἐς τὴν αὐτὴ ἤθελε ἀπικέσθαι. Μετὰ δὲ τὴν
ἄπιξιν τῆς γυναικὸς, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἀπίκοντο Μαντινέες ἐπ' ἐξεργασμένοισι. μαθόντες δὲ ὅτι
10[e] ὕστεροι ἥκουσι τῆς συμβολῆς, συμφορὴν ἐποιεῦντο μεγάλην, ἄξιοί τε ἔφασαν εἶναι σφέας ζημιῶσαι. πυθανόμενοι δὲ τοὺς Μήδους τοὺς μετὰ Ἀρταβάζου φεύγοντας, τούτους ἐδίωκον μέχρι Θεσσαλίης. Λακεδαιμόνιοι δὲ οὐκ ἔων φεύγοντας διώκειν. οἱ δὲ ἀναχωρήσαντες
15ἐς τὴν ἑωυτῶν, τοὺς ἡγεμόνας τῆς στρατιῆς ἐδίωξαν ἐκ τῆς γῆς. μετὰ δὲ Μαντινέας, ἦκον Ἠλεῖοι. καὶ ὡσαύτως οἱ Ἠλεῖοι τοῖσι Μαντινεῦσι συμφορὴν ποιησάμενοι, ἀπαλλάσσοντο· ἀπελθόντες δὲ καὶ οὗτοι τοὺς ἡγεμόνας ἐδίωξαν. [f] τὰ κατὰ Μαντινέας μὲν καὶ
20Ἠλείους τοσαῦτα. Ἐν δὲ Πλαταιῆσι ὁ στρατοπέδῳ τῶν Αἰγινητέων ἦν Λάμπων ὁ Πύθεω, Αἰγινητέων [g] τὰ πρῶτα· ὃς ἀνοσιώτατον λόγον ἔχων, [h] ἴετο πρὸς Παυσανίην. ἀπικόμενος δὲ στυδῆ, ἔλεγε [i] τάδε, „ Ὦ παῖ Κλεομβρότου, ἔργον ἔργασαί τοι ὑπερ-
25„ φυὲς, μέγαθός τε καὶ κάλλος. καί τοι θεὸς
„ παρέδωκε ῥυσάμενον τὴν Ἑλλάδα, κλέος κατα-
„ θέσθαι μέγιστον Ἑλλήνων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. σὺ δὲ
„ καὶ

ἂν αὖ ἐν τοῖς παισὶ μὴ διατελέσωσιν, ἢ ἐν τοῖς ἐφήβοις, οὐκ εἰσέρχονται εἰς τοὺς τελείους. οἱ δ' ἂν αὖ ἐν τοῖς τελείοις διαγένωνται ἀνεπίληπτοι, οὗτοι τῶν γεραιτέρων γίνονται. οὕτω μὲν δὴ οἱ γεραίτεροι διὰ πάντων τῶν καλῶν ἐληλυθότες καθίστανται· καὶ ἡ πολιτεία αὕτη, ἣ οἴονται χρώμενοι βέλτιστοι ἂν εἶναι. καὶ νῦν δὲ ἔτι ἐμμένει μαρτυρία καὶ τῆς μετρίας διαίτης αὐτῶν, καὶ τοῦ ἐκπονεῖσθαι τὴν δίαιταν. αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἐστι Πέρσαις καὶ τὸ ἀποπτύειν καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι, καὶ τὸ φύσης μεστοὺς φαίνεσθαι. αἰσχρὸν δὲ ἔτι καὶ τὸ ἰόντα που φανερὸν γενέσθαι ἢ τοῦ οὐρῆσαι ἕνεκα, ἢ καὶ ἄλλου τινὸς τοιούτου. ταῦτα δὲ οὐκ ἂν ἠδύναντο ποιεῖν εἰ μὴ καὶ διαίτῃ μετρίᾳ ἐχρῶντο, καὶ τὸ ὑγρὸν ἐκπονοῦντες ἀνήλισκον, ὥστε ἄλλῃ που ἀποχωρεῖν. ταῦτα μὲν δὴ κατὰ πάντων Περσῶν ἔχομεν λέγειν.

Vide et locum ex huius operis libro V, in illis quæ ſequuntur ea quæ e libro VIII. petita ſunt.

Apud eundem, Pædiæ VIII.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ Παιδείας ἡ.

ERGO Cyrus quum talis eſſet, fecit ut in foribus multa eſſet deteriorum modeſtia cedentium melioribus, multus etiam pudor atque

ΤΟΙΓΑΡΟΥΝ τοιοῦτος ὢν ἐποίησεν ἐπὶ ταῖς θύραις πολλὴν μὲν τῶν χειρόνων εὐταξίαν, ὑπεικόντων τοῖς ἀμείνοσι, πολλὴν δ' αἰδὼ καὶ εὐκο-

a Lege aut ſaltem intellige τὰ ἐν τοῖς ἐφήβοις δέκα ἔτη. b τελέσωσιν. c ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ. d σωφρονούντων.

κοσμίαν πρὸς ἀλλήλους. ἐπέγνως δ' ἂν ἐκεῖ οὐδένα οὔτε ὀργιζόμενον κραυγῇ, οὔτε χαίροντα ὑβριστικῶς γέλωτι. ἀλλὰ ἰδὼν ἂν αὐτοὺς ἡγήσω τῷ ὄντι εἰς κάλλος ζῆν. τοιαῦτα μὲν δὴ ποιοῦντες καὶ ὁρῶντες ἐπὶ θύραις διῆγον. τῆς πολεμικῆς δ' ἕνεκα ἀσκήσεως ἐπὶ θήραν ἐξῆγεν οὕσπερ ἀσκεῖν ταῦτα ᾤετο χρῆναι· ταύτην ἡγούμενος καὶ ὅλως ἀρίστην ἄσκησιν πολεμικῶν εἶναι, καὶ ἱππικῆς δὲ ἀληθεστάτην. καὶ γὰρ ἐπόχους σὺν παντοδαποῖς χωρίοις αὕτη μάλιστα ἀποδείκνυσι, διὰ τὸ θηρίοις φεύγουσιν [a] ἕπεσθαι· καὶ ἀπὸ τῶν ἵππων σύνεργους αὕτη μάλιστα ἀπεργάζεται, διὰ τὴν τοῦ λαμβάνειν φιλοτιμίαν, καὶ ἐπιθυμίαν. καὶ τὴν ἐγκράτειαν δέ, καὶ πόνους καὶ ψύχη καὶ θάλπη καὶ λιμὸν καὶ δίψος δύνασθαι φέρειν, σύνταῦθα μάλιστα προσεύθιζε τοὺς κοινωνούς. καὶ νῦν δ' ἔτι βασιλεὺς καὶ οἱ ἄλλοι οἱ περὶ βασιλέα ταῦτα ποιοῦντες διατελοῦσιν. ὅτι μὲν οὖν οὐκ ᾤετο προσήκειν οὐδενὶ ἀρχῆς
578 ὅστις μὴ βελτίων εἴη τῶν ἀρχομένων, καὶ τοῖς προειρημένοις πᾶσι δῆλον· καὶ ὅτι οὕτως ἀσκῶν τοὺς περὶ ἑαυτὸν, πολὺ μάλιστα αὐτὸς ἐξεπόνει καὶ τὴν ἐγκράτειαν καὶ τὰς πολεμικὰς τέχνας καὶ τὰς μελέτας. καὶ γὰρ ἐπὶ θήραν τοὺς μὲν ἄλλους ἐξῆγεν, ὁπότε μὴ [b] μένειν ἀνάγκη τις εἴη· αὐτὸς δὲ καὶ ὁπότε ἀνάγκη εἴη, οἴκοι ἐθήρα τὰ σὺν τοῖς παραδείσοις θηρία τρεφόμενα. καὶ οὔτε αὐτὸς ποτὲ πρὶν ἱδρῶσαι δεῖπνον ἤρεῖτο, οὔτε ἵπποις ἀγυμνάστοις σῖτον ἐνέβαλλε. συμπαρεκάλει δὲ καὶ εἰς ταύτην τὴν θήραν τοὺς περὶ αὐτὸν σκηπτούχους. τυγχάνοντες οὖν πολὺ μὲν αὐτὸς διέφερεν σὺν πᾶσι τοῖς καλοῖς ἔργοις, πολὺ δὲ οἱ περὶ ἐκεῖνον, διὰ τὴν ἀεὶ μελέτην. παράδειγμα μὲν δὴ τοιόνδε ἑαυτὸν παρείχετο. πρὸς δὲ τούτῳ, καὶ τῶν ἄλλων οὕστινας μάλιστα ὁρᾷη τὰ καλὰ διώκοντας, τούτους καὶ δώροις καὶ ἀρχαῖς καὶ ἕδραις καὶ πάσαις τιμαῖς ἐγέραιρεν. ὥστε πολλὴν πᾶσι φιλοτιμίαν ἐνέβαλλεν ὅπως ἕκαστος ἄριστος φανήσοιτο Κύρῳ.

Καταμαθεῖν δὲ τοῦ Κύρου δοκοῦμεν, ὡς οὐ τούτῳ μόνῳ ἐνόμιζε χρῆναι τοὺς ἄρχοντας τῶν ἀρχομένων διαφέρειν τῷ βελτίονας αὐτῶν εἶναι, ἀλλὰ καὶ καταγοητεύειν ᾤετο χρῆναι αὐτούς. στολήν τε γοῦν εἵλετο τὴν Μηδικὴν αὐτός τε φορεῖν, καὶ τοὺς κοινωνοὺς ταύτην ἔπεισεν ἐνδύεσθαι. αὐτὴ γὰρ αὐτῷ συγκρύπτειν ἐδόκει εἴτις τι ἐν τῷ σώματι ἐνδεὲς ἔχοι, καὶ καλλίστους καὶ μεγίστους ἐπιδεικνύναι τοὺς φοροῦντας. καὶ γὰρ τὰ ὑποδήματα τοιαῦτα ἔχουσιν ἐν οἷς μάλιστα λαθεῖν ἔστι καὶ ὑποτιθεμένους τι, ὥστε δοκεῖν μείζους εἶναι ἢ εἰσί. καὶ ὑποχρίεσθαι δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς προσίετο, ὡς εὐοφθαλμότεροι φαίνοιντο ἢ εἰσὶ, καὶ ἐντρίβεσθαι, ὡς εὐχροώτεροι ὁρῷντο ἢ πεφύκασιν. ἐμελέτησε δὲ καὶ ὡς μηδὲ πτύοντες μηδὲ ἀπομυττόμενοι φανεροὶ εἶεν· μηδὲ μεταστρεφόμενοι ἐπὶ θέαν μηδενὸς, ὡς οὐδὲν θαυμάζοντες. πάντα δὲ ταῦτα ᾤετο φέρειν τι εἰς τὸ δυσκαταφρονητοτέρους φαίνεσθαι τοῖς ἀρχομένοις. οὓς μὲν δὴ ἄρχειν ᾤετο χρῆναι δι' ἑαυτοῦ, οὕτω κατεσκεύασε καὶ μελέτῃ καὶ τῷ σεμνῶς προεστάναι αὐτῶν· οὓς δ' αὖ κατεσκεύαζεν εἰς τὸ δουλεύειν, τούτους οὔτε μελετᾶν τῶν ἐλευθερίων πόνων
579 οὐδένα παρώρμα, οὔτε ὅπλα κεκτῆσθαι ἐπέτρεπεν. ἐπεμελεῖτο δ' ὅπως μήποτε ἄσιτοι μήτε ἄποτοι ποτὲ ἔσοιντο, ἐλευθερίων ἕνεκα μελετημάτων. καὶ γὰρ ὁπόταν ἐλαύνοιεν τὰ θηρία τοῖς ἱππεῦσιν εἰς τὰ πεδία,

que modestia invicem. Insuper etiam animadvertisses illic neminem neque irascentem cum clamore, neque gaudentem risu contumelioso: sed si eos vidisses, vere eos ad normam honestatis vivere dixisses. Res igitur huiusmodi facientes videntesque degebant in foribus. At bellicæ exercitationis gratia eos ad venationem educebat quibus hæc militaria exercenda existimabat: hanc exercitationem rerum bellicarum esse omnino ratus optimam, equestris autem verisimam. Hæc enim maxime reddit ad equitandum in quibuslibet locis aptos, quod insequi oporteat feras fugientes: et hæc item reddit maxime habiles ad efficiendum ab equis quodvis opus, quia cupiditate tenentur illas capiundi, et inde etiam honorem affectant. Et hic etiam maxime familiares assuefaciebat ad continentiam, et ad labores, et frigora, et calores, et famem ac sitim tolerandam. Atque hoc etiam tempore rex ac regis familiares hæc assidue faciunt. Quod igitur existimaret neminem imperare decere qui præstantior subditis non esset, et ex antedictis omnibus patet, et ex eo quod ita suos exercens, multo etiam magis ipse et continentiam et bellicas artes exercitationesque elaborabat. Etenim ad venationem alios educebat, quando aliqua manendi necessitas non esset: quod si etiam necessitas talis accideret, ipse domi venabatur eas feras quæ in vivariis alebantur. Nec vero ipse unquam antequam sudasset cœnam capiebat, nec equis priusquam essent exercitati, pabulum iniiciebat. Quinetiam ad hanc venationem invitabat sceptriferos suos. Itaque longe ipse in omnibus honestis operibus excellebat, longe etiam præstabant qui circa illum versabantur, ob exercitationem assiduam. Et se quidem in tale exemplum proponebat. Præterea vero alios quoque et muneribus et magistratibus et confessibus et omnibus donabat honoribus, quos maxime intuebatur quæ honesta essent confectari. Itaque multam omnibus iniiciebat æmulationem quo quisque Cyro optimus videretur.

Insuper hoc Cyri nobis videmur animadvertisse quod non hac re solum decere existimabat principes subiectis præstare quod iis forent meliores, sed etiam existimabat opus esse ut eos veluti præstigiis quibusdam deciperent. Itaque elegit stolam Medicam et ipse ferre, et ut familiares ea induerentur persuasit. Hæc enim visa est ei occultare siquis defectum aliquem haberet in corpore: præterea indutos ea et pulcherrimos et maximos ostendere. Etenim calceos tales habent, in quibus qui eos ferunt clam aliquid subiicere possint, quo maiores esse videantur quam sunt. Sinebatque ut oculos suppingerent coloribus, quo pulchrioribus quam essent oculis esse viderentur: et fricarentur, ut melius viderentur colorati quam natura essent. Exercuit eos insuper ut neque spuerent palam, neque mucum emitterent: præterea ne ad quicquam spectandum converterentur, perinde quasi mirarentur nihil. Omnia vero hæc existimabat aliquid conferre ad hoc ut minus forent subiectis contemptui. Quos igitur censebat dignos qui aliis præsesent, per seipsum tales reddidit exercitatione, et imperium in illos gerendo cum maiestate: quos vero destinabat ad serviendum, horum neminem incitabat ad exercendos ingenuos labores, neque ut haberent arma permittebat: verum curabat ut neque sine cibo unquam essent, neque sine potu, ingenuarum exercitationum gratia. Etenim quando agebant feras in cam-

[a] γρ. ἐφέπεσθαι. [b] μένειν οἴκοι ἀνάγκη.

campos equitibus, cibum in venationem his ferre permittebat, liberorum autem nemini: et quando iter faciendum erat, agebat eos ad aquas, ut iumenta: quum item erat prandendi tempus, eos expectabat donec aliquid comedisſent, ne eſurirent. Itaque hi quoque eum, ut viri optimates, patrem vocabant, quod ſui ipsorum haberet curam, ut indubitato ſemper mancipia forent.

διὰ, φέρεσθαι σῖτον εἰς θήραν τούτοις ἐπέτρεπε, τῶν δὲ ἐλευθέρων οὐδενί. καὶ ὁπότε πορεία εἴη, ἦγεν αὐτοὺς πρὸς τὰ ὕδατα, ὥσπερ τὰ ὑποζύγια. καὶ ὁπότε δὲ ὥρα εἴη ἀρίστου, ἀνέμενεν αὐτοὺς ἕως ἄν φάγωσί τι, ὡς μὴ βιλιμιῶν. ὥστε καὶ ἔτι αὐτὸν ὥσπερ οἱ ἄριστοι πατέρα ἐκάλουν, ὅτι ἐπεμέλετο αὐτῶν· ὅπως ἀναμφιλόγως ἀεὶ ἀνδράποδα διατελοῖεν.

Apud eundem, circa finem eiusdem libri.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, περὶ τὸ τέλος τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Quod pulcherrimum quidem ac maximum regnorum omnium Aſiæ, Cyri fuerit regnum, ipsum de ſe teſtimonium præbet. Terminos enim habuit ad orientem mare rubrum, ad ſeptemtriones pontum Euxinum, ad occidentem Cyprum et AEgyptum, ad meridiem AEthiopiam. Id autem imperium quum tanta eſſet magnitudine, una Cyri ſententia gubernabatur: qui etiam ipse ſubditos ſuos æque ac filios et honorabat et colebat: et Cyrum ſubiecti perinde quaſi patrem venerabantur. Ubi autem Cyrus excesſit e vivis, continuo ipſi filii inter ſe diſſedere, continuoque urbes ac gentes defecere, ſicque in deterius omnia verſa ſunt.

Quod autem vera a me narrantur, incipiam a rebus divinis id docere. Novi enim et regem prius, et eos qui ſub rege eſſent, etiam iis qui ultima ſcelera perpetraſſent, ſive iusiurandum iuraviſſent, inviolatum præſtare, ſive dextras dediſſent, conſtantiſſime obſervare ſolitos. Quod ſi tales non fuiſſent, et huiusmodi de ſe opinionem non præbuiſſent, ne unus quidem credidiſſet eis: quemadmodum nunc nemo amplius credit, posteaquam cognita eſt eorum impietas: ſic neque tunc illi credidiſſent duces militum qui una cum Cyro aſcenderant. At illi quum priori de iis opinioni credidiſſent, ſeipsos in manus eorum tradiderunt, et ad regem ducti obtruncati fuerunt. Multi etiam eorum barbarorum qui una militarant, alii alia decepti fide data, periere. Multo præterea etiam his in rebus nunc ſunt deteriores. Antea enim ſiquis aut periculum ſubiiſſet pro rege, aut urbem gentemve in ſervitutem redegiſſet, aut aliud quicquam præclarum aut utile ei egiſſet, hi erant qui in honore habebantur: at nunc, etiam ſiquis, quemadmodum Leomithres, uxore ac liberis amicorumque filiis obſidibus apud AEgyptium relictis, maximumque iusiurandum transgreſſus, videatur aliquid emolumenti attuliſſe regi, hi ſunt qui maximis præmiis honorantur. Hæc igitur videntes Aſiatici omnes, ad impietatem et iniuſtitiam verſi ſunt. Quales enim fuerint præfecti, tales etiam qui ſub ipſis ſunt, ut plurimum evadunt. Hinc igitur factum est ut omne fas magis contemnant quam antea. Iam vero circa pecunias hoc modo ſunt iniquiores: non enim ſolum qui magnis ſe delictis fecerunt obnoxios, ſed eos item qui nihil fecerunt iniuſte, comprehenſos cogunt nullo iure pecunias ſolvere. Quo fit ut nihilo illi minus qui videntur eſſe ditiſſimi, quam qui multa iniuſte admiſerunt, in metu ſint: adeo ut neque in manus hi ire velint potentiorum, neque audeant ſe adiungere exercitui regio. Igitur quicunque bellum cum iis gerat; omnibus licet in regione ipsorum ſine pugna verſari utcunque velint, propter illorum tum impietatem erga deos, tum iniuſtitiam erga homines. Mentes igitur eorum ita ſunt omnino nunc deteriores, quam antiquitus.

ΟΤΙ μὲν δὴ [a] καλλίστη καὶ μεγίστη τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἡ τοῦ Κύρου βασιλεία ἐγένετο, αὐτὴ ἑαυτῇ μαρτυρεῖ. ὡρίσθη μὲν πρὸς ἕω τῇ ἐρυθρᾷ θαλάττῃ· πρὸς ἄρκτον δὲ, τῷ Εὐξείνῳ [b] πόντῳ· πρὸς ἑσπέραν δὲ, Κύπρῳ καὶ Αἰγύπτῳ· πρὸς μεσημβρίαν δὲ, Αἰθιοπίᾳ. τοσαύτη δὲ γενομένη, μιᾷ γνώμῃ τῇ Κύρου ἐκυβερνᾶτο· καὶ ἐκεῖνός τε τοὺς ὑφ' ἑαυτῷ ὥσπερ ἑαυτοῦ παῖδας ἐτίμα τε καὶ ἐθεράπευεν, οἵτε ἀρχόμενοι Κῦρον ὡς πατέρα ἐσέβοντο· ἐπεὶ μέντοι Κῦρος ἐτελεύτησεν, εὐθὺς μὲν, [c] αὐτοὶ οἱ παῖδες ἐστασίαζον, εὐθὺς δὲ πόλεις καὶ ἔθνη ἀφίσταντο, πάντα δ' ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐτρέπετο.

Ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, ἄρξομαι διδάσκων ἐκ τῶν θείων. οἶδα γὰρ ὅτι πρότερον μὲν βασιλεὺς καὶ οἱ ὑπ' αὐτῷ καὶ τοῖς τὰ ἔσχατα πεποιηκόσιν εἴτε ὅρκους ὀμόσαιεν, ἐνέπεδουν, εἴτε δεξιὰς δοῖεν, ἐβεβαίουν. εἰ δὲ μὴ τοιοῦτοι ἦσαν, καὶ τοιαύτην δόξαν εἶχον, οὐδ' ἂν εἰς αὐτοῖς ἐπίστευεν, ὥσπερ οὐδὲ νῦν πιστεύει οὐδὲ εἰς ἔτι, ἐπεὶ ἔγνωσαν ἡ ἀσέβεια αὐτῶν· οὕτως οὐδὲ τότε ἐπίστευσαν ἂν οἱ τῶν σὺν Κύρῳ ἀναβάντων στρατηγοί· νῦν δὲ δὴ τῇ πρόσθεν αὐτῶν δόξῃ πιστεύσαντες, ἐχειρώσαν ἑαυτούς, καὶ ἀναχθέντες πρὸς βασιλέα, ἀπετμήθησαν τὰς κεφαλάς. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν συστρατευσάντων βαρβάρων ἄλλοι ἄλλαις πίστεσιν ἐξαπατηθέντες ἀπώλοντο. [d] πολὺ δὲ καὶ τῶνδε χείρονες νῦν εἰσί. πρόσθεν μὲν γὰρ εἴτις ἢ διακινδυνεύσειε πρὸ βασιλέως, ἢ πόλιν ἢ ἔθνος ὑποχείριον ποιήσειεν, ἢ ἄλλό τι καλὸν ἢ ἀγαθὸν αὐτῷ διαπράξειεν, οὗτοι ἦσαν οἱ τιμώμενοι· [e] νῦν δὲ καὶ ἤν τις, ὥσπερ Λεομίθρης, τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα καὶ τοὺς τῶν φίλων παῖδας ὁμήρους παρὰ τῷ Αἰγυπτίῳ ἐγκαταλιπών, καὶ τοὺς μεγίστους ὅρκους παραβὰς, βασιλεῖ δόξῃ τὶ σύμφορον ποιῆσαι, οὗτοί εἰσιν οἱ ταῖς μεγίσταις τιμαῖς γεραιρόμενοι. ταῦτα οὖν ὁρῶντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάντες, ἐπὶ τὸ ἀσεβὲς καὶ τὸ ἄδικον τετραμμένοι εἰσίν. ὁποῖοί τινες γὰρ ἂν οἱ προστάται ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς [f] ἐπιτοπολὺ γίγνονται. ἀθεμιτότεροι δὴ νῦν ἢ πρόσθεν ταύτῃ γεγένηνται. εἰς γε μὴν χρήματα, τῇδε ἀδικώτεροι· οὐ γὰρ μόνον τοὺς πολλὰ ἡμαρτηκότας, ἀλλὰ ἤδη τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας συλλαμβάνοντες, ἀναγκάζουσι πρὸς οὐδὲν δίκαιον χρήματα ἀποτίνειν. ὥστε οὐδὲν ἧττον οἱ πολλὰ ἔχειν δοκοῦντες τῶν πολλὰ ἠδικηκότων φοβοῦνται. καὶ εἰς χεῖρας οὐδ' οὗτοι ἐθέλουσι τοῖς κρείττοσιν ἰέναι, οὐδέ γε ἀθροίζεσθαι εἰς βασιλικὴν στρατείαν θαρροῦσι. τοιγαροῦν, ὅστις ἂν πολεμῇ αὐτοῖς, πᾶσιν ἔξεστι τῇ χώρᾳ αὐτῶν ἀναστρέφεσθαι ἄνευ μάχης ὅπως ἂν βούλωνται· διὰ τὴν ἐκείνων περὶ μὲν θεοὺς ἀσέβειαν, περὶ δὲ ἀνθρώπους ἀδικίαν. εἰ μὲν δὴ γνῶμαι ταύτῃ τῷ παντὶ χείρους νῦν εἰσὶ, ἢ τὸ παλαιὸν, αὐτῶν.

Quod

Ὡς

[a] γρ' ἀρίστη καὶ καλλίστη. [b] Πόντῳ καὶ Προποντίδι καὶ Ἑλλησπόντῳ· πρὸς ἑσπέραν. [c] αὐτοῦ. [d] πολλοὶ δὲ καὶ τάδε. [e] νῦν δ' ἄν τις, ὥσπερ Μιθριδάτης τὸν πατέρα Ἀριοβαρσάνην προδοὺς, καὶ ὥσπερ. [f] ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Ὡς δὲ οὐδὲ τῶν σωμάτων ἐπιμέλονται ὥσπερ πρόσθεν, νῦν αὖ τοῦτο διηγήσομαι. νόμιμον γὰρ δὴ ἦν αὐτοῖς, μήτε πτύειν, μήτε ἀπομύττεσθαι· (δῆλον δὲ ὅτι ταῦτα, οὐ τοῦ ἐν τῷ σώματι ὑγροῦ φειδόμενοι, ἐνόμισαν, ἀλλὰ βουλόμενοι διὰ πόνων καὶ ἱδρῶτος τὰ σώματα στερεοῦσθαι) νῦν δὲ τὸ μὲν μὴ πτύειν μηδὲ ἀπομύττεσθαι, ἔτι διαμένει, τὸ δὲ [a] πονεῖν οὐδαμοῦ ἐπιτηδεύεται. καὶ μὴν πρόσθεν μὲν ἦν αὐτοῖς μονοσιτεῖν νόμιμον, ὅπως ὅλῃ τῇ ἡμέρᾳ χρῶντο καὶ ἐς τὰς πράξεις καὶ εἰς τὸ διαπονεῖσθαι· νῦν γε μὲν τὸ μὲν μονοσιτεῖν ἔτι διαμένει, ἀρχόμενοι δὲ τοῦ σίτου ἡνίκα περ οἱ πρωϊαίτατα ἀριστῶντες, μέχρι τούτου ἐσθίοντες καὶ πίνοντες διάγουσιν ἕς τε περ οἱ ὀψιαίτατα κωμῶντες. ἦν δὲ αὐτοῖς νόμιμον μηδὲ προχοΐδας εἰσφέρεσθαι εἰς τὰ συμπόσια, δηλονότι νομίζοντες τὸ μὴ ὑπερπίνειν ἧττον ἂν καὶ σώ- 581
ματα καὶ γνώμας σφάλλειν· νῦν δὲ τὸ μὲν μὴ εἰσφέρεσθαι, ἔτι αὖ διαμένει· τοσοῦτον δὲ πίνουσιν ὥστε αὐτὶ τοῦ εἰσφέρειν αὐτοὶ ἐκφέρονται, ἐπειδὰν μηκέτι δύνωνται ὀρθούμενοι ἐξιέναι. ἀλλὰ μὴν καὶκεῖνό γε ἦν αὐτοῖς ἐπιχώριον, τὸ μεταξὺ πορευομένους μήτε ἐσθίειν, μήτε πίνειν, μήτε τῶν διὰ ταῦτα ἀναγκαίων μηδὲν ποιοῦντας φανεροὺς εἶναι· νῦν δ' αὖ μὲν τούτων ἀπέχεσθαι ἔτι διαμένει, τὰς μέντοι πορείας οὕτω βραχείας ποιοῦνται ὡς μηδ' ἂν ἔτι θαυμάσαι τὸ ἀπέχεσθαι τῶν ἀναγκαίων.

Quod autem nec corporum exercitationis curam gerunt, ut antea consuerant, nunc item hoc exponam. Lex enim erat apud eos neque spuere, neque emungere: (est autem manifestum hæc eos lege sanxisse, non quia parcerent corporis humori, sed quod vellent per labores ac sudorem reddere corpora solidiora.) hoc vero tempore non spuere quidem neque emungi, adhuc perdurat, sed illud institutum se laboribus exercendi desiit. Quinetiam antea erat Persis lege cautum comedere semel, quo toto die uterentur et circa res gerendas et circa labores: hac vero tempestate semel cibum capere adhuc permanet, sed vesci incipientes ab eo tempore quo illi qui summo mane prandent, ad illorum usque tempus comedere potareque pergunt, qui lectum tardissime petunt. Erat præterea lege cautum apud eos ne urcei importarentur in symposia: quippe qui putabant, si non nimis potarent, minus corpora mentesque labefactari: hac vero tempestate urceos non importari, adhuc permanet: ac tantum bibunt ut non importent, sed ipsi exportentur, quum nequeant amplius erecti egredi. Iam vero et ille mos patrius iis erat, ut, dum iter facerent, neque comederent, neque biberent, neque quicquam eorum quæ propter hæc necessaria sunt, palam facerent: nunc autem ab iis abstinere, adhuc perdurat, sed itinera faciunt adeo brevia ut minime sit mirandum quod a rebus necessariis abstineant.

Ἀλλὰ μὲν καὶ ἐπὶ θήραν πρόσθεν μὲν τοσαυτάκις ἐξήεσαν ὥστε ἀρκεῖν αὐτοῖς τε καὶ ἵπποις γυμνάσια τὰς θήρας· ἐπεὶ δὲ Ἀρταξέρξης ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἵπποις τοῦ οἴνου ἐγένοντο, οὐκέτι ὁμοίως οὔτε αὐτοὶ ἐξήεσαν, οὔτε τοὺς ἄλλους ἐξῆγον ἐπὶ τὰς θήρας· ἀλλὰ καὶ οἵτινες φιλόπονοι γενόμενοι καὶ σὺν τοῖς περὶ αὐτοὺς ἱππεῦσιν ἅμα θηρῶεν, φθονοῦντες αὐτοῖς δῆλοι ἦσαν, καὶ ὡς βελτίονας αὐτῶν ἐμίσουν. ἀλλά τοι καὶ τοὺς παῖδας τὸ μὲν παιδεύεσθαι ἐπὶ ταῖς θήραις, ἔτι διαμένει· τὸ μέντοι τὰ ἱππικὰ μανθάνειν καὶ μελίσσειν, ἀπέσβηκε, διὰ τὸ μὴ [b] ἰέναι ὅπου ἂν ἀποφαινόμενοι εὐδοκιμοῖεν.

Quin et ad venationem quoque toties antea exibant ut pro exercitatione venationes satis essent et ipsis et equis: at ubi Artaxerxes rex, et qui ei erant familiares, redditi sunt vino inferiores, non amplius eodem modo neque ipsi egrediebantur, neque alios educebant ad venationes: quin potius siqui laboris studiosi atque industrii una cum suis equitibus venarentur, aperte iis invidebant, et ut seipsis meliores oderant. Præterea puerorum institutio pro foribus adhuc perdurat: sed disciplina et exercitatio eorum quæ ad artem equestrem pertinent, extincta est, quoniam eo non eunt ubi specimen edendo gloriam consequantur.

Καὶ ὅτι γε οἱ παῖδες ἀκούοντες ἐκεῖ πρόσθεν τὰς δίκας δικαίως δικαζομένας, ἐδόκουν μανθάνειν δικαιότητα, καὶ τοῦτο παντάπασιν ἀνέστραπται. σαφῶς γὰρ ὁρῶσι νικῶντας ὁπότεροι ἂν [c] πλεῖον διαδῶσιν. ἀλλὰ καὶ τῶν φυομένων ἐκ τῆς γῆς τὰς δυνάμεις οἱ παῖδες πρόσθεν μὲν ἐμάνθανον, ὅπως τοῖς μὲν ὠφελίμοις χρῷντο, τῶν δὲ βλαβερῶν ἀπέχοιντο· νῦν δὲ ἔοικασι ταῦτα διδασκομένοις, ὅπως ὡς πλεῖστα κακοποιῶσιν. οὐδαμοῦ γοῦν πλείους ἢ ἐκεῖ οὔτε ἀποθνήσκουσιν, οὔτε διαφθείρονται ὑπὸ φαρμάκων.

Et quod pueri quum illic antea lites audirent secundum ius et æquum diiudicari, videbantur discere iustitiam, et hoc omnino contrarium est: quoniam certo vident eos vincere causam utri plus dederint. Præterea eorum vim quæ e terra oriuntur, pueri antea discebant, quo utilibus uterentur, et a pernicioſis abstinerent: nunc vero videntur hæc discere quo mala quamplurima perpetrent. Nusquam igitur plures quam illic, neque moriuntur, neque interficiuntur venenis.

Ἀλλὰ μὴν καὶ θρυπτικώτεροι πολὺ νῦν ἢ ἐπὶ Κύρου εἰσί. τότε μὲν γὰρ ἔτι τῇ ἐκ Περσῶν παιδείᾳ καὶ ἐγκρατείᾳ ἐχρῶντο, τῇ δὲ Μήδων στολῇ καὶ ἁβρότητι· νῦν δὲ τὴν μὲν ἐκ Περσῶν καρτερίαν περιορῶσιν ἀποσβεννυμένην, τὴν δὲ τῶν Μήδων μαλακίαν διασώζονται. σαφηνίσαι δὲ βούλομαι καὶ τὴν θρύψιν αὐτῶν. ἐκείνους γὰρ πρῶτον [d] μὲν τὰς εὐνὰς οὐ μόνον ἀρκεῖ μαλακῶς ὑποστρώσασθαι, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν κλινῶν τοὺς πόδας ἐπὶ [e] ταπίδων τιθέασιν, ὅπως μὴ ἀντερείδῃ τὸ δάπεδον, ἀλλ' ὑπείκωσιν αἱ 582
[f] τάπιδες. καὶ μὴν τὰ πεττόμενα ἐπὶ τράπεζαν, ὅσα τε πρόσθεν εὕρητο, οὐδὲν αὐτῶν ἀφῄρηται, ἀλλά τε ἀεὶ καινὰ ἐπιμηχανῶνται. καὶ ὄψα γε ὡσαύτως.

Quinetiam multo magis indulgent mollibus et delicatis voluptatibus quam Cyri temporibus. Tum enim adhuc disciplina Persica et continentia utebantur, Medorum vero stola atque mollitie: sed hoc tempore Persicam constantiam æquo animo vident extingui, at Medorum mollitiem diligenter servant. Declarare autem volo eorum quoque mollem et delicatam vitam. Illis enim primum non satis est si lecti strata mollia habeant verumetiam lectorum pedes tapetibus superponunt, ne pavimentum renitatur, sed ut tapetes cedant. Insuper opere pistorio quæ conficiebantur ad mensam, et quæcunque reperta sunt antea, eorum nihil ablatum est, sed et nova semper excogitant, et obsonia iden-

a γρ. ἐκπονεῖν. *b* εἶναι. *c* πλείω διδῶσιν. *d* μὲν οὐκέτι τάς. *e* δαπίδων. *f* δάπιδες.

identidem: etenim ſibi compararunt homines qui nova utriuſque harum rerum artificia inveniant. Inſuper hyeme non ſatis est illis caput et corpus atque pedes tegere, ſed in extremis manibus chirothecas villoſas habent, et digitalia. At vero æſtate contenti non ſunt neque arborum neque rupium umbris, ſed illis præſto ſunt homines qui in his umbris alias moliantur. Iam vero et pocula ſi quamplurima habeant, hoc ornamento gloriantur: verum ſi iniuſtis artibus comparata esſe conſtet, id nulli ſibi dedecori ducunt. Apud illos enim iniuſtitia lucrique turpis cupiditas valde est aucta. Atque antea patrius eis mos erat ne conſpicerentur proficiſci pedites, non alius cuiusquam rei gratia, quam ut equites optimi fierent: nunc autem plura ſuper equis ſtrata habent quam ſuper cubilibus. Non enim ita equitandi curam habent ut molliter ſedendi.

In iis vero quæ ad bellum pertinent, an non merito nunc ſunt omnino deteriores quam antea? Quibus ſuperiore tempore patrium erat, tum eos qui terram poſſiderent, ab hac ipsa equites ſuppeditare, qui etiam in expeditionem ibant: tum præſidiarios, ſi militandum esſet, pro regione ſtipendiarios esſe: nunc vero qui oſtiarii ſunt, et piſtores obſoniorumque artifices, et pincernæ, et balneatores, et qui ad menſam apponunt, et qui e menſa tollunt, et qui dormitum agunt, et qui a ſomno excitant, et ornatores qui coloribus eos liniunt infricantque, aliaque decenter componunt: hoſce omnes ii qui proceres ſunt, equites faciunt, quo ſub ſe ſtipendium mereant. Multitudo igitur ex his quoque apparet, at nulla eorum ad bellum utilitas. Hoc etiam patet ex iis quæ uſuveniunt, nam in eorum regione hoſtes facilius commorantur quam amici. Cyrus enim quum ferentarios amoviſset, thoracibus autem et eos et equos armasſet, et pilum unum cuique dediſset in manum, cominus pugnam gerebat: ſed hoc tempore neque iactu utuntur amplius neque congredientes cominus prœliantur. Atque pedites habent quidem ipſi crates et copides et ſecures, quemadmodum Cyri temporibus, quum ſunt pugnaturi, ſed cominus congredi ne hi quidem volunt. Nec item falcatis curribus ad id utuntur amplius ad quod eos Cyrus est fabricatus. Cyrus enim quum aurigas amplificasſet honoribus ſtrenuosque reddidisſet, habebat qui in armatos impetum facerent. Perſæ autem huius temporis quum ne norint quidem eos qui præſunt curribus, cenſent fore ut inexercitatos ſimiles exercitatis habeant. Et hi proſiliunt quidem, ſed priusquam fuerint inter hoſtes, alii e curribus ultro excidunt, alii exiliunt: quo fit ut iugales aurigis carentes, pluribus ſæpe malis amicos quam hoſtes afficiant. Quoniam vero ipſi quoque cognoſcunt qualia ad bellum adminicula habeant, animo ad id remiſſo ſunt: nemoque amplius ſine Græcis ad bellum ſe accingit, neque quum invicem belligerant, neque quum Græci agunt contra eos exercitum, ſed etiam adverſus hoſce ſtatuerunt cum Græcis bellum gerere.

Et ego quidem quæ pollicitus ſum, ea me præſtitisſe arbitror. Dico enim, Perſas atque Perſarum ſocios, et magis impios adverſus deos, et magis nefarios erga necesſarios, et iniuſtiores erga alios, et ignaviores ad bellum, hoc tempore quam antea redditos fuisſe. Quod ſiquis

τως. καὶ γὰρ καινοποιητὰς ἀμφοτέρων τούτων κέκληνται. ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ τῷ χειμῶνι οὐ μόνον κεφαλὴν καὶ σῶμα καὶ πόδας ἀρκεῖ αὐτοῖς ἐσκεπάσθαι, ἀλλὰ καὶ περὶ ἄκραις ταῖς χερσὶ χειρίδας δασείας καὶ δακτυλήθρας ἔχουσιν. ὁ γε μὴν θέρει ὑπ' ἀρκοῦσιν αὐτοῖς οὔθ' αἱ τῶν δένδρων οὔθ' αἱ τῶν πετρῶν σκιαὶ, ἀλλ' ὁ ταύταις ἑτέρας [a] σκιὰς ἄνθρωποι μηχανώμενοι αὐτοῖς παρεχάσι. καὶ μὴν ἐκπώματα ἢν μὲν ὡς πλεῖστα ἔχωσι, τούτῳ καλλωπίζονται· ἢν δ' ἐξ ἀδίκου φανερῶς ἢ μεμηχανημένα, οὐδὲν τοῦτο αἰσχύνονται. πολὺ γὰρ ἥδηται ὁ αὐτοῖς ἡ ἀδικία τε καὶ αἰσχροκέρδεια. ἀλλὰ καὶ πρόσθεν μὲν ἦν ἐπιχώριον αὐτοῖς μὴ ὁρᾶσθαι πεζῇ πορευομένοις, οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκα ἢ τοῦ ὡς ἱππικωτάτους γίγνεσθαι· νῦν δὲ χρώματα πλείω ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἵππων ἢ ἐπὶ τῶν εὐνῶν. οὐ γὰρ τῆς [b] ἱππείας οὕτως ὥσπερ τοῦ μαλακῶς καθῆσθαι ἐπιμέλονται.

Τὰ γε μὴν πολεμικὰ πῶς οὐκ εἰκότως νῦν τῷ παντὶ χείρους ἢ πρόσθεν εἰσίν; οἷς ὁ μὲν τῷ παρελθόντι χρόνῳ ἐπιχώριον, οἶμαι, ὑπῆρχε τοὺς μὲν τὴν γῆν ἔχοντας, ἀπὸ ταύτης ἱππότας παρέχεσθαι, οἳ δὴ καὶ ἐστρατεύοντο. τοὺς δὲ Φρουροῦντας, εἰ δέοι στρατεύεσθαι, πρὸ τῆς χώρας μισθοφόρους εἶναι· νῦν δὲ τούς τε θυρωροὺς καὶ τοὺς σιτοποιοὺς, καὶ τοὺς ὀψοποιοὺς, καὶ οἰνοχόους, καὶ λυτροχόους, καὶ παρατιθέντας καὶ ἀναιροῦντας, καὶ κατακοιμίζοντας καὶ ἀνιστάντας, καὶ τοὺς [c] κοσμητὰς οἳ ὑποχρίουσί τε καὶ ἀντρίβουσιν αὐτοὺς, καὶ τὰ ἄλλα ῥυθμίζουσι· τούτους πάντας ἱππέας οἱ δυνάσται πεποιήκασιν, ὅπως μισθοφορῶσιν αὐτοῖς. πλῆθος μὲν οὖν καὶ ἐκ τούτων φαίνεται, ὠφελός γε οὐδὲν αὐτῶν εἰς πόλεμον. δηλοῖ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ γιγνόμενα· κατὰ τὴν χώραν γὰρ αὐτῶν [d] ῥᾷον οἱ πολέμιοι ἢ οἱ φίλοι ἀναστρέφονται. καὶ γὰρ δὴ ὁ Κῦρος τοῦ μὲν ἀκροβολίζεσθαι ἀποπαύσας, θωρακίσας δὲ καὶ αὐτοὺς καὶ ἵππους, καὶ ἓν παλτὸν ἑκάστῳ δοὺς εἰς χεῖρα, ὁμόσε τὴν μάχην ἐποιεῖτο· νῦν δὲ οὔτε ἀκροβολίζονται ἔτι, οὔτ' εἰς χεῖρας συνιόντες μάχονται. καὶ οἱ πεζοὶ ἔχουσι μὲν γέρρα καὶ κοπίδας καὶ σαγάρεις, ὥσπερ ἐπὶ Κύρου, τὴν μάχην ποιησόμενοι· εἰς χεῖρας δὲ ἰέναι οὐδ' οὗτοι ἐθέλουσιν. οὐδέ γε τοῖς δρεπανηφόροις ἅρμασι ἔτι χρῶνται [e] ἐφ' ᾧ Κῦρος αὐτὰ ἐποιήσατο. ὁ μὲν γὰρ, τιμαῖς αὐξήσας τοὺς ἡνιόχους, καὶ ἀγαθοὺς ποιήσας, εἶχε τοὺς εἰς τὰ ὅπλα ἐμβαλοῦντας· οἱ δὲ νῦν, οὐδὲ γιγνώσκοντες τοὺς ἐπὶ τοῖς ἅρμασιν, οἴονται σφίσιν ὁμοίους τὰς ἀνασχήτους τοῖς ἠσκηκόσιν ἔσεσθαι. οἱ δὲ ὁρμῶσι μὲν πρὸ δ' ὁ τοῖς πολεμίοις εἶναι, οἱ μὲν, ἐκόντες ἐκπίπτουσιν, οἱ δ' ἐξάλλονται· ὥστε ἄνευ ἡνιόχων γιγνόμενα τὰ ζεύγη πολλάκις πλείω κακὰ τοὺς φίλους ἢ τοὺς πολεμίους ποιεῖ. ἐπεὶ μέντοι καὶ αὐτοὶ γιγνώσκουσιν οἷα σφίσι τὰ πολεμιστήρια ὑπάρχει, ὑφίενται, καὶ οὐδεὶς ἔτι ἄνευ τῶν Ἑλλήνων εἰς πόλεμον καθίσταται, [f] ὅτε ὅταν ἀλλήλοις πολεμῶσιν, ὅτε ὅταν οἱ Ἕλληνες αὐτοῖς ἀντιστρατεύωνται· ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτους ἐγνώκασι μεθ' Ἑλλήνων τοὺς πολέμους ποιεῖσθαι.

Ἐγὼ μὲν δὴ οἶμαι ἅπερ ὑπεθέμην ἃ ἀπεργάσθαί μοι. Φημὶ γὰρ Πέρσας καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς καὶ ἀσεβεστέρους περὶ θεοὺς, καὶ ἀνοσιωτέρους περὶ συγγενεῖς, καὶ [b] ἀδικωτέρους περὶ τοὺς ἄλλους, καὶ ἀνανδροτέρους τὰ εἰς τὸν πόλεμον νῦν ἢ πρόσθεν ἀποδεδεῖχθαι. εἰ δέ

583

a γρ' σκιάδας. *b* ἱππικῆς. *c* κομμωτίας. *d* ῥᾴδιον. *e* ἐφ' ὧν. *f* οὔτε ἂν πότε. *g* ἀπεργάσεσθαι. Φημὶ. *b* ἀνομωτέρους.

δέ τις τἀναντία ἐμοὶ γιγνώσκει, τὰ ἔργα αὐτῶν ἐπισκοπῶν, εὑρήσει αὐτὰ μαρτυροῦντα τοῖς ἐμοῖς λόγοις.

siquis secus atque ego sentiat, is eorum opera considerans, ea testimonio suo verba mea comprobare comperiet.

Παρὰ τῷ αὐτῷ Ξενοφῶντι, ἐν τῷ τῆς αὐτῆς παιδείας ε.

Apud eundem Xenophontem, in eiusdem Pædiæ libro V.

Ἐπ' οὐδενὶ γὰρ βρώματι οὐδὲ πόματι Πέρσης ἀνὴρ τῶν πεπαιδευμένων οὔτε ὄμμασιν ἂν ἐκπεπληγμένος καταφανὴς γένοιτο, οὔτε ἁρπαγῇ, οὔτε νόῳ, μὴ οὐχὶ προνοεῖν ἅπερ ἂν καὶ μὴ ἐν σίτῳ ὤν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἱππικοί, διὰ τὸ μὴ ταράσσεσθαι ἐπὶ τῶν ἵππων, δύνανται ἅμα ἱππεύοντες καὶ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ λέγειν τὸ δέον, οὕτω καὶ ἐκεῖνοι ἐν τῷ σίτῳ οἴονται δεῖν Φρόνιμοι καὶ μέτριοι Φαίνεσθαι. τὸ δὲ κεκινῆσθαι ὑπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῆς πόσεως, πάνυ αὐτοῖς [a] κυνικὸν καὶ θηριῶδες δοκεῖ εἶναι.

In nullo enim neque esculento neque potulento vir Perses, ex iis qui bene instituti sunt, neque oculis commotus appareat, neque rapina, neque mente, quo minus eadem prospiciat quam si in cibo non esset: sed quemadmodum equestres, quoniam in equis non turbantur, possint simul dum equitant et videre et audire et dicere quod sit opus, sic item illi inter epulas existimant oportere et prudentes apparere et moderatos. At moveri esculentis et potulentis, videtur iis esse caninum admodum et immane.

Vide et quæ hunc locum proxime sequuntur, nec non quæ præcedunt. Sed cum iis quæ hoc loco dicuntur, conferenda sunt quæ supra, pag. videlicet 574., *legisti* de pueris domo afferentibus in
584 cibum quidem, panem, in obsonium vero, nasturtium: ad potum autem, siquis eorum sitiret, vas fictile quod cothona vocabant, ut in id e flumine posset haurire. *Atque his addenda sunt et quæ de puberibus, sive adolescentibus (Græce ephebis) paulo post dicuntur*, quidquid venando ceperint, id eorum obsonium esse: sin nihil ceperint, non aliud obsonium habere quam nasturtium. *Ideo autem conferendi sunt hi loci cum illo libri* V., *ut consideremus quantum profit a teneris assuescere. Nam temperanter in ipsa etiam senectute vivere, in eodem illo tradit loco, quum et de pueris exemplum temperantiæ ab eis sumentibus scribat. Tenuis autem victus vestitusque vilis Persarum mentionem facit Xenophon non in iis solum quæ ex eo allata iam fuerunt, sed in hoc etiam libri primi eiusdem operis loco, non procul ab iis quæ deprompta inde habuisti in præcedentibus, per quandam cum molli Medorum vestitu antithesin*, Apud Persas autem qui in patria manent, hoc etiam sæculo et vestimenta sunt viliora, et victus magis est tenuis. *Necnon aliquanto post Cyrus avo suo Astyagi dicit*, Sed longe simplicior apud nos ac rectior est ad se explendum via. Nos enim panis et carnes ad hoc deducunt: vos autem, quum eodem studeatis pervenire quo nos, per multos circuitus ac ambages sursum deorsum errantes, vix tandem eo pervenitis quo nos iamdudum veneramus. *Sed hanc Persarum laudem multum minuit iste libri septimi eiusdem operis locus, ubi de Cyro dicitur*, Quum igitur sciret, Persas, qui domi manerent, vitam agere durissimam propter inopiam, et laboriosissimam, tum propter regionis suæ asperitatem, tum quod opus faciendo victum sibi quærunt: hos potissimum existimavit libenter apud se victuros. *Minuit* (*inquam*) *hic locus laudem illam, quod regionis natura ad tenuem illum victum eos adigere dici possit. Sed ex iis quæ alibi scribuntur, conicere est, institutionem bonam non solum hoc addidisse ut boni consulerent hanc victus tenuitatem, aut saltem hunc moderatum victum* (*nam et μετρίαν διαιταν dicit*) *sed etiam effecisse ut vellent* et spuendi et mungendi necessitatem a se per labores abigere. *Atque hoc apud illos etiam qui sua ætate essent Persas mansisse, in eodem illo primi libri loco testatur. Videndum tamen quomodo cum hoc convenire loco possit ille libri octavi, ubi scribit*, (*hoc quoque exemplo ostendens quantum Persæ a suis maioribus degenerassent*) Nam quum antea sancitum esset, (*vel* lege cautum. *nisi et* more receptum *reddi potest*) ut neque spuerent, neque emungerent. (manifestum est autem ipsos non ideo sanxisse ut humori corporis parcerent, sed quod vellent laboribus et sudoribus corpora robusta et velut solida effici) nunc quidem adhuc manet, ut non spuant, nec sese emungant, at se laboribus exercere, nusquam in usu est. *Quomodo enim Xenophontis etiam sæculo permanebant hæc duo*, non spuere, neque se emungere, *id vero per quod hæc vitabant* (*quæ alioqui vix posse vitari videntur*) *ut ipse in illo altero loco scribit, iam aboleverat?*

Sed, hanc quæstionem aliis solvendam relinquens, ad eos transeo locos qui contra Persicum luxum, et quidem in regibus nominatim, describunt. Meminisse autem hic oportet horum circa finem lib. VIII. *verborum*, ὁποῖοι τινὲς γὰρ ἂν οἱ προστάται ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνονται. *id est*, Quales enim fuerint qui *aliis* præsunt, tales sunt plerunque et illi qui eorum subiecti sunt imperio. *Idem vero et ante Xenophontem etiam dictum fuerat, et post Xenophontem etiam dictum fuit: et quidem a nonnullis etiam qui vocem illam* plerunque *non addiderunt. Magna est autem convenientia inter illum locum, et istum qui eodem in libro legitur, pagina a principio tertia*, Quum enim vident homines, eum cui maxime licet insolenter agere, modeste se gerere, tanto magis ii qui sunt inferiores ullam suam insolentiam minime exstare volunt. *Adiungendum etiam quod aliquanto post sequitur, de ipso Cyro*, Et se quidem in tale exemplum proponebat. *Necnon adiiciendus erit hic qui primam eiusdem libri paginam claudit; in mea editione*, ὅταν μὲν ὁ ἐπισάτης βελτ. &c.

Ἐκ τοῦ εἰς Ἀγησίλαον λόγου.

Ex oratione de Agesilao.

Τῷ μὲν γὰρ Πέρσῃ πᾶσαν γῆν περιέρχονται, μαστεύοντες τί ἂν ἡδέως πίοι, μυρίοι δὲ τεχνῶνται τί ἂν ἡδέως Φάγοι. ὅπως γε μὴν καταδάρθοι, οὐδ' ἂν εἴποι τις ὅσα πραγματεύονται. Ἀγησίλαος δὲ, διὰ τὸ φιλόπονος εἶναι, πᾶν μὲν τὸ παρὸν

HABET enim rex Persarum qui totum orbem circumeant, quæritantes potum qui suavis illi sit futurus: et innumeri excogitant cibos quibus suaviter vescatur: ad somnium vero conciliandum, non facile quis dixerit, quæ machinentur: at vero Agesilaus, quod labori deditus esset, quid-

[a] γρ' συϊκὸν.

quidquid aderat iucunde bibebat, et quidquid nactus erat, iucunde edebat: ad ſomnum autem ſuaviter capiendum quivis locus idoneus illi erat. Ac non ſolum dum hæc faceret lætabatur, ſed etiam exultabat, quoties conſideraret ſe quidem mediis in voluptatibus verſari: at barbarum illum videret, ſi quidem absque dolore vellet vivere, oportere ab extremis terræ finibus ea ſecum trahere quæ delectationem ſint allatura.

ῥᾲον ἡδέως ἔπινε, πᾶν δὲ τὸ συντυχὸν ἡδέως ἤσθιεν. εἰς δὲ τὸ ἀσμένως κοιμηθῆναι, πᾶς τόπος ἱκανὸς ἦν αὐτῷ. καὶ ταῦτα οὐ μόνον πράττων ἔχαιρεν, ἀλλὰ καὶ ἐν- 585
θυμούμενος ἠγάλλετο, ὅτι αὐτὸς μὲν ἐν μέσαις ταῖς εὐφροσύναις ἀναστρέφοιτο· τὸν δὲ βάρβαρον ἑώρα, εἰ μέλλοι ἀλύπως βιώσεσθαι, συνελκυστέον αὐτῷ ἀπὸ περάτων τῆς γῆς τὰ τέρψοντα.

In eadem oratione proponuntur et aliâ, în quibus Ageſilaus et rex Perſarum inter ſe comparantur: atque hoc inter cetera, quod ille quidquid inter homines auri, quidquid argenti erat, et quæcunque erant pretioſisſima, apud ſe congeſta habere niteretur: exiſtimans, ſi maximam vim pecuniarum haberet, fore ut omnia in poteſtatem ſuam redigeret: at vero Ageſilaus domum ſuam contra inſtituerat, ita ut nullo horum indigeret. *Animadvertendum autem, ad hanc auri argentique coacervationem quod attinet, eſſe et hoc veriſimile ad fovendum etiam ſuum luxum illam congerere conatum eſſe: quamvis aliam cauſſam afferat. Ceterum cum illis verbis*, μυρίοι δὲ τεχνῶνται τί ἂν ἡδέως φάγοι, *conferenda hæc quæ habuiſti pag.* 582. *ex alio loco* καὶ μὴν τὰ πεττόμενα ἐπὶ τράπεζαν, ὅσα τε πρόσθεν εὑρητο, οὐδὲν αὐτῶν ἀφῄρηται, ἀλλά τε ἀεὶ καινὰ ἐπιμηχανῶνται. καὶ γὰρ καινοποιητὰς ἀμφοτέρων τούτων κέκτηνται. *Verum hoc in loco (qui non procul abest a fine libri octavi et ultimi Pædiæ) non tantum de Perſarum regibus, ſed de univerſa Perſarum gente agitur.*

Hinc ad illum digredior locum ubi contra ſtudium rerum bellicarum, necnon agriculturæ, (et quidem hanc præponens) in Perſarum rege commendat: quum alibi rei militaris ſtudium in certo quopiam rege, videlicet Cyro, commendaſſet: et quidem venationis exercitio ad res bellicas, et maxime ad artem equeſtrem, eos præparari dixiſſet, ut videre est inter illa quæ e lib. Pæd. 8. *deprompta dedi, p.* 577. *Verum ibi postquam hæc et alia quædam eodem pertinentia ſcripſit, et tandem locum illum his verbis clauſit*, καὶ τὴν ἐγκράτειαν δὲ, καὶ πόνους καὶ ψύχη καὶ θάλπη καὶ λιμὸν καὶ δίψος δύνασθαι φέρειν, ἐνταῦθα μάλιστα προσεῖθιζε τοὺς κοινωνούς. *id eſt*, Atque hic maxime aſſuefaciebat ſodalitia ad continentiam, et ad hoc ut labores necnon frigora et æſtus, quinetiam famem et ſitim tolerare poſſent. *Ubi (inquam) ita locum illum clauſit, adiicit*, καὶ νῦν δ' ἔτι βασιλεὺς καὶ οἱ ἄλλοι οἱ περὶ βασιλέα ταῦτα ποιοῦντες διατελοῦσιν. *id eſt*, Atque hoc etiam fæculo tum rex, tum qui circa regem ſunt, hæc aſſidue faciunt. *Hæc porro*, οἱ περὶ βασιλέα, *Philelphus vertit* regis familiares. *Quam etiam interpretationem admittere videntur illa verba: at* κοινώνων *appellatio eam minime admittit: quamvis huic quoque eam tribuat: vertit enim*, Et hic etiam maxime familiares aſſuefaciebat ad continentiam. *Exiſtimo autem reddi debere hic, ſicut et alibi*, ſodalitia, *vel*, eos qui e ſodalitiis erant. *De hoc quoque obiter moneo quod ad locum illum attinet*, καὶ τὴν ἐγκράτειαν δὲ, *&c. afferri et hanc lectionem*, καὶ πρὸς ἐγκράτειαν δέ. *Invenitur autem et hæc*, καὶ τὴν ἐγκράτειαν δὲ, καὶ πρὸς πόνους, καὶ ψύχη καὶ θάλπη, καὶ πρὸς τὸ λιμὸν καὶ δίψος δύνασθαι φέρειν. *Verum ex duabus unam faciens, libenter ita ſcriberem*, καὶ πρὸς ἐγκράτειαν δὲ, καὶ πόνους, καὶ ψύχη καὶ θάλπη, καὶ πρὸς τὸ λιμὸν καὶ δ. *Alioqui, noſtram retinendo ſcripturam, ſaltem ſcribendum eſſet*, καὶ τὸ ψύχη καὶ τὸ θάλπη καὶ λ. καὶ δ. δύνασθαι φέρειν. *Ad illum (inquam) locum transeo ubi ſtudium rerum bellicarum et agriculturæ (et quidem huius mentionem prius faciens) commendat. Is autem extat in Oeconomico, pag.* 482. *meæ editionis, ubi Socrates et Critobulus inter ſe colloquuntur:*

Quibus igitur artibus nobis, Socrates, utendum cenſes? Num (inquit Socrates) regem Perſarum imitari verebimur? Illum quidem ferunt inter pulcherrima maximeque neceſsaria ſtudia agriculturam artemque bellicam ducere, et utramque diligenter atque ſtudioſe ſimul curare. Hæc ut audiit Critobulus, An et hoc credis, inquit, o Socrates, regi Perſarum agriculturam eſſe curæ? Cui Socrates, Si videamus o Critobule quid agat, hoc modo fortaſſe diſcemus ſiquid ſit ei curæ. Nam convenit inter nos eum res bellicas ſtrenue curare, et diligenter adminiſtrare: quod ex quotquot nationibus tributa accipit, unicuique præfecto definierit in quot equites, ſagittarios, funditores, gerrhophoros, (*id eſt, ſcuta et eiusmodi tegumenta ferentes*) alimentum partiri debeat: qui et regere poſſint quibus præſunt, quique ſi hoſtes irrumpant, fines tueantur. Præter hos et cuſtodes in arcibus alere conſuevit: et cuſtodibus quidem alimentum ſuggerit huic ab eo muneri præfectus: rex autem per ſingulos annos omnes præter eos qui cuſtodiunt arces, eo cogens quo vocatur concilium, recenſet qui ſtipendia merent, atque alios quos in armis eſſe iuſſit. Qui non ita procul a regia diſtant, ad eos ipse inſpectionis cauſſa proficiſcitur: qui longius incolunt, ad eos mittit haud dubiæ fidei viros, qui res ſociorum inſpiciant. Cuſtodum præfectos, et chiliarchos, (*id eſt, qui mille viros ducunt*,) et ſatrapas, ſi imperatum ſibi militum

Ἡμῖν δὲ δὴ ποίαις τέχναις συμβουλεύεις ὦ Σώκρατες χρῆσθαι; Ἆρα (ἔφη ὁ Σωκράτης) μὴ αἰσχυνθῶμεν τὸν Περσῶν βασιλέα μιμήσασθαι; ἐκεῖνον γάρ φασιν, ἐν τοῖς καλλίστοις τε καὶ ἀναγκαιοτάτοις ἡγεῖσθαι εἶναι ἐπιμελήμασι, γεωργίαν τε καὶ τὴν πολεμικὴν τέχνην, τούτων ἀμφοτέρων ἰσχυρῶς ἐπιμελεῖσθαι. καὶ ὁ Κριτόβουλος ἀκούσας ταῦτα εἶπε, Καὶ τοῦτο, ἔφη, πιστεύεις ὦ Σώκρατες, βασιλέα τῶν Περσῶν γεωργίας τι συνεπιμελεῖσθαι; Ὧδ' ἄν (ἔφη ὁ Σωκράτης) ἐπι- 586
σκοποῦντες, ὦ Κριτόβουλε, ἴσως ἂν καταμάθοιμεν εἴ τι συνεπιμελεῖται. τῶν μὲν γὰρ πολεμικῶν ἔργων ὁμολογοῦμεν αὐτὸν ἰσχυρῶς ἐπιμελεῖσθαι, ὅτι ἐξ ὁπόσων περ ἔθνων δασμὸς λαμβάνει, τέταχε τῷ ἄρχοντι ἑκάστῳ εἰς ὁπόσους δεῖ διδόναι τροφὴν ἱππέας καὶ τοξότας καὶ σφενδονήτας καὶ γερροφόρους, οἵτινες τῶν τε ὑπ' αὐτοῦ ἀρχομένων ἱκανοὶ ἔσονται κρατεῖν, καὶ, ἢν πολέμιοι ἐπίωσιν, ἀρήξουσι τῇ χώρᾳ. χωρὶς δὲ τούτων, φύλακας ἐν ταῖς ἀκροπόλεσι τρέφει· καὶ τὴν μὲν τροφὴν τοῖς φρουροῖς δίδωσιν ὁ ἄρχων ᾧ τοῦτο προστέτακται· βασιλεὺς δὲ κατ' ἐνιαυτὸν ἐξέτασιν ποιεῖται τῶν μισθοφόρων καὶ τῶν ἄλλων οἷς ὡπλίσθαι προστέτακται, καὶ πάντας ἅμα συνάγων, πλὴν τοὺς ἐν ταῖς ἀκροπόλεσιν, ἔνθα δὴ ὁ σύλλογος καλεῖται. καὶ τοὺς μὲν ἀμφὶ τὴν αὐτοῦ οἴκησιν αὐτὸς ἐφορᾷ, τοὺς δὲ πρόσω ἀποικοῦντας, πιστοὺς πέμπει ἐπισκοπεῖν· καὶ οἳ μὲν ἂν φαίνωνται τῶν φρουράρχων καὶ τῶν χιλιάρχων καὶ τῶν σατραπῶν τὸν ἀριθμὸν τὸν τεταγμένον ἔχοντες,

τες, καὶ τούτους [a] δοκίμους ἵπποις τε καὶ ὅπλοις κατεσκευασμένους παρέχωσι, τούτους μὲν τοὺς ἄρχοντας καὶ ταῖς τιμαῖς αὔξει, καὶ δώροις μεγάλως καταπλουτίζει. ὃς δ' ἂν εὕροι [b] τῶν ἀρχόντων ἢ καταμελοῦντας τῶν Φρουράρχων, ἢ καταχερδαίνοντας, τούτους χαλεπῶς κολάζει, καὶ παύων τῆς ἀρχῆς, ἄλλους ἐπιμελητὰς καθίστησι. τῶν μὲν δὴ πολεμικῶν ἔργων ταῦτα ποιῶν δοκεῖ ἡμῖν [c] ἀναμφιλόγως ἐπιμελεῖσθαι. ἔτι δὲ ὁπόσην μὲν τῆς χώρας διελαύνων ἐφορᾷ αὐτὸς, καὶ δοκιμάζει, ὁπόσην δὲ μὴ αὐτὸς ἐφορᾷ, πέμπων πίστεις ἐπισκοπεῖται. καὶ ὃς μὲν ἂν αἰσθάνηται τῶν ἀρχόντων συνοικισμένην γε τὴν χώραν παρεχομένους, καὶ ἐργὸν ὖσαν τὴν γῆν, καὶ πλήρη δένδρων τε ὧν ἑκάστη φέρει καὶ καρπῶν, τούτοις μὲν χώραν τὴν ἄλλην προστίθησι, καὶ δώροις κοσμεῖ, καὶ ἕδραις ἐντίμοις γεραίρει· οἷς δ' ἂν ὁρᾷ ἀργόν τε τὴν χώραν ὖσαν καὶ ὀλιγάνθρωπον, ἢ διὰ χαλεπότητα, ἢ δι' ὕβριν, ἢ δι' ἀμέλειαν, τούτους δὲ κολάζων καὶ παύων τῆς ἀρχῆς, ἄρχοντας ἄλλους καθίστησι. ταῦτα ποιῶν δοκεῖ ἧττον [d] ἐπιμελεῖσθαι ὅπως ἡ γῆ ἐργὸς ἔσται ὑπὸ τῶν κατοικούντων, ἢ ὅπως εὖ φυλάξεται ὑπὸ τῶν φρουρούντων;

litium numerum expleant, atque lectos egregiosque viros equis et armis pulcre instructos exhibeant, et honoribus auget, et donis ingentibus ditat, quos autem magistratus ducesque reperit aut segnes aut avaros, et quæstus avidos, acerbe castigat, et abire magistratu iubet: alios qui res gerant, constituens. Hæc quum faciat, illum sine ulla dubitatione rerum bellicarum studiosum esse arbitramur. Præterea quantam potest regni sui partem percurrens inspicit ipse, ac veluti censor in iudicium morum vocat: quod reliquum est, inspiciunt viri fideles ab eo missi. Porro quos præsides regionem populo frequentem, terram excultam, et arboribus quas unaquæque fert et fructibus plenam præstare cognoscit, his aliam regionem addit, donis ornat, sedibus honorificis præmii causa donat: quibus autem videt ociosam incultamque terram, et hominibus infrequentem, sive istud asperitate, sive insolentia, sive negligentia factum sit, illos castigat, imperio privat, et aliis magistratibus constitutis abiicit. Hæc quum gerit, censen' curare eum minus qui terra a cultoribus exercebitur, quam qui tuto a præsidiis custodietur?

587 ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ γεωγραφικῶν.

Ἐν τῷ ιε' βιβλίῳ.

ΔΙΑ τοῦτο οὖν τὰ ἔθη τὰ Περσικὰ, τούτοις, καὶ Μήδοις τὰ αὐτὰ, καὶ ἄλλοις πλείοσι· περὶ ὧν εἰρήκασι μὲν πλείους, τὰ δὲ καίρια καὶ ἡμῖν λεκτέον. Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα μὲν καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται· θύουσι δὲ ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία· τιμῶσι δὲ καὶ ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν· καὶ Σελήνην, καὶ Ἀφροδίτην, καὶ πῦρ, καὶ γῆν, καὶ ἀνέμους, καὶ ὕδωρ. θύουσι δ' ἐν καθαρῷ τόπῳ, [e] κατευξάμενοι καὶ παρασησάμενοι τὸ ἱερεῖον ἐστεμμένον. μελίσαντος δὲ τῷ μάγῳ τὰ κρέα, τῷ ὑφηγουμένῳ τὴν ἱερουργίαν, ἀπίασι διελόμενοι· τοῖς θεοῖς οὐδὲν ἀπονείμαντες μέρος· τῆς γὰρ ψυχῆς φασι τῷ ἱερείῳ δεῖσθαι τὸν θεὸν, ἄλλου δὲ οὐδενός· ὅμως δὲ τῷ ἐπίπλῳ τι μικρὸν τιθέασιν, ὡς λέγουσί τινες, ἐπὶ τὸ πῦρ. διαφερόντως δὲ τῷ πυρὶ καὶ τῷ ὕδατι θύουσι, τῷ μὲν πυρὶ προστιθέντες ξηρὰ ξύλα, τῷ λέπους χωρὶς, πιμελὴν ἐπιτιθέντες ἄνωθεν. εἶθ' ὑφάπτουσιν, ἔλαιον [f] καταχέαντες, οὐ φυσῶντες, ἀλλὰ ῥιπίζοντες. τοὺς δὲ φυσήσαντας, ἢ νεκρὸν ἐπὶ πῦρ θέντας, ἢ βόλβιτον, θανατοῦσι. τῷ δὲ ὕδατι [g] ἐπὶ λίμνην ἢ ποταμὸν, ἢ κρήνην ἐλθόντες, βόθρον ὀρύξαντες, εἰς τοῦτον σφαγιάζονται, φυλαττόμενοι μή τι τοῦ πλησίον ὕδατος καθαροῦ αἱμαχθείη, ὡς μιανοῦντες· εἶτ' ἐπὶ μυρρίνην ἢ δάφνην διαθέντες τὰ κρέα, ῥάβδοις λεπτοῖς [h] ἐφάπτονται οἱ μάγοι, καὶ ἐπάδουσιν, ἀποσπένδοντες ἔλαιον ὁμοῦ γάλακτι καὶ μέλιτι κεκραμένον, οὐκ εἰς πῦρ, οὐκ ὕδωρ, ἀλλ' εἰς τὸ ἔδαφος· τὰς δ' ἐπῳδὰς ποιοῦνται πολὺν χρόνον, ῥάβδων μυρικίνων λεπτῶν δέσμην κατέχοντες. ἐν δὲ τῇ Καππαδοκίᾳ (πολὺ γάρ ἐστι τὸ τῶν μάγων φῦλον, οἱ καὶ [i] Πύραιθοι καλοῦνται· πολλὰ δὲ καὶ τῶν Περσικῶν θεῶν ἱερά) οὐδὲ μαχαίρᾳ θύουσι, ἀλλὰ κορμῷ τινὶ, ὡς ἂν ὑπέρῳ τύπτοντες. ἔστι δὲ καὶ [k] Πυραιθεῖα, σηκοί τινες ἀξιόλογοι· ἐν δὲ τούτοις μέσοις βωμὸς, ἐν ᾧ πολλὴ τε σποδὸς καὶ πῦρ

EX STRABONIS geographicis libris.

Libro XV.

ITAQVE etiam de moribus Persarum etsi permulti dixerunt, tamen dicenda nobis videntur quæ ad rem attinent. Persæ nec statuas, nec aras erigunt: sacrificant in loco excelso: cœlum esse Iovem putant: colunt et solem, quem Mithram vocant: item lunam et Venerem, et ignem, et tellurem, et ventos et aquam. Sacrificant in loco mundo, cum imprecationibus, et coronatam hostiam statuunt. Ubi magus, qui sacrificio faciendo præest, carnes in portiones distribuit, sua quisque accepta, abeunt, nulla parte diis relicta, dicunt enim deum nihil velle, præter hostiæ animam: quidam tamen, ut fertur, omenti partem igni imponunt. Præcipue igni et aquæ sacrificant, igni arida ligna imponentes adempto cortice, et arvina superiniecta: deinde infuso oleo, succendunt, non inspirantes, sed ventilantes: si quis inspirat, aut mortuum quicquam, cœnumve in ignem iniicit, morte punitur. Aquæ sacra peragunt hoc modo. In lacum vel flumen vel fontem venientes, scrobem faciunt: ibique hostiam iugulant, caventes ne quid proximæ aquæ sanguine contingatur: sic enim omnia pollutum iri: postea carnibus myrto laurove impositis, eas magi gracilibus virgis comburunt: et factis imprecationibus quibusdam, oleum lacte ac melle mixtum inspergunt, non in ignem, nec in aquam, sed in terram. Imprecationes diu faciunt, fasciculum virgarum myricinarum tenuium tenentes. In Cappadocia (etenim maxima est ibi magorum multitudo, qui Pyræthi vocantur, et multa Persicorum deorum templa:) non cultro sed stipite quodam mactant, tanquam malleo verberantes. Sunt et Pyrætheia septa quædam ingentia, in quorum medio ara est. In ea magi et cinerem mul-

a γρ' δοκίμοις. *b* Phil. legisse videtur τῶν ἀρχόντων ἢ τῶν Φρουράρχων καταμελοῦντας ἢ καταχ. *c* ἀναμφιβόλως. *d* ἐπιμέλεσθαι. *e* Male in Aldin. καὶ τευξάμενοι. *f* ἐπιχέαντες. *g* Distingue post ὕδατι, et intellige τῷ δὲ ὕδατι οὕτω θύουσι, repetendo hoc verbum e præcedentibus. *h* ἐφάπτουσι. *i* Ald. Πύρεθοι. *k* Ald. Πυραθεῖα.

multum et ignem perennem ſervant: et eo quotidie ingreſſi, imprecationes faciunt, per horam ante ignem virgarum faſciculum tenentes, pileis infulis velati ex utraque parte dependentibus, adeo ut vittæ labia contegant ac malas. Hæc in Anaitidis et Omani delubris fiunt. Nam et horum ibi delubra ſunt, et Omani ſtatua in pompa ducitur.

Ista nos vidimus: quæ ſequuntur, hiſtorici memoriæ mandaverunt. In fluvium Perſæ non immeiunt, nec lavant, nec abluuntur, nec cadaver iniiciunt, nec alia quæ immunda eſſe videantur. Cuicunque deo ſacrificent, primum igni imprecationes faciunt. Reges habent ex eadem ſtirpe. Qui non paruerit, capite et brachio amputato proiicitur. Ducunt uxores complures: et multas pellices alunt, multiplicandæ ſobolis gratia. Reges quotannis præmia proponunt iis qui plures filios progenuerint, pueri ante quartum annum in patris conſpectum non veniunt. Nuptiæ in initio verni æquinoctii celebrantur: ſponſus in thalamum venit, comeſto prius malo vel cameli medulla, præter id nihil eo die. A quinto usque ad vigeſimum quartum annum diſcunt ſagittare, iaculari, equitare, et in primis vera dicere. Diſciplinarum magiſtris continentiſſimis utuntur, qui et fabulas ad utilitatem accommodatas intexunt, cum cantu et ſine cantu, deorum et clarorum virorum facta celebrantes. Congregant eos in unum locum, æris ſonitu ante lucem excitatos ad arma aut venationem. Præficiunt quinquagenis aliquem ex regis filiis, aut ſatrapæ, quem currentem ſequi iubent, loco triginta quadragintave ſtadiorum determinato. Poſtulant hi etiam orationem de ſingulis quæ illi didicerint: ſimul et vocem et ſpiritum et latus exercentes. Quin et adverſus æſtum, frigus, imbres, et ad torrentium tranſitus eos condocefaciunt, ut arma et veſtes immadidas ſervent. Paſcere etiam, et in agro pernoctare docent, et ruſticari, et fructibus ſylveſtribus veſci: ut termintho, glandibus, pyris agreſtibus. Atque hi Cardaces vocantur, furtis viventes: nam carda virile ac bellicoſum ſignat. Quotidianus eorum cibus post exercitationem est panis duriſimus, et naſturtium, et ſalis grana, et carnes asſæ vel elixæ; potus aqua. Venantur autem pila et ſagittas ab equis mittentes, et fundantes. Veſpertina eorum ſunt exercitia, arbores ſerere, aut radices effodere, aut arma fabricari, aut lino et retibus ſtudium impendere artificioſe faciundis. Pueri venationem non attingunt, ſed mos est eam domum referre. Curſus et ceterorum quæ in quinquertio exercentur, præmia ab rege proponuntur. Pueri auro exornantur, cuius igneum fulgorem venerantur, quare id neque mortuo apponunt: quemadmodum nec ignem, ob honorem, quem ei deferunt. Militant, et ordines ducunt a vigeſimo anno usque ad quinquageſimum et pedites et equites. Forum non attingunt, nam nec emunt, nec vendunt. Armantur cetra in rhombi figuram facta: præter pharetram, ſagares et ſecures habent, capiti impoſitum pileum turritum, pectus thorace ſquamoſo muniunt. Principes anaxyridem triplam habent, et tunicam manicatam, duplam, genu tenus: interula candida est, exterior vero veſtis florida. Amiculum

πῦρ ἄσβεστον φυλάττουσιν οἱ μάγοι. καθ' ἡμέραν δὲ εἰσιόντες, ἐπᾴδουσιν ὥραν σχεδόν τι, πρὸ τοῦ πυρὸς τὴν δέσμην τῶν ῥάβδων ἔχοντες, τιάρας περικείμενοι πιλωτὰς, καθηκυίας ἑκατέρωθεν, μέχρι τοῦ καλύπτειν τὰ χείλη καὶ τὰς παραγναθίδας. ταῦτα δ' ἐν τοῖς τῆς Ἀναΐτιδος καὶ Ὁμανοῦ ἱεροῖς νενόμισται· τούτων δὲ καὶ σηκοί εἰσι, καὶ ξόανον τοῦ Ὁμανοῦ πομ- 588
πεύει.

602 *Vinolentiæ autem illorum et alibi meminit: et quidem in fine libri primi ſcribitur ex Dione quodam Academico* vinoſos et bibaces AEgyptios fuisſe: atque adeo inventum apud eos fuisſe inopiæ ſubſidium, ut qui propter illam vino deſtituerentur, ex ordeo confectum biberent. Eius autem potu adeo exhilarari ſolitos ut canerent et ſaltarent, ac omnia facerent quæ qui vino ebrii ſunt facere conſueverunt.

Etiam ἀρτοφάγους *vocat AEgyptios Hecatæus, apud eundem lib.* x. *id est*, panis edaces: *mentionem ſimul addens illius ordeacei potus: id est, ex ordeo confecti.* Ac propterea (*addit Athenæus*) Alexis in libro περὶ ἀυταρκείας ſcribit Bocchorin et patrem eius Neochabin frugali victu uſos fuisſe. *Sed miretur quis quomodo facta mentione illius edacitatis panis, necnon illius ex ordeo confecti potus (quo ſolitos non minus quam vini potu inebriari, modo legimus) ſubiungat*, Ac propterea Alexis Bocchoridi et patri eius frugalitatis laudem tribuit. *Sed intelligit (ut opinor)* Ac propterea frugalitatis eorum tanquam rei quæ alioqui apud AEgyptios rara et notabilis esſet, mentionem facit. *Ceterum voluisſe illos arbitror in hac frugalitate, aut victu frugi (niſi quis* μετρίαν τροφὴν *moderatum victum, aut parcum et parabilem, aut etiam tenuem interpretari malit) antiquum etiam morem repræſentare, tanquam fortasſe conantes eum revocare. Legimus enim libro* v, *ex quodam Apollonio*, καὶ παρ' Αἰγυπτίοις δὲ τοπαλαιὸν σαφρονικῶς διεξήγετο τὸ τῶν συμποσίων γένος. καθήμενοι μὲν γὰρ ἐδείπνουν, τροφῇ τῇ λιτοτάτῃ καὶ ὑγιεινοτάτῃ χρώμενοι, καὶ οἴνῳ τοσούτῳ ὅσος ἱκανὸς ἂν γένοιτο πρὸς εὐθυμίαν. *id est*, Quinetiam apud AEgyptios antiquitus convivia temperanter celebrabantur. Sedentes enim cœnabant, vilisſimo quidem ſed ſaluberrimo cibo contenti: ac vino quantum ad exhilarandum animum ſatis esſet.

HENR. STEPHANVS

Lectionis Herodoti ſtudioſis.

HACTENVS de AEgyptiacis quoque legibus et inſtitutis quædam velut appendix ad Herodotum, ſicut antea de Perſicis. Dare enim illam ampliorem minime viſum est, ſicut nec hanc. Quam tamen quoniam titulus promittit non hiſtoricorum tantum ſed aliorum etiam ſcriptorum locos exhibituram, duorum poëtarum, unius inter tragicos celeberrimi, alterius inter comicos non incelebris, verſus adiungam. Illius tragici, cui nomen est Sophocli, verſus, (qui omnino asſentiuntur his Herodoti pag. 101., verbis, ἐν τοῖσι αἱ μὲν γυναῖκες ἀγοράζουσι καὶ καπηλεύουσι· οἱ δὲ ἄνδρες, κατ' οἴκους ἐόντες, ὑφαίνουσι in Oedipo Coloneo, pag. 283. meæ editionis, ſunt hi,

Ὦ πάντ' ἐκείνῳ τοῖς ὑπ' Αἰγύπτῳ νόμοις
Φύσιν κατεικασθέντε καὶ βίου τροφάς.
Ἐκεῖ γὰρ οἱ μὲν ἄρσενες κατὰ στέγας
Θακοῦσιν ἱστουργοῦντες, αἱ δὲ σύνομοι
Τἄξω βίου τροφεῖα πορσύνουσ' αἰεί.

At vero Anaxandridæ comici verſus ſunt hi, adverſus AEgyptios, animalia, tanquam deos, colentes.

Οὐκ ἂν δυναίμην συμμαχεῖν ὑμῖν ἐγώ.
Οὔθ' οἱ τρόποι γὰρ ὁμοιοῦσ', οὔθ' οἱ νόμοι
Ἡμῶν, ἀπ' ἀλλήλων δὲ διέχουσιν πολύ.
Βοῦν προσκυνεῖς, ἐγὼ δὲ θύω τοῖς θεοῖς.
Τὴν ἔγχελυν μέγιστον ἡγῇ δαίμονα,
Ἡμεῖς δὲ τῶν ὄψων μέγιστον παρὰ πολύ.
Οὐκ ἐσθίεις ὗια, ἐγὼ δέ γ' ἥδομαι
Μάλιστα τούτοις. κύνα σέβεις, τύπτω δ' ἐγώ,
Τοὖψον κατεσθίουσαν ἡνίκ' ἂν λάβω.
Τοὺς ἱερέας σὺθάδε μὲν ὁλοκλήρους νόμος
Εἶναι, παρ' ὑμῖν δ', ὡς ἔοικεν, ἀπηργμένους.
Σὺ μὲν τὸν αἴλουρον κακὸν ἔχοντ' ἂν ἴδῃς,
Κλαίεις· ἐγὼ δ' ἥδιστ' ἀποκτείνας δέρω.
Δύναται παρ' ὑμῖν μυγάλη, παρ' ἐμοὶ δέ γ' οὔ.

Quos ita ex tempore reddidi,

Patrocinari non queo vobis ego.
Nec moribus enim nos ſumus nec legibus
Conſentientes: diſſidemus plurimum.
Bovem tu adoras, ſacrifico deis eum.
Anguilla deus est maximus, te iudice,
Obſoniorum iudicamus maximum.
Haud es ſuillam, veſcor hac ego libens.
Canem veneraris, ipse contra verbero,
Obſonium voratur ille quum meum.
Noſtra integri vult lex ſacerdotes ſient
Omni ſui parte, integros haud veſtra.
Felem ſe habentem quum tu videris male,
Ploras: ego libens perimo, post pellem aufero.
Araneus mus pollet istic, non et hic.

AP-

APPENDIX ALIA 503

AD

HERODOTVM,

DE

INCREMENTO NILI,

ET EIVS CAVSSIS.

e diverſis auctoribus adiecta.

G. IVNGERMANNVS LECTORI CANDIDO S.

DVPLICEM adpendicem ab H. Stephano ad Herodotum, quæ anteceſſit, antea habuiſti, amice lector, et nunc iterum habes. Quam exaugere atque locupletare nobis conſilium non fuit, forte nec facile etiam fuiſſet, ſolum per temporis illius anguſtias, in quas cum hac editione coniecti ſumus. Bonum potius factum fore putavimus, ſi aliquid adiiceremus, quod quaſi tertiæ adpendicis vice eſſet, ne prorſus ἀσύμβολοι eſſe voluiſſe videremur: pro eaque re incidere ſtatim quæ de Nilo aliter ac Herodoto factum fuit, diverſis ab auctoribus diſputata ultro citroque eſſent. Cui cogitationi locum dedimus eo libentius, quod hæc talia cum Stephanianæ adpendicis altera parte ita coniurent amice ut quaſi eius ſubadpendix quædam videri queant. Et quid enim magis AEgyptiacum quam Nilus? Νεῖλος, inquam cum Ariſtide, ποταμῶν οὐχ ἥττον κάλλιστος, ἡ μέγιστος, καὶ χρείᾳ καὶ θέας ἡδονῇ, καὶ τοῖς πᾶσι πολὺ νικῶν. Cui, ut idem facundiſſimus rhetor ex aliquo τῶν οὐκ ἀμυήτων puto hauſit, AEgyptiorum feriæ ſollemnes atque ſacrificia pleraque dicata ſunt atque conſecrata. Nec iniuria tanto in honore et veneratione haberi a gentilibus videatur iste

Unicus in terris AEgypti totius amnis.

quum ei id omne acceptum referant, quod terræ motum non ſentiant umquam, quod a peſte ſint liberi, quod eorum terram nullis diluviis cœleſtibus miſceri contingat, vel ingenti imbre obrui. In quibus et Græcos adſtipulatores invenerunt. Ita enim Ariſtides in extrema AEgyptiaca unde et priora deprompſimus: ὡς δὲ καὶ σεισμοῖς καὶ λοιμοῖς καὶ τοῖς ἐξ οὐρανοῦ κατακλυσμοῖς ἀνάλωτος ἡ χώρα δι' αὐτόν ἐστιν, οὐδὲ τοὺς πρὸ ἡμῶν Ἕλληνας ἴλαθεν. De huius vero fluminis potiſſimum incremento eiusque cauſſis viri priſci mire inter ſe decertarunt, et unusquisque ſibi facilius reperire potuit qui ſuam ſententiam refelleret, quam qui ſectarentur: ita vix ullus quidquam protulit in medium, quin ceteri continuo irent in omnia alia, et ſibi non videri teſtarentur. Ea igitur quæ de hac re istaque opinionum diverſitate teſtata relinquere voluere optimi auctores, pluſcula ex variis qui nobis ad manum erant adiecimus, in quibus plerisque Herodoti noſtri mentio fit. Nec de ordine laborare multum voluimus, occupati magis in hoc ut raptim deſcriberemus ista, ne operas moraremur. Prius tamen poſuimus qui plurium de hac re ſententias breviter collegerunt, ut PLVTARCHVM; et ANONYMVM quendam, qui ex H. Stephani officina cum opuſculis variis hiſtoricis ac philoſophicis Ariſtotelis et Theophraſti, &c. anno domini ∞ IↃLVII prodiit, a quo præter aliorum et Calliſthenis hiſtorici placitum refertur, quem ab aliis quos quidem hic coniunximus, haud nominatum arbitror: afferuntur ibi et e tragicis quædam quæ apud alios haud temere reperias, vel non ita plene. His tertius ſuccedit THEOPHYLACTVS SIMOCATA prolixius ſingulorum e priſcis eiusmodi opiniones et referens, et refellens, non tamen e ſuo capite, quod minime adhibuit in conſilium, ſed e bibliotheca Diodori Siculi, unde ista omnia deſcripſit fere αὐτολεξεί, quamvis bono illo viro ne nominato quidem. Sane fuerunt νῦν καὶ πάλαι a conferentibus deprehenſi ſæpius auctores a iuratiſſimis et proximis veteres tranſcripti ad verbum, neque nominati quidem, ut Plinii loquamur verbis. Sordidum tamen hoc, et ab ingenuo pudore alienum: potiusque nobis Virgiliana virtus et Ciceroniana ſimplicitas placeat. *Obnoxii enim profecto*, ut hoc eodem cum Plinio dicamus, *animi et infelicis ingenii est, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere, quum præſertim ſors fiat ex uſura.* Nec itaque mirum, quum et veteres ipſi olim ideo male audirent frequenter, ſi noſter AEgyptius ſequioris iam ævi, alienum partum ſibi ſupponere clam voluerit: qua in parte tamen, niſi fallor, cenſoriam notam a litteratis viris, quibus hoc ius ſua virtute datum est, haud lucrifaciet. Exſcripſit, inquam, ista quæ illuſtris hiſtoricus Diodorus Siculus de Nili augmento libro primo βιβλιοθήκης ἱστορικῆς ſub finem τῆς πρώτης μερίδος, prolixe aliorum opinionibus allatis et 604

confutatis, disputavit, Simocata ad verbum fere raro φράσιν immutans, quibusdam etiam omissis, et mutasset saltem ordinem, vel aliquid de suo largitus quoque fuisset, cetera eum ἄκριτον quod ad nos attinet diserte profitemur, nec quidquam volumus alias detractum, ut quem excutere diligentius nullum fuerit hactenus ocium. Quum ea itaque ex Simocatæ editione nupera adiecissemus, quamvis correctiora, haud opus esse putavimus, uti eadem ex Diodoro describeremus denuo, actum agentes scilicet: præsertim quum is e Marnii nostri officina non ita pridem in publicum editus sit a L. Rhodomano, viro amico cuius memoriam sancte colimus, cuiusque ex obitu litteras Græcas detrimentum accepisse certo novimus et ut par est dolemus. Excerpsimus saltem Herodoteæ sententiæ ἀνασκευὴν, ut apud DIODORVM ipsum ea extabat, καὶ ταῦτα ταύτῃ. Post hæc insignis locus sequitur ex ARISTIDIS Adrianæi oratione Ægyptiaca qui prolixam confutationem continet eorum quæ scripsit Herodotus de Nili auctu. Merebatur sane ea oratio tota hic addi, nisi longitudo obstitisset, quum operæ nostræ vix ita sperent se hanc editionem tempori absoluturas. Copiose enim et eleganter omnem hanc opinionum varietatem pertractat, primum de eteſiis ὡς γελοῖόν τε καὶ ἀναιδὲς hosce ventos afferre pro caussa illius incrementi: dein de nivibus liquescentibus quod afferant, non magis verum esse: tum sententiam, quæ in Anonymi scripto tribuitur Callistheni, redarguit, inde Herodotum nostrum, exin Ephorum, mox Euthymenem, post Oenopidem, tandem et ipsum Homerum aggreditur. Aristidem itaque ὁ φιλοτοιοῦτος potest adire ipsum. Nos tantum, uti diximus, eam orationis partem quæ adversus Herodotum nostrum directa excerpere potuimus. His omnibus auctarioli loco quædam in eandem rem ex STRABONE, DIONE sive eius abbreviatore XIPHILINO, et HELIODORO subiecimus: agmen vero hoc nobis claudit THEODORETVS Cyri episcopus, quem σύμψηφον Herodoto nostro fuisse patet, licet pie moneat nimiam curiositatem in eiusmodi abstrusis nobis abstinendam esse. Hæc sunt, amice lector quæ cum ista προσθήκῃ tibi damus. Interpretes singulorum ἀποσπασματίων ad oram paginarum exteriorem indicavimus. Unico isti τοῦ ἀνωνύμου, quod secundum numero est, nullus exstabat quod quidem nosset; inveni tamen qui tumultuaria opera in Latinam linguam converteret, rogatque sicubi aberraverit ab humano lectore veniam. Græcus textus ut in quibusdam etiam emendatior, quam antea accidit, ederetur, operam pro virili dedimus: idque adparebit spero si cui forte comparare libebit. Alia quædam quæ in mentem veniebant, vel admonenda videbantur, ut et quædam ab aliis adnotata, ea ad inferiores paginarum oras adposuimus. Vale, lector amice et candide, operamque nostram qualem qualem boni consule.

ΠΕΡΙ

ΝΕΙΛΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ,

ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΩΝ.

DE

NILI INCREMENTO,

EX DIVERSIS SCRIPTORIBVS.

EX PLVTARCHO,

De placitis philoſophorum libro IV. *cap.* I.

THALES cenſet Eteſiarum, qui venti AEgypto adverſi ſpirant, flatu Nili aquas attolli, quod oſtia ipſius quibus ſe exonerat, maris obtruſi influxu obturentur. Euthymenes Maſſilienſis, ex Oceano marique externo ſuapte natura dulci fluvium impleri. Anaxagoras, nive AEthiopica, quæ hyeme frigens, æſtate liquetur. Democritus, nive in partibus ad ſeptemtriones ſitis ſub ſolſtitium æſtivum reſoluta atque diffuſa, denſari ex vaporibus nubes, quæ compulſæ verſus meridiem et ad AEgyptum ab eteſiis ventis, in magnos ac vehementes diſſolvantur imbres, quibus cum paludes, tum Nilus impleantur. Herodotus hiſtoriæ ſcriptor æqualem a fontibus fluere Nilum hyeme æſtateque perhibet: minorem autem hyeme videri, quia tum ſol AEgypto vicinior in vaporem aquas redigat. Ephorus, hiſtoricus is quoque æſtate ait relaxari totam AEgyptum, ac quaſi exſudare copioſam aquam, ac conferre ad hoc etiam Arabiam et Africam ob raritatem et ſabuloſum ſolum. Eudoxus ait, ſacerdotes imbribus et oppoſitis temporum anni rationibus rem imputare: quando enim apud nos æſtas est, qui ſub æſtivo habitamus Tropico, tum iis qui e regione ſub brumæ circulo degunt hyemem eſſe, a quibus tum exundans aqua prorumpat.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

Περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις βιβλ. δ'. κεφ. ά.

ΘΑΛΗΣ τοὺς ἐτησίους ἀνέμους οἰεται πνέοντας τῇ Αἰγύπτῳ ἀντιπροσώπους ἐπαίρειν τοῦ Νείλου τὸν ὄγκον, διὰ τὸ τὰς ἐκροὰς αὐτοῦ τῇ [a] παρεισδύσει τοῦ ἀντιπαρήκοντος πελάγους ἀνασχόπτεσθαι. Εὐθυμένης ὁ Μασσαλιώτης, ἐκ τοῦ Ὠκεανοῦ καὶ τῆς ἔξω θαλάσσης γλυκείας [1] κατ' [b] αὐτὸν οὔσης νομίζει πληροῦσθαι τὸν ποταμόν. Ἀναξαγόρας, ἐκ τῆς χιόνος τῆς ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ, τηκομένης μὲν ἐν τῷ θέρει, ψυχομένης δὲ τῷ [c] χειμῶνι. Δημόκριτος, τῆς χιόνος τῆς ἐν τοῖς πρὸς ἄρκτον μέρεσιν ὑπὸ θερινὰς τροπὰς ἀναλυομένης τε καὶ διαχεομένης, νέφη μὲν ἐκ τῶν ἀτμῶν πιλοῦσθαι, τούτων δὲ ἀπολαυνομένων πρὸς μεσημβρίαν καὶ τὴν Αἴγυπτον ὑπὸ τῶν ἐτησίων ἀνέμων, ἀποτελεῖσθαι ῥαγδαίους ὄμβρους, ὑφ' ὧν ἀναπίμπλασθαι τάς τε λίμνας καὶ τὸν Νεῖλον ποταμόν. Ἡρόδοτος ὁ συγγραφεὺς [2] ἴσον μὲν ἐκ τῶν πηγῶν φέρεσθαι χειμῶνός καὶ θέρους, φαίνεσθαι δὲ ἐλάττονα τοῦ χειμῶνος, διὰ τὸ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ πλησίον ἰόντα τὸν ἥλιον τῆς Αἰγύπτου, [d] ἐξατμίζειν τὰ νάματα. Ἔφορος ὁ ἱστοριογράφος κατὰ θέρος φησὶν ἀναχαλᾶσθαι τὴν ὅλην Αἴγυπτον, καὶ οἱονεὶ [3] ἐξυδρᾶν τὸ πολὺ νᾶμα. συνδίδωσι δ' αὐτῇ καὶ ἡ Ἀραβία καὶ ἡ Λιβύη παρὰ τὸ ἀραιὸν καὶ [e] ὑπόψαμμον. Εὔδοξος τοὺς ἱερεῖς φησι λέγειν τὰ ὄμβρια τῶν ὑδάτων, καὶ τὴν ἀνθιπερίστασιν τῶν ὡρῶν, ὅταν παρ' ἡμῖν [f] εἴη θέρος τοῖς ὑπὸ τὸν θερινὸν τροπικὸν οἰκοῦσιν, τότε τοῖς ὑπὸ τὸν χειμερινὸν τροπικὸν ἀνθρώποις χειμὼν εἴη, ἐξ ὧν τὸ πλημμυρεῖν ὕδωρ καὶ ἀρρήγνυσθαι.

Plutarchi ipſius vero ſententia quænam fuerit, docere nos poſſint qui auctorem illum evolvere diligentius. 606
Mihi ſaltem ſuccurrunt quæ lib. περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος *ſcripſit, e quibus forte coniectare liceat eum illis qui in eteſias auctus Niliaci cauſſam referebant, non fuiſſe ἀντίψηφον. verba ex libello, quem dixi, ſunt:* ἡ δὲ συνεργὸς αὐτοῦ (Τυφῶνος) βασιλὶς Αἰθιόπων αἰνίττεται πνοὰς νοτίους ἐξ Αἰθιοπίας. ὅταν γὰρ αὗται τῶν ἐτησίων ἐπικρατήσωσι τὰ νέφη πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν ἐλαυνόντων, καὶ κωλύσωσι τοὺς τὸν Νεῖλον αὔξοντας ὄμβρους καταῤῥαγῆναι, κατέχων ὁ Τυφὼν ἐπιφλέγει, καὶ τότε κρατήσας παντάπασι τὸν Νεῖλον εἰς ἐναντίον ὑπὸ ἀσθενείας συναλέντα καὶ ῥυέντα, κοῖλον καὶ ταπεινὸν ἐξέωσεν εἰς τὴν θάλασσαν. ἡ γὰρ λεγομένη κάθειρξις εἰς τὴν σορὸν Ὀσίριδος, οὐδὲν ἔοικεν

1. Legebatur *αὐτὸν* q. d. Euthymenem ſenſiſſe, mare extremum eſſe dulce. MS. habet *αὐτὴν*, *ſuapte natura*, pro *καθ' αὐτήν*. nam adſpirationem negligi non eſt prorſus inuſitatum, *αὐτὴν* etiam Budæus legit. *G. Xyl.* 2. li. 2. c. 25. 3. *ἐξιδροῦν* reponendum exiſtimo ex Xylandri ſententia, quum et in libro ſcripto dein ita ſe reperiſſe dicat. Patet id ex opinione Ephori etiam uti eam Diod. Siculus, et ex hoc Theoph. Simocata retulere.

a MS. Petav. *παροισδήσει*. *b* MS. Pet. *αὐτὴν*. *c* MS. Pet. *χιμῶνι*. *d* MS. Pet. *ἐξατμίζει*. *e* MS. Pet. *ὑπόψαμον*. *f* MS. Pet. *ἢ θέρος*.

ἔοικεν ἄλλ' ἢ κρύψιν ὕδατος καὶ ἀφανισμὸν αἰνίττεσθαι. διὸ μηνὸς Ἀθὺρ ἀφανισθῆναι τὸν Ὄσιριν λέγουσιν, ὅτε τῶν ἐτησίων ἀπολειπόντων παντάπασιν ὁ μὲν Νεῖλος ὑπονοστεῖ, γυμνοῦται δὲ ἡ χώρα. κ. τ. λ. *Dixit autem ſuperius eod. lib. quosdam myſtice per Oſiridem intelligere Nilum, mare per Typhonem. Nunc Plutarchi illa Latine, ut interpretatus fuit Xylander, adiicio:* Regina vero AEthiopum quæ Typhonem adiuverit, flatus auſtrinos ex AEthiopia notat: qui ſi vincant eteſias a quibus verſus AEthiopiam nubes pelluntur, prohibeantque imbres decidere quibus Nilus augetur: tum prævalens Typhon æſtu urit, ac plane obtinens, Nilum in diverſam partem ob imbecillitatem fluentem, cavo alveo et humili in mare expellit. Quod enim incluſus in arcam dicitur Oſiris, eo nihil aliud ſignificatur quam aquæ occultatio et defectus. Itaque menſe Athyr periiſſe Oſiridem dicunt, quando eteſiis omnino deficientibus Nilus recedit et ſolum nudatur.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΝΕΙΛΟΥ ΑΝΑΠΛΗΡΩΣΕΩΣ ΔΙΑΦΟΡΟΙ ΔΟΞΑΙ.

* ΑΝΩΝΥΜΟΥ.

ΘΑΛΗΣ ὁ Μιλήσιος εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν φησὶ διὰ τὰς ἐτησίας γίνεσθαι τὴν ἀναπλήρωσιν. πνεῖν γὰρ αὐτοὺς ἀντίους τῷ ποταμῷ, καὶ τὰ στόματα κλείσθαι κατὰ τὴν πνοὴν αὐτῶν. τὸν μὲν οὖν ἄνεμον ἐξ ἀντίας πίπτοντα κωλύειν τὴν ἔκβασιν τοῦ ποταμοῦ ἐκπίπτειν εἰς τὴν θάλασσαν, τὸ δὲ κῦμα προσπίπτον ἀντίον τοῖς στόμασι καὶ οὔριον ὄν, ἀπωθεῖν τὸν ποταμὸν, καὶ ἀναπλήρωσιν οὕτως φησὶ γίνεσθαι τοῦ ποταμοῦ. Ἀναξαγόρας δὲ ὁ Φυσικὸς φησι τῆς χιόνος τηκομένης τὴν ἀναπλήρωσιν τοῦ Νείλου γίνεσθαι. ὡσαύτως δὲ καὶ Εὐριπίδης καὶ ἕτεροι τινὲς τραγῳδιῶν ποιηταί. ἀλλ' Ἀναξαγόρας μὲν αὐτὴν τὴν γένεσιν, ποίησιν λέγει τῆς ἀναπληρώσεως, ὡς αὐτὸς εἴρηκεν [1] Εὐριπίδης δὲ καὶ τὸν τόπον ἀφορίζει, λέγων οὕτως ἐν δράματι [2] Ἀρχελάῳ,

[3] Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατὴρ,
Νείλου λιπὼν κάλλιστον ἐκ [4] γαίας ὕδωρ,
Ὃς ἐκ μελαμβρότοιο πληροῦται ῥοὰς
[5] Αἰθιοπίδος γῆς, ἡνίκ' ἂν ταχὴ χιὼν,
Τεθρίππου ὄντος ἡλίου κατ' αἰθέρα.

καὶ ἐν Ἑλένῃ,

Νείλου μὲν αἶδε καλλιπάρθενοι ῥοαὶ,
607 [6] Ὃς ἂν διὰ ψακάδος Αἰγύπτου πέδον
Λευκῆς ταχείσης χιόνος ὑγραίνει γύας.

καὶ Αἰσχύλος,

Γένος μὲν αἰνεῖν καὶ μαθὼν ἐπίσταμαι
Αἰθιοπίδος γῆς, ἔνθα Νεῖλος † ἐπάρδει
Γαῖαν κυλίνδων πνευμάτων ἐπομβρίαις·
Ἐν ᾗ πυρωτὸν μηνὸς ἐκλάμψαν φλόγα,
Αἴγυπτος ἀγνοῦ νάματος πληρουμένη,

Τή-

DE NILI INCREMENTO diverſæ ſententiæ.

INCERTO AVCTORE.

THALES Mileſius unus e ſeptem ſapientibus, ait quod ab eteſiis fiat illud incrementum, hos enim ferri fluvio adverſos, oſtiaque eius oppoſita eſſe illorum flatibus: flantem itaque ex adverſo ventum prohibere effluxum fluminis, ne in mare delabi poſsit: fluctus vero reiectos in oſtia, cumque vento ferente, repellere ipsum fluvium: ſicque incrementum illius fieri adfirmat, Phyſicus vero Anaxagoras aſſerit nive liqueſcente effici istum auctum Nili. Nec aliter etiam Euripides, et alii quidam Tragœdiarum auctores, niſi quod Anaxagoras quidem ipsam generationem, effectionem vocat huius augmenti, uti ipse dixit: Euripides vero locum præterea definit, ita dicens in fabula Archelao:

Danaus ſororum quinquies denum pater,
Pulcherrimi Nili relinquens flumina,
Qui augmenta ſumit extumeſcens fluctibus
Nigrante ab AEthiopide, quum nives liquent,
Per æthera aurigante ſole limpidum.

Et in Helena:

Nili fluenta conſpicis amœniſſima
Pro rore dio qui per AEgyptum ruens
Humectat arva, nix liquet cum candida.

Et AEſchylus:

AEthiopiæ haud incognitum terræ genus
Laudare novi, Nilus unde defluit
Humum volutans quum flabra imbres concitant,
Ubi ignea diei micans vis ſplendida
Flamma reſolvit ningidas rupes. viget

AEgy-

1. Diod. Sicul. l. 1. bibl. ita: Ἀναξαγόρας δ' ὁ Φυσικὸς ἀπεφήνατο τῆς ἀναβάσεως αἰτίαν εἶναι τὴν τηκομένην χιόνα κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν. ᾧ καὶ ὁ ποιητὴς Εὐριπίδης μαθητὴς ὢν ἠκολούθηκε. λέγει γοῦν, Νείλου &c. eosdem verſus adferens, præter primum et ultimum, qui hic leguntur plenius. Medios tres ita ibi vertit κατὰ πόδα opt. Rhodomanus: *Nili relinquens undam humo pulcerrimam, Ex AEthiopia qui fluens nigra, ſinu pleno tumeſcit, quum nives liquefactæ eunt.* 2. Huius fabulæ mentio et apud Stobæum, Iuſtin. Martyrem περὶ μοναρχίας, Stephanum in Αἰθίοψ, et Strabon. lib. 5. quod didicimus ex catalogo Euripidis tragœdiarum, quem confecit v. cl. Andr. Schottus, nondum edito. 3. Primus verſus exſtat etiam apud Strab. lib. 5. ubi tamen alii ſubiiciuntur quam hic. 4. γαίης est in Diod. &c. 5. Quartum hunc verſum adfert et Stephanus in Αἰθίοψ. 6. Emenda ex ipso Euripide: ὃς ἀντὶ δίας ψ. legitur etiam ψεκάδος in editione Euripidis. Verſus ſunt in ipso initio dramatis hic nominati. Unde et apud Ariſtidem in AEgyptiaca, ubi hanc opinionem refutat, moneo hos verſus reconcinnandos et emendandos esſe, certe duos poſteriores, ἕτερον, ait, δ' ἐξεταστέον ἄνδρα τε καὶ λόγον, ὅς φησι, Νείλου μ. ἅ. κ. ῥ. ὃς ἀντὶ ἰδίας ψεκάδος, Αἰγύπτου πέδον λευκῆς ταχείσης χιόνος, ἀρδεύει Νεῖλος Αἰγύπτου γυίας. ita enim mendis et glosſis confuſa ibi leguntur. Quis enim non videat illa Νεῖλος Αἰγύπτου ineptum esſe glosſema ſcilicet, ita et ἀρδεύει fuit additum ab eo qui ὑγραίνει volebat exponere per verbum ſimile. Emenda itaque locum hinc. Euripidem autem et tragicos taxare ibi Ariſtidem, patet ex iis quæ inferius ſubiicit: καὶ τί γένοιτ' ἂν τούτου τραγικώτερον ψεῦσμα, ἀντ' Εὐριπίδης, ἀντ' Αἰσχύλος αὐτὸς συνθῇ; et iterum ibidem. Sed ne omittamus G. Canteri verſionem, e qua patet et illum non ignoraſse veram lectionem: *Nili fluenta pulcra ſunt hæc virgine; Qui rore pro dio locorum candida AEgyptiorum nive liquente agros rigat.*

* Fortaſse *Ephori.* Vide ad *Diodorum* L. 1, 39. p. 48. † Ἑπτάρους *Iſ. Voſſius* ad *Pomp. Melam* 1, 9, 27. ubi hos *AEſchyli* et ſuperiores *Euripidis* verſus explicuit.

AEgyptus omnis tum beata, flumine
Sacro tumens, ſegetesque lætas nunciat.

Calliſthenes autem ſcriptor hiſtoriarum contradicere voluit Anaxagoræ et Euripidis ſententiæ, quam paullo ante retulimus: ſuaque ipse opinione uſus, ait, aquis per AEthiopiam increſcentibus ab exortu caniculæ ad arcturi usque ortum, quo tempore etiam eteſiæ ſpirent: hoſce quippe ventos adfirmat, quando ſpirant, nubes in primis ad AEthiopiam cogere: quibus nimirum impulſis ad montes, effundi maximam vim aquarum, unde Nilum pleno intumeſcere alveo contingat. Democritus autumat, circa brumam in locis ad ſeptemtrionem poſitis nives cadere: circa ſolſtitium vero æſtivum quum ſol recedat, nive ſoluta et vaporibus inde exhalantibus, ab ea liquefactione oriri nubes, quas eteſiæ arreptas verſus meridiem ferant. quum ſe itaque invicem protrudant coactæ nubes iuxta AEthiopiam et Africam, imbrem exiſtere ingentem, cuius delapsu Nilum impleri. Euthymenes Maſſilienſis vero, qui ipse navigationem ſuſcepit, refert mare exteriora verſus profluere usque in Africam, et converti ad boream ac ſeptemtriones. iam reliquo quidem tempore mare eſſe vacuum: eo autem quo eteſiæ ſpirant, ſlabris ventorum repulſum compleri, et ad interiora fluere. illud vero tum dulce eſſe, tum cete Niliacis crocodilis et hippopotamis ſimilia alere. Oenopides Chius ait, tempore hiberno fluviorum fontes exſiccari, qui æſtate calore refoti profluant, quo itaque repleatur illa, quæ accidit, ſiccitas, in cauſſa eſſe aquas cœleſtes hieme decidentes, at quum in Nilum non ullæ tunc cadant pluviæ, iis deſtitutus haudquaquam impleri potest. et hanc eſſe cauſſam, cur hieme minor is exiſtat, plenus vero ſit æſtate. Herodotus autem ceteris quidem contraria profert, cum Oenopide vero paria, fluxum enim Nili ait eſſe talem, qui ſemper impleat alveum, ceterum ſolem hiemali tempore ſupra Africam curſum facientem deſiccare Nilum: ad ſolſtitium vero æſtivum retrocedentem abire ad ſeptemtriones.

Τήκει πετραίην χιόνα. πᾶσα δ' εὐθαλὴς
Φερέσβιος Δήμητρος ἀγγέλλει φάχυ.

Καλλισθένης δὲ ὁ ἱστοριογράφος πρὸς τὰ μικρῷ πρότερον εἰρημένα ὑπὸ Ἀναξαγόρου τε καὶ Εὐριπίδου ἀντεῖπεν. αὐτὸς δὲ τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ χράμενος, Φησὶν, ὑδάτων γινομένων κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν, κατὰ τὴν κυνὸς ἀνατολὴν ἕως ἐπιτολῆς ἀρκτούρου, καθ' ὃς χρόνους καὶ οἱ ἐτήσιοι πνέουσι· [1] τούτους γάρ φησι τοὺς ἀνέμους μάλιστα τὰ νέφη πνέοντας πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν ἄγειν· ὧν δὴ καὶ προσπιπτόντων πρὸς τὰ ὄρη, καταῤῥήγνυσθαι πολὺ πλῆθος ὕδατος· ἀφ' οὗ τὸν Νεῖλον πληρούμενον ἀναβαίνειν συμβαίνει. Δημόκριτος δὲ λέγει, περὶ μὲν χειμερινὰς τροπὰς τοὺς περὶ τὰς ἄρκτους χιονίζεσθαι τόπους, πρὸς τροπὰς δὲ θερινὰς μεταστάντος τοῦ ἡλίου, τηκομένης τῆς χιόνος καὶ ἀτμιζομένης, ἀπὸ τῆς τήξεως νέφη γίνεσθαι, διὰ τὸ τοὺς ἐτησίους ὑπολαμβάνοντα φέρειν πρὸς μεσημβρίαν· συνωθουμένων δὲ τῶν νεφῶν ἐπὶ τὴν Αἰθιοπίαν καὶ τὴν Λιβύην, ὄμβρων [2] γίνεσθαι πολὺν, ὃν καταῤῥέοντα πληροῦν τὸν Νεῖλον. [3] Εὐμενίδης δὲ ὁ Μασσαλιώτης, αὐτὸς πεπλευκὼς, φησὶν εἰς τὴν ἔξω θάλασσαν ἐπιῤῥεῖν, ἕως ἐς τὴν Λιβύην, ἐστραμμένην τε εἶναι πρὸς βορέαν τε καὶ ἄρκτους. καὶ τὸν μὲν ἄλλον χρόνον κενὴν εἶναι τὴν θάλασσαν, τοῖς δὲ ἐτησίοις ἀνωθουμένην ὑπὸ τῶν πνευμάτων πληροῦσθαι, καὶ ῥεῖν ἔσω ταῖς ἡμέραις ταύταις· παυσαμένων δὲ τῶν ἐτησίων, ἀναχωρεῖν. εἶναι δὲ αὐτὴν καὶ γλυκεῖαν, καὶ κήτη παραπλήσια τοῖς ἐν τῷ Νείλῳ κροκοδείλους καὶ ἱπποποτάμους ἔχειν. Οἰνοπίδης δὲ ὁ Χῖος λέγει, τοῦ χειμῶνος, τῶν ποταμῶν ἀναξηραίνεσθαι τὰς πηγὰς, ὑπὸ δὲ τῷ θέρει θερμαινομένας ῥεῖν. τοῦ μὲν οὖν [4] ἀναπληροῦσθαι, τὴν γινομένην ξηρασίαν τὸ αἴτιον τῶν οὐρανίων ὑδάτων ἐπιγενομένων τοῖς χειμῶσι συμβαίνει. τὸν δὲ Νεῖλον οὐχ ὑόμενον τότε, ὀφθῆναι γινόμενον μὴ συναναπληροῦν· [5] καὶ διὰ τοῦτο, τοῦ χειμῶνος ἴσσονα αὐτὸν γίνεσθαι, τοῦ δὲ θέρους πλήρη. Ἡρόδοτος [6] δὲ τοῖς μὲν λοιποῖς ὑπεναντία λέγει, παραπλησίως δὲ Οἰνοπίδῃ. τὴν μὲν γὰρ ῥύσιν τοῦ Νείλου φησὶ τοιαύτην ὡς ἀεὶ πληροῦν τὸν ποταμόν· τὸν δὲ ἥλιον τοῦ χειμῶνος κατὰ τὴν Λιβύην ποιούμενον τὴν πορείαν, ἀναξηραίνειν τὸν Νεῖλον· ἐπὶ δὲ τὰς θερινὰς τροπὰς μεθιστάμενον, πρὸς τὴν ἄρκτον ἰέναι.

EX THEOPHYLACTO Simocata.

lib. VII. *hiſtor. caput* XVII.
Iac. Pontano Interprete.

NILVS omnium fluviorum orbis terræ latiſſimus, multorumque per Libyam, AEthiopiam, Indiam regiones ſecans, ipsumque

ΕΚ ΤΩΝ ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ τοῦ Σιμοκάτου.

ἱστοριῶν λόγ. ζ'. κεφαλ. τὸ ιζ'.

ΟΥΤΟΣ δὲ ὁ Νεῖλος [7] μέγιστος ἁπάντων τῶν περὶ τὴν οἰκουμένην καθεστὼς ποταμῶν, καὶ πολλῶν τῆς Λιβύης, καὶ τῆς Αἰθιοπίας, τῆς τε Ἰνδικῆς αὖ-

1. Hanc opinionem refutat etiam Ariſtides prolixe in AEgyptiaca, licet eius auctores non nominet, ſed ſe ἐπὶ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, καὶ τοὺς χαριέντως πεποιηκότας αὐτὴν λέναι ait. 2. Ita edidit H. Steph. Sed nullus dubito quin reponendum ſit ὄμβρον v. Democriti ſententiam a Plutarcho et Theophylacto, vel Diod. Siculo potius relatam. 3. Et hic non dubito emendare Εὐθυμένης, ut antea e Plutarcho habuiſti. Eius philoſophi ſententiam refutat et Ariſtides in AEgypt. cum hac irriſiuncula orſus: ἤσθην δὲ θαλάττῃ γλυκείᾳ Λιβύης ἐπέκεινα εἴσω ῥεούσῃ διὰ τοὺς ἐτησίας. καὶ ταύτης καὶ κροκοδείλοις, καὶ μύθοις Μασσαλιωτικοῖς ἀντὶ τῶν Συβαριτικῶν. εἰ γὰρ μὴ συνίης ὧν χαριέσατε Εὐθύμενες κ. τ. λ. 4. An diſtinguendum et ſcribendum, ἀναπληροῦσθαι τὴν γινομένην ξηρασίαν, τὸ αἴτ. κ. τ. λ. συμβαίνειν. 5 An deest τὸν ποταμὸν vel tale? ut paullo post πληροῦν τὸν ποταμόν. 6. lib. 2. cap. 25.

AEgyptium hunc Theophylactum e Siculi Diodori Bibliotheca ista Niliaca (auctore ſuo ne nominato quidem) transſcripſiſſe iam dictum fuit. Quædam ubi variare φράσιν voluit iste ἀπὸ ἐπάρχων (qua dignitate fuiſſe Photius ait) notare libet: non omnia. nec vacat enim et cui bono? Ait vero cap. præcedentis fine Theophylactus, quoniam genus inde trahat, merito τοῖς περὶ τοῦ Νείλου διηγήμασιν οὐκ ἀπροσφόρως φιλοσοφήσειν. Sicque finit caput XVI, et digreſſionem ſibi parat: ἡμεῖς δέ τι μικρὸν τὴν συνέχειαν ὑποκλέψαντες, περὶ τῶν θερινῶν ἀναβάσεων τοῦ Νείλου διέξιμεν, τὰ ἐπισημότερα τῶν ἱστοριῶν διηγήματα ἀξιολόγῳ μνήμῃ τινὶ τοῖς ἀκροάμασι προβαλλόμενοι. 7. Diodorus Siculus lib. 1. bibl. de eodem: μέγιστος δ' ὢν τῶν ἁπάντων ποταμῶν καὶ πλείστην γῆν διεξιὼν, κ. τ. λ.

αὐτῆς γῆν παραμείβων, τοῦ τε Γάγγυ, καὶ Ἰνδοῦ προτερεύων κατὰ τὸ μέγεθος, ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἀνθρώπων τὰς πηγὰς ἀποκρύπτει. θέρους τοίνυν ἀκμάζοντος, τὰς αὐξήσεις λαμβάνει, ἐναντίον τῇ φύσει τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ποταμῶν. τὰς δὲ αἰτίας τὰς παρὰ τοῖς πολλοῖς εἰρημένας τοῖς ἀρχαίοις, προτεθειμένας ἐπὶ λέξεως, τῇ παρούσῃ ὑποβάλλομεν ἱστορίᾳ. οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Ἑλλανικὸν καὶ Κάδμον, ἔτι δὲ Ἑκαταῖον, εἰς τὰς μυθώδεις ἀποφάσεις [1] κατέφυγον. Ἡρόδοτος δὲ ὁ πολυπράγμων, εἰ καί τις ἄλλος [2] πολλῆς γεγονὼς ἔμπειρος ἱστορίας, ἐπιχειρήκει [3] περὶ τούτων ἀποδοῦναι τὸν λόγον· ἠκολουθηκὼς δὲ ἀντιλεγομέναις ὑπονοίαις εὑρίσκεται. ὁ δὲ Ξενοφῶν, καὶ Θουκυδίδης ἐπαυσάμενοι κατὰ τὴν ἀλήθειαν μᾶλλον τῶν ἱστοριῶν, τούτων ἀπέσχοντο. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἔφορον, καὶ Θεόπομπον μάλιστα πάντων ἐπιταθέντες εἰς [4] αὐτὰ, ἧς μὲν τῆς ἀληθείας ἐγένοντο γνώριμοι· ἧς δὲ ἀμέλειαν δὲ, ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς χώρας ἰδιότητα τὸν λόγον ἠγνόησαν. ἀπὸ γὰρ τῶν [6] ἔκαθεν χρόνων ἄχρι Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου προσαγορευθέντος, [7] ξένα ὡς
609 ἐπίπαν τὰ περὶ τοὺς τόπους τούτους παντελῶς ἦν, καὶ τοῖς ἐπιβαίνουσιν ἐπικίνδυνα. τοῦ δὲ προειρημένου βασιλέως, μεθ' Ἑλληνικῆς δυνάμεως εἰς Αἰθιοπίαν στρατεύσαντος, ἐγνώσθη τὰ κατὰ ταύτην τὴν χώραν λίαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀκριβέστερον. Οἱ μὲν οὖν κατ' Αἴγυπτον ἱερεῖς, ἀπὸ τοῦ περιῤῥέοντος τὴν οἰκουμένην Ὠκεανοῦ φασι τὸν Νεῖλον λαμβάνειν τὴν σύστασιν, λέγοντες μὲν οὐδὲν [8] ἀληθὲς, ἀπορίαν δὲ λύοντες τὴν ἀπορίαν, καὶ λόγον φέροντες εἰς πίστιν, πολλῆς προσδεόμενον πίστεως, ὀρφανὴν τὴν διήγησιν καταλιμπάνοντες βεβαιώσεως. Τῶν δὲ Τρογλοδυτῶν οἱ μεταναστάντες ἐκ τῶν ἄνωθεν τόπων, οἱ καὶ [9] Βόλγιοι προσαγορευόμενοι, λέγουσιν [10] ἐμφάσεις εἶναί τινας περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους, ἐξ ὧν ἄν τις [11] συλλογίσοιτο διότι πολλῶν πηγῶν εἰς ἕνα τόπον ἀθροιζομένων, τὸ ῥεῦμα τοῦ Νείλου συνίσταται. [12] ἀμέλει καὶ πολυγονώτατον [13] αὐτοὶ ὑπὲρ ἅπαντας τοὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην ποταμοὺς πεφυκέναι φασίν. Οἱ δὲ [14] κατοικοῦντες τὴν νῆσον τὴν ὀνομαζομένην Μερόην (αὕτη δὲ ἐπὶ τὸ [15] Νείλου ἵδρυται ῥεῖθρον) τὸν ποταμὸν κεκλήκασιν [16] Ἀσαποῦν. ὅπερ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον [17] εἰς τὴν τῶν Ἑλλήνων διάλεκτον, ἐκ τοῦ σκότους ὕδωρ. [18] ἀκαταληψίαν γὰρ οὗτοι ἀνατιθέασι τοῦ ποταμοῦ τούτου τὴν φύσιν. Θαλῆς μὲν οὖν εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὀνομαζόμενος, φησὶ τοὺς ἐτησίας ἀντιπνέοντας ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ ποταμοῦ, κωλύειν εἰς τὴν θάλασσαν προχεῖσθαι [19] τὸ ῥεῖθρον· [20] καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν πληρούμενον ἐπικλύζειν, ταπεινὴν οὖσαν καὶ πεδιάδα τὴν Αἴγυπτον. τοῦ δὲ λόγου τούτου, καίπερ εἶναι δοκοῦντος πιθανοῦ, ῥᾴδιον ἐξελέγξαι τὸ ψεῦδος. εἰ γὰρ ἦν ἀληθὲς τὸ λεγόμενον, ἅπαντες οἱ ποταμοὶ, οἱ τοῖς ἐτησίαις [21] ἐναντίας κεκτημένοι τὰς ἐκβολὰς, ἂν ἐποιοῦντο τὴν ὁμοίαν ἀνάβασιν. Ἀναξαγόρας δὲ ὁ προσαγορευόμενος Φυσικὸς, τὴν τηκομένην κατὰ τὴν Αἰθιο-

que Gangem, et Indum magnitudine ſuperans, oculis humanis fontes ſuos, ſive primam originem unde erumpit, negavit. AEſtate igitur fervente (ſecus quam cetera orbis flumina ſolent) excreſcit. Cauſſas a multis et priſcis ſcriptoribus allatas, huic hiſtoriæ fideliter inſeremus. Hellanicus igitur, Cadmus, et Hecatæus ad fabulas confugiunt. Herodotus, ut est curioſus, et ſi quisquam alius, hiſtoriarum gnarus, huius rei rationem afferre conatus est. Sed eum ſuſpiciones potius inter ſe contrarias ſecutum apparet. Xenophon, et Thucydides, qui a rerum explicatarum veritate magis commendantur, nihil huiuſcemodi habent. Ephorus, et Theopompus, quanquam omnium maxime in hanc cognitionem intenti, non potuerunt tamen eam liquidam adipiſci. Ignorationis eorum cauſſa non negligentia, ſed regionis condicio fuit. Iam inde enim ab antiquis ſæculis, usque ad Ptolemæum cognomento Philadelphum, pleraque locorum istorum ignota omnino, et inexplorata, atque advenis etiam periculoſa fuerunt. Postquam vero rex, de quo diximus, cum Græcis copiis AEthiopiam est ingreſſus, regio hæc, ut paucis dicam, multo exploratius, atque perfectius cognoſci cœpta est. Sacerdotes igitur AEgyptii ab Oceano orbem circumdante Nilum oriri affirmantes, nihil dicunt, et dubium quod est, per dubium diſſolvunt: rationemque ad fidem conciliandam adducentes, quæ ipsa vehementer fide indiget, quod narrant, confirmatione deſtitutum relinquunt. Troglodytæ, qui e ſuperioribus locis migrarunt, et Bolgi appellantur, dictitant, in locis illis cavitates esſe. Unde quispiam ratiocinetur multis fontibus in unum confluentibus, Nili fluentum intumeſcere. Sane omnium quoque mundi fecundiſſimum hunc esſe aiunt. Qui vero inſulam Nili, Meroën dictam, incolunt, fluvium Aſtapum nominant, quam vocem Græce transferas ἐκ τοῦ σκότους ὕδωρ, *e tenebris aqua profluens*. Naturam enim huius fluminis incomprehenſam esſe isti ſtatuunt. Thales unus de ſapientibus docet, diſcedenti Nilo Eteſias reſiſtere, et curſus eius eorum flatibus acto contra oſtia mari ſuſtineri: atque hinc illum exuberantem per totam AEgyptum, quæ depreſſa, et campeſtris ſit, late exſpatiari. Sed huius rationis, quamvis probabilis videatur, non difficile est falſitatem oſtendere. Nam ſi quid veritatis haberet quod ait, omnes fluvii, qui contraflantibus Eteſiis mari repercutiuntur, ſimiliter magnis auctibus excreſcerent. Anaxagoras cognomento phyſicus, ſolutis in AEthio-

1. ἀπέκλιναν Diod. 2. καὶ πολλῆς Diod. et ſine dubio ſic exſcripserat Simocata. 3. μὲν περὶ ex Diod. rectius. 4. ταῦτα Diod. 5. ἥκιστα τῆς ἀληθείας ἐπέτυχον &c. Diod. 6. ἀρχαίων χρ. Diod. 7. ἄξενα πάντα ἦν τὰ π. Diod. 8. ὑγιὲς Diod. 9. Μόλγιοι Diod. et varians eius lectio Βόλγιοι etiam, et alia Βόλποι. Errorem inde natum non dubito, quia in membranis vetuſtis β ſcribitur fere ut μ, dempta modo dependula linea, vel prorſus ut Latinum u. 10. Interp. *cavitates*. non recte, ni fallor, nec enim conſtat an cavitates fuerint ista quæ indicium præbebant ortus Nili ex istis locis, rectius Rhodomanus noſter ὁ μακαρίτης apud Diodorum: *indicia quædam esſe aiunt, unde quis ratiocinetur*, ait enim illos ſigna dicere, unde apparere poſsit ibi fontes Nili esſe. ſic paulo infra χειμῶνος ἔμφασις apud Theophyl. et Diod. 11. συλλογίσαιτο Diod. ſicque et Theophylacto reſcribendum puto. 12. διὸ καὶ Diod. 13. Forte αὐτὸν ſcrib. ut est apud Diodorum. 14. περιοικοῦντες Diod. 15. Edimus Νείλου. male enim vulgati Νεῖλον. et interpres omiſit illa: *Sita vero est ista ſuper ipso Nili fluento*. Diodorus hæc verba non habet, ſed alias planius et plenius hoc loco, quem vide. 16. Ἀσαποῦν Diod. 17. εἰς τὴν ἑλ. δ. Diod. quæ verba fere ſuperfluere volunt ibi viri docti. Simocatam tamen inde deſcripſiſse credo. 18. male vulgati ἀκαταλειψία. 19. τὸ ῥεῦμα. Diodor. 20. Sic reſtituimus ex Diodor. vulgo, τοῦτον αὐτὸ. ceterum πληρούμενον quoque Diodorus, quamvis id notare videantur ut ſuperfluum. 21. Diod. ἐναντ. τὰς ἐκβ. ἔχοντες.

thiopia nivibus Nilum attolli est opinatus: cui asſentiens tragicus poëta Euripides, id ipsum in poëmatis ſuis poſuit. Hanc igitur oppoſitionem non multa oppoſitione opus habere dicimus, quandoquidem vanam esſe claret. Nam propter fervores incredibiles in AEthiopia, aquam in nivem denſari non est ut posſit fieri. Prorſus enim in locis illis nec glacies, nec frigus, nec ulla hyems, et ſolſtitio æſtivo potisſimum, cernitur. Quod ſi etiam concedamus, in AEthiopia nivem altam cadere, tamen quod ante de ea liquata asſerebatur, rurſum ut vanum ac frivolum probabilisſime refellitur. Omnis quippe fluvius aquis nivium ſolutarum accreſcens, convenienter auras quoque frigidas expirat, quin et cœlum crasſum reddit. Atqui circum Nilum neque nebulæ alicuius concretionem, neque auras gelidas, neque aërem crasſum reperias. Herodotus porro Nilum tantum esſe ſcribit, quantus cum plenus est apparet. Hyeme autem ſolem ſupra Libyam volventem, ex undis Niloticis humentis ſubſtantiæ copiam attrahere, atque inde per hyberna flumen parcius ire. AEſtate redeunte, et ad Arctos ſole reverſo, Græciæ flumina ſiccari, et imminui. Quapropter AEgyptii fluminis accretionem æſtivo ſolſtitio admirabilem videri non debere. Verum nos amorem ſtudiumque perveſtigandi in hoc viro reveriti, errorem eius uberius non caſtigabimus. Hoc tantum dicemus. Si ista cum veritate conſentirent, omnino ſol idem ceteris Libyæ fluminibus, quod Nilo faceret. Atqui nihil tale in illis obſervatur. Non igitur hiſtoricus ille ſatis conſiderate locutus est. Democritus, alioqui naturæ ſecretorum peritisſimus, in Septemtrione per hyemem imbres nivales decidere asſeverat: per æſtatem æſtu nivem illam ubertim colliquefieri, ac disſipari. Idcirco in locis ſublimioribus multas nubes denſiores generari, larga exſpirationum vi eo ſublata videlicet. Haſce nubes ab Eteſiis impelli, donec montibus omnium altisſimis illidantur: eos autem montes esſe in AEthiopia. Post, eorum excelſitate violenter diruptas, largisſimos imbres effundere, quibus Nilus (Eteſiarum puta diebus) repleatur. Sed huic habenda fides non est. Nilus enim (ut uno verbo dicam) creſcere circa ſolſtitium æſtivum incipit, Eteſiis nondum ſpirantibus: deſinit æquinoctio autumnali, quando hi venti pridem poſuerunt. Laudanda, nullo autem modo credenda est hæc Democritea commentatio. Ephorus incredibilem plane rationem adducit. AEgyptum totam fluminibus ſubterraneis refertam, ac frigidam, naturaque pumicoſam ſeu fiſtuloſam esſe: rimas item magnas ac perpetuas habere, per quas in ſe copiam humoris recipiat, quam hyberno tempore contineat, æſtivo autem ſolſtitio ineunte, vel-

Ἰθιοπίαν χιόνα, τῆς τοῦ ποταμοῦ πληρώσεως ὑπάρχειν αἰτίαν ἐδόξασεν. [1] ᾧ καὶ ὁ τραγῳδοποιὸς Εὐριπίδης πειθόμενος, ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ποιήμασι τοῦτο συντέταχε. ταύτην μὲν οὖν τὴν [2] ἀντίθεσιν οὐ πολλῆς ἀντιθέσεως δεῖσθαί Φαμεν, Φανεροῦ καθεστῶτος τοῦ ψεύδους. διὰ γὰρ τὴν [3] ὑπεροχὴν τῶν καυμάτων ἀδύ- 610
νατον χιόνα περὶ τὴν Αἰθιοπίαν [4] συνίστασθαι. καθόλου γὰρ περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους ὁ πάγος, ὁ ψύχος, οὔτε ὅλως χειμῶνος ἔμφασις πέφυκε καὶ μάλιστα [5] τροπαῖς θεριναῖς. εἰ δὲ καί τις εἴποι τῷ τῆς συγχωρήσεως τρόπῳ εἶναι πλήθη χιόνων κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν, καὶ αὖθις ἐλέγχεται τῇ προλεχθέντος δοκιμωτάτως τὸ ἐξίτηλον. ἅπας γὰρ ποταμὸς ἀπὸ χιόνος τὴν περιουσίαν λαχὼν, ὁμολογουμένως αὔρας ψυχρὰς ἀναδίδωσιν. ἀλλὰ καὶ τὸν ἀέρα παχύνειν πέφυκε. περὶ δὲ τὸν Νεῖλον τὸν ποταμὸν οὔτε νέφους ὑπόστασίν ἐστιν εὑρεῖν, οὔτε αὔρας ψυχρὰς, οὔτε παχυνομένην τῇ ἀέρος τὴν Φύσιν. Ἡρόδοτος [6] δὲ τὸν Νεῖλον εἶναι μὲν τηλικοῦτόν Φησιν, ὁποῖός τις καὶ Φαίνεται κατὰ τὴν πλήρωσιν· χειμῶνος δὲ ὥρᾳ τὸν ἥλιον κατὰ τὴν Λιβύην Φερόμενον ἐπισπᾶσθαι πρὸς ἑαυτὸν ὑγρᾶς οὐσίας συστήματα ἐκ τῶν Νειλώων ὑδάτων, κἀντεῦθεν χειμῶνος ὥρᾳ ἧττονα γίνεσθαι τὸν ποταμόν· τῇ δὲ θέρους ἐπιστάντος, καὶ πρὸς τὰς ἄρκτους ποιουμένου τὴν βάδισιν, ἀναξηραίνειν, καὶ ταπεινοῦν τοὺς περὶ τὴν Ἑλλάδα πολαμοὺς πεφυκότας. διὰ τοῦτο μὴ παράδοξον καθεστάναι τὴν περὶ τὰς θερινὰς τροπὰς τοῦ Αἰγυπτίου πλήρωσιν ποταμοῦ. ἀλλ' αἰδοῖ τῆς Φιλομαθείας τοῦ ἀνδρὸς, οὐ [7] διεξοδικῶς κατηγορῆμεν τοῦ σφάλματος. εἰ γὰρ ταῦτα σύμφωνα τοῖς ἀληθέσι καθίστατο, πάντως ἂν καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων καθὰ τὴν Λιβύην πολαμῶν ὁ ἥλιος ἀνελάμβανε καὶ ἀδελφὰ τῶν παθημάτων τῷ Νείλῳ. ἀλλὰ μὴν τοιοῦτον οὐδὲν περὶ τοὺς Λίβυας ποταμοὺς ἔστι θεάσασθαι. ἐχέτω ὁ συγγραφεὺς ἀποσχεδιάζει τὸν λόγον. Δημόκριτος δὲ ὁ τῆς Φύσεως ἀδελφὸς, περὶ τὰς ἄρκτους ὥρᾳ χειμῶνος καταφέρεσθαι πολλὴν διαβεβαιοῦται χιόνα, θέρους δὲ ὑπόντος ὑπὸ τῆς αἰθάλης διαλύεσθαι ταύτην. ἔνθεν Φησὶ γίνεσθαι τηκεδόνα πολλήν. καὶ διὰ τοῦτο τίκτεσθαι πολλὰ νέφη παχύτερα περὶ τοὺς μετεωρολέρους τῶν τόπων, δαψιλοῦς τῆς ἀναθυμιάσεως αἰρομένης πρὸς ὕψος. ταῦτα δὲ ὑπὸ τῶν ἐτησίων ἐλαύνεσθαι, μέχρις ἂν προσπέσῃ τοῖς μεγίστοις ὄρεσι [8] τῆς περὶ τὴν οἰκουμένην. εἶναι δὲ ταῦτα περὶ τὴν Αἰθιοπίαν. [9] ἔπειτά πως τοιούτοις ὄσιν ὑψηλοῖς, βιαίως θραυόμενα, παμμεγέθεις ὄγκους γενάς. ἐξ ὧν πληροῦσθαι τὸν πόλαμὸν καλλισχυρίζεται, [10] περὶ τὰς τῶν ἐτησίων ἀνέμων πνοάς. ἀλλ' οὐ πιστευτέον αὐτῷ. ὁ γὰρ Νεῖλος ἄρχεται μὲν πληροῦσθαι καλὰ τὰς τροπὰς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὰς θερινὰς, οὔπω τῶν 611
ἐτησίων πνεόντων· λήγει δὲ ὕστερον ἰσημερίας Φθινοπωρινῆς, πάλαι προπεπαυμένων τῶν εἰρημένων ἀνέμων. τὴν μὲν [11] συνεπίνοιαν τοῦ Δημοκρίτου ἀποδεκτέον, τοῖς δὲ λόγοις αὐτοῦ οὐδαμῶς πιστευτέον. Ἔφορος δὲ [12] ξένην αἰτίαν τινὰ περιίστησι. Φησὶ δὴ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν [13] ποταμόχωστον εἶναι, ἀλλὰ μὴν καὶ [14] ψυχράν. ἔτι δὲ καὶ κισσηράδη τὴν Φύσιν, ῥαγάδας τε μεγάλας καὶ διηνεκεῖς ἔχειν. καὶ διὰ τούτων εἰς ἑαυτὴν ἀναλαμβάνειν πλῆθος ὑγρότητος. καὶ καλὰ μὲν τὴν [15] χειμερίαν ὥραν τοῦ-

1. ᾧ καὶ ὁ ποιητὴς Εὐρ. μαθητὴς ὢν ἠκολούθηκε. Diod. qui et verſus tragici refert: quos ſupra habes in Ἀνωνύμου expoſitione. 2. ἀπόφασιν οὐ πολλῆς ἀντιῤῥήσεως προσδεῖσθαι συμβέβηκε. Diod. 3. ὑπερβολὴν Diod. 4. πίπτειν Diod. 5. περὶ τὴν ἀνάβασιν τοῦ Νείλου. Diod. 6. Herodoteæ ſententiæ confutationem e Diodoro ſimul edimus, cum qua hæc conferas licet. 7. Sic edimus: nec aliter putamus interp. agnoviſſe, vulgo tamen est διεξοδικῆς. 8. Mendoſe. ſcribendum autumo τοῖς ſcilicet ὄρεσι. Apud Diodorum est, τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην. Itaque et forte aliquis malit τῶν περὶ τ. οἰ. hic ſcribendum. 9. Diodorus, ἔπειτα πρὸς τούτοις. et ſic emendarem Simocatam quoque, ut et post ſtatim ὄμβρους ex Diodoro, pro ὄγκους. 10. μάλιστα κατὰ τὴν τῶν ἐτησίων ὥραν. Diod. 11. Ἐπίνοιαν Diod. qui pluribus etiam refutationi Democriteæ opinionis inhæret. 12. καινοτάτην Diod. 13. *Flumine congeſtam* reddere cum Rhodomano velim. AEgyptum enim ποταμοῦ δῶρον et Herodotus inculcat Εὐτερποῖ. 14. χαύνην, *laxam*, Diodorus, pro illo ψυχράν. 15. χειμερινὴν Diod.

τῦ-

τοῦτο συνέχειν ὁ ἑαυτῇ, θερινῶν δὲ ἐπερχομένων τροπῶν, ὥσπερ ἱδρῶτάς τινας ἐξ [1] αὐτῆς πανταχόθεν ὑπείναι, καὶ διὰ τοῦτο πληροῦν τὸν ποταμόν. ὁ μὲν οὖν Ἔφορος δῆλός ἐστι μὴ μόνον οὐ τεθεαμένος τὴν Αἴγυπτον, ἀλλὰ μηδὲ παρὰ τῶν [2] ἰδόντων τὰ κατὰ τὴν χώραν ταύτην ἐπιμελῶς πεπυσμένος. πρῶτον μὲν γάρ, εἴπερ ἐξ αὐτῆς τῆς Αἰγύπτου ὁ Νεῖλος τὴν αὔξησιν [3] ἀπελάμβανεν, οὐκ ἂν ὁμοίως τοῖς ἀνωτέρω μέρεσιν ἐπληροῦτο, [4] διὰ πετρώδους καὶ στερεᾶς χώρας φερόμενος. νῦν δὲ πλείω τῶν ἑξακισχιλίων σταδίων διὰ τῆς Αἰθιοπίας διαῤῥέων, [5] ἔχει τὴν αὔξησιν πρὶν ἢ ψαύσῃ τῆς Αἰγύπτου. ἔπειτα εἰ μὲν τὸ ῥεῦμα τῷ Νείλῳ ταπεινότερον ἦν τῶν κατὰ τὴν [6] ποταμόχωστον γῆν ἀραιωμάτων, ἐπιπολαίους ἂν εἶναι τὰς ῥαγάδας συνέβαινε, καθ' ἃς ἀδύνατον ἦν [7] διαβαίνειν τοσοῦτον πλῆθος ὑδάτων. εἰ δὲ ὑψηλότερον τόπον ἐπεῖχεν ὁ ποταμὸς τῶν ἀραιωμάτων, ἀδύνατον ἦν ἐκ τῶν ταπεινοτέρων κοιλωμάτων εἰς τὴν ὑψηλοτέραν ἐπιφάνειαν τὴν τῶν [8] ὑδάτων σύῤῥευσιν γίνεσθαι. καθόλου δὲ, τίς ἂν δυνατὸν [9] ἡγήσοιτο τοὺς [10] ἐκ τῶν κατὰ τὴν γῆν ἀραιωμάτων ἱδρῶτας τοσαύτην αὔξησιν [11] τῷ ποταμῷ εἰσποιεῖν, ὥστε ὑπ' αὐτοῦ σχεδὸν πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον ἐπικλύζεσθαι; ἀφίημι γὰρ καὶ τὸ ψεῦδος τῆς τε [12] ποταμοχώστου γῆς, καὶ τῶν ὀρυττομένων ὑδάτων, [14] ἐμφανῶν [15] ὄντων τῶν ὑπὸ τούτοις ἐλέγχων. ὁ μὲν γὰρ Μαίανδρος ποταμὸς κατὰ τὴν Ἀσίαν πολλὴν χώραν [16] πεποίηκε ποταμόχωστον· καὶ περὶ τῶν συμβαινόντων περὶ τὴν ἀναπλήρωσιν τοῦ Νείλου τὸ σύνολον οὐδὲν θεωρεῖς γινόμενον. ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν Ἀχαρνανίαν ὁ καλούμενος Ἀχελῶος ποταμὸς, περί τε τὴν Βοιωτίαν ὁ Κηφισὸς ἐκ τῶν Φωκέων, [17] οὐκ ὀλίγην χώραν προσ-
612 έχωσαν. ἐφ' ὧν ἀμφοτέρων ἐλέγχεται φανερῶς τοῦ Ἐφόρου τὸ ψεῦδος. καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὸν Ἔφορον. Τῶν δὲ ὑπὸ [18] Μέμφιδι φιλοσόφων τινὲς ἐπεχείρησαν αἰτίαν φέρειν τῆς πληρώσεως ταύτης· φασὶ διαιρεῖσθαι εἰς τρία τὴν γῆν. καὶ ἓν μὲν [19] ὑπεῖναι τὸ κατὰ τὴν ἡμετέραν οἰκουμένην· (δέον γὰρ οὕτως εἰπεῖν) ἕτερον δὲ τὸ τούτοις τοῖς τόποις ἀντιπεπονθὸς ταῖς ὥραις· τὸ δὲ τρίτον [20] μεταξὺ κεῖσθαι τούτων, ὑπάρχειν δὲ [21] διὰ καῦμα λίαν ἀοίκητον. εἰ μὲν οὖν ὁ Νεῖλος ἐποιεῖτο τὰς ἀναβάσεις κατὰ τὸν τοῦ χειμῶνος καιρὸν, δῆλον ὑπῆρχεν, ὡς [22] ἐπὶ τῆς καθ' ἡμᾶς ζώνης λαμβάνει τὴν σύῤῥευσιν, διὰ τὸ περὶ τούτους τοὺς καιροὺς μάλιστα γίνεσθαι παρ' ἡμῖν τὰς ἐπομβρίας. [23] ἐπεὶ τοὐναντίον περὶ τὸ θέρος πληροῦται, πιθανὸν εἶναι, κατὰ τὰς ἀντικειμένους τόπους γενέσθαι τοὺς χειμῶνας, καὶ [24] τὸ πλεοπάζον τῶν κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους ὑδάτων, εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς [25] γίνεσθαι οἰκουμένην. διὸ καὶ πρὸς τὰς πηγὰς τοῦ Νείλου μηδένα δύνασθαι παρελθεῖν, ὡς ἂν ἐκ τῆς ἐναντίας ζώνης διὰ τῆς ἀοικήτου φερομένου τοῦ ποταμοῦ. μαρτυρεῖν δὲ τούτοις [26] καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς γλυκύτητος τοῦ κατὰ τὸν Νεῖλον ὕδατος. διὰ γὰρ τῆς [27] κεκαυμένης αὐτὸν ῥέοντά φασι λίαν καθέψεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο γλυκύτατον εἶναι πάντων τῶν ποταμῶν, ἅτε δὴ φύσει τοῦ πυρώδους ἅπαν τὸ ὑγρὸν [28] καλαγλυκαίνοντος. ἡμεῖς δὲ

veluti ſudores quosdam ex omni parte emittat: atque ita Nilum flumen excreſcere. Ceterum non modo AEgyptum nunquam oculis obiiſse Ephorum, ſed neque ab iis qui eam vidiſſent, res eius probe cognoviſse certum est. Primum enim, ſi ex ipsa AEgypto incrementum ſuum Nilus acciperet, non utique in partibus ſuperioribus aquas ampliores volveret, ubi per petroſam ac ſolidam regionem fertur. Nunc plus ſex millibus ſtadiorum per AEthiopiam labens, augmina ſumit, priusquam AEgyptum attingat. Ad hæc, ſi quidem fluenta Nili, terræ fluminibus perviæ raritatibus ſive rimis humiliora forent, contingeret rimas illas ſuperficiarias eſſe, per quas tantam vim aquarum tranſire est impoſſibile. Sin autem rimis ipſis altiora, rurſum ex inferioribus cavitatibus in ſummum flumen aquæ confluere minime poſſent. Ad ſummam, quis fieri poſſe credat, ut prorumpentes ex terræ hiatibus ſudores tanta flumini incrementa ſuppeditent, ut univerſæ pæne AEgypto innatet? ut nihil dicam de mendacio, ſubterlabi ſcilicet AEgypto flumina, et in cavis terræ liquentes aquas exiſtere, cum ipsa harum aſſertionum falſitas manifeſta ſit. Nam Mæander Aſiæ fluvius per multa ſpatia ſub terra manat, nec tamen in ſuſcipiendis auctibus quidquam omnino ei tale, quale Nilo, evenire cernitur. Quin etiam Acarnaniæ fluvius Achelous, et Bœotiæ Cephiſus, e Phocide oriundus, non modicum terrarum ſubterlabuntur. Qui ambo Ephorum apertæ vanitatis convincunt. Et hæc quidem adverſus Ephorum. Memphitici quidam philoſophi incrementi huius istam cauſſam afferre auſi ſunt: Tellurem in tres partes dividi. Unam, eſſe noſtrum orbem (ſic enim appellare oportet.) Alteram quæ his locis tempeſtatibus anni non reſpondet. Tertiam, inter has locatam, et ob immenſos calores prorſus inhabitabilem. Quare ſi Nilus hyeme augeſceret, certum eſſet eum in noſtra Zona confluxum aquarum recipere, cum per hoc tempus maxime apud nos pluviæ cadant. Quoniam autem contra fit, et æſtate aſcendit, probabile apparere, in locis nobis e regione oppoſitis hyemes naſci, et redundantiam illic aquarum in orbem noſtrum deferri. Atque ideo ad Nili fontes neminem poſſe pervenire: quia a Zona veſtigiis noſtris contraria, per inhabitatam ſeu torridam ambulat. Hoc ipsum teſtari mirificam illius aquæ dulcedinem. Cum enim per loca ſolibus uſta labatur, vehementer ipsum decoqui, et hac de cauſſa omnium fluviorum eſſe dulciſſimum, quandoquidem natura ignea totam vim humoris dulcem reddat. Sed nos hanc

1. αὐτῆς πανταχ. ἀνιέναι, καὶ διὰ τούτων. Diod. 2. εἰδότων Diod. 3. ἐλάμβανεν Idem. 4. διὰ τε πετρ. Idem. 5. τὴν πλήρωσιν ἔχει πρινὴ ψαῦσαι τῆς. Diod. 6. *aggeſtæ terræ* Rhodom. 7. Diodorus διαμένειν τοσοῦτο πλ. ubi bene Rhodom. illud τοσοῦτο minime eiiciendum cenſet. 8. ὑγρῶν σύῤῥυσιν Diod. 9. ἡγήσαιτο ex Diodoro præplaceat. 10. Sic ex Diodoro reſtituimus. vulgo mendoſiſſime ἑαυτῶν. 11. Diodorus τοῦ ποταμοῦ. 12. *de aggeratione ſoli* Rhodom. 13. τηρουμένων Diodorus, quod convenit cum ſuperiore διαμένειν. 14. ἐμφανῶν Diodorus. 15. ſic et Diodorus; ubi tamen hunc articulum viri docti ocioſum putant. 16. *limo opplevit* Rhodom. apud Diod. 17. *terræ non exiguum accumulavit*, idem Rhodom. ib. 18. Μέμφει Diodorus. 19. ὑπάρχειν Diodorus. 20. μεταξὺ μὲν κ. Diodorus. 21. nec Simocatæ eam particulam omiſſam credo. ſtatim repoſui ex Diodoro διὰ καῦμα. vulgo male una voce διάκαυμα. 22. ἐκ τῆς κ. τ. λ. τὴν ἐπίῤῥυσιν. Diodorus. 23. ἐπεὶ δὲ τ. Diodorus. et ſic ſupple. 24. recta hæc viſa Rhodomano lectio Diodori, quam et Simocatam agnoviſſe conſtat. 25. Φέρεσθαι Diodorus. 26. Sic ex Diodoro correximus. mendoſe antea κατὰ τὴν, errore ex compendioſa ſcriptura nato. 27. κατακεκαυμένης Diodorus. 28. Idem ἀπογλυκ.

hanc quoque ſententiam confutabimus. Statuimus enim, nequaquam poſſe flumen aliquod ab Antipodibus in noſtrum hunc orbem aſcendere ac ſurſum ferri; præcipue ſi quis ponat, terram globoſam eſſe. Cedo, quo pacto Nilus tantummodo ex illo orbe in noſtras haſce regiones profluit? Est enim veriſimile et alia ibidem, ſicut apud nos, extare flumina. Iam vero cauſſa quoque dulcedinis huius fluvii omnimodis ratione caret, nec aliqua probatione firmari potest. Si namque ardoribus illis decoctus dulceſceret, nunquam adeo fecundus eſſet, neque varia piſcium et belluarum genera haberet. Omnis enim aqua per naturam igneam immutata, animantibus producendis inepta est. Quocirca cum natura Nili introductæ decoctioni penitus adverſetur, aſſertas incrementi cauſſas a vero abhorrere putandum est. Oenopides ait, æſtate aquas terræ frigidas, hyeme tepidas eſſe; id quod ex profundis puteis animadvertitur. Nam hyeme ſumma ex puteis altiſſimis tepidæ, æſtate gelidæ hauriuntur. Hinc et Nilum merito per hyemem decreſcere, et contrahi; quod calor terræ humoris copiam abſumat: imbribus autem AEgyptum non irrigari: æſtate cum ista abſumptio in terræ viſceribus nulla ſit, ab imis locis naturalem eius fluxum creſcentibus undis nullo impedimento augeri. Nec istuc non refellendum est. Complura Libyæ flumina ſimiliter currentia, et undas ſuas per oſtia in mare æque evomentia, non habent incrementa huiusmodi: quinimo, cum hyeme pleniſſimis ſint alveis, æſtate plurimum ſubſidant, Oenopidem mentiri demonſtrant. Anarchides Cnidius præ omnibus veritatis quaſi laciniam apprehendit. Docet enim, in annos ſingulos continuos imbres a ſolſtitio æſtivo usque ad æquinoctium autumnale in AEthiopia cœlo copioſe demitti. Non ſine ratione igitur Nilum per hyemem natura contractius, et a fontibus ſuis duntaxat, per æſtatem vero propter præcipitatos in ipsum imbres abundantius fluere. Eius dictis fidem aſtruit, quod in Aſiæ locis quibusdam accidere fertur. Nam alicubi in Scythia ad Caucaſum anniverſarie, cum id tempus poſtulat, denſiſſime, idque diebus plurimis ningere: et in regionibus Indiæ ad Aquilonem, certis temporibus grandinem, magnitudine et copia ingentem ruere. Sed et quod ad fluviorum incrementa attinet, ineunte æſtate continenter pluere (in AEthiopia autem intervallo dierum id contingit) et hanc humidam tempeſtatem ſemper in orbem actam, cohærentia loca hyeme infeſtare. Non itaque novum quiddam, et inopinatum

ΕΚ ΤΩΝ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ἐπισκόπου Κύρου.

Ἐν τῆς Ἑλληνικῶν παθημάτων θεραπευτικῆς λόγῳ τῷ δ', ἐπιγραφέντι περὶ ὕλης καὶ κόσμου.

NEQVE vero nunc diſſerendum puto, unde iugis fluviorum copia devolvatur: ineffabilis enim mihi penitusque abſtruſa hæc quoque ratio est: quo autem pacto ſol aptus na-

ΚΑΙ οὔτι λέγω, πόθεν δὴ ἄρα τῶν ποταμῶν τὰ ῥεύματα φέρεται· ἄῤῥητος γὰρ δή μοι πάμπαν καὶ οὗτος ὁ λόγος· ὅπως δὲ καὶ ὁ ἥλιος τὴν ὑγρὰν οὐ-

1. Quos et refutat Herodotus lib. II. cap. 20. Eorum fuit Thales. 2. Sic et Clitophon apud Achill. Tatium l. 4. de Leucip. et Clitop. Nili pota aqua γλυκὺ, ait, δὲ πινόμενον ἦν καὶ ψυχρὸν ἐν μέτρῳ τῆς ἡδονῆς. ubi ultimæ quatuor voculæ deſunt in vulgatis, nos ſupplevimus ex MS. I. A. Thuani. Eodem loci, ſi libet, et alia non iniucunda certe de iucundo isto aquæ istius potu, modoque potandi mirabili videas. 3. Ut Anaxagoras et tragici. refutat eandem opinionem noſter Herodotus lib. II. cap. 22.

a γρ' τῶν ἄλλων Palatin. MS. *b* λαμβάνει. Palat. et Vatican. MSS. *c* Sic Comel. edit. vulgo συναύξωσι.

οὐσίαν πέφυκεν ἀναλίσκειν, εὐπετὲς μάλα τῷ βουλομένῳ καταμαθεῖν. καὶ γὰρ δὴ ξηραίνει τὰ τέλματα, καὶ τὰ τῶν ὑδάτων ἀναλίσκει ξυστήματα, καὶ τὰ ἡμέτερα σώματα [a] διαναίνει· καὶ μέν τοι τοὺς ποταμοὺς [b] σμικρυνομένους ἔστιν ἰδεῖν, ὅταν οὗτος ἀφεὶς τὰ νότια μέρη, ἐπὶ τὰ βόρεια τρέχῃ, καὶ τὸ θέρος ἐργάζηται. διά τοι τοῦτο καὶ τὸν Νεῖλον φασὶν, οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τοῖς ἄλλοις ποταμοῖς πλημμυρεῖν καιρὸν, ἀλλὰ μεσοῦντος τοῦ θέρους ἐπικλύζειν τὴν Αἴγυπτον· ὡς τοῦ γε ἡλίου τὴν βορειοτέραν διαθέοντος ζώνην, καὶ τοῖς ἄλλοις μὲν ποταμοῖς ἐποχλοῦντος, τούτου δέ γε πλεῖστον ἀπέχοντος. εἰ δὲ καὶ ἄλλας αἰτίας τῆς τούτου γε πλημμυρίας εἶναι φασίτινες, ἀλλ' οὐκ [c] [ἔμοιγε] ἁρμόττειν τόνδε νῦν τὸν λόγον ὑπείληφα, καὶ γὰρ τοῖς ἄλλοις παρεγγυῶ τῆς μὲν θείας οἰκονομίας μὴ πολυπραγμονεῖν τὰς αἰτίας, θαυμάζειν δὲ τὰ γινόμενα, καὶ τὸν ποιητὴν ὑμνεῖν.

natus sit humidam aquæ vim comminuere, pronum est cunctis volentibus edoceri. AEstuaria enim paludesque exsiccat, aquarum præterea collectiones ac stagna consumit: corpora quoque hominum sicciora efficit. Quinetiam fluvios videmus decrescendo subduci, cum sol relictis australibus locis ad boreales tractus concedit, æstatemque nobis efficit. Eamque ob rem, Nilum aiunt non eodem tempore quo ceteri solent fluvii, extra alveum inundare, sed media æstate aquis exuberantibus AEgyptum perfundere, sole tunc ad borealem circulum accedente, ac ceteris quidem fluviis radiis ardentioribus incubante, ab ipso autem Nilo magnis sane spatiis abscedente. Si vero et alias Niliaci incrementi causas quidam esse contendunt, ego tamen hoc tempore materiam hanc convenire mihi non arbitror: quippe qui alios cohorter, ne causas divinæ gubernationis curiosius indagent, sed admirentur potius ea quæ facta sunt, ipsumque opificem hymnis laudando concelebrent.

a γρ' διαναίνων. b σμικροτέρους. c additum ex MSS.

ΕΚ ΤΩΝ

ΚΤΗΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΝΙΔΙΟΥ ΠΕΡΣΙΚΩΝ ΚΑΙ ΙΝΔΙΚΩΝ ΕΚΛΟΓΑΙ.

EX

CTESIAE CNIDII PERSICIS ET INDICIS EXCERPTA A PHOTIO.

Cum interpretatione H. STEPHANI; et Indicorum quidem duplici; quarum altera L. RHODOMANI.

IN HAEC

Notæ, variæ lectiones, et diverſæ interpretationes H. STEPHANI, D. HOESCHELII, A. SCHOTTI.

AD HÆC

Alia eiusdem CTESIAE ex iisdem et aliis ipſius libris Fragmenta aucta iam et locupletata.

626

HENR. STEPHANI

DE

CTESIA HISTORICO

ANTIQVISSIMO DISQVISITIO.

QVI melius, qui certius de rebus Perſicis ſcribere potuerit quam Cteſias, arbitror fuiſſe neminem. Quod quo magis mihi perſuadeo ſemperque perſuaſi: eo certe magis (ut homo Perſicæ hiſtoriæ ſtudioſiſſimus) aliquam eius ſcriptorum partem in quopiam bibliothecæ angulo reperire poſſe deſidero ac ſemper deſideravi. Nam istæ ex eius ſcriptis λόγαι tantum abest ut deſiderio meo ſatisfaciant, ut illud, non aliter quam ex longo contractam ſitim pauculæ aquæ guttæ, multo vehementius accendant. Ut autem Cteſiæ tantum tribuam cum alia multa faciunt, tum vero quod illum a Xenophonte laudatiſſimo authore laudari videam. Eum enim cuius unius ex omnibus ab illo citetur teſtimonium, ut locupletiſſimum, laudari certe, et magnificentiſſime quidem, interpretor. Unde fit etiam, ut Plutarcho, modeſtiſſimo alioqui et prudentiſſimo ſcriptori, ſuccenſeam: qui ita huius hiſtorici mores exagitat, ut omnibus modis ſuſpectam nobis eius reddere velle videatur fidem. Sed quum duo in hiſtorico requirantur, et poſſe et velle de rebus vere ſcribere: primum, an id præſtare potuerit, videamus: deinde de eo, an voluiſſe veriſimile ſit, diſputabimus. At illud vel ipse Plutarchus nobis teſtabitur: et teſtatus erat ante eum laudatiſſimus, uti dixi, ſcriptor Xenophon. Reſpondeant igitur pro me ambo: Xenophon quidem in libro Κύρου ἀναβάσεως primo, his verbis, ubi narrat vulneratum a Cyro Artaxerxem regem, eius fratrem, καὶ παίει κατὰ τὸ στῆθος, καὶ τιτρώσκει διὰ τοῦ θώρακος, ὃς φησι Κτησίας ὁ ἰατρός, καὶ ἰᾶσθαι αὐτὸς τὸ τραῦμά φησι. et paucisſimis interiectis verbis, ὁπόσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἀπέθανον, Κτησίας λέγει· παρ' ἐκείνῳ γὰρ ἦν. Plutarchus autem initio Ἀρτοξέρξου (ita enim illic nominatur, conſentientibus etiam veteribus exemplaribus) hæc ſcribens, ἀλλὰ τὸν Κτησίαν οὐκ εἰκός ἐστιν ἀγνοεῖν τοὔνομα τοῦ βασιλέως παρ' ᾧ διέτριβε, θεραπεύων αὐτὸν καὶ γυναῖκα καὶ μητέρα καὶ παῖδας. Et pagina illius libri ſecunda, Κτησίας δὲ, ὃν οὔτε ἀγνοεῖν τὸν χρόνον εἰκὸς ἦν, παρόντα ταῖς πράξεσιν, οὔτε ἐκὼν αἰτίαν ἔχειν ἐκ τοῦ χρόνου μετασῆσαι τὸ ἔργον ὡς ἐπράχθη διηγούμενος. Ex his igitur quum res omnes compertas exploratasque Cteſiam habere potuiſſe, (præſertim quum medicorum apud reges multo maior tunc temporis quam nunc authoritas eſſet) et ut de compertis atque exploratis vere ſcribere potuiſſe intelligamus: nunc an eum (ut φιλαλήθη, id est, veritatis amatorem) id etiam voluiſſe probabile ſit, conſideremus. Nimirum et de hoc ἁπλοῦς ὁ λόγος. Nam ſi mentiri volebat Cteſias, nempe aſſentationis ſtudium in cauſſa fuiſſe dicamus neceſſe est. Si aſſentator erat, certe mentiendo, eius auribus a quo plurimum commodi expectabat, aliquid dare, eiusque ambitioni ſubſervire ſibi propoſitum habebat. A quo autem plura quam a rege ſuo aut a regis matre ſperare eum par erat? Superest igitur ut Cteſiam, dum Artaxerxi et Paryſatidi ſtatuit adulari, falſam illis laudem in hiſtoria ſua plerunque affinxiſſe exiſtimemus. Atqui tantum abest ut iis, ac Paryſatidi præſertim, falſam laudem affinxerit, ut veram potius detraxiſſe, ex iis paſim quæ de ea commemorat, omnibus videri poſſit. Et de his quidem ita loquor, quaſi ante illorum obitum hiſtoriam ſuam edidiſſe Cteſiam conſtet. Nam ſi post eorum obitum in lucem ab eo prolatam fuiſſe credamus, quomodo eum huius culpæ, imo vel huius ſuſpicionis dicere affinem fuiſſe audebimus? Quod autem ad res Indicas attinet, profecto mendacii illum multis in locis nemo non facile ſuſpectum habuerit: ſed quotusquisque est qui convincere queat et coarguere? Neſcio (reſpondebit quispiam) quis eo tempore potuerit: at nunc poſſunt mercatores noſtri qui illuc et ipſi navigant. Ain' tu? at unde illis, ut, quum ſint ἀναλφάβητοι, ideoque iudicio eo quod litteris et doctrina quæritur, omnino careant: obſervare et obſervata aliis postea commemorare eadem quæ viri docti, poſſint? Ne longe abeamus, unde homini omnium litterarum rudi, ut ligni παρήβου
627 dicti naturam ita animadvertiſſe, et animadverſam ita queat deſcribere ut hoc in libello a Cteſia deſcriptam habemus? ut omittam illud quod pro artis ſuæ (quum medicus eſſet) ſolertia, ut obſervavit, ita et obſervaſſe debuit: nimirum illud lignum διδοσθαι τοῖς κοιλιακοῖς βοήθημα. vel tale quid quale alio quodam loco narratur? nempe aut miram cuiusdam radicis ad corrigendum nimium lactis uſum virtutem: aut, quod de aſinorum ſylveſtrium cornu refert? qui e poculis ex eorum cornu confectis biberint, neque ſpasmo eos, neque comitiali morbo corripi: ſed neque, dummodo aut vinum aut aquam aut poculentum aliquid aliud ex huiusmodi poculis bibant, illos hauſto aut ante aut post minime interire veneno? Nequaquam profecto ab imperitis istis mercatoribus expectanda hæc narratio fuerit. quid igitur illi narrabunt? nimirum ſe vidiſſe ſylveſtres aſinos cornu in fronte geſtantes, quod cuius coloris eſſet diſcernere non potuerint, ſed nec ſatis eius magnitudinem conſideraverint. Hanc autem vim huic cornu eſſe inſitam, tam ſunt neſcii, quam ii qui nunquam ne Indorum quidem nomen audiverunt. Hæc autem a me idcirco hic dicuntur, lector, ut quoties in quosdam homines incides, qui plus fidei de illis rebus, mercatoribus etiam litterarum imperitis, quam vel doctiſſimis antiquis ſcriptoribus adhibendum eſſe credunt, in promptu tibi quod illis nugatoribus reſpondeas, eſſe poſſit. Quod ſi quis me roget,

an

an nec Cteſiæ, nec aliis vetuſtis authoribus rerum huiusmodi hiſtoriam deſcribentibus derogandam arbitrer eſſe fidem, ille a me hoc reſponſum feret: me domi et in patria mea tot tantaque rerum videre pasſim miracula, ut quum illos qui de peregrinarum regionum miraculis ſcripserunt lego: tum demum velim, Scepticam uſurpans ἐποχὴν, dicere οὐ μᾶλλον, id eſt οὐ μᾶλλον πιστεύω, ἢ οὐ πιστεύω. ſi tantum illa excipias quæ ita a ratione abhorrent, ut ne ipse quidem ſenſus communis ea quenquam patiatur admittere. Quid ſi vero, quo magis tales ſunt res aliquæ, eo etiam magis inter miracula, ſed non inter incredibilia tamen referendæ ſint? Nam vel istud quale ſit conſidera. Fuerunt nonnulli priſco ſæculo homines, qui quod de quadam Indica ave narrabatur, eam videlicet in India, Indicum, illinc in Græciam transportatam, Græcum ſermonem diſcere, et hominum more articulatas diſtinctasque voces tandem proferre: hoc ut plane abſurdum et ineptum commentum, exſibilandum explodendumque eſſe dixerint. Quinam? nempe non alii quam quibus huiusmodi avem ex Indicis oris advectam videre nunquam contigiſſet. Nam Ovidius et Statius, fortaſſe et ipſi, hominem id commemorantem, ut aperte mendacem, aliquando riſu exceperant: at postquam ipsam illis datum fuit avem cernere et audire, quam ea de re famæ et aliorum ſermoni adhibere fidem noluerant, eam ſuis ipsorum oculis adhibere coacti fuerunt. Et, ut illos taceamus, hodieque vulgaris est adeo illa avis, ut extare aliquem qui dicat incredibile eſſe quod de illa narratur, id demum nobis plane ſit incredibile. Quem enim, pſittacum (quem βίτταχον Cteſias hic appellat) præter illum Veroneſem Claudiani ſenem, aut aliquem illi ſimilem, nunquam vidiſſe putabimus? Finge tamen reperiri ſenem aliquem (et reperiuntur forſitan aliquot ex illis etiam qui in urbibus degunt) qui nunquam eam volucrem viderit, aut, ſi viderit, loquentem certe nunquam audierit: an eum qui hanc illi avi inditam eſſe naturam affirmabit, fidem apud huiusmodi hominem impetraturum reris? Hoc certe ſi credis, longe falleris. His igitur tandem hunc ſermonem claudamus verbis. Quemadmodum ſi pſittacus nunquam ex India advectus ad nos fuiſſet, avem apud Indos eſſe humanas voces ſonantem nemo crederet: nunc vero, quoniam vulgaris est illa, vix quisquam hoc miraculi loco habet: itidem etiam multa de aliis Indicis animalibus referri, et de plantis atque arboribus, nominatim etiam de quibusdam radicibus, item de aquis, de metallis, de aliis denique multis illi regioni peculiaribus rebus commemorari, quæ multorum fidem ſuperant: at ſi tam facilis illarum rerum, quam pſittaci, aſportatio eſſet, tam facile firma ab omnibus perſuaſione reciperentur, quam ea quæ de pſittaco ſcripta ſunt, recipiuntur. Ergo quod Plutarchus Cteſiæ Perſicis tribuit μυθώδες (apud eum corrupte legitur θνμώδες) ego id in eum, ne in Indicis quidem, nedum in Perſicis, cadere exiſtimo. At erat φιλολάκων. Fuerit vero φιλαθηναῖος, fuerit φιλοθήβαιος. quid tum? Hoc certe ut aliquo in loco Lacedæmoniorum auribus aut Athenienſium aut Thebanorum potius quam vetitati ſerviret, facere potuiſſe dixerim: at ex una hiſtoriæ particula totam illam mendacii arguere, hoc ego iniquiſſimi iudicis eſſe cenſuerim. Sed Plutarchum, aliquo præiudicio fortaſſe præoccupatum, quicquid libuerit, impune ſcribere ſinamus, et de Cteſiæ Perſicis, penes ipsos Perſas: de Indicis, penes Indos esto fides. Hic certe libellus, qualis qualis est, ſi aliud quo commendaretur, non haberet, vel hoc unum abunde ad eius commendationem valere poſſet, quod aliquot cum ab aliis, tum vero a Plinio citati in eo reperiantur loci. Sunt vero et maxime memorabiles in eo et minime tamen vulgares hiſtoriæ, 628
quarum unam, lector, Latino ſermo interpretatam, proferam: διήγημα certe huiusmodi quod rhetori cuipiam χρείας pulcherrimæ argumentum, poëtæ, iocoſo quidem facetorum epigrammatum: ſevero autem, graviſſimæ tragœdiæ amplisſimam ſuppeditare poſſit materiam. „ Mortuo, „ inquit, Megabyzo, uxor eius Amytis, libidinoſa matre filia libidinoſior, ſumme virorum e„ rat appetens, et ſuam undique explebat libidinem. Forte accidit ut ægrotaret, non gravi „ morbo illa quidem: ſed qui tamen medici deſideraret opem. Eam igitur inviſens Apolloni„ des medicus Cous, quum iampridem eius eſſet amore correptus, convaliturum illam (utpo„ te quæ hyſterica eſſet) ſi cum viro congrederetur, affirmavit. Hac arte fit voti compos „ Apollonides, et amata potitur Amytide. Verum tabeſcentem eam paulatim quum cerne„ ret, a congreſſu abſtinere cœpit. Illa autem tandem quum matri ſuæ rem totam aperuis„ ſet, eam, ne hanc quam ab Apollonide acceperat, inultam impunitamque dimitteret iniu„ riam, rogavit. Mater, quæ audiverat, ad Artaxerxen defert: narratque ut congreſſu eius „ uſus eſſet, nec, niſi ea indignis prius abuſus modis, illo abſtinuiſſet. Rex matri de his a„ gendi ut vellet, poteſtatem permittit. Illa igitur comprehenſum et in vincula coniectum A„ pollonidem duos menſes in tormentis et cruciatibus habuit, tandem vero vivum etiam deſo„ dit". Hic iam mihi lector (quod in legendis hiſtoricorum ſcriptis longe et iucundiſſimum et utiliſſimum est) hiſtoriam cum hiſtoria confer, Perſicam nimirum cum Romana. Amytin cum Meſſalina, regis Perſarum filiam cum imperatoris Romani coniuge mihi compara: et muliebre utrobique, quaſi in ſpeculo quodam, contemplare ingenium.

——— ——— *Claudius audi*
Quæ tulerit. dormire virum quum ſenſerat uxor,
Auſa Palatino &c.

ſatis enim tibi notos eſſe puto verſus. Aptisſime autem, meo quidem iudicio, hoc par mulierum copulaverimus: ut quas perſonas et longa temporum intercapedo et longum locorum intervallum et linguæ magna diſcrepantia diſſociaverunt, generis nobilitas (licet in altera maior) et morum fœditas ac turpitudo minime nobili vinculo nobis conſocient atque coniungant. Et de Meſſalinæ quidem ut audias libidine, tibi longe abeundum non fuerit. Amytin autem præterquam Cteſiæ, etiam Dinonis graviſſimi authoris hoc infamatam reperi elogio, Ἀμυτις, καλλίστη τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ γυναικῶν καὶ ἀκολαστοτάτη. id est, *Amytis omnium Aſiæ feminarum ut pulcherrima, ita libidinoſiſſima.* Hiſtoriam cum hiſtoria contuliſti, lector: nunc autem poëtæ quomodo cum hiſtoricis conferri debeant, et ut cum illorum ſententiis horum pulchre teſtimonia conſonent, conſidera. Nimirum quod a poëta Latinorum omnium ingenioſiſſimo pronunciatum est, Litem magnam pudicitiæ cum forma eſſe, non minus vere quam eleganter eſſe dictum, iam antea tibi, ut opinor, perſuaſeras: ſed ita verum tamen hoc eſſe, ut non in omnes hanc cade-

re ſuſpicionem exiſtimare deberemus. At nunc hæ te docent hiſtoriæ, non obſcuras tantum, non privatas tantum affines huic culpæ eſſe perſonas, verum etiam imperatrices, eorum etiam qui reges regum vocabantur (et merito quidem vocabantur) filias. Sed cur ego tam memorabilem undique hanc tibi reddere conor narrationem? nimirum quod illa vel certiſſimum Cteſiæ φιλαληθείας datura ſit teſtimonium. Quem enim miſſum me facere velle ſimulaveram, nunc quaſi ex inſidiis repetere libet ſermonem. Ecquis unicuique erga ſuam artem et erga eiusdem artis ſocietate iunctos (quod eiusdem velut ſacri ſint cultores) naturaliter quosdam amoris excitari neſcit igniculos? Niſi igitur Cteſiæ amica quidem ars ſua, amicus vero Apollonides, ſed amica magis hiſtoriæ veritas fuisſet, hæccine cum tanto utriusque narrasſet dedecore? At ego (dicet fortasſe Plutarchus) istud factum longe aliter interpretor. Nam ut κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, ſic etiam ἰατρὸς ἰατρῷ. hinc illa diffamatio. Itane tandem hæc eius diffamandi ſtudio commemoret, quem aliquot in locis non multo ante ſponte laudaverit? Quo te iam vertes Plutarche? Video video quo evadere velis. Paſim ab Herodoto diſſentit. Patrem fabularum mihi narras, tandem te tuo confodiſti gladio. Nimirum verax Cteſias mendaci Herodoto repugnat. Quid tu autem ad hæc, lector? nonne iam tibi teneri Plutarchus videtur? Hoc ſi tibi perſuaſi, Cteſiæ τὸ φιλάληθες admirare mecum potius, quam cum Plutarcho τὸ φιλοψευδὲς reprehende. Aut, ſi tibi paria in utramque partem rationum videntur eſſe momenta, ſaltem te neutrum ſerva, et uti dixi, de Cteſiæ Perſicis, penes Perſas, de Indicis, penes Indos fides esto. Vale.

DE

ΔΙΤΤΟΓΡΑΦΙΑ

QVORVNDAM NOMINVM,

IN CTESIA PRAESERTIM:

ET DE EXCERPTIS IPSIS AC VOCE ΕΚΛΟΓΩΝ.

Ex eiusdem H. STEPHANI *Castigationibus ad Appiani Iberica et Annibalica, Ctesiæque Agatarchidis, et Memnonis excerpta, in fine.*



vo sunt præterea, lector, de quibus te admonitum volo: unum, quod ad nomina multa, in Ctesiæ præsertim exemplaribus, διττογραφούμενα· alterum autem, quod ad vocem ἐκλογαὶ attinet. Exemplum huius διττογραφίας ponam ex multis unum, Πιτίσας cap. 38. in uno codice cum ι scriptum, quum in altero scribatur cum η. Certe huius nominis et aliorum huiusmodi quærere scripturam, nescio cuius laboris, imo vero nescio cuius curiositatis esset. Nam si tandem reperiretur (quod tamen nullo fieri modo posse credo) quid tale repertum commodi nobis afferre posset, non video. Unum tamen optabile foret, ut quo modo apud unum historicum nomen aliquod proprium scribitur, eodem apud alios quoque scriptum esset: ne erroris (ut sæpe accidere videmus) diversa scriptura nobis occasionem præberet: dum quod de una eademque persona dicitur, de diversis dici existimamus. Sed illud qui fieri possit? Si tamen et hic coniectura locum habere debet, credo, quo longiora sunt, eo magis Persicæ linguæ characterem servare nomina. scimus enim Persas, in suis denominandis, nequaquam id quod quidam dixit, curasse, πάντα δοῦλον εἶναι τῷ δεσπότῃ μονοσύλλαβον, imo potius καὶ δοῦλον καὶ δεσπότην εἶναι πολυσύλλαβον καὶ μακροσύλλαβον. Quam rem videmus ut facete Plautus etiam notet. Hæc igitur ratio videtur idonea ad probandum magis veram esse scripturam (duplex enim in hoc nomine reperitur) Σφενδαδάτης quam Σφενδάτης, utpote longiorem: eandemque in id genus aliis esse debere rationem. Itidem in nonnullis nominibus, in quibus diversa scriptura, nimirum et per ζ et per ξ, quæ est per ξ meis auribus nescio quid Persicum magis sonat, ideoque magis mihi probatur. Ut Ἰξαβάτης quam Ἰζαβάτης, sic Ἀρτιβαρξάνης quam Ἀρτιβαρζάνης. nam etiam Ἀρξάνης non Ἀρζάνης dicitur. In nonnullis melioris exemplaris fidem ubique secutus sum. ut Σκυθάρκης ubique non Σκυθάρχης. Item Ἄμυτις non Ἄμυντις. quam Ἄνουτιν a Dinone appellatam reperio, si quidem non mendosum est exemplar. De duplici autem scriptura Ἀρτοξέρξης et Ἀρταξέρξης non habeo quod dicam. Quin et ἐθνικῶν in dubium vocari scriptura possit. Nam quos Δέρβικας consensu utriusque exemplaris appellatos hic habes, Stephanus ait ipsum Ctesiam appellasse Δερβίους, ἢ Τερβισσούς. Sed et male illic Δελβίκαι legitur pro Δερβίκαι per ρ et unum κ, prius. Alicubi certe exemplari alteri fidem audacter derogavi. ut in iis locis qui sunt cap. 17. et 21. habebat enim Καρχηδονίων et Καρχηδονίοις pro Χαλκηδονίων et Χαλκηδονίοις. (cuiusmodi mendum in hoc ipso nomine in aliorum authorum antigraphis, ut Strabonis, mihi occurrit) quod exemplar etiam male et gravi cum errore permutatas nonnunquam habebat nominum quorundam sedes. ut cap. 29. [ibi, καὶ παραγίνεται Δαρειαῖος ἀγόμενος ὑπὸ Ἀρταπάνου εἰς τὴν οἰκίαν Ἀρτοξέρξου] in eo scriptum est Ἀρτοξέρξης ubi habes Δαρειαῖος, et Δαρειαίου ubi habes Ἀρτοξέρξου. Nec in propriis nominibus tantum, sed ubique a partibus melioris (ut mihi quidem videbatur) exemplaris stare volui: in incertis, alterutrum sine delectu, sequutus sum: sed ita ut alterius quoque lectionem tibi adnotatam in fine libri dederim, non in Ctesia solum, sed et in Agatharchide, et Memnone. Nam quod ad Appianum attinet, eius unicum exemplar nanciscī potui. Sed hoc addere oblitus eram, non esse quod in nonnullis et propriis et appellativis nominibus, Ionici idiomatis terminationes in his ex Ctesiæ libris ἐκλογαῖς reperire mireris, quum Ionica dialecto illos conscripsisse dicatur. quanquam, ut harum ἐκλογῶν testatur author, ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς μᾶλλον ἰωνίζει ἢ ἐν τοῖς Περσικοῖς.

Alterum autem quod te scire tua interesse existimo, hoc est. Ex Ctesiæ scriptis hæc ita fuerunt excerpta, ut is qui excerpsit, aliquando verba ipsius sola posuerit: interdum autem, et sane plurimum, sua illis admixta nobis dederit, simul etiam in pauca et velut in arctum ea quæ ille latius ac fusius expositerat, contrahens. Utro igitur potius an ἐκλογῶν an ἐπιτομῆς appellanda sint ea nomine, videamus. Ἐπιτομῆς appellationem dare solitos Græcos existimo iis quæ ex scriptore aliquo ita describuntur, ut primum ordo idem qui apud eum est, servetur: deinde vero ipsa etiam verba (quantum fieri potest) sed ex multis pauca, aut ex paucis paucissima, retineantur. Eos autem locos qui ex aliquo authoris libro hinc inde, prout visum est, sed αὐτολεξεὶ describuntur, ἐκλογὰς ab iis vocitari solitos fuisse arbitror. Nec vero Athenæum cum alibi, tum vero ubi ἐκλογὰς δραμάτων ποιησάμενος dicit, aliud hoc nomine significare voluisse crediderim. Quo fit etiam ut iis quæ novissime in Germania editæ fuerunt posteriorum Polybii librorum particulis, nequaquam ἐπιτομῆς sed ἐκλογῶν imponendum fuisse nomen putem, et ita putem, ut affirmare audeam. Nam quin illic habeantur illa

630

ipsa

ipsa Polybii verba, mihi, qui locos aliquot ex iis a quodam Græco authore (ab Athenæo, si bene memini) quales illic sunt, ex Polybio citatos repererim: minime dubium amplius esse possit. Sed quod ad hæc ex Ctesiæ libris excerpta attinet, quum, ut dixi, nonnunquam ipsa authoris verba et eum ipsum velut loquentem a nobis audiri faciat (ut Indic. cap. 25. τὸν δὲ ἀσπάγαλον κάλλιστον εἶν' ἐγὼ ἑώρακα, οἷόν περ βοὸς καὶ τὸ εἶδος καὶ τὸ μέγεθος) interdum verò, et multo frequentius id quidem, non μιμητικῶς, ut ita dicam, id est, non ipsum scriptorem loquentem inducendo, et verba quasi ex eius ore excipienda nobis relinquendo, sed διηγηματικῶς, id est, ipsè nobis quid apud Ctesiam legerit, narrans (ut Indic. c. 4., quum dicit, ἐξ οὗ [σιδήρου] καὶ δύο ξίφη Κτησίας φησὶν ἰσχηκέναι, ἓν παρὰ βασιλέως, καὶ ἓν παρὰ τῆς τοῦ βασιλέως μητρὸς Παρυσάτιδος. φησὶ δὲ περὶ αὐτοῦ, ὅτι &c. Indic. item cap. 28., καί φησιν ἰδεῖν αὐτὸ [τὸ δένδρον] ὁ Κτησίας, καὶ ὀσφρανθῆναι ὀσμῆς, οἵας οὔτε εἰπεῖν ἦν, οὔτε εἰκάσαι.) Quum, inquam, hæc ita sint, nomen ἐκλογὰς admittere nos hic ita oportet, ut quum quid proprie hac in re significet, non ignoremus, ad receptum tamen apud authores usum significationem eius hic non esse restringendam, sed paulo latius extendendam sciamus. Quod autem de ἐκλογαῖς ἐκ τῶν Κτησίου dixi, idem et de ἐκλογαῖς ἐκ τῶν Ἀγαθαρχίδου dictum tibi esse puta. At in Memnone paulo alia ratio est. quia is qui ex eius scriptis hæc ἐξειλέξατο, hic quoque, fateor, modo μιμητικῶς, modo διηγηματικῶς eius nobis orationem proponit, sed ita ut hic non ita ut in epitome, multa verba in pauca contrahat: sed potius eius narrationes, ut opinor, integras nobis, si non ubique, plurimis certe in locis proferat. Hoc autem ut credam, eo adducor, quod minutissima quæque plerumque in his narrationibus persequi eum videam, et certum quendam sermonis characterem uno eodemque quasi tenore continuatum esse animadvertam.

ELOGIVM CTESIAE CNIDII.

Ex BARNABA BRISSONIO, *l.* 1. *de regio Persarum principatu.*

In Persicorum Archiatrorum ordine, et numero, non infimum locum Ctesias Cnidius tenet, quem Persicarum rerum bonum auctorem in primis, indictum tacitus præterire non possum. a me ergo is hoc μνημόσυνον feret, quod ei lubens, merito do dicoque. Hunc Artaxerxis Mnemonis archiatrum fuisse, prælioque quod inter ipsum et Cyrum fratrem commissum est, interfuisse, atque adeo curasse vulnus regi a fratre inflictum, constat ex Xenophonte, lib. 1. Ἀναβάσ. *et Plutarcho in Artaxerxe. Xenophontis verba quæ et Plutarchus strictim attigit, sunt,* παίει (*videlicet Cyrus minor Artaxerxem fratrem*) κατὰ τὸ στέρνον, καὶ τιτρώσκει διὰ τοῦ θώρακος, ὡς φησὶ Κτησίας ὁ ἰατρός· καὶ ἰᾶσθαι αὐτὸς τὸ τραῦμα φησί. *Et mox,* ὁπόσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἀπέθανον, Κτησίας λέγει· παρ' ἐκείνῳ γὰρ ἦν. *A quibus Diod. Siculus dissentiens, in Cyri minoris partibus, Ctesiam fuisse, eoque prælio captum, in Artaxerxis potestatem venisse, et propter artis præstantiam a rege ad curam corporis adsumptum, lib.* II. *ita scribit,* Κτησίας δὲ ὁ Κνίδιος, κ. τ. λ [quæ statim habes inter elogia e veteribus prompta] *Strabo de Cnido loquens lib.* XIV. ἐντεῦθεν δὲ καὶ Κτησίας, ὁ ἰατρεύσας μὲν Ἀρταξέρξην, συγγράψας δὲ τὰ Συριακὰ, καὶ τὰ Περσικά. *Extat et apud Suidam de Ctesia, elo-*
631 *gium huiusmodi,* Κτησίας, Κτησιάρχου, κ. τ. λ. [et hæc statim habes] *Præterea* περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν φόρων, *libros scripsisse eum, Athenæus lib.* X. *docet: quorum tertium, lib.* II. *laudat. Apud Stobæum quoque, serm.* XCVIII. *eiusdem de Montibus liber* X. *citatur. Atque Ctesiam hunc potissimum ducem et auctorem in Assyriorum historia conscribenda, sese secutum esse, Diodorus Siculus profitetur. Meminit et huius Cnidii Ctesiæ Plin. lib.* II. *cap.* CVI. *Unus in huius Ctesiæ historia, fidem desiderat Plutarchus, qui in Artoxerxe famæ eius non parcit his verbis,* Κτησίας, ὡς ἔοικε, φιλότιμος ὢν, καὶ οὐχ ἧττον φιλολάκων καὶ φιλοκλέαρχος, ἀεί τινας, ἐν τῇ διηγήσει, χώρας ἑαυτῷ δίδωσιν, ἐν αἷς γενόμενος, πολλὰ καὶ καλὰ μεμνήσκεται Κλεάρχου καὶ τῆς Λακεδαίμονος. *Nec vero æquum ei fuisse Plutarchum, hæc initio vitæ Artaxerxis ab eo posita declarant,* ἀλλά τοι Κτησίαν, *et cetera.*

VETERVM QVORVNDAM TESTIMONIA

De CTESIA *eiusque scriptis, et dicendi genere.*

Διόδωρος ὁ Σικελιώτης

βιβλιοθήκης ἱστορικῆς ἐν τῷ δευτέρῳ.

Diodorus Siculus

bibliothecæ histor. libro II.

L. Rhodomano interpr.

ΚΤΗΣΙΑΣ δὲ ὁ Κνίδιος τοῖς καθ' Ἡρόδοτον μὲν χρόνοις ὑπῆρξε κατὰ τὴν Κύρου στρατείαν ἐπὶ Ἀρταξέρξην τὸν ἀδελφόν· γενόμενος δὲ αἰχμάλωτος,

At Ctesias Cnidius, Herodoto recentior, sub expeditionem Cyri adversus Artaxerxem fratrem vixit. Captus enim tunc,

tunc, et ob artis medicæ ſcientiam a rege in gratiam receptus, XVII. annos cum honore apud illum exegit. Hic e regiis membranis (in quibus res antiquas Perſæ, iuſſu legis cuiusdam, ordine deſcriptas habebant) ſtudioſe indagavit ſingula, inque hiſtoricum ordinem redacta ad Græcos tranſtulit.

τος, καὶ διὰ τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην ἀναληφθεὶς ὑπὸ τῦ βασιλέως, ἐπταεαίδεκα ἔτη διετέλεσε τιμώμενος ὑπ' αὐτῦ. ὗτος ἐν φησὶν ἐκ τῶν βασιλικῶν [1] διφθερῶν (ἐν αἷς οἱ Πέρσαι τὰς παλαιὰς πράξεις κατά τινα νόμον εἶχον συντεταγμένας) πολυπραγμονήσας τὰ καθ' ἕκαστα καὶ συνταξάμενον τὴν ἱστορίαν εἰς τὺς Ἕλληνας ἐξενεγκεῖν.

Strabo

rerum geographicarum lib. XIV.

G. Xylandro interpr.

Cnidii viri memoria digni fuerunt &c. Cnidius fuit etiam Cteſias Artaxerxis medicorum princeps, qui Syriaca ſcripſit et Perſica.

Στράβων

γεωγραφικῶν βιβλ. ιδ'.

Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι Κνίδιοι κ. τ. λ. Ἐνῆυθεν δὲ καὶ Κτησίας ὁ ἰατρεύσας μὲν Ἀρταξέρξῃ, συγγράψας δὲ [2] τὰ Ἀσσυριακὰ καὶ τὰ Περσικά.

Suidas.

H. Wolfio interpr.

Cteſias, Cteſiarchi ſive Cteſiochi filius, Cnidius, in Perſia medicus fuit Artaxerxis, cognomento Mnemonis. Scripſit Perſica libris XXIII.

Σουίδας.

Κτησίας, Κτησιάρχυ, ἢ Κτησιόχυ, Κνίδιος ἰατρός· ὃς ἰάτρευσεν ἐν Πέρσαις Ἀρταξέρξῃ τὸν Μνήμονα κληθέντα, καὶ συνέγραψε Περσικὰ ἐν βιβλίοις κ' καὶ τρισί.

Ioannes Tzetzes

lib. hiſtor. Alpha dicto, chil. I, *vers.* 82.

P. Laciſio interpr.

Cteſias autem medicus, filius Cteſiochi,
Profectus ex urbe Cnido Cypriæ,
Qui cum Artaxerxa victus, velut ſocius Cyro,
In Perſis commoratus eſt annis ſeptem et decem,
Libris tribus et viginti Perſicas res deſcribens.

Ἰωάννης ὁ Τζέτζης

βιβλ. ἱστορ. τῷ Ἄλφα, χιλ. ά.

στίχ. πβ'.

632

Ὁ δὲ Κτησίας ἰατρὸς, υἱὸς τῦ Κτησιόχυ,
[3] Ἐξορμηθέντος πόλεως ἐκ Κνίδυ τῆς Κυπρίας,
Ὃς Ἀρταξέρξῃ κρατηθεὶς, ὡς συμμαχῶν τῷ Κύρῳ,
Ἐν Πέρσαις διετέλεσε χρόνυς ἑπτὰ καὶ δέκα,
Βίβλους τρισὶ καὶ εἴκοσι τὰ Περσικὰ συγγράψας.

Dionyſius Halicarnaſſeus

de ſtructura vel collocatione apta verborum.

Dictio vero Thucydidis, Rhamnuſiique Antiphontis, quod ad compoſitionem attinet, proba mehercle, ſi ullæ aliæ: non usque quaque tamen ſuavis. At Cnidii illius hiſtorici Cteſiæ et Xenophontis ſuavis est quammaxime, non tamen quantum oportebat proba. Dico autem hoc in commune, non quod prorſus ita habeat. nam et apud illos quædam diſpoſita ſunt ſuaviter, et contra apud hos nonnulla probe dicuntur.

Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς

ἐν τῷ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων.

Ἡ δέ τε Θυκυδίδυ λέξις, καὶ ἡ Ἀντιφῶντος τῦ Ῥαμνησίυ, καλῶς μὲν σύγκειται γε μὰ Δία, εἴπερ τινὲς καὶ ἄλλαι, ὑ μὴν ἡδέως γε πάνυ· ἡ δέ γε τῦ Κνιδίυ συγγραφέως Κτησίυ, καὶ ἡ τῦ Σωκρατικῦ Ξενοφῶντος, ἡδέως μὲν ὡς ἔνι μάλιστα, ὑ μὴν καλῶς γε ἐφ' ὅσον ἔδει. λέγω δὲ κοινότερον, ἀλλ' ὐχὶ καθάπαξ· ἐπεὶ καὶ παρ' ἐκείνοις ἥρμοσταί τινα ἡδέως, καὶ παρὰ τύτοις καλῶς.

Demetrius Phalereus,

de elocutione, cap. de perſpicuitate orationis.

Quod vero Cteſiæ obiiciunt, loquaciorem ſcilicet eſſe ob verborum repetitiones, id quidem forte recte faciunt ſæpius: ſæpius tamen haud animadvertunt viri in dicendo perſpicuitatem. reponit enim idem, ut inde ſignificatio efficiatur expreſſior. &c. in ſumma, poëta iste, ita

Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς,

περὶ ἑρμηνείας, κεφ. περὶ σαφηνείας.

Ὅτερ δὲ τῷ Κτησίᾳ ἐγκαλῦσιν ὡς ἀδολεσχοτέρᾳ διὰ τὰς δὶς λογίας, πολλαχῆ μὲν ἴσως ἐγκαλῦσιν ὀρθῶς· πολλαχῆ δὲ ὐκ αἰσθάνονται τῆς σαφηνείας τῦ ἀνδρός. τίθεται γὰρ ταυτὸ, διὰ τὸ πολλάκις ποιεῖν ἔμφασιν πλείονα. κ. τ. λ. καὶ ὅλως δὲ ὁ ποιητὴς ὗτος, ποι-

[1] *Membranis uſos Perſas, papyri vero et chartarum uſum ignoraſſe et hinc colligit Briſſonius lib.* 2. *de reg. Pers.* [2] *Ita legendum ut Aldi codex habet, vel* Ἀσσυριχὰ *ut est in vet. lib. nec recte itaque Xylandrum* Συριακὰ *maluiſſe: ut vel ex initio Excerptorum e libris Cteſiæ pateat, monet Is. Caſaubonus ad Strabonis locum tam ad oram quam in Comm. Briſſonius itaque non recte eandem lectionem* [Συριακὰ] *ſequutus videtur l.* 1. *de reg. Pers. princ. quæ ante attulimus.* [3] *Verte potius*, Prof. ex urbe Cnido Cypria qui ab Artaxerxe captus ut Cyri in pugna ſocius, In Perſia &c. *manifeſtum id e prioribus Diodori, e quibus ſine dubio ista cantillavit Tzetzes. quamvis quod ad rem ipsam attinet, inter Diodorum et alios videatur diſſenſus, ſicut et Briſſonius dicto loco adnotavit.*

πανυ γὰρ αὐτὸν καλοίη τις εἰκότως, ἐναργείας δημιουργός ἐστιν ἐν τῇ γραφῇ συμπάσῃ.

ita enim quis non inepte adpellaverit, perſpicuitatis in tota ſcriptione est artifex.

Exempla huius ἐναργείας *quae Demetrius adfert, infra ſubiiciemus cum Cteſianis fragmentis, ubi et alia inſperguntur quibus partim laudatur Cteſias, partim notatur et quidem ſæpius.*

AD LECTOREM.

ΔΙΑΦΟΡΟΙ γραφαὶ *in Graeci contextus Cteſiæ ora ſunt ex editione Photii, quam clar. vir* DAVID HOESCHELIVS *ante aliquot annos, publicavit, quibus nimirum illa eximia editio a Stephaniana, quam noſtra hac ſequimur, variat: quod ſemper indicatum additis litteris* D. H. *Ceterae quibus hae litterae non ſunt additae, ſunt et istae tamen ex eiusdem doctiſſimi et amiciſſimi viri editione eadem, ab ipso ibi in oram paginarum collocatae, uti hic pariter repraeſentamus. Quae vero auctiora in ipſius quibusdam MSS. fuere, ut praeſertim in Indicis contigit, ea contextui noſtro fere inſeruimus, uncinulis tamen eiusmodi* [] *incluſa; id quod et in interpretatione fecimus, quam tum a clar. A. Schotto viro pariter amico et benevolo ſumus mutuati, quem diverſam interpretationem in hiſce Cteſiae Perſicis et Indicis adhibuiſſe et illuſtraſſe ab ea (ut ipse ſuis* προλεγομένοις *in Photium indicat) quae typographorum* στεφάνου *opera circumfertur, id inquam ex ipſius Latino Photio non te potest fugere.*

633

Quae itaque extrema quoque pagina ſunt adiecta priora continent interpretationes diverſas in Perſicis et Indicis excerptis eiusd. A. SCHOTTI, *(de cuius opera in hoc auctore collocata iam diximus) quas ex eius Latina Photii editione excerpſimus, raptim (ne quis nos adpendiſſe putet) ipſius verſione Cteſiana cum H. Stephani collata.*

Poſteriora vero quae ſigno a. b. c. incipiunt, ea exhibent Notas in Perſicorum et Indicorum excerpta tam H. STEPHANI, *quam* D. HOESCHELII. *Istas ut ab his diſcerneres, litteris principibus* H. S. *adpoſitis notavimus: interdum tamen et alteras his* D. H. *ne ulla ullibi facile occaſio dubitandi foret. Numeri ſuis in contextu ſingulis ſinguli indices. Quod autem H. Stephanus aliam MS. lectionem in Notis quoque proponit, noſſe debes eum nimirum et altero MS. uſum, ut ipse indicat in diſſertatiuncula ſuper* διττογραφίᾳ *quorundam nominum in Cteſiae praeſertim eclogis, quam ante paullo poſitam habuiſti. En vero tibi pro ſummario Cteſiae Perſicorum et hanc ab* A. SCHOTTO *ſeriem regiam.*

REGVM PERSICORVM SERIES EX CTESIA.

Rex	*Uxor*	*Liberi*	*regnavit*	*mortuus*
I. CYRVS	Amytis	Cambyſes, *et* Tanyoxarces	annos XXX	ex vulnere in praelio accepto.
II. CAMBYSES	Roxane		annos XVIII	caſu ictus ſuomet cultello.
III. SPHENDADATES *magus, aliis* SMERDES			menſes VII	a VII coniuratis interfectus.
IV. DARIVS *Hyſtaſpae F.*		Xerxes	annos XXXI	post XXX dierum morbum.
V. XERXES	Amiſtris	Dariaeus, Hyſtaſpes, Artaxerxes, Achaemenides, Artarius, Amytis, *et* Rhodogune.	annos XXII *aliis auctoribus.*	ab Artapano et Spamitre peremtus.
Artapanus *Xerxae percuſſor ab aliis hic inſeritur, et dicitur regnum tenuiſſe*			menſes VII	eadem morte, qua Artaxerxem ſtatuerat e medio tollere.
VI. ARTAXERXES, Longimanus *appellatus.*	Damaſpia	Xerxes *ſolus legitimus: ſpurii* XVII *inter quos* SECYNDIANVS *et* OCHVS *postea in regnum ſucceſſerunt.*	annos XLII	morte naturali.
VII. XERXES *alter*			dies XLV	Secyndiani et Pharnaciae manu.
VIII. SECYNDIANVS, *aliis* SOGDIANVS.			menſes VI dies XXV	in cinerem coniectus.
IX. OCHVS, *qui et* DARIAEVS, DARIVS Nothus *aliis.*	Paryſatis	Arſaces, Cyrus, Artoſtes, Oxendras, *et alii* XIII, *qui cito vita abierunt.* Amiſtris *filia.*	annos XXXV	ex morbo, Babylone.
X. ARSACES, *idemque mutato nomine* ARTAXERXES, *aliis*	Statira			
Mnemon *cognominatus. adverſus hunc Cyrus frater conſurgens in praelio occubuit. Reliqua huius dubia Plutarch. in Artoxerxe.*				

ΚΤΗΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΝΙΔΙΟΥ ΠΕΡΣΙΚΩΝ ΕΚΛΟΓΑΙ.

EX CTESIAE SCRIPTIS QVAE PERSICA NOMINATA SVNT,

excerptae a PHOTIO historiae.

Latinitate donatae ab HENR. STEPHANO.

1 CTESIAE 1 *Cnidii Persica libris viginti tribus continentur: sed in sex prioribus res Assyriorum et quæcunque res Persicas præcessere, tractat: a septimo autem libro de Persicis rebus agit: at in septimo, octavo, nono, decimo, undecimo, duodecimo et decimo tertio, quæ ad Cyrum et Cambysem, et* 2 *magum illum, Dariumque et Xerxem spectant, commemorat: fere in omnibus repugnantia* 3 *Herodoto narrans, illumque in multis mendacem et* 4 *scriptorem fabularum appellans. illo enim posterior est. Se autem eorum quæ narrat, magna ex parte oculatum testem fuisse, aut certe, quæ videre non licuit, de iis a Persis qui viderant, edoctum, ita demum ea memoriæ prodidisse dicit. Nec vero tantummodo ab Herodoti, sed etiam in aliquibus a Xenophontis Grylli filii historia dissentit. Floruit temporibus Cyri* 5 *Dario et Paryssatide geniti: qui frater fuit* 6 *Artoxerxis ad quem regnum Persicum devenit.*

2 Scribit itaque statim de 7 Astyage, nulla Cyrum 8 ipsi generis propinquitate fuisse iunctum, illumque etiam Astyigan vocat. Fugisse autem Astyigan a conspectu Cyri in Ecbatana, et in crisranis regiarum ædium ab Amyti filia sua et eius viro Spitama occultatum fuisse dicit. at supervenientem Cyrum, non solum Spitaman et Amytin, sed eorum etiam liberos Spitacem ac Megabernem de Astyiga per tormenta interrogari voluisse: Astyigan vero seipsum patefecisse, ne propter se pueri torquerentur, captumque et compedibus gravibus ab Oebara oneratum esse: nec multo post ab ipso Cyro liberatum, et non secus ac patrem honoratum observatumque fuisse: filiamque Amytin primum quidem tanquam matrem in honore habitam, postea

ΚΤΗΣΙΟΥ [a] τῦ Κνδίυ τὰ Περσικὰ ὀν βιβλίοις ἐςι κγ'. ἀλλ' ὀν μὲν τοῖς πρώτοις ἓξ τά τι Ἀσσύρια διαλαμβάνι καὶ ὅσα πρὸ τῶν Περσικῶν· ἀπὸ μέντοι τῦ ζ' τὰ Περσικὰ δηξέρχεται. καὶ ὀν μὲν τῷ ζ' καὶ ἡ καὶ ί καὶ ιά καὶ ιβ' καὶ ιγ' διέξισι τὰ περὶ Κύρυ καὶ Καμβύσυ καὶ τῦ μάγυ, Δαρείυ τε καὶ τῦ Ξέρξυ· σχεδὸν ὀ ἅπασιν ἀντικείμενα Ἡροδότῳ ἱςορῶν, ἀλλὰ καὶ ψεύςῃ αὐτὸν [b] ἀποκαλῶν ὀν πολλοῖς, καὶ λογοποιὸν [c] ἀποκαλῶν. καὶ γὰς νεώτερος μέν ἐςιν αὐτῦ· φησὶ δὲ αὐτὸν, τῶν πλειόνων ἃ ἱςορεῖ, αὐτόπτην γενόμενον, ἢ παρ' αὐτῶν Περσῶν (ἔνθα τὸ ὁρᾶν μὴ ὀχωρεῖ) αὐτήκοον καταςάντα, [d] ὕτως τὴν ἱςορίαν συγγράψαι. ὐχ Ἡροδότῳ δὲ μόνῳ τἀναντία ἱςορεῖ, ἀλλὰ καὶ πρὸς Ξενοφῶντα τὸν Γρύλλυ ἐπ' ὀίων διαφωνεῖ. ἤκμασε δὲ ὀ τοῖς χρόνοις Κύρυ τῦ ἐκ Δαρείυ καὶ Παρυσάτιδος, ὃς ἀδελφὸς Ἀρτοξέρξυ (εἰς ὃν ἡ Περσικὴ βασιλεία κατήλθεν) ἐτύγχανεν.

Φησὶν οὖν αὐτίκα περὶ τῦ Ἀσυάγυς, ὡς ὐδὲν αὐτῷ Κύρος πρὸς γένος ἐχρημάτιζεν· ὗτος δὲ αὐτὸν καὶ Ἀσυϊγᾶν καλεῖ. φυγεῖν δὲ ἀπὸ προσώπυ Κύρυ [e] Ἀσυϊγᾶν ὀ Ἐκβατάνοις, καὶ κρυφθῆναι ὀ τοῖς [f] κρισκράνοις τῶν βασιλείων οἰκημάτων, κρυψάντων αὐτὸν τῆς τε θυγατρὸς [g] Ἀμύτιος καὶ τῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Σπιταμᾶ. ἐπιςάντα δὲ Κύρον, ἐπιτάξαι ἀνακρίνειν διὰ ςρεβλώσεων Σπιταμᾶν τε καὶ [h] Ἄμυτιν, 635
ἀλλὰ καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν Σπιτάκην τε καὶ Μεγαβέρνην, περὶ Ἀσυϊγᾶ. τὸν δὲ, ἑαυτὸν προσαγγεῖλαι, ἵνα μὴ δι' αὐτὸν ςρεβλωθείησαν οἱ παῖδες· λῆφθέντα δὲ, πέδαις παχείαις ὑπὸ Οἰβαρᾶ δεθῆναι. λυθῆναι δὲ ὑπ' αὐτῦ Κύρυ μετ' ὀ πολὺ, καὶ ὡς πατέρα τιμηθῆναι. καὶ τὴν θυγατέρα [i] Ἄμυτιν πρῶτον μὲν μητρικῆς ἀπολαῦσαι τιμῆς, ἔπειτα δὲ καὶ εἰς γυ-

1. Lecta Ctesiæ Cnidii Persica, in libros distributa tres supra viginti. *&c.* 2. Sphendadaten *infr. nominat c.* 10. *&* 11. *&* 15. *Herodot.* Smerden. 3. *Qui de quatuor bisce duntaxat scripsit: Ctesias vero bis alios quinque adiecit.* 4. fabularum confictorem. 5. Dariæum *hunc, non* Darium, *in iis quæ sequentur vocat c.* 48. 6. *De quo infra c.* 56. *&c.* 7. *De Astyage, Oebare, & Petesaca (ut ibi scribitur) vide ex Ctesia quæ breviter excerpsit Ioan. Tzetzes in Chiliadib. hist.* 1. *in fine.* 8. *Cyrus hic Maior.*

a Ἀνεγνώσθη βιβλίον Κτησίου τοῦ Κνιδίου τὰ Π ἐν βιβλίοις κγ'. D. H. *b Videtur prius hoc participium esse expungendum.* H. S. *c* al. ἐλέγχων. *d* οὕτω. D. H. *e Max. Marg. codex* Ἀσυΐων. *f* alii κριοπρόσωπος. *g* Ἀμύντιος. D. H. *h* Ἄμυντιν. D. H. *i* Ἄμυντιν et sic passim. D. H.

γυναῖκα ἀχθῆναι τῷ Κύρῳ, Σπιταμᾶ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἀνηρημένου, ὅτι ἐψεύσατο, ἀγνοεῖν εἰπὼν ἐρευνάμενον Ἀστυῖγᾶν. ταῦτα λέγει Κτησίας περὶ Κύρου, καὶ οὐχ οἷα Ἡρόδοτος. καὶ ὅτι πρὸς Βακτρίους ἐπολέμησε, καὶ ἀγχώμαλος ἡ μάχη ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ Βάκτριοι Ἀστυῖγᾶν μὲν, πατέρα Κύρου γεγενημένον, Ἄμυτιν δὲ μητέρα καὶ γυναῖκα, ἔμαθον, ἑαυτοὺς ἑκόντες Ἄμυτι καὶ Κύρῳ παρέδοσαν. Καὶ ὅτι πρὸς Σάκας ἐπολέμησε Κύρος, καὶ συνέλαβεν Ἀμόργην τῶν Σακῶν μὲν βασιλέα, ἄνδρα δὲ Σπαρέθρης· ἥτις καὶ μετὰ τὴν ἅλωσιν τοῦ ἀνδρὸς, στρατὸν συλλέξασα, ἐπολέμησε Κύρῳ, ἀνδρῶν μὲν στράτευμα, τριάκοντα μυριάδας ἐπαγομένη, γυναικῶν δὲ, εἴκοσι. καὶ νικᾷ Κύρον, καὶ συλλαμβάνει ζωγρίαν, μετὰ καὶ ἄλλων πλείστων· Παρμίσην τε τὸν Ἀμύτιος ἀδελφὸν, καὶ τρεῖς αὐτοῦ παῖδας. δι' οὓς ὕστερον καὶ Ἀμόργης ἀφείθη, ἐπεὶ κἀκεῖνοι ἀφείθησαν. Καὶ ὅτι στρατεύει Κύρος ἐπὶ Κροῖσον καὶ πόλιν Σάρδεις, συνεργὸν ἔχων Ἀμόργην. ὅπως τε τῇ βουλῇ Οἰβαρᾶ [2] Περσῶν εἴδωλα ξύλινα ἀνὰ τὸ τεῖχος φανέντα, εἰς δέος μὲν κατέστησε τοὺς οἰκοῦντας, ἅλω δὲ διὰ ταῦτα καὶ αὐτὴ ἡ πόλις. ὅπως τε πρὸ τῆς ἁλώσεως δίδοται ὁ παῖς Κροίσου ὑπ' ὀμήρου λόγῳ, δαιμονίου φαντάσματος ἀπατήσαντος Κροῖσον. ὅπως τε δολοφραφοῦντος Κροίσου, ὁ παῖς κατ' ὀφθαλμοὺς ἀναιρεῖται· καὶ ὅπως ἡ μήτηρ τὸ πάθος ἰδοῦσα, ἑαυτὴν τοῦ τείχους ἀποκρημνίζει, καὶ οὐ θνήσκει. ὅπως τε, ἁλούσης τῆς πόλεως, πρὸς τὸ ὑπ' τῇ πόλει ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος [b] καταφύγει, καὶ θνήσκει. καὶ ὡς τρεῖς ὑπ' τῷ ἱερῷ πεδηθεὶς ὑπὸ Κύρου, λύεται τρίτον ἀοράτως· καίτοι ἐφαγίδων τῷ ἱερῷ ἐπικειμένων, καὶ τούτων τὴν Φυ-
636 λακὴν Οἰβαρᾶ ἐμπεπιστευμένου. ὅπως τε οἱ συνδούμενοι Κροίσῳ, τὰς κεφαλὰς ἀπετέμνοντο, ὡς καταπροδιδόντες λύσασθαι Κροῖσον. καὶ ὅτε ἀναληφθεὶς ὑπ' τοῖς βασιλείοις, καὶ δεθεὶς ἀσφαλέστερον, βροντῶν καὶ σκηπτῶν ἐπιχθέντων, λύεται πάλιν· καὶ τότε μόλις ὑπὸ Κύρου ἀφίεται. ἐξ οὗ καὶ περιέπετο, καὶ ἔδωκε Κύρος Κροίσῳ πόλιν μεγάλην Βαρήνην, ἐγγὺς Ἐκβατάνων· ἐν ᾗ ἦσαν ἱππεῖς μὲν πενταχισχίλιοι, πελτασταὶ δὲ καὶ ἀκοντισταὶ καὶ τοξόται, μύριοι. Ἔτι [c] δὲ παραλαμβάνει ὡς ἀποστέλλει Κύρος ὑπ' Περσίδι [d] Πετισάκαν τὸν [e] ἡμιάρρενα, μέγα παρ' αὐτῷ δυνάμενον, ὀνείγκαι ἀπὸ Βαρκανίων Ἀστυῖγᾶν. ἐπόθει γὰρ αὐτός τε καὶ ἡ θυγάτηρ Ἄμυτις τὸν πατέρα ἰδεῖν. καὶ ὡς Οἰβαρᾶς βουλεύει [f] Πτισάκᾳ ὑπ' ἐρήμῳ τόπῳ καταλιπόντα Ἀστυῖγᾶν, λιμῷ καὶ δίψῃ ἀπολέσαι· καὶ γέγονε. δι' ὄνυπνίων δὲ τοῦ μίσματος μηνυθέντος, Πετισάκας, πολλάκις αἰτησαμένης Ἀμύτιος, εἰς τιμωρίαν παρὰ Κύρου ἐκδίδοται. ἡ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύξασα, καὶ τὸ δέρμα περιδείρασα, ἀπεσάρωσεν· Οἰβαρᾶς δὲ δεδιὼς μὴ τὰ ὅμοια πείσεται, καίτοι Κύρου μηδὲν τοιοῦτον ἰσχυριζομένου παραχωρῆσαι, αὐτὸς ὅμως ἀποκαρτερήσας δι' ἡμερῶν δέκα, ἑαυτὸν ἐξήγαγεν. Ἀστυῖγᾶς δὲ μεγαλοπρεπῶς ἐτάφη. καὶ ὑπ' τῇ ἐρήμῳ δὲ ἄβρωτος αὐτοῦ διέμεινε

postea vero Cyro nupsisse, quum Spitamas eius vir esset interfectus, propterea quod dum quæreretur Astyigas ignorare se illum mentitus esset de quo interrogabatur. *Hæc dicit Ctesias de Cyro, iis quæ ab Herodoto referuntur dissimilia.* Itemque illum adversus Bactrios pugnavisse, et eam pugnam æquo Marte gestam fuisse. sed Bactrianos, postquam Astyigan Cyri patrem factum esse, Amytin autem matrem et uxorem, intellexerunt, sponte se ipsos Amyti et Cyro dedidisse. Tradit 3
etiam, Cyrum cum [1] Sacis bellum gessisse, et Amorgem Sacarum regem Sparethræ maritum cepisse: eam autem, capto marito, exercitum coëgisse, bellumque Cyro intulisse, et virorum quidem trecenta millia, mulierum vero ducenta in aciem eduxisse: et Cyrum superavisse, vivumque eum cum multis aliis cepisse: itemque Parmisem Amytis fratrem et tres eius filios: propter quos postea Amorgem liberatum fuisse, quod et ipsi liberati fuissent. Tradit etiam, Cyrum Amor- 4
gis ope adiutum, Crœso et Sardibus bellum intulisse. Narrat etiam quomodo Oebaræ consilio [2] lignea Persarum simulacra in muro conspecta timorem incolis iniecerint, et propter hanc causam ipsa urbs capta fuerit: et quo pacto ante captam urbem, Crœsi filius pro obside datus fuerit, quum Crœsus divino quodam spectro deceptus fuisset. Narrat etiam quomodo dolos nectente Crœso, filius in eius conspectu fuerit interfectus, et mater hanc calamitatem intuita seipsam ex muro præcipitarit, nec tamen mortua sit: et quomodo, capta urbe, ad Apollinis ædem, quæ erat in urbe, [3] confugerit, ac mortua sit: et quomodo tertium in templo vinctus a Cyro Crœsus, tertium arte oculos fallente solutus sit, quamvis templo sigilla circumposita essent, eorumque custodia Oebaræ commissa esset: quomodo item illis qui una cum Crœso vincti fuerant, amputata fuerint capita, ut quorum proditione solutus Crœsus esse putaretur. Narrat etiam, Crœsum in regias ædes adductum vinctumque firmius fuisse: sed quum tonitrua fulminaque irruissent, rursum fuisse solutum: tumque Cyrum vix tandem eum misum fecisse. a quo tempore Cyrus cum aliis humanitatis officiis eum prosequutus sit, tum vero urbem magnam nomine [4] Barenen prope Ecbatana ei donaverit: in qua erant quinque millia equitum, peltatorum autem iaculatorumque et sagittariorum decem millia. Com- 5
memorat item quomodo Cyrus Petisacan eunuchum, qui apud ipsum plurimum authoritate valebat, in Persas miserit ut Astyigan a Barcaniis adduceret. nam et ipse et Amytis filia patrem videre cupiebat. Quomodo item Oebaras consilium dederit Petisacæ ut in deserto loco Astyigan relinqueret, et fame sitique conficeret. id quod factum est. At in somnis scelere patefacto, Petisacas puniendus traditur Amyti, identidem illud exposcenti. Illa vero oculos eius effodit, pellemque detraxit, et cruci deinde affixit. Oebaras autem, timens ne eadem quæ ille pateretur, quamvis Cyrus nihil tale se permissurum affirmaret, nihilominus decem dierum inedia ipse sibi mortem consciscit. Astyigas vero magnifice splendideque sepultus est, quippe in deserto loco cadaver eius intactum permansit, neque fuit a feris com-

1. *De Sacis et hoc Cyri bello varia scripsit Strabo l.* 11. ὑπερμήκεσι κοντοῖς, Νυκτὸς ἐνδεδυμένα. *Ioan. Tzetzes hist.* 1.
2. Ξύλινα λέγει πρόσωπα Σάρδεσιν ἐπισῆσαι, Ἐν
3. Crœsus confugerit, perieritque, *Negantem hinc particulam in præcedentem paullo anteversum perperam translatam* (ibi οὐ θνήσκει) *plane mihi persuadeo. Alii omissa voce* Crœsi *hæc ad eius uxorem referunt.*
4. *Hinc fortasse Steph. Byzant.* Βαρήνη, πόλις Μηδίας, ἐγγὺς Ἀγβατάνων. *qui et de huius vocis scriptura:* Κτησίας παντὸς τῶν Περσικῶν τὰ παρὰ Μήδοις Ἀγβάτανα διὰ τοῦ α γράφει· παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις διὰ τοῦ ε. *Vide ibi plura.*

a Scholion m. f. ὅρα τὴν τῶν εἰδώλων ἐμφάνισιν. *b* καταφεύγει ὁ Κροῖσος, *v. b.* D. H. *c* Δὲ καὶ λαμβάνει. D. H. *d Max. Marg.* Πετισακᾶν. *e* γρ' εὐνοῦχον μεγάλως *sic et in aliis omnibus locis in quibus* ἡμιάρρενα *habes.* H. S. *f* Πετισάκαν D. H. *et ad oram* Πετισακᾶν. Πετισάκα *Max. Marguniі codex.*

comesum. leones enim cadaver eius, donec Petisacas reversus acciperet, servabant. Cyrus autem adversus [1] Derbices expeditionem suscipit, quorum rex erat Amoræus: at Derbices ex insidiis producunt elephantes, ac Cyri equites fugant. ubi ipse Cyrus ex equo cecidit et quidam Indus, (nam Indi Derbicibus in bello opem ferebant: a quibus etiam acceptos elephantes in bellum ducebant.) hic igitur Indus, quum Cyrus iam cecidisset, eum iaculo vulneravit sub coxa in femore: ex quo vulnere postea mortuus est. tum vero ipsum adhuc vivum, quum familiares sui erexissent, ad castra profecti sunt. Occubuerunt autem in pugna illa multi Persæ, et æquales numero Derbices. nam
7 illorum quoque x. millia cecidere. Amorges vero quum audivisset quod Cyro contigerat, festinanter venit, Sacarum equitum viginti millia ducens. et quum Persæ ac Derbices inter se conflixissent, tam strenue Persæ ac Sacæ pugnarunt, ut penes eos victoria fuerit: interfecto Derbicum rege Amoræo, cum duobus eius filiis. occubuerunt autem Derbicum triginta millia, Persarum novem millia: et regio in di-
8 tionem Cyri concesit. Cyrus vero sub mortis tempus Cambysem primum filium regem creavit: iuniorem vero nomine [2] Tanyoxarcem, dominum [3] Bactriorum et ipsius regionis, necnon Choramniorum, Parthiorumque et Carmaniorum: et ut suas regiones a tributo solvendo liberas haberet, statuit. Ex Spitamæ autem liberis, [4] Spitadem quidem Derbicibus præfecit, Megabernem autem Barcaniis: eosque matri in omnibus obtemperare iussit. Quinetiam illos et mutuo et cum Amorge dexteras in amicitiæ testimonium iungere voluit: et illis quidem qui in mutua benevolentia permanerent, omnia fausta precabatur: at illos qui priores iniuriam illaturi essent, devovebat. His dictis diem suum obiit, tertio a vulnere accepto die, quum annos triginta regnavisset. *Atque hic finem habet undecimus Ctesiæ Cnidii liber.*

9 *Duodecimus vero a regno Cambysis incipit.* Hic regnum adeptus patris mox corpus per Bagapatem eunuchum in Persiam sepeliendum misit, et alia quemadmodum a patre constituta erant, administravit. Plurimum vero apud ipsum authoritate valebat Artasyras Hyrcanius: ex eunuchis autem Ixabates et Aspadates et Bagapates, qui etiam apud patrem maximus fuerat. Post Petisacæ enim mortem, hic adversus AEgyptum et Amyrtæum AEgyptiorum regem exercitum ducit, quum Combapheus eunuchus, qui plurimum apud AEgyptiorum regem poterat, pontes et alias AEgyptiorum res prodidisset, ut ipse AEgypti præfecturam consequeretur. id quod factum est. ita enim cum eo Cambyses pactus fuerat, primum per Ixabatem Combaphei patruelem, et suis ipse verbis postea. Quum autem Amyrtæum vivum cepisset, nullo alio ipsum detrimento affecit, nisi quod illum in Susa cum sex millibus AEgyptiorum quos ipse delegit, relegavit. Sed et universam AEgyptum subegit: obieruntque in ea pugna AEgyptiorum quinquaginta millia, et Persa-
10 rum viginti. Quidam autem magus cui nomen erat

νων ὁ νεκρός. λέοντες γὰρ [a] αὐτοῦ (φασὶ) μεχρὶ [b] Πετισάκα πάλιν ἐλθεῖν καὶ ἀναλαβεῖν, ἐφύλαττον τὸν νεκρόν. Κῦρος δὲ στρατεύει ἐπὶ Δέρβικας, Ἀμοραίου βασιλεύοντος αὐτῶν· καὶ ἐξ ἐνέδρας οἱ Δέρβικες ἐπῶσιν ἐλέφαντας, καὶ τοὺς ἱππεῖς Κύρου τρέπουσι· καὶ πίπτει καὶ αὐτὸς Κῦρος ἐκ τοῦ ἵππου, καὶ Ἰνδὸς ἀνήρ· [c] (συνεμάχοντο γὰρ καὶ Ἰνδοὶ τοῖς Δερβίκεσιν, ἐξ ὧν καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἔφερον) οὗτος οὖν ὁ Ἰνδὸς πεπτωκότα Κῦρον βάλλει ἀκοντίῳ ὑπὸ τὸ ἰσχίον, εἰς τὸν μηρόν· ἐξ οὗ καὶ τελευτᾷ. τότε δὲ ζῶντα ἀνελόμενοι αὐτὸν οἱ οἰκεῖοι, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἦγον. ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ μάχῃ καὶ Περσῶν πολλοὶ καὶ Δερβίκων ἴσοι. μύριοι γὰρ καὶ αὐτοί. Ἀμόργης δὲ περὶ Κύρου ἀκούσας, σπουδῇ παραγίνεται, ἔχων Σακῶν δισμυρίους ἱππέας. καὶ πολέμου συρραγέντος Περσῶν καὶ Δερβίκων, νικᾷ κατακράτος ὁ Περσικὸς καὶ Σακῶν στρατός. ἀναιρεῖται [d] δὲ καὶ ὁ τῶν Δερβίκων βασιλεὺς [e] Ἀμοραῖος, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ δύο παῖδες αὐτοῦ. ἀπέθανον δὲ Δερβίκων μὲν τρισμύριοι, Περσῶν δὲ ἐννακισχίλιοι. καὶ προσεχώρησεν ἡ χώρα Κύρῳ. Κῦρος δὲ μέλλων τελευτᾶν, Καμβύσην μὲν τὸν πρῶτον υἱόν, βασιλέα [f] καθίστη. Ταννοξάρκην δὲ τὸν νεώτερον, [g] ἐπίστησε διαφόρῳ Βακτρίων καὶ τῆς χώρας, καὶ Χοραμνίων, καὶ Παρθίων, καὶ Καρμανίων, ἀτελεῖς ἔχειν τὰς χώρας διορισάμενος. τῶν δὲ Σπιταμᾶ παίδων, Σπιτάδην μὲν, Δερβίκων ἀπέδειξε σατράπην, Μεγαβέρνην δὲ, [h] Βαρκανίων. τῇ μητρὶ δὲ πάντα πείθεσθαι προσέταττε. καὶ Ἀμόργην Φίλον τούτοις, τῶν δεξιῶν ἐμβαλλόμενον, ἐποιεῖτο, καὶ ἀλλήλοις· καὶ τοῖς μὲν ἐμμένουσι ταῖς πρὸς ἀλλήλους εὐνοίαις ἀγαθὰ ἠύχετο, ἐπῃρᾶτο δὲ τοῖς χεῖρον ἄρξουσιν ἀδίκων. ταῦτα εἰπὼν, ἐτελεύτησε τρίτῃ ὕστερον ἀπὸ τοῦ τραύματος ἡμέρᾳ, βασιλεύσας ἔτη λ'. ἐν οἷς ὁ τὰ Κτησίου λόγος τοῦ Κνιδίου.

Apud Indos nascitur violento robore præditum animal, cui Indorum lingua Mantichoras nomen est, magnitudine maximi leonis, colore rubrum adeo ut cinnabarim referat: canis modo villosum: facie eadem prope quæ hominis: dentium triplici utrinque ordine mucrone acutissimorum, caninis maiorum: auribus hominis similibus, nisi quod hæ et grandiores, et villosiores sunt: oculis cæsiis, et his non dissimilibus hominis: pedibus et unguibus eisdem qui leonis. summa cauda illi scorpionis modo, aculeo plusquam cubitali armata, quo letaliter pungit, si quem attigerit. reliquum etiam caudæ, utrinque aculeis cuspidatum est, quos tanquam tela, si quis insequatur, eminus iaculatur, letaliter pungit. Cum in anteriorem partem versus aculeos iaculatur, caudam intorquet: sin retroversus Sacarum more aculeos emittit, tum extentissime caudam porrigit. Aculei quos iaculatur, pedali magnitudine, et schœni (*iunci vel funis*) crassitudine sunt: quibus icta omnia, præter solum elephantum pereunt. Ctesias Indos sibi affirmasse ait, locis emissorum aculeorum alios succrescere, ut sit huius pestis perpetua successio. Humanis, ut idem affert, carnibus maxime delectatur. quocirca complureis homines interficit: nec duntaxat in singulos homines invadit, sed plureis collectos, vel ipse solus interimit. Reliqua item animalia vincere potest, excepto leone. Quod autem humanis carnibus sese complere ei suave sit, eius nomen ostendit. Indice enim ideo Mantichoras appellatur, quod bestia hominum voracissima sit, ex rebus, quas agit nomen trahens. Eadem est qua pernicissimi cervi corporis velocitate. Eius pullos aculeatis nondum caudis armatos venantur, caudasque eorum ad saxum elidunt, atque crebris ictibus confringunt, ut aculeos ne postea producere queant. Vocem edunt maxime accedentem ad sonum tubæ. Ctesias apud Persas hoc animal se vidisse testatur, ex India regi Persarum muneri missum. Hæc Ctesias scriptor Cnidius, penes quem horum omnium fides esto.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ παρὰ τῷ Αἰλιανῷ ἐν τῷ δ' περὶ ζῴ. ιεφ. κά.

Θηρίον Ἰνδικόν, βίαιον τὴν ἀλκὴν, μέγεθος κατὰ τὸν λέοντα τὸν μέγιστον, τὴν δὴ χρόαν ἐρυθρὸν, ὡς κιννάβαρι εἶναι δοκεῖν, δασὺ δὲ ὡς κύνες, Φωνῇ τῇ Ἰνδῶν [a] μαρτιχόρας ὀνόμασται. τὸ πρόσωπον δὲ κέκτηται τοιοῦτον, ὡς δοκεῖν ὑ Θηρίον τοῦτό γε, ἀλλ' ἀνθρωπικὸν ὁρᾶν. ὀδόντες τρίστοιχοι μὲν ἐμπεπήγασιν οἱ ἄνω αὐτῷ, τρίστοιχοι δὲ οἱ κάτω, τὴν ἀκμὴν ὀξύτατοι, τῶν κυνείων ἐκείνοι μείζους. τὰ δὲ ὦτα ἔοικεν ἀνθρώπῳ καὶ ταῦτα τήν γε ἑαυτῶν πλάσιν, μείζω δὲ καὶ δασέα. τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς γλαυκός ἐστι, καὶ ἐοίκασιν ἀνθρωπίνοις καὶ οὗτοι. πόδας δέ μοι νέει καὶ ὄνυχας [b] οἵους εἶναι λέοντος. τῇ δὲ ὑρᾷ ἄκρᾳ πρόσαρτηταί σκορπίου κέντρον, καὶ εἴη ἂν ὑπὲς πῆχυν τοῦτο· καὶ παρ' ἑκάτερα αὐτῷ ἡ ὑρὰ κέντροις διείληπται. τὸ δὲ ὑραῖον τὸ ἄκρον εἰς θάνατον ἐκέντησε τὸν περιτυχόντα, καὶ διέφθειρε παραχρῆμα. ἐὰν δέ τις αὐτὸν διώκῃ, ὃν' ἀφίησι τὰ κέντρα πλάγια ὡς βέλη. καὶ ἔστι τὸ ζῶον ἐκηβόλον. καὶ εἰς τὸ μπρόσθεν μὲν ὅταν ἀπολύῃ τὰ κέντρα, ἀναχλᾷ τὴν ὑράν· ἐὰν δὲ εἰς τὸ πίσω, κατὰ τὰς Σάκας, ὅδε ἀποτάδην αὐτὴν ἐξαρτᾷ. ὅτου δ' ἂν τὸ βληθὲν τύχῃ, ἀποκτείνει. ἐλέφαντα δὲ οὐκ ἀναιρεῖ μόνον. τὰ δὲ ἀκοντιζόμενα κέντρα πηδαῖα τὸ μῆκός ἐστι, σχοίνου δὲ τὸ πάχος. λέγει δὲ ἄρα Κτησίας, καὶ φησιν ὁμολογεῖν αὐτῷ τοὺς Ἰνδοὺς, ὡ ταῖς χώραις τῶν ἀπολυομένων ἐκείνων κέντρων ὑπαναφύεσθαι ἄλλα, ὡς εἶναι τῇ κακῇ τοῦδε ἐπιγονήν. φιλεῖ δὲ, ὡς ὁ αὐτὸς λέγει, μάλιστα ἀνθρώπους ἐσθίειν. καὶ ἀναιρεῖ δὲ ἀνθρώπους πολλοὺς, καὶ ὑ καθ' ἕνα ἑλλοχᾷ, καὶ δύο δ' ἂν ἐπιθεῖτο καὶ τρισὶ, καὶ κρατεῖ τῶν τοσούτων μόνος. καταγωνίζεται δὲ καὶ τῶν ζώων τὰ λοιπὰ, λέοντα δὲ ὐκ ἂν καθέλῃ ποτέ. ὅτι δὲ κρεῶν ἀνθρωπείων ἐμπεπλάμενον τόδε τὸ ζῶον ὑπερήδεται, κατηγορεῖ καὶ τὸ ὄνομα. τοιοῦται γὰρ τῇ Ἑλλήνων Φωνῇ ἡ Ἰνδῶν, ἀνθρωποφάγον αὐτὸ εἶναι· ἐκ δὲ τοῦ ἔργου καὶ κέκληται. πέφυκε δὲ κατὰ τὴν ἔλαφον ὠκύστος. τὰ βρέφη δὲ τῶνδε τῶν ζώων οἱ Ἰνδοὶ θηρῶσιν ἀκέντρους τὰς ὑρὰς ἔχοντα, καὶ λίθῳ γε ἔτι διαθλῶσιν αὐτὰς, ἵνα ἀδυνατῶσι τὰ κέντρα ἀναφύειν. φωνὴν δὲ σάλπιγγος ὡς ὅτι ἐγγυτάτω προείτω. λέγει δὲ καὶ ἑωρακέναι τόδε τὸ ζῶον ὁ Πέρσαις Κτησίας, ἐξ Ἰνδῶν κομισθὲν δῶρον τῷ βασιλεῖ Περσῶν. εἰ δὴ τῷ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι ὑπὲς τῶν τοιούτων Κτησίας. ἀκούσας γε μήν τις τὰ ἴδια τοῦδε τοῦ ζώου, εἶτα μέντοι τῷ συγγραφεῖ τῷ Κνιδίῳ προσεχέτω.

Apud Antigonum mirab. narrat. cong. hist. CLXXXI.

G. Xyl. interpr.

Παρ' Ἀντιγόνῳ ὁ ἐν τῇ ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγῇ, ἱστορ. ρπά.

Ctesiam tradere, ex Armeniis petris aquam excidere, quæ simul pisces nigros eiiciat, gustataque interficiat.

Τὸ δ' ἐκ τῆς πέτρας Ἀρμενίων ἐκπίπτον [ὕδωρ] Κτησίας ἱστορεῖν· [1] ὅτι συμβάλλει ἰχθῦς μέλανας, οὕστινας ἂν ἀπογευσάμενον τελευτᾷν.

Ibidem, CLXXXII.

De igne Ctesiam ait narrare, apud Phaselitas

Ἐν τῇ αὐτῇ ἱστορ. ρπβ'.

Περὶ δὲ πυρὸς Κτησίαν φησὶν ἱστορεῖν, ὅτι περὶ τὴν τῶν

1. *Hæc ni fallor e Callimachi Cyrenaei ἐκλογῇ τῶν παραδόξων affert Antigonus, ut est quod sequitur.*

a alii μαντιχώρας. *b* ὁμοίους.

τῶν Φασηλιτᾶν χώραν ἐπὶ τοῦ τῆς Χιμαίρας ὄρους ἐστὶ τὸ καλούμενον ἀθάνατον πῦρ· τοῦτο δὲ ἐὰν μὲν εἰς ὕδωρ ἐμβάλῃς, καίεσθαι βέλτιον· ἐὰν δὲ [1] Φορτίον ἐπιβαλὼν πήξῃ τὶς, σβέννυσθαι.

litas in Chimæra monte ignem esse qui perennis nominetur. qui ignis in aquam coniectus, melius ardeat: sin onus aliquis iniiciat, exstingui.

Plinius lib. XXXI. *cap.* 2. Ctesias in Armenia scribit esse fontem, ex quo nigros pisces illico mortem
699 afferre in cibis, quod et circa Danubii exortum audivi, donec veniatur ad fontem alveo appositum, ubi finitur id genus piscium. Ideoque ibi caput eius amnis intelligitur fama.

Idem lib. II. *cap.* 106. Flagrat in Phaselide mons Chimæra, et quidem immortali diebus et noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua, extingui vero terra aut fœno, Cnidius Ctesias tradit.

Παρὰ τῷ Αἰλιανῷ ἐν τῷ ιϛ′ περὶ ζώ. κεφ. λζ′.

Apud AElianum lib. XVI. *de animal. cap.* 37.

Παράγε τοῖς [2] Ψύλλοις καλουμένοις τῶν Ἰνδῶν εἰσὶ γὰρ καὶ Λιβύων ἕτεροι, ἵπποι γίνονται τῶν κριῶν οὐ μείζους. καὶ τὰ πρόβατα ἰδεῖν μικρὰ κατὰ τοὺς ἄρνας. καὶ οἱ ὄνοι δὲ τοσοῦτοι γίνονται τὸ μέγεθος· καὶ οἱ ἡμίονοι, καὶ οἱ βοῦς, καὶ πᾶν κτῆνος ἕτερον ὁτιοῦν. Ὑῆν δὲ ἐν Ἰνδοῖς οὔ φασι γίνεσθαι, οὔτε ἥμερον, οὔτε ἄγριον. μυσάττονται δὲ καὶ ἐσθίειν τοῦδε τοῦ ζώου Ἰνδοί, καὶ οὐκ ἂν γεύσαιντό ποτε ὑείων, ὡσπεροῦν οὐδὲ ἀνθρωπείων οἱ αὐτοί.

Apud Indos Psyllos (nam sunt etiam alteri Africi) arietibus non maiores equi gignuntur. Itemque oves non magnitudine agnos nostros superant. Asini quoque pares nascuntur, et similiter muli, boves, et quod illic cunque bestiarum, perparvulum est. Porro apud Indos nullum suem neque ferum neque cicurem nasci Ctesias Cnidius ait, et suilli generis usum Indos a se detestari, et tantopere ab eo vescendo, quam ab humanis carnibus, abhorrere.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ δ′, κεφ. κϛ′.

Apud eundem lib. IV. *cap.* 26.

Τοὺς λαγὼς καὶ τὰς ἀλώπεκας θηρῶσιν οἱ [3] Ἰνδοὶ τὸν τρόπον τοῦτον. κυνῶν εἰς τὰς ἄγρας οὐ δέονται, ἀλλὰ νεοττοὺς συλλαβόντες ἀετῶν καὶ τῶν κοράκων καὶ ἰκτίνων προσέτι, τρέφουσι, καὶ ἐκπαιδεύουσι τὴν θήραν. καὶ ἔστι τὸ μάθημα· πρὸς λαγῷ καὶ ἀλώπεκι τεθασσωμένῳ κρέας προσαρτῶσι, καὶ μεθιᾶσι θεῖν· καὶ τοὺς ὄρνιθας αὐτοῖς κατὰ πόδας ἐπιπέμψαντες, τὸ κρέας ἀφελέσθαι συγχωροῦσιν. οἱ δὲ ἀνὰ κράτος διώκουσι, καὶ λαβόντες ἢ τὸν ἢ τὴν, ἔχουσιν ὑπὲρ τοῦ καταλαβεῖν ἆθλον τὸ κρέας. καὶ τοῦτο μὲν αὐτοῖς δέλεάς ἐστι καὶ μάλα ἐφολκόν. οὐκοῦν ὅταν ἀκριβάσωσι τὴν σοφίαν τὴν θηρατικὴν, ἐπὶ τοὺς ὀρείους λαγὼς μεθιᾶσιν αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ τὰς ἀλώπεκας τὰς ἀγρίας. οἱ δὲ, ἐλπίδι τοῦ δείπνου τοῦ συνήθους, ὅταν τι τούτων φανῇ, μεταθέουσι καὶ αἱροῦσιν ἄκιστα, καὶ τοῖς δεσπόταις ἀποφέρουσιν, ὡς λέγει Κτησίας. καὶ ὅτι ὑπὲρ τοῦ τέως προσηρτημένου κρέως, αὐτοῖς τὰ σπλάγχνα τῶν θηρευθέντων τὸ δεῖπνόν ἐστιν. ἐκεῖθεν καὶ τοῦτο ἴσμεν.

Lepores et vulpes Indi hoc modo venantur. Canibus ad venationem non egent, sed captos aquilarum, corvorum, et insuper milvorum pullos alunt, et ad venatum instituunt: Nempe leporem mansuetum et vulpem cicurem carne appensa ad cursum dimittunt: et mox immittunt aves carnem eis quam appetunt adempturas. Illæ igitur quanta possunt celeritate et impetu vel hanc vel illum consequutæ, carnem sui laboris præmium et escam desideratam sibi auferunt. Sic institutas ad prædam aves, deinceps in montanos lepores et vulpes feras emittunt: quos illæ itidem spe solitæ escæ persequuntur, et mox captos dominis adferunt, ut prodit Ctesias. loco autem carnis prius appensæ, viscera captorum eis in cibum permittuntur.

Παρὰ τῷ Στεφάνῳ ἐν ἐθνικοῖς.

Apud Stephanum in Ethnicis.

Τέως. ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις ἐν Διρβαῖς τῆς Σκυθίας, ἐν ᾗ λέγουσι λίμνην ἰχθύων ἔχουσαν πλῆθος. ἀφ' ἧς εὐδίας γενομένης, ἔλαιον ἐπιπολάζει τοσοῦτον, ὅσον ἀρύσασθαι αὐτὸ ταῖς χερσὶν εἰς σκάφος, καὶ χρῆσθαι αὐτῷ [4].

Teos. est et alia (hoc nomine) civitas apud Dirbas in Scythia, in qua narrant stagnum plenum esse piscibus. a quibus, quum tranquillum est, oleum supernatat tanta copia, ut manibus illud hauriant in scapham, eoque utantur.

Παρὰ τῷ Αἰλιανῷ ἐν τῷ δ′ περὶ ζώ. ἰδιότ. κεφ. κζ′.

Apud AElianum lib. IV. *de nat. anim. cap.* 27.

Τὸν γρῦπα ἀκούω τὸ ζῶον τὸ Ἰνδικὸν [5] τετράπουν
700 εἶναι κατὰ τοὺς λέοντας, καὶ ἔχειν ὄνυχας χαρτεροὺς ὡς ὅτι μάλιστα, καὶ τὰς μὲν τὰ τῶν λεόντων παραπλησίως· κατάπτερον δὲ τὰ νῶτα, καὶ τούτων τῶν πτερῶν τὴν χρόαν μέλαιναν εἶναι ἀΐδιον· τὰ δὲ πρόσθια ἐρυ-

Gryphem Indicum animal audio similiter quadrupedem ut leonem esse: robustissimis item existere unguibus leonum similibus: tum dorsum eius pennis indui nigris, anteriorem corporis par-

1. *emendo* Φορυτὸν, fimum, *vel* quisquilias, *quæ alias naturalis potius alimentum et fomes. patet ex nostri Ctesiæ excerptis Ind. supra c.* 10. 2. *Pygmæis hæc tribuunt Excerpta supra c.* 11. 3. *Pygmæi in Excerpt. c.* 11. 4. *Vbi hic Ctesiæ mentio, ais? fateor. Sed lege supra excerpt. Indic. fine c.* XI. *et dices lac lacti non tam simile.* 5. *vide Excerpt. Ind. c.* 12.

partem rubris, alas vero candidis. Cteſias eos ait cervicis pennas cæruleas et floridas habere: aquilino ore eſſe, et capite cuiusmodi pictores fingunt: oculis autem igneis. nidosque in montibus facere: utque ætatis proceſſu grandes non capi, ita earum pullos comprehendi poſſe. Bactri autem Indis finitimi eos illic auri cuſtodes eſſe, aurumque effodere aiunt, et ſimul eo ipso nidos conſtruere: quod vero auri in terram deciderit, Indos omnes auferre. Contra Indi eos auri, quod veri quidem ſimile videtur, cuſtodes eſſe negant: neque enim Gryphes auri egere: ſed cum ad colligendum aurum homines acceſſerunt, hos de pullis ſuis maiorem in modum timentes, pro eis pugnare. atque cum aliis etiam animalibus concertare, eaque facillime vincere: contra autem leones et elephantos non ſtare. Indigenæ, quod ab huiusmodi animalium robore timeant, non interdiu, ſed ad collectionem auri noctu proficiſcuntur, quod ſe tum melius latere arbitrentur. Locus ubi Gryphes verſantur, ac ubi aurum effoditur, deſertiſſimus est. Quo circa aurum venari ſtudentes, mille, aut bis mille armati eo perveniunt, ſimulque ligones et ſaccos afferunt, ſilentem lunam obſervantes. Quod ſi Gryphes fallant, duplicem commoditatem aſſequuntur; quod et eorum vita ab illorum atrocitate ſervatur, et ſimul aurum domum avehunt: ubi auro purgato ab iis qui hanc artem callent, ingentes ſibi pro periculis opes comparant. Sin in furto deprehendantur, perierunt. Cum ſemel eo profecti ſunt, domum non niſi triennii, aut quadriennii intervallo revertuntur.

ἐρυθρά φασι· τὰς γε μὴν πτέρυγας αὐτὰς, οὐκ ἔτι τὰς αὐτὰς, ἀλλὰ λευκάς. τὴν δέρην δὲ αὐτῶν κυανοῖς διαφαίνεσθαι τοῖς πτεροῖς Κτησίας ἱστορεῖ· στόμα δὲ ἔχειν αἰετῶδες· καὶ τὴν κεφαλὴν, οἵαν οἱ χειρουργοῦντες γράφουσί τε καὶ πλάττουσι. φλογώδεις δὲ τοὺς ὀφθαλμούς φασιν αὐτοῦ. νεοττιὰς δὲ ἐπὶ τῶν ὀρῶν ποιεῖται. καὶ τέλειον μὲν λαβεῖν ἀδύνατόν ἐστι, νεοττοὺς δὲ αἱροῦσι. Βάκτριοι μὲν γειτνιῶντες Ἰνδοῖς, λέγουσιν αὐτοὺς φύλακας εἶναι τοῦ χρυσοῦ αὐτόθι. καὶ ὀρύττειν τε αὐτόν φασιν αὐτοὺς, καὶ ἐκ τούτου τὰς καλιὰς ὑποπλέκειν, τὸ δὲ ἀπορρέον Ἰνδοὺς λαμβάνειν. Ἰνδοὶ δὲ οὔ φασιν αὐτοὺς φρουροὺς εἶναι τοῦ προειρημένου· μηδὲ γὰρ δεῖσθαι χρυσίου γρῦπας· (καὶ ταῦτα εἰ λέγουσι, πιθανὰ ἔμοιγε δοκοῦσι λέγειν) ἀλλ' αὐτοὺς μὲν ἐπὶ τὴν τοῦ χρυσίου ἄθροισιν ἀφικνεῖσθαι· τοὺς δὲ ὑπὲρ τῶν σφετέρων βρεφῶν δεδιέναι, καὶ τοῖς ἐπιοῦσι μάχεσθαι. καὶ διαγωνίζεσθαι μὲν πρὸς τἆλλα ζῶα καὶ κρατεῖν ῥᾳστα, λέοντι δὲ μὴ ἀνθίστασθαι, μηδὲ ἐλέφαντι. δεδιότες δὲ ἄρα τὴν τῶνδε τῶν ζώων ἀλκὴν οἱ ἐπιχώριοι, μεθ' ἡμέραν ἐπὶ τὸν χρυσὸν οὐ στέλλονται, νύκτωρ δὲ ἔρχονται. ἐοίκασι γὰρ τηνικάδε τοῦ καιροῦ λανθάνειν μᾶλλον. ὁ δὲ χῶρος οὗτος ἔνθα οἵ τε γρῦπες διαιτῶνται, καὶ τὰ χωρία τὰ χρυσεῖά ἐστιν, ἔρημος πέφυκε δεινῶς. ἀφικνοῦνται δὲ οἱ τῆς ὕλης τῆς προειρημένης θηρατοὶ, κατὰ χιλίους τε καὶ δὶς τοσούτους ὡπλισμένοι. καὶ ἅμας κομίζουσι σάκκους τε, καὶ ὀρύττουσιν, ἀσέληνον νύκτα ἐπιτηροῦντες. ἐὰν μὲν γὰρ λάθωσι τοὺς γρῦπας, ἅπαξ διπλῆν τὴν ὄνησιν. καὶ γὰρ σώζονται, καὶ μέντοι καὶ οἴκαδε τὸν φόρτον κομίζουσι. καὶ ἐκκαθάραντες οἱ μαθόντες [a] χρυσωρυχεῖν σοφίᾳ τινὶ σφετέρᾳ, πάμπολυν πλοῦτον ὑπὲρ τῶν κινδύνων ἔχουσι τῶν προειρημένων. ἐὰν δὲ κατάφωροι γένωνται, ἀπολόλασιν. ἐπανέρχονται δὲ εἰς τὰ οἰκεῖα, ὡς πυνθάνομαι, δι' ἐτοῦς τρίτου καὶ τετάρτου.

Apud Ariſtotelem de hiſtor. animal. lib. VIII. *cap.* 28.

Παρὰ τῷ Ἀριστοτέλει, περὶ ζῴ. ἱστορ. ὀκτὼ τῷ θ'. κεφ. κή.

In Indica autem regione, ut ait Cteſias, parum ille fide dignus, nec cicur nec ferus ſus invenitur.

Ἐν δὲ τῇ Ἰνδικῇ, ὥς φησι Κτησίας, οὐκ ἂν ἀξιόπιστος, οὔτε ἥμερος οὔτ' ἄγριος σῦς [1].

Apud AElianum lib. III. *de nat. animal. cap.* 3.

Παρὰ τῷ Αἰλιανῷ ὀκτὼ τῷ περὶ ζῴ. ἰδιότ. γ'. κεφ. γ'.

Sυem apud Indos neque ferum neque manſuetum naſci Cteſias prodidit: et oves eorum alicubi caudas cubitum latas habere.

Ὗν οὔτε ἄγριον οὔτε ἥμερον ὀκτὼ Ἰνδοῖς γενέσθαι λέγει Κτησίας. πρόβατα [2] δὲ τὰ ἐκείνων οὐρὰς πήχεως ἔχειν τὸ πλάτος πού φησιν. 701

Hic ſubiicienda illa quæ inter excerpta a Photio in Cod. Bavarico leguntur, ſupra pag. 661. *cap.* XV. *ut ea pag. v. penult. ad Notas D. Hœſchelii monui. Sunt autem hæc:*

Interpr. A. Schotto.

De Seris ferri ait, itemque de ulterioribus Indis, immania prorſus illos habere corpora, ut tredecim ibi cubitos alti viri reperiantur, quorum æque vita ducenteſimum excedat annum. Viſos et in Gaitæ fluminis quadam parte ferinos homines, hippopotami fere cute, quam ne tela quidem ipsa perfoderent. In illa ipsa India (ut ferunt) ad intimas marinæ inſulæ partes, prælongas geſtare caudas

Αἴγονται οἱ Σῆρες, καὶ οἱ ἄνω Ἰνδοὶ μέγιστα σφόδρα εἶναι τὰ σώματα, ὡς εὑρίσκεσθαι ἄνδρας ιγ' πηχῶν τὸ μῆκος· βιοῦντες δὲ ὑπὲρ τὰ σ' ἔτη 3. εἰσὶ δὲ καὶ οἱ μέρει τινὶ ποταμοῦ, λεγομένου Γαίτου, ἀνθρωποθηριώδεις, καὶ τὸ δέρμα παραπλήσιον ἱπποποτάμοις, ὡς μὴ διακόπτεσθαι βέλεσιν. οἱ δὲ τῇ αὐτῇ Ἰνδικῇ, εἰς τὸν μυχὸν τῆς πελαγίας νήσου, φασὶ τοὺς οἰκοῦντας κεφαλὰς οὐρὰ

1. *Excerpt. Indic. c.* 13. *adde et fragmentum paullo ante ex AEliani lib.* XVI. *cap.* 37. *allatum, ubi de eadem re.* 2. *Excerpt. Indic. ſupra cap.* 13. 3. *Notat D. Hœſchel. ex Lucian.* Σῆρας μὲν ἱστοροῦσι μέχρι τριακοσίων ζῆν ἐτῶν. *Et A. Schottus:* De Seris Lucian. quoque proditum refert, ad trecenteſimum eos vitæ annum pertingere.

a χρυσοχοεῖν.

ρὰς ἔχων μεγίστας, ὁποίας διαγράφουσι τῶν σατύρων [1].

das incolas, quales vel Satyris adpingi ſolerent.

Παρὰ τῷ Αἰλιανῷ, ἐν τῷ δ' περὶ ζώ. ἰδ. κεφ. μά.

Apud Aelianum lib. IV. *de nat. animal. c.* 41.

Ἔθνος ὀρνίθων Ἰνδικῶν βραχυτάτων καὶ τοῦτο εἴη ἄν· ἐν δὲ τοῖς πάγοις τοῖς ὑψηλοῖς ποττεύει, καὶ ταῖς πέτραις ταῖς καλυμέναις Λιτταῖς. καὶ ἔστι τὸ μέγεθος τὰ ὀρνίφια, ὅσον περ ὠὸν πέρδικος. σανδαράκην δέ μοι νόει τὴν χρόαν αὐτῶν. καὶ Ἰνδοὶ μὲν αὐτὸ φωνῇ τῇ σφετέρᾳ δίκαιρον φιλοῦσιν ὀνομάζειν· [2] Ἕλληνες δέ, ὡς ἀκούω, δίκαιον. τούτου τὸ ἀποπάτημα εἴ τις λάβοι ὅσον κέγχρου μέγεθος, λυθὲν ἐν τῷ πόματι, εἶτα εἰς ἑσπέραν ἀπέθανεν. ἔοικε δὲ ὁ θάνατος ὕπνῳ, καὶ μάλαγε ἡδεῖ καὶ ἀνωδύνῳ κ. τ. λ.

Parvularum quarundam avium Indicarum natio in excelſis et inacceſsis rupibus nidificat, quarum magnitudo accedit ad ovum perdicis, ſandaracino colore: Indi ſua lingua Dicærum ſolent nominare: Græci, ſicut audio, Dicæum. eius ſtercus ſi quis milii magnitudine ſumpserit in potionem diſſolutum, ad veſperam morietur: mors ſuavi ſomno ſimilis est, et nullum omnino ſenſum doloris habet. *etc.*

Παρὰ τῷ Ἀπολλωνίῳ ἐν ἱστορίαις θαυμασίαις, ἱστορ. ιζ'.

Apud Apollonium hiſtor. mirabil. hiſtor. XVII.

Interpr. G. Xyl.

Κτησίας παρ' Ἰνδοῖς ξύλον γενέσθαί φησιν, ὃ καλεῖται [3] πάρυβον. τοῦτο ἐφ' ἑαυτὸ ἕλκει πᾶν τὸ προσκομισθὲν αὐτῷ, οἷον χρυσὸν, ἄργυρον, κασσίτερον, χαλκὸν, καὶ τἄλλα μεταλλικὰ πάντα. ἕλκει δὲ καὶ τὰ συνέγγυς ἱστάμενα σφυρία. ἐὰν δὲ μεῖζον ᾖ τὸ ξύλον, καὶ αἶγας, καὶ πρόβατα, καὶ τὰ ὁμήλικα ζῶα.

Cteſias ſcriptum reliquit, lignum apud Indos naſci, quod appelletur Parybum. id omnia oblata ad ſe trahere, aurum, argentum, cuprum, æs, et omnia alia metalla: quinetiam paſſerculos in propinquo locatos. Quod ſi maius incrementum fecerit, trahere etiam ad ſe capras, oves et æqualia animalia.

Παρὰ τῷ Τζέτζῃ χιλ. ζ'. στίχ. ψιδ'.

Apud Tzetzem chil. VII. *vers.* 714.

Καὶ ὁ Κτησίας ἐν Ἰνδοῖς εἶναι τοιαῦτα λέγει.
Ἠλεκτροφόρα [4] δένδρα τε, καὶ τοὺς κυνοκεφάλους [5].
Δικαίους πάνυ δὲ φησὶ, ζῆν δ' ἐκ τῶν ἀγρευμάτων.

Et Cteſias in Indis eſse talia dicit,
Electriferas arbores, atque Cynacephalos,
Iuſtos valde autem dicit, vivere vero ex venationibus.

Παρὰ τῷ Αἰλιανῷ, περὶ ζώ. ἰδ. βιβλ. δ'. κεφ. μς'.

Apud Aelianum de nat. animal. lib. IV. *cap.* 46.

Γίνονται δὲ ἐν ταύτῃ τῆς Ἰνδικῆς αὖθις οἱ κάνθαροι, καὶ οἱ καλούμενοι Κυνοκέφαλοι [6]. οἷς ἔδοσκε τὸ ὄνομα ἡ τοῦ σώματος ὄψις τε καὶ Φύσις· τὰ δὲ ἄλλα ἀνθρώπων ἔχουσι. καὶ ἠμφιεσμένοι βαδίζουσι δοραὰς θηρίων, καὶ εἰσὶ δίκαιοι, καὶ ἀνθρώπων λυπεῖν ἀδέκα, καὶ φθέγγονται μὲν ὑδέν, ὠρύονται δέ· τῆς γε μὴν Ἰνδῶν φωνῆς ἐπαίουσι. τροφὴ δὲ αὐτοῖς τῶν ζώων τὰ ἄγρια. αἱροῦσι δὲ αὐτὰ ῥᾳστα. καὶ γάρ εἰσιν ὠκίστοι, καὶ ἀποκτείνουσι καταλαβόντες, καὶ ὀπτῶσιν ὑ πυρὶ, ἀλλὰ πρὸς τὴν εἴλην τὴν τοῦ ἡλίου εἰς μοίρας διαξήραντες. τρέφουσι δὲ καὶ αἶγας καὶ ὄις. καὶ σῖτον μὲν ποιοῦνται τὰ ἄγρια· πίνουσι δὲ τὸ ἐκ τῶν θρεμμάτων γάλα ἐπὶ τρέφουσι.

In eodem Indiæ tractu ubi canthari iam dicti (*v. ſeq. frag.*) Cynocephali etiam reperiuntur: quibus a facie et corporis ſpecie nomen inditum. [nam caput caninum] cetera fere humana habent: et veſtiti pellibus ferarum ingrediuntur. Iuſti ſunt, hominum nemini moleſti aut iniurii. non ſermone, ſed ululatu ſonant. Indorum tamen linguam intelligunt. Venatione animalium ferorum vivunt, quæ, ut ſunt celerrimi, facile conſecuti interimunt, et fruſtatim diviſa ad ſolem aſſant. Capras etiam et oves alunt, ut ex lacte potu fruantur.

Τοῦ αὐτοῦ κεφαλαίου τὸ πρῶτον μέρος.

Eiusdem capitis prima pars.

Ἐν Ἰνδοῖς γίνεται θηρία τὸ μέγεθος ὅσον ἂν γένωνται οἱ κάνθαροι [7]· καὶ ἔστιν ἐρυθρὰ, κιννα βάρει δὲ εἰκάσαις ἂν εἰ πρῶτοι θεάσαιο αὐτά. πόδας ἔχει ταῦτα μηκίστους, καὶ προσαφάσθαι μαλακά ἐστι. φύεται δὲ ἄρα ἐπὶ τῶν δένδρων τῶν φερόντων τὸ ἤλεκτρον. καὶ σιτεῖται τὸν τῶν φυτῶν καρπὸν τῶνδε. θηρῶσι δὲ αὐτὰ οἱ Ἰνδοὶ, καὶ ἀποθλίβουσι, καὶ ἐξ αὐτῶν βάπτουσι τάστε φοινικίδας, καὶ τὰς

Naſcuntur Indis animalia magnitudine qua canthari, colore rubro, cinnabari proximo, pedibus longisſimis, tactu molli. Ea in arboribus, quæ ſuccino manant, gignuntur, et earundem corticibus aluntur. Indi his captis expresſisque, puniceas veſtes exteriores interioresque tingunt, et quicquid aliud eo-

1. *De his puto esse e Cteſia excerpta quæ AElianus lib.* XVI. *de nat. animal. c.* 21. *quæ adſcribere non vacat. Et Pliniana lib.* VII. *c.* 2. Sunt et Satyri ſubſolanis Indorum montibus *etc. quæ videntur cum aliis e Cteſia deprompta.* 2. *v. Excerpt. c.* 17. 3. *πάρυβον est ſupra in Excerpt. Indic. c.* 18. 4. *v. Excerpt. c.* 19. 5. *v. Excerpt. c.* 20. 6. *v. Excerpt. c.* 20. 7. *Excerpt. c.* 21.

eodem colore inficere libuerit. Huiusmodi veſtis etiam Perſarum regi mittitur. Mirantur enim eam Perſæ, et ſuis vernaculis pulchritudine pretioque anteponunt, authore Cteſia. nam vel celebribus illis Sardianis floridior ac ſplendidior est.

τὺς ὑπ' αὐταῖς χιτῶνας, καὶ πᾶν ὅ, τι ἂν ἐθέλωσι ἄλλο ἐς τήνδε τὴν χρόαν [a] ἐκτρίψαι τε καὶ χρῶσαι· νομίζεται δὲ ἄρα ἡ τοιάδε ἐσθὴς καὶ τῷ Περσῶν βασιλεῖ. καὶ τόγε εὐειδὲς τῆς ἐσθῆτος δοκεῖ θαυμαστὸν, καὶ ἀντικρινομένη γε τοῖς Περσῶν ἐπιχωρίοις, κρατεῖ κατὰ πολὺ καὶ ἐκπλήττει, ὥς φησι Κτησίας. ἐπεὶ καὶ τῶν ᾀδομένων τῶν Σαρδιανικῶν ὀξυτέρα τέ ἐστι καὶ τηλαυγεστέρα.

Apud eundem eod. libro, c. 52.

Sylveſtres aſinos equis magnitudine non inferiores apud Indos naſci accepi, eosque reliquo corpore albos, capite vero purpureo, oculisque cyaneis eſſe: cornuque in fronte gerere ſesquicubiti longitudine: cuius ſuperius puniceum, inferius autem album, medium vero plane nigrum ſit: atque non omnes quidem Indos, ſed potentiores, cum tanquam armillis quibusdam brachia, ſic cornua auro ornarunt, ex his ipſis bibere ſolere. Ex hoc cornu bibentem ab inſanabilibus morbis tutum fieri, neque eum ipsum convulſionibus corripi, neque ſacro morbo tentari, neque venenis ullis ferunt. Quinteiam ſi quid prius peſtilens biberit, tum id evomere, tumque ad ſanitatem redire. Cum autem ceteri aſini, quibuscunque in terris ſint, tam domeſtici, quam ſylveſtres, tum cetera ſolipeda animalia, talos non habeant, neque fel in iecore, ut fertur: aſinos Indicos cornigeros Cteſias inquit, talis primum, iisque nigris, præditos eſſe: eosdemque ſi quis confregerit, interiora quoque nigra deprehenſurum eſſe: neque felle eos carere: neque modo corporis velocitate longe multumque ceteros aſinos ſuperare, ſed et velocitate eadem multo equis et elephantis præſtare. Cum autem in viam ſe dederunt, tardius primo ingrediuntur, deinde paulatim tantum confirmantur ad contendendum iter, eos quidem ut aſsequi nemo posſit. Postea autem quam feminæ pepererunt, patres circum pullos a partu recentes ſumma cuſtodia verſantur, eorumque commorationes locis Indiæ deſertiſsimis ſunt. Cum a venatoribus Indis invaduntur, pullos ſuos adhuc ætate infirmos a tergo ſuo paſcentes habent, atque pro eis propugnant: contra equites audent venire, eosque cornibus ferire. Tanto ſane hi robore exiſtunt, nihil eis ut obſiſtere queat, quin ſtatim vel concedat: vel, ſi non ceſſerit, frangatur, aut aliter atteratur et evadat inutile, et perdatur. equorum etiam incurſu latera diſcerpunt, ac lacerant, ut viſcera effundantur: ex quo fit, ut ad eos equites appropinquare valde metuant. appropinquatio enim capitalem ipſis pariter et equis mulctam miſerabiliter infert. Pergraviter calcibus pugnant. Eorum morſus eatenus acerbiores exiſtunt, ut quicquid comprehenderint, funditus diripiant. Ex his qui ſunt confirmata ætate vivos non ceperis, iaculis et ſagittis perimuntur. Carnes eorum quod amariſsimæ ſint, haudquaquam eſculentæ.

Παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν τῷ αὐτῷ βιβ. κεφ. νβ'.

Ὄνους ἀγρίους οὐκ ἐλάττονας ἵππων τὸ μέγεθος ἐν Ἰνδοῖς γίνεσθαι πέπυσμαι. καὶ λευκοὺς μὲν τὸ ἄλλο εἶναι σῶμα, τὴν μὲν κεφαλὴν ἔχειν πορφύρᾳ παραπλησίαν· τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς ἀποστέλλειν κυανῆ χρόαν· κέρας δὲ ἔχειν ἐπὶ τοῦ μετώπου, ὅσον πήχεως τὸ μέγεθος καὶ ἡμίσεως προσέτι. καὶ τὸ μὲν κάτω μέρος τοῦ κέρατος εἶναι λευκόν· τὸ δὲ ἀνωτέρω, φοινικοῦν· τό γε μὴν μέσον, μέλαν δεινῶς. ἐκ δὴ τῶνδε τῶν ποικίλων κεράτων πίνειν Ἰνδοὺς ἀκούω, καὶ ταῦτα οὐ πάντας, ἀλλὰ τοὺς τῶν Ἰνδῶν κρατίστους ἐκ διαφημάτων αὐτοῖς χρυσοῦ περιχέοντας, οἱονεὶ ψελλίοις τισὶ κοσμήσαντας βραχίονα ὡραῖον ἀγάλματος. καί φασι νόσων ἀφύκτων ἀμαθῆ καὶ ἄπειρον γενέσθαι τὸν ἀπογευσάμενον ἐκ τοῦδε τοῦ κέρατος· μήτε γὰρ σπασμῷ λυθῆναι ἂν αὐτὸν, μήτε τῇ καλουμένῃ ἱερᾷ νόσῳ, μήτε μὴν διαφθαρῆναι φαρμάκοις. ἐάν δέ τι καὶ πρότερον ἢ πεπωκὼς κακὸν, ἀνεμεῖν τοῦτο, καὶ ὑγιᾶ γενέσθαι αὐτόν. πεπίστευται δὲ τοὺς ἄλλους τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν ὄνους καὶ ἡμέρους καὶ ἀγρίους, καὶ τὰ ἄλλα τὰ μώνυχα θηρία ἀστραγάλους οὐκ ἔχειν, οὐδὲ μὴν ἐπὶ τῷ ἥπατι χολήν. ὄνους δὲ τοὺς Ἰνδοὺς λέγει Κτησίας [1] τοὺς ἔχοντας τὸ κέρας ἀστραγάλους φορεῖν, καὶ ἀχόλους μὴ εἶναι. λέγονται δὲ μέλανες εἶναι οἱ ἀστράγαλοι, καὶ εἴ τις αὐτοὺς συντρίψει, εἶναι τοιοῦτοι τὰ ἔνδον. εἰσὶ δὲ καὶ ὠκίστοι οἵδε οὐ μόνον τῶν ὄνων, ἀλλὰ καὶ ἵππων, καὶ ἐλεφάντων. καὶ ὑπάρχονται μὲν ἡσυχῇ τοῦ δρόμου, κατὰ μικρὰ δὲ ἐπιῤῥώννυνται. καὶ διώκειν ἐκεῖνον, τοῦτο δὴ τὸ ποιητικὸν, μεταθεῖν τὰ ἀκίχητά ἐστιν. ὅταν γε μὴν ὁ θῆλυς τέκοι, καὶ περιάγηται τὰ ἀρτιγενῆ, σύνομοι αὐτοῖς οἱ πατέρες αὐτῶν γίνονται, φυλάττοντες τὰ βρέφη. διατρίβαι δὲ τοῖς ὄνοις τῶν Ἰνδικῶν πεδίων τὰ ἐρημότατα. ἐπιόντων δὲ τῶν Ἰνδῶν ἐπὶ τὴν ἄγραν αὐτῶν, τὰ μὲν ἀπαλὰ καὶ ἔτι παρὰ ἑαυτῶν νέμεσθαι κατόπιν ἐῶσιν, αὐτοὶ δὲ ὑπερμαχοῦσι, καὶ ἐπίασι τοῖς ἱππεῦσιν ὁμόσε, καὶ τοῖς κέρασι παίουσι. τοσαύτη δὲ ἄρα ἡ ἰσχὺς ἡ τῶνδέ ἐστιν, οὐδὲν ἀντέχει αὐτοῖς παιόμενον, ἀλλ' εἴκει καὶ διακόπτεται, καὶ ἐὰν τύχῃ κατέθλασται, καὶ ἀχρεῖόν ἐστιν. ἤδη δὲ καὶ ἵππων πλευραῖς ἐμπεσόντες διέσχισαν, καὶ τὰ σπλάγχνα ἐξέχεαν. ἔνθεν τοι καὶ ὀῤῥωδοῦσιν αὐτοῖς πλησιάζειν οἱ ἱππεῖς. τὸ γάρ τοι τίμημα τοῦ γενέσθαι πλησίον, θάνατός ἐστιν οἴκτιστος αὐτοῖς, καὶ ἀπόλλυνται καὶ αὐτοὶ καὶ ἵπποι. δεινοὶ δέ εἰσι καὶ λακτίσαι. δήγματα δὲ ἄρα ἐς τοσοῦτον καθικνεῖται αὐτῶν, ὡς ἀποσπᾶν τὸ περιληφθὲν πᾶν. ζῶντα μὲν οὖν τέλειον οὐκ ἂν λάβοις, βάλλονται δὲ ἀκοντίοις καὶ ὀϊστοῖς. καὶ τὰ κέρατα οὕτως τὰ ἐξ αὐτῶν Ἰνδοὶ νεκρῶν σκυλεύσαντες, ὡς εἶπον περιέπουσιν. ὄνῳ δὲ Ἰνδῶν ἄβρωτόν ἐστι κρέας· τὸ δὲ αἴτιον, πέφυκεν εἶναι πικρότατον.

703

Apud

Παρὰ

1. *Ista pleraque in excerpt. ſupra c. 25.*

a alii ἐκτρέψαι.

Παρὰ τῷ Αἰλιανῷ περὶ ζώων ἰδιότ. ὁ τῷ ε. κεφ. γ'.

Ὁ ποταμὸς ὁ Ἰνδὸς ἄθηρός ἐστι. [1] μόνος δὲ ὁ αὐτῷ τίκτεται σκώληξ Φασὶ, καὶ τὸ μὲν εἶδος αὐτῷ, ὁποῖον δήπου καὶ τοῖς ἐκ τῶν ξύλων γινομένοις τε καὶ
704 τρεφομένοις. ἑπτὰ δὲ πηχῶν τὸ μῆκος προήκουσιν οἱ ἐκεῖθι, εὑρεθεὶεν δ' ἂν καὶ μείζους ἔτι καὶ ἐλάττους. τὸ πάχος δὲ αὐτῶν, δικαέτης παῖς γεγονὼς μόλις ταῖς χερσὶ περιβάλλειν ἀρκέσειε. τούτοις δὴ ἄνω μὲν, εἷς ὀδοὺς προσπέφυκε, κάτω δὲ ἄλλος, τετράγωνοι δὲ ἄμφω, πυγόνος τὸ μῆκος. τοσοῦτον δὴ ἄρα τῶν ὀδόντων αὐτοῖς τὸ κράτος ἐστί· πᾶν ὅ, τι ὑπ' αὐτοῖς λάβωσι, συντρίβουσι ῥᾷστα, ἐάν τε ἥμερον ζῶον ἢ ἄγριον. καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν κάτω, καὶ ὑπὸ βυθῷ τοῦ ποταμοῦ διατρίβουσι, τῷ πηλῷ καὶ τῇ ἰλύϊ φιλυδοῦντες, καὶ ὑπεύθεν οὐκ εἰσὶν ἔκδηλοι· νύκτωρ δὲ προΐασιν ἐς τὴν γῆν, καὶ ὅτῳ ἂν περιτύχωσιν ἢ ἵππῳ, ἢ βοΐ, ἢ ὄνῳ, συντρίβουσιν αὐτόν· εἶτα σύρουσιν εἰς τὰ ἑαυτῶν ἤθη, καὶ ἐσθίουσιν ὑπὸ τῷ ποταμῷ· καὶ πάντα βρυχᾶσι τὰ μέλη, πλὴν τῆς τοῦ ζάου καλίας. εἰ δὲ αὐτοὺς καὶ ὑπὸ ἡμέρᾳ πιέζοι λιμὸς, εἴ τε κάμηλος πίνοι ἐπὶ τῆς ὄχθης, εἴ τε βοῦς, ὑπαιρπύσαντες καὶ λαβόμενοι ἄκρων τῶν χειλέων μάλα εὐλαβῶς, ὁρμῇ βιαιοτάτῃ καὶ ἕλξει ἐγκρατεῖ ἐς τὸ ὕδωρ ἄγουσι, καὶ δεῖπνον ἴσχουσι. δορὰ δὲ ἕκαστον περιαμπέχει τὸ πάχος καὶ δύο δακτύλων. ἄγρα δὲ ἡ κατ' αὐτῶν καὶ θήρα τρόπον τόνδε τετέχναται· ἄγκιστρον παχὺ καὶ ἰσχυρὸν ἀλύσει σιδηρᾷ προσηρτημένον καθιᾶσι, προσδήσαντες αὐτῷ λευκολίνου πλατέος ὅπλον, ἐρίῳ κατειλήσαντες καὶ τὸ ἄγκιστρον καὶ τὸ ὅπλον, ἵνα μὴ διατράγῃ ὁ σκώληξ αὐτά. ἀναπλέξαντες δὲ ἐς τὸ ἄγκιστρον ἅρπα ἢ ἔριφον, εἶτα μέντοι εἰς τὸ τοῦ ποταμοῦ ὕδωρ μεθιᾶσιν. ἕχονται δὲ ἄνθρωποι τοῦ ὅπλου καὶ τριάκοντα, καὶ ἕκαστος ἀκόντιόν τε ὠγκύλωται, καὶ μάχαιραν παρήρτηται. καὶ παράκειται ξύλα εὐτρεπῆ, παίειν εἰ δέοι, χρείας δέ ἐστι ταῦτα, ἰσχυρὰ ἄγαν. εἶτα περισχεθέντα τῷ ἀγκίστρῳ, καὶ τὸ δέλεαρ καταπιόντα, τὸν σκώληκα ἕλκουσι. θηραθέντα δὲ ἀποκτείνουσι, καὶ πρὸς τὴν εἵλην κρεμῶσι τριάκοντα ἡμερῶν. λείβεται δὲ ἐξ αὐτοῦ ἔλαιον παχὺ εἰς ἀγγεῖα κεράμου. ἀφίησι δὲ ἕκαστον ζῶον εἰς κοτύλας δέκα. τοῦτο δὴ τὸ ἔλαιον βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν κομίζουσι, σημεῖα ἐπιβάλλοντες. ἔχειν γὰρ αὐτοῦ ἄλλον οὐδ' ὅσον ῥανίδα ἐφεῖται. ἀχρεῖον δέ ἐστι τὸ λοιπὸν τοῦ ζώου σκῆνος. ἔχει δὲ ἄρα τὸ ἔλαιον ἰσχὺν ἐκείνην· ὄντινα ἂν ξύλων σωρὸν καταπρῆσαί τε καὶ εἰς ἀνθρακιὰν φορέσαι θελήσεις, κοτύλην ἐπιχέας τοῦδε, ἐξάψεις, μὴ πρότερον ὑποχέας πυρὸς σπέρμα· εἰ δὲ καταπρῆσαι ἄνθρωπον ἢ ζῶον, σὺ μὲν ἐπιχεῖς, τὸ δὲ παραχρῆμα συμπρήσθη. τούτῳ Φασὶ τὸν Περσῶν βασιλέα καὶ τὰς πόλεις αἱρεῖν, τὰς εἰς ἔχθραν προσελθούσας οἱ, καὶ μήτε κριὸν, μήτε χελώνας, μήτε τὰς ἄλλας ἑλεπόλεις ἀναμένειν, ἐπεὶ καταπιμπρὰς ἤρηκεν. ἀγγεῖα γὰρ κεραμέα ὅσον κοτύλην ἕκαστον χωροῦντα, ἐμπλήσας [2] αὐτὰ καὶ ἀποφράξας, ἄνωθεν εἰς
705 τὰς πύλας σφενδονᾷ· ὅταν τε τύχῃ θυρίδων, τὰ μὲν ἀγγεῖα προσαράττεται καὶ ἀπερράγη, καὶ τὸ ἔλαιον καταλίσθε· καὶ τῶν θυρῶν πῦρ κατεχύθη, καὶ ἄσβεστόν ἐστι. καὶ ὅπλα δὲ καίει καὶ ἀνθρώπους μαχομένους, καὶ ἄπληστόν ἐστι τὴν ἰσχύν. κομίζεται δὲ καὶ ἀφανίζεται πολλῷ Φορυτῷ καταχυθέντι. λέγει ὁ Κνίδιος Κτησίας ταῦτα [2].

Apud Aelianum lib. V. *de natura animal. c.* 3.

Indus fluvius beſtiarum ferarum expers est. ſolum in eo naſci vermem aiunt, ſpeciemque eorum qui ex ligno gignuntur et aluntur, gerere, ad ſeptem cubitorum longitudinem et eo amplius procedere. eius crasſitudinem decem annos natus puer, manibus vix complecti queat. Iis in ſuperiori oris ſede unus dens inest, in inferiori alter, ambo quadranguli cubiti fere longitudinem habent: tam validi, ut quodcunque animal iis corripuerint ſive cicur ſive ferum, facillime conterant. Interdiu ima in ſede fluminis verſatur, cæno gaudens et latitans: noctu vero ad terram procedit, et in quodcunque inciderit vel equum, vel bovem, vel aſinum, conficit, atque in ſuas ſedes trahit, et in flumen abſtruſus, membra omnia, excepto ventre, exedit. De die etiam ſi fame premitur, ſive camelus ſive bos in ripa bibit, violentiſſimo impetu ſumma labra mordicus comprehendit, et robuſto tractu in aquam abreptum edit. Eius pellis duorum digitorum craſſitudine est. Eiusmodi autem machinatione capitur: Hamum robuſtum ad ferream catenam alligant, adiuncto etiam fune ex albo latoque lino. Lanis autem et hamum et funem involvunt, ne a verme præmordeatur. Tum agnum aut hœdum ad illecebram in hamum implicant: deinde in fluvium demittunt. Triginta viri, ſinguli cum iaculo, loro inſerto, et enſe accincti ad funem adſtant. Adſunt et e corno ſudes bene robuſtæ, ſi percutere ſit neceſſe. deinde hamo captum trahunt, et abstractum interficiunt. Triginta dies appenſum ad ſolem ſinunt, atque ex eo in fictilia vaſa craſſum oleum ſtillat. Singuli vermes quinque olei ſextarios reddunt, quod quidem ipsum regi Indorum apportant, vaſis obſignatis. neque enim alii cuiquam vel guttam illius posſidere licet. Corpus reliquum inutile. Huius ea est vis olei, ut ſine ullo igne eius infuſa hemina quemcunque lignorum acervum comburat. Ac ſi vel hominem velis vel aliud animal exurere, primum ut hoc infuderis, funditus ſtatim deflagraverit. Eodem ipso Perſarum regem aiunt capere hoſtium urbeis: neque arietes, neque teſtudines, aliaque bellica tormenta ad eas capiendas opus esſe. nam cum fictilia vaſa unius heminæ capacia eo impleta et obſtructa in portas iaculatur, vaſa quidem ad portas alliſa rumpuntur, at oleum delapsum ignem circumfundit, ut reſtingui non posſit: et flamma inſaturabilis eomburit homines pugnantes pariter cum armis. Reſtinguitur autem multa inutili congerie, qualis per terram et vicos converritur, in eum iniecta. Hæc Cteſias Cnidius.

Παρὰ

Apud

1. *Excerpt. Ind.* c. 1. *et deſcriptio vermis* c. 27. 2. *Excerpt. Indic. c.* 11. *a alii* αὐτοῦ.

Apud Antigonum mirab. narrat. cong. hiſt. CLXV.

De paludibus Cteſiam narrare, eſſe in India paludes, unam quæ iniecta omnia demittit: ſicut et quæ in Sicilia et Media, demto auro, ære et ferro. et ſi quid obliquum incidat, rectum eiici: mederi autem vitiligini albæ. aliam, in qua ſtatis diebus oleum ſupernaret.

Παρὰ τῷ Ἀντιγόνῳ, ἱστορ. παραδ. συναγ. ἱστορ. ρξέ.

Περὶ δὲ λιμνῶν Κτησίας μὲν ἱστορεῖν λέγεται [1] τὰς ὁ Ἰνδοῖς λιμνὰς, τὴν μὲν τὰ εἰς αὐτὴν ἀφιέμενα [2] καταδέχεσθαι, καθάπερ τὴν ὁ Σικελίᾳ καὶ Μήδοις, πλὴν χρυσίου καὶ σίδηρου καὶ χαλκοῦ· καὶ ἄν τι ἐμπέσῃ πλάγιον, ὀρθὸν ἐκβάλλειν· ἰᾶσθαι δὲ τὴν καλουμένην λεύκην. τῇ δ' ἑτέρᾳ κατὰ τὰς ἰδιαζούσας ἡμέρας ἐπιπολάζειν ἔλαιον [3].

E Sotione ex iis quæ paſſim de fluviis, fontibus et lacubus mirabilia referuntur.

Fons est apud Indos, qui natantes in tertam eiaculatur quaſi ab inſtrumento: ut narrat Cteſias.

Ἐκ τῶν Σωτίωνος τῶν σποράδην περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν παραδοξολογουμένων.

Κρήνη δ' Ἰνδοῖς, ἣ τοὺς κολυμβῶντας ἐπὶ τὴν γῆν ἐκβάλλει ὡς ἀπ' ὀργάνου, ὡς ἱστορεῖ Κτησίας.

Apud Strabonem lib. XVI. *rerum geograph.*

Cteſiam vero Cnidium obſervaſſe, fontem quendam esſe, qui aquam rubicundam, ac minio plenam in mare emittat.

Παρὰ τοῦ Στράβωνος δ' τῷ ις'. γεωγραφ.

Κτησίαν δὲ τὸν Κνίδιον πηγὴν ἱστορεῖν ἐκδιδοῦσαν εἰς τὴν θάλατταν ἐρευθῆς, καὶ μιλτώδης ὕδωρ [4].

Apud Antigonum mirab. narrat. CLX.

Cteſiam ſcribere, in AEthiopia fontem aquam habere inſtar cinnabaris rubentem, quæ pota væcordes reddat.

Παρὰ τῷ Ἀντιγόνῳ ἱστορ. παραδ. ρξ'.

Κτησίαν δὲ (λέγειν) τὴν ὁ Αἰθιοπίᾳ τὸ μὲν ὕδωρ ἔχειν ἐρυθρὸν, ὡσανεὶ κιννάβαρι· τοὺς δ' ἀπ' αὐτῆς πίοντας, παράφρονας γίγνεσθαι [5].

Ex eiusdem Sotionis.

Cteſias narrat in AEthiopia fontem esſe, colore cinnabari ſimilem. bibentes vero ex eo mente alienari, adeo ut et quæ clam perpetrarint eloquantur.

Πάλιν ἐκ τῶν Σωτίωνος.

Κτησίας δὲ ὁ Αἰθιοπίᾳ κρήνην ἱστορεῖ τῷ χρώματι κιννάβαρι παραπλησίαν· τοὺς δὲ πίνοντας ἀπ' αὐτῆς, παραλλάττειν τὴν διάνοιαν, ὥστε καὶ τὰ κρυφίως πεπραγμένα ὁμολογεῖν.

Plinius lib. XXXI. *c.* 2.

Sed ibi in potando neceſſarius modus, ne lymphatos agat, quod in AEthiopia accidere his qui fonte rubro biberint Cteſias ſcribit.

Idem ibidem. 706

Cteſias tradit Siden vocari ſtagnum in Indis, in quo nihil innatet, omnia mergantur.

Idem lib. VII. *cap.* 2.

In multis autem montibus (*Indiæ*) genus hominum capitibus caninis, ferarum pellibus velari, pro voce latratum edere, unguibus armatum venatu et aucupio veſci. Horum ſupra centum viginti millia [6] fuiſſe prodente ſe, Cteſias ſcribit: et in quadam gente Indiæ, feminas ſemel in vita parere, genitosque confeſtim caneſcere [7]. Item hominum genus, qui Monoſceli vocarentur, ſingulis cruribus, miræ pernicitatis ad ſaltum: eosdemque [8] Sciopodas vocari, quod in maiori æſtu humi iacentes reſupini, umbra ſe pedum protegant: non longe eos a Trogloditis abeſſe. Rurſusque ab his occidentem verſus quosdam ſine cervice, oculos in humeris habentes.

Ibidem.

Cteſias gentem ex his quæ appellatur Pandoræ, in convallibus ſitam, annos ducenos vivere, in iuventa candido capillo, qui in ſenectute nigreſcat [9]. Contra alios quadragenos non excedere annos, iunctos Macrobiis, quorum feminæ ſemel pariant: idque et Agatharchides tradit. Præterea locuſtis eos ali, et eſſe pernices.

Idem

1. *forte id tradidit idem Callimachus Cyrenæus, ni fallor, e cuius παραδόξων ἐκλογῇ et mox ſequens fragmentum Antigonus decerpſit.* 2. *A. Schott. Notis ad Excerpt. Ind. c.* 30. *ubi hæc quoque habes, emendat inde hic μὴ καταδ.* 3. *ſupra, puto, Exc. Ind. c.* 11. 4. *ex Artemidoro de mari rubro tradit hæc Strabo.* 5. *forte pertinere ad c.* 14. *Indic. excerpt. coniectat ibi A. Schottus.* 6. Excerpt. Indic. ſupra c. 20. 7. Excerpt. Indic. c. 31. 8. *Cteſiæ fragmentum extat apud Harpocrationem in σκιάποδες. quod mox addemus.* 9. Excerpt. c. 31.

Idem lib. XXXVII. *cap.* 2.

Cteſias Indis flumen eſſe Hypobarum, quo vocabulo ſignificetur omnia vaſa ferre bona: fluere a ſeptentrione in exortivum Oceanum iuxta montem ſylveſtrem arboribus electrum ferentibus. Arbores eas aphytacoras vocari, qua appellatione ſignificetur prædulcis ſuavitas.

Ἀουκιανὸς ἐν τῷ ά ἀληθοῦς ἱστορίας λόγῳ.

Κτησίας ὁ Κτησίοχου, ὁ Κνίδιος, συνέγραψε περὶ τῆς Ἰνδῶν χώρας, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς, ἃ μήτε αὐτὸς εἶδε, μήτε ἄλλου εἰπόντος ἤκουσεν.

Lucianus lib. I. *veræ hiſtoriæ.*

Cteſias, Cteſiochi filius, Cnidius, conſcripſit de Indorum regione, deque iis quæ apud illos ſunt, ea quæ nec ipſe vidit, nec ex ullius ſermone audivit.

Στράβων ἐν τῷ ά γεωγρ.

Θεόπομπος δὲ ἐξομολογεῖται φήσας, ὅτι καὶ μύθους ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐρεῖ κρεῖττον, ἢ ὡς Ἡρόδοτος, καὶ Κτησίας, καὶ Ἑλλανίκος, καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες.

Strabo lib. I. *geograph.*

Theopompus quidem diſerte profitetur ſe in hiſtoria fabulas narraturum rectius quam fecerint Herodotus, Cteſias, Hellanicus, et Indicarum rerum ſcriptores.

Ἰωάννης ὁ Τζέτζης χιλ. ζ'. στίχ. χλή.

Ὁ Σκύλαξ οὗτος γράφει δὲ καὶ ἕτερα μυρία,
Περί γε μονοφθάλμων τε, καὶ τῶν [1] ἑνοτικτόντων.
Καὶ ἐκτραπέλων ἄλλων δὲ μυρίων θεαμάτων.
Ταῦτά φησι δ' ὡς ἀληθῆ, μηδὲ τῶν ἐψευσμένων.
Ἐγὼ τῇ ἀπειρίᾳ δὲ, ταῦτα ψευδῆ νομίζω.
707 Ὅτι δ' εἰσὶ τῶν ἀληθῶν, ἄλλοι φασὶ μύριοι,
Τοιαῦτα, καὶ καινότερα, θεάσασθαι ἐν βίῳ.
Κτησίας, καὶ Ἰάμβουλος, Ἡσίγονος, Ῥηγῖνος
κ. τ. λ.

Ioannes Tzetzes chil. VII. *vers.* 638.

Scylax iste (Caryandeus) ſcribit et alia innumera,
De Monophthalmis, atque Henotictontis,
Et facetis aliis quoque compluribus ſpectris.
Hæc refert autem ut vera neque ut falſa.
Ego autem per inexperientiam hæc falſa opinor.
Quod autem ſint vera, alii dicunt innumeri,
Talia, atque abſurdiora ſpectari in vita:
Cteſias, et Iambulus, Heſigonus, Rheginus etc.

AEneas Platonicus in Theophraſto, interprete Ambroſio Camaldulenſi.

Huius vanitatis imitator Apollonius ille Cappadox postea fuit, dum de his, qui apud rudes erant ſapientes, fabellas huiusmodi texeret, Græcisque referret, quod illi ſcilicet noſſent, quinam aliquando fuiſſent. Bene ſane naviter ad eos teſtes confugit, qui extra orbem ſunt. Sic tamen et ipse mendax convincitur. Nam neque Cteſias, qui de Indis plurima ac fabuloſa conſcripſit, usquam has fabulas intexit, neque Arrianus, qui Alexandri hiſtoriam verius quam fabuloſius ſcribit, ullam huius dogmatis mentionem facit, cum Brachmanum et Alexandri congreſſionem diligenter exequatur [2].

Gellius lib. IX. *Noct. Attic. cap.* 4.

Cum e Græcia in Italiam rediremus, et Brundiſium iremus; egreſſique e navi in terram in portu illo incluto ſpatiaremur, quem Q. Ennius remotiore paulum ſed admodum ſcito vocabulo *præpetem* appellavit: faſces librorum venalium expoſitos vidimus. atque ego avide ſtatim pergo ad libros. Erant autem isti omnes libri Græci miraculorum fabularumque pleni; res inauditæ, incredulæ; ſcriptores veteres non parvæ auctoritatis, Ariſteas Proconneſius et Iſigonus Nicæenſis et Cteſias et Oneſicritus et Polyſtephanus et Hegeſias. Ipsa autem volumina ex diutino ſitu ſqualebant, et habitu adſpectuque tætro erant. accesſi tamen percunctatusque pretium ſum: et adductus mira atque inſperata vilitate, libros plurimos ære pauco emo; eosque omnis duabus proximis noctibus curſim transeo: atque in legendo carpſi exinde quædam et notavi mirabilia et ſcriptoribus fere noſtris intentata; *etc. quæ ibidem qui volet, legat: nos pauca quæ ad Indica ſpectant, ſubiiciemus inde, ista ſcilicet.*

Item eſſe in montibus terræ Indiæ homines caninis capitibus et latrantibus; eosque veſci avium et ferarum venatibus: atque eſſe item alia apud ultimas orientis terras miracula homines, qui monocoli appellantur, ſingulis cruribus ſaltuatim currentes vivacisſimæ pernicitatis: quosdam eſſe nullis cervicibus, oculos in humeris habentes. iam vero hoc egreditur omnem modum admirationis, quod iidem illi ſcriptores gentem eſſe aiunt, apud extrema Indiæ, corporibus hirtis et avium ritu plumantibus, nullo cibatu veſcentem, ſed ſpiritu florum naribus hauſto victitantem: Pygmæos quoque haud longe ab his naſci; quorum qui longisſimi ſint, non longiores eſſe, quam pedes duo et quadrantem. Hæc atque alia istiusmodi plura legimus. ſed, cum ea ſcriberemus, tenuit nos non idoneæ ſcripturæ tædium nihil ad ornandum iuvandumque uſum vitæ pertinentis. *etc.*

TOY EIVS-

1. *monſtra hominum monſtroſe in mendo cubant; atque in auribus debebant. emenda itaque metum* ἐνωτοκοίτων (*niſi* ἐνωτοκοί τῶν *rectius*) et Enotoccetis *in verſione. Strabo l.* XIII. ἐνωτοκοίτας δὲ ποδήρη τὰ ὦτα ἔχοντας, ὡς ἐγκαθεύδειν. κ. λ. τ. *ubi ſtatim et* Μονομμάτους *ſubiicit.* 2. *Hæc deſcripta ex AEnea accepimus a viro nob. et cl. M. Goldaſto.*

EIVSDEM CTESIAE

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΤΗΣΙΟΥ

Alia quædam ſcripta, quorum fit mentio.

Ἄλλα τινὰ συγγράμματα, ὧν μνήμη ποιοῦνται.

PERIODI.

ΠΕΡΙΟΔΟΙ.

Apud Scholiaſten Apollonii in lib. II. *Argonaut.*

Παρὰ τῷ σχολιαστῇ τοῦ Ἀπολλωνίου εἰς τὸ β' τῶν Ἀργοναυτ.

Meminit eius [montis Sacri] et Cteſias libro primo periodon.

Μέμνηται αὐτοῦ [Ἱεροῦ ὄρους] καὶ Κτησίας ὁ τῷ ἀ περιόδων.

Item in antecedentibus.

Καὶ ὁ τοῖς πρόσθεν ὁ αὐτός. 708

Quod vero Amaranta montes ſint Colchorum, exponit Cteſias in libro ſecundo.

Ὅτι δὲ Ἀμάραντα ὄρη ἐστὶ Κόλχων, ἱστορεῖ Κτησίας ὁ β'.

PERIPLI, VEL PERIPLVS ASIAE.

ΠΕΡΙΠΛΟΙ, Η ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΑΣΙΑΣ.

Apud Stephanum in Ethnicis.

Παρὰ τῷ Στεφάνῳ ὁ ἐθνικοῖς.

Sigynus, urbs AEgyptiorum, ut Cteſias primo periplon libro.

Σίγυνος, πόλις Αἰγυπτίων, ὡς Κτησίας ὁ πρώτῳ περίπλων.

Apud Harpocrationem in lexico, voce Sciapodes.

Παρὰ τῷ Ἁρποκρατίωνι ὁ λεξικῷ· ὁ Σκιάποδες.

Cteſias in periplo Aſiæ ait: Super hos populus nomine Sciapodes. et habent pedes non aliter ac anſeres admodum latos. quandoque calet, illi ſupini procidunt, et ſublatis cruribus, umbram ſibi pedibus efficiunt.

Κτησίας ὁ περίπλῳ Ἀσίας φησίν, Ὑπὲρ δὲ τούτων σκιάποδες ὄνομα. τοὺς τε πόδας, ὥσπερ οἱ χῆνες ἔχουσι κάρλα πλατέας. καὶ ὅταν θέρμη ᾖ, ὕπτιοι ἀναπεσόντες, ἄραντες τὰ σκέλη, σκιάζονται τοῖς πόσιν.

DE MONTIBVS, SI TITVLVS NON FALLIT.

ΠΕΡΙ ΟΡΩΝ, [1] ΕΙ ΜΗ ΣΦΑΛΛΟΜΕΘΑ.

Apud Stobæum, ſermone de Morbo.

Παρὰ τῷ Στοβαίῳ, λόγῳ περὶ νόσου.

Eſt in Myſia mons, appellatus Teuthras, in quo naſcitur lapis Antipathes cognominatus, qui efficacisſimus eſt adverſus vitiliginem et lepram, ſi vino conteratur, et ægrotis ita imponatur.

Ὄρος ἐστὶ τῆς Μυσίας Τεύθρας καλούμενον, γενᾶται δ' ὁ αὐτῷ λίθος ἀντιπαθὴς προσονομαζόμενος, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς ἀλφοὺς καὶ λέπρας, δι' οἴνου τριβόμενος, καὶ τοῖς πάσχουσιν ἐπιτιθέμενος.

DE ASIATICIS TRIBVTIS.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΣΙΑΝ ΦΟΡΩΝ.

Apud Athenæum lib. II. *Dipnoſoph.*

Παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ Δειπνοσοφ. β'.

Cteſias autem Carmaniam oleum acanthinum producere, et eo regem uti, ait. Qui etiam in libro quem de Aſiaticis tributis ſcripſit, cœnæ regiæ apparatum deſcribens, neque piperis neque aceti meminit, quod unum inter condimenta eſt optimum. Ac ne Dino quidem in Perſicis ſcriptis: qui memorat alioqui et ſalem Ammoniacum et aquam Nili ad regem mitti.

Κτησίας δὲ ὁ Καρμανίᾳ φησὶ γίνεσθαι ἔλαιον ἐξ ἀκάνθων, ᾧ χρῆσθαι βασιλέα. ὃς καὶ καταλέγων ὁ τῷ περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Φόρων τρίτῳ βιβλίῳ πάντα τὰ τῷ βασιλεῖ παρασκευαζόμενα ἐπὶ τὸ δεῖπνον, οὔτε πεπέρεως μέμνηται, οὔτε ὄξους, ὃ μόνον ἄριστόν ἐστι τῶν ἡδυσμάτων. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ Δείνων ὁ τῇ Περσικῇ πραγματείᾳ· δοκεῖ φησὶ καὶ ἅλας Ἀμμωνιακὸς ἀπ' Αἰγύπτου ἀποπέμπεσθαι βασιλεῖ, καὶ ὕδωρ ἐκ τοῦ Νείλου.

Apud eundem lib. X.

Παρὰ τῷ αὐτῷ Δειπνοσ. ί. 709

Amyntas quoque, in libro qui *ſathmoi* inſcribitur,

Ἀμύντας ἐν τοῖς ϛαθμοις, τὸ τῶν Ταπύρων [4] ἔθνος φη-

1. *Non additur ex περιόδοις eſſe in illis ſcholiis: inde tamen, unde et alterum, depromptum ſuſpicor.* 2. *Opto ſæpe Græce illos indices auctorum in Stobæo ad oram exſtare: et non nemo, credo, mecum alius. Latinus ſaltem hic exſtat*, Cteſiæ Cnidii. lib. 2. de Montibus *quem interim cum Briſſonio ſequuti ſumus.* 3. *v. clariſſ. Caſaubon.* 2. *Athen.* 25. *ubi inter alia*, Oleum, *ait*, acanthinum ex quo ſpinæ genere conficerent Carmani, tam incertum mihi, quam illud eſt certum, falli eos qui emendant Cteſiæ locum hunc, et ſcribunt, οἰνάνθινον, *oſtenditque eodem modo hæc Athenæi ab Euſtathio adferri.* 4. *Tapyrorum φιλονικίαν et AElianus commemorat, ut indicat Caſaub.* 10. *Athen.* 12.

φησὶν οὕτω φίλοινον εἶναι, ὡς καὶ ἀλείμματι ἄλλῳ μηδενὶ χρῆσθαι ἢ τῷ οἴνῳ. τὰ δ' αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Κτησίας ὁ τῷ περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Φέρων. οὗτος δὲ καὶ δικαιοτάτους αὐτοὺς λέγει εἶναι.

bitur, Tapyrorum gentem ita vino deditam esse tradit, ut ne ad ungendum quidem alia re ulla quam vino utatur. Eadem autem et Cteſias commembrat in libro quem de Aſiaticis tributis ſcripſit: qui et iuſtiſſimos eſſe illos tradit.

Sed fere oblitus ſai loci adhuc apud Antigonum ἐν ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγῇ *ubi tamen liquido quid ſcripſerit Cteſias indicare tibi non poſſum. Poſtquam enim narravit Cranone, urbe Theſſaliæ, eſſe ſaltem duos corvos, nec unquam plures ibi viſos; quibus interiicit de incolarum æreo curru ſacro, quo pulſato et deum precati impetrant pluviam: tum ex Theopompo addit, eos corvos tamdiu Cranone morari dum pullos educaverint, quibus tum relictis ipſi abeant ſtatim. Poſt quæ ita ait, hiſtoria, ut ſignant,* XVI.

G. Xyl. interprete.

Καὶ ἐν Ἐκβατάνοις δὲ καὶ ὁ Πέρσαις Κτησίας ἱστορεῖ παραπλήσιόν τι τούτοις· διὰ δὲ τὸ αὐτὸν πολλὰ ψεύδεσθαι παρελείπομεν τὴν ἐκλογήν. καὶ γὰς ἐφαίνετο τερατώδης.

Narrat Cteſias aliquid huic hiſtoriæ adſimile, quod Ecbatanis et in Perſia fiat. Sed quia multa is mentitur, nos decerpere eam narrationem, cum monſtroſa videatur, omiſimus.

ΤΕΛΟΣ. ΤΩ ΘΕΩ ΔΟΞΑ.

A P-

APPENDIX POSTREMA

AD

HERODOTUM,

EXCERPTA CONPLECTENS

EX

CAMERARII et H. STEPHANI Prafationibus;

Adnotationes V. Cl. THOMAE GALEI,

JACOBI GRONOVII

ET

ΛΕΞΙΚΟΝ

ΤΩΝ

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΛΕΞΕΩΝ.

EX

JOACHIMI CAMERARII
PRO OEMIO
IN HISTORIAS HERODOTI.

QUUM Ricardus Crocus, Britannus, qui Lipſiam advenerat, ſtatuiſſet domi ſuæ quibus- 710
dam privata opera Herodoti hiſtorias explicare, nos etiam tum ad hunc autorem cognoſcendum a magiſtro ſumus miſſi. Etſi autem Crocus vix pervenit ad ſecundum illius autoris librum enarratione ſua, ego tamen captus dulcedine et elegantia atque etiam facilitate ſcriptorum, quum celeriter diverſitatem quandam ſermonis, quam διάλεκτον vocant, percepiſſem, ita postea ſemper in illo legendo hæſi atque perſeveravi, ut qualemcunque (ſentio enim quam exigua hæc ſit) facultatem Græcæ linguæ conſequuti ſumus, eam magna ex parte Herodoti lectioni acceptam referre debeamus. Itaque et nunc eum, quo tum uſus fui, (acceptum a magiſtro) Herodoti codicem, tractatum verſatumque a me plurimum, omnibus in pagellis notatiunculis et ſcriptura noſtra inſignem, inter alios omnes et diligo maxime, et quoties forte aſpexi, non unquam fere temperare mihi poſſum, quin aperiam, et in eo aliquid legam. Tum redit in memoriam puerilis ſtudii iucundiſſima cogitatio: et illum laborem mediocrem, non tamen fuiſſe omnino ἄλιον, οὐδ' ἀτέλεστον ἰδρῶθ' ὃν ἵδρωσα, lætor. Autorem autem iſtum tanti facio animo meo, ut nullum omnium aliorum huic merito anteponi poſſe cenſeam.

Paulo post.

Neque me fugit, poſſe hoc teſtimonium de Herodoto meum videri magis amoris eſſe erga illum tam longo tempore confirmati, quam iudicii, vel etiam illo hoc eſſe corruptum. Notum enim quod et aſtrologi uſurpant, τὴν φιλίαν καὶ τὸ μῖσος ἐλαττοῦν τὰ μέγιστα, καὶ μεγαλύνειν τὰ σμικρότατα. Quapropter hoc loco placuit cauſſas exponere, cur tanti facerem illum; et veluti rationes referre ſententiæ noſtræ, atque etiam reſpondere iis, quæ reſciviſſemus adverſus ipsum dici ſolere: ut intelligi poſſet, neque nos temere aut de puerili perſuaſione quadam illum celebrare, et inſectatores ipsius ad malignitatis crimen quandam etiam imprudentiæ ignominiam ſibi accerſere. Ac noſtra ſententia paucis illa quidem confirmabitur, reſponſio erit longior, ut neceſſe est: de qua tamen et ipsa, inductio animi mei et rationum concluſio magis atque certius poterit perſpici. Quum igitur in quocunque autore in primis id quod ab illo ſuſceptum est ad exponendum, et ipsa expoſitio, conſiderari ſoleat: in priore hæc fere ſpectanda ad laudem exiſtimo, ſi eæ res ſumptæ delectæque ſint, quarum cognitione alii adiuvari, quæque ipsæ ſuapte bonitate placere poſſe videantur: in poſteriore, ſi expoſitio ſit verbis ſententiisque apta atque conſentanea. Quæ breviter dicta late patent ad intelligendum. Sed in utroque quid Herodotus neglexit, vel non præſtitit potius, quominus præclariſſimus et celeberrimus autor haberi debeat? Nam quæ accedit antiquitatis autoritas, quanti et ipsa ſit putanda, quantumque ponderis habeat, quis non videt? Quisve ignorat, omnium conſenſu maximam huic laudem, admirationem, reverentiam deberi? Quum autem priorum temporum hiſtorias, variarum quidem gentium, ſed potiſſimum Perſarum et Græcorum, componendas et narratione ſua exequendas ſuſcepiſſet, nonne potius præcipuas et præclaras res complexus est expoſitione ſua, quam nihili atque futiles? ut fecere, fortaſſe et veteres aliqui, certe poſteriorum ex illo genere ſophiſtico multi, qui nihil niſi inani quadam oblectatione animos levium quorundam afficere ſtuduerunt: ſicut ille AEthiopicorum et Deæ Syriæ autor: de quibus facile exiſtimari potest de ſimilibus operibus aliorum. Ergo nihil tale in hoc eſſe autore affirmo? Minime equidem: ſed hoc caput eſſe hiſtoriæ nego, quum ſit potius expolitio et exaggeratio quædam illius. Argumentum autem et caput quod? fundationes, everſiones, mutationes regnorum maximorum, opulentiſſimarum urbium expugnationes, ſucceſſiones potentiſſimorum regum, celeberrimarum civitatum fortunæ et imperia. Oratio vero nonne placidiſſime decurrens, omnibus ornamentis conſpicua est et illuſtris? Sola compoſitione (ut Ci- 711
ceroni placet) diſſolutior, id est, numeris carens: quum naturalium quædam in illa tamen numerorum modulatio inſit, a quo ipso etiam præſtantia quædam non abest. Narrationes ſunt diſertæ: indicationes expreſſæ et ſpecioſæ: explicationes accuratæ et evidentes: collectiones certæ atque plenæ: in his rerum geſtarum, hominum, temporum fides: accurata compertorum relatio, dubiorum coniectura ſagax, fabuloſorum verecunda commemoratio: mira ubique ſimplicitas, et eximius quidam candor. Quæ omnia hiſtoriæ potiſſimum famam, dignitatem, virtutem conſtituunt et perficiunt.

His breviter et ſtrictim commemoratis, ad ea, quæ in hoc autore reprehendi, quorumque nomine vituperari a quibusdam ille ſolet, accedamus. Contra quæ quum dicemus, etiam eorum pleraque, quæ poſuimus paulo ante, tractabuntur copioſius et enodatius. Ac primum de illa vulgari et ſane veteri accuſatione mendaciorum pauca diſeramus: non enim certe res ipsa multa deſiderat. Aldus etiam Manutius iam hoc ante nos crimen diluit. Sed quænam ſunt illa obſecro mendacia? Quidam ſane profitentur, ea ſe annotaſſe et confutaſſe: quæ utinam pervenisſent in manus noſtras, ita enim futura eſſet reſponſio copioſior. Neque deſunt, qui Herodoti potiſſimum ſcripta illi ſatyræ (*Iuven. ſat.* 10.) inſectationi occaſionem præbuiſſe perhibeant, ut audaciam mentiendi in hiſtoria Græcorum exagitaret. Nam Athos (ut ille loquitur) velificatus, deridetur, et compedes Helleſponti, epotaque flumina Medo. Nonnulli fabuloſas quasdam narratiunculas inſertas paſſim hiſtoriæ, ut huius gravitate indignas, reiiciunt, et propter illas autorem mendacii damnant. Sed de iis, quæ memorantur ab Herodoto propter magnitudinem nobis incredibilia, periniquum fuerit iudicium, ſi non vera eſſe ideo ſtatuemus, quod notis cuique rebus, moribus, diſciplinæ non ſimilia, neque rationibus noſtris congruentia eſſe videantur, ſique non niſi iis, quæ facile intelligere et animo complecti poſſimus, fidem habendam eſſe ducemus. Quam multa illi ipsi, qui hæc antiquiora falſa fictaque eſſe affirmare audent, ſe vidiſſe referunt et pro certis commemorant, a quibus aſſenſio legentium refugit? Etiam poſteris hoc noſtris accidet, ut multa, quæ nunc nimis vere fiunt atque geruntur, expoſitione inflata et amplificata eſſe ſuſpicentur. Sunt ſane quædam inaniora (non enim nego) in talibus, ut in peregrinatorum, qui adiere illa loca, quæ tellus extrema refuſo ſummovet oceano, fermonibus. Cuius inhumanitatis tamen fuerit, univerſum genus narrationum iſtarum ſemel abiicere ut futile et vanum? Quod ſi fiat, omnem hiſtoriæ rationem confundi, habitumque perverti neceſſe ſit. Quid de Babylone prodiderit Herodotus, non est ignotum. Hæc nobis ſcilicet probabuntur de ſenſu et cognitione oppidulorum noſtrorum. Quid enim ad illa ſpatia, vel maximæ urbis omnium, quas novimus, ambitus? itaque et Ariſtoteles (*Polit.* 3.) gentem regionemve appellandam potius Babylona, et ſiqua alia æqualis fuerit, quam civitatem aut urbem, cenſet. Quid, de fertilitate ſoli Aſſyrii quæ narrat, an nos credere poterimus de noſtris arvis? Quo tamen loco ipse ignorantiæ incredulitatem refutavit, ſic enim ait (*In Clio*, c. 193.) *Ita bene fert ea terra fruges, ut nunquam non reddat ducena: ſi autem quam potest optime tulerit, reddit trecena. Folia tritici et hordei lata naſcuntur digitis commodis quatuor. At milii et ſeſami quam proceræ arbores exeant, in ſcientia certa non memorabo. Intelligo enim, eos qui in regione Babyloniorum non fuere, minime credituros vel ea, quæ de frugibus modo diximus.* Sunt autem hæc etiam diſtinguenda. Alia enim ad utilitatem aliquam legentium, vel explicationem eorum, de quibus narratio fit, re-

referuntur atque pertinent: ut Babylonis descriptio (*Clio*, *c.* 178. *et f.*) et copiarum Xerxis enumeratio (*Polymnia*, *c.* 61. *et f.*) de quorum altero facile perspiceretur, merito fuisse securos cives in tali et ita munita urbe: alterum et potentiam regni Asiatici, et in quod tum periculum Græcia venerit, demonstrat. Utrumque autem documentum quoddam dat, nullas, quamvis magnas, vires, infractas, neque opes invictas esse. In aliis nihil quæritur, nisi vel delectatio, vel ut audientium animi moveantur nova mirabilique narratione: ut de gryphibus (*Euterpe*. 73.) formicis Indicis (*Thalia*, *c.* 102. *et* 116.) Phœnice (*Melpom. c.* 13.) et his similibus. Horum, ut illa omni equidem mendacii crimine plane libero, ita haud facile concesfero, in horum ullo mendacii manifesti autorem redarguendum esse, quum tot derisa quondam et exibilata, pæne iam comperta esse existimentur: quumque non minus istis a veritate abhorrentia multa asseverentur ab iis, qui non audivisse de aliis, sed seipsos aspexisse dictitent: ut nihil tam sit absurdum, quin fidem reperire posse videatur. Sed ab his recedamus.

712 Ob fabulosas quidem narratiunculas tantum abest, ut quasi mendacem incesfi vituperarique autorem hunc debere putem, ut etiam, quum et aptissime illas inseruerit, et bellissime concinnarit, et venustissime composuerit, admirandus: quumque instructionem in singulis aliquam vitæ, consiliorum, actionum comprehenderit, eximiam gratiam quoque ab omnibus meritus esse videatur. Quid quod fidem suam in his fere liberat, cavetque, ne quis simplicior decipiatur, quum addit semper huiusmodi quiddam, *Ut ferunt*, *Ut ego audivi*, *Quod veri mihi quidem simile non fit.* In Euterpe vero (*c.* 131.) plane refutat illam fabulam de præcisis ancillarum manibus, *Hæc garrientes ita narrare mihi quidem videntur.* Item Melpomene (*c.* 173.) fabulam de Psyllis præmunit. ea enim quæ Afri perhibeant, se memorare ait. Quid autem dicit in Polymnia (*c.* 152.) quod meminisse in tota historia vult lectorem? *Ego* inquit, *quæ fando cognovi, exponere narratione mea debeo omnia: credere autem, esse vera omnia, non debeo.* In coniecturis quidem sequendis, quum de apparentibus (ut ipse ait *Euterpe*, *c.* 33.) obscura colligere studeret, si falsus est, cui obsecro omnium hoc non accidit? Neque qui tale aliquod erratum in scriptis veterum animadvertit, sibi ideo placere et illum contemnere debet, quod fere ineruditiores isti facere consuevere, qui exultant ad hos notationum et reprehensionum successus, non secus acsi thesaurum invenisfent: quum hic vere tum thesaurus (secundum vetus verbum) in carbones evadat. Sed paulum etiam ad fabulas illas revertamur: quæ, obsecro, cur offendunt animum cuiusquam, quum veritati et integritati historiæ minime officiant? Sed ut insertæ apud Thucydidem conciones, (quas certe nemo, ut opinor, non confictas, neque non quidem nullas, sed non tales ab iis, quibus attribuuntur habitas esse videt) illæ tamen ut in gravitate huius autoris, admirationem, ita in dulcedine nostri, fabellæ voluptatem habent. At egressiones, et nihil ad rem pertinentium quasi inculcationes, ab historia alienæ sunt. De quo equidem aliter sentio, neque in hoc, neque ullo in genere eruditionem, intelligentiam, doctrinam quasi in angustum cogendam, ut non liceat evagari et excurrere, si libeat, longius. Immo vel solus hic fructus est ingenii et industriæ studiorum, ut veluti ostentatione iactantiaque sui gloriam laudemque petat. Auferat in his mihi aliquis ista: incorruptam, sanctam, castam, ut virginem, debere esse historiam. Non corrumpunt enim, non violant hæc illam: sed exornant, ut aurum et gemmæ pudicissimarum quoque corpora, purissima illa quidem. Nam ut malæ et profligati pudoris feminæ insigniorem reddunt comptu turpitudinem suam: ita, quamvis varia copiosaque sit quasi emblematis quibusdam, summa historiæ falsa et commentitia, merito in sua hæc infamia quasi superba improbetur. Itaque non inornatam, non nudam, non contractam, sed splendidam, vestitam, explicatam (dummodo integram, et, ut ita dicam, probam et incorruptam) decet esse historiam. Cuius fidem omnem nonne in temporum indicatione, in nominum commemoratione, in rerum tam bello, quam pace a quibusque susceptarum atque gestarum certa enarratione, in occasionum consiliorumque prudenti persecutione omnes positam esse sentiunt? Quæ universa nostrum autorem existimo et custodisse diligenter, et præstitisse præclare. Quæ enim tempora indicavit falso, quæve confudit? Quorum hominum locorumve nomina posuit perperam? Res autem ab iis gestas, quos complexus fuit narratione sua, accurate illas quidem retulisse, non dubitarim asseverare: certo autem et vere quoque, libenter equidem crediderim, quanquam ab aliquibus assensio quodammodo refugiat. In consiliis profecto et occasionibus recensendis, qui circumspectionem et prudentiam requirit maiorem, nimium is quidem esse fastidiosus mihi videtur. Ad hæc, si, ut in tabula magni et memorabilis argumenti, adiuncta sunt veluti παρεργον, quibus undique illa insignis et conspicua reddatur, cuius quæso vel rationis vel sapientiæ, ne dicam, incogitantiæ et stultitiæ, fuerit reprehendere? Quum autem historia non solum delectationem cognitionis, sed instructionem etiam animorum continere debeat, ut et voluptatem et utilitatem afferat legentibus: si his ipsis, quæ ut fabulosa notantur, etiam monita utilia atque salutaria multa insunt, quis iam eos non modo qui vituperent, sed qui laudent, iniquius ferre omnino possit? Fuit Candaules rex Lydorum: (*Clio*, *c.* 7.) nemo, ut opinor, negare audet. Hoc tempore in aliam familiam translatum fuit regnum Lydiæ, an quisquam falso hoc proditum dicit? Cur igitur illa iam culpant de satellite coacto aspicere nudam reginam? Quæ si, quod haud scio, an non sint, conficta essent, quanti multis de caussis fieri mererentur? Nonne illam perversionem animorum, quæ ita mirabiliter, ut divinitus effici videatur, sæpe urgentibus fatalibus casibus animadvertitur, demonstrant? Quam speciosis et bonis sententiis illustris est narratio? Idem et in aliis multis
713 poteram, sine ullo exquisitionis labore, ostendere. Expugnari præter omnium metum et opinionem Sardis oportuit. Sit iam illud de puero nato cum capite leonino falsum, (*Clio*, *c.* 84.) (quod fortasse minime est) quam pulchrum hoc? quod non circum ille urbem totam latus fuit: quod si factum fuisset, capi secundum responsum divinorum urbs non posset. Sint sane illa Scytharum dona fictitia: (*Melpom. c.* 131.) quid incommoditatis tamen habet, vel quid potius pulchritudinis et bonitatis non habet cum enarratio, tum interpretatio elegans, festiva, acuta? Sed quare ego pravitate quadam animi, non vera esse potius, id est, ita audita cognitaque autori, putem? Eadem et de Xerxis somnio, (*Polymnia*, *c.* 14.) de regibus Macedonum, (*Uriana*, *c.* 137.) deque aliis similibus dici possint. Quapropter, quod ad crimen hoc vanitatis attinet, prorsus in nostro autore turpitudinem illam et mendaciorum maculas detersas esse confido. Neque possum bono animo constituere meo, qui factum esse existimem, ut a veteribus quoque illud in hunc conferretur. Nisi unus fortasse aliquis plures in errorem induxit, aut invidia odiumve, vel (ut mollius dicam) animi certa quædam destinataque inductio quosdam ad huiuscemodi calumnias impulit. Sed hæc velle exquirere omittamus.

Nunc ad aliam maiore studio susceptam et gravius atque inimicius factam accusationem veniendum, quam intendit huic vir magnæ doctrinæ et sapientiæ laude clarus, Plutarchus Chæronensis, qui nostrum autorem acerbissime postulavit et convincere conatus est malignitatis, edito libello, cui præscripsit περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας. Contra quæ, etsi singularis est viri autoritas et celebris eruditio, concedi tamen nobis oportere puto, ut pro Herodoto dicere liceat: si illi permittitur, contra non minus se, quam nobis ipse est, antiquiorem Herodotum scriptio, atque aliquanto certe præstantiorem multis nominibus virtutum. Ipse quidem Plutarchus quo paratior venit ad maledicendum Herodoto, et in eo copiosus fuit ac vehemens, hoc minus læsisse illum, putari debet. Quis est vero, qui non laudatissima quoque conviciis impetere posse videatur, quum Zoilos et Xenophanes suos habuerit Homerus? Quid autem verbis conquirere et comprehendere homini non infanti neque obtuso difficile? Et dicit hoc egregie AEneas ad Achillem, *Iliad. v.*

Multa licet memoret convicia uterque vicissim,
Quæ neque centenis remis instructa carina
Perferat, ipsa etenim facilis verbisque redundans,
Sermones varlis hinc lingua revolvit et illinc:
Quisque et forte alii quod dixerit, audiet ipse.

Ut autem contra ea, quæ quisque improbet, dicere recte possit, ita quomodo dicat diligenter considerandum: nequid vel inscite vel etiam maligne improbare videatur. Nam horum utrumcunque deprehensum et notatum con-

contradictionem omnem infirmat: ita quidem sæpenumero, nemo ut responsione magnopere dignam arbitretur. De quo et elegantissimis versibus et luculento sensu compositum epigramma Græcum Eueni veteris poëtæ fertur: quod nos quondam Latinum fecimus, ut sequitur,

Est multis pariter mos omnia dicere contra,
Sed non et similis dicere recta labor.
Hîs sat erit verbum me commemorasse vetustum:
Hæc mihi quum placeant, tu licet illa probes.

Plutarchus autem minime cavit, ne insimulando malignitatis alterum, malignitatem ipse quandam singularem suam proderet. Nam quum collegisset quasi intimos sensus et reconditam voluntatem pravitatis malignorum, ad illa a se proposita postea, ut pueri a magistris secundum capita quædam traditas materias deducere iubentur, sic accusationem suam applicavit, in autorem hunc (ut ego quidem iudico) illa conferens alienæ malignitatis crimina. Ac ne dissimulavit ipse quidem, neque texit causam iræ ac odii sui: nam suam civitatem, id est Bœotos, ignominia affectos, et infamatos (ut ait) immerito, graviter fert et dolenter. Hinc igitur illæ lacrymæ, hæc illa indignatio. Statim igitur quid autoritatis in tali criminatione sit, quam non veritatis sed ultionis cupiditas expresserit, apparet, ut illius quasi filum sequentes, refellere quæ congessit singula nihil sit necesse. Sed ad quædam tamen aliquid dicamus.

Quod vero huic incipiens, suavitatem orationis, qua iucunde commoverentur legentes, exprobrat, ad id nihil aliud respondendum censeo, quam quod Alexander Hectori fratri, qui sibi in iurgio formositatem obiecisset, Οὐ τοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. Sed malignitatem omnem undique ita colligit: Primum de usu nominum asperiore, deque verbis durioribus, in copia molliorum et leniorum. Deinde, si extra historiæ seriem alicuius vitia, vel si in hac laudes ieiunius commemorentur. Præterea, quum plurium forte sermones referantur, assentiri deterioribus, omnino enim coniecturas sequi ad peiora, esse malitiosi et infensi animi. Postremo, laudis adiectione veluti condire vituperationem, esse enim simplicitatis hanc simulationem pessimam. Quid ad hæc ergo dicemus? profecto non reperit in Herodoto ista Plutarchus, sed animo suo conquisita in illum intulit. Quare enim usum nominum verborumque in hoc autore non probat? qui quidem (ut existimo) usus est diserta et accurata oratione ætatis suæ, quam a posterioris sæculi forma differre nos quoque intelligere possumus. Quid autem causæ fuerit, cur non potius illa vere et simpliciter, quam mendaciter et invide, dici sentiamus? Egregium est quod conquerenti Lasthenis factioni, (quorum scelere prodita fuerat Olynthus) contumeliose a Macedonibus se nefarios proditores appellari, respondisse Philippum regem accepimus, *Macedonas esse indoctum nationem ac incivilem, solereque ficum nominare ficum, et ligonem ligonem.* Quid autem offendit (obsecro) Plutarchum, quod Herodotus protulit asperius quædam, ac non mollivit appellationibus? Visum enim scilicet illi fuit id dicere quod esset. Nam de coniecturis sequendis deque laude et vituperatione universa hoc licebit unum iterum atque iterum respondere: de suo illum iudicio historiam fuscepisse expositurum: neque recte facere eum, qui ingenii sui vires in alieno opere explicare velit, præsertim ad infamiam autoris. Ego, ut quicque retulit, sic sensisse, audisse, comperisse existimo. Et cur non in hac potius persuasione perseverem, quam illam inducam malevolentiæ, perversitatis, virulentiæ? Quis enim contumelia afficit divina et humana, sacra et profana. Si vera sunt, quæ est contumelia? (recte enim ille in comœdia negat se maledicere, quum, quæ vera sint, dicat) sin falsa, ostendatur falsitas. Sed quomodo ostendit? ratiunculis quibusdam et conclusiunculis levissimis. Quod quasi ipse sentiret, ne hoc quidem agere se ait, ut mendacii, sed ut malignitatis reum peragat Herodotum. Hanc igitur defendamus, si possumus. Ac laudationibus illis minutis et tenuibus (ut vult Plutarch.) quot possunt opponi præclare, et pleno ore (ut dicitur) enunciatæ? Quale enim hoc? (*Erato*, c. 112.) *Omnium, quos scimus, hominum primi Athenienses cursu illati in hostes sunt: omnium primi sustinuere vestitus Medici et hoc ornatorum aspectum: ad illud autem usque tempus nomen quoque Medorum terribile fuerat.* Addantur his quæ de Cynægiro scripsit (*Ibid.* c. 114.) Ac nequis Athenienses tantum laudatos benignius eredat, (in quo nescio quam suspicionem corruptæ largitionibus voluntatis movet Plutarchus, temere quidem, ut videtur, neque ipse quicquam explanat) quid? pareene Lacedæmonios laudavit his verbis? (*Polymn.* c. 104.) *Sunt Lacedæmonii in certaminibus singularibus haud ullis aliis inferiores: in acie vero omnium mortalium præstantissimi.* Quid? horum cives Sperthiam et Bulin parumne prædicatione sua ornavit? (*Polymn.* c. 134. *et s.*) Sed hæc innumerabilia sunt. Atque in nomen sophistæ (*Hoc nomine usus est Herod. in Clio*, c. 29.) etiam invehitur quasi probrosum; quum profecto eos, qui velut opifices quidam essent sapientiæ, et artem quandam facerent illius, sophistas, ut citharistas et grammatistas, vocatos, et postea vitio hominum, (ut in aliis pluribus evenit) nomen quoque male audiisse constet. Nam quod exagitat præclaram sententiam de instabili et incerta fortuna rerum humanarum, quam Herodotus Soloni attribuerit (*Clio*, c. 32.) (cui quidem similes et alibi leguntur) nimiæ sapientiæ et pietati hominis concedatur: qui veritus sit, ne, si ita de Deo loquamur, ut humanus intellectus quæ dicuntur percipere possit, parum pii esse videamur. Cur ergo Deo oculos, manus, pedes, aures attribuimus? cur dicimus Deum irasci? cur ulcisci, etiam vereri profecto, tentare, pœnitere, lætari, dolere, πόρρω γὰρ λύπης καὶ χαρᾶς ἵδρυται τὸ θεῖον· sine quibus illa ne intelligi quidem possunt. Quid Xenophon? (quo nemo fuit numinis colentior, nemo observantior, nemo impietatis erga Deum acrior hostis) nonne eandem sententiam ponere non dubitavit in præclaro illo opere suo historiæ rerum Græcarum? sic enim ait (*Hellenicon l.* 5.) καὶ ὁ θεὸς δὲ, ὡς ἔοικε, πολλάκις χαίρει τοὺς μὲν μικροὺς μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους μικρούς. Hæc igitur sacrilega est in Herodoto sententia, quia secundum hominum intelligentiam φθονερὸν dixit esse τὸ θεῖον. Sed hæc quam sint futilia quis non videt? Omissam autem illam retis fabulam et Pittaci pugnam ferat æquo animo Plutarchus: seque hoc consoletur, quod, ut ait, tot alias exposuerit non magis profecto fabulosas. Sed præterеunda sunt certe aliqua, indigna, quæ refutentur. Crœsi quidem annon satis clare memorat eruditionem, et doctrinam fortunæ adversæ (*Clio*, c. 207.) cui τὰ παθήματα μαθήματα ἐγεγένει. Neque Xenophon sapientissimus vir dubitavit similiter post amissum regnum prudentiorem Crœsum producere. Ad alias argumentationes illius de Ephesiis, Colophoniis, Chiis: ubi quam levi utitur ratione, quam Lampsacenus Charon, antiquior ille quidem Herodoto, quædam non scripserit. Quasi nihil oportuerit narrare Herodotum, nisi quod in litteras iam esset relatum. Quod dictu est perquam ridiculum: præsertim quum ipse profiteatur, eorum quæ alii non comprehenderint, mentionem facere decrevisse. Sed cum de illis, tum de Samiis, Corinthiis, Lacedæmoniis, de Isagora, Aristogitone, Atheniensibus, Platæensibus, quæ disputat, patiamur sane illum vincere. Quis enim, qui adverterе animum paulum modo voluerit, non perspecturus facile est victoriæ istius præclarum successum?

Venio igitur ad plenam lunam: de qua ingenue fateor non intelligere me, quæ a Plutarcho disputantur. Herodoti luculentissima narratio quum nemini non sit evidens. Dicit enim (*Erato*, c. 106. *et* 120.) *negasse Lacedæmonios, posse contra legem ante plenam lunam in expeditionem sese proficisci, et remansisse in patria, dum luna orbis compleretur: ac postea profectos, ita accelerasse, ut tertio die in Atticam Lacedæmone pervenirent.* Hæccine narratio illam merebatur tragicam acclamationem, hunc autorem cœlum ipsum, dierum rationem, omnes res confundere? Nam de lege, deque prœlii die, sua fide affirmante utroque, venia (ut opinor) dabitur ei, qui fidem Herodoti pluris sibi faciendam, quam Plutarchi; et illum potius, quam hunc sibi esse sequendum putaverit. De Philippide etiam obscura est insectatio: et erat hic locus in nostro libro corruptior.

Reliqua sunt calumniis manifestis referta, et ubique conspersa nigro sale, et atrocibus quidem illis, sed infirmis criminibus referta. Sane Thebanos, ut civitatem suam, (notum enim, fuisse hunc Chæronensem Bœotum) exquisita et peraccurata defensione propugnavit, et in hac parte admodum vexavit autorem nostrum. In quo quidem ignoscendum est dolori ipsius, sed reprehendenda profecto impatientia et ira. Quam enim moleste fert et indigne læsos oratione ab Herodoto suos? Hoc igitur (ut apparet) ulcus tangi

noluit, neque potuit ferre. Sed mendacii crimine Herodotum (ut opinor) facile liberat non modo fama illis temporibus longe lateque vagata, sed conservata etiam ad posteritatem, proditionis Thebanorum: de qua et Demosthenes (*Philippica* 2.) argumentum duxit levitatis et infidelitatis illius civitatis: et illud in sermonibus hominum semper permansit, decimam a Thebanis Apollini persolvi oportere. Cuius mentionem a Xenophonte scimus semel atque iterum fieri (*Hell.* 5.) Quum enim communi decreto statuissent Græciæ civitates, quæ adversum barbaros consenserant, ab iis, qui nulla necessitate coacti Persæ se subiecissent, Delphico Apollini bello confecto decimam exigi debere, Thebani quidem potentia sua restitere decreto: sed quod illo tenerentur, fama memoriaque hominum constantissime perduravit. (*Decretum fœderis extat in Polymnia, c.* 132.)

Præterea quamvis malitiosum et parvum Plutarchus faciat Herodotum, non stultum tamen fuisse, neque hebetem confitetur. Quid autem incogitantius fieri potuisset, et in summa audacia amentius, quam ea affirmare atque tradere, quæ, si falsa essent, non modo paulo ante defunctorum dictis atque relationibus, sed memoriæ, vivorum propemodum, testimonio refutari atque redargui possent? Et ille cum tam impudente mendacio, cum tam inconsentanea expositione, cum narratione tam disidente, in celeberrimum frequentissimumque totius Græciæ conventum (ita enim accepimus) venire, et illa vanissima atque levissima scripta, plena malevolentiæ et obtrectationis, reclamantibus divinorum et humanorum monumentorum inscriptionibus, recitare non dubitaret? Nimis ineptum et frivolum facis autorem, contra tuam quoque existimationem. Non audivisset ac potius exibilasset, vel male etiam multatum illo tanto theatro eiecisset eum, qui plane ad irridendum et eludendum auditores, quique in communi Græciæ solennique cœtu ad nomen Græcum proscindendnm lacerandumque adesset. De consilio autem et facto Leonidæ retinendi Thebanos etsi astute disserit (*Polymn. c.* 205. *et* 220.) nemini tamen non plurima in mentem venire arbitror, quibus hoc etiam loco defendi possit narratio. Adduxerat invitos, sed sic ut a civitate delectos: ergo non modo illius, sed suorum quoque metus hos continuit. Dimisit alios, quos minus alacres in aperto esse discrimine videbat, illis enim parcendum decreverat. Quomodo voluit autem vel potuit omnino quadringentos retinere, quum trecentos solum haberet ipse secum? Primum voluisse Leonidam perdere istos Thebanos, dixerat: neque non plures quam trecenti cum illo fuere. Nam præter Thespienses, etsi non dicitur, cum tre-
716 centis tamen Spartanis sequutos alios plures ditionis ipsorum intelligere debemus. Ita enim fieri solitum scimus, ut Spartani nequaquam veluti solitarii, sed quodam satellitio suorum stipati in expeditionem proficiscerentur, quum singuli interdum ad septenos adducerent eorum, quos εἵλωτας vocarunt (*Calliope, c.* 28.) Sed quid facerent? aut in illis angustiis quid experirentur tutius, quam quod retulit Herodotus? Neque aliud tempus omnino videtur fuisse vel defectionis, vel fugæ, vel transitionis, quam quod memoravit Herodotus (*Polymn. c.* 233.) Sed in tanto tumultu quo pacto exaudiri potuit imploratio? Et interfectos enim scribit nonnullos, et vel de gestu intellectum fuit, supplices hos esse. Notas quidem cur impudentissime confingere voluerit, causam equidem nullam reperio. Accusat paulo post asperitatem vocabuli, quod de fuga consuluisse dixerit Græcos. Nimis est severus noster Aristarchus. Atque etiam illud non tulerit credo, quod rex regum censet aufugiendum de Troia, non enim (ut opinor) mollius est φεύγωμεν, quam ἁρπαμὸν βουλεύεσθαι. Quid vero de Naxiis et Themistocle dicemus? (*Urania, c.* 4.) Scilicet in metu tanti belli, et tempestate barbaricæ classis ingruente, incredibile fuerit, insulanos homines non ad eos proficisci voluisse, quibus nemo non interitum aut servitutem impendere existimaret. Themistocli vero indecorum aut turpe fuerit, adiutum ipsum alterius consilio, non solum omnia commentum fuisse: at Agamemnonem, non unum aut alterum, sed decem συμφράδμονας optare non puduit. Nam in Artemisia quod facetias consumit suas, quibus nequaquam abundat, fecisse videtur incogitantius.

In iis quæ sequuntur, quod non modo quid perperam scripserit, sed quæ scribere etiam debuerit Herodotus, docere vult, sit hoc et ipsum præclaræ et singularis sapientiæ Plutarchi. Cetera involuta suspicionibus, et alienarum rerum mentionibus confusa, et fallacibus complexionibus intricata, et anxietate quadam mirifica accusationis sese ipsa infirmantia, vel relinquamus sane, vel ad priora remittamus. Ad omnia enim ferme responderi dicique idem videtur posse: insaniam esse et furorem, non perversitatem, neque fraudulentiam, ea commemorare, quæ quum primum cognita fuissent, hominum scientia reprobarentur, a posterioribus autem inter se disidere et contraria esse facile perspicerentur. Etsi autem homines docti ac ingeniosi non difficulter reperiunt quomodo aliquid dicendo evertere odiosumque reddere aut suspectum possint, tanta est tamen vis veritatis, ut nescio quo pacto, quamvis oppressa et obscurata, illa plerunque tamen resistat atque eluceat contra dolos et versutiam. Quapropter non quid conquisierit ad infectationem Herodoti Plutarchus, neque convitia quæ illi facit nimis cupide, neque studium exagitandi autorem antiquissimum, sed rem ipsam spectabimus. Ipsi autem Plutarcho hoc dicimus, (*Iliad.* η.)

—— —— σὺ μὲν οὐ καλὰ ταῦτ' ἀγορεύεις.
Οἶσθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τοῦδε νοῆσαι.
Εἰ δ' ἐτεὸν δὴ τοῦτον ἀπὸ στομάτων ἀγορεύεις,
Ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ἄλεσαν αὐτοί.

Sic enim videtur non ille quidem, quæ senserit ipse, in hoc libello disseruisse, sed vel aliorum voluntati assentatus esse: vel quid in mala causa posset, ostendere voluisse. Quod si de animi sui iudicio et inductione illa ad talem modum disputavit, profecto in hac parte recessit a se ipse. Non enim aliter existimo quam fuisse Plutarchum, virum non modo eruditum et sapientem, sed etiam bonum, quam famam, præsertim probitatis, ut tueretur, minus curasse illum apparet in proposito accusationis huius. Sed finem faciamus. Non enim iucunda nobis fuit quasi contentio et rixa cum tanto viro, quam tamen ut necessariam, omittere non potuimus, et in officii (ut rati sumus) custodia, et in studio nomini bonitatique autoris excellentissimi debito.

Obiicitur autem et hoc nobis, quod quidam volunt a Thucydide contra Herodotum dici, de fabulosis narrationibus et historiis confictis ad auditorum voluptatem (*Thucyd. l.* 1. κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ξύγκειται) *quæ, quum delectatione tantummodo afficerent audientes, in præsentia quidem iuvarent, sed diuturnum fructum non haberent.* Ego vero non magis in Herodotum hæc conferri posse puto, quam in quemlibet priorum de scriptoribus historiarum. Et (ut verum fatear) illas plane priscas expositiones antiquissimarum rerum oratione et verbis ad venustatem, et iucunditate quadam animos perfundendum, compositas (quales potissimum Pherecydis Syrii fuisse accepimus) gravissimum autorem existimo veritati rerum gestarum non oportere præferri censuisse: ac hilaritatem historiæ cedere severitati, neque suavitatis cuiusdam
717 lenitatem, constantiæ et dignitati narrationis anteponi voluisse. Sed de hoc quisque, ut lubuerit, ita statuat atque sentiat. Nos autem hoc teneamus: non modo propter sermonis elegantiam, et illam cum ab aliis tum Cicerone laudatam dulcedinem, et quasi amœnitatem quandam, diligendum hunc autorem, et in manibus semper habendum esse: sed propter rerum cognitionem maximarum, propter maxime ad vitam utilium sententiarum copiam, ob plurima certo, accurate, prudenter, honeste dicta, magnificiendum nobis, vel in suo potius genere anteponendum universis. Nota sunt ex Latinis Ciceronis et Quintiliani elogia præclarissima huius autoris. Græcorum autem quæ opinio de his libris fuerit, satis indicat inscriptio nominum Musarum, quibus omnem sapientiam et doctrinam et ingenii præstantiam, antiquitatem significasse notum est. Et quicunque meminere ipsius, honoris et laudis præfationem semper usurpasse reperiuntur. Quas ob res neque me pigere operæ positæ in hoc autore debere puto, neque non hortandi mihi videntur omnes, ut studio singulari in hoc autore versari, et illum præcipuo amore complecti velint. Nam et mihi fructuosam fuisse lectionem huius videor sentire, et aliis item futuram esse confido. Visum autem, &c.

DE

DE HERODOTO, EX EODEM JOACHIMO CAMERARIO.

HERODOTI patrem fuisse Lyxem et Dryo matrem perhibent, patria Halicarnasſenſem: quod præſcriptum nunc etiam in hiſtoria illius legitur. Parentes in ſua civitate bono loco natos tradunt, ipsumque fratrem habuiſſe Theodorum nomine. Quum autem teneretur Halicarnasſus a Lygdamide tyranno, nepote Artemiſiæ reginæ Cariæ, ſeceſſit Herodotus in Samum inſulam: atque ibi lingua Ionica hiſtoriam magna cum cura compoſuit, relatam in libros novem: (*Lucian. Herodoto, vel Eetione.*) quam quum in frequenti Græciæ conventu Olympiorum recitaviſſet, ſic placuit univerſis, ut ita audirent quaſi Muſas loquentes: ideoque libris, qui novem (ut diximus) eſſent, Muſarum novem indidere nomina. Quum reverſus in patriam autor ſuiſſet civibus ſuis tyranni expellendi, ſucceſſit quidem res, ſed invidia maxima Herodotum excepit. Ita enim fieri ſolet ut periculorum metum parta ſecuritate obtrectationes fere ſequantur. Cedendum igitur, relinquendos ingratos cives ratus, quum Athenienſium tum colonia in Thurios Italiæ populos deduceretur, ſua ſponte illis ſe colonis ſocium addidit: et ibi finivit vitam ſuam: ſepultusque fertur in foro, etſi quidam Pellæ mortuum fuiſſe tradidere. Ipse facit mentionem (*Clio*, *c.* 109.) λόγων Ἀσσυρίων et λόγων Λιβυκῶν, (*Euterpe*, *c.* 161.) quos conſcripſerit: de quibus tamen hæc mentio ſolummodo reſtat. Herodotum ſcribunt, quum recitaret in Olympiis (ut ſupra retulimus) hiſtorias ſuas, audiviſſe Thucydidem, qui adhuc ætate puer eſſet, quumque Thucydides tum quaſi divinitus commotus lacrymas profudiſſet, animadvertiſſe hoc Herodotum; et gratulatum fuiſſe patri ipsius Oloro: hortatumque, ut erudiendum curaret filium diligenter: gliſcere enim in animo illius cupiditatem bonarum artium atque diſciplinarum. De Herodoto Græcum epigramma fertur, quo memoratur et illa invidiæ fuga et diſceſſio in Thurios.

Ἡρόδοτον Λυξέω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα
Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν,
Δωριέων πάτρης βλασόντ' ἀπὸ· τῷ γὰρ ἄπληστον
Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν, Θούριον ἔσχε πάτρην.

Extat apud Stephanum: ſed magis integrum in ſcholiis Nebularum Ariſtoph.

quod nos ita aliquando convertimus,

Terra, ſatum Herodotum Lyxe, tegit ista ſepultum,
Qui priſcæ Ionicæ laudem habet hiſtoriæ.
Dorica produxit tellus hunc: unde fugatus
Invidia, hac patria Thuride ſedit humo.

Ex eo factum est, ut aliqui præſcriptionem *Halicarnasſenſis* mutarent in *Thurii:* quod et Plutarchus annotavit in libello De exilio. Reperio relatum hunc in olympiadem LXXVII, et LXXXIII. cum quo non diſſentit, quod traditur, floruiſſe Thucydidem olympiade LXXXVII, et olympiade LXXXVIII. mortuum Periclem Xanthippi filium, cuius Herodotus meminit (*Erato*, *c.* 131.) Plinius ubi de ebeno diſſerit, Herodotum ſcribit Thuriis condidiſſe hiſtoriam anno ab V. C. trecenteſimo decimo. Quod et ipsum cum numero LXXXVII. olympiados conſentit, quo aliqui floruiſſe Herodotum tradidere: quum acceperimus, Romam conditam eſſe circiter olympiada VI. Sane cum Hellanico vixiſſe fuiſſeque apud Archelaum, traditum est: quod tempus et Euripidis poëtæ fuit, quem genitum accepimus eo die quo Perſæ fuere a Græcis fuſi. Pherecydes et Hecatæus diu ante illum hiſtorias et fabulas componere priſni oratione ſoluta cœpere. Fuit et Xanthus quidam ſcriptior Lydus, quem in Lydorum hiſtoria ſequutum Herodotum putant. Fuit et Charon Lampſacenus paulo hoc ſuperior, qui et ipse bellum Perſicum deſcripsit. Sed et Hellanicus ſuas hiſtorias ante Herodotum edidit, quas ipse ſe legiſſe ſignificat. Fuit hoc nomine Olophyxius Thrax, qui de nymphis et ſacris ſcripsit, et alius, medicus. 718

DE DIALECTO IONICA, EX EODEM.

ORATIO Herodoti elegans est, et Ionicæ linguæ propria quadam facilitate, ſine omnibus veluti anfractibus, defluens. Dialectus autem (id est peculiare orationis genus) Ionum cum Attica lingua magnam habet communitatem. Nam et hæc quodam tempore appellatio Athenienſium, et Ionicæ omnes coloniæ Athenienſium fuere. In quibus accidit, ut ſonus vocis et forma ſermonis in alieno ſcilicet ſolo Aſiæ atque inſularum mutaretur. Traditum autem est, appellatos primum Cranaos incolas Atticæ, quum Pelasgi adhuc Græciam tenerent: regnante deinde Cecrope, Cecropidas. Cui quum ſucceſſiſſet Erechtheus; tum illis fuiſſe inditum nomen Athenienſium: ac mox ab Ione ductore, Ionum. Hic fuit Xuthi, vel Apollinis (ut poëtæ) filius, ſuſceptus ex Creuſa Erechthei filia: et AEgiali ac Helices regnum tenuit. Cuius gens postea a Dorienſibus pulſi, ab Athenienſibus in civitatem recepti fuere. (*Pauſan. Achaicis.*)

Varietates in Ionica lingua hæ fere annotantur. Α in η mutatur, niſi Doricum fuerit α. αι mutatur in ηι. Mutatur et ε in η, diviſa diphthongo, itemque in genitivis nomimum ευς. ῶν mutatum est ex οὖν. Craſſæ mutantur in tenues. Attica mutatio est α in ε. Uſurpant Ionea et ε cum ο, in genitivis nominum ις, ubi Attici ω ponunt: quum ιος quoque communis ſit et Ionica flexio. Vertunt π in κ. Item αυ in ωυ. itaque hæc diphthongus, Ionica vocatur. Pro ω accuſativo faciunt ουν. Duo σσ in ξ mutant. Metaplasmus οι, in ες, Ionicus est, ſimiliter et aliæ quædam ſuæ huius dialecti formæ ſunt. Est et mutatio η in α. Mutant ου in ευ. item ε in α. Addunt Iones finali σ, litteram ι, et in verbis, σι. Syllabam ω̃ circumflexam, εω faciunt. Interdum et non circumflexum ου primæ declinationis, εω faciunt. Vocabulis initialibus τ præponunt, ο et ε producunt, addita υ et ι. Tertiæ declinationis genitivum in ιο, de ου, proferunt, φ faciunt ωϊ. Geminant conſonantes, ut σσ, ττ, ππ. Inferunt ε, item σ. nam θα primæ perſonæ pluralis, σθα, et θον dualis, σθον faciunt. Inſerunt α in patronymicis. Iones integris et incontractis verbis nominibusque et participiis adverbiisque, omnibus denique orationis partibus utuntur. Mutant ηγ in εκ. Augmenta præteritorum et aliarum dictionum initia abiiciunt, τ nominum in ας in declinatione elidunt. Utuntur reduplicatione. Utuntur et tranſpoſitione tam litterarum quam ſyllabarum. Abiiciunt ι de. diphthongo ει. Initiales litteras abiiciunt. Ex ιε faciunt ι longum. Suas habent tertias perſonas plurales præteriti perfecti paſivi, poſita littera α ante ται finale, ut et et in aliis. Infinitiva per ſyllabam με producunt. Sunt et contractiones et ſynalœphæ Ionum: ſunt et apocopæ.

Horum exempla promiſcue ſubnotavimus, et aliis quibusdam proprietatibus dialecti Ionicæ indicatis. Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, pro Ἁλικαρνασσέως ἱστορίας ἀπόδειξις. Θωυμασὰ, pro θαυμασά. Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου, pro Ἰώ. Πλεῦνας, pro πλέονας. Ἀπ' ἧς, pro ἀφ' ἧς. Ἀπελόμενοι, pro ἀφελόμενοι, et Ἀξιαπηγητότατα, pro ἀξιαφηγητότατα. Διαπρηξαμένους καὶ τἄλλα τῶν εἵνεκεν, pro διαπραξαμένους καὶ τὰ ἄλλα ὧν ἕνεκα. Ἐγεγόνεε, pro ἐγεγόνει. Ἥδεε, pro ἥδει. Δεσπότεα, pro δεσπότην. Μίδης, pro Μίδας. Θρόνον βασιλήϊον, pro βασίλειον. Ἐσάμεναι, pro ἐσάναι. Ἐπεκράτεον, pro ἐπεκράτουν. Κυρίην τῶν ἡμερέων, pro κυρίαν τῶν ἡμερῶν. Κιθῶνας, pro χιτῶνας. Ἐπὶ νόον ποιέουσι, pro ἐπὶ νοῦν ποιοῦσι. Περιέσπε, pro περιεῖπε. Ἰρὸν, pro ἱερὸν. Ὁρτὴ, pro ἑορτή. Κεῖνος, pro ἐκεῖνος. Ἐὼν, ἐοῦσα, pro ὤν, οὖσα. Κεχωρίδαται, pro κεχωρισμένοι εἰσί. Ἐτετάχατο, pro τεταγμένοι ἦσαν. Τὠρχαῖον, ὤνθρωπε, ὦναξ, ὠνὴρ, ἄτερος, τἀνθρώπου, pro τὸ ἀρχαῖον, ὦ ἄνθρωπε, ὦ ἄναξ, ὁ ἀνὴρ, ὁ ἕτερος, τοῦ ἀνθρώπου· quæ Attica ſynalœpha et in aliis reperitur: ut θατέρου, τοῦ ἑτέρου. Ἅτριος,

πόλιος, pro ὕβρεως, πόλεως. Ἐγχειριδίοισι, pro ἐγχειριδίοις. Ἐπεὰν, ἀδελφεὸς, pro ἐπὰν, ἀδελφός. Τοὔνομα,
719 μοῦνος, ξεῖνος, pro τὸ ὄνομα, μόνος, ξένος. Ποιεῦσι, pro ποιοῦσι· ἐδικαίευ pro ἐδικαίου. Μέγαθος, τάμνειν, pro μέγεθος, τέμνειν. Ὀπέωνες, pro ὀπάονες. Ὀρέων, pro ὁρῶν· ϛαθμεώμενοι, pro ϛαθμούμενοι· χρεωμένων, pro χρωμένων. Κυνέη, pro κυνῆ. ἀνθρωπηΐη, pro ἀνθρωπῆ. Τυφὼ, ἄθω, pro τυφὼν, ἄθων· quod plane Atticum est. Πλεῦν, pro πλέον. Προσδέκεο, pro προσδέχου. Ὥρα, pro ἐώρα. Διξὰ, τριξὰ, pro δισσὰ, τρισσά. Ἀϒτόπτεω, pro αὐτόπτου. Ἐν τῇσι ἀμάξῃσι, pro ἐν ταῖς ἁμάξαις· ac concursum omnino vocalium Iones amant. Ἄδρηϛα, pro ἄδρασϛα, *quae non solerent aufugere.* Ἐπιβατέων, pro ἐπιβατῶν. Ὀκόσον, ὄκου, κότε, pro ὁπόσον, ὅπου, πότε. Βουβάλιες, ὄφιες, pro βουβάλεις et ὄφεις. Ἐσσωθέντες, pro ἡσσωθέντες· et ἔσσονες, pro ἥσσονες. Ἀδαίες, pro ἀδαεῖς. Ὅικασι, pro ἐοίκασι. Κέρεα et γέρεα, pro κέρα et γέρα, contracto de κέραα, elisо τ. Ἐϛελάδατο, ἐϛαλμένοι ἦσαν. Κατεϛράφατο, κατεϛραμμένοι ἦσαν. Τρῶμα, pro τραῦμα, omisso υ. nisi magis est a verbo Ionico factum quod τρώειν illi dicunt, id est, τιτρώσκειν. Apud Homerum Ἐρίηρες, pro ἐρίηροι positum volunt: Ἐρυσάρματες ἵπποι. Herodotus Ἀϒτοκέλεες, pro αὐτοκέλευτοι. Contra μάρτυροι et φύλακοι, Iones pro μάρτυρες et φύλακες. Ὄψεαι, pro ὄψῃ· quod Atticis est ὄψει. Ἀπικοίατο, pro ἀφίκοιντο. Ὁρμέατο, pro ὥρμηντο. Μανασέων, pro Μηνασῶν. Λᾶξις, pro λῆξις. ΟΤ in οιο solutio, et σθα, ac σθον, ποιητικώτερον videtur. Ϝπερώϊον, λώϊον, pro ὑπερῷον, λῷον. Κραδίη, pro καρδία· κρατερὸς, pro καρτερός· ut Homero Κράπαθος, pro Κάρπαθος. Reduplicationes sunt Homericæ, Τετύκοντο, ἐκλέλαθον, τεταγὼν. Herodotus Ἀραιρημένοι dixit pro ἠρημένοι. Ἐνθεῦτεν, pro ἐντεῦθεν. Ἀποθανεύμενοι, pro ἀποθανούμενοι. Duplicationes consonantium Ionicæ illæ quidem esse perhibentur; sed sunt poëticæ, ut Ὄσσον Φέρτερός εἰμι. Ὄττι τοι ἐν μεχάρεισι. Ὄππότ' ἀνὴρ ἐθέλει.

EX EODEM.

IONICUS est et articuli pleonasmus, ut, Τοὺς μὲν ἀναϛήσειεν, ὁ δ' Ἀτρείδην ἐναρίξοι, pro ἐναρίξοι δέ· in quibus ὁ pronomen esse volunt, et significare αὐτὸς, Ionice. Polymnia, εἰ μέν τι ἐνέοι σφάλμα φέρον τῷ βαρβάρῳ; τῶν μὲν ἔλεγεν οὐδὲν, ὁ δὲ τὰ εὐτυχέϛατα ἐκλεγόμενος, *siquid inerat, quod fraudi esset barbaro, eorum nihil memorabat, sed eligens maxime fausta.*

Est autem et aliorum pronominum hic usus, εἰ δὲ ταῦτα ὑποδύνειν οὐκ ἔθελήσεις, σὺ δὲ πάντως ϛράτευμα ἀνάξειν, pro ἀλλὰ πάντως ἀνάξεις. Et rursum, ἤ σέ γε, pro ἤ γε. Iliad. ρ.

Ὅς' ἐπεὶ ἄρκε κάμμσι κύνας τ' ἄνδρας τ' ἐρεθίζων,
Ὅι τέ μιν οὐκ εἰῶσι βοῶν ἐκ πῖαρ ἑλέσθαι,
Πάννυχοι ἐγρήσσοντες, ὁ δὲ κρειῶν ἐρατίζων Ἰθύει.

Ionum sunt anastrophæ, ut, ὄρνιθες ὧς. Iliad. β, —— οὔ σε ἔοικε κακὸν ὣς δειδίσσεσθαι. Sic ᾧ ἔπι, pro ἐφ' ᾧ. Et, βιοτῆς νῦν μὲν ἀνθρωπῆϊ πέρι. Iliad. β. τότε δ' ἤδη ἔχεν κατὰ γαῖα μέλαινα. i. κατεῖχε.

Sunt et ἀποκοπαὶ Ionicæ verbi substantivi. ut, ἔνι pro ἔνεσι, μέτα pro μέτεσι. Hom. πάρ' ἔμοι γε καὶ ἄλλοι, id est, πάρεισιν ἐμοί.

Cum aliter, tum interposito ὧν dirimunt coniungenda, μέχρι μὲν ὧν τούτων· et βύβλῳ περὶ τὰ κέρεα ἐλίσσων, id est, περιελίσσων· et κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε· et κατά με ἐφάρμαξας, pro κατεφάρμαξας ἐμέ· et εἶπε τῶν τις Βαβυλωνίων, pro τῶν Βαβυλωνίων τις. Sic ὡς δὲ αὕτως, pro ὡσαύτως δέ. Iliad. β, καδδέ κεν εὐχωλήν· et Iliad. ρ, —— ἀπὸ δὲ μελιηδέα θυμὸν ἔλωμαι, pro κατὰ δὲ εὐχωλὴν, et ἀφέλωμαι θυμόν. Iliad. α, ἐκ δ' ἕλον Ἀτρείδη. i. ἐξεῖλον δέ. Sic ὑπὸ δ' ἤρεον, pro ὑφήρουν. Polymn. ἀπὸ πάντα τὰ χρήματα ἄγων, i. ἀπάγων.

Præpositiones absolute, quasi adverbialiter, sæpe ponunt: μετὰ δὲ, τῆς ϛρατῆς ἀπικομένης εἰς Σάρδεις, *postea vero, quum exercitus Sardis venisset.* Sic, καὶ πρὸς ἀνεπιϛήμονες ἦσαν, *praeterea*, Iliad. χ, Πρὸς δέ με τὸν δύσηνον ἔτι φρονέοντ' ἐλέαιρε. Alibi, ἐν δ' αὐτὸς ἐδύσσατο κώροπα χαλκόν. Item, διὰ πρὸ δὲ εἵσατο καὶ τῆς· Herod. Polymnia, ἐν δὲ Ἀρτέμιδος ἱρὸν, *in illo litore est fanum Dianae.*

Ionicum est casum ad præpositionem referri quæ cum verbo adiuncto composita est, ut, ὅτι οἱ ἐνορῴη, id est ὅ, τι ὁρῷτο ἐν αὐτῷ, *quid in se animadverteret.* Iliad. β, —— τέο δ' αὖ ἐπιμέμφεαι, id est, ἐπὶ τίνος μέμφῃ. Et ὥμοισιν ἐπείη. i. εἴη ἐπὶ τοῖς ὤμοις. Item Iliad. ν, θρασὺν Ἕκτορα εἶπε παρασὰς. i. ϛὰς παρὰ τὸν Ἕκτορα. Herod. Clio τρία γὰρ ἔτεα ἐπανεβάλλετο τὴν Σαρδίων ἅλωσιν, id est, ἐπ' ἔτεα τρία, *in tertium annum distulit Sardium expugnationem.* Idem, ἀπόζει τῆς χώρης τῆς Ἀραβίης, id est, ὄζει ἀπὸ τῆς χώρης.

Singularis usus infinitivi εἶναι, Ionicus est, hoc modo, καὶ τοὺς Ἴωνας ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὴν πρώτην εἶναι, *ut haec prima quidem cura esset.* Et, οὐδὲ ὁμολογήσομεν ἑκόντες εἶναι, *quod volentibus quidem nobis fiat.* Et, τὸ δὲ σύμπαν εἶναι, *In quo totum veteret*, aut *Re ipsa.*

HERODOTI VOCABULA IONICA,

ET

QUÆDAM LOQUENDI GENERA, ILLI CUM HOMERO MAGNA EX PARTE COMMUNIA: NECNON ALIA.

Collecta & Latine reddita, partim ab Ioachimo Camerario, partim ab Henrico Stephano: littera C *illius nomen,* H *huius nomen indicante; a quo & addita nunc fuerunt aliquibus Camerarii interpretationibus exempla.*

HENRICUS STEPHANUS LECTIONIS HERODOTI STUDIOSIS.



I vulgo receptum morem usurpare, quam meum tenere, maluissem, Ioach. Camerarii nomen silentio præteriissem: ac titulum huic opusculo præfixissem quo hanc recensionem pariter et interpretationem vocabulorum, quæ quum Herodotus sibi habere peculiaria videatur, habet tamen cum ceteris Ionibus, et nominatim cum ipso etiam Homero (ad pleraque quod attinet) communia, totam susceptisem et in me recepisem. Nec tamen magnum onus humeris meis imposuissem, quæ enim Camerarius de illis vocabulis antea scripserat, meis infarciendo, eaque pro meis ostentando, magnum oneris levamentum in promptu mihi fore animadvertebam. Præsertim vero quum multo plures a me quam ab illo voces recenserentur et exponerentur, sub meæ commentationis prætextu dominium in illius quoque commentatiunculam usurpare, res fuisset quæ multorum exemplis defendi (si exempla malam defendere causam queunt) potuisset. Verum ego non solum, alienis tantummodo plumis se vestire, corniculæ in morem, sed etiam vel miscere suis alienas, atque id dissimulare, vix ingenui esse hominis, semper existimavi. Atque hoc et meus Thesaurus testari abunde potest. Quinetiam Paralipomena tantum institutionis grammatices (aut saltem eorum partem) scribere malui, quam meam institutionem grammatices ad tam multas aliorum addendo, in aliena plurima manum iniicere; simulque miseros lectores crambe toties repetita occidere. Neque tamen sum nescius, reperiri quotidie qui multo maiori cum turpitudine plagiarii sint: id est, multo turpius et magis pudendum plagium committant, dum aliena, et quidem e multorum nonnunquam libris consarcinata, sive consuta, aut (si cui Græca vox magis placet) συνεῤῥαμμένα (licet eorum nonnulli ne artem quidem talia consarcinandi, sive consuendi, sive τοῦ συῤῥάπτειν, calleant) impudentissimo novi tituli libri, aut novi saltem nominis autoris, mendacio, pro suis obtrudentes, et obtrusa venditantes, fucum faciunt: etiamsi nulla futura sit qua vel γοῦ tam multis alienis ὄιχοθεν (id est, de suo) insuisse dici possint.

Ceterum, quamvis pauca illa quæ Camerarii sunt, ita meis inseruerim (apposito ubique eius nomine) ut intacta in illis omnia reliquerim, fuisse tamen ubi eius interpretationi nonnullarum vocum aliquid adiicere, aut in eam non sine aliquo fortasse lectoris fructu inquirere potuerim, ostendam alias (deo favente) in iis quibus Herodoti lectores, præsertimque eius valde studiosos, amplius iuvabo. Sed malui exemplorum alicubi adiectione, aut exempli; ubi Camer. nullum attulerat, contentus esse. Ne hoc quidem tacebo, me in quibusdam vocabulis exempla Homeri, in quibusdam Hippocratis, (quæ Erotiani, et Galeni lexicis, quum ea excudi, destinaveram) in nonnullis, utriusque, attulisse.

A.

721  γειν καὶ φέρειν, Ionicum est de hostilibus direptionibus. Herodot. lib. I. c. 88. φέρουσί τε καὶ ἄγουσι τὰ σά. Et rursum I, 66. καὶ ἄγον γὰρ ἤδη καὶ ἔφερον τοὺς περιοίκους ἅπαντας. Iliad. ε. Οἷόν κ' ἦς φέροιεν Ἀχαιοὶ ἤκεν ἄγοιεν. Neque me fugit, et apud Xenophontem et alios Atticos autores hanc figuram reperiri, nam et alia, quæ ut Ionica annotavimus, illi usurparunt, utriusque enim linguæ eadem, ut supra diximus, origo fuit. C.

Ἀγινέειν vide in Ἀπαγινέειν. Pass. Ἀγινεόμενος activa significat. *Adducens*, VII, 33. ἀγινεόμενος γυναῖκας. H.

Ἀγοράομαι, ῶμαι, *Concionor*, *Concionem habeo*. Unde ἠγορόωντο, VI, 11. ἐγίνοντο ἀγοραί· καὶ δή κού σφι καὶ ἄλλοι ἠγορόωντο. Sic Hom. Il. δ, versu 1. Οἱ δὲ θεοὶ παρ' Ζηνὶ καθήμενοι ἠγερόωντο. Sed hic est potius *Concilium habebant*, *Consultabant*. At quum dicit, ἀγορήσατο καὶ μετέειπε, est *Concionem habuit*. Verbum autem Ἀγοράζω apud hunc, sicut apud Thucyd. et Aristoph. est, *In foro versor*. H.

Ἀγχίστροφα, *In contrarium mutata*, *Contraria*. ἀγχίστροφα βουλεύομαι, VII, 13. Proprie autem Ἀγχίστροφον q. d. *Conversionem*, id est, mutationem, *propinquam habens*, sive *Mutationi propinquum*. H.

Ἀγωνίδαται pro ἠγανισμένοι εἰσὶ, sed passiva significat. pro *Decertati sunt*: IX, 26, 2. πολλοὶ μὲν γάρ τε καὶ εὖ ἔχοντες πρὸς ὑμέας ἡμῖν ἄνδρες Σπαρτιῆται, ἀγῶνες ἀγωνίδαται, *multa certamina decertata sunt*. Sed perperam in Aldina et Germ. edit. ἀγῶνας pro ἀγῶνες scriptum est. H.

Ἀδαέες, *Ignari*, *Imperiti*. IX, 45. ἡμεῖς δὲ ἄπειροί τε εἰμὲν καὶ ἀδαέες τευτέων τῶν ἀνδρῶν. H.

Ab eodem pro Ἀδαὴς dicitur Ἀδαήμων, ut VIII, 65. ἀδαήμονα τῶν ἱρῶν. Quinetiam verbum Δεδάηκε, *didicit*. H.

Ἀδεῖν et Ἀδάνειν, *Placere*, Ἀλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἤνδανε θυμῷ. Et, Ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἀδεῖν κακός. C. Vide Ἀπάδειν et Ἔαδε.

Αἱμασιαὶ, *Septa*. Sed addit Herod. in primo, c. 180. αἱμασιὴ πλινθέων ὀπτέων. Odyss. σ. αἱμασιάς τε λέγων, *Septa struens*. C.

Αἶνη, *Existimatio*. C.

Αἰχμὴ κακῶς ἑσηκέναι dicitur πρός τινα, ab Herodoto, rarissimo sed elegantissimo loquendi genere, lib. VII. c. 152. de Argivis, ἐπειδή σφι πρὸς Λακεδαιμονίους κακῶς ἡ αἰχμὴ ἑσήκεε, hoc sensu, *Quum minime secundum iis adversus Lacedæmonios prælium fuisset*. Quam interpretationem etsi aperte præcedentia et sequentia confirmant, possit tamen ea et Eustathii testimonio comprobari: qui postquam dixit δόρυ nonnunquam significare πόλεμον, id est, *bellum*, veluti quum aliquis vocatur δουρὶ κλυτὸς, itidemque vocem αἰχμὴ usum istum habere: unde δορυάλωτος et αἰχμάλωτος significare pariter ὁ ἐν πολέμῳ ἁλούς· subiungit, λέγει δέπου καὶ Ἡρόδοτος περὶ τινῶν, ὡς κακῶς αὐτοῖς ἡ αἰχμὴ ἔσηκε πρὸς τοὺς δεῖνα. ἤγουν ἐδυσυχήθη αὐτοῖς ὁ πόλεμος. Additque, hoc ex consequenti esse dictum, παρακολουθεῖ γὰρ τοῖς ἐν μάχῃ δυσυχοῦσι, κακῶς αὐτοῖς ἑσάναι τὴν αἰχμήν. Ceterum in compositione quoque nomen hoc pro *bello* usitatum esse apud Iones sciendum est, quum videlicet appellant, ὁμαιχμίην quod alii συμμαχίαν· ut VIII, 140, 1. ὁμαιχμίην συνθέμενοι. Ab eadem voce est μεταίχμιος· unde μεταίχμιον γῆν legimus, VIII, 140, 2. μεταίχμιον τὴν γῆν ἐκτημένων. H.

Ἀλέες, *Conferti*. Et Ἀλίζεσθαι ac Συναλίζεσθαι, *Colligi* seu *Congregari*. Et Ἀλίη, *Cœtus*. C. Exemplum verbi Ἀλίζεσθαι, I, 79. ἀλίζεσθαι τὴν τῶν Λυδῶν δύναμιν. Utitur et Hippocr. hoc verbo Ἀλίζεσθαι. Invenitur autem et activum Ἀλίζειν apud Herod. VII, 12. necnon compositum Συναλίζειν, I, 126. Ad nomen autem ἀλέες quod attinet, sciendum est, ἄλες quoque apud Hipp. exstare: atque alicubi ἄλες et πολλὸν copulari.

Ἀλεεινὴ χώρα, *Calida regio*. Et Ἀλέα, *Calor*, ut in locis apricis. C.

Ἀλεωρὴ a Valla redditur *Remedium*, IX, 6. ὡς καὶ αὐτοί τινα ἀλεωρὴν εὑρήσονται. Proprie autem sonat *Evitatio*, *Declinatio*, *Effugium*. Ac redditur etiam *Levamen*, et *Laxamentum*, necnon *Solatium* Hippocr. ἐν παραγγελίαις utitur, Ἄνεσις γὰρ νόσου τινὰς κάμνοντι παρέχει μεχάλην ἀλεωρήν.

Ἀλκὴ ut ab Homero, ita etiam ab Herod. quibusdam loquendi generibus adhibetur: quorum vel frequentissimum est, nisi me memoria fallit, ἐς ἀλκὴν τρέπεσθαι· quo videtur significari quod vulgo dicimus, *Se mettre en defense*. Hoc autem existimatur dici a Livio, *Vim parare*: veluti quum scribit, *Alios vim parantes occidit*. III, 78. ἀνά τε ἔδραμον πάλιν ἀμφότεροι, καὶ ὡς ἔμαθον τὸ ποιεύμενον πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο. Quibus verbis subiungit, ὁ μὲν δὴ αὐτέων φθάνει τὰ τρῶτα κατελόμενος, ὁ δὲ πρὸς τὴν αἰχμὴν ἐτράπετο· (ubi observa simul eundem usum verbi τρέπεσθαι cum alio accusativo.) Estque πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι tanquam genus, at πρὸς αἰχμὴν τρέπεσθαι, velut species. Paulo post τῇ χερὶ χρῆσθαι hac in signif. usurpat: ὀρέων δέ μιν ἀργὸν ἑστεῶτα ὁ Γοβρύης εἴρετο ὅτι οὐ χρῆται τῇ χερί. Alioqui χερὶ χρῆσθαι reddi etiam potest *Manum conserere*. Fortasse tamen πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο eo in loco 722
reddendum potius fuerit, *Vi agere cœperunt*, vel, *Vim moliti sunt*, aut *Totis viribus obsidere cœperunt*. Nam illud *Vim parare*, minus est in quibusdam locis quam πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι· veluti quum in principio II, 45. dicitur de Hercule, ἐς ἀλκὴν τραπόμενον πάντας σφέας καταφρονῆσαι. H.

Ἀλογέω, *Nullam rationem alicuius rei habeo*, *Contemno*. Unde ἀλογήσας, III, 124. Sic et compos. Κατηλογέω· unde κατηλογέοντα, III, 121. H.

Ἁμάρτας pro ἁμαρτία, *Peccatum*. ut I, 167. ἀκέσασθαι τὴν ἁμαρτάδα. H.

Ἀμβώσας, ἀναβοήσας. C. Sic Ἐπιβώσασθαι pro ἐπιβοήσασθαι, I, 87. initio. H.

Ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωϋτῶν, *Seipsos vicerunt*. C.

Ἀμφιβασία, *Disceptatio*, vel *Dissensio*. C.

Ἀναγινώσκω, *Suadeo*, *persuadeo*, (quemadmodum πείθω utrumque usum habet) ut VII, 10. γνόντα ἐπ' οἷσι ἄνδρας ἀναγινώσκειε βασιλῆα στρατεύεσθαι· ubi est potius *suades*, quam *persuades*: quamvis postea persuaserit. At IV, 158. ἀνέγνωσαν ἐκλιπεῖν· non solum *suaserunt*, sed etiam *persuaserunt*. Sic etiam I, 187. τίς σε ἀνθρώπων ἀνέγνωσε, sequente infinitivo καταςῆναι. Itidem pass. Ἀναγνωσθεὶς, *persuasus*, in IV, 154. ὁ δὲ ἀναγνωσθεὶς ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἔργον οὐκ ὅσιον ἐμηχανᾶτο ἐπὶ τῇ θυγατρὶ, *Is autem*, *ab uxore persuasus*, *rem nefariam adversus filiam moliri cœpit*. At interpres male ἀναγνωσθεὶς reddidit *deceptus*. Omnemque illi excusationem præripit verbum πείθει, quod proxime præcedit, de eadem, πείθει τὸν ἄνδρα ταῦτα ἔχειν οὕτω. Quinetiam lib. III, c. 61, activæ voci ἀναγνώσας aliam tribuit significationem idem interpres: τοῦτον τὸν ἄνδρα ἀναγνώσας ὁ μάγος Πατιζείθης ὡς οἱ πάντα πάντα διαπρήξει, εἶσε ἄγων ἐς βασιλήιον θρόνον· ita enim hæc reddidit, *Hunc virum magus Patizithes instructum quemadmodum ipse illi omnia peracturus esset*, *in regium solium perducit*. Quum debuisset ita vertere, *Huic viro quum persuasisset magus Patizithes fore ut ipse illi omnia effecta redderet*. Erat enim Patizithes qui Smerdi omnia confecturus erat, non contra: quod tamen potius præ se ferre videtur altera interpretatio. Ut autem Ἀναγινώσκω, sic etiam Συγγινώσκω apud Herodotum a vulgari usu discedit. Sed quid de Galeno et Erotiano dicemus, verbum ἀναγνῶναι apud Hippocratem, Ionica dialecto utentem et ipsum, non πεῖσαι, id est, *Persuadere*, sed μεταπεῖσαι, (id est, *Dissuadere*, vel *De sententia deducere*, *A sententia dimovere*) necnon μεταδιδάξει exponentibus? καὶ οὐκ ἠδυνάμην (inquit Hippocr. lib. De artic.) αὐτοὺς ἀναγνῶναι, εἰ μὴ μόλις, ὅτι τόδ' ἐςι τοιόνδε. Suspicor, unum ex altero sumpsisse, qui loco præpropere (ut fit) lecto, nec bene memoriæ mandato, horum tantum verborum recordatus sit, αὐτοὺς ἀναγνῶναι· (ac non horum etiam quæ subiunguntur, ὅτι τόδ' ἐςι τοιόνδε) simulque præpositionis ἀνὰ verbo γνῶναι præfixæ usum eum imaginatus sit quem habet in aliis quibusdam verbis, et nominatim in Ἀναδιδάσκομαι, apud ipsum Herodotum. Hoc etiam addo, perperam Galenum, et Erotianum ἀναγνῶναι, non ἀναγνῶσαι legisse apud Hippocratem: et quosdam male lectionem hanc in illam mutandam censuisse. Nam et hic ex I, 87. habes ἀνέγνωσε, et legitur itidem VI, 75. Eodemque modo exstat ἀνέγνωσαν I, 128. Sic autem et I, 85. ἄλλον γνώσας: ubi repono ἀλλογνώσας.

Ἀναγκαίη pro ἀνάγκη· ut in I, 11. μή μιν ἀναγκίῃ ἐνδεῖν. H.

Ἀναδιδάσκεσθαι vide VIII, 63. initio, et quæ adscripsi margini. H.

Ἀναιρεῖσθαι, vide in Ἐπαναιρεῖσθαι.

Ἀναισιμοῦσθαι, ut I, 72. fine πέντε ἡμέραι ἀναισιμοῦνται, *Quinque dies insumuntur*, sive *impenduntur*. H.

Ἀνακῶς ἔχειν, Φροντίζειν, seu ἐπιμελῶς ἔχειν. VIII, 109. fine, σπόρου ἀνακῶς ἐχέτω. C.

Ἀναπλῶσαι pro ἀναπλεῦσαι. C.

Ἀνάπυσον, *Quod innotuit*, *Patefactum*, *Palam factum*. VI, 66. extremo, ὑςέρῳ μέντοι χρόνῳ ἀνάπυσα ἐγένετο ταῦτα. Sed male in Ald. et German. edit. ἀνάπεισα· contra vero recte in iisdem, paulo ante, ἀνάπυσα γενόμενα ταῦτα. H.

Ἀνε-

Ἀνεθέλητον, quod ab aliis dicitur ἀβούλητον, *de eo quod triſte nobis accidit.* VII, 133. ὅ, τι δὲ τοῖσι Ἀθηναίοισι ταῦτα ποιήσασι τοὺς κήρυκας συνήνεικε ἀνεθέλητον γενέσθαι, οὐκ ἔχω εἰπαι, πλὴν ὅτι σφέων ἡ χώρη καὶ ἡ πόλις ἐδηώθη, *quid adverſi illis contigerit.* Et ἀνεθέλητος συμφορὴ apud eundem, (ſicut dicitur ἀβούλητος συμφορὰ) alibi ἄχαρις συμφορή. Quibus in locis vocabulum συμφορὰ ponitur tanquam μέσον, more antiquo. H.

Ἀνειμένους. II, 167. τοὺς εἰς πόλεμον ἀνειμένους· *bello deditos.* Sic paulo ante, ἀνέωνται ἐς τὸ μάχιμον. Sed ibi, ſicut et in Ald. edit. male ἀνέονται. H.

Ἀνελεῖν, est *Reſpondere*, ut de oraculis Latini dixere, I, 13. ἢν μὲν δὴ τὸ χρηστήριον ἀνέλῃ μιν βασιλέα εἶναι τῶν Λυδῶν. *Si oraculum reſponderit, ipsum regem Lydorum eſſe.* Euterpe, c. 139. ἀνεῖλε ὡς δέοι αὐτὸν Αἰγύπτου βασιλεῦσαι ἔτεα πεντήκοντα. C.

Ἀνέωνται, vide in Ἀνειμένος.

723 Ἀντάω, ῶ, ex quo ἤντησε pro ἔτυχε II, 119. initio, καὶ ξεινίων ἤντησε μεγάλων· quum præcedenti cap. 115. dixiſſet, ξεινίων τυχών. Sic Homerus Iliad. α. ἀντιάσας dixit pro τυχὼν, ſive ἀπολαύσας, aut μετασχών· ubi canit Αἶκεν πως ἀρνῶν κνίσσης αἰγῶν τε τελείων Βούλεται ἀντιάσας, ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι. Facit autem illud ἀντᾶν ut minus mirari debeamus participium ἀπαντήσαντες genitivo itidem iunctum, hoc in verſu, Ἅ δειλοὶ νεότητος ἀπαντήσαντες ἐκείνης Πρωτοπόρου, δι' ὅσης ἥλθετε πυρκαϊῆς· vel πρωτοβόλους, ut alibi legitur, pro quo tamen malim πρωτόβολοι. Suſpicor autem priorem illum verſum mutatum fuiſſe ab iis quibus inſolens videbatur ille uſus participii ἀπαντήσαντες. Pro illo enim habetur hic, Anthol. epigr. lib. III, pag. 232. meæ editionis, Ἦν νέον ἡβήσασαν ἀποδρέψαντες ἑρασαί. H.

Ἀντίξοος, *Adverſarius*, *Hoſtis*, ἐναντίος πολέμιος. In cap. 218. lib. VII. ἐλπόμενοι γὰρ οὐδένα σφι φανήσεσθαι ἀντίξοον, ἐνεκήρυσαν στρατῷ. Et adiective, γνώμη ἀντίξοος, *Sententia contraria*, *Sententia repugnans*, VIII, 119. H.

Ἀντιούμενοι ſunt Ionibus qui aliis ἐναντιούμενοι, ſive ἀναντίοι· ut initio Melpomenes, καὶ νικήσαντες μάχῃ τοὺς ἀντιουμένους. Paulo post, εὗρον γὰρ ἀντιουμένην σφι στρατιὴν οὐκ ὀλίγην. At vero alibi VII, 9. cum accuſ. perſonæ, ſequente etiam præpoſitione ἐς, habente ſuum accuſativum, pro *Occurrere* ſeu *obviam venire hoſtiliter.* H.

Ἀντιπόλεμοι, *Hoſtes*, *Adverſarii*, πολέμιοι, VII, 236. fine. H.

Ἀνωσάμενοι, VII, 139. in fine, καὶ βασιλῆα μετά γε θεοὺς ἀνωσάμενοι. *Qui repulerunt*, pro ἀπωσάμενοι· niſi forte hoc ipsum reponendum ſit. H.

Ἀξιεύμεναι, activa ſignif. pro ἀξιοῦσαι, I, 199. principio, πολλαὶ δὲ καὶ οὐκ ἀξιεύμεναι ἀναμίσγεσθαι τῇσι ἄλλῃσι. *Quæ non dignantur, Quæ dedignantur.* Item VII, 16. initio ἀξιεύμενος activa itidem ſignificatione. Verum οὐκ ἀξιεύμενος ibi non est *Dedignans*, ſed *Dignum non iudicans ſedere*, vel *rem ſe dignam*, aut, *Indignum ſe iudicans qui ſederet.* Eod. cap. 16. n°. 2. tamen voce activa dixit ἀξιώσει, *Dignabitur.* H.

Ἀπαγινέειν ſignificat *Exportare* ſive *Deportare.* Ἀγινέειν, *Apportare:* et ſimpliciter ἄγειν. C. Frequens uſus horum verborum est III, 89, 92, 93, 94, 97.

Ἀπαδεῖν, *Diſplicere:* ut Ἀδεῖν, *Placere.* H.

Ἀπεματάϊσε ſignificat apud Herodotum, *Crepitum emiſit*, II, 162. ὁ δὲ Ἄμασις (ἔτυχε γὰρ ἐπ' ἵππου καθήμενος) ἐπάρας ἀπεματάϊσε. C.

Ἀπεσὼ, *Abſentia*, (ut Democrito εὐεσὼ, *Bona conſtitutio*) IX, 84. ἐπαισχυνομένους τῇ ἀπεσοῖ τῆς μάχης. C.

Ἀπὸ μὲν ἔθανε pro ἀπέθανε μὲν, VIII, 89. initio. Sic multa compoſita dividit, inſerta particula ὄν· ut ἀπ' ὧν ἔδωκαν pro ἀπέδωκαν· et κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. H.

Ἄρδις, *Genus teli*, et (ut volunt) *Pharetra:* ſed ſignificat apud Herodotum *Ferrum* (ut opinor) *ſagittæ.* C.

Ἄρθμιος, *Concors*, *Benevolus*, *Amicus*, VII, 101. in principio, μὴ ἐόντες ἄρθμιοι. Et IX, 9. Ἀθηναίων ἡμῖν ἐόντων μὴ ἀρθμίων. At vero ἄρθμια ſubſtantivi vice fungitur, VI, 83. τέως μὲν δή σφι ἦν ἄρθμια ἐς ἀλλήλους, *concordia inter eos erat.* Item ἀρθμίη, *Concors*, *Amica*, IX, 36. H.

Ἄρθρα de natura equæ poſuit Herodotus. C.

Ἄση, *Moleſtia.* Et, Ἀσᾶσθαι, *Moleſtia et dolore affici.* C. I, 136. extremo, μηδεμίαν ἄσην ἀηδῆ τῷ πατρὶ προσβάλλῃ· ubi videri posſit neceſse minime fuiſſe addere ἀηδῆ. Ab Hippocr. ἄση de certo quodam moleſtiæ genere dicitur: nimirum de ſtomachi faſtidio, necnon de faſtidio ciborum. Quinetiam de inquieta corporis iactatione quæ ægrotis contingit. Unde et Ἀσώδεις hi vocantur, pro quo et Ἀσσώδεις gemino σσ ſcribitur. Sic vero et Ἀσσᾶσθαι apud eundem, non ſolum Ἀσᾶσθαι. Vide Hippocr. lexicum.

Ἀσινὴς, *Illæſus*, *Incolumis*, IX, 5. ἀπέπεμψαν ἀσινέα, paſſiva ſignif. Apud Hippocr. activa etiam, ut ἀσινέες ῥήξιες, *innoxiæ.* Sic et adverb. Ἀσινέως apud eundem, *Innoxie.*

Ἀτὰρ, ſicut et apud Homerum (cui Αὐτὰρ etiam in uſu est) pro *Autem*, vel *Sed.* lib. VI, cap. 133. reſpondet particulæ μὲν, cui paſſim δὲ· ac interdum apud hunc quoque: ut IX, 115.

Ἀτάσθαλα, *Neſaria*, *Nefanda*, *Sceleſta*, IX, 77. et aliis plerisque locis. Necnon aliquis dicitur ἀτάσθαλος, ut IX, 115. initio. Frequens est et Homero. H.

Ἀτέοντες, *Nihil curantes.* Est et Homerus ſimiliter uſus. C.

Ἀτρεκέως, *Vere*, vel *Certo*, ut I, 57. οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν. Sic II, 167. οὐκ ἔχω ἀτρεκέως κρῖναι. Hoc adverbium frequens est apud Homerum etiam et Hippocratem: apud Homerum pro *Vere*, apud Hippocratem et pro *Certo*, *Explorato:* et plerumque pro ἀκριβῶς, *Exacte.* ut in Prognoſt. οὐ δύναται ἀριθμεῖσθαι ἀτρεκέως. Sic et Ἀτρεκὴς pro *Exactus.* Extat eiam Ἀτρεκηΐη apud Herodotum, quo ſignificatur *veritas.* Apud Hippocr. ἀτρεκείῃ ſcribitur: ut ἀτρεκείῃ κρῖναι apud eum legitur pro eo quod attuli ex Herodoto ἀτρεκέως κρῖναι. H.

Ἄτρυτον πόνον, *Intolerabilem*, IX, 51. initio, ἔχον πόνον ἄτρυτον. C. 724

Ἀτδάζειν, *Vocem emittere*, ſeu *Loqui.* C.

B.

Βαθυτάτη αὐτὴ ἑωϋτῆς, *Ubi profundiſſimum est.* Item de Iſtro IV, 48. ἴσος αὐτὸς ἑαυτῷ ῥέει· id est *Aequabili flumine fertur.* C.

Βάρις, in Euterpe, c. 41. Navigium AEgyptiacum. C.

Βαρυσυμφορώτατος ἀνθρώπων, I, 45. id est, βαρείας συμφορὰς ἀνθρώπων μάλιστα παθών· vel βαρεῖαν συμφοράν. *Qui omnium hominum maxime graves calamitates est perpeſſus*, ſive *gravem calamitatem.* Vel una voce, *Miſerrimus.* H.

Βασίλεια, I, 11. ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι. At vero βασιλεία, cum accentu in penult. in lingua communi dicitur *regnum:* apud Herodotum βασιληΐη· ut ibidem ſequitur proxime βασιληΐην. H.

Βεβωμένα, id est, περιβόητα, *Celebria.* C. Vide Βῶσαι.

Βωθεῖν pro βοηθεῖν, (id est *Auxiliari*) apud hunc ſcriptorem, teſte Euſtathio: afferturque et ab Heſychio. Legimus tamen et cum οη, βοηθησάντων I, 150. in medio. H.

Βῶσαι pro βοῆσαι (ut proxime præcedit βωθεῖν pro βοηθεῖν) *Clamare.* At in fine c. 146. l. I. μηδὲ οὐνόματι βῶσαι τὸν ἑωϋτῆς ἄνδρα, non male, *neque nomine compellare ſuum maritum.* Sic Ἀναβῶσαι pro ἀναβοῆσαι· unde ἀνέβωσεν I, 10. *exclamavit.* Sic alibi I, 8. ἀμβώσας pro ἀναβοήσας; et ἐπιβώσασθαι I, 87. pro ἐπιβοήσασθαι. Paſſivum autem particip. βεβαομένα pro βεβωμένα habuiſti paulo ante.

Γ.

Γενέτωρ, *Progenitor*, in Urania, c. 137. Alioqui qui vulgo recepta ſignificatione est *pater.* H.

Γένεα AEgyptiorum eſſe ait ſeptem, II, 164. et alios, ſacerdotes, alios, pugnatores, alios, bubulcos vocari, &c. Ubi Valla interpr. *Septem genera hominum.* Sed non minus placeret mihi *Septem ordines*, vel *Septem claſſes.* Sic alibi I, 125. aliquot γένεα Perſarum eſſe ſcribit. At vero I, 56. legimus τοῦ Δωριικοῦ γένεος, et τοῦ Ἰωνικοῦ. H.

Γνωσιμαχέειν interpretantur *Perpendere ſuas vires, quæ inferiores ſint adverſariorum viribus.* Itaque poſſet accipi Thalia, c. 25. εἰ μέν νυν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχεε. Significare videtur ſimpliciter, τῇ γνώσει μάχεσθαι· hoc est, *Mutare ſententiam*, et *perpendere.* Urania, c. 29. γνωσιμαχέετε μὴ εἶναι ὁμοῖοι ἡμῖν. At Polymnia, c. 130. γνωσιμαχέοντες καὶ τἆλλα, καὶ ὅτι χώρην ἄρα εἶχον εὐαίρετον. C.

Δ.

Δεῖπνα annotarunt ab Ionibus appellari Cœtus triginta hominum qui ſimul cibum caperent. Homero tamen δεῖπνον ſimpliciter cibum ſignificat, atque etiam equorum pabulum, ut Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον· et Εὖ δέ τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω.

Δένος, *Dedecus, Opprobrium.* Unde et verbum Δεννάζω.

Δηλήσασθαι pro βλάψαι, apud hunc ſcriptorem, ſicut apud Homerum: ut Euſtathius quoque annotat in hunc illius poëtæ locum, Il. α, Οὐδέ ποτ' ἐν Φθίῃ ἐριβώλακι βωτιανείρῃ Καρπὸν ἐδηλήσαντ' ἐπειή, *&c.* Apud hunc IV, 198. legitur et δεδήληται, paſſiva ſignific. Hinc et Δήλησις apud Hippocratem: item Δηλητήρια φάρμακα, pernicioſa atque adeo lethifera. H.

Διὰ cum genitivo, uſum habens diligenter notandum, hoc in loco, I, 25. θείης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων, *inter omnia quæ ſunt Delphis donaria.* H.

Διαβάλλειν, *Calumniari*, et *Inſectari*, et *Fallere*, et *Verba dare.* C.

Δίαιταν ποιέεσθαι, *Diverſari, Habitare, Commorari.* Sic III, 51. ἣ ὁ ἐξελαθεὶς ὑπ' αὐτοῦ παῖς δίαιταν ἐποιέετο, ἐς τούτους πέμπων ἄγγελον (ita enim interpungendum est, non inter παῖς et δίαιταν, ut in Ald. et Germ. editione) id est, *Ubi diverſabatur.* ſeu, *Apud quos domicilium habebat.* At vero IX, 81. circa finem, δίαιταν interpres reddidit *vitam:* de rege Perſarum, ὃς τοιήνδε δίαιταν ἔχων, ἦλθε ἐς ἡμέας οὕτω δίζυρὴν ἔχοντας ἀπαιρησόμενος. Sed malim, *Cui quum talis ſit ratio victus*, ſive, *Qui quum tali victu utatur.* Cum hoc autem uſu nominis δίαιτα, non cum illo, convenit ille qui paſim apud Hippocratem occurrit, quin etiam apud medicos eius poſteros, qui ex eo ſunt mutuati: niſi quod multorum ægrotorum δίαιτα, cum illa regis Perſarum comparata, plane est δίζυρὴ (ut loquitur illic Pauſanias) præſertim ſi verum est illud, *Qui medice vivit, miſere vivit.*

Διασφὰξ, *Crepido rupium.* C.

Διαφέρειν τὸν αἰῶνα, III, 40. *AEvum tranſigere*, ſeu *AEvum agitare.* Perinde ac ſi diceretur, *Perdurare in vita.* Apud Hippocr. διαφέρουσι exponitur etiam *Morbum perferunt.* Atque idem et voce paſſ. Διαφέρεσθαι utitur pro *Durare:* ſi mendo carent exemplaria.

725 Διαχρῆσθαι pro ſimplici χρῆσθαι: ut VI, 11. εἰ δὲ μαλακίῃ τε καὶ ἀταξίῃ διαχρήσεσθε. In præcedenti autem cap. 10. dixerat, ἀγνωμοσύνῃ τε διεχρέωντο. Sic III, 72. οὔτε ψευδόμενοι καὶ σὺ τῇ ἀληθηίῃ διαχρεώμενοι. At vero VII, 101. cum eodem dativo utitur et compoſito illo et ſimplici verbo, ὦ βασιλεῦ κότερα ἀληθηίῃ χρήσομαι πρός σε, ἢ ἡδονῇ. Et ſequitur, ὁ δέ μιν ἀληθηίῃ χρῆσθαι ἐκέλευε. Paulo post c. 102. ἀληθηίῃ διαχρήσασθαι. Et mox, τῇ (videlicet ἀρετῇ) διαχρεωμένη ἡ Ἑλλάς.

Verum alicubi pro *Interficere*, ut I, 24. ſed ibi διαχρᾶσθαι, pro διαχρῆσθαι. Quinetiam compoſitum Καταχρῆσθαι uſum hunc apud illum habet, ſi bene memini: apud poſteros quidem certe eum habere conſtat. H.

Διδόναι λόγον ἑωυτῷ, vide in Λόγος.

Δίκαιαι ὀργυιαὶ, II, 149. *Quæ ſunt iuſtæ magnitudinis.* Utitur autem et lingua Gall. illa voce Lat. hac in ſignific. Apud Hippocratem δίκαιον exponitur εὔλογον: quod non ſolum *rationi conſentaneum*, ſed *proportioni conſentaneum*, alicubi interpretandum esſe videtur. Alioqui ἴσον etiam exponitur. Erotianus autem et quasdam expoſitiones affert quæ mihi violentæ videntur. H.

Δικαιοῦν ſæpe pro ἀξιοῦν, ſequente infinitivo. Proprie autem ſonat perinde ac ſi quis dicat, δίκαιον κρίνειν, id est, *iudicare rem esſe iuſtam*, III, 148. ὃς λαβεῖν μὲν διδόμενα οὐκ ἐδικαίευ· ubi Valla, *recipienda non putavit:* ſed malim, *recipere iuſtum esſe non putavit.* Vel potius, *par esſe non putavit.* H.

Διφάσιον. *Geminum:* ſeu *Duplicia.* C.

Item plural. Διφάσια, *Duplicia*, vel *Bina*, aut *Duo.* ut διφάσια τρώματα, I, 18. *Duo vulnera.* Et διφάσιαι αἰτίαι III, 122. Et διφάσιαι εἰκόνες, II, 182. *Binæ imagines*, ſeu *bifariæ.* Suſpicor autem ex hoc διφάσιος Latinos mutuatos esſe ſuum *Bifarius*, itidemque *Trifarius* ex Τριφάσιος. Quod ſi ita ſit, rectius ſcribentur per *ph.* H.

Δοξοῦσθαι, pro quo dictum postea fuit δοξάζεσθαι, IX, 47. ἐπεί τε δεδόξωσθε εἶναι ἄριστοι, *exiſtimati eſtis.* Et VIII, 124. ὅμως Θεμιστοκλέης ἐβώσθη τε καὶ ἐδοξώθη εἶναι ἀνὴρ πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατος ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. Ubi fortaſse aliquis ἐδοξώσθη ut ἐβώσθη ſcribendum putet. Sed quid ſi ἐβώσθη male pro ἐβώθη ſcriptum est? et ſcribendum est ἐβώθη, factum ex ἐβοήθη, (ut antea βῶσαι pro βοῆσαι, βεβωμένα pro βεβοημένα, atque alia huius ipsius familiæ habuimus) manente altero ἐδοξώθη, ſine σ, ut ἐχρυσώθη absque littera illa ſcribitur?

Δουλότερος, *Magis ſervus.* Et Δουλοτέρη, *magis ſerva* VII, 7. H.

Δωτίναι, δῶρα, ſeu δόσεις, *Munera, Largitiones.* Et ἔδωκε δωτίνην, *dono dedit.* Il. ι, Οἵ κέ ἑ δωτίνῃσι θεὸν ὡς τιμήσουσι. Et Δωτινάζειν, *Dona corrogare* II, 179. H.

E.

Ἔαδε, *Placuit:* ea ſignific. qua dicitur *Placuit ita facere*, pro *Viſum est*, IV, 145. Λακεδαιμονίοισι δὲ ἔαδε δέκεσθαι τοὺς Μινύας ἐπ' οἷσι βέλουσι αὐτοί. Sic alibi, ἐς ὅ σφι ἔαδε ὁμολογίῃ χρήσασθαι. Item ἐάνδανε, circa principium Calliopes, c. 5. ſine infinitivo, εἴτε οἱ καὶ ταῦτα ἐάνδανε, *Sive hæc illi placebant, Sive hæc ſentiebat.*

Ἔγκοτον in duobus Herodoti locis legi: ſed alios præterea occurrere cupio in quibus hoc vocabulum legatur, antequam de eo dicere auſim quod ſuſpicor. Vix enim in duobus illis ἔγκοτον pro κότον dictum esſe, mihi perſuadere posſum. H.

Ἐγκυρεῖν, vide in Κυρεῖν.

Ἐθέλει, pro εἴωδε, *Solet, Solitum est.* Pro quo et φιλέει dicitur. Utrumque eodem loco habes, VII, 50, 1. Quum autem videamus Herodotum in priore quidem membro dicere φιλέει, in poſteriore autem, ἐθέλει, minime dubium esſe cuiquam debet quin ita ſit accipiendum. Ideoque Galenus, apud Hippocratem ita potius exponere debuit quam verbo δύναται. H.

Ἐκ. Præpoſitio hæc apud Herod. uſum quendam habet, qui non animadverſus fecit ut huic loco abſurda interpretatio daretur, I, 10. μαθοῦσα δὲ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρός. Male enim intellectum fuit, μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρός, pro τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρός· id est, ὑπὸ τοῦ ἀνδρός· ut alibi docebo, ſimulque alia huius uſus exempla proferam. H.

Ἑκατέρω (pro quo perperam alicubi ἑκατέρω, quum poſitivum ſit ἑκάς) *Longius, Remotius, Ulterius:* et Ἑκασάτω, *Longiſsime.* H.

Ἐκγίνεσθαι, *Licere, in Facultate esſe.* Sic III, 142. initio, τῷ, δικαιοτάτῳ ἀνδρῶν βουλομένῳ γενέσθαι, οὐκ ἐξεγένετο. *Non licuit, Facultas ei non fuit, Datum non est*, ſive, *conceſſum.* H.

Ἐκπαγλεόμενοι, *Admirantes*, vel potius *Valde admirantes, et ad ſtuporem usque*, IX, 47. initio ἐκπαγλεομένων ὡς οὔτε φεύγετε ἐκ πολέμου. Derivatum ex Ἔκπαγλος· unde et adverbium Ἐκπάγλως, apud Homerum, necnon apud Hippocratem, non ſimpliciter *Mirum in modum*, ſed *Stupendum in modum.* Niſi quis *Ad ſtuporem usque* malit dicere. H.

Ἐκπλῶσαι τῶν φρενῶν, *De ſtatu mentis deiectum esſe*, III, 155. πῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν; Alibi in propria ſignif. ἐκπλώσας, I, 29. de Solone. Sic autem et Ἀναπλώουσι, II, 93. ubi proxime præcedit et ἐκπλώοντες. Invenitur tamen alicubi in hoc verbo, et apud hunc, diphthongus ευ, more linguæ communis, non ω, ſed ex errore, ut opinor. Eorum locorum unus est II, 179. πρὸς ἀνέμους ἀντίους πλέειν. H. 726

Ἐκτῆσθαι, pro κεκτῆσθαι, ut apud Homer. unde ἐκτημένων, VIII, 140. extremo. Sic et Hom. Il. β. — οὐδ' ὅσα φασὶν Ἴλιον ἐκτῆσθαι εὐναιόμενον πτολίεθρον. Vult tamen Euſtathius non minus Atticum esſe quam Ionicum. Quamvis autem hoc ex aliorum (ut credibile est) grammaticorum autoritate dicat, aut illi fides habenda non est, aut exemplaribus Ariſtophanis deneganda. Non ignoro alioqui Atticis cum Ionibus esſe quædam communia. H.

Ἐλιννύειν, *Acquieſcere.* C.

Ἐλλάμψεσθαι, pro ἐλλήψεσθαι, ut I, 80. τῷ δήτοι καὶ ἐπεῖχε ἐλλάμψεσθαι αὐτός· de equitatu Crœſi. *Quo* (inquit) *et ipse Cyrus oppreſsum iri ſe verebatur.* Et Melpom. [V, 21.] καταλαμφθεὶς, pro καταληφθείς· a verbo λάμπτεσθαι, quod ἀποδέχεσθαι, id est, *accipere*, illis ſignificat. C.

Invenitur et λάμψεαι, VII, 39. Quinetiam compoſitum φοιβόλαμπτος pro φοιβόληπτος, IV, 13. Cum hoc autem uſu huius verbi convenit quod et eod. lib. IV, c. 79. legitur, νῦν οὗτος ὁ δαίμων καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε, καὶ βακχεύει. H.

Ἔμβολον, *Roſtrum in navi, et veluti clauſtrum regionis.* Et de portis, χαλκόδετ' ἔμβολα, Phœnisſis. C.

Ἐναγίζειν, vide in Καταγίζειν. H.

Ἐνάρεες, Schythæ evirati et vates Scythici, quorum et Hippocrates meminit ἐν τῷ περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων· ſed ibi ἀνανδριεῖς vocat. Aliqui annotarunt ἐνάρεας esſe *bellatores* apud Ionas. C.

Ἐνείκω, est ἐνέγκω. C.

Ἐννώσας, id est ἐννοήσας, *Quum intellexisſet*, Clio, c. 68. Et ibid. c. 77. ἐνένωτο, τὸν χειμῶνα παρεὶς ἅμα τῷ ἦρι στρατεύειν, *in animo habebat.* Et, ἐνενώκασι, *Animadverterunt*, III, 6. C.

Ἔξεσις de dimiſsione, ſeu amandatione uxoris V, 40.

40. Vide Euſtathium, qui et uno verbo διαζύγιον exponit. H.

Ἐπάϊος, *De quo auditum est aliquid*, ut II, 119. ὡς ἐπάϊος ἐγένετο τοῦτο ἐργασμένος. *Postquam auditum fuit eum hoc fecisse*, vel *Innotuit*, *Compertum fuit*, ſive *Compertus est*. Sic III, 128. ἐπάϊος ἐγένετο προδιδούς. H.

Ἐπεί τε, pro ἐπεὶ vacante particula τε, paſſim. H.

Ἐπὶ ξυροῦ τῆς ἀκμῆς, vide in Ξυρόν.

Ἐπὶ, cum genitivo quoque *Ad* ſignificat. ut ἀποπλέοντας ἐπ' Αἰγύπτου I, 1. extremo. Quod et ipſum plane Atticum est, ut ἀπῆλθον ἐπὶ Φυλῆς. Calliope c. 11. ἀπαλλάσσεσθαι ἐπὶ τῆς ἑωϋτοῦ ἕκαστος. Hæc ipſa præpoſitio ἐπὶ cum dativo interdum ubi potius moris est uti præpoſitione ἀπὸ cum ſuo genitivo, ut I, 15. καλέεται Γυγάδας ἐπὶ τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίῃ, quum potius dicendum videretur, ſequendo vulgarem ſermonis formam, ἀπὸ τῆς τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίης. Imitati autem ſunt hunc præpoſitionis huius uſum quidam ex poſteris: quorum ideo loci mendi ſuſpecti fuerunt. Sic apud Arrianum ὀνομασθεῖσαν ἐπὶ μιᾷ τῶν ὀπαδῶν τῆς Κυβέλης νυμφῶν. At vero ubi hæc præpoſitio genitivo iuncta huic rei ſignificandæ adhibetur, ibi certum est mendoſum eſſe locum. H.

Ἔπιπλα, *Supellex*. C.

Ἐπίσασθαι non ſolum pro *Scire*, *Noſſe*: ſed alicubi et pro *Exiſtimare*. In quibusdam autem Homeri et Hippocratis locis exponitur δύνασθαι, ubi tamen non video quid obſtet quominus ſignificationem ſuam retineat. H.

Ἐπίσιος, ἐφέσιος. Et Iupiter ἐπίσιος I, 44. C.

Ἐπισρεφέως, *Accurate*, *Vehementer*. Item *Obliquе*. C.

Ἐπίτεξ, *Vicina partui*, I, 3. C.

Adiuvat autem valde Hippocratem hic locus Herodoti: quum oſtendat legi perperam apud eum ἐπιτέξῃ, et ab aliis ἐπιτεύξῃ, pro ἐπίτεξ ᾖ, in hoc Περὶ γυναικ. loco, φημὶ δὲ γυναῖκα, ἣν ἐπίτεξ ᾖ. H.

Ἐπιφράζεσθαι, *Excogitare*, *Perſpicere*, *Animadvertere*: in fine Polymniæ, et in cap. 10. Terſich. Et Καταφρασθεὶς αὐτὸν ταῦτα ποιεῦντα IV, 76. *Quum animadvertisſet illum hæc facere*. C.

Ἔρχομαι φράσων, Ἔρχομαι ἐρέων, Ἔρχομαι λέξων, et in præterito, ἦια λέξων, *Ingrediar exponere*. Virg. *Sic contra est ingreſſa Venus*. C.

Ἐς τὸ, ἕως οὗ, *Donec*. C.

Εὐεσὼ, ea forma qua alibi ἀπεσφ. Videtur autem dativus illius nominis εὐεσὼ, videlicet εὐεσοῖ, quod margini adſcriptum est I, 85. vera eſſe lectio: et εὐθηνίᾳ quod in ipſo textu est, ad illius expoſitionem poſitum, eo irrepsiſſe. H.

Εὐμαρίη, *Stercus*. C.

Εὖτ' ἂν pro ἐπεὶδ' ἂν. C.

Εὐφρόνη, *Nox*. ut IX, 38. ὡς εὐφρόνη ἐγένετο. Itidemque Εὐφρόναι, *Noctes*. H.

Εὐχαρίσως, idem quod κεχαρισμένως, I, 32. fine. H.

727 Ἔφησε λέγων pro ἔφη, VII, 137. Sic ἔφασαν λέγοντας pro ἔφασαν, circa initium Calliopes, c. 2. H.

Ἔχειν cum præpoſ. ἐπί· ut ἔχοντας ἐπὶ σφίσι, eo fortaſſe modo quo dicimus, *Ils en ont à moy*. item, *A qui en avez-vous?* Vide inter Gallicismos Ionicos. H.

Z.

Ζόη, id est, βίος, *Vita*. Et Ζωὸς, *Vivus*. ut et Odyſſ. λ. Ζωὸς ἐών. Et Ζωάγρια, Odyſſ. θ. et Ζωγρεῖν, Iliad. ζ. C.

Quamvis autem ζόη esſe Ionum dicatur, ab ipso etiam Euſtathio, tamen et ζωὴ alicubi ſcriptum est: ut I, 38. genitivus ζωῆς. H.

Ζώνη, est Herodoto πορφυροῦν ἱμάτιον, teſte Suida. H.

H.

Ἤθεα, *Domicilia*, id est, Ea loca in quibus vel homines vel animantes aliæ degere ſolent. C.

Ἠμεκτεῖν, *Indignari*, *Offendi*. C.

Vide Περιημεκτεῖν.

Θ.

Θαλία, *Convivium lætum et opiparum*. Si a θάλλω derivatur, ſonabit quaſi quis dicat *Convivium florens*, ut in Theſauro ſcripsi: ſed addidi vocem *lætum*. Dixi enim poſſe videri reſpondere his duobus, δαὶς τεθαλυῖα· perinde ac ſi diceretur *Convivium lætum et quaſi florens*. Verum apud Herodotum (ut et Bud. ſcribit) non tantum est *Epulum* ſed etiam *Dies feſtus*. Sic autem in isto ſcriptoris huius loco in principio cap. 27. καὶ ἦσαν ἐν θαλίῃσι, Valla uſus est hac interpretatione, *et celebrando feſto operam dabant*. Non video tamen cur altera ſignificatio locum habere hic non poſſit. H.

Θοινίζειν. *Cibo*, *Paſco*. Factum ex θοίνη, ita ut ſonet quaſi quis dicat, Θοίνην παρέχω, vel Εἰς θοίνην παρέχω· eodem modo quo ex δεῖπνον fit δειπνίζω. In Clio, cap. 129. cum accuſat. perſonæ et dativo rei, πρὸς τὸ ἑωϋτοῦ δεῖπνον τό μιν ἐκεῖνος σαρξὶ τοῦ παιδὸς ἐθοίνησε. Ubi fortaſſe rectius τῷ quam τὸ post δεῖπνον ſcriberetur. Alioqui ſubaudiendum fuerit κατὰ. H.

Θορὸς, τὸ σπέρμα. C.

Θορτὶ non Θορὸς habet editio Baſilienſis Hervagii; unde ſumpta hæc Camerarii fuerunt: ſed hunc tamen θορὸς ſcripsiſſe mihi perſuadeo. Nam illud θορτὶ ne ſpeciem quidem vocabuli Græci præ ſe fert: at θορὸς ſignificans σπέρμα, id est, *ſemen* (ſed intellige *ſemen genitale*) legitur apud hunc noſtrum ſcriptorem, legitur apud Hippocratem. Apud hunc, ut II, 93. principio, ἀποῤῥαίνοντες τοῦ θορτοῦ: apud Hippocratem, ut quum ſcribit libro De morbis ſecundo, περιέρχεται αἱ θορὸς πολὺς καὶ ὑγρός. Scio alioqui fuisſe qui aliquantulum diſcriminis inter θορὸν et σπέρμα ponendum exiſtimarint. Obſervandum est autem, non ſimpliciter σπέρμα, ſed σπέρμα παιδοποιὸν, ab Herodoto dici, VI, 68. H.

Θυμαλγὴς, *Animo dolorem afferens*, ut θυμαλγέα ἔπεα. I, 29. initio. *Verba dolorem animo afferentia*, vel *Aegritudinem alicui afferentia*, ut loquitur Terentius. Poſſis et ita reddere, *Verba quæ animus ægre fert*. Quoniam autem Homerus quoque isto compoſito utitur, (veluti quum θυμαλγὲς ἔπος et θυμαλγέα μῦθον dicit) poſſis, magis poëtice loquens, reddere, *Verba animum mordentia*. H.

Θυμὸς, vocabulum valde alioqui et apud ceteros uſitatum, quendam uſum habet qui apud ceteros vix occurrat, niſi ex eius imitatione. Iungit enim genitivo: ut quum lib. I, cap. 1. dicit; ὀνέεσθαι τῶν φορτίων τῶν σφιν ἦν θυμὸς μάλιστα· id est, *quorum maxime* (vel *potiſſimum*) *erat illis cupido*.

Θύσανοι, id est, χρωσσοὶ, *Bullæ aut fimbriæ in Clypeis et tunicis*. C.

Θύσσανοι geminato σ apud eum antea ſcriptum fuit: ſed ne geminetur σ obſtat quantitas ſyllabica, quum prima brevis ſit apud poëtas: etiamſi, licentia utentes, in θυσανόεις et θυσανόεσσα producant, ut metrum poſſit ingredi. Tum autem et duplicatur illa littera in quibusdam exemplaribus. H.

I.

Ἰθαγενὲς, *Germanum*, *Nativum*, II, 17. οὐκ ἰθαγενέα σόματά ἐστι, ἀλλὰ ὀρυκτὰ, *Non ſunt oſtia nativa, ſed foſſilia*. C.

Uſus est hoc vocabulo non ſolum Homerus, ſed Hippocrates quoque: ſed uterque paulo alia ſignificatione quam in loco qui modo ex noſtro ſcriptore allatus fuit. Legimus enim Ὀδ. ξ.

—— ἀλλά με ἶσον ἰθαγενέεσσιν ἐτίμα.

ubi ἰθαγενέεσσιν ſonat γνησίοις· apud Hippocratem vero ἰθαγενὲς κύημα potest quidem fortaſſe exponi itidem γνήσιον, ſed alia tamen ratione. Est enim conceptus verus, et qui a falſo, id est, a mola, diſtinguitur. Videndum an vocabula *Genuinus* et *Germanus* et hic et illic habere locum poſſint. H. 728

Ἰθὺς et Ἰθὺ pro εὐθὺς et εὐθὺ, itidemque Ἰθέῖα pro εὐθεῖα, ſicut apud Homerum et Hippocratem. Dici autem ab Herodoto ἐκ τῆς ἰθείας exponit ἐκ τοῦ προφανοῦς et παρευθύ· hunc eius locum afferens, III, 127. ἐκ μὲν δὴ τῆς ἰθείας ῥᾳτὸν ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐδόκεε πέμπειν, ἅτε οἰδεόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων. Est enim reponenda apud Suidam hæc ſcriptura; οἰδεόντων una voce, pro illa quæ apud eum duas voces habet, οἱ δεόντων. Vide plura ſuper hoc loco in his verbis, Οἰδέοντα πρήγματα. H.

Ἰκνεομένως, unde Οὐκ ἰκνεομένως et Οὐκ ἰκνευμένως; *Non debite*, et μᾶλλον τοῦ ἰκνεομένου, *Magis quam conveniret*. Hæc Camer. Exempla autem habes VI, 65. Φὰς αὐτὸν οὐκ ἰκνεομένως βασιλεύειν τῶν Σπαρτιητέων. Paulo post eod. cap. οὔτε ἰκνευμένως βασιλεύονται Σπάρτης. Quod autem et aliis in locis feci in Gallorum, et aliorum qui Gallici ſermonis ſtudioſi ſunt gratiam, hic quoque faciam, ut quam bene conveniat hic adverbii iſtius uſus eum eo quod Gallice dicitur, oſtendam. Quum enim adverb. ἰκνευμένως, vel potius ἰκνεομένως, (hanc enim lectionem præfero) a verbo ἵκνέομαι originem habeat, quod est *venire*, Gallice *venir*: animadvertendum est ista verba, οὐκ ἰκνευμένως βασιλεύει, poſſe ita noſtro illo ſermone exprimi, *Il ne luy vient pas de regner*. Est autem *vient* a Latino *venit*,

(littera i ex fine ad principium transeunte) Ionice, οὐκ ἰκνέεται· perinde ac ſiquis diceret, οὐκ ἰκνέεται εἰς αὐτὸν τὸ βασιλεύειν, pro illis, οὐκ ἰκνεομένως βασιλεύει. Alioqui et his verbis hoc exprimeret ſermo noſter, *Il ne luy touche pas de regner.* Alterius autem generis loquendi, Μᾶλλον τοῦ ἰκνεομένου, exemplum tibi ſuppeditat VI, 84. ὁμιλέοντα μᾶλλον τοῦ ἰκνεομένου· quum antea pro μᾶλλον τοῦ ἰκνεομένου dixiſſet μεζόνως· utens his verbis, ὁμιλέειν σφι μεζόνως. Nam qui aliquid facit μᾶλλον τοῦ ἰκνεομένου, id est, magis quam convenit, ſive magis quam par est, is dici potest illud ποιέειν μεζόνως, quod Ionicum est pro μειζόνως· quaſi dicas, *maiorem in modum quam oporteat.* Sed Valla male hunc locum cum vertit, non ſecus quam ſi verba illa μᾶλλον τοῦ ἰκνεομένου non ad ὁμιλέειν ſed ad ἀκρητοποτεῖν, ſive ad ἀκρητοποσίην (ut ibi legimus) referrentur. Addam et hoc, Hippocratem quoque illo adverbio uſum eſſe, et quidem alicubi ſignificare apud illum *Quantum par est*, *Quantum ſatis est*, ut quum dicit, γάλα πίνειν ἰκνεομένως. Apud eundem ἐν τῷ ἰκνεομένῳ χρόνῳ. *Debito tempore*, *Convenienti tempore*, *Suo tempore.* Miror autem afferri ex illo loco ſcripturam ἰκνευομένῳ· e loco libri De fract. ἐν τῷ ἰκνευομένῳ χρόνῳ, et dici, ἰκνευόμενον χρόνον non minus quam ἰκνεόμενον, in uſu eſſe, quaſi vero illam quoque ſcripturam Græca lingua poſſit admittere, ac non iubeat nos vel ἰκνευμένῳ vel ἰκνευομένῳ dicere. Ceterum huius generis loquendi aptum habemus hoc quoque exemplum, προγηράσκειν τοῦ χρόνου τοῦ ἰκνευμένου, *Seneſcere ante debitum tempus.* Et quaſi quis dicat, *Ante legitimum tempus.* Alioqui et ſimpliciter, *Ante tempus*, dici potest. Poëtæ autem dicerent etiam (ut opinor) *Ante ſuum tempus.* Ex eodem affertur et hoc, φροντίδες οὐχ ἰκνούμεναι (ſed malo ἰκνεόμεναι) pro *curis intempeſtivis*, at vero illud, ἐν τῷ ἰκνεομένῳ χρόνῳ, apud Herodotum etiam exſtat, VI, 86.

Ἱστρέειν et Ἱστορέεσθαι ſæpe apud hunc ſcriptorem occurrunt, præſertimque illa vox activa. Est autem Ἱστορέειν *Interrogare*, *Sciſcitari*. *Percontari*, *Inquirere:* et Ἱστορέεσθαι, *Interrogari*, *Inquiri.* II, 19, Ἱστορέων αὐτοὺς ἥντινα δύναμιν ἔχει ὁ Νεῖλος τὰ ἐμπαλιν πεφυκέναι τῶν ἄλλων ποταμῶν. Et paulo post, ταῦτά τε δὴ τὰ λεγόμενα βουλόμενος εἰδέναι ἱστόρεον. Sic I, 61. μετὰ δὲ, εἴτε ἱστορεύσῃ, εἴτε καὶ οὔ, φράζει τῇ ἑωυτῆς μητρὶ. *Dicit matri ſive percontanti ſive non.* Sed Valla longe ἱστορέειν hic eſſe putavit *Enunciare*, ideoque alienum ab hoc loco ſenſum commentus est: ut tibi patebit ex collatione verborum eius cum iis quæ margini adſcripta ſunt. At vero paſſ. vox ἱστορέεσθαι I, 24. legitur, ſed ita ut activam potius ſignificationem habere videatur. H.

K.

Καὶ δὴ frequens est apud hunc, in narrationis velut incremento: ut quum Latine dicitur *Atque etiam*, vel *Tum*, vel *Tum etiam*, et ſimiliter. C.

Κάρτα πάνυ, *Admodum.* C.

Aliquando (I, 71.) et præfixo articulo dicit τὸ κάρτα, ſive τοκάρτα. Euſtathius tamen in librum ιωτα Iliadis, non Ionum ſed Dorum eſſe dicit articuli pleonasmum ante adverbia. H.

Καταγίζειν, ut Καταγίζειν πυρὶ, *Igni conſecrare.* Item, *Immolare et ſacrificare*, Clio c. 86. et Melpomene c. 35. Et Ἐναγίζειν, *Inferias mittere:* Euterpe, c. 44. in fine, ὡς ἥρωϊ ἐναγίζουσι. C.

Illi autem Καταγίζειν addendum est Καταγιάζειν· ſi quidem emendate ſcriptum est καταγιαζομένου, I, 729 202. Sed (verum ut fatear) ſuſpicione apud me ſcriptura hæc non caret: præſertim quum et Erotianus, ſuo in Hippocratem lexico, Ἐναγίζειν, non Ἐναγιάζειν, ſcribat, exponens, τοῖς κατοιχομένοις ἢ τοῖς καταχθονίοις θύειν· ſicut Heſychius, χοὰς ἐπιφέρειν, vel θύειν τοῖς κατοιχομένοις. Sed magis priorem probo expoſitionem quam poſteriorem: et in poſteriore placet quod κατοιχομένοις tantum dixerit, non autem cum Erotiano, ἢ τοῖς καταχθονίοις· quoniam hoc de diis inferis dici ſolet. Non ſolum autem *Inferias mittere* dixerunt Latini, ſed etiam *Inferias ferre*, et *Inferias dare.* At *Inferias facere* (ut etiam exponitur) me legere haud memini. H.

Καταδόξαι uſurpat ut alii καταγνῶναι. H.

Κατατροΐξεσθαι interpretantur, *Grate habituros aut impune laturos esſe*, ἀπὸ τῆς τροικὸς deducto vocabulo, ut Thalia, c. 36. extremo, οὐ κατατροΐξεσθαι, de iis qui Croeſum conſervaſſent. Et non minus in fine eiusdem libri, c. 156. et Polym. c. 17. Sed Terpſich. c. 105. poſſe ita accipi videtur ut ſit a verbo ἰκέσθαι Ionico, et ſignificet, *Progredi longius* aut *effugere*, ſimileve aliquid. C.

Καταφράζομαι, vide in Ἐπιφράζομαι. H.

Κατέδησαν φῶρα εἶναι, II, 174. metaphora reſpondente ei quam habet ἀπέλυσαν. H.

Κατηλογέοντο, vide in Ἀλογήσας.

Κείρειν apud Herodotum, *Vaſtare*, *Populari*, veluti quum dicit VIII, 32. πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκειρον. Et IX, 15. ἔκειρε τοὺς χώρους· itidemque paſſive, VIII, 65. ἐκείρετο ἡ Ἀττική. Quem verbi huius uſum ſumpsit Herodotus ex Homero, utente non ſolum ſimplici, ſed et compoſito Κατακείρειν· ut Odyſſ. χ. —— ὅτι μα κατεκείρετε οἶκον, *Deprædabamini domum*, *Spoliabatis domum.* Herodoti autem exemplo uſurparunt etiam Thucyd. et Plato. H.

Κεραΐζειν, *Diripere*, *Sternere*, II, 115. ἀλλὰ καὶ οἰκία τοῦ ξείνου κεραΐσας ἥκεις. Et Homer. —— ὅθι περ Τρῶας κεράϊζε καὶ ἄλλους. C.

Κῆ, ut πῆ, item Κῃ ſine accentu, quum est particula παραπληρωματικὴ, id est expletiva. Exemplum illius exſtat I, 32. extremo, σκοπέειν δὲ χρὴ παντὸς χρήματος τὴν τελευτὴν κῇ ἀποβήσεται. At huius exemplum cum alii plerique præbent loci, tum hic, IV, 124, σαδίους ὡς ἑξήκοντα μάλιστά κῃ. H.

Κληδὼν et Κλειδὼν, *Rumor*, *Fama*, *Omen.* χαῖρε δὲ κλειδόνι. Odyſſ. υ. C.

Κνυζημάτων, Euterpe, c. 2. *Vagitus puerilis:* ſignificatio πεποιημένως, ut videtur Cam. Quamvis autem ita legatur in edit. illa Baſilienſi, puto tamen Cam. ſcripsiſſe πεποιημένη, non πεποιημένως· aut ita, πεποιημένως (*ut videtur*) *facta*, vel potius *huic vocabulo data.* Vel tale quid.

Κόσμος, τάξις, id est, *Ordo*, *Ratio*, I, 99. κόσμον τόνδε ὁ Δηϊόκης πρῶτος ἐσι κατασησάμενος. *Hanc rationem primus inſtituit.* vel, *Ita res regni ordinavit.* Item, II, 13. ἔφευγον οὐδενὶ κόσμῳ, *de effuſa fuga.* Inde Homerica, κοσμήτορε λαῶν· et, αὐτὰρ ἐπεὶ κόσμηθεν ἅμ' ἠγεμόνεσσιν ἕκαστοι. C.

Κουρίδιος ab Herodoto (ſicut et ab Homero ante illum) dicta fuit uxor, quam duxit dum adhuc esſet κούρη, id est *virgo*, et quidem *iuvencula*, ſive *iuvenilem ætatem non excedens.* Sic in Clio, cap. 135. Γαμέουσι δ' ἕκαστος αὐτῶν πολλὰς μὲν κουριδίους γυναῖκας. Sed ab Homero terminatione alia κουριδίη dicitur. Sic Il. ν, Οἳ μεῦ κουριδίην ἄλοχον καὶ κτήματα πολλὰ Μάψ οἴχεσθ' ἀνάγοντες. Sic Iliad. τ, —— Ἀχιλλῆος θείοιο Κουριδίην ἄλοχον θήσειν. Verum et Κουρίδιος πόσις (id est *maritus*) vicisſim ab Homero dicitur. H.

Κυρεῖν, cum genit. τυγχάνειν, ſive τυχεῖν. Item Κυρῆσαι· ut I, 59. circa finem, ἐδέετό τε τοῦ δήμου φυλακῆς τινος πρὸς αὐτοῦ κυρῆσαι· *aliquam cuſtodiam ab illo conſequi*, vel *obtinere.* Hinc et Κυρήσας pro τυχών. Apud Hippocratem participio iungitur, eo modo quo ἔτυχε, vel τυγχάνει plerumque illi iungi videmus. Legimus enim apud illum, καὶ μήπω κυρήσῃ τὸ σῶμα τεθνεὸς, id est, *neque dum corpus mortuum fuerit.* Ubi alioqui τύχῃ dici potuiſſet.

Ἐγκυρεῖν itidem pro ἐντυχεῖν, ut lib. VII, 218. ἐνεκύρησαν στρατῷ, *inciderunt in exercitum.* Exſtat vero et aliud compoſitum apud Hippocratem, videlicet Συγκυρεῖν, ut in libro De morb. συγκυρήσει ὥσε ῥιγῶσαι μεθύοντα· ſed hoc est pro συμβήσεται, id est, *veniet.*

Κώμῳ χρῆσθαι, *Comesſationem exercere*, vel potius *comesſationes* in Clio, cap. 21. extremo, τότε πίνειν τε πάντας καὶ κώμῳ χρῆσθαι ἐς ἀλλήλους· ubi interpres vertit, *Et inter ſe comesſationibus uterentur.* Ab hoc nomine est Κωμάζειν. At vero κῶμα, quod frequens est apud Hippocratem, quamvis conſequi illas τῶν κωμαζόντων compotationes plerumque videamus, mirum tamen est ſi Galenus κωμάζειν prius esſe quam κῶμα, et hoc ex illo deduci putavit. Nec enim rationi et artis grammatices legibus conſentaneum magis puto κῶμα quam κῶμον ex illo deducere: id est, non minus præpoſtere illud quam hoc poſſe fieri.

Κῶς, et Κως enclitice, pro πῶς et πως enclitico, paſſim apud hunc ſcriptorem, præſertimque hoc poſterius: ut lib. III, c. 150. καὶ κως ταῦτα ποιεῦντες 730 ἐλάνθανον.

Λ.

Λαβέειν, unde Διαλαβέειν I, 114. Et Λελάβηκε, IV, 79. νῦν οὗτος ὁ δαίμων καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε. Paulo ante, καὶ ἡμέας ὁ θεὸς λαμβάνει· legitur et λάβε, cum alibi, tum I, 108.

Λαισήϊα, *Parmæ*, aut *Peltæ.* C.

Λαύρα, *Angiportum*, ut et Odyſſ. χ. C.

Λέσχη, *Sermo*, *Colloquium.* In Euterpe, cap. 32. ἀπικέσθαι ἐς λέσχην περὶ τοῦ Νείλου, *mentionem factam* dicit

dicit *Nili*. Et Calliope, c. 70. γενομένης λέσχης, *verba quum fierent*. Et Ἔλλεσχα· ut I, 153. οὐ τὰ Ἰώνων πάθεα ἔσαι ἔλλεσχα, ἀλλὰ τὰ οἰκήια, *non de Ionum malis sed de suis fabulabuntur*. Et Περιλεσχήνευτος, II, 135. *Celebris*. Et apud Hesiod. λέσχη, locus publicus, de fabulis et colloquio vulgi, ut apparet, dictus. Odyss. σ, Οὐκ ἐθέλεις εὔδειν χαλκοῦν ἐς δόμον ἐλθὼν, Ἠέ που ἐς λέσχην. C.

Λῃΐζεσθαι, *Rapere*. C.

Λιπαρὴ τε καὶ ἀρετῇ, IX, 21. *Constantia* (seu *tolerantia*) *et fortitudine*. Λιπαρέετε μένοντες, *durate*, Calliope, c. 44. Et Euterpe, c. 42. ἐπεί τε λιπαρέειν τὸν Ἡρακλέα, *quum Hercules perseveraret in flagitando*. C.

Λόγος, etiam *fabulam*, id est, μῦθον, significat. ut Clio, cap. 141. ἔλεξέ σφι λόγον. Et, Αἴσωπος λογοποιὸς, et, Ἑκαταῖος λογοποιὸς, Euterpe, cap. 134. et 143. C.

Λόγον ἐωϋτῷ διδόναι, *Reputare aliquid*, seu *Secum perpendere*. C.

Λωβᾶσθαι, *Fœdare*, eo modo quo dicitur a Virgilio, *Fœdavit vultus*, de facie mutilata. Sic enim apud nostrum scriptorem Zopyrus seipsum λωβᾶται, III, 154. Atque ut hic legimus ἐωϋτὸν λωβᾶται (additis etiam his duobus verbis, λώβην ἀνήκεστον) sic paulo post, ἐωϋτὸν λωβᾶται. Ac parvo intervallo sequitur cap. 155. λελωβημένων signific. passiva. Apud Homerum Iliad. β, Ἦ γὰρ ἂν Ἀτρείδην νῦν ὕστατα λωβήσαιο, *Nunc postremum me iniuria affecisses*, vel, *contumelia*. Λωβεῖσθαι etiam invenitur, et quidem apud Hippocratem. Ac significationem passivam habet λωβέονται in hoc eius loco, ἀτὰρ πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἄλλα λωβέονται· ubi redditur, *Probro et dedecore afficiuntur*. H.

M.

Μελεδωνὸς, *Curator*, vel *Curatrix*, *Cui cura rei alicuius demandata est*, *Præfectus alicui rei*, *seu alicui negotio*, l. II, c. 65. μελεδωνοὶ ἀποδεδέχαται τῆς τροφῆς χωρὶς ἑκάστων, καὶ ἕρσενες καὶ θήλεες, τῶν Αἰγυπτίων. Paulo post, τῇ μελεδωνῷ θηρίων. Item, τῶν οἰκηίων μελεδωνὸν, III, 61. quod reperitur et c. 63. seq. Sed et ipsum verbum Μελεδαίνειν habes VIII, 115. Μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν, videlicet, τοὺς νοσέοντας. H.

Μέμονα, sequente infinitivo, *Fert animus hoc facere*, *Animatus sum ad hoc faciendum*. In Erato, c. 84. μετὰ ταῦτα μεμονέναι μιν τίσασθαι. Sic Homerus Iliad. σ, —— μάλιστα δὲ Φαίδιμος Ἕκτωρ Ἑλκέμεναι μέμονεν. Sic autem dicitur μεμαὼς cum eodem infinitivo, et ad eandem rem significandam, paulo ante, Ἑλκέμεναι μεμαώς.

Μεταδόξαι dicitur, *Qui mutavit sententiam*, seu *quem pœnituit*. H.

Μεταίχμιος γῆ, vide in Αἰχμή.

Μετεξέτεροι, id est, τινές, II, 36. Ζεὰς μετεξέτεροι καλέουσι. C.

Μῆνις, κότος et ἔγκοτος, *Vehemens ira*. C.

Μῆχος pro μηχανή· ut II, 181. τοῦτο γάρ οἱ κακοῦ εἶναι μῆχος. Estque reponendum hoc ipsum verbum, et lib. IV. cap. 151. non longe a princ. pro μῆχος. Utitur et Homerus: ut Iliad. β, —— οὐδέ τι μῆχος Εὑρέμεναι δυνάμεσθα. Ut autem μῆχος pro μηχανὴ ab hoc scriptore dicitur, ita vicissim πάθη pro πάθος.

Μὶν dicunt αὐτὸν. C.

Μύδρος, *Candens massa*, ut μύδρον σιδήρεον, I, 165. vel λίθος διάπυρος, ut ille philosophus dixit: solem esse μύδρον, Anaxagoras Clazomenius, Ion. C.

Μυσίλλειν, *Disecare*, Hom. μίσυλλόν τ' ἄρα τἄλλα. In Clio, c. 132. διαμυσίλας κατὰ μέρεα τὸ ἱρηΐον, *secta in partes victima*. C.

N.

Νεωχμοῦν, *Novare*, id est, νεωτερίζειν. C.

Νόμος, et communiter, *legem* significat: ut, I, 29. Σόλων ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὃς Ἀθηναίοις κελεύσασι νόμους ποιήσας. Et, *Mores* ac *instituta*: quæ et νόμαια· ut Thalia, cap. 38. οὕτω νομίζουσι πολύ τι καλλίσους τοὺς ἑωϋτῶν νόμους ἔχεσοι εἶναι. In Melpom. c. 76. ξεινικοῖσι δὲ νομαίοισι καὶ οὗτοι αἰνῶς χρᾶσθαι φεύγουσι. *Et consuetudinem ac morem*. Εἰ ἐξαπατᾷν τοὺς εὖ ποιεῦντας νόμος ἐστὶν οἳ, in Clio, cap. 90. Significat et *Pascua*: ut apud Homer. quoque ἐπεί κε νομῷ μιγέωσι. Et *regio*: ut νομὸς Θηβαῖος, Μενδήσιος. Et *classis*: ut νομοὶ Φόρων, in Thalia, cap. 90. &c. Atque hæ posteriores duæ significationes sunt acuti nominis. Est et *modorum* appellatio: ut de Arione, I, 24. νόμον τὸν ἔρθιον διεξελθεῖν, quos apparet acutos fuisse, et concini solitos voce altiore. Ἐν χειρῶν νόμῳ, significat, *In conflictu*, *consertis manibus*. C. 731

Νυν, particula παραπληρωματικὴ, id est, expletiva, passim apud hunc scriptorem, pro μέν. Ac statim initio primæ Musæ, Περσέων μὲν νυν οἱ λόγιοι Φοινικὰς φασι γενέσθαι τῆς διαφορῆς αἰτίους. Sæpe autem his particulis μέν νυν respondet δὲ in altero membro, ut lib. II. circa finem. H.

Ξ.

Ξενίην et Φιλίην et Ὁμαιχμίην συνθέσθαι et διαλύσασθαι, Hospitii amicitiæque et belli coniunctionem et dissolutionem significat. C.

Ξυρὸν, *Novacula*. Adhibetur autem hoc nomen cuidam loquendi generi, quo utitur VI, 11. ἐπὶ ξυροῦ γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, ἄνδρες Ἴωνες, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι. Exstat idem loquendi genus (quod proverbiale fuisse videtur) apud Homerum: nisi quod ἵσταται est apud eum, non ἔχεται. Iliad. κ.

Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς
Ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.

In quo proverbiali genere loquendi exponendo usurpari solet vox *Discrimen*: quæ tamen utrique parti convenire non potest; neque enim dicet aliquis *sibi imminere discrimen de tuenda vita*, ut dicet *discrimen de amittenda*: neque *discrimen de libertate subeunda*, ut *discrimen de subeunda servitute*. Hoc constat, eos dici ἐπὶ ξυροῦ τῆς ἀκμῆς ἵστασθαι, vel, ἐπὶ ξυροῦ τῆς ἀκμῆς ἔχεσθαι dici τὰ πράγματα eorum qui ab ipso temporis articulo velut opprimuntur, quo vel prosperam vel adversam fortunam experientur. Nec aliunde videtur petitum hoc loquendi genus (quamvis alii secus sentiant) quam ab iis quæ aciei cultri seu gladii admota, levi manus impulsu amputari possunt. Atque ita pertinebit ad id quod proverbialiter itidem dicitur, *Sub cultro esse*. Unde apud Horatium, *Et me sub cultro liquit*. H.

O.

Οἰδέοντα πρήγματα, vel οἰδαίνοντα, ad verbum, *Res tumentes*, de iis quæ adhuc sunt turbulentæ, sive quæ nondum sunt compositæ: quasi quis dicat, *quarum tumor nondum resedit*. In Thalia, c. 127. ἔτε οἱ οἰδεόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων quod male reddit interpres, *Utique rebus nondum satis fundatis*. Sic autem et eod. lib. c. 76. ubi Ald. et Germ. editiones οἱ δεόντων habent pro οἰδεόντων· qui error est apud Suidam quoque. Sed illo in loco interpres ea verba præterit: ego in margine adscripta ibi interpretatione reddidi, *rebus flagrantibus*.

Οἰχώκεε, pro ᾤχετο. Et Iliad. β, ἐπὶ σῆθος συνοχωκότε. C.

Ὅκως pro ὅπως· *quomodo*, ut III, 116. ὅκως μὲν γινόμενος· et paulo ante, ὅκως θάλασσά ἐσι τὰ ἐπέκεινα. Sed alium etiam usum habet istud vocabulum, qui non datur illi ὅπως· ut in Clio, c. 11. ἐώθεε γὰρ καὶ πρόσθεν, ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτᾶν· ubi redditur *quum* vel *quoties vocaret*. Sic ὅκως ὕοι, *quum* vel *quoties plueret*. Atque ita plurimis in locis utitur. H.

Ὁλοίτροχος, subaudito nomine πέτρος, Saxi quoddam genus est, in hostes proiici vel potius devolvi soliti: quod a rotunditate nomen istud habere quidam crediderunt. Xenophon ad ὁλοιτρόχους addidit τέτρους. Homerus autem Iliad. ν, quadrisyllabe, ὁλοίτροχος ὡς ἀπὸ πέτρης, ubi subauditur πέτρος. Quidam tenui spiritu hanc vocem scribunt, tanquam ita dicatur quasi ὁλοὸς ἐν τῷ τρέχειν. Fusius de hac voce disseritur in meo Thesauro Græcæ linguæ. H.

Ὄνομαι, *Vitupero*, vel *Contemno*, *Pro vili habeo*, ut II, 167. ἤκιστα δὲ Κορίνθιοι ὄνονται τοὺς χειροτέχνους· ubi interpres contrario sensu dixit, *Corinthii quoque minimi faciunt opifices*. Sic apud Hom. ὄνοτο, Iliad. υ, et Od. ξ. Et ὄνονται, Od. φ.

Ὅτι interdum pro διὰ τί· ut III, 78. εἶρετο ὅτι οὐ χρῆται τῇ χερί. Sic II, 19. circa finem, καὶ ὅτι οὔβρας ἀποπνεούσας μοῦνος πάντων ποταμῶν οὐ παρέχεται. H.

Ὅτι τάχος, pro ὅτι τάχιστα, *Quam celerrime*, *Quam celerrime*. Vel, *Primo quoque tempore*, IX, 7. in fine. H.

Ὅτι μὴ significat εἰ μὴ, *Nisi*, *Præterquam*, et similia. C.

Οὐδαμοὶ, id est, οὐδένες. C.

Π.

Παρακτῶσαι, *Introducere.* C.

Παραμέμνημαι alicubi poni videtur pro ſimplici μέμνημαι, ſicut pro hoc ponitur quibusdam in locis compoſitum ἐπιμέμνημαι, vel ἐπεμνήσθην. H.

Παρὲξ, *Præterquam.* C.

Παρέχει μοι, ſequente infinitivo pro ἔξεστί μοι, *Licet mihi, Penes me est, In me ſitum est*, III, 142. H.

732 Παριδών, I, 37. οὔτε τινὰ δειλίην μοι παριδών. Et paulo post, c. 38. οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἄχαρι παριδών τοι. Utrobique pro ἐνιδών poſitum quidam exiſtimarunt. H.

Παχέες, *Divites*, *Opulenti*, Αἰγινητέων δὲ οἱ παχέες, ubi interpr. vertit *proceres*. Nam ſæpe hi ſunt ex illorum numero. H.

Περιμεκτέω, ῶ, idem cum ſimplici Ἡμεκτέω ſignificare videtur: videlicet *AEgre ferre*, *Graviter ferre*, *Indignari*: atque adeo magnam indignationem præ ſe ferre: quod fit querendo, ſive quiritando: Unde factum est ut III, 64. περιμεκτήσας τῇ ἀπάσῃ συμφορῇ, reddiderim, *De tota calamitate queſtus.* Sed VIII, 109. initio, absque ullo caſu ponitur περιμέκτεον. Apud Suidam et περιεμεκτήσας (non περιμεκτήσας) et περιμάκτεον, non περιμέκτεον. At vero de illius περιμεκτεῖν plura tibi exempla Theſaurus meus ſuppeditabit.

Περιλεσχήνευτος, vide in Λέσχη.

Πέριξ, *Circum*: ut *Arboribus clauſi circum*, vel *Circa*: ut *Corpora multa virum circa.* C.

Πεσσόμενα σιτία, id est, ὀπτώμενα· πέσσειν enim *Coquere* et *Conficere*, ut Homero quoque, metaphorice χέρα πεσσέμεν. C.

Πίσυνος, id est, πεποιθώς, *Fretus*: ut et Hom. ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν. Sed et Eurip. Oreſte, θορύβῳ τε πίσυνος κἀμαθεῖ παῤῥησίᾳ. C.

Πολέμια, alicubi pro πολεμικά. H.

Πρόκα, *Subito*, lib. VIII, c. 65. καὶ πρόκα τε φωνῆς ἀκούειν. C.

Σ.

Σαγήρεις, *Secures*, *aut Bipennes*, *aut aliud barbarici teli genus.* Ita Camer. ſiquidem fides habenda est illi Baſilienſi editioni: ac non potius credendum est illum σαγάρεις ſcripsisſe. H.

Σαρκάζειν, *Tondere* ſignificat ſeu *Vellere*, ut Melpom. cap. 64. Σαρκάσας βοὸς πλευρῇ. Atque id et Hippocrati ſignificat verbum, ἐν τῷ περὶ ἄρθρων, ά. C.

Σακκέω, *Excolo*, in Melpom. c. 23. τοῦτο ἐπεὰν γένηται πέπον, σακκέουσι ἱματίοισι· ubi tamen interpr. verbo *exprimunt*, non verbo *excolant*, uſus est. Sed Euſtathius, vel potius Dionyſius apud Euſtathium, ex hoc noſtro hiſtorico Herodoto affert etiam χρήματα ὑποσακιζόμενοι. Quinetiam ὑποσακίζειν τῆς ὁδοῦ esſe ait τὸ προκόπτειν καὶ ὑφαιρεῖσθαι (ſubaudiendum autem puto τῆς ὁδοῦ cum hoc verbo ὑφαιρεῖσθαι) atque addit, in hac ſignificatione reſpici fortasſe ad ſaccum qui paulatim evacuatur. Alioqui σακίζειν dicuntur etiam ſaccularii fures, ſive ſacculorum fures: quum Heſychius σακίζειν exponat, τὸ ἐκκενῶσαι διὰ κλοπὴν τοὺς σάκους. Sed apud illum et in verbo et in nomine littera σ geminatur (ſicut et in σακκέουσι apud Herodotum) quum AElius Dionyſius σάκος etiam non σάκκος ab Atticis ſcriptum fuisſe teſtetur.

Σπέρχειν, *Adverſari* et *Offendi.* Et Σπερχθεὶς *Perturbatus.* C.

Συγγινώσκω (ut admonui in Ἀναγινώσκω), a vulgari uſu et ipsum diſcedit apud Herodotum: qui duobus modis eo utitur, VII, 13. νῦν μέν τοι συγγνοὺς, χρήσομαι τῇ ἐκείνου γνώμῃ· ubi συγγνοὺς est, *Postquam mecum reputavi hanc rem.* vel, *conſideravi*, ſeu *perpendi.* Sic in fine cap. 3. lib. IV. μαθόντες ὡς εἰσὶ ἡμέτεροι δοῦλοι, καὶ συγγνόντες τοῦτο. Sic et cap. V, in fine. (Talem autem uſum esſe verbi συμφρονεῖν, in meo linguæ Græcæ Theſauro docui.) Aliter in fine cap. 43. lib. IV. ubi infinitivo iungitur, Ξέρξης δὲ οἱ οὐ συγγινώσκων λέγειν ἀληθέα· q. d. *Non aſsentiens ipsi vera dicere*, ipsum videlicet. q. d. *Non conſcius ipsi veritatis.* In hoc tamen loco libri V, c. 91. συγγινώσκομεν αὐτοῖσι ἡμῖν οὐ ποιήσασι ὀρθῶς, magis proprie reddi potest, *Conſcii nobis ſumus.* Quinetiam voce paſsiva utitur alicubi hac in ſignific. ut V, 86. ἔσσονες συγγινωσκόμενοι εἶναι, κατὰ τοῦτο εἶξαν. Ubi autem dicit, VI, 92. οὔτε συνέγινώσκοντο, ἦσάν τε αὐθκδέστεροι, ſignificat. *Non agnoſcebant culpam.* H.

Συμψήσας interpretantur συντρίψας, Clio, c. 189. Significat autem correptionem. C.

Συναλίζω, vide in Ἀλέες.

Συναμωρέειν, *Vaſtare*, *Perdere.* Et Συνάμωρος, *Nexius.* C. Sed ſcribitur etiam Σιναμωρέειν. H.

Συννοίῃ ἐχόμενος, I, 88. *Cogitabundus.* Vel, *Quum in attenta cogitatione verſaretur.* H.

Συρμαΐζειν, *Purgare* τῇ συρμαίῃ· quam alii potionem, alii herbam aut radicem, alii ſuccum quempiam fuisſe putaverunt. C.

Συσπεύδω τινὶ, ſequente infinitivo, I, 92. *Studio meo et opera aliquem adiuvo ad aliquid efficiendum*, vel, *Studium meum alicui ad aliquid præſto.* At vero Ἐπισπεύδω et Ἀποσπεύδω alibi in locis vicinis ceu contraria ponuntur. H.

Σφὶ pro σφίσι ponunt. C.

Σχοινοτενὲς, *Rectum.* C.

Τ.

Ταρσοὺς καλάμων, Clio, c. 179. interpretantur *Areolas arundineas*, *ſuper quibus lateres areſcerent.* Sunt et ταρσοὶ ποδῶν. Et remigia ταρσῶν habent 733
appellationem. Nominantur etiam ταρσοὶ in volucribus. C.

Τέλειον, *Perfectum*, *Confirmatum*, *Evidens*, δὶ ὄψιν ὀνείρου οὐ τελείην· I, 121. Et, τὰ τέλεα τῶν προβάτων, I, 183. *grandes oves.* C.

Τέλη, *Impenſæ*, *et Ordines.* C.

Τέῳ interrog. ut I, 117. τέῳ δὴ μόρῳ τὸν παῖδα κατεχρήσαο; *Qua morte interfeciſti?* Eodem modo τεοῖσι ὄμμασι, I, 37. H.

Τετρύσθαι, *Afflictum esſe.* C.

Τὸ, pasſim pro ὃ, id est *quod* relativum. Sic I, 51. εἴδωλον τὸ λέγουσι εἶναι. Et paulo ante, τοῦ ἐπισάμενος τὸ οὔνομα pro οὗ, *cuius nomen quamvis ſciam.* Sic alibi ἐν τῷ pro ἐν ᾧ, *in quo.* Pluralis autem genitivus τῶν, quum est articulus præpoſitivus, interdum voculam τὶς interiectam habet inter nomen cum quo iunctus est, ut I, 51. τῶν τις Δελφῶν, pro τὶς τῶν Δελφῶν· vel potius τῶν Δελφῶν τις.

Τριφάσιον, *Triplex*: ut διφάσιον, *Duplex.* C.

Τῷ ἐόντι χρησάμενος, *Veritate uſus*, *Eo quod res erat.* Et τῷ ὄντι γε, *Revera.* Et κατὰ τὸ ἐὸν, *Secundum veritatem.* C.

Τῶν ἴδμεν, pro ὧν ἴσμεν, *Quæ comperta aut cognita ſunt*, uſitata parentheſis Herodoto. C.

Τὠυτὸ, id est, τὸ αὐτὸ, ſimilitudinem et æqualitatem et coniunctionem ſignificat. κατὰ τωὐτὸ τὸ καὶ Ἕλληνες λέγουσι, I, 1. *idem ipsum quod Græci memorant.* Χῖοι μέν νυν καὶ Ἐρυθραῖοι κατὰ τωὐτὸ διαλέγονται I, 142. *eadem lingua utuntur.* Item τωὐτὸ φρονήσαντες, de conſenſione et concordia, in Clio, c. 59. fin. Et in Polymn. c. 145. συλλεγομένων ἐς τωὐτὸ, *quum convenisſent.* C.

T.

Ὑβρις, *Petulantia* et *Laſcivia*: ut de equis, Clio, c. 189. de mulis Melpom. C.

Ὑγιηρὸς, ὑγιεινὸς, *Sanus.* C.

Ὑπερθρώσκειν, *Superſilire*, ut II, 66. ὑπερθρώσκοντες τοὺς ἀνθρώπους. Apud eundem legimus et Καταθρώσκω· apud Homerum autem et Ἀποθρώσκω et Ἐπιθρώσκω legimus.

Ὑπερτίθεμαι uſum quendam apud Herodotum habet multorum auribus valde mirum futurum. Ponitur enim pro *Communico*: ea in ſignific. qua dicimur conſilium noſtrum alicui vel cum aliquo communicare, (utriusque enim exempla inveniuntur) et qua Cicero dicit, *De ſocietate multa inter ſe communicarent.* lib. V, c. 24. circa finem, νῦν ὦν, ἐπινοέω γὰρ πρήγματα μεγάλα κατεργάσεσθαι, ἀπικνέο μοι πάντως, ἵνα τοι αὐτὰ ὑπερθέωμαι. *Nunc igitur quum res magnas aggredi in animo habeam, fac omnino ad me accedas, ut tecum de iis communicem*, ſed alterum verbum multo aptius mihi videtur. Interpr. reddidit *Aperiam.* Sic VII, 8, I. διὸ ὑμέας ἐγὼ συνέλεξα, ἵνα τὸ νοέω πρήσσειν ὑπερθέωμαι ὑμῖν. Quinetiam I, 8. τούτῳ τῷ Γύγῃ καὶ τὰ σπουδαίεσερα τῶν πρηγμάτων ὑπερετίθετο. Utitur vero et activa voce ὑπερτίθημι eadem in ſignific. ut videbis III, 155. et V, 32. H.

Φ.

Φάλαρα, Ornamenta equorum. C.

Φάρμακα, *Colores*, Clio, c. 98. προμαχεῶνες ἠνθισμένοι εἰσὶ φαρμάκοισι, *nitent coloribus.* Et Φαρμακεύειν, *Tingere.* C.

Φάρσος, *Portio.* C.

Φε-

Φερέγγυος, δυνάμενος, *Sufficiens.* C.
Φρενήρης, *Mentis compos.* C.
Φὼρ, *Fur.* C.

X.

Χερὶ χρῆσθαι, seu τῇ χερὶ, vide in Ἀλκή.
Χρᾶν, *Respondere*, id est, Oraculum reddere, ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε, I, 55. *responsum Pythia hoc reddidit.* Et, χρήσαντος τοῦ θεοῦ, Clio, c. 69. *Quum oraculum redditum mihi sit.* Inde et Χρηστήριον sed hoc communius. C.
Χρῆμα, ut, συὸς μέγα χρῆμα· I, 36. Et, τυραννὶς χρῆμα σφαλερόν, III, 53. Et, χρῆμα πολλὸν νεῶν, VI, 43. Et, χρῆμα χειμῶνος ἀφόρητον, VII, 188. C.

Ψ.

Ὑῆνες, Quæ in caprificis bestiolæ nascuntur. C.

Ω.

Ὥρην ἔχειν, I, 3. *Respectum habere*, aut *curam.* Et, οὐδεμίην ὥρην ἔσχε, III, 155. *Nihil momenti attulerit*, vel, *Nihil retulerit.* C.

734

EX EIUSDEM H. STEPHANI PROLEGOMENIS,

IN SECUNDA EDITIONE HERODOTI.

QUANTA sit variis in rebus Gallicæ linguæ cum Græca convenientia, et quam multa Græcorum loquendi genera in Gallicum sermonem ita verti possint, ut verbum verbo reddatur, (quum Latina contra Græcis nullo modo respondeant) ante multos annos docui, in Gallico libro cui titulus est, *De la conformité du langage Francois avec le Grec:* id est, De conformitate (si ita loqui licet) Gallici sermonis cum Græco: at quum primam Herodoti editionem dedi, vel hunc unum argumento meo non parum exemplorum suppeditare animadverti. Quum autem ea illi editioni præfixissem, ne in hac quidem prætermittenda, sed potius cum aliquo auctario exhibenda censui.

IONISMI GALLICI, SIVE IONICI GALLICISMI,

QUI APUD HERODOTUM LEGUNTUR.

Ἀποβαλέεις τὴν κεφαλὴν, *Tu perdras la teste.* VIII, 65

Καμβύσεα ἔτυψε ἡ ἀληθηίη τῶν λόγων, *Cela luy toucha le cœur.* III, 64

Τὰ μὲν ἄνω, κάτω θήσω, τὰ δὲ κάτω, ἄνω, *Je mettray ce que dessus, dessous,* id est, *Je renverseray tout l'ordre qui y est estably.* III, 3

Οὐκ ὀρθῶς σεωὐτοῦ προέςηκας, *Vous ne vous gouvernez pas bien.* II, 173

Κόσμον τόνδε Δηϊόκης πρῶτός ἐςι ὁ καταςησάμενος, *Il fut le premier qui estably cet ordre.* I, 99

Μωρίη πολλὴ λέγειν, *C'est une grande folie de dire cela.* I, 146

Ἔρχομαι Φράσων, *Je vien à dire.* Utitur autem illo genere loquendi frequentissime: sed mutato interdum partic. Φράσων in λέξων, aut ἐρέων. I, 194

Συνέχεσθαι, *S'attacher,* de conferentibus manus. I, 214

Ἵνα ἴδω τί κοτε καὶ λέξει, *Pour voir qu'il dira.* II, 114

Ἔλαβε τὸν μισθὸν, *Il a receu son salaire,* vel *son payement,* de eo qui punitus fuit pro meritis: seu, pœna quam meruit affectus fuit. III, 15

Ὡς δὲ ἐς τὸν οἶνον ἀπίκετο. *Quand il vint au vin,* pro, *Quand il vint à parler du vin.* III, 22

Τὸν ταῦτα ἐπιθέμενον εἰπεῖν, *Qui a donné charge de dire ceci.* III, 63

735 Ἀπήνεικε Καμβύσεα, *Il emporta Cambyses,* ut dicitur, *Ceste maladie l'emporta.* Alibi, λοιμὸς ἀπολαβὼν ἀπήνεικε. III, 66

Ἐπεί τε δὲ καὶ ἐς Δαρεῖον ἀπίκετο γνώμην ἀποφαίνεσθαι, *Quand il vint à Darius de dire sa sentence.* III, 71

Ἀπῆκε ἑωῦτὸν ἐπὶ κεφαλὴν φέρεσθαι ἀπὸ τοῦ πύργου κάτω, *Il se laissa tomber,* etiam de eo qui præcipitem se dederit. III, 75

Θυμὸν ἔχε ἀγαθὸν, *Ayez bon courage.* III, 85

Προσέφερε Δαρείῳ λόγον τοιόνδε, *Porta ceste parole à Darius.* III, 134

Ἔσαν ἐν Φυλακῇσι, *Ils estoyent sur leurs gardes.* III, 152

Γνῶναι τὸ θέλει τὰ δῶρα λέγειν· ut dicimus, *Que veut dire cela?* pro, Quid hoc sibi vult? IV, 131

Ἔδοσαν σφέας ἑωυτέους Ἀπρίῃ τῷ Αἰγύπτου βασιλεῖ, ut dicimus, *Ils se donnerent à un tel prince.* IV, 159

Εἰ ὑμῖν φίλον ἐςὶ, *S'il vous plaist,* quum rogamus ut aliquid fiat. V, 20

Οἷόν τι χρῆμα ἐκόλησας; *Qu'avez vous faict?* cum increpatione. V, 23

Ἐκ νέης, *De nouveau,* pro, De integro, Rursus. V, 116

Ἀταξίη, *Desordre.* VI, 13

Οὐκ ἀπέδοσαν τὴν ὁμοίην, *Ils n'ont pas rendu la pareille,* vel, *Ils ne rendirent pas.* VI, 21

Τρίτῳ ἔτεϊ τουτέων, *Il y a trois ans de ceci,* pro, *Trois ans depuis ceci.* VI, 40

Ἐπὶ σφίσι ἔχοντας· ut dicitur, *A qui en avez-vous?* pro, *A qui en voulez-vous?* VI, 49

Ἐς τὸν ἱκνέεται ἔχειν, *A qui il vient,* pro, *A qui il appartient.* Huc pertinent quæ de adverbio ἱκνεομένως dixi in recensione vocab. Herodoti. VI, 57

Τοῦτο ἀπέρριψε τὸ ἔπος, *Il ietta ce propos.* VI, 69

Καὶ τοῦτο οὐκ ἔςι ἄλλως εἰπεῖν, *On ne le peut dire autrement,* id est, *On ne le peut nier.* VI, 124

Οὐκ ἤλθον ἐς τοῦτον τὸν λόγον ὥςε μάχεσθαι, *Ils n'en vindrent pas à ces termes.* VII, 9: 2

Τὰς πρὸ τοῦ ἡμέρας, *Ces iours passez,* pro, Nuper. VII, 16: 2

Νομίζων Ξέρξεα ἀποδέξειν λέγοντα οὐδέν· ut Gall. *Ce n'est rien dict.* VII, 17

Πρῆγμα ἂν εἴη μοῦνον, sequente infinitivo, *On n'auroit autre chose à faire que, &c.* VII, 130

Πρῶτον χρημάτων πάντων, *Devant toutes choses.* VII, 145

Εὑρίσκω συμβαλλόμενος, ut a nobis dicitur, *Je trouve par mon compte.* VII, 187

Διέξοδοι βουλευμάτων, ut dicimus, *Discours.* VII, 234

Ἀριθμὸν ποιέεσθαι, *Faire le compte.* VIII, 7

Ἥπερ δὴ ἔφερε τὴν ἀληθηίην πᾶσαν. Tale est in nostro sermone, *On luy apporta toute la verité du faict.* VIII, 82

Φέρει καὶ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα, *Il emporte à toute la Grece.* VIII, 142

Ἐξέμαθον πᾶν τὸ ἐὸν, *Ils sceurent tout ce qui en estoit.* IX, 11

Ἑκατὸν ὀργυιαὶ δίκαιαι, ut Gall. *Justes,* id est, *De juste mesure.* Iustæ mensuræ.

Δέσποτα, aliquot in locis ad regem: ut illi dicimus *Sire:* pro quo scribi *Cyre,* postularet derivatio a voc κύριε (id est, *domine*) quæ postea depravata fuit in κύρε.

ALIA DE HERODOTI VOCIBUS, ET VARIA IN QUIBUSDAM MS. SCRIPTURA, &c.

Ex eiusdem prolegomenis in eadem secunda editione.

RATIONI autem consentaneum mihi videtur ut à quibusdam il'ius recensionis [*præcedentis vocum Herodoti*] locis initium sumam, super quibus habeo quod te moneam. Primus erit ubi vocabulum ἀτέοντες (VII, 223. in fine) Camerarius interpretatur *Nihil curantes*, addens, Homerum similiter esse usum. Nam ἀτέοντα quidem legimus apud Homer. Iliad. υ, sed pro βεβλαμμένον, (videlicet εἰς τὰς φρένας, sive τὴν φρένα, unde dicitur aliquis voce composita βλαψίφρων) ab ἄτη. Pro illo igitur ἀτέοντα, ego vel ἀτίοντα (fuit autem facilis lapsus ex ἀτίοντα in ἀτέοντα) vel ἀτίζοντὰ reponendum censeo. Illud tamen mihi nullum lexicum sed memoria diu follicitata suppeditavit. Recordatus sum enim me legisse (apud Theognin, ni fallor) hunc versum,

Πᾶς τις πλούσιον ἄνδρα τίει, ἀτίει δὲ πενιχρόν.

At vero ἀτίζων, pro καταφρονῶν apud Homerum extat Iliad. υ. Quod si etiam incidisset Camerarius in aliquem Herodoti locum ubi vox ἀτέοντες usum illum haberet, eam pro mendosa habendam esse, ex iis quæ dixi constat.

Fuerunt alioqui vocabula quædam inter illa quæ idem recensuit, in quorum scriptura ab editione Basilienſi discedere non dubitavi, quum manifestus esse error videretur. Sed tamen, ne meo stare iudicio necesse habeas, hæc sunt, αἰγινέειν, mutatum in ἀγινέειν· et εὐμαρέη, in εὐμαρίη· necnon θορτὶ, (quod barbarum potius quam Græcum videri poterat) mutatum in θορός. Item χῆνες in ψῆνες, de bestiolis quæ in caprificis nascuntur. Monui autem et de nomine σαγήρεις, tanquam suspecto, pro σαγάρεις· quod apud Herodotum legitur.

Sed hinc ad alia venio, quæ scrupulum iniicere cuipiam possint circa interpretationem. Ex his est εὐμαρίη, quod ille interpretatus est *stercus:* quum potius *ventris exoneratio* significetur: sicut et ἀπόπατος (quo illud exponitur) hoc sonat.

In vocabuli Ἐπισρεφέως interpretatione dubitari potest de illa voce Latina *Oblique*, posita inter hasce duas *Accurate* et *Vehementer:* et suspicatus sum primo aspectu, *Obnixe* eum scripsisse: sed quum postea cogitavi, Suidam testari, Herodotum esse usum pro ἀπατητικῶς, id est, *Fallaciter*, *Deceptorie* (si et hac uti voce licet) *Fraudulenter*, illud *Oblique* retinendum, et tantum sedem ei suam mutandam censui.

In voce χρῆμα locos aliquot, tanquam eiusdem rei exempla, affert, quum tamen non eundem in omnibus illis locis usum habeat vox ea de qua agitur. Quatuor enim exemplorum, quæ proponit, primum ei est hic locus, συὸς μέγα χρῆμα· secundum, iste, τυραννὶς, χρῆμα σφαλερόν· tertium, χρῆμα πολλὸν γεῶν· quartum, χρῆμα χειμῶνος ἀφόρητον· atqui in illo secundo loco ubi dicitur, τυραννὶς, χρῆμα σφαλερὸν, non idem est usus vocabuli χρῆμα, qui in ceteris tribus: adeo ut hic χρῆμα in πρῆγμα mutando, dici queat eodem sensu τυραννὶς, πρᾶγμα σφαλερόν· at in ceteris illis locis ubi genitivus iungitur illi nomini χρῆμα, hæc mutatio locum non habeat. Quoniam autem huius loquendi generis nullam ille expositionem addit, ideoque lector eam se a me expectare non immerito dicturus est, oro ut meum Thesaurum consulere, et ita vicariam operam illam mihi præstare malit: simulque diligenter eum quem ibi propono Plauti locum expendere, annon in eo Ionicam illam phrasin repræsentare, aut saltem ad eam alludere, voluerit. Simul autem inde disces, non minus Atticis quam Ionibus usitatum illud loquendi genus fuisse, quum et Aristophanes eo utatur. Ac sunt certe et alia 736
plurima quæ Attici ab Ionibus mutuari non dubitarunt.

In iis quæ parvo intervallo sequuntur (pauca enim tantum verba interiecta sunt, quibus vox ψῆνες exponitur, pro qua perperam scriptum esse χῆνες in editione Basilienſi, paulo ante dixi) postquam ὥρην ἔχειν, interpretatus est *Respectum habere aut curam:* subiungit, *Et*, οὐδεμίη ὥρη ἔσαι, *Nihil momenti attulerit.* Quæ tamen interpretatio convenire loco non potest. Sunt enim verba illa ex hoc lib. III, 155. loco, τῆς σεωῦτοῦ φρατῆς τῆς οὐδεμίη ὥρη ἔσαι ἀπολλυμένης. Sonant autem hæc, *Cuius amissionem nemo curabit*, vel, *De cuius amissione nihil pensi cuiquam erit.*

Sed nec ad verbi γνωσιμαχέειν interpretationem non satis attentionis attulisse videtur: atque id vel ex iis intelligere poteris quæ in meo Thesauro de verbo illo dicuntur.

Venio nunc ad aliud, cuius mentionem obiter tantum feci in illa ipsa recensione, ne, si forte diutius differam, obliviscar. Id autem est de vocabulo Ἔγκοτος. Dixi enim me vix persuadere mihi posse, ἔγκοτον in duobus quos legissem Herodoti locis, pro κότον positum esse. Ideo autem a me dictum hoc est, quod vocem hanc pro adiectivo tantum nomine habeam, et nihilomagis substantivum esse nomen posse existimem quam ἔγκυκλον, aut ἔγγονον, aut ἔμπονον. Confirmant autem mihi hanc opinionem quatuor nostri scriptoris loci: quorum primus sit hic, VI, 73. δεινόν τινά σφι ἔγκοτον διὰ τὸν προπυλαισμὸν ἔχων. Secundus autem hic, VI, 133. ἀτάρ τινα ἔγκοτον εἶχε. Tertius sit iste, VIII, 29. ἔγκοτόν σφι ἀμφοτέρων ἔχοντες. Ad quartum autem antequam veniam, considerare te iubebo in duobus locis sequi participium ἔχων, in uno ipsum verbum εἶχε. Quid tum? dices. Quoniam dico scriptam ab Herodoto fuisse præpositionem ἐν seorsum ab illis duabus syllabis, quæ sunt secunda et tertia in voce ἔγκοτον, et illam præpositionem per tmesin a participio et alibi a verbo separasse, remanente in medio voce κότον· ut perinde sit acti scriptum esset, δεινόν τινά σφι ἐν κότον ἔχων, pro δεινόν τινά σφι κότον ἐνέχων. Item, ἀτάρ τινα κότον ἐνεῖχε. Eodem modo in illo tertio loco κότον σφι ἀμφοτέρων ἐνέχοντες. Sed quid me in hanc suspicionem, vel potius sententiam (omnino enim illud mihi persuadeo) adducit? Locus ille qui superest ex iis, quos me allaturum promiseram. Is legitur in Clio, c. 118. Ἀσυάγης δὲ, κρύπτων τὸν οἱ ἐνεῖχε χόλον. Esse enim scribendum ἐνεῖχε, ut habet posterior hæc editio, non ἐνείχεε, ut in priore legebatur, (Aldinam et Basilienſem perperam sequente) luce clarius est. Quomodo enim ab ἐνέχω esse ἐνείχεε posse? Iam vero et absque adiectione dici ἐνέχειν τινὶ, Thesaurus meus docebit. Ac meminit certe huius usus verbi ἐνέχειν Eustathius quoque: scribit enim, ἐπέχειν apud Homerum in Odyssea esse κατὰ τινὸς ἔχειν· atque hoc dici etiam ἐνέχειν. Ille autem Odysseæ locus est hic, ex libro τ,

Δαιμονίη, τί μοι ὧδ' ἐπέχεις κεκοτηότι θυμῷ;

Ubi postquam dixit idem scholiastes, ἐπέχεις (intellige tamen ἐπέχεις μοι) idem esse quod κατ' ἐμοῦ ἔχεις, et præpositione hac indicari interdum ἐναντιότητα, exemplis quibusdam docuit, tandem subiungit, simile verbo ἐνέχειν esse hoc ἐπέχειν. Hoc tantum superest nunc ut videamus an Herodotus libenter tali tmesi utatur seu dialysi seu diæresi qualem haberet illa quam apud eum repono scriptura. Sed præter unum quod habemus in eodem scholiastæ loco huius figuræ exemplum ex historico, VI, 49. ἐπὶ σφίσιν ἔχοντας τοὺς Αἰγινήτας pro σφίσιν ἐπέχοντας (nam hoc esse dictum διαλελυμένως scribit: et alicubi διῃρημένως eadem de re dicit) alia passim apud eum occurrunt, ut ἄνα τ' ἔδραμον, pro ἀνέδραμον et ἀπὸ μὲν ἔθανε, pro ἀπέθανε· et κατὰ μὲν ἔκτεινεν, pro κατέκτεινε. Ac (ut de alia dialysi loquar quæ illi vel potius dialecto illius est peculiaris) interiicitur et vocula ὧν· ut ἀπ' ὧν ἔδωκαν· et κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. Hæc autem quum ita sint, non immerito (ut opinor) vocabulum illud ἔγκοτος, quatenus quidem substantivi, non adiectivi tantum, sedem obtinebat, e Græcæ linguæ finibus procul amandatur. Nec mirum est tamen tam multis doctis viris et in Græca lingua exercitatis, ac nominatim, Ioachimo Camerario, viro doctissimo et huius linguæ peritissimo, (scribit enim Μῆνις, Κότος, Ἔγκοτος, *Vehemens ira*) non mihi tantum, vocem illam fucum fecisse, quum et Græcis lexicographis

fecerit: ac potisſimum Suidæ: quî eo etiam magis est reprehendendus quod ex hoc epigrammatis loco, — τίς φθόνος αἰὲν Θησείδας ἀγαθῶν ἔγκοτος αἰὲν, ἔχει, colligat, ἔγκοτος οὖν ἡ ἐπίμονος ὀργή; et non animadvertat, ἔγκοτος ut adiectivum, iungi cum ſubſtantivo φθόνος.

Libet autem eadem opera et de quibusdam aliis vocabulis te commonefacere, quæ quum ex Herodoto aſſe-
737 rantur, ut ſcripta ſunt in typographicis editionibus, ſuſpicione tamen haud carent, præſertim veteris libri autoritate (ad nonnulla quod attinet) eam augente. Ex his est verbum διαφθορέει, in hoc lib. I, cap. 88. loco, πόλιν τε τὴν σὴν διαπράξει, καὶ χρήματα τὰ σὰ διαφθορέει. Quamvis enim primo aſpectu videri posſit verbum istud διαφθορέει admitti posſe (ut ex nomine διαφθορὰ factum) tamen Herodoti sæculo in usu fuisſe, vix credibile est. Huc autem accedit quod in vet. exempl. non διαφθορέει sed διαφορέει legitur. Quod ſiquis aliud exemplum afferat eodem e ſcriptore, videlicet VII, 10. extremo, διαφθορεύμενος ὑπὸ κυνῶν· is ex me audiet, ibi pariter in vet. exempl. non διαφθορεύμενος, ſed διαφορεύμενος legi. Hunc autem verbi iſtius usum exprimere videtur voluisſe Horatius Latino illi omnino reſpondente, quum dixit, *Post inſepulta membra different lupi.*

Sic autem, quum ὑποθέμενος apud hunc ſcriptorem habeamus I, 107. ubi ſcriptum est, ὑποθέμενος δὲ τῶν μάγων τοῖσι ὀνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον, non dubito quin vet. exempl. ſequi oporteat, ex quibus annotatum est ὑπερθέμενος pro ὑποθέμενος, in eo qui hunc non magno intervallo c. 108. ſequitur, ἰδὼν δὲ τοῦτο, καὶ ὑποθέμενος τοῖσι ὀνειροπόλοισι. Nam in priori editione mea non minus hic quam illic ὑπερθέμενος ſcriptum erat: ſed quum hic ex vet. exempl. adſcriptum margini invenirem ὑπερθέμενος, malui huic locum illius dare. Quod autem factum hic fuit non dubito quin et priore faciendum loco fuerit, ſcribendo, ὑπερθέμενος δὲ τῶν μάγων τοῖσι ὀνειροπόλοισι. Haud enim dubito quin haud aliunde quam ex incuria contigerit ut illi etiam præcedenti loco appoſita ex iisdem veteribus libris illa lectionis diverſitas non esſet, eo in libro (ſcriptus autem et ipse erat, ſed minus vetuſtatem præ ſe ferens) quem poſterior in margine ſibi appoſitum habebat. At editio Aldina in priore quidem loco ὑποθέμενος, at in poſteriore ὑπερθέμενος nobis exhibet. Estque et hoc ſciendum, fuisſe repertum exemplar, quod vicisſim pro illo ὑπερθέμενος haberet idem illud ὑποθέμενος, quod non longo intervallo præcesſerat. Quorſum tam multa? ut oſtendam, quam veriſimile ſit quædam vocabula, præſertimque verba, ob ſignificationem quæ plerisque lectoribus inſolens videbatur, ab eorum aliquo (nimirum eo qui ceteris audacior erat) mutata in alia fuisſe, hunc etiam apud ſcriptorem. Sed quis (dices) verbo ὑπερτίθεσθαι ita unquam usus est? nimirum ſignificare volens, communicare quidpiam alicui: eo modo quo dicimus nos communicare aliquid ei, quod ita exponimus ut ſimul eius ſuper eo conſilium audire cupiamus. Ipsemet Herodotus (inquam) ita est alibi usus, non uno in loco. E duobus ſaltem unus quidem exſtat, ἐπεί τε δὲ ὑμῖν ἀναφέρειν ες πλεῦνας ἐδόκεε, καὶ ἐμοὶ ὑπερέθεσθε, ἢ ποιέωμεν σήμερον, &c. Ubi interpres non omnino male vertit, *Sed quoniam ſtatuiſtis ad plures referendum, et me adhibendum.* Dicens autem, non omnino male hunc locum ab eo esſe redditum, hoc addo, dummodo verba iſta quibus utitur, *et me adhibendum*, recte intelligantur. Significare enim voluit, *et me adhibendum in conſilium.* Alioqui non dubium est quin potius, *et mihi communicandum*, dicere debuerit. Alter autem locus est hic, ex lib. III, c. 71. εἰ μέν τοι ὑπερετίθεα τὰ ἔμελλον ποιήσειν, οὐκ ἄν με περιεῖδες· νῦν δ' ἐπ' ἐμεωὐτοῦ βαλλόμενος, ἔπρηξα. Ubi interpres tandem animadvertit quod alibi animadvertere non potuerat: videlicet ὑπερτιθέναι (nam hic voce activa utitur, quum potius paſsivæ usum hunc dare ſoleat) esſe quod Latini *communicare* dicunt. Ut autem minus mirer iſtum verbi ὑπερτίθεσθαι usum non tantum novum et mirum viſum fuisſe, ſed etiam mendi ſuſpectam ſcripturam habuisſe, hoc facit, quod verbum quoque ἀνατίθεμαι quum apud quendam hiſtoricum ſignificationem iſtam haberet, interpres *differre* vertit: quemadmodum et ὑπερτίθεσθαι hunc vulgo usum habet. Iam vero et quum apud Appianum ἀναθέσθαι τὰ κεκελευσμένα, ſonaret *revocare*, ſeu *retractare*, interpres *differre* reddidit, ut in Annotationibus admonui. Verum, ut ad mentionem diverſitatis lectionum redeam, ſciendum est, ſicut in præcedente loco pro ὑπερθέμενος ſcriptum in quibusdam fuisſe dixi ὑποθέμενος, ita etiam in eo Herodoti de quo nunc agitur loco, aliam quandam ex uno manuſcripto codice habemus, et eam quidem valde miram, videlicet ὑπεραίρεσθε· quam ſi loco huic accommodare lector velit, valde ſuum ingenium, et quidem fruſtra, fatiget.

Sunt vero et alii loci in quibus contigisſe idem videmus. Nec dubito quin eorum ſit e numero iſte e lib. V. cap. 92: 5. καὶ διαπλεύσαντος τὸν βίον εὖ. Suſpicor enim e lectoribus quempiam, cui inſolens valde hæc metaphora lectori videbatur, vocem illam διαπλεύσαντος in hanc quam margini adſcriptam vides, διαπλέξαντος, mutasſe. Atqui cogitandum erat, Herodotum habere nonnulla eiusmodi, et quæ quum in aliis tantum ſcripto-
738 ribus verſato, mira et plusquam mira videri queant, esſe tamen ſuſpecta non debeant. Ad hoc quidem certe διαπλεύσαντος quod attinet, talem eius usum apud hunc ipsum animadvertisſe mihi videor: quod ſi tamen nullum aliud apud eum exſtaret huius phraſis exemplum, ſaltem non minus admitti posſe quivis conceſserit quam quod alibi apud eum legitur, videlicet III, 155. πῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν, σεωὐτὸν διαφθείρας; Nam (ut dixi in recenſione et interpretatione vocum Herodoti) ἐκπλῶσαι τῶν φρενῶν est *De ſtatu mentis deiectum esſe:* ſiquidem ad illud ἐξέπλωσας reſpiciamus. Alioqui, ſi præſentis ſignificatio alicubi hunc aoriſto detur, ſignificat *De ſtatu mentis deiici.* vel brevius, *De mente exire.* vel, *e mente.* Aut elegantius, *E poteſtate mentis exire.* Quod ſi verbum verbo reddatur, *E mente enavigare*, nam ἐκπλῶσαι τῶν φρενῶν, quid aliud est? Est autem ἐκπλῶσαι pro ἐκπλεῦσαι· nec dubito quin pro illo διαπλεύσαντος Herodotus διαπλώσαντος itidem ſcripserit. Sed de hac apud illum ſcripturæ inconſtantia dicendum in ſequentibus erit.

Sunt autem quædam loquendi genera quibus verba adhibentur valde vicina, (præſertim ad ſcripturam quod attinet) et ita quidem ut modo hoc modo illud verbum iis esſe adhibitum videamus, non ſine diſſenſione exemplarium. Horum unum est ἀεικίῃ περισπεῖν cum accuſativo perſonæ, et interdum τρηχέως περισπεῖν. Nam et περιέπειν huic loquendi generi adhibetur. Ac lib. I, c. 115. legimus quidem, τὸν τοῦδε παῖδα ἀεικίῃ τοιῇδε περισπεῖν, in Aldina etiam editione: ſed paulo ante, c. præced. ubi habes itidem τρηχέως κάρτα περιέσπε, in Aldina legitur περίεπε· at περιέσπε e vet. exempl. est ſumptum. Sed tamen initio libri V, occurrit, περιεφθέντας πρότερον καὶ ὑπὸ Παιόνων τρηχέως· quod est a περιέπομαι. Quinetiam III, 115. extremo habemus ἅτε πολεμίους περιέψεσθαι.

Ac ſunt e diverſis lectionibus nonnullæ, quæ haud uno in loco annotantur, ut νομαίϲισι pro νόμοισι· nam ut in hoc lib. III, c. 99. loco, νόμοισι δὲ τοισῖδε λέγονται χρᾶσθαι, habes ex vet. cod. νομαίοισι pro νόμοισι· ſic et alibi hæc diverſa lectio in iisdem libris ſe offert.

Sunt denique et lectiones nonnullæ margini adſcriptæ, quæ germanæ esſe videntur: quum illæ quæ in textu ſunt, videantur esſe vocabula quæ margini expoſitionis loco adſcriptæ a quopiam fuerant. Exemplum nobis ſuggerit I, 85. ubi pro εὐθηνίᾳ margini adſcriptum est εὐεϛοῖ, nam illud εὐθηνίᾳ fuisſe adſcriptum margini, ad exponendum illud εὐεϛοῖ, et ex margine (ut fit) in contextum irrepsisſe veriſimile est.

Sunt vero et nonnullæ lectiones, quæ quamvis merito ſuſpectæ esſe videantur, tamen eadem illa vocabula non uno in loco leguntur. Ex his est verbum προϛῆναι pro παραϛῆναι.

Sunt denique et quædam ex illis lectionibus quæ, quum per ſe nullo admitti modo queant, ſi aliquantum adiuventur (hoc autem fit aliquid in illis emendando) dignæ ſunt quæ magis aut ſaltem non minus quam quæ in textu ſunt recipiantur. Sed hoc in meis Annotationibus aliquando (deo favente) exemplis planum faciam.

Ut autem interim intelligas lector quanto accuratius in hac editione fuerit a me emendata Vallæ interpretatio, quam in priore, quæ illis typographis pro exemplari fuit: magnum maioris huius accurationis indicium vel in prima totius libri periodo habes. Magis tamen inſigne exemplum occurret, lib. I, 10. nam ibi ſi Vallæ interpretationem ſequeris, et totum locum attente conſiderabis, Herodotum ſibi non conſtare, ſed aperte ſibi repugnare, dicere cogeris. Hæc enim verba, in illa tam celebri hiſtoria de Candaule male merito de uxoris ſuæ pulchritudine, μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, οὔτε ἀνέβωσεν αἰσχυνθεῖσα· οὔτε ἔδοξε μαθέειν, Laurentius Valla ita vertit, *Hæc ut didicit a viro quid actum esſet, neque præ pudore exclamavit, neque viſa est percepisſe.* Quid (reſpondebunt hic plerique) peccatum a Valla dici potest? Nonne μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, ſignificat id quod apud eum legitur? *ut didicit a viro*, ſive, *ut didicit ex viro.* Certe, μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς,

non

non aliud ſignificare potest: ſed dico repugnare hoc prorſus illi tam bellæ diſſimulationi ipsius, quæ his etiam verbis deſcribitur, οὔτε ἔδοξε μαθέειν, et quam quum in ea permanſiſſet, ſequutus est is quem ex ea ſperabat exitus. Sed quæ tamen alia loci illius excogitari interpretatio potest? Aliam nihilominus excogitandam esſe aio: nec tamen aliam (meo quidam iudicio) excogitari posſe quam hanc, quæ a me margini est adſcripta, *Hæc ut animadvertit quod a viro factum erat.* Sed tu (dices fortasſe) ita interpretando, præpoſitionem ἐκ cum ποιηθὲν iungis, perinde acſi dictum esſet ποιηθὲν ὑπὸ τοῦ ἀνδρός. Atque plane novum in Græca lingua hoc esſe arbitror. At ego, quidquid tibi et plurimis fortasſe aliis in ea novum est, mihi novum esſe nego: atque adeo talis uſus præpoſitionis huius exempla tibi iam nunc duo, duobus e locis, cedo. Unus est, ex eod. lib. I, c. 87. εἴ τί οἱ κεχαρισμένον ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη. Alter autem legitur eod. lib. I, c. 114. non procul ab initio, οὐ γὰρ δὴ ἐπαίνησε τὸ προσαχθὲν ἐκ τοῦ Κύρου. Animadverti autem et Dionem, Herodoti imitatione, a- 739
liquoties hac præpoſitione ita esſe uſum. Iam conſidera lector quantum errorem inducat interdum ignoratus tam parvæ particulæ extraordinarius (ut ita dicam) uſus. Sed libet obiter et aliud de iis quæ in eodem (I, 10.) ſequuntur loco addere. Quum igitur hæc ſubiungantur, οὔτε ἀνέβωσεν αἰσχυνθεῖσα, et hæc ita vertantur a Valla, *neque præ pudore exclamavit*, quaſi pudor efficere debuerit ut exclamaret: ego, qui aliam atque adeo contrariam, esſe video mentem Herodoti, ita eam expreſſi *neque exclamavit, utpote pudore retenta.* Quinetiam, ut lectori hanc esſe mentem Herodoti ſubindicarem, inter ἀνέβωσεν et αἰσχυνθεῖσα, interpunctionem poſui. Illa autem verba, οὔτε ἔδοξε μαθέειν, quæ vertit, *neque viſa est percepiſſe*, maluisſem ut vertisſet, *neque viſa est animadvertisſe:* aut *neque præ ſe tulit animadvertisſe:* ut habes margini a me cum præcedentibus adſcriptum.

Alia exempla maioris in hac poſteriori editione accurationis (et quidem nonnulla haud minus fortasſe inſignia) circa emendationes interpretationis Vallæ, ipsemet editionem hanc cum altera conferens, aut annotationes meas legens, invenies: atque in iisdem plurimarum eius emendationum, margini adſcriptarum (quarum plerasque et prior editio habuit) quæ alioqui dubitationem tibi movere posſent, reddetur. Simul vero et de quibusdam quæ in ipsa Herodoti dictione (vulgo textum vocamus) vel emendata ſunt, vel videntur emendanda, in illis diſseretur. De emendationibus autem loquor ſive iis, quas iam prior editio exhibuit, ſive iis quas ista nunc exhibet. Emendata porro fuerunt ex veteris quidem exemplaris autoritate plurima, vel potius veterum exemplarium (nam raro absque duorum ſaltem conſenſu id facere ſum auſus) verum et unus interdum locus ex collatione cum aliis. Sic enim lib. I, cap. 46. ἐς Ἄβας pro ἐς Σάβας, alio e loco: et lib. II, cap. 40. pro τῇσι repoſitum τῇ Ἴσι fuit, alio itidem e loco. Dicitur autem Ἴσι pro Ἴσιδι. Verum et quædam (ac non paucæ fortasſe) emendationes coniecturales in illis annotationibus proponentur: et quidem nonnullæ quæ nova etiam vocabula Herodoto dabunt: (nova voco quæ antea apud illum non comparebant in illis quæ usquam comparebant exemplaribus) ex quibus ſunt ἀλλογνώσας et δεσποσυνδμενον· ſed de illo quidem ἀλλογνώσας vix ulla dubitatio relinquitur: at de hoc δεσποσυνδμενον relinqui mihi dubitationem fateor. Reponetur autem hoc δεσποσυνδμενον pro διεσπασμένον, quod legitur lib. I, c. 59. initio, adiunctum participio κατεχόμενον interpoſito particulæ καὶ vinculo. Iam vero ex Plutarcho atque aliis, qui locos huius ſcriptoris citant, emendationes depromentur. Horum autem in numero est Euſtathius ſuis tum in Homerum, tum in Dionyſii de ſitu orbis poëmatium commentariis. Quinetiam ex ipso interprete Valla nonnullæ emendationes ſumentur: quarum tales ſunt nonnullæ ut quod in noſtra lectione affirmatur, id lectio eius neget, aut vice verſa.

Quod vero ad eam ſcripturæ inconſtantiam attinet, de qua me verba facturum promiſi, (unde nimirum fit ut eadem vocabula non ubique eam litteræ aut litterarum mutationem habeant, quam dialectus Ionica poſcit aut poſcere videtur) eam inconſtantiam non Herodoto ſed librariis, dialecti qua ille utitur, ſæpe obliviſcentibus, imputandam esſe aio: aut certe nonnullis qui alicubi vocum, quæ Ionice ſcriptæ erant, ſcripturam a lingua communi receptam margini appoſuiſſent. Ut enim a mentione verbi ἐκπλῶσαι (quod ſermonis huius occaſionem mihi præbuit) initium ſumam, quis credat Herodotum ita inconſtantem fuiſſe, ut modo πλῶσαι, aut ἐκπλῶσαι, aut ἀποπλῶσαι, modo πλεῦσαι, vel ἐκπλεῦσαι, vel ἀποπλεῦσαι diceret? Atque, ut de hac ipsa littera ω loqui pergam, in eiusdem formæ vocabulis, aut etiam iisdem, modo litteram illam ω modo ο habemus, haud enim χρέωνται tantum, ſed χρέονται etiam legitur: itidemque ὀρέωντες et ὀρέοντες· illud III, 157. hoc IV, 125. Ac ſcimus tamen a Corintho ſcribi, Iones ὀρέω pro ὁράω, itidemque ἐχρέοντο pro ἐχράοντο dicere. Quinetiam modo hæc littera α, modo η, in uno eodemque verbo occurrit, nam et χρᾶσθαι et χρῆσθαι legitur. Sic ἐχρᾶτο et ἐχρῆτο. Ac quamvis θεήσασθαι et θεήσεαι pro θεάσασθαι et θεάσεαι ſcriptum ſit, cum alibi cum I, 8. itidemque θεησάμενος, non θεάσαμενος, I, 59. item alibi ἀξιοθέητον pro ἀξιοθέατον· quumque in his non alia ſit mutatio quam litteræ α in η, tamen ἐθηῆτο, non ἐθεῆτο, alicubi noſtris ſe oculis offert, mutato etiam ε in η. Atque, ut in mentione mutationis litteræ α in aliam, maneam, quamvis μέγαθος pro μέγεθος tot loci nobis exhibeant, eodemque modo alicubi ὑπερμεγάθεας pro ὑπερμεγέθεας legamus: tamen et μέγεθος locis aliquot ſcriptum est: ut I, 60. Sic etiam τάμνω dicit, pro τέμνω, vocali α locum vocalis ε tribuens: ſed ne hæc quidem mutatio ubique fit.

A vocali α ut veniam ad ε, quum hæc Ionico more auferri a principio quorundam vocabulorum dicatur, 740
et ἐκεῖνος inter illa ponatur, tanquam κεῖνος non ἐκεῖνος, Ionicum ſit: tamen ἐκεῖνος quoque hunc apud ſcriptorem ſæpe occurrit. Sic non ſolum ὥρων pro ἑώρων, ſed etiam hoc ipsum ἐώρων apud eum legimus. Ac ne ὁρτὴ quidem pro ἑορτὴ conſtanter ſcriptum est. Utque loquar de iis quoque locis ubi contra inſeritur hæc vocalis, præter morem linguæ communis, ſciendum est, non μηχανεώμενος tantum ſed μηχανώμενος etiam, itidemque μηχανῶνται legi.

Ab ε ad η tranſiens, mutari quidem et hanc vocalem η dico in aliam, Ionico more: ſed ne hic quidem conſtantiam ſervari, nam quum vox νηὸς Ionicæ dialecto aſsignata ſit, non minus tamen νεὸς, vel νέα ſeu νέας· quam νῆα, ſeu νῆας apud eum esſe ſcriptum videmus. Ac pro ἧσσων et ἡσσωθῆναι legimus ἔσσων et ἐσσωθῆναι multis quidem in locis, (in quorum uno ita est allucinatus Valla interpres, ut VII, 18. ex genitivo plurali ἐσσόνων, dicto pro ἡσσόνων, ſecerit gentem quæ *Hesſones* diceretur) ſed non tamen in omnibus. Quumque pro οἰκεῖος ſcribi debeat οἰκῆιος, tamen et illud interdum occurrit. Sic etiam μαντεῖον pro μαντῆιον· nec ſolum ἀτρεκηῖη, ſed et ἀτρεκίη. Atque adeo IV, 33. ἀσφαλείης, non ἀσφαληῖης, legitur.

Ad vocalem ι quod attinet, alicubi nec in ipsa lex Ionicæ dialecti ſervatur. Nam haud tantum εἰμὲν ſed ἐσμὲν quoque apud eum habemus. Ac initio Terpſichores προκλήσεος, pro προκλήσιος, ut alibi κατασσάσιος. Ac, quum ι ſæpe ab Ionibus inferatur, veluti quum ξεῖνος pro ξένος dicitur, in omnibus tamen eiusmodi vocabulis id factum non videmus. Quumque vicisſim in multis detrahatur ι, veluti in ἐπιτήδεος (item in ἔων, in ἐώθεσαν, atque aliis; tamen et ἐπιτήδειος legitur. Et alicubi ἀνίει, alicubi ἀνιεῖ legitur. Vocalem ο plerique loci habent in pronominibus ἐμέο et σέο, ſed illam (tanta est ſcripturæ inconſtantia) eadem pronomina non minus frequenter coguntur relinquere, eius locum occupantibus ἐμεῦ et σεῦ. Eodemque modo participii ποιεόμενος locum ſæpe a ποιεύμενος occupari, idemque in aliis huiusmodi participiis, quinetiam in ipsis verbis, fieri videmus.

Vocalis υ non minus habet et ipsa quod queratur. Quum enim quodam ſuo iure debeat cum vocali ο, ad efficiendam diphthongum, coaleſcere, in plerisque vocabulis, e quorum numero est οὔνομα pro ὄνομα, (quod idem iuris cum ὀνομαίνω et ὀνομάζω communicat:) en tibi nihilominus ὀνομάζων, non οὐνομάζων, I, 44.

Nec melior est vocalis ω, quam aliarum conditio: quum eam ex verbo πλώω, ſuperveniens ε ſæpe expellat, ut dictum est: nec ζωὴ ſemper, ſed plerumque ζόη, ſcribatur.

In ultima vocali ultimus ſit meus hoc de genere inconſtantiæ, qua leges Ionismi violantur, ſermo: (alioqui enim, quo plura de illa dico, eo plura ſuperesſe dicenda video) donec non ſolum has lectiones διάφασίας (ut Herodoti vocabulo utar) proferre, ſed de iis iudicium ferre vacet.

EX EIUSDEM H. STEPHANI PROLEGOMENIS

aliis ibidem, de opera a se præstita in secunda editione, quam in nostra sequuti sumus.

Ac primum quidem, ad eos quod attinet quibus sine cortice natare in Græcorum scriptorum lectione datur, id est, qui interpretis operam, tanquam χειραγωγοῦ cuiusdam, non requirunt, (quamvis multo pauciores in Herodoto et Thucydide, quam aliis, eam non requirere notum satis sit) sed ceteris ad hanc lectionem adminiculis esse contenti possunt: non eas tantum quas antea diversas scripturas (ut Græci διαφόρους γραφὰς appellant) exhibui, sed numerum earum auxi: et censura adhibita, quasdam exautoravi: non tamen ita, ut amandarem, sed tantum ut loco suo motis alium minus honorificum darem. Ex ipso enim textu (ut hodie moris est vocare) in marginem transtuli. Sed quasdam vicissim maiore dignas honore iudicavi, ideoque eas hinc illuc transtuli. Iam vero et plerosque locos emendavi, qui tibi facessere alioqui negotium poterant: et quidem haud parum negotii nonnulli. Quorum in numero est hic qui in Euterpe cap. 40. legitur, ἐπὴν προνηστεύσωσι τῇσι, καὶ ἐπὴν κατεύξωνται, θύουσι τὴν βῶν. Quem enim illa vocula τῇσι non torqueat? cui crucem non figat? Sed esto, verisimilem posse videri hanc emendationem, unde tamen tantum confidentiæ (dices) ut eas voculas τῇ Ἴσι margini non adscripseris, sed ipsis Herodoti verbis inferere ausus fueris? Quoniam Herodotum ex Herodoto me emendare, vel (si mavis) Herodotum esse sui ipsius emendatorem, videbam. Ita
741 enim ille in sequentibus, eadem in Musa, paucarum paginarum intervallo, cap. 61. ἐν δὲ Βουσίρι πόλι ὡς ἀνάγουσι τῇ Ἴσι τὴν ὀρτὴν, εἴρηται πρότερον μοι· τύπτονται γὰρ δὴ μετὰ τὴν θυσίην πάντες καὶ πᾶσαι, μυρ. Sunt vero et alii loci quibus male affectis ex ipso Herodoto medicinam adhibui. Sed superesse fateor qui eandem a me aut ab alio quopiam opem exspectent. Parum autem abfuit, quin et alium quendam emendare mihi permiserim: suum illi vocabulum, antiquum certe, et multorum auribus, etiam in Græca lingua valde exercitatorum, insolens futurum, restituendo, id autem est ἀλλογνώσας. Nec dubito quin, si de hac emendatione, tanquam ex nimia fiducia proficiscente, accusatus fuissem, causæ meæ patrocinium Hesychius suscepisset. Sed (ut opinor) nec Hippocrates Ion, quum me scriptori Ioni operam præstantem vidisset, opem vicissim præstare mihi recusasset: præsertim quum eodem et ipse vocabulo utatur, paulo quidem alium, sed tamen non alienum ab eo, quem apud Herodotum habuisset, dans ei usum. Ut taceam, non absimile vero esse, utrumque ab illo, Hippocrate inquam, datum ei usum fuisse. Est vero et alius quidam nostri historici locus, qui vocabulum quoddam non minus Hippocrati quam Homero usitatum requirere videtur: ut in meis annotationibus (deo favente) declarabo. Immo quid obstat quominus iam nunc illam saltem libri illius portiunculam (aut siquid portiuncula minus dici potest) repræsentem? Scito igitur agi de hoc loco, quem habes lib. II, cap. 47. οἱ δὲ πένητες αὐτῶν, ὑπ' ἀσθενείης βίου σαπίνας πλάσαντες ὕς, καὶ ὀπτήσαντες ταύτας, θύουσι. Nam quum in Aldina ista pariter et Basilienſi editione habeamus, ὑπ' ἀσθενείης βιούς τέ τινας πλάσαντες ὕς, quid vetat quo minus quis pro voce βιούς scribendum βαιοὺς suspicetur? Saltem e scriptura qua nihil significari potest, aliam, quæ non inconmodum sensum habeat, efficiet: idque minima cum mutatione. Talem autem mutationem, id est minimam sive levissimam, quum sufficere ad quorundam locorum emendationem viderem, pro religioso superstitiosus esse nolui. Atque hinc factum est, ut in hac posteriore editione (hoc exemplo contentus ero) pro ἀπειποῦσι scribere ἀπιποῦσι non dubitaverim, lib. II, cap. 94. quum manifestum sit ἀπιποῦν esse quod Dioscorides ἐξιποῦν dicit. Adscripta autem margini lectio ἀπειτοῦσι, quæ nihil potest significare, fieri potest ut ex alia manarit, aliis litteris scripta, sed eandem tamen pronunciationem (ut iampridem litteris diversis eadem pronunciatio dari cœpit) habente: ac audiens aliquis verbum ἀπηθοῦσι (quod esse poterat expositio illius ἀπιποῦσι) non illo modo scripserit, sed hoc, ἀπειτοῦσι.

Iam vero et commoda quorundam locorum interpunctione magis etiam quam antea lectoribus commodasse, et labore illos levasse, ex ipsa collatione apparebit. Alicubi tamen eorum diligentiæ hoc reliqui, ut quam interpunctionem in annotatione margini adscripta sequutus esem, eam in ipsis Herodoti verbis (nisi forte a me dissentirent) sequerentur. Ac huius etiam rei exemplum suggeret illa ipsa, quæ modo proposita fuit, pagina. In eadem enim, lib. II, c. 95. legitur, τὴν δὲ νύκτα αὐτῷ χρᾶται ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ· περὶ ταύτην ἴσησι τὸ ἀμφίβληστρον· sed tamen sequendo ea quæ margini adscripsi, post χρᾶται ponenda est τελεία στιγμὴ, at post κοίτῃ, tantum ὑποστιγμή. Fateor interim me simul etiam mutaturum libenter αὐτῷ in οὕτω.

Paulo post.

Ad eos autem ut veniam, quibus contra sine cortice natare in Græcorum scriptorum lectione est negatum, eos qui sine Thesco e multis illorum locis emergere non possunt, eos qui duce filo, ut in aliquo labyrintho, sua ponere vestigia necesse habent: multo plus et ipsi huic editioni, quam priori, se debere, merito fatebuntur: quum me in multo pluribus locis interpretationem Vallæ emendasse, in quibusdam in meipsum etiam, ad emendationem quod attinet, inquisivisse animadvertent. Hoc enim de quibusdam locis posse mihi videor dicere, ubi quæ me non satis tum temporis oculatum subterfugerant, a me nunc, ceu facto oculatiore, deprehensa fuerunt. De locis tamen iis non iam loquor, ubi tales erant commissi errores, quales in nominum quorundam interpretatione: qui nimirum sunt eorum e genere quos μεταμορφωτὰς sive μεταμορφωτικοὺς appellare soleo, quod metamorphoses, et miras quidem eas, in quibusdam scriptorum Græcorum locis interpretandis faciant. Atque horum e numero unus est ubi nomen ἥσσονες, quod sonat *inferiores*, seu *viribus minus valentes*, mutatum fuit ab interprete in nomen populi omnibus geographis, omnibus historicis incogniti: quum is ab illo vocetur *Hesiones*. Locus ille est in Polymnia, c. 18. ἰδών τε πολλὰ καὶ μεγάλα πεσόντα τρήγματα ὑπὸ ἡσσόνων· ubi vide quæ margini adscripta sunt. Ac eodem modo eod. lib. c. 93. nomen vel potius pronomen
742 relativum οἵτινες, quod respondet Latino *qui*, videbis transformatum in quendam populum. ita enim ille, *quos prius appellatos fuisse Hœtines, dictum est:* quum verba Herodoti (de Caribus loquentis) hæc sint, οὗτοι δὲ, οἵτινες πρότερον ἐκαλέοντο, εἴρηται. Sonant vero hæc, *Hi autem, quinam* (id est, quo nomine) *prius vocarentur, dictum est.* Sic lib. I, c. 176. vides, ex ἰσιέων, quod Ionica dialecto dicitur pro ἰσιῶν, ab ἰσίαι, (cuius nominativus singularis est ἰσίη, quo significatur *familia*) quendam populum seu quandam gentem ab interprete nobis fieri, cui nomen sit *Istiæi*. Atque his adiiciendus est mons *Hirus*, per eandem metamorphosin factus, lib. I, cap. 80. nam ibi legitur, *qui e monte Hiro matris Dindymenæ lapsus*, ubi admonitiunculam margini adscriptam vide. Quod si ad aliud genus errorum interpretis a me emendatorum veniendum sit, illi non cedens, quin potius id superans, de nullo potius hoc dici posse existimo, quam de eo, ubi contrarium omnino sensum verbis autoris dat interpres. Exemplum quod in mentem venit primum, est in Euterpe, cap. 167. hæc enim exhibent ista Herodoti verba, ἤκισα δὲ Κορίνθιοι ὄνυσται τοὺς χειροτέχνας, a Valla sic interpretata, *Corinthii quoque minimi faciunt opifices:* quum Herodotus contrarium de Corinthiis testetur, eos nequaquam minimi facere opifices, vel potius, contemptui habere. Aliunde autem non contigit tam magnus error, quam ex non intellecto verbi ὄνομαι usu: sicut nec compositum ex hoc factum κατονοθῇς intellexit Euterp, cap. 136. ubi exstat inscriptio, cuius principium hoc est, ΜΗ ΜΕ ΚΑΤΟΝΟΘΗΙΣ ΠΡΟΣ ΤΑΣ ΛΙΘΙΝΑΣ ΠΥΡΑΜΙΔΑΣ· nam has voces ille ita reddit, NE ME LAPIDEIS PYRAMIDIBUS COMPARES. Ubi illum videri aliud verbum quam κατονοθῇς legisse, dixi in iis quæ margini adscripta sunt: sed quum ne illius quidem verbi ὄνυνται significationem assequutus sit, facile mihi persuadeo, non aliam eum lectionem illic sequutum esse, sed idem ei in illo etiam verbo, quod ex hoc compositum est, usu venisse. Quis igitur est illorum verborum sensus? Illorum regis Asychis verborum sensum (lectores enim ibi suspensos reliqui) esse hunc arbitror, NE ME CONTEMNAS PRÆ

LA-

LAPIDEIS PYRAMIDIBUS. Vel, Ne me aſperneris. Ceterum, ad priorem illum quod attinet locum, quem Valla ita vertit, *Corinthii quoque minimi faciunt opifices*, ſuam ei interpretationem vel hoc reddere ſuſpectam debebat, quod ulla vix artificia magis celebrarentur, quam quæ Κορινθιουργῆ (eo modo quo Ἀττικουργῆ, et Μιλησιουργῆ, et Ναξιουργῆ) nominabantur. Haud ſcio autem an ex ullo nobis clarius et certius eſſe id poſſit loco, quam ex Actorum apoſtolicorum capite XIX. Ibi enim quidam nomine Demetrius vel ex uno artificio procudendi templa Dianæ argentea (ſive thecas templi effigie, aut ſcriniola, ſive nummos celeberrimi illius templi formam repræſentantes, aut alias eius imagines, intelligere oporteat) magnum artificibus præbuiſſe quæſtum dicitur. In dubium igitur vocari non potest, quin mea quam vera est, tam falſa ſit illa meæ contraria interpretatio. Quod ſi librum hunc evolvere libeat, alios plerosque locos invenies ubi meam itidem interpretationem, et quidem alteri omnino repugnantem, propono. Taceo de locis ubi Latina eius verba negant quod Herodotus ait, aut vice verſa: ſed ita ut id e lectione contraria noſtræ contigerit, eique imputari debeat. Ac fateor poſſe alicubi, utri potius lectioni acquieſcendum ſit, dubitari: atque hæc, ut opinor, incidere dubitatio poterit non procul ab initio Clius, cap. 24. ubi de Arione legimus, καὶ Ἀρίονός ἐστι ἀνάθημα χάλκεον, οὐ μέγα, ἐπὶ Ταινάρῳ· contra enim, χάλκεον, μέγα, legiſſe Vallam videmus. Ac eod. lib. cap. 37. vicisſim negationem ille habet, ubi nullam habemus, nam pro ἀποχρεωμένων lectum ab illo fuit οὐκ ἀποχρεωμένων.

Verum, ut de locis in quorum interpretatione peccavit, verba pergam facere, eorum in numero nonnulli ſunt, ubi hoc inde contigit, quod non animadverteret verbum quodpiam uſum quendam Herodoto, aut certe eius dialecto, peculiarem habere, ut I, 45. συγγινωσκόμενος. Nam et activam vocem συγγινώσκειν longe aliud ſonare paſſim apud hunc ſcriptorem, quam *ignoſcere*, in recenſione et expoſitione quorundam eius vocabulorum a me aliquot exemplis oſtenſum fuit. Minus autem quis miretur fortaſſe illum ἐπιστολὴν reddidiſſe *epiſtolam*, lib. VI, c. 50. quum potius *mandatum* ſignificare videatur. Ac fallitur Euſtathius in eo quod credit, vocem, ἐπιστολὴν, quæ apud Æſchylum id ſonat, pro ἐπιτολὴν poſitam eſſe, adiectione litteræ σ. quaſi vero a verbo ἐπιτέλλομαι, quod Homero uſitatiſſimum est, deduci eam neceſſe foret, ac non ἐπιστέλλειν quoque, et quidem in ſoluta etiam oratione, eum uſum haberet. Qua de re ſi quis cum Euſtathio dubitat, omnem utrique meus Theſaurus Græcæ linguæ dubitationem tollet.

Inter illa autem, de quibus nunc demum in hac poſteriore editione monui, est quidam uſus præpoſitionis ἐκ, qui non animadverſus fecit ut in eorum interpretatione quæ de Cambyſe et Gyge narrantur, I, 10. aliquid ſit 745
absurdi: ex eo quod, ubi dicitur, μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, interpres non viderit, intelligi debere, non μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, ſed τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρός· ut oſtendi in iis, quæ recenſioni et expoſitioni vocabulorum huius ſcriptoris ſubiunxi.

At eorum e numero de quibus in annotationibus agetur, est quod dicitur de Perſis, I, 133. μεθυσκόμενοι δὲ ἐνθαῦτα βουλεύεσθαι τὰ σπουδαιότατα τῶν πραγμάτων. Nec enim eos tantum facere iniuriam Herodoto arbitror, qui ista ex eo afferunt, at quæ ſubiungit tacent: ſed eos etiam qui μεθυσκόμενοι interpretantur *ebrii*: ut intelligamus, Perſas, quum iam ſunt ebrii, de rebus maxime ſeriis conſultare. Cur enim μεθυσόμενοι pro μεθυσθέντες accipiamus, potius quam id, quod proprie ſonat, intelligamus? Id vero non aliud est, quam *dum ſe inebriant*. Quantum autem ſit diſcriminis inter eum, qui ad ebrietatem iter facit, eumque qui iam iter illud confecit, atque ad eam pervenit, cuilibet iudicandum relinquo. Tantum certe diſcriminis est, quantum inter eum qui urbem quampiam oppugnat, et eum qui iam expugnavit. Quæ comparatio est eo aptior, quod is etiam qui ſe inebriat, mentem ſuam velut oppugnat, et de ſtatu ſuo deturbare conatur: at postquam hoc effecit, iam dici potest eam expugnaſſe. Quamobrem non video quid obſtet, quin participium illud μεθυσκόμενοι interpretemur (ſi verbum verbo reddere nolimus) *inter pocula*, autem ſaltem *inter larga pocula*. Quod ποτικώτερον esſe fateor: quamvis Livius largius vinum etiam dicat. *Largiore uino* (inquit) *uſus*. Nec vero videtur contra me facere quod ſequitur, de eo qui domui in qua ſunt præest, proponente poſtridie quod ipsis in ea conſultatione potatoria viſum fuit. Proponit enim tanquam iis qui e menſa (ſi tamen ea tum utebantur) tandem nonnisi ebrii ſurrexerint, ideoque illorum, quæ a ſe ſtatuta fuerint, recordari haud queant. At nihil obſtat interim (meo quidem iudicio) quin intelligamus illis inter larga pocula, et tamen antequam eſſent ebrii, conſultantibus, ebrietatem ſolitam ſupervenire. Sed viderit alius quispiam quod pro Perſis afferri poſſit, ſuper eo etiam quod ſubiungitur, et quomodo illud quoque factum oſtendi minus absurdum queat, quam prima fronte videatur: τὰ ἂν νήφοντες προβουλεύσαιντο, μεθυσκόμενοι ἐπιδιαγινώσκουσι.

Exhibebunt porro illæ annotationes meæ, deo favente, et quorundam locorum emendationes ex coniectura: quandoquidem vetere exemplari (cuius etiam exſpectatio fecit ut editionem huius ſcriptoris differrem) video me ante bellorum noſtrorum finem potiri haud poſſe. Atque ut huius quoque operæ aliquod tibi velut γεῦμα interim præbeam, quandam loci quem habet Thalia, c. 130. proponam. Nam ibi pro ὑποτύπτουσα ſcribo ὑποκύπτουσα, levi cum mutatione, ſed eiusmodi tamen, ut quum ex illo ὑποτύπτουσα nihil niſi ineptum elici poſſit, (præſertim ſi quis Vallæ interpretationem ſequatur) contra in ὑποκύπτουσα non dubitem quin Herodoti mentem habeamus.

Eodem in opere, eademque opera, de illa quoque ſcripturæ diverſitate agam, qua fit ut eiusdem vocabuli ſcriptura modo dialecti Herodoti, id est, Ionicæ, legem ſervare, modo ab ea diſcedere videatur: et e duabus tribusve (tot enim ſunt interdum) quam potius recipiendam arbitrer, declarabo. Interim certe adeo in hac parte nihil mutare ſum auſus, ut in ipso etiam principio Ἁλικαρνασσῆος retinuerim, et in Ἁλικαρνησσῆος mutare noluerim: quamvis ſit Ἁλικαρνησσεὺς II, 14. et Ἁλικαρνησσοῦ VIII, 104. In eo quidem magna est conſtantia, quam valde quis mirari poſſit, quod nusquam (ſi memoria non me fallit) genitivo Ionico, id est, in ου deſinente, utatur: ſed quemadmodum prima totius operis vox est Ἡροδότου, non Ἡροδότεω, ſic alibi alia virorum nomina illo, non hoc ſcripta modo, et Νείλου, non Νείλοιο, ποταμοῦ itidem, non ποταμοῖο, atque adeo λόγου etiam, non λόγοιο, habeamus.

Sed quamvis de multis te monuerim, non dubito quin aliqua quæ in eorum esſe numero debebant, mihi exciderint: quod ſi ita est, ſuus illis eodem in opere locus erit.

Iam vero, quoniam, ſi εἰδότι λέγειν non oportet, multo minus, ὁρῶντι λέγειν, quid attinet, quæ hæc EDITIO POSTERIOR adiuncta priori habeat dicere? Sed ea quidem quæ huic Herodoti libro præfixa ſunt, partim mea, partim Ioachimi Camerarii, fuerunt tantum locupletata, et quidem ea in parte quæ mea est: at quæ ſubiuncta, DE LEGIBUS ET INSTITUTIS TAM PERSICIS QUAM ÆGYPTIACIS, ex variis ſcriptoribus ſumpta, nunc primum adiecta ſunt. At poterant tamen (inquies) ex aliis etiam alia quædam ſumi. Poterant, fateor: ſed iis quæ præcipua videbantur, esſe contentus volebam.

EX EIUSDEM H. STEPHANI PRÆFATIONE IN PRIMAM EDITIONEM.

Herodoteæ autem hiſtoriæ virtutes non ex ore meo, ſed Ioachimi Camerarii, omni genere doctrinæ celeberrimi, accipies. Quem ego virum cum antea plurimum dilexi, (ut vicisſim ab eo plurimum me diligi 744
animadverti) tum vero ex quo ipsum quoque vehementi amore Herodotum complecti cognovi, illa certe amoris in Herodotum noſtrum ſocietas, priſtinam illam amicitiam, quantum augeri potuit, tantum auxit. Quod ſi lectis illis Camerarii de Herodoto ſcriptis aliquid tibi ocii ſuperfuerit, meæ etiam editioni Latinæ interpretationis præfixa quædam a me eiusdem argumenti invenies: in quibus ſatis prolixe illis reſpondeo, qui mendacem esſe Herodotum mentiuntur: adeo ut præfationem illam, apologiam Herodoti ideo inſcribendam cenſuerim. Inter alia multa ibi, miram illam hiſtoriam et quæ præ ceteris omnibus iudicari fabuloſa poſſet, de Scythis ſervis, qui dominis abſentibus in uxorum illorum poſſeſſionem involarant, tandemque quum iuſto prælio

re-

repelli ab armatis dominis non potuiſſent, ſolis flagellis repulſi fuerunt: illam inquam hiſtoriam annalibus poſterorum (in his enim et Moſchovitæ numerantur) teſtatam ad hunc usque diem extare leges: detortis duntaxat (ut fit) nonnullis facti circunſtantiis. Leges item, quod de Threſſis mulieribus narrat Herodotus, eas excedentibus e vita maritis comites ſe certatim offerre, ſimili Indicarum mulierum facto (cuius teſtes oculati hodieque extant) confirmari. Quid quod illa de mulieribus Babyłonicis hiſtoria, quæ viris extraneis ſemel in vita ſe proſtituere neceſſe habebant, Ieremiæ Prophetæ teſtimonio confirmatur? Quod autem ad quasdam de rebus levioribus hiſtorias attinet, (in quibus tamen non minus fides eius ſuſpecta est) eas ab aliis quoque ſcriptoribus, addito non eius ſed aliorum teſtimonio, referri ſcimus. Cuiusmodi est quod de Amaſidis thorace apud hunc noſtrum hiſtoricum legimus, ab illo enim proditum est, unamquamque eius ἀρτεδόνην, quamvis alioqui ἐοῦσαν λεπτὴν, habuiſſe in ſe ἀρτεδόνας τριηκοσίας καὶ ἑξήκοντα πάσας φανερὰς. At Plinius nullam Herodoti mentionem faciens, certam tamen huic rei fidem affert, quum ita ſcribit, *Mirentur hoc, ignorantes in AEgypti quondam regis (quem Amaſin vocant) thorace, in Rhodiorum inſula oſtendi in templo Minervæ* CCCLXV *filis ſingula iſta conſtare, quod ſe expertum nuper Romæ prodidit Mutianus ter conſul: parvasque iam reliquias eius ſuperesſe, hac experientium iniuria.* (Taceo inſignem errorem, quem interpres hic commiſerat, ἀρτεδόνας non *fila* ſed *venationes* interpretatus.) Hæc ego aliaque huiusmodi mecum reputans, et mendacem tamen ſubinde vocari Herodotum audiens, hoc epigramma inter ſcribendam illam apologiam, in calumniatores illos luſi, tanquam ipsum Herodotum compellans:

Ἄφρων ὃς ψεύστην σε καλεῖ, ὅτι πεύθεται ἄλλου.
Καί τι γὰρ εἰ ψεύστην ψεύδεται ὅς σε καλεῖ;
Εἰ δὲ παλαιὰ λέγει δεδαηκέναι αὐτὸς ἄμεινον,
Ἄφρων καὶ ψεύστης εὐθὺς ἅλωκεν ἐών.

Huic certe potiſſimum ſcriptori id accidit, quod præ quovis alio metuiſſe videmus, nimirum ne mendacis a poſteris nomen acciperet. Sed ſi quæcunque incredibilia videntur (dum ea experientia noſtra vel ſenſu noſtro ſive ingenii captu metimur) mendacii inſimulanda eſſent, quam multa in ſacris hiſtoriis, quæ tam certæ ſunt fidei, mendacii inſimularentur? Quem autem librum post ſacroſanctos illos habemus, in quo res adeo magnæ commemorentur? in quo providentiæ potentiæque divinæ, quæ ſuperbos deprimit, tot tamque luculenta exempla conſpiciantur? ubi regum, potentiſſimorum alioqui (quorum et ipse ſuperbiam ac veſaniam nobis ante oculos ſæpe ponit) regnorumque adeo horrendæ everſiones narrentur? Quis est ex quo certius ſacra chronologia cum profanis hiſtoriis conciliari poſſit? Addo etiam (quod vel maxime commendare nobis hunc ſcriptorem debet) qui religioſius de divina providentia et quidem valde ſimilibus verbis, interdum etiam iisdem, loquatur? Omitto, priſci illius ſæculi ſimplicitatem, et humile (in quibusdam etiam regibus) vitæ genus eodem nobis modo utrobique deſcribi. Omitto et hoc, nullum usquam extare apud Græcos autores ſcribendi genus, quod (ut in omnino diverſa lingua) ad Hebraici brevitatem ſimplicitatemque magis accedat. Nemo certe est, qui quum legit apud Herodotum hanc inſcriptionem, *Amaſis Polycrati ita dicit:* item, *Mardonius hæc dicit:* non poſſit uſitatum prophetis præſertim ſtylum agnoſcere, *Hæc dicit Dominus Deus.* Nemo est item, qui quum Herodotum ita ordientem ſuam hiſtoriam audit, *Herodoti Halicarnaſſei hiſtoriæ editio hæc:* de qua interpretatione alibi dicendum erit) ſimile eſſe hoc Eſaiæ exordium, faſſurus non ſit, *Viſio Eſaiæ filii Amos.* Nec non iſtud Ieremiæ, *Verba Ieremiæ filii Helciæ.* Cui ſimile est omnino apud prophetam Amos, *Verba Amos.*

Iam vero quod ad Homerum attinet (ut a ſacris ad profana veniamus) quisquis lectionis illius ſtudioſus est, ad eam profecto neque magis compendiariam, neque magis expeditam viam, quam hunc autorem pervolutando, ſternere ſibi potest: nec aliunde melius quæ apud Homerum Ionica ſint, et quæ non tam Ionica quam poëtica, cognoſcere, adeo ut qui ſit φιλόμηρος, eum eſſe etiam φιληρόδοτον, rationi conſentaneum ſit.

CHRO-

CHRONOLOGIA HERODOTI. 747

INITIUM HISTORIÆ HERODOTI.

AB hoc anno Mundi 3246. *deinceps continua ſeries annorum* 240. *in* HERODOTO *extat, a* GYGE *Lydorum Rege, usque ad Crœſum ipsius abnepotem a Cyro Perſarum Rege captum, et deinceps usque ad Xerxis et Perſarum ex Græcia fugam; quæ in annum mundi* 3486. *incidit.*

Est autem Crœſus a Cyro captus anno mundi 3416. *anno nono ante Cyri Monarchiam.*

A Crœſo capto, usque ad initium GYGIS, *et interfectum Candaulem; poſtremum ex Heraclidis Lydorum Regem, numerat Herodotus annos* 170. *In vulgaribus vero Chronologiis tantum* 150. *ponuntur.*

Cœpit igitur regnare GYGES, *anno Mundi* 3246. *qui est primus annus Manaſſis Regis Iuda: cum ante* 34. *annos urbs Roma primum condita eſſet.*

Ab eo tempore, continua Annorum Series in Herodoto, usque ad 10. *annum Xerxis, extat. Quam ſequenti Tabella, ſeu Chronologia ſpectandam proponemus.*

748 *Anno Mundi*	REGES JUDA.	LYDIÆ.	MEDIÆ.
	Ezechias.		
		Candaules *postremus ex Heraclidis Rex Lydorum, quo interfecto, Satelles ipsius* Gyges *regnavit annis* 38. *Herodot. lib.* 1. *pag.* 2, 3.	
3246	Manasses *Rex Juda annis* 55. 4. *Reg.* 21. 2 *Par.* 33.		
3256		*Cepit Colophonem: et Smyrnam ac Miletum oppugnavit, pag.* 3.	Deioces *vir sapiens, et iustus, Medorum rex annis* 53. *Herodot. lib.* 1. *pag.* 21.
3277			*Condidit* Egbathana. *p.* 22.
3284		Ardys, *secundus Rex Lydorum, annis* 49. *Herodotus lib.* 1. *pag.* 3. *Cepit Prienem.*	*Hic existimatur esse Arphaxad, cuius dux fuit* Holophernes *a Juditha interfectus.*
3293	Amon *Rex Juda* 2. *annis,* 4. *Reg.* 31.	*Ardys tempore* Cimmerii *a Scythis pulsi, Asiam pervagati sunt,*	
3301		*et Sardes ceperunt. pag.* 3.	Phraortes *annis,* 22. *Herodot. lib.* 1. *pag.* 22.
3303	Josias, 31. *annis,* 4. *Reg.* 22. *Paral.* 34. 35.		
3316	Jeremias *Propheta concionari incipit. Jerem.* 1.	Nabuchodonosor *primus Babylone regnat* 35. *annis. Incipit cum Josia.*	
3331			Cyaxares *Medorum Rex, annis* 40.
3333	Joachaz *tribus mensibus.*		
3334	Joachim *Rex Juda,* 11. *annis,* 4. *Reg.* 23, 24. 2 *Par.* 36.	Sadyattes 3. *Rex Lydorum* 12. *annis, pag.* 3.	*Totam Asiam, usque ad Halym fl. Medis subiecit. Cepit Niniven, ut a Propheta Nahum erat praedictum.*
3336	Daniel *cum sociis in Babylonem abductus est. Dan.* 1.		
3338	Jeremias *praedicit captivitatem* 70. *annorum, cap.* 25. *Et dictat volumen commina tionum cap.* 36. 45.	Nabuchodonosor *Magnus Chaldæorum Rex annis* 43. *Jerem.* 25.	
750 3345	Jechonias *Rex* 3. *mensibus, suasu Jeremiæ, dedidit se Babyloniis, anno* 8. *Nabug.* 4. *Reg.* 24.	Alyattes 4. *Lydorum Rex, annis* 57. *Herod. pag.* 5.	Scythæ *viginti octo annos imperium Asiæ tenuerunt. Herod. pag.* 25. 115.
	Hic una abductus est Mardocheus. *Esth.* 1.	*Eiecit Cimmerios ex Asia.*	
	Sedechias *ultimus Rex Judæ, annis* 11. 4. *Reg.* 25. *Paral.* 36.		
3350	Ezechiel *Propheta in Babylone concionari incipit.*	*Cepit Smyrnam.*	
	Jerosolyma *eversa a Nabuchodonosore.* 4. *Reg.* 24. 25. 2. *Paralip.* 36.	*Obsedit Miletum, cuius Princeps erat* Thrasybulus, *qui Periandro consilium dat de Spicis extantibus decutiendis, Herodot. lib.* 5. *p.* 168. *lib.* 1. *pag.* 4.	
3356	*Initium* Captivitatis Babylonicæ, *quæ duravit annos* 70. *Jer.* 25. 29. *Dan.* 9.		*Scythæ Mediam incolentes transfugiunt ad Alyattem Lydum. Inde ortum bellum sexennale. Post quod Alyattes filiam suam Aryenen, filio Cyaxaris Astyagi elocat. Herod. pag.* 15. 22.
3371		*Gessit bellum cum Cyaxare Medorum Rege. Herod. pag.* 15.	Astyages *Medorum Rex, annis* 35. *Herodot. pag.* 28. *Hic fuit sororius Crœsi Regis Lydorum* (*pag.* 15.) *et avus Cyri maternus. Herod. lib.* 1. *pag.* 23.
3382	Jechonias *liberatur ex carcere, anno* 37. *transmigrationis.* 4. *Regum* 25.		
		Fuit amicus Periandri Tyranni Corinthiorum, Herodot. lib. 3. *pag.* 93.	
3390			*Jubet exponi* Cyrum *infantem, pag.* 23. 24.

ÆGYPTI.	GRÆCIÆ.	ROMÆ.
Ægypti *descriptionem accuratam, et longam Regum Ægyptiacorum seriem, quæ tamen temporum distinctione caret, Herodotus Libro secundo complexus est.*	Archilochus *Parius Poëta Iambicus, vixit tempore Romuli, (Cicero Tuscul. 1.) et Gygis Lydorum regis. Herodot. lib. 1. pag. 3. Hunc ob mordacitatem Lacedæmonii ex urbe ejecerunt.*	*Urbs Roma a Romulo condita annis 34. ante Candaulem Lydorum Regem a* Gyge *interfectum.* 749
Sethon *Sacerdos, et Rex Ægypti, sub quo Sennacherib rex Assyriorum obsidens Pelusium divinitus in fugam vertitur. existimo autem Herodotum voluisse liberationem Jerosolymæ, et Ezechiæ obsessi a Sennacherib indicare. Sed vera historia non integre ipsi nota fuit.*		2. Numa Pompilius *regnare incipit anno 4. Gygis, qui est Mundi* 3250.
Duodecim duces Ægypti *post Sethonem, Herodot. lib. 2. pag. 75.*		
Psammetichus *unus ex 12. Ducibus, solus regnat annis* 54. *Herodot. lib. 2. pag. 77, 78. 45, 46. 50, 51.* *Ab hoc certa series annorum et rerum in Ægypto gestarum, apud Herodotum extat.*	Battus *filius Polymnesti, et Phronimes ex Insula Thera Coloniam duxit in Lybiam, et urbem* Cyrenen *condidit, iuxta fontem Apollinis, Herodot. lib. 4. pag. 141, 142. circa annum Mundi* 3300.	3. Tullus Hostilius. *annis* 32.
Necho *Rex Ægypti, annis 17. Herodot. lib. 2. pag. 78.*	Cypselus *Corinthi Tyrannus, pater Periandri, Herod. lib. 5. pag. 167.* Phalaris *Agrigenti Tyrannus.*	4. Ancus Martius,
Interfecit Josiam Regem Juda in Mageddo. 2. Paralip. 35. 4. Reg. 23.	Zaleucus *Locrensium legislator. tametsi hunc ad Pythagoræ tempora aliqui referunt.*	24. *annis.*
Duxit fossam ex Nilo in sinum Arabicum. pag. 78. 122.	Alcman *Lydus Poëta Lyricus.*	
Jussit circumnavigari Africam, ut Terræ ambitum, et magnitudinem exploraret. Herod. lib. 4. pag. 122.	Arion *Methymneus Musicus Delphino ex Italia Corinthum vehitur. Herod. lib. 1. pag. 5.*	751
Psammys *sex annis in Æthiopia bellum gessit, pag. 74.*	Stesichorus *Siculus Poëta Lyricus.*	5. *L. Tarquinius Priscus, 38. annis.*
	Lacedæmonii a Tegeatis victi et capti sunt. Herod. pag. 13.	
	SEPTEM SAPIENTES.	
Apries *superbus, 35. annis. Huius mentionem facit Jeremias, cap. 44.*	Thales *Milesius prædixit Eclipsin Solis sub Cyaxare. pag. 15. 35.* Bias *Prieneus, pag. 5. 35.*	
	Pittacus *Mitylenæus. pag. 5.* Cleobulus *Lyndius.* Chilon *Lacedæmonius, pag. 11.*	6. *Servius Tullius, Ciceronis gentilis, annis* 44.
Apries *cum initio opibus, et potentia floruisset, tandem victus est a Græcis ad Cyrenen lib. 4. pag. 142. lib. 2. pag. 79. Ideo Lybies ab eo defecerunt, eumque strangularunt.*	Periander *Corinthi, et Corcyræ dominus. pag. 4. 93. 94. 167. 168.*	
Amasis *Ægypti Rex annis 44. attigit initia regni Cambysis.*	Solon *Athenienſium Legislator, cuius peregrinationum in Ægyptum, Cyprum, Asiam ad Crœsum, mentio fit, pag. 82. 172. 6. 7. 18.* *Epimenides Cretensis.* *Eodem tempore* Anacharsis *Scytha, doctrinæ*	

752 Anno Mundi	LYDIÆ.	MEDIÆ.	ÆGYPTI.	GRÆCIÆ.
				cauſa in Græcia peregrinatur. Herodot. lib. 4. pag. 128. 123.
3403	Crœſus *Lydorum Rex annis* 14.	Harpago *proponit proprium ipsius filium comedendum, pag.* 26.	Amaſis.	
3406	*Epheſum, et vicinas urbes Jonicas ſuo regno adiecit, Herod. pag.* 5.	Aſtyages *Medorum Rex, cui ſoror Crœſi Aryenis nupta fuit, (pag.* 15.) *capitur a Cyro Rege Perſarum. (pag.* 28.) *Hinc ſumitur initium* 29. *annorum* Cyri *regis Perſarum, quorum Sacrificia, et mores deſcribuntur, pag.* 29. *Herodoti.*	*Huius Amaſis tempore Ægyptus florentiſsima fuit.*	
	Colloquium Solonis, *et* Crœſi *de vita beata. Herod. lib.* 1. *pag.* 6, 7, 18.			*Piſiſtratus filius Hippocratis Niſæam arcem capit et aſtu Tyrannidem Athenis occupat. Unde eiectus ab Alcmæonidis, Eretriæ in Eubœa* 21. *annos exulat, Herod. lib.* 1. *pag.* 11. 12.
	Adraſtus *filius Gordii, nepos Midæ Regis Phrygum, pollutus cæde fraterna, expiatur a Crœſo, pag.* 7, 8.			
	Crœſus, *victo Aſtyage ſororio, explorat veritatem oraculorum. Herodotus pag.* 9.	PERSARUM.	Amaſis.	
	Delphis accipit oraculum, Κροῖσος ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.	Cyrus *Mazaren Medum,* et Harpagum *mittit, ut Joniam, Cariam, et Lyciam occuparent, pag.* 33, 34.	*Fuit confœderatus Crœſi, pag.* 16. *Herod.*	
3416	*Deinde moto adverſus Cyrum bello vincitur in Cappadocia (pag.* 16.) *et ſtatim postea Sardibus obſeſſus a Cyro capitur, Irus et est ſubito, qui modo Crœſus erat, pag.* 17, 18. *Herodoti.*	Phocenſes *obſeſſi ab Harpago cum coniugibus, et liberis navigant in Corſicam. Inde Rhegium, et Veliam, pag.* 34. *Ab his Phocenſibus Maſſiliam postea conditam eſſe, Thucydides ſcribit, lib.* 1. *p.* 4.	*Amicus* Polycratis *Samiorum Tyranni felicisſimi, lib.* 3. *pag.* 91, 92. Amaſis.	Sappho Lesbia, *pag.* 78. 300. *Lacedæmonii cum* 300. *Argivis de Thyria pugnant. pag.* 17.
753		Teji, *relicta patria, urbem Abdera in Thracia condiderunt, pag.* 35.	*Duxit uxorem Laodicen filiam Batti Regis Cyrenarum. Herodotus, pag.* 82. 142.	Alcæus *Poëta Mitylenæus, pag.* 168.
		Xanthii *in Lycia obſeſſi, ſuas coniuges, et liberos in arce incluſos ipsi comburunt, pag.* 36.		Arganthonius *Gadium, et Beticæ Rex annis* 80. *Phocenſium amicus, pag.* 34. Pythagoras *Samius. Phocylides Mileſius.*
3424		*CYRUS* Babylonem *cepit (pag.* 37. 40.) *et totius orbis terrarum Monarchiam occupavit.*		

Ju-

Anno Mundi	JUD.	PERSARUM.	ÆGYPTI.	GRÆCIÆ.	ROMÆ.
3425	Judæi *redeunt ex Babylone, Duce Zorobabel.*	Cyrus *anno primo monarchiæ, qui fuit regni* 21. *publico Edicto concedit Judæis potestatem instaurandi Templum, et Politiam.* 2. *Par.* 36. *Esd.* 1. *Bellum contra* Massagetas: *cuius anno* 7. *Cyrus a Tomyri Regina captus, et interfectus est. Herod. lib.* 1. *pag.* 42. 44.		Theognis *Megarensis Siculus.* Anaximander *Milesius.* Zeno *Eleates Dialecticus.*	Servius *Tullius.*
3434	*Cambyses prohibet instaurationem Politiæ, et Templi,* 1. *Esd.* 4.	Cambyses *II. Monarcha Persarum septem annis, pag.* 97. *Ægyptum regno Persico adiecit. lib.* 3. *pag.* 83, 84, 85. Sisamni *Præsidi, quem pecunia corruptum, iniuste iudicasse resciverat,* pellem detrahi iussit, *eamque in tribunal expandi. Herod. lib.* 5. *p.* 154. *Suscepit infelicem Expeditionem in Æthiopiam. lib.* 3. *pag.* 87, 88. *Reversus Apim interfecit, et fratrem Smerdim; duxit sororem coniugem, eamque deflentem fratris necem, postea interfecit, &c. pag.* 89, 90. *Tandem mota seditione a Magis in Persiam properans, seipsum vulneravit. Ex quo vulnere, cum antea fratris necem miserabiliter deplorasset mortuus est, pag.* 96, 97.	Amasis, *anno primo regni Cambyses moritur, lib.* 3. *pag.* 84. *Huic successit filius Psammenitus, qui a Cambyse victus, et tandem interfectus est, lib.* 3. *pag.* 85, 86.	Parmenides *physica carmine scripsit.* Epicharmus *Siculus.* Symonides *Poëta, qui* 89. *annos vixit.* Anacreon *Poëta Polycrati familiaris, p.* 107. Polycrates *Sami Tyrannus ab Oræte Sardium præfecto, strangulatur, pag.* 107, 108.	7. *L. Tarquinius Superbus* 25 *annis.*
3442	*Aggæus et Zacharias.*	Darius *Rex Persarum a septem Principibus eligitur, lib.* 3. *p.* 100, 101. *Regnavit annos* 36. *lib.* 7. *pag.* 199. *Distribuit regnum in* 20. *Provincias, pag.* 102, 103.			

FAMILIA ACHÆMENIDARUM. 754

Achæmenes
Cambyses
Cyrus
Teispes
Ariaramnes
Arsamenes, *cuius mentio fit lib.* 1. *pag.* 43, 44.
Hystaspes.

Gobryas *pater Mardonii pag.* 180, 199, 200. — *soror Darii.* — *DARIUS Rex.* — Atarnes, *p.* 237. — Artaphernes, *p.* 154. — Artabanus, *pag.* 130. *et* 201.

Artaphernes pagin. 193, 211, 212.

Mardonius *Dux adversus Græcos, lib.* 6. *p.* 180. *deponitur* 189. *Inflammat Xerxem, ut instauret bellum. p.* 199. 220. — *Artozostre.* — *Artobazanes.* Xerxes. *primogenitus, cedit fratri de regno, pag.* 199. — *Achæmenes AEgypto præfectus, pag.* 200, 214, 239. — *Masistes p.* 213. 285, 286.

Anno Mundi	PERSARUM.	GRÆCIÆ.
755 3447		*Plateenſes a Thebanis deficientes adiunxerunt ſe Athenienſibus, Thucyd. lib.* 3. *pag.* 77.
		Democedes *Medicus Dario familiaris, ducit filiam Milonis athletæ, lib.* 3. *pag.* 108, 109, 110, 111.
3450	*Darius* Babylonem *induſtria et fide* Zopyri *recipit, lib.* 3. *p.* 113, 114.	Piſiſtrati *filius* Hipparchus, *ab Ariſtogitone, et Armodio, cuius pudicitiæ inſidiatus fuerat, necatus est, Herod. lib.* 5. *pag.* 159. *Thucyd. lib.* 6. *pag.* 159. *anno quarto ante eiectum Hippiam.* Syloſon *frater Polycratis, in Samum reducitur, pag.* 111, 112. Sibaris *deleta a Crotoniatis, pag.* 157.
3452	Bellum *adverſus* Scythas *a Dario infeliciter ſuſcipitur, lib.* 4. *pag.* 115. *usque ad* 136. *cui expeditioni etiam Miltiades Athenienſis interfuit, p.* 138, 180.	Dorieus *frater Cleomenis Coloniam ducit in Siciliam, ſed ab Egeſtanis interfectus est, lib.* 5. *pag.* 157. Cleomenes *Rex Spartanus Piſiſtrati Filios Athenis eiicere conatur, lib.* 5. *pag.* 161.
		Hippias *frater Hipparchi propter Tyrannidem Athenis pellitur (anno* 20. *ante prælium Marathonium) cum Piſiſtratidæ* 36. *annos Athenis regnaſſent. Seceſſerunt autem una in Sigeum, p.* 161. Aryandes *AEgypti Præfectus in Lybiam copias mittit, a quibus urbs Barce capta est, et direpta, pag.* 144, 149.
3456	Perinthus, *Thracia, Pæonia Perſis ſubiiciuntur a Megabazo Darii capitaneo, lib.* 5. *pag.* 159.	Conſules *Romæ Regibus eiectis Remp. regunt.*
	Darius *mittit legatos ad Amyntam Regem Macedoniæ, qui cum immodeſtius attrectaſſent ſinus mulierum in Gynecæo, interfecti ſunt, lib.* 5. *p.* 152, 153.	*Poſtea* Cliſthenes *Alcmeonides, Periclis avus maternus, cum Iſagora de principatu Athenarum contendit: et Decem Tribus inſtituit, p.* 161, 162. Cleomenes *rurſus in Atticam exercitum ducit, ut Cliſthenem pelleret, ſed orta diſſenſione cum collega Demarato, re infecta decedit.*
		Deinde cum Lacedæmoniis, Bæotiis, et AEginetis bellum gerunt Athenienſes, pag. 165, 166.
	Byzantium, *Chalcedon, Lemnus a Perſis capiuntur.*	Lacedæmonii *revocant Hippiam, et ſuadent ſociis, ut eum reſtituant, pag.* 166. *Sed repugnante Soſicle Corinthio, nihil actum fuit.*
756 3458	*Expeditio in Naxum fruſtra ſuſcipitur ab Ariſtagora Mileſio et Artapherne Sardium præfecto, p.* 154. 155.	*Hippias itaque ad Artaphernen Sardium præfectum fugit. Is Athenienſibus mandat, ut Hippiam recipiant. Quod cum recuſarent Athenienſes, postea ſe Ariſtagoræ Mileſio contra Perſas coniunxerunt, pag.* 169.
	Ariſtagoras Mileſius, *impulſus ab Hiſtiæo deficit a Perſis, et Jonas, et Athenienſes, et Eretrienſes in ſocietatem belli attrahit, quod ſex annos duravit.*	Miltiades *Lemnum Athenienſibus ſubiicit, p.* 197, 198.
		Hecatæus *hiſtoriæ ſcriptor Ariſtagoræ familiaris, pag.* 156, 173, 197.

Sar-

Anno Mundi	PERSARUM.	GRÆCIÆ.
	Sardes *incensæ ab Aristagora, et Athenienſibus, conflagrarunt, pag.* 169.	Athenienſes *Aristagoræ* 20 *naves auxilio mittunt*, αὗται δὲ αἱ νῆες ἀρχαὶ κακῶν ἐγένοντο Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροισι, *pag.* 169.
	Postea Jonibus ad Ephesum cæsis, Athenienſes eos deſerunt.	Samii *hoc tempore Coloniam in Mesſenem Siciliæ urbem ducunt.*
	Tandem Perſæ Jonas, Cares, et Cyprios vicerunt: et Aristagoras fugiens in Thraciam, interfectus est, lib. 5. *pag.* 173.	
3464	*Sed* Histiæus *bellum instaurat, cuius hic exitus fuit, ut Mileto capta, et direpta, Histiæus cruci affigeretur, lib.* 6. *pag.* 176, 178.	Miltiades *Cherſoneſi Thraciæ Præfectus, cum Perſæ, capta Mileto, Thraciam invaderent, Athenas fugit, pag.* 179. *ubi paulo post Perſas ad Marathonem profligavit, p.* 193.
3465	*Circa hæc tempora* Mardonius *gener Darii exercitum in Græciam ducit, et Thaſum Inſulam, et Macedoniam occupat. Sed cum ad Athon montem Naufragium fecisſet, et ipse a Brygis Thracibus vulneratus esſet, inglorius in Aſiam rediit, pag.* 180, 181.	
		Thaſii *a Dario iubentur muros demoliri, pag.* 181.
3467	Darius *legatos in Græciam mittit, petentes ſibi terram et aquam dedi, pag.* 181.	
		Æginetæ *cum Dario terram, et et aquam dediſent, a Cleomene Lacedæmoniorum rege bello petuntur, pag.* 181, 185.
3471	Datis Artaphernes, *et* Hippias *Piſiſtrati filius, a Dario ad delendam Eretriam, et Athenas mittuntur, pag.* 190, 191.	
3472	*Sed cum in campum Marathonium Athenis vicinum Perſæ deſcendiſſent, conſilio Miltiadis ab Athenienſibus profligati ſunt, anno quinto ante mortem Darii.*	Demaratus *Rex Spartanus a Cleomene æmulo pulſus transfugit ad Darium regem Perſarum.*
	Hoc prælium anno 20. *post ejectum ex Athenis Hippiam, et Piſiſtratidas, factum eſſe ſcribit Thucydides, pag.* 160. *et decem annis ante prælium navale ad Salaminem, Plato lib.* 3 *de legibus pag.* 537.	Empedocles *Agrigentinus Philoſophus.*
3477	Darius *anno quinto post prælium ad Marathonem mortuus est, lib.* 7. *pag.* 199.	Anaxagoras *Clazomenius præceptor Periclis, Socratis, Thucydidis.*
3478	Xerxes *Dario ſuccedit, lib.* 7. *pag.* 199.	757
	2. *Xerxes* Ægypto, *quæ ante triennium defecerat, vi recuperatæ, præficit Achæmenem fratrem, qui post annos* 20. *ab Inaro rege Libyæ, et Athenienſibus interfectus eſt, lib.* 7. *pag.* 200. *et lib.* 3. *pag.* 85. *Herod.*	
	3. *Sapientiſſima Deliberatio in ſenatu Regni Perſarum habita, de bello Græcis inferendo, quam deſcribit Herod. lib.* 7. *p.* 200, 201, 202, 203, 204.	
	Decreto bello integrum quadriennium in apparatu belli, et perfodiendo monte Atho, conſumit, pag. 204.	*Ariſtides ab ingratis civibus in exilium ejectus.*
	6. *Xerxes cum exercitu pedeſtri ex Cappadocia movens, ad Pythium Phrygiæ Regem opulentiſſimum divertit, et per Coloſſas itinere facto, venit Sardes, ubi per hyemem commoratur, pag.* 205, 207.	
3483	*Interea mittit legatos in Græciam, petentes terram et aquam, pag.* 206, *et* 220.	Græci *audita fama imminentis belli, omnes privatas ſimultates oblivione delent, et* συγχρητισμῷ *facto, mittunt Legatos, petentes auxilium a Gelone Syracuſarum Rege, a Cretenſibus, et Corcyræis, pag.* 223.
	Et Helleſpontum pontibus iungi, et flagris cædi, et mari compedes iniici iubet, p. 206.	
		7. *Xer-*

Anno Mundi	PERSARUM.	GRÆCIÆ.
3484	7. *Xerxes primo vere ex Sardibus movet, pag. 207. et Abydi totum exercitum, navalem et terreſtrem, ex ſublimi conſpiciens lachrymat, quod post centum annos nemo ex toto illo numero ſuperſtes futurus eſſet, p.* 208	*Themiſtocles interpretatur oraculum de muris ligneis, pag.* 222, 223.
3484	*Poſtea Helleſpontum tranſit (pag.* 210) *et in Doriſco Thraciæ littore, ad oſtium Hebri, univerſum exercitum numerat, usque ad pag.* 217. *Fuerunt autem eo tempore in exercitu Xerxis Homines* 3317920.	*Decreverunt aditum ad Thermopylas cuſtodiendum, et claſſem ad Artemiſium mittendam eſſe (pag.* 229, 230.) *ubi reſciſcunt claſſem Xerxis ad Magneſiam naufragio disiectam eſſe, pag.* 232.
	Tranſiens autem per Thraciam, Macedoniam, Theſſaliam (pag. 217, 219, 233.) *tandem ad* Thermopylas, *trecentos Lacedæmonios una cum rege* Leonide *trucidat, pag.* 236, 237. *Tempore Solſtitii æſtivi, quo Olympias* 75. *menſe Maio, aut Junio celebrabatur, pag.* 234, 244.	Gelon *Syracuſanorum Rex, frater* Hieronis (*ad quem multæ Pindari Odæ extant.*) *Amilcarem Carthaginienſem ducem ad Himeram cum* 30000 *trucidat eadem die, qua ad Thermopylas (ut Diodorus Siculus, lib.* 11. *teſtatur) vel qua ad Salaminem dimicatum est, ut Herod. pag.* 227, 228. *ſcribit.*
	Inde progreſſi Perſæ per Phocaicam a Templo Delphico fulminibus depelluntur, lib. 8. *pag.* 245, 246.	
	XERXIS PERSARUM REG.	
758 3484	*Xerxes urbem Athenas vacuam capit, et arcem incendit tertio menſe, postquam ab Helleſponto diſcesſerat, pag.* 247.	*Græci ad Artemiſium Claſſem Perſicam vincunt, lib.* 8. *pag.* 282.
	Eadem æſtate circa autumnum claſſis Xerxis *ad* Salaminem *profligatur, p.* 253, 255.	*Postea decernunt ſe ad Salaminem velle claſſis Perſicæ impetum ſuſtinere, pag.* 249.
	Xerxes fugiens die 45 *Helleſpontum traiicit (pag.* 257, 259.) *relicto in Græcia Mardonio, qui imminente hyeme, cum* 300000 *Perſarum in Theſſalia hybernat, pag.* 259, 261.	*Olynthus ab Artabazo Perſa expugnatur: Sed a Potidææ obſidione æſtu maris depellitur, pag.* 261.
	Claſſis Perſica fugiens, ad Cumas AEoliæ, hybernavit, pag. 261.	*Græci primo vere Claſſem ad AEginam colligunt, et ducibus Leotychide Rege Spartano, et Xantippo patre Periclis Athenienſi (Nam Themiſtocles, propterea quod a Lacedæmoniis dona accepiſſe ferebatur, ducatu privatus est, ut Diodorus Siculus lib.* 11. *recitat) ad Delum navigant, p.* 261, 262.
3485 *Ante Chriſtum* 477	8. *Mardonius Alexandrum Macedoniæ regem Legatum ad Athenienſes de pace mittit, quam illi ſimpliciter recuſant, pag.* 263, 264.	*Inde a Samiis vocati in maiorem Aſiam navigant, pag.* 242.
	Mardonius Thebas cum exercitu venit: Inde miſit ad Athenienſes Legatum Murichidem. Cum autem Lycidas quidam de eius poſtulatis ad populum ferendum eſſe ſuaderet, lapidibus obrutus est, lib. 9. *pag.* 265. *Herod.*	Pauſanias *dux Spartani exercitus ad* Platæas *cum Athenienſibus proficiſcitur, pag.* 266, 267, 268. *Et Mardonio interfecto (p.* 277.) *Perſas ex tota Græcia profligavit.*
	Mardonius urbem Athenarum incendit, et ſolo æquat. pag. 267.	
	Postea confligens cum Lacedæmoniis, et Athenienſibus ad Platæas *interficitur, pag.* 277, 278. *Menſis Auguſti die* 3.	
3485	8. *Eadem die ad* Mycalen *minoris Aſiæ promontorium, Græci terra et mari exercitum Perſicum vicerunt (pag.* 284, 285.) *cum quidem fama victoriæ ad Platæas eadem die ex Græcia in Aſiam transvolaſſet, pag.* 284. *Xerxes interea Sardibus amori, et nuptiis operam dat, et fratris Maſiſtæ uxorem de adulterio ſolicitat, unde triſtis tragœdia et calamitas totius familiæ extitit, pag.* 286.	*Post prælium abſtinet a captiva Coa, et non ſævit in cadavera Perſarum, edens hanc honeſtisſimam vocem;* ἀποχρῆ μοὶ Σπαρτιήτησι ἀρεσκόμενον, ὅσια μὲν ποιέειν, ὅσια δὲ καὶ λέγειν. *pag.* 280.
	Allato autem nuncio de Perſis ad Mycalen victis in Perſiam fugit.	*Ionia tota a Perſis deficit, p.* 285.
		Athenienſes Xantippo duce in Helleſpontum navigant, et expugnata Seſto, Artayctem ſacrilegum ſuſpendunt, pag. 288. *et ultima Herodoti et Thucydidis, lib.* 1. *pag.* 20.

FINIS CHRONOLOGIÆ.

VA-

VARIANTES LECTIONES ET NOTÆ BREVES AD HERODOTI HISTORIAS;

Opera et Cura THOMÆ GALE *Angli.*

Var. Lect. ſuppeditarunt duo codices Manuſcripti; quorum alter profectus eſt è Bibliotheca R. P. G. Sandcroft Arch. Cant. &c. alter eſt Coll. Etonenſis.

759 Ἡροδότου ἱστορίων πρώτη.] Cæteris omiſſis ita omnium librorum titulos concipit codex Archiepiſcopi. Lucianus in Libro de ſcribenda hiſtoria innuit, Muſas ab aliis, non ab ipso Herodoto, hos libros fuisſe vocatos. Sane ipse Herod. libro v. et Antiquiores Scriptores fere citant Herodoti α. β. γ. δ.

Ἡροδότου Ἁλικαρν] Exordium hoc præmiſit Pleſirrhous, Herodoti amaſius. Quæ ſequuntur post ἀλλήλοισιν, ſunt verba Herodoti.

* *Pag.* 1 *lin.* 6 Τὰ μὲν Ἕλλησι] Etonen. MS. legit μὲν ἐν. male.

9 Περσέων μέν νυν οἱ λόγιοι.] Plutarchus in *lib.* de *Herod. Malign.* legit λόγους, hæc ipsa verba adducens; Ptolemæus Heph. vidit λογίους, hunc locum verbatim adferens. Et hæc est potior lectio.

17 Ἄργος] Intelligit Peloponneſiacum.

25 Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου] Vide quæ dixi ad ſecundum Apollodori. Vide et Parthenium c. 1. Sed laſi filiam fuisſe veri est ſimilius. v. Strabonem, l. 14. et 16.

P. 2 *l.* 6 Οὐχ ὡς Ἕλληνες] Vera est lectio; et confirmat Pauſanias l. 2. v. lineam 6. p. 3.

9 Τῆς Φοινίκης] Hæc omiſit Valla. Vide Apollodorum ſub initio III.

20 Ὑποκρίνασθαι] Vera est lectio. Notat Euſtathius ita ſemper loqui Homerum.

30 Προισχομένων] Magis placet lectio marginalis, quam ſequutus est Euſtathius ad Γ. Iliados.

43 Ἐβουλέατο] Steſichorus, ut aliqui volunt, de hac Helena ſcripſit, quod, Ἑλένη ἐκοῦσα ἀπῆρε. Ob quod famoſum ſcriptum oculos amiſerit.

44 Πέρσαι] MS. Eton. πέρσας.

P. 3 *l.* 6 Φοίνικες] Iidem Ἐρυθραῖοι· quoniam mare rubrum accolebant, ut libro ſeptimo ſcribit Herodotus. v. Heſychium in Σιδόνιοι. Plutarchus ait hoc in loco Herodotum mala fide uſum eſſe, in citando Phœnicum teſtimonio.

11 Ἐθελοντήν] Ut Εὐποίητος, εὐποιήτη· πρώθηβος, πρωθήβη· ſic ἐθελοντὸς, ἐθελοντή. *Euſtath.* vel ut πατροφόντου μητρὸς apud *Euripidem*; ſic ὁ καὶ ἡ ἐθελοντής. Ἑκοντὴς eiusdem formæ est participiale, et nonnulla alia. Vide p. 325.

25 Κροῖσος] Hunc locum Dionyſius Herodoti popularis ob σύνθεσιν plurimis laudat.

28 Σύρων καὶ Παφλαγ] Hos Leucoſyros a Strabone, Dionyſio Halic. etiam Herodoto dici conſtat. v. Conſtantinum in Them. l. 1. p. 14. Adi pag. 27, et 196, infra.

42 Καλέσυσι] Codex Eton. cum marginali lectione, ἐνομάζουσι.

44 Ἄργων] Codd. MSS. Ἀγρων. recte.

P. 4 *l.* 9 Γυναικός] Quare nomen non poſuit? Herodoti παιδικὰ Pleſirrhous adamabat Nyſiam, Halicarnaſſeam genere; repulſam paſſus, ſuſpendio vitam finivit. Fuit reginæ huic nomen Nyſia; quod ideo ſilentio obſcurare voluit Herodotus. Alii vocant Tudun, alii Clytiam, alii denique Abronem.

13 Σπουδαιέσερα] Codd. MSS. σπουδεέσερα. Formatio est Attica et Ionica; ut Μενέλεως et Χαρίλεως, aliaque.

18 Γύγη] Hunc locum ob elegantiam συνθέσεως, admiratur Dionyſius Halicarnaſſeus.

30 Δέεσθαι] Dionyſius legit, vel intellexit χρήζειν.

32 Ἀμείβεται] Dionys. ἀμείβετο.

34 Πειρώμενον] Lectio quæ ponitur in margine, placuit Dionyſio Hal. et utrique codici MSto.

40 Κοίτην] Ita MSS. Codd. et Dionyſius.

43 Παρέξει] Forte παρέσαι, ut apud Dionyſium περὶ συνθέσεως. 760

P. 5 *l.* 5 Ὁρα μιν ἐξιόντα] Fingunt habuisſe lapidem Dracontitem; alii aiunt fuisſe δίκορον.

32 Ἀποκτεῖναι] Margo et Codex Eton. ἀπολλύναι. Prior vox est gloſſa.

49 Τοῦ δὲ καὶ] Archilochus *Gygis* meminit: meminit et Euphorion in *chil.* ut teſtantur veteres Grammatici. Vide et Tatianum, qui de Archilocho hic Herodotum ſequitur. Scripſit porro Archilochus alia præter Iambica, teſte Athenæo.

P. 6 *l.* 39 Δυῶν ἔτεα] Suidas hunc locum exſcripſit; et legit δυοῖν. Regnavit Olympiade XXII. ut vult Cl. Alexandrinus ex Euphorione; Olympiade XXIII. ut Cyrillus et Tatianus.

47 Ἄρδυος] Suidas addit τὴν ἀρχήν· quod est hic ineptum. Lege mox δώδεκα; id enim est Ἰωνικώτερον: Itaque perpetuo ſcribit codex Arch. quod ſemel monuisſe Alex. ſufficiat.

P. 7 *l.* 3 Σμύρνηντε] Suidas et MS. Arch. hic non ὑπὸ ſed ἀπὸ legunt. Vel igitur ἀπὸ Κολοφῶνος, post Colophonem: vel ὑπὸ Κολοφῶνος, n. quam Colophonii, Smyrnæis opitulantes, condiderunt: ut intelligat non veterem Smyrnam, ſed poſteriorem. Vide Strabonem I. 14. Vel κολοφὼν est ἀκροτήριον quoddam. Suidas mox ἐξεῖλεν legit.

10 Ἐπολιόρκησε] Suidas rectius, ἐπολιόρκεε. Hæc variatio ſexcenties occurrit.

12 Ἐσέβαλλε] Aliter ἐσέβαλε.

13 Γυναικείου] Ionicoterως, γυναικηΐου καὶ ἀνδρηΐου.

16 Κατέσπα] Margo et Suidas ἀπέσπα, uti et Etonenſis MS.

20 Ἐπ' ἕδρης] Legit Suidas ἐπέδρης.

25 Ἐσβάλλων] MS. A. ἐσβαλών.

45 Ἀσσησίης] Stephanus Ἀσσησὸς πόλις Μιλησίας γῆς. Καὶ Ἀσσησία Ἀθηνᾶ, παρ' Ἡροδότῳ. Apud Polyænum ſexto *Strateg.* male Ἀσσισία dicitur.

P. 8 *l.* 20 Σιτός] Polyænus ſexto narrat hoc ſtrategema Thraſybuli.

P. 10 *l.* 3 Τροκρητηρίδιον] Plutarcho Ἐπικρατηρίδιον. Deſcribitur apud Athenæum l. v. c. XIII. per κολλητὸν, videtur ſignificare τὰ συνθήματα. V. Heſychium, et Plutarchum de Def. Or.

4 Θέης ἄξιον] Schema est Ionicum. Veteres vocant διάλυσιν, vel μετατύπωσιν. Sic dicitur Κενὴ δόξα pro κενοδοξία· apud Theocritum δρυὸς ἄκρα pro ἀκρόδρυα. Et Noſter alibi νεκρὸς ἦν Θέης ἄξιος, i. e. ἀξιοθέατος.

9 Πρώτοισι] In Latinis male, *primus.* l. 40. Hæc narrat Polyænus l. 1.

40 Ἵνα ὑπὲρ τῶν] Mallem *ſuper bis Græcis.* Hac linea ἀρώμενοι pro ἀρᾶσθαι habet codex Etonenſis et A. ut in margine.

P. 11 *l.* 7 Ἑλλάδος σοφισαί] Plutarchus vocem hanc Græcorum ſapientiſſimis indignatur attribui. Vide eundem de Ει apud Delphos.

15 Αὐ-

* Paginæ indicantur Editionis Gronovianæ, quæ in noſtræ marginibus exterioribus.

15 Αὐτοῦ] Lectio in margine confirmatur MSS.
21 Μετὰ δὲ ἡμέρῃ] Lege cum MS. A. ἡμέρην.
34 Ἐπιδείκνυσιν] Codd. MS. ἐπιδεικνυσαν.
P. 12 *l.* 41 Θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν] Hauſit hanc opinionem Herodotus ex Homero, Il. Γ. v. 164. Vide p. 286.
P. 13 *l.* 12 Καὶ πλουτέων] Cod. A. et E. cum margine πλουτέειν. Adi Cl. Alexand.
17 Εἰ μὴ τύχῃ] Codex A. E. et marg. Εἰ μή οἱ τύχῃ.
18 Ἔχοντι τελευτῆσαι] Codex A. et Eton. εὖ τελευτῆσαι quod poſtulat ſententia.
P. 14 *l.* 2 Ὁρᾷν ἐκέλευε] Codex Arch. legit ἐκέλευεν. Et perpetuo addit ν ἐφελκυστικὸν deſinentibus in ι vel ε; quod ſemel hic monuiſſe contentus ero.
19 Ἀνδώρεν] Dicitur Ἀνδρῶν et ἀνδρεῶν, ut χαραδρεῶν, κυπρεῶν. Apud poſteriores ἀνδρόδομος et τρίκλινος. Est hæc forma Ionica et Attica. Nam Attica ab Ionica profluxit dialectus. Vide Herod. p. 467.
25 Κατὰ νόμους] Scholia in Homerum vide ad verſum 1. libri M. ad v. 14. l. Π. ad v. 480. l. Ω. Iliados.
31 Ἐπίσιος] Iones ψιλωτικοὶ· ἐφέσιος Attice. Mox apud Noſtrum Ζεὺς καθάρσιος καὶ ἐπίσιος.
35 Ἀδελφεόν] Fuit ei nomen Agathon. certamen erat de coturnice.
P. 15 *l.* 6 Ἐξελῶμεν] Codex Eton. ἐξελῶσιν.
41 Διεφθαρμένον τὴν ἀκοήν] Codex Arch. legit ἀκοῇ. Quod hic probo; nam video cur quis mutare potuit ἀκοῇ in ἀκοὴν; non contra.
P. 16 *l.* 5 Μετίημι] Codex Arch. propius μέτημι. Alibi Noſter, μετήσεσθαι ἐπὶ θάλασσαν.
10 Οἰκίοισι] Hic et alibi ſæpe Cod. Arch. habet in forma fœmin. οἰκίῃσιν.
17 Ἀπολαμπρύνεαι] Codd. MSS. et margo ἀπολαμπρύνεται. Quod reſtituendum puto in ſuam poſſeſſionem.
47 Ὅτι δὲ οἰκίοισι] Codex Arch. διότι δὴ οἰκίῃσιν· ut fere in margine.
P. 17 *l.* 1 Εὑρίσκοι] Codex Arch. εὑρήκοι.
13 Κακοῦ αἴτιος] A. κακοῦ τούτου. Homerum σχηματίζει.
14 Ἐργάσαο] Arch. c. ἐργάσας.
16 Εἰκὸς ἦν τὸν ἑ.] Codex Arch. addit εἰκὸς ἦν θάψαι.
761 21 Αὐτὸς εἶδε] Margo ἤδεε. Vera lectio est codicis A. ἤειδε.
25 Ἀσυάγεος] Codex Arch. perpetuo Ἀσυάγεω. recte.
32 Καὶ τοῦ ἐν Λιβύῃ] Codex A. ἐν Δελφίσι.
P. 18 *l.* 7 Οἶδα] Oraculum hoc citant Euſebius v. Præp. Chryſoſtomus, Cedrenus, Suidas in Κροῖσος.
9 Κραταιρή] Lege κρατερίνοιο. Confirmat margo et Suidas in Κροῖσος. Verſu 26 lego χαλκὸς δ' ἐπίεσαι.
34 Πάντα τρισχίλια] Interpres Latinus non intellexit hanc locutionem: verte, *trecena omnia*. Strabo, Deipnoſophiſta, et Parthenius in Eroticis conſulendi. Sane Euſtathius in explicatione vocis Ἑκατόμβη non videtur hanc phraſin recte explicaſſe. Vide quæ nos ad Parthenium.
P. 19 *l.* 20 Θεοφανίῃσι] Plutarchus, Pollux, Syneſius. Delphi celebrabant Apollinis Theophania. Tangit Virgilius, IV AEneidos.
21 Θεοδώρου τοῦ Σαμίου] Athenæus 12. c. 2.
30 Ἐπισάμενος τοὔνομα, &c.] Huic nomen fuit AEthus, ut volunt Grammatici veteres. Pro ἐπιμνήσομαι alii legunt ἐπιμνησθήσομαι.
37 Ἀρτοκόπου] Plutarchus l. de *Pythiæ Oraculis*.
P. 20 *l.* 37 Οὐδαμᾶ] Rectius οὐδαμῇ, Cod. Arch.
38 Βασιλεύειν] Codex Arch. præfert βασιλεύσειν. Et ſtatim προσκτῆσαν pro προσκτήσαιτο.
47 Πολυπλάνητον] Vide Euſtathium ad *Dionys.* v. 347.
P. 21 *l.* 7 Πελοπόννησον] Confer Apollodori l. 1. Cononem *Narratione* 26 et 27. Locum istum adducit Stephanus in fragmento quod edidit vir doctus Abrah. Berkelius.
8 Ἥντινα γλῶσσαν] Nempe quam a Patre Iavane acceperant. V. Reineccium *de Familiis*.
10 Τῶν ὑπὲρ Τυρσηνῶν] Dionyſius Halicarnaſeus tradit Pelasgos Latium etiam inſedisſe. Scholiaſtes Apollonii Argon. 1. ſcribit his conſona. Πελασγοὶ, ἔθνος βαρβαρικόν· et paulo post, καὶ οἱ Τυρσηνοὶ δὲ, Πελασγοί. Macrobius oraculum conſervavit, quo Pelasgi iubentur quærere ſedes novas prope Siciliam et Italiam, h. e. in magna Græcia. Pelasgi videntur dicti ab Atticis per opprobrium. Dodonæos et Pelasgos Halicarn. Dionyſius cognatos eſſe vult. Dodon et Dodanim a Iavane, qui et Ion. Adi Meurs. *Cecrop.* p. 13.
16 Σύνοικοι ἐγένοντο Ἀθηναίοισι] Heracleotes Marcianus.
Ἐξῆς Ἀθήνας φασὶν οἰκητὰς λαβεῖν
Τὸ μὲν Πελασγοὺς πρῶτον. —— Vide Herod. v.
23 Κρηστωνιῆται] At hi longe alibi gentium. Lego Κροτωνιῆται. Vide Dionyſium Halicarnaſeum, Libro 1. In III. codex Arch. habet Κροτῶναι· illud rectum.
P. 22 *l.* 4 Παραλίων] Reſpub. Athenienſis trifariam dividebatur, cum hæc gererentur. Erant Παράλιοι, Πεδιαῖοι, et Διάκριοι, (qui et Ἐπάκριοι, et Ὑπεράκριοι et Παράκριοι dicebantur.) Vide Plutarchum *Solone*.
19 Δορυφόροι] Haſtis armati nondum erant; ſed puris clavis. De numero non conſentiunt Auctores. Videntur aucti κορυνηφόροι, procedente tempore, ut fit, a quinquaginta ad quadringentos.
44 Φύη] Narrat hinc Polyænus in primo.
P. 23 *l.* 16 Ἀλκμαιωνιδέων] Megacles erat filius Alcmæonis. Cylonem et ſocios ad Minervæ ſimulacrum occidit Megacles. V. p. 311. Hoc est Κυλώνειον ἄγος, ob quod Alcmæonidæ habebantur ἐναγεῖς. Thucydides, et Suidas. Plutarchus Herodotum malignitatis damnat, quod Alcmæonidas, viros probos proditionis inſimulet. De tota re vide Plutarchum in *Solone*. Schol. Ariſt. *Equit.*
27 Ἱππέω δὲ γνώμην] De codd. γνώμῃ. Quod melius, uti et mox χρόνῳ pro χώρῳ.
P. 24 *l.* 1 Βοηθέουσιν] Mallem ad Ionicam formam, βοωθέουσιν.
12 Νυκτός] Cl. Alex. Strom. 1. notat Amphilytum tempus invadendi hoſtes ſignificaſſe.
14 Συλλαβών] Lego συμβαλὼν τό. Qui veteres codices ſcriptos legunt, ſæpe poni vident hæc duo pro ſe invicem. Tale est συμβάλλειν ἐνύπνια. Noſtro infra p. 27. l. 2. p. 38. l. 22. 24. et alibi.
27 Πιθομένων τῶν Ἀθηναίων] Polyænus in 1. Strategema paulo ſubtilius profert.
P. 25 *l.* 28 Ἀνά τε ἕδραμον] Homericum hoc, ὅθ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος. Iones dividunt præpoſitionem a verbo. Homerus ἀνὰ δὲ Χρυσ. καλ. βῆσε θεῷ.
35 Βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν] Homerus Il. β.
Ἐγχέσπαλοι ἄνδρες ἔασιν.
Deinde illud, οἵσ' ἀποκωλύσουσιν, est parodia ad Homeri —— οἵ με μέγα πλάζουσι ——
P. 26 *l.* 20 Ἔνθ' ἄνεμοι πνείουσι δύο &c.] Ænigmatice deſcribit officinam ferrarii fabri, folles, et incudem. Hæc duo oracula habet Stephanus in Τέγεα.
29 Λίχης] Codex Eton. Λιχίδης. Vide Pauſaniam l. III.
46 Ἑπταπήχεϊ] Solinus, c. 5. *Oſſa* (Oreſtis) *implerunt longitudinem cubitorum ſeptem.*
P. 27 *l.* 24 Δῶρά τε Φ.] Cod. Arch. δωρία τε. Quod 762 rarum.
P. 28 *l.* 6 Ἀπελῄσαντο] Ita quidem Cod. Arch. ſed Eton. facit cum margine.
12 Ἡραῖον] Codex Arch. ἱερόν. male.
14 Κατὰ μέν νυν κρ.] Deest Cod. Arch. νυν.
29 Ἀπαιρήσεαι] Codex Arch. ἀπαιρήσεις.
37 Καππαδόκαι] Ita et Dionyſius Perieg. Herodotum fere ſequens; Strabo autem προπαροξυτόνως.
43 Ματιηνούς] Matiani. Nam Μαντιηνοὺς cum Cod. Arch. non legerim. De Cappadocia vide Conſtantinum *Themate* 11. et Euſtath. ad *Dionyſium*.
46 Συρίους καππ.] Codex Arch. καὶ καππ. De Paphlagonibus vide Conſt. in *Them*.
P. 29 *l.* 4 Καὶ γῆς ἡμέρῳ] Legit cod. Arch. γῆς ἐπιθυμῶν ἥμερον. Eam lectionem ſequutus est Interpres: non accedo. Supra χώρην ἔχοντες τρεχεῖν. Nota autem linea 2. deesſe codici Arch. ἀνδρί. v. p. 43. l. 40.
14 Κυαξάρης] Druſius, *Axares est Aſſuerus, et idem* Κυαxares. KT *ſignificat Dynaſtam.*
17 Παῖδα] Interpres recte, παῖδας.
21 Κενῇσι] Rectius et ἰωνικωτέρως κεινῇσι. Ita margo et cod. Eton.
43 Ἡμέρην] Vide infra p. 43.
P. 30 *l.* 3 Λαβύνητος] Joſepho, Nabonnedius. Euſebio, Nabonnidochus: idem Danieli, Darius Medus.
5 Ἐπαλλαγήν] Ἐπιπλοκήν. *Heſych.*
11 Ὁμοχροΐην] Aliud legit Interpres. Lege vel ὁμαιχμίην, vel ὁμοχροΐην, τὸ αἷμα· *ut quaſi concolores ſint.* v. p. 243. vel ὁμιχόην· vide Heſychium in ὁμοχέται, et in Ἀχροίην. Vel αἱμοβρόην. Solinus c. 20. *hauſtu mutui ſanguinis.* v. Voſſium ad Melam.
37 Κῶς γάρ] Scholiaſtes ad Nubes idem notat.
P. 31 *l.* 8 Οὐδέτεροι νικησ.] Polyænus, alios ſequutus auctores, ait Crœſum fuisſe victum hoc in prælio.
P. 32 *l.* 18 Ἕλλας] Præfero Ἄλλος cum margine.

27 Ἑβη-

27 Ἔβησε] Suidas legit, ut in ora, ἀνέβησε. Codex Arch. ἔβησεν, pro ἀνεβίβασεν.
37 Εἵνεκε] In cod. Arch. εἵνεκεν perpetuo.
42 Ἐπεῖχε ἑλλαμ.] Polyænus explicat, μέγα ἐπὶ τούτοις ἐφρόνει Κροῖσος.
44 Ὄσφραντον] Strategema hoc paulo aliter narrat Polyænus, ut et Frontinus.
P. 33 *l.* 18 Κύθηρα] Omnes scripti κυθηρίη. Stephanus κυθήριοι, et κυθηρία, et κυθηραία agnoscit derivata.
P. 34 *l.* 19 Πειρησάμενος] Ambo scripti πειρησαμένης, quod et Interpres legit.
21 Μάρδος] Codex A. Μάρδη. Enimvero Μάρδος et Ἄμαρδος inter Hyrcanos, et Persas agnoscit Ethnicographus, Isidorus et Ammianus.
44 Εὐθηνίῃ] In margine stat εὐεσσί, cuius εὐθηνία est explicatio. εὐεσσὼ dictio est Ionica ex Democrito aliisque nota.
47 Χρησάμενος] Cod. A. χρησαμένους.
P. 35 *l.* 7 Ἥιε γάρ τις] Cod. A. γὰρ τῶν τις.
8 Ἄλλον γνώσας] Hesychius ἀλλογνώσας, ἀγνοήσας.
13 Ἄνθρωπε] Melius Ὤνθρωπε. Hunc puerum Atyn vocat Solinus; Herodotus alium, iam mortuum, sic nominavit supra.
25 Ἀκροθίνια] Eustathius ad Ιλ. ψ. notat in more Gallis fuisse aliquem ex captivis sacrificare tanquam ἀπαρχήν.
33 Παραξῆναι] Cod. A. προσῆ legit.
34 Ἀνενεικάμενον] Non recte Interpres. Vertes *respiscentem, ad se reversum, respirantem*: ut infra p. 48. l. 33. Tale est Homericum illud, μνησάμενος δ' ἀνενείκατο φώνησέν τε, hoc est, ἀνέπνευσε.
38 Τέως] Cod. Arch. ἕως. Quod ponitur quidem pro τέως. Ut apud Homerum, ἕως ὃ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα. Ita quoque hic legit Eustathius. Ἕως μὲν στῆν ἔχει, i. e. πρὸς τὸ παρόν.
P. 36 *l.* 16 Ἀπόλλωνα] Ctesias non recte finxit Apollinem templum habuisse apud Lydos.
22 Κατασβεσθῆναι] Ptolemæus Hephæstio hanc tetigerat Historiam, teste Photio. Codex Arch. legit καὶ σβεσθῆναι. Hæc aliter Ctesias. Vide Cl. Alexandrinum de Crœso.
28 Ὦ βασιλεῦ] Hæc parum scite ab Herodoto tribui Crœso contendit Plutarchus: neque enim Cyrum tali monitore opus habuisse; et ut habuerit, Crœso istas partes non dandas fuisse. Observa autem totum hunc locum desumptum fuisse ex Homeri Iliados β. ver. III.

Ζεύς με μέγα κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ·

usque ad

Οὕτω που Διὶ μέλλον ὑπερμενεῖ φίλον εἶναι.

Ctesias nullorum sermonum meminit.
P. 37 *l.* 6 Ποιευομένοισι] Codex Arch. πορευομένοισιν.
14 Κάτισον] Codex Arch. Θάρρησον. Probo: ut sit ἐπιθάρσυνον· vel saltem θάσσεσον, quod Hesychius exponit per κάθισον. Glossa saepe ex ora in verborum contextum venit.
27 Βούλεκι] Ionica forma postulat βούλεε. Ita habet codex Archiepiscopi. v. Etym. M. in ἠίδη.
39 Ὀνειδίσαι] Arch. Codex ὀνειδίσειν.
P. 38 *l.* 11 Οἷόν τε] Cod. A. οἷός τε.
763 18 Ὀρθῶς μέμφεται] Vide Cl. Alex. contra hoc oraculum.
26 Εἶπε τὰ εἶπε Λοξ.] Desunt τὰ εἶπε codici Arch.
27 Τοῦτο συνέλαβε] Ad p. 24. l. 14. dixi συνέβαλε hic restitui oportere. Id hoc in loco habet codex Arch.
29 Μητρὸς ἀμείνονος] Codex Arch. ad dialectum Ionicam, ἀμίνοος.
P. 39 *l.* 10 Καείρης] Homerus γυνὴ —— Μηονὶς ἠὲ Κάειρα.
14 Τὴν δὲ οὐσίην] Plutarchus impotenter hic in Herodotum insurgit. Recte et iuste ex more istarum gentium, istius hominis bona potuit Crœsus in ἀναθήματα sacrare.
32 Πορνεύονται πᾶσαι] Confer Athen. l. 12. c. III.
44 Πρῶτοι κάπηλοι] Zenobius in Adag. Λυδὸς καπ.
45 Αὐτοὶ Λυδοί] Xanthus Lydus dedit Herodoto ἀφορμὰς ad scribendum, inquit Athenæus; ex eo videtur hæc hausisse.
P. 40 *l.* 1 Ἐπὶ Ἄτυος] Lydorum historicos sequitur Noster, et errat cum errantibus. Nam ad Troiam aleam, et astragalos, et id genus lusus invenit Palamedes.
10 Πρὸς λιμόν] Aliter ex nostro Dionysius Halic. l. 1. et Athenæus.
P. 42 *l.* 48 Ἐδικαίευ] Plutarchus sine ratione queritur Herodotum traduxisse Deiocem.
P. 43 *l.* 1 Συνέσρεψε] Codex Arch. συνεσρέψατο. Ita solet loqui Herodotus.
8 Ἀπεχρᾶτο] Arch. Cod. ἰωνίζων legit ἀπεχρῆτο.
14 Ἀσσυρίων τούτους] Cod. Ἀσσυρίους τούτ.
P. 44 *l.* 27 Χωρὶς δέ] Hæc ex repetitione; non agnoscit Interpres.
40 Μανδάνη] Ita eam et Valerius appellat. Quare Æliano ne fidas cui dicitur Μανδάλη. N et Λ in his literis saepe permutantur.
P. 45 *l.* 2 Τρόπου δέ] Legit Cod. Arch. ἡσύχιον.
8 Ὑπερθέμενος] Codex Arch. cum margine ὑποθέμενος quod placet.
17 Τοιάδε] Codex Arch. legit τάδε, et quidem perpetuo. Pro προθέω, habet προσθέω, ut in margine.
19 Παραβάλῃ] *Fallas.* ἀπατήσῃ. Hesychius.
30 Τὴν ἐπὶ θανάτῳ] Codex Arch. θάνατον.
48 Ἐπιτηδιοτάτας] Codex Arch. ἐπιτηδιότατα. Infra idem legit συνδούλῳ.
P. 46 *l.* 4 Σπακώ] Græca est terminatio. Iustino Spacos. Noster ait in eam literam terminari nomina. p. 57.
7 Ἑκβατάνων] Codex Arch. Ἀγβατ. ita et Ctesias passim. Herodianus grammaticus probabat Ἑκβατ. Horum testis nobis Stephanus.
9 Σαπείρων] Supra Σάσπειρες· infra p. 198. Σάρπαροι. Stephano Σάπειρες. Codici Arch. Ἀπείρων. Litera σ in πρὸς huc addi debet: ut sit πρὸ Σαπείρων· sic πρὸ νεῶν, *ante naves.*
21 Πᾶσαν ἡμέρην, τὸ τέκος] Cod. Arch. *omni die partui vicina, peperit.* mox μετεπέμψατο.
P. 47 *l.* 44 Ὀφθαλμὸν βασιλῆος] Dion. Chrysost. Orat. III. Ὁ μὲν Πέρσης ἕνα τινὰ ἔσχεν, ὀφθαλμὸν βασιλέος λεγόμενον. Ita et Hesychius. Sunt qui plures fuisse innuunt.
45 Τὰς Ἀγγελίας ἐσφέρειν] Diæresis hæc est Ionica. Ἀγγελιαφόρους dixit, p. 51.
P. 48 *l.* 2 Περίεσπε] Codex Arch. περίεπε. Pro ἐμετείθη idem habet ἐμασίχθη, τάχισα, ὤσγε.
4 Περιημέκτεε] Codex Eton. glossema hic posuit, ut saepe, ἐδυσχέρανε.
6 Ἤντησεν] Herodoto ἀντᾶν est in rem quamvis incidere; vel in bono, vel in malo sensu. Anglice, *with what he met.*
46 Ἀνάγκας] Codex Arch. ἀγκάλας.
P. 49 *l.* 29 Κρύπτων] Noëma Homeri Iliad. ἀ. v. 80.
P. 50 *l.* 7 Τράπεζα] Suidas hic τράπεζαν ἐπιπλέαν παντοίων ἀγαθῶν παραθέντες. Sed propius Cod. Arch. τράπεζαι μηλειῶν κρεῶν.
P. 51 *l.* 15 Προοπτέον] Cod. Arch. προπτέον, et paulo infra παρακελευόμεθα.
24 Τῇ σεαυτοῦ] Codex Arch. τῆς ἑαυτοῦ δὲ μοίρης περιεῖς.
33 Περιεγένετο] Cætera sic cod. Arch. ὁ δέ σφιν ἔλεγε σφέα, πρὸ τοῦ, &c.
39 Ἥιέ τε] Codex Arch. et Eton. Εἴη τε ταύτην ἐπαινέων δ.
P. 53 *l.* 3 Ἔσι δέ] Codex Arch. ἔσι δὲ τάδε ἔξ, ὧν ὦλοι πάντες. Lego, ἐξ ὧν ὤλλοι πάντες.
4 Ἀρτεάται] Est Ἀρταῖα primitivum. Persæ Artæos vocant antiquos homines. Herodianus Herodoti nomenclaturam sequebatur; alii ἀρταίους dixerunt. *Stephanus.*
Ibidem. Πασαργάδαι] Interpres cum Stephano, Περσῶν, στρατόπεδον. Hoc Cyrus munivit; hinc in Astyagen movit.
Ibidem. Μεράφιοι] Stephanus, et Codex Arch. Μαράφιοι.
5 Μάσιοι] Stephanus legit Μάσπιοι, ut in margine. Codex Arch. legit Κάσιοι. Stephanus agnoscit Κασίους inter Persas.
9 Πανθιάδαι] Stephanus Πενθιάδαι legit. Idem Ἀκρουσαῖοι, et Καρμάνιοι.
12 Σαγάρτιοι] In Chersoneso prope mare Caspium isti considebant.
16 Ἐξημερῶσαι] Polyænus vocem retinuit. Hæc contra lectionem marginalem.
32 Βουλομένοισι δέ, εἰσί] Codd. A. et E. repetunt ἐμέο πείθεσθαι.
49 Στρατηγὸν αὐτέων] Codex Arch. αὐτόν.
P. 54 *l.* 4 Ὅσοι μή] Homerus, ὅσοι μὴ βουλῆς ἐπάκουσαν. 764
14 Ἐσσώθη] Polyæn. VII. narrat Cyrum a Medis in hoc bello semel victum fuisse.
P. 55 *l.* 7 Ἀγάλματα] Sub Artaxerxe simulacrum Veneris cœpit coli a Persis.
13 Τὸν κύκλον] Strabo XV. τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία. v. Brisson. l. 2. De igne et aqua *Cl. Alex.* ex Dinone. Item Laërtius in *Proœmio.*
19 Μύλιττα] Hesychius Μύληττα. Vide Seldenum de Diis. Vossius putat vocem esse Hebræam Moledeth, cuius mentio *Gen.* 48. 6.
20 Ἄλιττα] Vide infra ad pag. 162. Videtur esse eiusdem originis cum priori; et hic rectius, quam ibi, scribi.

Ibidem. Μίτραν] Pro Venere ſumi rarum est. Deinde Μίτρα hic et alibi apud Noſtrum ſcribitur, non Μίθρα. De Voce Ger. Voſſ. l. II. *Idol.* Scaliger, aliique.

35 Θεσγονίην] Oden πολυώνυμον et πολυχρόνιον. Arcana Beli Sacra.

36 Ἄνευ Μάγου] Marcellinus XXIII. *Erat piaculum aras adire, vel hoſtiam contrectare, antequam Magus conceptis precationibus, libamenta diffunderet præcurſoria.*

P. 56 *l.* 7 Σπυδαιότατα] Athenæus totum hoc χωρίον ſuum fecit, legitque hic αὐτῶν πραγμάτων.

38 Αἰγυπτίους θώρακας] Fiebant e lino, funiculis contortuplicatis. Vide pag. 178. λινοθώρηξ. Iliad. β. Libyes gerebant σπολάδας, δερματινοὺς, βυρσινοὺς θώρακας Heſychius.

39 Πυνθανόμενοι] Pretium ei proponebatur, qui novam aliquam Regi voluptatem excogitaret. Xenophon in Ageſilao; *Perſarum Regi univerſum terrarum orbem circumeunt perquirentes quid illi potu iucundum*, &c.

40 Ἀπ' Ἑλλήνων] Negat Plutarchus.

P. 57 *l.* 6 Ἄσην] Codices noſtri hic admiſerunt in ordinem βλάβην, quæ vox est alterius interpretamentum.

9 Μήτε τῶν ἄλλων] Suſpiceris deeſe hic, τινά. Addit cod. Arch.

33 Ἐς ποταμόν] Nam colebant tanquam numina, fluvios. Tiridates placando Euphrati equam mactat. Tacitus VI. *Annal.* Herod. VII.

35 Τῶν πάντων] Id est, *præ cæteris hominibus.*

49 Μάγους] Cicero I. Tuſcul. *Magorum mos erat, non humare corpora, niſi a feris eſſent ante laniata.*

P. 59 *l.* 44 Τριοπίου Ἀπολλ.] Scholiaſtes Theocriti ad εἰδ. ιζ. Et Heſychius. Abas genuit Triopum, hic condidit Triopium Cnidi ἀκροτήριον· ibi Δώριος ἀγὼν agebatur Neptuno et Nymphis.

P. 60 *l.* 45 Ἐν Μιλήτῳ] Ex his coniugiis Mileſios ortos innuit. Hoc ægre fert Plutarchus.

P. 61 *l.* 16 Γράμμα] Ut Παναθήναια, ſic Διονύσια, Κάρνια, Ταχίνθια, Θαλύσια.

P. 62 *l.* 28 Ἄλεσχα] Interpres aut aliud legit, aut vocem hanc non intellexit. Credo ſcripſiſſe Herodotum ἔλλεσχα. Λέσχαι ſunt φλυαρίαι.

37 Κροῖσον ἅμα] Cteſias ait collocatum fuiſſe in Barene probe Ecbatana. Tabalus is esſe videtur qui Esdræ dicitur Tabeel.

38 Τὴν πρώτην εἶναι] Locus hic mendoſus est: nec adiuvant codices: non videntur multa deſiderari. Forte *Hanc primam fuiſſe lonum ſervitutem.* v. p. 67. l. 49.

P. 63 *l.* 20 Ἀναμάξας] Deſumſit ex Odyſſ. T. Terentius, *Mali.* (*quod ſuo fuat capiti*) Ita emendandus comicus, ex quadam Ciceronis epiſtola. Inepte legitur *ſuat.*

48 Πακτύης] Charo Lampſacenus Herodoto antiquior, apud Plutarchum hanc rem ſic narrat. Πακτύης δὲ ὡς ἐπύθετο προσελαύνοντα τὸν στρατὸν τὸν Περσικὸν, ὤχετο φεύγων —— vides eadem verba.

P. 64 *l.* 7 Ζόης] Euſtathius notat Herodoti libros emendatiores ita hanc vocem ſcribere.

P. 65 *l.* 8 Ἐπὶ μισθῷ] Plutarchus iniquum Græcis hic clamitat esſe Herodotum.

47 Ὀγδώκοντα] Tzetzes ita hic legit. Cicero, *Arganthonius Gaditanus octoginta regnavit annos, centum viginti vixit.* Valerius Maximus ex Aſinio Pollione, et Silius Italicus centum et triginta ei annos tribuunt. Strabo ex Anacreonte quinquaginta ultra centum. Arganthonius, ut bene Bochartus coniectat, ſignificat *longævum.*

P. 66 *l.* 15 Κατιρῶσαι] Heſychius, Θεῷ ἀναδιδόναι. Interpres aliud.

P. 67 *l.* 1 Κύρνον] Heroa Herculis filium.

48 Ἄβδηρα] Condidit Hercules in memoriam Abderi. Hellanicus apud Stephanum, et Apollodorus l. 2.

P. 68 *l.* 26 Νῆσον μεγίστην] Alexis comicus apud Stephanum de Urbibus Sardiniam, inter ſeptem inſulas notas, ſecundam facit.

31 Θαλέω] Plutarchus in Herodotum invehitur, quod Thaletem ad Phœnices referat. Sane Democritum et Durin Laërtius, Leandrum Cl. Alexandrinus idem prodidiſſe teſtantur.

42 Μίνῳ κατήκοοι] Confer Parthenium c. 1. et XI. Antonin. Liberalem c. 30.

P. 69 *l.* 1 Λογιμώτατον] Stephanus legit δοκιμώτατον. Forte memoriæ fiſus.

19 Μυλασσοῖσι] Aliter Μυλασσεῦσι. Ita Stephanus in Καρία. Æolus, Siſyphus, Glaucus, Chryſaor, Mylaſos; qui hanc gentem condidit.

38 Καλυδικῶν] Scribe Καλυνδικῶν l. 7. ſcribitur Καλυδνίων: quod rectius. in VIII. Καλυνδέων· est enim Κάλυνδα Cariæ urbs.

793 HPOΔOTOT Herodoti.] An recte ſic edatur id nomen, ambiguum facit auctoritas eruditorum, in quibus Henr. Valeſius ad Ammiani Marcellini librum XXI. cap. 6. ſuſtinuit palam notare Latinos „ Græca nomina fere adſpirare ſolere, ut cum Herodotum et „ Herophilen et Herodicum ſcribunt, cum Erodotus et Erophile et Erodicus emendate ſcribi debeant. Erodotum quidem pasſim in „ Græcis editionibus adſpirari hodie videas; ſed id „ mendum eſſe non dubito". Novimus hanc cauſam in ſimilibus vocibus, ut Hannibal, Homerus, ſæpe tractatam fuiſſe, quam relinquimus, quum ſufficiat nunc expromere rationem Mediceæ Bibliothecæ, et eius longævi codicis, quem antetuli. Nam illic exſtant varia exemplaria huius voluminis et hiſtoriæ, ubi nomen istud ſine dubio adſpiratur. Cæterum in hoc noſtro legitur Κλειώ Α῀ Ηροδότου ἁλικαρΝησσῆος. Harum poſtremarum appellationum primis vocalibus nunc impoſita est nota F, at non aureæ repetitioni nominis Ηροδότου in fine libri primi, ubi videas HPOΔOTOT· non in principio ſecundi, non tertii, non quarti, non quinti, ſed ſexti principio apponitur contrario ductu Ⅎ (tanquam vetus illud H præponi ſolitum ſcriba hic librarius divideret: de hac autem pſile et de priore aſpera monuit Salmaſius ad Conſecrationem Regillæ p. 44. et 52. ubi plura huc pertinentia.) ut lenis ſit ſpiritus, quum ſeptimo imponatur ſimilis primo, ut et nono, quum octavus liber eum ignoret. Sed et alter eodem nomine uſus apud auctorem noſtrum 8, 132. ſimili modo adſpiratur in MS. Hic vero ſpiritus nunc aureo, nunc rubro colore inductus est. Ex quibus ante omnia præclarum et bona fide odoris verisſimi plenum patet istud ἁλικαρΝασσῆος. Ita enim turpiter istud appellativum ventilatur variis velut follibus, ut Camerarius in dialecti Ionicæ ſpeciminibus pag. huius editionis 718. annotaverat Ἁλικαρνασσῆος pro Ἁλικαρνασσέως, et tantum hactenus; Stephanus in Prolegomenis pag. 743. [Interim certe adeo in hac parte nihil mutare ſum auſus, ut in ipso etiam principio Ἁλικαρνασσῆος retinuerim, et in Ἁλικαρνησσέως mutare noluerim: quamvis ſit Ἁλικαρνησσεὺς 3, 4. et Ἁλικαρνησσοῦ 8, 104.] Tanquam hæc ſumma hæſitationis foret, quum Ἁλικαρνησσὸς etiam exſtet 2, 178. et Ἁλικαρνησσεὺς 1, 144. quum in eodem libro 1. cap. 175. exhibeatur Ἁλικαρνασσοῦ. Hoc magnum incertum videbat Stephanus, ubi notari debet illud libri 1. cap. 144. Ἁλικαρνησσεὺς factum eſſe ab ipso Stephano, tanto indecentius, quod ibi mox ab ipso eodem relinquatur etiam Ἁλικαρνησόν, quum Aldus et Camerarius ediderint Ἁλικαρνησεὺς. Et hic Stephanus etiam ipsum titulum mutavit, etſi id neget, et quum Aldus et Camerarius edant Ἁλικαρνασσέως (ſicut nummi, qui hodie ſuperſtites et in notitiam producti ſunt, fere cuſi ſub Cæſaribus, habent Ἁλικαρνασσέων) ipse fecit Ἁλικαρνασσῆος; quod placuit etiam Tanaq. Fabro in Epiſtolis Criticis pag. 30. Nunc igitur principio hoc ad veterem et genitivam formam confirmato ex priſca fide, etiam gemino Σ, interdum uno conceſſo, unum illud in libri 1. cap. 175. Ἁλικαρνασσοῦ non pro exterricinio haberi debet, ſed in quo conniverunt oculi inſpicientium libros antiquos, quod meis forſan quoque contigit. Sed ab Stephano deterritus et ipse fui, quam tamen meram Empuſæ huius esſe vanitatem iam declarat codex Mediceus, et omnino posthac ita mutari debet; tum ex reliquis colligas huic ipsi volumini, quum primo ſcriberetur, adſpirationem non fuiſſe datam, ſed postea impoſitam. Etiam hinc patet ſingulorum dein librorum titulos ab isto Stephano pro lubitu ſuo auctos denſatosque, nempe ut omnes ad unam formam eamque ſatis verboſam redigerentur; quum nec Aldus nec Camerarius, nec liber certe Mediceus, unde colligo etiam de aliis, habeant illam adiectionem Ἁλικαρνασσέως: quæ an non ſatis est, ſi ſemel in primo conſpectu et fronte exſtet? Ut hoc addam, Suidas in v. Λέσχη citat epigramma Callimachi, quod notavit chirographo ſuo Hadr. Iunius exſtare in Anthologia Epigr. 3,399. eſſe autem Callimachi, in quo dicitur Ἐείν' Ἁλικαρνασεῦ, 794
ut legitur in editione Baſileenſi, prout etiam exhibet MS. codex Lugdunenſis, ſed perperam Genevæ et Cantabrigiæ mutaverunt in Ἁλικαρνασσεῦ geminato ſigma ex vulgari nimirum pronunciatione. Quum autem Herodotus vel Græcia, ut fere innuit Lucianus, hiſtorias has publico Muſarum nomine inſignitis quibusque partibus etiam numero novenario definierit, crediderim ab Gellio innui Herodotum, quum ſcripſit in præfatione *alii Muſarum inſcripserunt*, ſicut notum quoque reddidit Suetonius Aurelii Opilii factum, qui volumina novem unius corporis variæ eruditionis ſcripſit ex numero Divarum et appellatione; videlicet ut obſervatum est ab aliis numerum novenarium in diviſione ſcripti et in ſerie rerum per partes digerenda ſæpe placuiſſe; etiam de Cephalæone monuit ad Græca Euſebii Scaliger et alii. His adde, quid in hoc principio cogitaverit Daniel Heinſius ad Horatium pag. 101. Nam cui bono erit inſpicere Nesſelium pag. 143. de Herodoto Viennenſi loquentem?

1, 4. Τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα.] Hæc recte dicuntur, adeoque videntur placuiſſe Philoni et Gregorio Nazianzeno, ut etiam voluerint imitari, prout patet ex verbis allegatis Henr. Stephano in Theſauro. Itaque affatim prudenter hæc Herodotus coniunxit, ſed quibus non debebant agglutinari præcedentia ἐξ ἀνθρώπων, quod tamen manifeſtiſsime videtur fecisſe interpres Valla, etiam ille ipse qui continuis recognitionibus, ut vocat, interpretationem eius luſtravit, Henr. Stephanus, quem occaſione loci 1, 10. μαθοῦσα δὲ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς non tæduit ter de ista præpoſitione ſcribere, primo in recenſione et interpretatione vocum Herodoti p. 725., ſecundo in Prolegomenis p. 738., tertio in alteris Proleg. pag. 743. Ille tamen reddebat *ex hominum memoria temporis longinquitate deleantur*. Omnino perperam, unde accidit, ut eum ſimul cum Valla aggrederetur in Epiſtolis eisdem loco citato Tanaq. Faber, quaſi uterque exiſtimaverit posſe dici Græce ἔργα γενόμενα ἐξίτηλα γίνεται ἐκ τῶν ἀνθρώπων. Nam ſane in tribus illis locis Stephanus ſecernit ſe ab Valla, quod debuit Faber agnoſcere, quem ſæpe fervor nimius attollit. Utique clarum est in voce ἐξίτηλος non ſupponi alios quam homines, et ſolam memoriam hominum interque eos uſum vox ista reſpicit, ut illorum mentio istic fieri non debeat, præſertim quum agatur de hiſtoria. Iam ista loquutio per præpoſitionem ἐκ tam frequens est in Herodoto, ut qui ſupponitur eum evolviſſe, doceri de ea non debeat, quum occurrant et εἰρημένῳ ἐξ Οτάνες, et τούτων ἐξ ἐμοῦ ἐπιτελευμένων, et λεγομένου ἐκ τοῦ Ἀριςαγόρεω, ac ſimiliter cum aliis verbis, et ut nunc ſunt γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων, ita ποιούμενα et ποιηθέντα, ſenſusque Herodoti est, ut neque illa quæ evenerunt vel facta ſunt ab hominibus, tempore exoleſcant. Hinc iam appareret quanto peius ſit, quod quondam ex Lipſia adferebat Fridericus, *ut neque præteritæ res ex hominum memoria, temporis longinquitate, exoleſcant*. Nec enim attendit vel ad loquutionem Herodoteam γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων, vel ad ſententiam plane perfectam in ὡς τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται. Hæc ſi non ſatisfaciant, plane rem conficit Lucianus, in ſcripto de conficienda hiſtoria: Τοιούτοις προσιμίοις οἱ ἄριστοι τῶν συγγραφέων ἐχρήσαντο· Ἡρόδοτος μὲν ὡς μὴ τὰ γενόμενα ἐξίτηλα τῷ χρόνῳ γένηται, μεγάλα καὶ θαυμαςὰ ὄντα &c. Iste autem locus tanto acrius debuit penetrari, quoniam in eo vera cauſa deſignatur, quæ Herodoti animum commovit ad temporis ſui partem tali ſcripto impendendam, quo ſervarentur geſta ab hominibus, nec tem-

pore obliterarentur. Hanc vero cauſam quum pleniſſimo ore ipſe profiteatur, quid eſt, quod ita urget iſte Theophilus ad Autolycum in principio libri III. mirum in modum confuſe varia queſtus et ſcripta veterum ad φλυαρίαν redigens pergit: Τί ὠφέλησεν Ἡρόδοτον καὶ Θουκυδίδην αἱ ἱστορίαι αὐτῶν; Indigne profecto, quum nulla non ſæcula teſtata fuerint eos frui ſcopo, quem petierant, qui non debet alius ſupponi, quam quem ipſi ediderunt, ut confecerint aliquid vel gratum vel utile poſteris.

I, 8. Ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι.] Lepidum eſt, quod de his et anterioribus verbis notat Thomas Gale, *Exordium hoc præmiſit Pleſirrhous, Herodoti amaſius. Quæ ſequuntur post ἀλλήλοισιν, ſunt verba Herodoti.* Itaque cauſam hanc ſuam facit, et ex ſua perſona atque auctoritate ſic docet lectorem, quaſi illum quemcunque Pleſirrhoum vidiſſet hanc præfationem anteponere. Oportet unum hoc ſpecimen dari, quia ſimiliter conſulit in aliis, quæ peculiaria hic illic occultata tanquam ſua profert. Sed bonus vir talia θαύματα ab Herodoto debebat abigere, et fateri alium eſſe fundum huius narrationis, quum ipſe auctor eſſe non poſſet, nempe Ptolemæum Hephæſtionem; ex illo enim refert Photius, ὡς Πλησίρροος ὁ Θεσσαλὸς ὁ ὑμνογράφος, ἐρώμενος γεγονὼς Ἡροδότου, καὶ κληρονόμος τῶν αὐτοῦ, οὗτος ποιήσειε τὸ προοίμιον τῆς πρώτης ἱστορίας Ἡροδότου Ἁλικαρνασσέως, non addito, utrum probaverit et crediderit ipſe Ptolemæus, non etiam an firmaverit id iſte Pleſirrhous. Certe quidquid illud eſt, et qualiſcunque iſte Pleſirrhous, obſtare illi videtur Dio Chryſoſtomus in Orat. 53. de Homero. Καί τοι τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὁπόσοι τινὰ ἔδοξαν ἔχειν δύναμιν, ἢ περὶ ποίησιν ἢ καταλογάδην συγγράφοντες, καὶ πρῶτον, καὶ τελευταῖον, τὸ ἑαυτῶν ὄνομα συγγραφόντων, πολλῶν δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς λόγοις τε καὶ ποιήμασιν ſolitorum ſcribere ſuum nomen, ὥσπερ Ἑκαταῖός τε καὶ Ἡρόδοτος καὶ Θουκυδίδης. Huius ſane fides melior, et vicisſim ea iuſte illi tribuitur. Et pari modo mox iudicari debet de
795 nomine uxoris Candaulæ, item de regina conſpiciente Gygen egredientem ex cubiculo in cap. 10. de dracontite lapide.

I, 19. Διατίθεσθαι τὸν φόρτον.] Conſenſu mirabili intellexerunt interpretes *mercimonia expoſuiſſe*, prout id ſane erat unum ex muneribus eorum, qui ibant in commercia. Sed in Græcis non eſt præteritum perfectum. Deinde non agitur per illam locutionem de digerendis certo loco rebus venalibus per ſeriem decoram ad invitandos ad ſpectacula et hinc emptionem prætereuntes, quod eſt in verbo Latino *exponere*, ſed de diſtrahendis diſponendisque accepto pretio, quod convenit per illos, qui emerunt. Recte intellexit hoc Æmilius Portus in Lexico Ionico, et adiunxit huic locum capitis 194. ex hoc ipso libro, ubi vertebant ſimiliter *onusque expoſuerunt*. Hinc mutavi vitioſa.

I, 24. Τωὐτὸ ὃ καὶ Ἕλληνες.] Sic quum exſtaret in optimo codice, non rebar Ionismum interpellare, quo minus reciperem pro vulgato τωὐτὸ τὸ καὶ Ἑλλ. Nec enim ſic illi adhæret noſter auctor, ut non aliquando deſerat, ſive interdum in eius uſu aliquid offenderit, ſive alia cauſa compulerit. Interim ſicut nunc exigitur ab codice isto, ſic iam editur cap. 216. Ὃ γὰρ Σκύθας φασὶ Ἕλληνες ποιέειν. Infra etiam ſic MS. c. 186. Ἐν ᾧ ἐπίμπλατο τοῦτο. Etiam c. 202. Ἀνθρώπους, οἵ σιτέονται. Sic 2, 51. et 75. et 131. idem deprehendes. Etiam libro 5. cap. 108. ἄκρην, αἳ καλέονται Κληῖδες dicit, non ταὶ. Noli iraſci, quum me vides in tenui quoque aliquid molientem: plus enim iuſto ſumpſerunt ſibi ad dominandum in eis particulis. Nam et lib. 2. cap. 48. ediderunt Τὰ περιφορέουσι κατὰ κώμας ταὶ γυναῖκες. Satis conſpicuus illic articulus ταὶ, qui nullus apparet in codice Mediceo, et hinc a me non admiſſus; id quod in antecesſum nunc moneo.

Ibid. Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου.] Difficile probatu erit apud Herodotum legiſſe videri Pauſaniam non ita, ſed τὴν Ἰάσου, ut affirmat doctiſſimus Vindingius in Hellene, in hac re concinens Th. Galeo, qui et ipse ex fabulatoribus et aliis ut Strabone ipso ſcribit Iaſi filiam fuiſſe veri eſſe ſimilius, ac mox Pauſaniæ librum II. quoque advocat. Oportet hic cavere. Nam de Io, quem patrem habuerit, nihil profert ex Herodoto Pauſanias, ſed eum tradit ex ſua ſententia, ut nihil ista nominis proprii appellatio faciat ad Herodotum. Utrius autem verior opinio ſit, id vero aliam conſtituit controverſiam. Pauſaniæ verba ſunt: Ἰὼ μὲν οὖν Ἰάσου θυγάτηρ. εἴτε ὡς Ἡρόδοτος ἔγραψεν, εἴτε καθ' ὃ λέγουσιν Ἕλληνες, ἐς Αἴγυπτον ἀφικνεῖται.

2, 10. Βασιλῆος θυγατέρα Εὐρώπην.] Huius narrationis memoriam quum ita renovaviſſet Euſebius ad annum XG. Εὐρώπη Ἀγήνορος ὑπὸ Κρητῶν ἡρπάγη ἐμπόρων, ὥς φησιν Ἡρόδοτος· τοῦ δὲ πλοίου παράσημον ἦν Ταῦρος, in Latinis autem tria ista verba ὥς φησιν Ἡρόδοτος eſſent omiſſa ab Hieronymo, magnus Scaliger ibi notat: *Omiſit vero Hieronymus Græca*, ὡς Ἡρόδοτος φησίν. *Herodotus ait; quod a Phœnicibus rapta fuerit Io, propterea Græcos hanc iniuriam ulturos Europam rapuiſſe.* Vir maximus non cogitat Herodotum verſari in narratione Perſica, et Perſas eſſe, qui ſic narrent de Io. Item Perſas eſſe, qui ſic narrent de Europa: nec tamen etiam Græcos iniuriæ prioris ulciſcendæ cauſa eam rapuiſſe dicit ista narratio, ſed ipsos Perſas ita compenſaviſſe crimina, de qua interim re hi Græci, quos Herodotus coniicit fuiſſe Cretenſes, forſan ne quidem cogitaverint. Quod quum ita ſit, fortasſis hinc Hieronymus omiſit illa tria Græca verba, quæ memorant Herodotum, quem ſciebat alia ſcribere.

2, 12. Ταῦτα δὴ ἴσα πρὸς ἴσα σφι γενέσθαι.] Hic ordo vocum est in libro caſtigatiſſimo, quum violant edentes ἴσα σφι πρὸς ἴσα, quum non videantur vel Græci vel Herodotus conceſſiſſe, ut istam repetitionem ἴσα πρὸς ἴσα interrumperet aliquid alienum: certe ex tali conſideratione videtur veniſſe ἀλλοπρόσαλλος. Etiam lib. 7. c. 100. ἐξ ἐσχάτων ἐς ἔσχατα ſic iunctim ponuntur ſine alio interpoſito; et 5, 102. ἀπ' ἄλλου ἐπ' ἄλλο et ἴσον ἴσῳ προσφέρειν est in Mneſithei fragmento. Cæterum in MS. legitur etiam ut in aliis MSStis, ταῦτα μὲν δὴ, quæ vocula inſeri debet.

2, 16. Τῶν εἵνεκεν ἀπίκοντο.] Est, non est ex vena Ionicæ ſcriptionis, unde præterquam quod in præpoſitione has ipsas voces, prout cito, contulit Porti Lexicon Ionicum Herodoti, inſuper verbum ἀπίκοντο ſeparatim tractat, quum ſane id iam antecesſiſſet et ſæpius ſequuturum ſit. Nequivi tamen hic tolerare; nequivi credere ab Herodoto id nunc uſurpatum fuiſſe; tanti ponderis est teſtimonium ab optimo codice, qui non tantum ex antiquo ævo candide producebat ἀπίκατο, ſed etiam indicabat ſe veniſſe in manum recentem, quæ iuris Græci parum et hodierno ſolum modo guſtaverat, et ita violenta eſſe conabatur ſuper-796
ponendo ν, quaſi deberet eſſe ἀπίκαντο. Sed illa ploret. Veriſima venit manus vetuſta, et aliquoties infra fulgebit, quoniam verbum istud est continui uſus in hiſtoria, nobis per ſua loca profeſſuris aperte et ſequuturis, quod proprie fuit antiquum: et Herodotus ſectatur varietatem mirabiliter prorſus, ut deprehendes.

2, 30. Τοὺς δὲ προϊσχομένων ταῦτα, προφέρειν σφι.] Quum ſic diu ſit editum in Herodoto, tandem notavit Galeus, ſibi magis placere lectionem marginalem, quam ſequutus est Euſtathius ad Γ. Iliados. Idem opinor cogitavit Stephanus, a quo ista marginalis lectio primum exſtitit, nempe προϊσχομένοις. Sufficit hic ſcire nec codices illos duos quos Gale inſpexit, nec Mediceum abire ab vulgato per Aldum: idque in dubium trahi non debet ab Herodoti ſtudioſo, quum is tantopere amet istum genitivum in participiis, ut reiiciat conſtructionem vulgarem. Est enim ſimile illi, quod exſtat 3, 31. Εἰρομένου ὧν τοῦ Καμβύσεω, ὑπεκρίναντο αὐτῷ. Ibi enim poterat ſimpliciter dicere εἰρομένῳ δὲ αὐτῷ ὑπεκρίναντο. Quod genus loquendi tam frequens occurrit etiam in libris Sacris N. T. immo et apud Latinos, ut agnoſci debeat, non mutari.

2, 34. Μέχρι μὲν ὧν τούτων.] MS. τούτου; et eo uſum Herodotum oſtendit ſatis repetitio eiusdem numeri mox ſequens, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, quæ his verbis reſpondent. Accedit, quod istud τούτου in τούτων transtulerit vecors ad easdem literas inclinatio calami, ut quum præmiſiſſet ὧν, id etiam iteraretur in τούτων. Mox dedi vocibus ordinem priſtinum ex MS. ubi vulgo erat ἀνδρῶν ἀδίκων ἔργον νομίζειν εἶναι.

2, 44. Ἁρπαζομένων τῶν γυναικῶν] Sunt veſtigia manus alienæ, quæ Stephano et deinceps aliis editoribus non debuerant ita placere, ut ideo manum Herodoti delerent, et terminationibus fœmininorum tam aperta exempli iteratione præcedentibus, huic conſtructioni non idem indulgerent. Sicut enim Aldus et Camerarius ediderunt, ita habet MS. ἁρπαζομενέων. Confuſio in contrarium occurret libro II. Cæterum ex tali origine videtur exſtitiſſe lex apud Byzantios quam ſtatuit Achilles Tatius lib. II. Νόμου γάρ ἐστιν ἐν Βυζαντίοις, εἴ τις ἁρπάσαι παρθένον, φθάσαι ποιῆσαι γυναῖκα, γάμον ἔχειν τὴν βίαν.

3, 6. Πέρσῃσιν οὕτω Φοίνικες.] MS. Πέρσῃσι οὕτως Φοίν. et ſic ſtatim λέγουσι ἀγχοῦ εἶν, non λέγουσιν· et rurſum Φοίνικες λέγουσι· ἐγὼ &c. Nam Iones non impediunt vocales concurrere.

3, 25. Λυδὸς μὲν τὸ γένος.] Sic et alii et paſſim quidem. Verum nunc MS. delet voculam τὸ, et vult Herodoti eſſe Λυδὸς μὲν γένος. Et recte, ut cap. 31.

Τοὺ-

Τούτοισι γὰρ ἐοῦσι γένος Ἀργείοισι &c. cap. 162. Ἄρπαγος γένος καὶ αὐτὸς ἐὼν Μῆδος. 2, 114. Ξείνος γένος μὲν Τεῦκρος. 4, 6. Γεγονέναι τούτους τῶν Σκυθέων, οἳ Αὐχάται γένος καλέονται. Immo lib. 9. c. 75. pallaca Pherendatis dicit Εἰμὶ δὲ γένος μὲν Κῶα. Mox etiam MS. ut iam ex aliis quoque libris productum fuit, Μυρσῖλον ἐνομάζουσι, non καλέουσι, ut vulgo, quum sufficiat bis illud verbum antecesisse in hac narrationis parte.

3, 44. Ἄγρων μὲν γὰρ ὁ Νίνου, τοῦ Βήλου &c.] Quantarum turbarum apud eruditos causa et fons fuit hic locus? Scaliger lib. III. Canon. Isag. p. 327. obstinatus in retinendo Ἄργων, rogat, [quis non miretur Ninum Beli filium unum ex posteris Herculis fuisse, qui annis mille ut minimum Nino Beli filio posterior fuit: Aut est Herodoti, aut librariorum error.] Et mox Omphalen colligit fuisse Iardani ancillam. Sic quum maximus ille vir palam efferre non dubitaret scrupulum suum, mirabiliter eum ipsum fugere conati sunt, qui maxime appropinquare ausi sunt. Nam Marshamus in sæculo XVII. omnes huius narrationis partes circumrodit, Mermnadas quoque nominatim recensens, sed hanc partem negligens. Mox accesserunt et Palmerius a Grentemesnil et Tanaq. Faber in Epistola ad Petavium, et speculari maluerunt famulam Iardani, quam illa exulcerata, quum speravissem me excepturum omnia ab illis complanata. Prout editum est, ita reperi in MS. Mediceo, etiam in suis Gale. Itaque sicut suos Ninos et Belos iactavit Asia Maior, ita videtur et suos narravisse Lydia, quos eximi illi ab nobis non oportet, vel hoc uno loco teste, qui sicut Agronem publice et Alcæum conspicuum præbet, detur illis quoque hæc venia, ut in Lydia quondam notos ac claros Nilum et Belum posteris exhibeant manu Herodoti. Neque multum miraberis, si intellexeris quæ dehinc scribet hic ipse auctor in Euterpe cap. 79. Ἄγρων autem confirmatur ab MS. ut etiam Ἀλκαῖος, pro quo Camerariana editio in posteriore loco edens Ἀλκμαίου multos decepit. Etiam de Iardana interpretum nuper monere lectores voluit Holstenius ad Stephani Ἰαρδανος. Interim plus æquo de coniectura sua exsultat Cl. Faber; quippe quæ Herodotum non restituit, et verum aufert. Omphalen intelligi ante eum viderunt bene multi, ut patet
797 ex interpretatione Friderici. Quæ fuerit licet uxor Iardani, an idcirco in isto imperio Asiaticis simili nequit vocari δούλη? Non cogitavit Faber, quum tamen sciret, præter solos reges omnia illic fuisse serva. Iordani filiam dixerat Palæphatus, sed Tollius restituit Ἰαρδάνου. Adde Peireſciana pag. 445. ubi et Valesius.

4, 2. Παρὰ τούτων δὲ Ἡρακλεῖδαι.] Adversativa abest a MS. quum sit certe nulli bono, et sine ea lenior incedit sermonis nexus, ac deinde ab eodem vocula μὲν interponitur: ἄρξαντες μὲν ἐπὶ δύο τε καὶ εἴκοσι, quod ipsum prorsus est Herodoti.

4, 19. Ὦτα ἀπισθότερα ὀφθαλμῶν.] Hæc respiciens scripsit Lucianus in Saltatione: Ἡροδότῳ μὲν οὖν τὰ δι' ἐμμάτων φαινόμενα, πισθότερα εἶναι τῶν ὤτων δοκεῖ.

4, 21. Ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας.] Nihil est, quod in dubium voces, quum sic repetat 3, 38. Οἱ δὲ ἀμβώσαντες μέγα· et 7, 18. Καὶ ὃς ἀμβώσας μέγα ἀναθρώσκει. Quæ exempla annotavit et Portus. Quibus addi potest ex 2, 121. τὴν κεφαλὴν μιν κόπτεσθαι μεγάλα βοῶντα. Sed nihili illa sunt præ codice Mediceo, qui negat locum vocabulo μέγα, et habet tantum ὁ δ' ἀμβώσας. Et recte, quum ab verbo isto solo satis exprimatur impetus hoc loco adhibitus, sane diversus ab istis reliquis. Hunc clamorem audivit nemo præter Candaulen; unde ita sequutus fui. Etiam paulo ante habet MS. ποίει, non ποίεε, et infra sicut edidi, non τινὰ σκοπεύειν, ut passim, et hinc similiter.

4, 34. Πειρώμενον λέγω λόγον.] Sic integre MS. prout Stephanus notavit ad marginem, quum sine medio verbo omnia sint male integra. Πειρώμενος, quod etiam ponitur illic ab Stephano, et Gale videtur confirmare ex gemino MS. est correctorum, sicut in hoc etiam codice mox aliqua posterior manus facere voluit νος; a qua etiam videtur esse illud τοιάδε post verbum ἀμείβετο, quum in MS. prior manus habet τοῖσδε, illo altero supra scripto postea.

4, 36. Οὕτως ὥσε.] MS. egregie οὕτω ὥσε· ut cap. 11. Hinc et pag. seq. edidi ex eodem οὕτω ἀποθνήσκειν, ubi edunt οὕτως· sæpius reor id corruptum.

4, 44. Στείχῃ ἐπὶ τὴν εὐνήν.] Sic 3, 76. ἓν τε δὴ τῇ ὁδῷ μέσῃ στείχοντες ἐγίνοντο. Sed MS. clare σίχῃ, ut sit a σιχάω. Deinde repetitio particulæ turbat, σαι, σε, quum res ultro satis pateat, et longe mitius sit, dum pro μή σε ὄψεται legit MS. μὴ ἐσόψεται ἰόντα διὰ θυρέων, non διὰ τῶν θυρέων.

4, ult. Ἐδόκεεν ὥρη.] MS. iterum abrasa consonante ν finali, ἐδόκεε· et Ἐθηεῖτο pro ἐθηῆτο. Utique sic editur cap. 68. ἐθηεῖτο σίδηρον ἐξελαυνόμενον. Nec dissimile sequetur mox cap. 11. ἐπειρώτα pro ἐπηρώτα, et c. 32. ἐπειρωτᾷς.

5, 8. Ἐν νόῳ ἔχουσα τίσασθαι.] Cap. 73. sic occurrit Τίσασθαι θέλων, sed ibi futurum est iam propius. In hoc loco MS. τίσεσθαι, ut c. 86. ἐν νόῳ ἔχων ἀκροβολισμὸν καταγιεῖν; etsi præsens quoque usurpetur. Etiam MS. non habet μαθέειν, sed μαθεῖν, confirmans etiam ἐπορᾷ, quod ex aliis codicibus iam notatum fuit ab Stephano.

5, 10. Ἐς αἰσχύνην μεγ. φέρει.] Hoc est Herodoteum, et ideo a MS. probatum, quum præpositio vulgo absit, nec nisi margini credatur. Infra cap. 120. Καὶ νῦν ἐς τί ὑμῖν ταῦτα φαίνεται φέρειν; 9, 31. Οὐκ ἐς γυμνικοὺς, ἀλλ' ἐς ἀρηΐους ἀγῶνας φέρον τὸ μαντήϊον.

5, 26. Τὸν ταῦτα βουλεύσαντα.] Ex margine hanc participii formam collegi pro vulgato βουλευσάμενον ad manum Herodoti reponendam, quia sic quoque habet MS. Mediceus, et frequentissima est in hac historia. Unde etiam admisi elisionem in verbo ἀποθωῦμαζε, quod et ipsum ita sæpe novi occurrere, sanctiore scilicet codicis eius manu, quam omnium aliorum, ut rursus cap. 30. Talia sunt et τρώματα cap. 18. Hic vero observabis et in litera Ω et in voce τρῶμα diligenter annotari ab Æmil. Porto in Lexico Ionico pro vulgari τραῦμα, non dici tantum τρώϋμα, sed et τρῶμα: verum in verbo θαυμάζω quanquam mirabiliter scateat exemplis, tamen non nisi hanc mutationem fieri agnoscit, ut dicatur θωϋμάζω addita υ, eadem litera dempta θωμάζω dici aut ignorat aut prætermisit quacunque de causa. Add. Salmasius ad statuam Regillæ pag. 36.

5, 32. Τὸν δεσπότεα ἀπολλῦναι.] Sic tandem relata iuste sibi componuntur, quod præclare huc convenit, et vile est verbum ἀποκτεῖναι, quod Herodotus non scripsit, sed captavit varietatem, unde mox tantum habet κτείνειν. Itaque sic statuo teste optimo codice, quem tuentur alii in margine Stephani, atque item Anglici apud Gale. Notatur hoc verbum ab Suida.

5, 41. Οὐ γὰρ μετίετο ὁ Γύγης.] Anxie hoc in verbo speculando versatus fuit Æm. Portus, in Lexico Ionico interpretans *Gyges negotium susceptum non dimittebat, de manibus non deponebat, de eo conficiendo non remittebat*, fere ad mentem Vallæ interpretati *nihil cunctatus est*. Quod ut in hoc potest tolerari, qui in Porto, quum is ipse notum habuerit ex capite 114. ἐπεί τε ἐμετείθη τάχιστα, et verterit, *dimissus est*? Prout sane etiam reddi voluit et intelligi Stephanus, cui parui. Etiam activum eodem sensu in hoc scripto patet. Sed et illud ipsum quinque syllabicum plane 798
nunc quoque adhibuit Herodotus ex fide optimi codicis.

6, 5. Ἐν ὅπλοισι ἦσαν.] Non debuit hoc instar spumæ expelli ad marginem, ut peius reciperetur in contextum, præsertim quum præter codices Stephani id probaretur ab Mediceo, ut 9, 75. Εἶναι ἐν Φοινῖσι. Ælianus dicit ἐν Μούσαις εἶναι, et imitati sunt Latini.

6, 6. Οἵ τε τοῦ Γύγεω σατιῶται.] Mireris unde hi existant, quum novitas regni nondum passa fuerit eos colligi, unde nec Valla milites agnovit, sed factionem Gygianam, hoc est, σασιῶτας, quos ideo Tan. Faber strepitu maiore, quam par erat, reducit: exempla vocis eius Herodotea satis multa monstrat Lexicon Porti Ionicum, sed et posterius hoc perspicue habet MS. unde merito restitui.

6, 7. Ἦν μὲν δὴ τὸ.] Solas voces ἦν μὲν τὸ habet MS. nec quidquam confert particula δή: hinc delevi. Et mox βασιλέα εἶναι Λυδῶν, non τῶν Λυδῶν.

6, 18. Ἀλλ' ὅσα &c.] Nec Valla bene vertit, et Stephanus male interponit *cum alia*. Neuter intellexit separatas voces ὅσα et πλεῖσα in construendo oportere iungi, ἀλλ' ὅσα πλεῖσα μὲν &c. *Sed plurimum quantum quidem est eius donariorum argenti.*

6, 26. Οὕτω δὴ ὁ Γύγης.] Sicut in ora notatum est ab Stephano, οὗτος δὲ ὁ Γύγης, ita legitur in MS. et melius est vulgato, ut paulo ante δημοσίου, non δήμου. Vallam quidem video interpretari *Corinthii populi*, quod sequitur Spanhemius ad Callimach. p. 68. ut retineat δήμου, sed id sine respectu eius, quod verum est, sic scribebatur. Quid si senatus posuisset, non foret δημόσιον? Præstat hoc ex MS. retinere, quum plene se exprimat. et statim τὸν Γορδίεω Φρυγίης βασ. ubi iterant τόν.

6, 34. Καλέεται Γυγάδας ἐπὶ τοῦ ἀναβέντος ἐπωνυμίη.] Hoc ipsum exemplum est, quo utitur pag. 726. in recensione vocum Herodoti Henr. Stephanus ad pro-

bandum

bandum *præpositionem ἐπὶ cum dativo interdum poni, ubi potius moris est uti præpositione ἀπὸ cum suo genitivo, ut et nunc potius dicendum videretur, sequendo vulgarem sermonis formam, ἀπὸ τῆς τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίης*: Addit aliquid gravius. *Imitati autem sunt hunc præpositionis huius usum quidam ex posteris: quorum ideo loci mendi suspecti fuerunt. Sic apud Arrianum ὀνομασθεῖσαν ἐπὶ μιῇ τῶν ὀπαδῶν τῆς Κυβέλης νυμφῶν. At vero ubi hæc præpositio iuncta huic rei significandæ adhibetur, ibi certum est mendosum esse locum.* Et hæc pro laudabilibus recoxit Th. Gale, ne patria ipsius foret exsors tantæ doctrinæ. Similiter Portus in Lexico Ionico: Ἐπὶ τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίη in ἐπὶ explicat, *propter cognomen, vel potius nomen illius, qui hoc dicavit:* sed in v. Ἐπωνυμίη *ob nomen, id est, de nomine illius, qui hoc dicavit.* Et novimus circa tempus Galei ludos de his ortos inter alios. At hic tamen in voce ἐπὶ cum genitivo profert ex Herodoto quatuor loca de appellando agentia, ubi non tertius casus additur, sed secundus, plane in omnibus. Itaque si exstant illa verba Arriani, valeant, prout iam in hac parte ostendi Arrianum mihi notum esse in illustrationibus, quas ei attuli lib. v. cap. 1. Sed certe dubitari nequit de eius constructione cum genitivo in ista significatione cognominandi, quum pateat apud omnes Græcos scriptores alios præter Herodotum nostrum, qui in libro 2. cap. 42. ἀπὸ sic usurpat, eandem confirmari, quo spectant verba 5, 65. Ἐπὶ τοῦ Νέσορος Πεισιστράτου ποιεύμενος τὴν ἐπωνυμίην· ubi sicut ἐπὶ removetur loco ab voce ἐπωνυμίην, ita oportet etiam in constructione manere ab eo remotam: et cap. 68. Ἐπὶ γὰρ ὑός τε καὶ ὄνου τὰς ἐπωνυμίας μετατιθείς. Porro est aliquid singulare in hoc loco, quod excedebat captum scribarum, quibus Herodoti exemplaria facere commissum fuit, et proprium est diligentiæ eius, qui exaravit codicem Mediceum, qui plane exhibet ἐπωνυμίην, ita ut hæc vox videatur absolute et ex proprietate Græcismi posita, sic construendo καλεῖται ἐπωνυμίην Γυγάδας ἐπὶ τοῦ ἀναθέντος, ut denotet, *quod ad cognomentum, vocatur Gygadas ab eo qui consecravit.* Prout est hæc grata stili nota et phrasis bene densa in Herodoto, tum in materia nostra 4, 182. Ἐπίκλησιν δὲ αὕτη ἡ κρήνη καλέεται ἠλίου, tum in alia quacunque, ut 1, 166. Πλοῖα ἐόντα ἀριθμὸν ἑξήκοντα. 7, 138. Νεῶν ἀριθμὸν ἀξιομάχων. 1, 172. Προσκεχωρήκασι γλῶσσαν μὲν πρὸς τὸ Καρικὸν ἔθνος. 1, 60. Πρῶτοι σοφίην. 2, 20. Ἐπισημως σοφίην. 9, 61. Ὁμοῖοι σοφίην. 3, 61. Ὁμοῖοι εἶδος. 2, 7. Ὁδοὺς ἴσας μῆκος. Et c. 32., ἅπαντας τοῖσι ἄγουσι τὸ μέγεθος ἴσους &c. Nec enim placuit *Gygæum*, ut Latine interpretari voluit Stephanus. Nam licet istud adiectivum occurrat apud Propertium, nec ego illud detrectare ausim; tamen et universa venustas appellationis perit, quum omnia ab Gyge profecta sic appellari possint, nec recordatus videtur vir doctus iam antea dictam factionem Gygianam. Sed χρυσὸς hic habuit peculiare quid in appellatione, idque annotandum censuit Herodotus, et proprie additum ab Delphis.

6, 39. Τεσσαράκοντα.] MS. τεσσεράκοντα. Sic quoque perverse editum erat c. 31. et 206., quod utro-
799 bique ex MS. correxi, quum non aliter voluerit Herodotus loqui.

7, 4. Σμύρνην τε τὴν ὑπὸ Κολοφῶνος κτισθ.] Quod post tot prisca exemplaria adhibita vix exspectari poterat, scito legi in optimo MS. ἀπὸ Κολ. Qua mutatione cernis egregie dispelli dubitationem Grentemesnilii, sive animadversionem vocare placet, præpositionem ὑπὸ considerantis nimium arcte, tanquam Smyrna sita sub Colophone diceretur, dum detrectat agnoscere versionem Vallæ, qui recte intellexit. Ita mihi videtur agendum. Simile ex MS. testatur Th. Gale, sed cætera non intelligo.

7, 10. Ἐπελαύνων γὰρ ἐπολιόρκησε.] MS. idem ἐπολιόρκεε, et recte, quum istud imperfectum tempus in sequentibus exacte servatum iam nunc esset inchoandum.

7, 17. Ἔα δὲ κατὰ χώρην ἑσάμεναι.] Opinor hoc esse exemplum, quod ante oculos fuit Camerario, dum varietates Ionicæ linguæ in Herodoto annotat pag. 718. Gronov. editionis: sed ex corrupto exemplari ab Aldo editum et alibi non usurpatum iubet hora tandem detergere, quum clare exhibeat optimus MS. ἐσάναι, quod est perpetuum in Herodoto. In præcedenti electum a me est verbum ἀπέσπα, quippe quod suppeditabat idem codex et ex suis ac Suida confirmabat Th. Gale.

7, 20. Ἐπέδρης μὴ εἶναι ἔργον.] Si fuit tale ingenium Tanaq. Fabro, nempe deditum scribendo, non inquirendo, debuit Petavius, Herodoti attentus lector, certe id castigare, quum totus iste epistolæ articulus hilum non mereatur. Quid potuit clarius fieri, quam attulit Æm. Portus [ἐπέδρη Ion. pro comm. ἐφέδρα? mora quæ ab aliquo trahitur, dum alicubi iuxta aliquem locum vel personam sedet, manet, moratur, 5, 65. lib. 1. c. 17. vitiose scriptum videtur ἐπ' ἕδρης pro ἐπέδρης unica voce] Item in v. Ἕδρη, quum citasset hunc locum, addit [Sed legendum arbitror unica voce ἐπέδρης ut 5, 65.] Quum vero et Suidas etiam Galeo notus ipsi offerret hanc compositam vocem, certe debuit se coërcere.

7, 27. Ἔν τε Λιμενηΐῳ.] Huc tandem venimus, ut dici debeat, hic Rhodus hic saltus, id est, manifestum indicium præstantiæ codicis Medicei super omnes alios in Herodoti deliciis non supprimendis. Habet enim ἔντε ἐν λιμενηΐῳ. Id quod certe pereruditum et plane Ἡροδοτεῖον; non quod vocabulum loci aliud vulgato hinc procudamus, appellemusque Enlimeneium, sed præclara præpositionis iteratione educenda Herodotum illustremus. Scilicet notavit Camerarius p. 719. præpositiones absolute quasi adverbialiter sæpe poni, et in his ἐν δέ. Item Portus notavit istam præpositionem sine ullo casu verbis expresso poni &c. ex c. 74. Ἐν δὲ καὶ νυκτομαχίην τινὰ ἐποιήσαντο et 185. et 192. Et sane id quidem est perfrequens, prout ab quovis lectore potest congeri: facile enim potest, et forsan infra occurret quoque nobis dicendum. Sed ut geminari contingat præpositionem istam, id vero est plane ignotum, et tamen firmabimus exemplis. Nunc igitur scribendum distinctis singulis ἔν τε ἐν Λιμενηΐῳ ut 2, 176. Ἐν δὲ καὶ ἐν Μέμφι τὸν ὕπτιον κείμενον κολοσσὸν, quod exemplum ab nullo annotatur, etsi maxime conspicuum, ut sic in vacuum interiiciatur. Itaque ulterius iam progredi oportet, et quod beneficium præbetur ab MS. optimo, sic denuo restituimus Herodotum ex eo in huius libri cap. 67. Ἐγὼ γὰρ ἐν τῇδε θέλων ἐν τῇ αὐλῇ Φρέαρ ποιήσασθαι, ubi posterius ἐν vulgo abest. Ut egregie suspensa oratio mox demum nanciscatur plenitudinem, non tam in sententia, quam elegantia prorsus Herodotea, quæ causa est, ut cogar suspicari id genus loquendi corruptum esse in lib. 3. cap. 38. πολλοῖσι τε καὶ ἄλλοισι τεκμηρίοισι πάρεστι σαθμώσασθαι, ἐν δὲ δὴ καὶ τῷδε. Sic vulgo editur, neque ex aliis exemplaribus quidquam notavi, quum tamen prorsus videatur scripsisse, ἐν δὲ δὴ καὶ ἐν τῷδε nisi locum hunc intactum vellent esse similia prorsus verba capitis 15. libri eiusdem tertii. Atque ita repurgavi manum Herodoti et exemplari Mediceo ob fidem laudes gratesque egi. Sed an hoc solum est fulcrum, cui innixus ita de scriptoris huius stylo arbitror? Poterat certe id solum satisfacere, quum similia specimina immensum illi robur addant. Sed veritas ex puteo protrahenda est. Quid igitur volo? Nempe hunc locum citavit etiam Suidas in v. Τρώματα, idque scivit Kusterus; sed multum abest, ut passim ille solet, ab veritate: ne quidem ex MSS. Parisiensibus quidquam adfert. Scias igitur oportet in MSto Lugdunensi absque ulla litura istic exhiberi Ἐν τοῖσι τρώματα μεγάλα διφάσια Μιλησίων ἐγένετο (non ἐγένοντο ἔν τε ἐν Λιμενηΐῳ. Quod iam castellum potest munitius exstrui, quam est hic consensus? Ita ergo habe. Cæterum quod ad bonum Suidam attinet, oportet nosse hunc ipsum locum iam antea ab eo fuisse adhibitum
in voce Γύγης, ubi hanc restitutionem ex isto MS. 800
commendare non possum, quia quidquid in isto articulo legitur post verba προσπταίσας μεγάλως, non exstat in MS. Lugdunensi, et nescio a qua male fida manu adiectum esse patet inde, quia id non pertinet ad Gygen. Nisi fallor, sic iam securus esse potes.

7, 31. Σαδυάττης οὗτος γὰρ] Hæc est series vocum in optimo codice, non ut vulgo Σαδυάττης γὰρ οὗτος. Ne dubita id venisse ab Herodoto, ut huius libri cap. 119. Σῶσρα τοῦ παιδὸς γὰρ μέλλω θύειν 9, 96. Ἐπ' ἀμφότερα ἐπιλεγόμενοι γὰρ παρεσκευάδατο. Huius libri 24. Καὶ τοῖσι ἐσελθεῖν γὰρ ἡδυνήν. Qui locus adeo non omnibus placuit, ut posfideam exemplar, quod vir doctus ita mutavit: Καὶ τοὺς μὲν (ἐσελθεῖν γὰρ ἡδυνήν, αἱ μέλλοιεν ἀκούσεσθαι τοῦ ἀρίστου ἀνθρώπων ἀοιδοῦ) ἀναχωρῆσαι. Sed male.

8, 3. Πρὶν ἢ τὸν νηὸν ἀνορθώσουσι] MS. ἀνορθώσωσι, sicut mavult illic istum modum subiunctivum ponere, ut infra hoc lib. c. 136. et 8, 58. Πρὶν ἢ πενταετὴς γένηται. Alioqui iungit infinitivum.

8, 11. Πρὸς τὸ παρὸν] MS. παρεὸν. Sic plane c. 156. Ἦν τὸ παρεὸν ὑπεκδράμωσι. Infra: Παρεόντων et παρεούσης, et cap. 33. Τὰ παρεόντα ἀγαθὰ· cap. 77. Παρεόντα στρατὸν, ut cap. 24. ἐπεὼν· cap. 153. Τοὺς παρεόντας οἱ Ἕλλήνων. Et quanto plura apud Portum? Immo ut ubique id retineat.

8, 14. Αὐτίκα ἔπεμπε κήρυκας.] Pro his κήρυξι infra

He-

Herodotus nominat ἀπόσολον, ubi Valla interpretabatur *Dum caduceator Miletum venit* ad ſingularem redacto ſermone. Id videns Henr. Stephanus illic notat ſe vertere illa verba ὁ μὲν δὴ ἀπόσολος ἐς τὴν Μίλητον ἦν ſequendo præcedentia, *dum caduceatores Miletum veniunt Thras.* Sed quæſo an commodius hoc loco ſcribere κήρυκα, quam inferius tantopere turbare? Sane liber MS. plane κήρυκα, ſed alia manus deinde ſuperpoſuit ϛ, eodem exemplo, quo iam notavi ſuperius, ut rem pretioſiſſimam ſcias in mala manu fuiſſe. Sed et Lipſiæ ab Io. Friderico κήρυκα editum vidi. Unde ſingularem retinui, et voci ἀπόσολος, cuius vim et efficaciam non intellexerunt interpretes (quis enim dixit ἀπόσολον εἶναι ἐς τινὰ πόλιν pro *venire in aliquam urbem?*) ſuam veramque ſignificationem dedi, de qua forſan alibi. Deinde MS. προπεπυσμένος, non προπεπευσμένος, et τὰ Ἀλυάττης μέλλοι, non μέλλει. Sed et alia, quæ ad marginem expulerant vulgo, longe veraciora quam quæ Herodoto dabantur, repoſui MSto obſequutus. Habes et κήρυκα cap. 76.

9, 5. Τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου διατρίβοντα παρὰ Περιάνδρῳ.] Ita ut amicum eius amatumque ſcribere potuerit Gellius 16, 19. Quod tamen quomodo cum temporis notatione et Olympiadum computo conveniat, iam notavit Scaliger in Animadvers. pag. 84. Vide etiam Io. Meurſium lib. 1. de Archontibus Atticis cap. 10. et Salmaſium in Plinianis Exerc. pag. 138.

9, 21. Ἐν τοῖσι ἐδώλοισι.] Sic quum duobus plane locis exſtaret in optima membrana pro vulgatis ἐδωλίοισι, quæ penitus nota fuerunt Suidæ, Stephano et Scheffero citanti lib. 1. Mil. Nav. c. 41., nequivi id pro nihilo præternittere vel propter ſinceritatem eius ubique ſervatam. Iam vero quum ſic viderem quoque teſtari viros doctos legi pag. 745. in Goldaſti Lexico vocum Herodotearum, ἐδώλοισι, ὑποσρώμασι ϗηδος, ubi bonus Iungermannus (cuius marginalem notam prætermiſit Th. Gale) eam vocem vult fieri quinqueſyllabicam, omnino pro vera lectione habendum decrevi, quum Herodotus pluribus in locis abeat ab eo, quod vulgo terebatur, utque idem nunc contigerit, quod optimus codex teſtatur factum 2, 77. in his μικρὰ τῶν ὀρνιθίων. Et porro huic opinioni teſtimonium præbetur vel ab voce ἀνάκτορον, ut 9, 64. habet MS. pro ἀνακτόριον, vel ab voce ἐπωνύμιον, quod occurret 2, 112., vel ἐπιδήμιοι 2, 39. Quid ſi et ἄνολβον adiective dixerit, prout bis notavi in MS. legi cap. 32.? Sic εἴναλος εἰνάλιος notatum Scaligero Anim. 84. Sic tum ἐπιθάνατος, tum ἐπιθανάτιος. Accedit, quod in talibus vocabulis Herodotus habuerit ſuum aliquid peculiare, quod produco cap. 193. in voce vulgari etiam κηλωνίοισι. locoſum eſt, quod vides admitti in cap. 59., ubi quum Herodotus partem tertiam Athenienſium appellet Παράλους, et ſic cum omnibus exhibeat in ſua editione Th. Gale, is tamen in notis detrectat aliter illos vocare quam Παραλίους, etiam ſic ante notam velut ex Herodoto citans. Quis hanc Herodoti ſpretionem illi invidebit? Nec ignoſci potest Meurſio negligentiam nimiam adhibenti et citanti Παραλίων in Piſiſtrato cap. 3. Recte utroque utitur Marshamus pag. 601. Chronici.

9, 30. Ἀποπλέειν ἐς τὴν Κόρινθον.] Ex tot ante et post exemplis apparet voculam τὴν profectam ab male otioſa manu, quum et optimus MS. eam non agnoſcat; qui etiam vers. 39. Σῶς περὶ Ἰταλίην, omiſſa eadem particula. Deinde pro ἐξενεῖκαι ἐς Ταίναρον MS. idem
801 præfert ἐξενεῖκαι ἐπὶ Ταίναρον. Id quod etiam præcedens ſermo auctori noſtro vindicat.

10, 5. Γλαύκου τοῦ Χίου.] Nomen inter antiquos mire celebratum ob peritiam huius temperaturæ vel fabricæ, ſed ut diſcordent in patria, et de Samio Glauco alii loquantur. De qua ambiguitate crediderim optime ſcripſiſſe Stephanum Byzantinum, niſi ab Hermolao vel ab tempore ſic fuiſſent correpta, quæ ille latius extulit, et tantum miſeris modis contracta ad nos veniſſent. Loca nota ſunt, quæ viri docti vel ex antiquis conduxerunt, vel in quibus ipſi aliquid huc pertinens efferre voluerunt. Addi potest Æm. Portus in v. Ὑποκριτηρίδιον. Sed qui Glaucum Chium venerari quoque ob hanc artem voluit, est Achilles Tatius lib. 2. pag. 69., ubi dicit κρατῆρα μετὰ Γλαύκου τοῦ Χίου δεύτερον. Unus Plutarchus est, quem video in libello de Oraculorum defectu non modo citare nomen Herodoti, ſed etiam rem immutare in Ἐπικριτηρίδιον, quod poſtremum Stephanus ponit in Indice Theſauri, ita ut ignoret ὑποκριτηρίδιον, quod ſane exiguam meretur laudem. Plutarchus depravato animo maluit ab operculo et ὑψόθεν inſultare Herodoti nomini, quam ex inferiore parte, unde neſcit quid dicat.

10, 13. Ἔϛι δὲ μεταξὺ τῆς παλαιῆς πόλιος.] MS. τῆϛ παλαιῆϛ. Quod ſi ſcivisſet Tan. Faber, exclamavisſet ad tam feſtivum ἕρμαιον, quippe inventis quaſi duabus literis, etſi loco ſuo emotis et in τε mutatis, quæ fuerant τϛ. Is enim tripudians in Epiſtolis Criticis pag. 105. rogat Petavium, [Numquid dubitas, Vir Maxime, quin legendum ſit ἔϛι δὲ τὸ μεταξὺ τῆϛ πόλιος καὶ νηοῦ, ἑπτὰ ϛάδιοι,] gloriaturque per hanc voculam τὸ *orationis vitium, quod a nemine animadverſum fuit, tolli.* Sed eat Faber, quo mitti debent tales alienæ denſationes. Nam primo non ſic hanc ſtructuram effert Herodotus per ſingularem ἐϛὶ, ſed per pluralem εἰσὶ, et alio vocum ordine, ut cap. 93. Ἡ μὲν δὴ περίοδος τοῦ σήματός εἰσι ϛάδιοι ἓξ καὶ δύο πλέθρα. Et cap. 160. Καὶ γὰρ καὶ ἡ περίοδος τοῦ τείχεος οὐκ ὀλίγοι ϛάδιοί εἰσι. Præterea hic nihil deest, ſi ἑπτασάδιον ſcribas una voce, quæ ſcribendi vitio diſtracta est in duas ἑπτὰ ϛάδιοι. Mox optimus codex negat Herodotum ubique ſervaſſe illud αὐτέων, ſed habet τοῖσι δὲ αὐτῶν, ut etiam cap. 29. Ἕκασος αὐτῶν.

10, 26. Εἰρομένου δὲ Κροίσου.] Vocula δὲ rurſum hic non est in MS. et debet eiici, oratioque connexa legi.

10, 36. Εἰκότα ἐλπίζων.] MS. ἐοικότα, quod nequit Herodoto negari.

10, 39. Λαβεῖν ἀρώμενοι Λυδοὺς &c.] Vox media est per conſpicuam nimietatem omnino ſupervacua. Hinc illa iactatur et in formam diverſam collata, utique ab editionibus Stephani, nempe in ἀρᾶσθαι, prout hic infinitivus ſane ex vulgata conſtructione convenit antecedentibus τί δοκέεις εὔχεσθαι ἄλλο ἢ ἀρᾶσθαι. Sed contra MSStos hæc lucta est, et idcirco audax, unde Stephanus etſi præponens infinitivum, penitus tamen ſpernere non auſus participium, in margine ſignavit, quod plane legitur in optimo libro, ſervatumque fuit Aldo et Camerario. Et utique participiorum uſurpationis, quam Herodotus in deliciis habet, vix commodam alius ediderit rationem, ut illa ponat nullo innixa verbo. Vel unum vide ex 2, 127. de Chephrene: Νῆσον περιῤῥέειν, ἐν τῇ αὐτὸν λέγουσι κεῖσθαι Χέοπα· ὑποδείμας δὲ τὸν πρῶτον δόμον λίθου Αἰθιοπικοῦ ποικίλου, τεσσεράκοντα πόδας ὑποβὰς, τῆς ἑτέρης ταὐτὸ μέγαθος, ἐχομένην τῆς μεγάλης οἰκοδομῆς· ἑξῆσι δὲ ἐπὶ λόφου, &c. quæ poſteriora nihil pertinent ad participia præmiſſa. Et hic tamen antecesſit ἐπύθοντο.

11, 12. Ἵνα δὴ μή τινα.] Opinor longe ſuaviorem accidere unicuique ſeriem vocum ita ex MS. digeſtam, quam inverſo vulgi modo ἵνα μὴ δή τινα.

11, 16. Τοὺς ἄν σφισι Σόλων θῆται.] Inepte putidus fuit calamus, qui ſic abundavit, quum Herodotus una ſyllaba minus ſcripſerit, τοὺς ἄν σφι Σόλων. Sic enim MS. idque cum plurimis aliis exemplis approbetur, patiatur, oro, publica utilitas hoc loco conduci notabilia quædam exempla, quæ ſeparatim indicare est moleſtius. Nam ſimiliter corruperunt iidem cap. 159. Ὁ δὲ αὖτις τὸν αὐτὸν σφισι χρησμὸν ἔφαινε. Lib. 2. cap. 2. Καὶ τὴν ὥρην ἐπαγινέειν σφίσι αἶγας· et cap. 13. Ὡς εἰ μὴ ἐθελήσει σφίσι ὗειν. Quibus omnibus locis MS. conſtanter ſyllabam unam deripit retinens ſolum σφι, ſed et in poſtremo, εἰ μή σφι θέλοι ὗειν. Quod reiici nequit propter gemina plane in lib. 3. cap. 117. Τὸν μὲν γὰρ χειμῶνα ὕει σφι ὁ Θεὸς. Vice tamen contraria idem hoc libro primo cap. 142. Κατὰ ταὐτὰ διαλεγόμενοί σφισι, non σφι, ut est in vulgatis. Lib. 2. cap. 37. Ἐγγίνηται σφι. MS. σφίσι et cap. 39. Ἕλληνές σφισι ἐῶσι· et cap. 121. parte tertia ἐντέλλασθαί σφισι τὸν ἂν ἴδωσι· cap. 158. Τοὺς μή σφισι ὁμογλώσσους· lib. 3. cap. 71. Ἐδίδοσάν σφισι πίϛεις.

11, 30. Τῆς πολλῆς θεωρίης εἵνεκεν ἐπελήλυθας.] Ante hæc verba videas in editionibus magnam bonæ lectionis copiam eiectam in margines; quam quum etiam 802
confirmaret Mediceus codex, ut genuina Herodoti recipienda iudicavi, nempe Αὐτῶν δὴ ὧν τούτων —— εἵνεκεν; item ἐπεδείκνυσαν. Item θεησάμενον δέ μιν τὰ πάντα καὶ σκεψάμενον &c. Sed quod maximi momenti est, et minime præteriri oportuit, ſedet in verbis, quæ prima poſui. Neque enim miror interpretes in hoc loco apte vertendo ab ſe invicem caſtigari, et reiecto Valla ab Friderico præferri verſionem Stephani, *quam, utpote philoſophari volens, multa videndi ſtudio confeciſti.* Sed ubi in Græcis illud *quam?* Immo illi præcipites feruntur, quia corruptis Græcis Latina qui poſſunt bene emendata eſſe, aut illis corruptis concinne reſpondere? Crediderunt nempe illi Herodotum ab ſe legi, prout credidit tantus lectorum numerus, forſan etiam ab ſe intelligi, quæ legerent. Sed hic dies fidem faciet inepti eſſe omnia velle interpretari, et relictis in vitio verbis ſcriptorum ſententiam ſuam exprimere. Omnino illud ἐπελήλυθας nihili est, niſi accuſativum ſuum videat. Igitur ut non tantum intelligatur, ſed et lenitas Herodoteæ manus appa-

reat, corrige pulcherrime ex MSto Ὡς φιλοσοφέων τὴν πολλὴν θεωρίης εἵνεκεν ἐπελήλυθας. Verto autem; *Quemadmodum philosophari cupiens plurimam mundi partem videndi studio adieris.* Ita perspicue iste codex, et miror hic tacere Galeum. Et universa loquutio est in illis 2, 157. Ὅτε τὸ πᾶν διζήμενος ὁ Τύφων ἐπῆλθε. Solet enim sic agere Herodotus, ut voculam γῆν et χώραν sæpe reticeat, interdum retineat et exprimat, ut 4, 76. Ἐπεί τε γῆν πολλὴν θεωφήσας, καὶ ἀποδεξάμενος κατ' αὐτὴν σοφίην πολλὴν. Et cap. 171. Μίνω κατεσφαμμένου γῆν πολλὴν. Sed quod dixi supprimere, habes 5, 103. Καρίης τὴν πολλὴν, ut nunc quoque sub τὴν πολλὴν eadem intelligatur, nec dubito, quin ea observatio neglecta fraudis huius fuerit origo. Sic libri primi cap. 96. Ἐν τῇ ἑωϋτοῦ ἐὼν καὶ πρότερον δόκιμος, ubi etiam a turbando absterret idem codex, quum sic quoque loquatur lib. 2. cap. 113. Nam rei ipsius exemplum est ipse noster Herodotus Solonem imitatus, ut patet ex narratione lib. 2. cap. 104., et duobus sequentibus. Immo verba Herodoti Democritus ad se transfert apud Clementem 1. Stromat. Ἐγὼ ἀνθρώπων γῆν πλείην ἐπεπλανησάμην, ἱσορέων τὰ μήκιστα.

11, 43. Ἐς τοῦτο δὲ τοῦ βίου εὖ ἥκοντι.] Malus Græcismus ab Valla spectatus, ut interpretaretur, *quum hoc vitæ, quantum in nobis situm est, bene traduxissem.* Nec enim is genitivus aliunde debet pendere quam ab verbo ἥκειν. Itaque Portus in Lexico Ionico vertit (ubi etiam habes affatim exemplorum de isto genitivo verbum ἥκειν comitari solito) *Cum ad hoc usque tempus vitam feliciter traduxissem.* Sed notatio illa temporis supervacua, idque ut tibi persuadeas, liber vetus Florentiæ ignorat istud ἐς. Hinc iam manifeste patet, Herodotum scripsisse Τούτῳ δὲ βίου εὖ ἥκοντι, palmaria sane correctione.

12, 7. Τούτοισι γὰρ &c.] Quam extulerint antiqui rhetores id quod sequitur, tanquam παράδειγμα διηγήσεως, et quidem petitum ἐκ τῶν πραγματικῶν, patet ex notatione Theonis Sophistæ in Progymnasm. pag. 15.

12, 10. Λέγεται ὧδε λόγος.] Rectius in MS. λέγεται δὲ ὁ λόγος. Sed et paulo post MS. ἐκκλῃδόμενοι, non ἐκκλῃζόμενοι· in quo unice firmat integritatem suam aliis labe temporum infectis, quum id prorsus Herodoti sit. cap. 182. Τότε ὧν συγκατακληΐεται. Itaque recte MS. lib. 2. cap. 121. Καὶ τοῦ οἰκήματος κεκλειμένου pro vulgato κατακεκλεισμένου. Etsi nihil notaverim ad illud 3, 117. Περικεκλεισμένον, quod exstat in medio vocum περικληΐουσαι et περικληΐοντος et ἀποκεκλῃμένον.

12, 18. Ἀπίκοντο ἐπὶ τὸ ἱρὸν.] MS. Ἀπίκοντο ἐς τὸ ἱρὸν. Contra quam supra vidimus accidisse. Sed ἐπὶ non sufficit, quum iam requisitum fuisse dixerit κομισθῆναι ἐς τὸ ἱρόν. Quinimo præclare de Herodoto nunc mereri codicem Mediceum ostendit Plutarchus in consolatione ad Apollonium, ubi referens hæc ipsa dicit non modo Τῆς εἰς τὸν νεὼν ἀναβάσεως ἥψεν ὁ καιρὸς, sed etiam ἀγαγεῖν εἰς τὸ ἱερὸν, ubi quum in narratione sequenti testetur ex Pindaro se habere illam, in hac supprimit auctoris, quem sequitur, nomen, nec Herodotum agnoscit, otioso illi infestus. Utique cap. 35. iterum habes ἀπικνέεται ἐς τὰς Σάρδις.

12, 24. Ἐμακάριζον τῶν τεκνίων τὴν γνώμην.] Recta videntur hæc et ideo sine vitii suspicione ita legi placuit, perinde ut facit Ælianus de Gelone 13. Var. Hist. 37. Καὶ ἐθαύμασαν αὐτοῦ τὴν γνώμην οἱ Συρακούσιοι. Attamen nec ipse nec alius opinor quisquam credet ita Herodotum instituisse; ut eosdem paulo ante vocaret νεηνίας, nunc τεκνία, versiculo uno post τέκνα: et si id factum est, utique illud τέκνα vix bene convenit. Præterea animadvertendum est ab Herodoto non modo non statim ante, sed ne deinceps quidem dicere celebratam esse γνώμην horum adolescentium; 803 quin etiam ne si habuissent adeo piam γνώμην, ut in locum iumentorum succedere et matris currum trahere vellent, id facere potuissent, nisi pares vires ipsis adfuissent. Unde etiam occasione narrationis virium in ipsis ad alteram historiam hanc venit Herodotus. Itaque si non in universa, certe in priore harum vocum parte melius ac rectius existimem legi in optimo codice ἐμακάριζον τῶν νεηνιέων τὴν ῥώμην, et utrumque probavi.

12, 44. Πολλὰ μέν ἐστι ἰδεῖν.] Hæ sunt captationes et acrimoniæ ingeniorum, quum Herodotus teste membrana Medicea ediderit ἐστὶν ἰδεῖν, ut deinde παθεῖν, quibus Valla interposuit insulse *quæ nolit quispiam tolerare.* Id enim habet inclusum malum; ideo omittit Herodotus: ἰδεῖν est ambiguum et commune.

12, 47. Παρέχονται ἡμέρας.] Hoc computum quotidianum erat penes nummularios, ut quum subducerent sua in futurum lucra ex mutuis sub usura nummis, non in annos ea aut menses præsignarent, sed et in dies, immo et in horas infinita, ut mireris fere ab Herodoto sic introduci loquentem Solonem, idque inter Lydos, isto tempore tocullionibus uberrimos. Nihilominus recte venit quoque ad dies, nec solum perdurat dixisse annorum numerum, ut sic defungatur. Mentio dierum magis commovet audientem, quum optime sciat exiguitatem singulorum, quæ facile et celeriter circumvolvi potest: sed et dies proprie sunt intervalla, quibus actiones humanæ ineluduntur; ut vita per dies agi dicatur, non annos, quod constat ex scriptis antiquissimis, quæ modum vitæ humanæ terminantes aut miseratres voce dierum utuntur. Etiam in anaglyphis, ubi mortalitas per alicuius mortem et hinc solennia circa morientem exprimuntur, sæpe solem et lunam reponi pariter deprehendimus diem naturalem peragentes. Quod innuere videtur voluisse auctor cælatæ in pluribus imaginibus urnæ, quarum utrinque seriem includit hinc Luna, inde ab tergo Sol, inter horum vicissitudines vita actionibusque hominum provolventibus. Exstat apud Cl. Monsaucon in Diario Italico pag. 314., sed obscurior.

13, 4. Τριήκοντα.] MS. τριήκοντα· ut cap. 65. norunt τριηκάδας: et mox idem MS. τουτέων· item ἑξακισχιλίων καὶ δυσμυρίων.

13, 5. Μῆνες τριήκοντα πέντε.] Sapiens ille Sam. Petitus ad hæc notat *Imo etiam plures*, et præterea errorem Herodoto impingit, quem ego absterfurus non sum. Sed, credo, Petitus doluit, quod ad colloquium Crœsi et Solonis non fuerit admissus tertius; quam minute is hæc omnia regi proposuisset? Sic hominum sunt diversæ factiones. Cæterum his intermiscri debet, quod Herodotus annum statuat dierum 360. manifeste lib. 3. cap. 90., sicut Ægyptios ait τριηκοντημέρους egisse τοὺς δυώδεκα μῆνας 2, 4.

13, 11. Πᾶν ἐστι, ἄνθρωπος συμφορή.] Non dubitavi reponere veterem ex fidelissimo codice lectionem, præsertim quum viderem similiter legi in editionibus priscis Aldi et Camerarii, nisi quod habeant συμφορῇ. Henr. Stephanus est, qui ultra sæculum sic fascinavit sua lectione Herodotum, obtemperante inique Iungermanno, ut in eo legatur Πᾶς ἐστι ἄνθρωπος συμφορὴ, exigens etiam ut verteretur, *Ita igitur, o Crœse, omnis homo est ipsa calamitas*, prout in hac parte ei obsecundavit quoque Fridericus, quum ego mirer sic ordinem verborum, quem dedit Herodotus, turbari, et ubi in illis est *ipsa*? Immo quid vult? Profecto quæsivit Stephanus amplificationem in verbis, quæ ipsam non capiunt nec continent. Nec sane quia quisque dies diversus est ab altero in rebus, quæ adducuntur, ideo omnis homo potest dici ipsa calamitas. Quid igitur dicit Herodotus? Nempe Solonem introducit dicentem Crœso *ita igitur, Crœse, universum est, homo calamitas.* Distinctione enim adiuvandus erat locus. Nonne enim penitus simile est, quod legimus apud Græcos eosdem ἄνθρωπος Εὔριπος, et ἄνθρωπος παμφόλυξ vel bulla, ut vertit Varro. Βραχυλογία placuit, quam explanat 7, 49. αἱ συμφοραὶ τῶν ἀνθρώπων ἄρχουσι καὶ οὐκὶ ὤνθρωποι τῶν συμφορέων. Maius corruptelæ momentum accesit ab illis, qui Herodotum ad suas opiniones meditationesque citant, plerumque licenter, ut Clemens Alexandrinus sustinuit libro 3. Stromat. p. 432. citare Πᾶς ἄνθρωπός ἐστι συμφορὴ, permixto iam Græcorum ordine.

13, 12. Πλουτέων μέγα φαίνεαι.] Non male ita, sed debuerunt pergere, et sequentia componere pari modo, καὶ βασιλεύων πολλῶν ἀνθρώπων aut βασιλεὺς ὤν, quum verbum quoque amet Herodotus coniungere participiis; quod illi nunc displicuisse probant ista βασιλεὺς εἶναι, ut scripsit in sequentibus, et vulgo recte legitur. Docte igitur et in prædedente parte πλουτέειν, ut mox καὶ βασιλεὺς εἶναι, in quo bene convenit codici Mediceo cum codicibus MSS. Galei.

13, 18. Εἰ μὴ ἡ τύχη ἐπίσποιτο πάντα καλὰ ἔχοντι.] Hoc quoque ad Herodoti dulcedinem acidum est. Unum tamen ex fide editores, quod in scriptis exemplaribus invenientes ἔχοντα, eam varietatem publicarunt, etsi tantum in margine, quum verbum ἐπίσποιτο tertio casu suo fraudari nequiret, sed ignari, qui uterentur. Nos utrumque percommodo remedio emendamus ex optimo MS. qui habet, εἰ μή οἱ τύχη ἐπίσποιτο πάντα καλὰ ἔχοντα τελευτῆσαι τὸν βίον. Visum enim fuit Herodoto sufficere, si verbum unum casui suo iungeretur, alter infinitivus ne sua parte careret. Sic cap. 19. Εἴτε καὶ αὐτῷ ἔδοξε πέμψαντι τὸν θεὸν ἐπισκέσθαι περὶ τῆς νούσου. Sic quidem editur vulgo. Sed MS. plane habet πέμψαντα, cui secunda alia manus superinscripsit τι et tanquam elegans potuit prævalere ge-

genuino, quod nunc reſtituimus. Sic etiam cap. 53. *Τοὺς δὲ Ἑλλήνων δυνατωτάτους συνεβούλευόν οἱ ἐξευρόντα φίλους προσθέσθαι.* Æmil. Portus, quum haberet ante oculos verba ex 7, 10. *Εἰ οἱ ἡ τύχη ἐπίσποιτο*, in noſtro tamen loco citando eum dativum ignorat. Incertos nos relinquit Galeus, quum post citata verba *ἔχοντι τελευτῆσαι* dicit in MSS. ſuis legi *εὖ τελευτῆσαι*, idque poſtulare ſententiam. Utrum ergo pro participio est in illis *εὖ*, an *ἔχοντι εὖ τελευτῆσαι*? Cuperem id ſcire. Prave utique iudicium exercet, et, quum ſcribit voculam *εὖ* poſtulari ab ſententia, labitur, quippe cuius vis est in illis *πάντα καλὰ ἔχοντα*. Interim præclare idem confirmat voculam *οἱ*.

13, 21. *Εὐτυχέες.*] Hæc prima huius vocis mentio in hac hiſtoria, de qua ſic notat Camerarius in hiſtoria rei nummariæ non procul ab principio [Apud Herodotum docet Solon Crœſum, quid inter *ὄλβιον* et *εὐτυχῆ* interſit: *ὄλβιον* enim dici neminem oportere ante felicem vitæ finem; ſed rebus ſecundis et fortuna proſpera *εὐτυχῆ*. Hoc non ſapienter monuiſſe Solonem dicit Cato in tertio Finium] Id non patitur hic ipse Herodoti locus, ubi æque *εὐτυχέες* dicuntur, qui mediocria habent patrimonia.

13, 29. *Ἄπειρος δ' ἐσὶ, ἄνουσος, ἀπαθὴς κακῶν.*] Quid de hoc loco muginati inter ſe ſint Cl. viri, Ioh. Georg. Grævius et Tanaquillus Faber, ignoro. Sed hic in Epiſtolis Criticis pag. 205. de eo teſtatur ad oram libri ſui hæc verba adſcripſiſſe. „ [Legi pot„ est *ἄπειρος δ' ἐσὶ νούσων, ἀπαθὴς κακῶν.* Itaque, ut „ vides, in tanto locorum intervallo *συμφωνοῦμεν*: nam „ utrique noſtrum idem in mentem venerat.“] Si hæc ita ſe habent, potuerant ſine damno publico contineri intra privatos parietes. Nam et ſancte ista edita ſunt ex codicibus antiquis, et ſenſus cum Græcismo est pleniſſimus, quum procedat ab generali ad ſpecialia, primo dicens eum eſſe *ἄπειρον*, non tentare multa et hinc etiam non diſcere quanta varietas ſit difficultatum, etiam est *ἄνουσος*, etiam *ἀπαθὴς κακῶν* &c. Quid autem volunt illi? an *ὄλβιος* est *ἄπειρος νούσων*? Quo pignore, quo exemplo id probant? an is non circumfert corpus humanum? Certe non est *ἄπειρος νούσων*, ſed est *ἄνουσος*, non ut dives luxurioſus et corrupto corpore perpetuis morbis ſibi ipsi gravis. *Ἄπειρος, οὐκ ἰδὼν οὐδὲ παθὼν ἃ πολλὰ παθεῖν δεῖ ἄλλους.* *Ἄπειρος* et *Ἀπαθὴς* ſic iunguntur cap. 207., etſi in alia cauſa.

13, 33. *Ἐπισχέειν μηδὲ καλέειν.*] Sic viri docti valde anxii ſunt de Ionismo. Sed cur non etiam 7, 10.? *Ἐν δὲ τῷ ἐπισχεῖν ἔνεσι ἀγαθά.* Agnoſcis caſtitatem exemplaris Italici, unde hanc ipsam ſcripturam huic loco reddidi, ex quo præterea non *οὐδεμίη* mox leges, ſed *οὐδεμία*.

13, 38. *Ἂν τὰ πλεῖσα ἔχοι.*] MS. *ἔχῃ*. Ita rurſum cap. 138. *Ὃς ἂν λευκὴν ἔχῃ* MS. ubi vulgo ſimiliter *ἔχοι*, et ſæpe quod ex MS. decernemus, ſed et mox *αὐτῶν πλεῖσα*, non *αὐτέων*, quod est moroſi.

13, 39. *Ὡς δὲ καὶ ἀνθρώπου σῶμα ἓν οὐδὲν αὐταρκὲς.*] Hunc locum imitabatur Caſſius Sophiſta, quum ſcriberet: *Virgilium illa felicitas ingenii in oratione ſoluta reliquit, Ciceronem eloquentia ſua in carminibus deſtituit, orationes Salluſtii in honorem hiſtoriarum leguntur, Platonis oratio pro Socrate ſcripta nec patrono nec reo digna. Hoc non ingeniis tantum, ſed corporibus videmus accidere. Illi nemo luctando par est, ille ad tollendam magni ponderis ſarcinam prævalet* &c.

13, 44. *Τὸ οὔνομα τοῦτο, ὡς βασιλεὺς, δίκαιός ἐσι φέρεσθαι.*] Retinui editam antehac mira continentia lectionem, ſed quæ doctos lectores ſæpe offendit, ut vix credam fuiſſe quenquam vel exigua peritia, qui non correxerit *ὦ βασιλεῦ*. Quod etſi protulerit primus Stephanus, habeo tamen et Aldinam, cui docta manus adſcripſit, ſive illa ſit Rudolphi Launæi, quod nomen primis in paginis ſignatum est, ſive alterius. Id nobis nequaquam probatur, qui adhæremus antiquis libris, quos credibile non est, ſi hoc loco concepta fuit talis alloquutionis formula, non magis tunc eam corrupturos, quam corruperunt in principio, quod est in cap. 30. Et quare non ad illuſtrandum *ὄλβίου* decus integrum arceſſeret ſimilitudinem regis, quam Crœſus optime noverat? Hic est, qui velut omnia implet felicitatis ſuæ, qui perpetuo uſu poſſeſſam
805 ſemel obtinet felicitatem omnibus amœnitatum deliciis ac votis cumulatam; qui ſicut est ſuper omnia, ſic bene mortuus plane est ille, qui ſub pedibus ſubiecta habet omnia mortalitatis diſcrimina. Nonne dixit iam ſupra? *Ἐμοὶ δὲ σὺ καὶ πλουτέων μέγα φαίνεαι, καὶ βασιλεὺς εἶναι πολλῶν ἀνθρώπων.* Tale apud Palæphatum in capite de Spartis Cadmi. *Κάδμος ἀφίκετο ἐς Θήβας πρὸς τὸν ἀδελφὸν Φοίνικα ἀμειληθησόμενος περὶ τῆς βασιλείας, ἔχων ἄλλα τε πολλὰ, ὅσα βασιλεὺς, ἀλλὰ δὴ καὶ ὀδόντας ἐλεφάντων.* Nonne *τοῖς ἐν τέλει* apud Sophoclem in Antigone explicant ſcholia *τοῖς βασιλεῦσι*? ut *βασίλεια* ſit *τέλος*.

14, 4. *Ἐκ θεῶν νέμεσις.*] MS. *ἐκ θεοῦ*, ut ſemper Herodotus 2, 13. *Εἰ μὴ ἐθελήσει σφι ὖειν ὁ θεός.* Et cap. 64. *Εἰ ὧν ἦν τῷ θεῷ τοῦτο μὴ φίλον*, quum præmittat de deorum templis. 8, 13. *Ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ θεοῦ, ὅκως ἂν* &c. Et notabile huius libri cap. 105. 7, 46. fin. 8, 60.

14, 17. *Τοιοῦτον πρῆγμα.*] Sic ſæpius et alii. Sed et noſtro Herodoto id impingitur rurſus 2, 5. Verum in hoc loco habet optimus MS. *τοιοῦτο*. Ut cap. 93. *Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτό ἐσι* cap. 185. *Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτο ἐποίησε* 2, 119. *Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἐπὶ πολλὸν τοιοῦτο ἦν* et 4, 82.

14, 26. *Καθαρσίου ἐδέετο ἐπικυρῆσαι.*] Omnino et hoc alienæ liberalitatis ſpecimen est. Et quid? an non mirari oportet Æm. Portum annotare noluiſſe hoc compoſiti exemplum, quum ſimplicis verbi *κυρεῖν* vel ſex loca congeſſerit? Quod amplius est, Henr. Stephanus ex Herodoto confirmat hoc compoſitum, non declarans, utrum ex hac parte, an aliunde; etiam mirare eundem ex Heſiodo id compoſitum immiſcentem Græco ſermoni. Scias, bone lector, in Mediceo MS. deleta præpoſitione exhiberi *ἐδέετο κυρῆσαι*. Neque est neceſſe in hoc luxuriari exemplis, quum iam indicaverim iis abundare Lexicon Æmil. Porti, quum interim ſuperſit 9, 87. *ἀντιλογίης κυρήσειν*. Deinde MS. *ἄνθρωπε* pro *ἄνθρωπε*, quomodo et filium Crœſi infra exclamaſſe teſtatur MS. idem *ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον*.

14, 31. *Ἐπίσιος ἐμοὶ ἐγένεο.*] Interpretatio Latina, *domeſticus mihi factus es*. Sane et hoc inest. Sed oportebat exprimi aliquid magis ſpecificum et arctum. Itaque per gradus complures aſcendit Æmil. Portus, et neſcio an ad proprium huius loci venerit *domeſticus, qui apud aliquem divertit, vel, qui ad aliquem accesſit ſupplex. Qui ad alicuius larem ſupplex ſedet.* Sed propior venit Des. Heraldus lib. 1. Digreſſionum cap. 26. *Eas quoque ædium partes quandoque occupabant, quas exiſtimabant ſanctiores, veluti focum, ἑστίαν, ubi etiam Dii penates.* Ubi plura. Vide et ad 16, 47.

14, 33. *Γορδίεω μὲν τοῦ Μίδεω παῖς.*] Vallam, quum interpretatur *Midæ Gordio prognati filius* legiſſe *Μίδεω μὲν τοῦ Γορδίεω*, quod notat Stephanus, vel puer videat, ut ista nota non tantum ſit ſupervacua, ſed etiam inutilis. Nec enim inde affertur quidquam melius. An inſpexit locum Ptolemæi Hephæſtionis inter excerpta Photii, ubi ſcribitur *Ὅτι παρ' Ἡροδότῳ, ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν, ὑπὸ Ἀδράστου τοῦ Γορδίου ἀνῃρημένος*? Ut eum putet oſtendendum contra Vallam, qui ſufficit refutandæ illi mutationi? Quid in mente fuit Cl. Theod. Bezæ ad *Πράξεις Ἀποσόλ.* 7, 16. ſcribenti [ſed ſubaudiri etiam interdum parentum nomen in hoc dicendi genere liquet ex his Herodoti verbis in Clio, *Ἄδρασος ὁ Γορδίεω, τοῦ Μίδεω*, id est, *Adraſtus nepos Gordii, qui pater fuit Midæ?*] Ipse dixerit. Nihil in his est ſcrupuli.

14, 35. *Φονεύσας δὲ ἀδελφεόν.*] Cautior profecto in hac parte Grentemesnilius, traditurus alias circumſtantias, quæ haberi poterant, et nomen fratris, præmittens [ſi fides Ptolemæo Hephæſtioni apud Photium] quam Galeus, qui in hoc indicio fruſtra iungi huic antecesſori voluit et ridicule adſcribit [Fuit ei nomen Agathon. certamen erat de coturnice] quaſi ſua fide in eo niti lectorem vellet. Mox edidi *ἐν ἡμετέρου*, et *ἐν Κροίσου*, quod utrumque ſic exſtat in optimo MS. item ſimpliciter *ὁρμώμενος δὲ οὗτος ἐκ τοῦ ὄρεος*.

14, 44. *Συὸς χρῆμα γίνεται μέγα.*] De hoc loco iam olim ita notavit Æm. Portus in Lexico Ionico [*Χρῆμα* Nomen hoc ſæpe non rem, ſed rei magnitudinem quandam inuſitatam ac admirandam ſignificat. *μέγα συὸς χρῆμα* aper eximiæ magnitudinis pag. 9, 34.] At Stephanus in Recenſione pag. 733. maluit exempla congerere, nihil ſuum dicens. Illa igitur Porti, niſi fallor, affatim ſunt clara. Quid ergo habet, quod literis imputet Ezech. Spanhemius hæc ipsa Herodoti verba trahens ad Callimachi *ἐλάφους, μέγα τι χρῆος* pag. 201. et mirifice illam inſignem magnitudinem inulcans nulli ignoratam? Præſertim quum iam ex Budæo reddiderit Stephanus, quaſi *ἀντὶ τοῦ μεγέθους καὶ θαύματος* dicunt per genitivum, ut *χρῆμα νοῦ* &c. ubi etiam habet ex Xenophonte *Καταβάλλει τὴν ἐλαφον καλόν τι χρῆμα καὶ μέγα.* Est autem id aſſiduum et apud fabulatores quos *λογοποιοὺς* vocant, et hiſtoricos, in quibus est Antoninus Liberalis; ſed magnitudinis 806
eius notatio non ſedet in vocabulo *χρῆμα*, verum in

adiectivo quod addunt, non addituri, si naturaliter inhæreret voci χρῆμα.

14, 45. Τοῦ οὔρεος.] MS. ὄρεος. Et cur non cap. 43. fecerunt τὸν οὔλυμπον τὸ οὖρος, sed retinuerunt ὄρος?

14, 47. Ἐπ' αὐτὸν ἐλθόντες.] MS. ἐπ' αὐτὸν ἐξελθόντες. Id certe ad proprietatem loquendi multo aptius. Notum est ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξελήλυθατε.

15, 15. Ἀποχρεομένων δὲ τούτοισι τῶν Μυσῶν.] Nimii hic fuerunt viri docti. Nam quum Valla sustinuisset vertere *Cuius verbis quum contenti non essent Mysii*, collegit inde Stephanus et in notis et in præfat. pag. 742. lectum ab illo fuisse οὐκ ἀποχρεομένων, eamque in nota ait videri veram lectionem esse; quomodo et alii et Ælianus 6, 8. Var. Τῷ δὲ Βαγώᾳ οὐκ ἀπέχρησε τὸ ἀποκτεῖναι τὸν Ὦχον. Itaque huic obsecutus Io. Fridericus voculam utramque in contextum et per Græca et per Latina contulit. Sed imperite, præsertim quum iam ante illum monuisset Æm. Portus in Lexico, citans hunc locum, et interpretans [*Quum bis contenti essent Mysi*, Latinus interpres vertit *Quum contenti non essent Mysii*. Sed male. vertendum enim, ut hic vertimus, quod aliis exemplis illustratum confirmabitur.] Quod si multitudo usurpationis vincere potest, omnino prævalet hæc sententia et explicatio Porti, qui plurima eius exempla collegit tam in activa, quam media forma; etsi non inique interim cogitaveris, quid sit intervenire filium, quum contenti essent Mysi? ubi nec ullum vestigium suæ animi molestiæ hi Mysi præbent, sicut neque contrarium sibi ostendunt valde placere responsum Crœsi; nisi si ex verbis suis id auctor vult colligi. An non posset esse compositum pro simplici? ut notaret, quod sensus requirit: *dum Mysis hoc responsum dabatur*, vel *quum Mysis per ista responsum daretur*. Attamen placeat Portus.

15, 41. Διεφθαρμένου τὴν ἀκοήν.] Galeus Herodoto confert aliquid dimidiatum, et ex MS. profert ἀκμῇ, sed articulum non tangit, qui quomodo legatur in MS. certe intererat scire. Quod etsi ille probet, ego nihil muto. Nam sic αἰσχρὸς τὸ σῶμα apud Ælian. 10, 6. Ex Lycophrone Pollux κατεαγῆς τὸ σκάφιον πληγεὶς ξύλῳ. Noster 1, 174. Τιτρώσκεσθαι τάτε ἄλλα τοῦ σώματος, καὶ μάλιστα τὰ περὶ τοὺς ὀφθαλμούς· 2, 111. Καμόντα τοὺς ὀφθαλμούς· 122. Καταδεδεμένον τοὺς ὀφθαλμούς.

16, 2. Ἀμείβεται Κροῖσος τοῖςδε.] Vox postrema non exstat in MS. quum antea probavisset.

16, 8. Ἐγὼ σε συμφορῇ πεπληγμένον ἄχαρί τι τοι οὐκ ὀνειδίζων ἐκάθηρα.] Hæc improbe spuria sunt, et uno eodemque anhelitu nimis multa simul efflat. Et quid est, quod Valla non retinet participium, sed parentheſi admisſa vertit *non ingrato tibi hæc exprobro*? nec aliter Stephanus etsi corrigens et vim vocis ἄχαρι aliorsum trahens, *quod non dico ut quicquam ingratum tibi exprobrem*? Mirum erit, nisi prior legit in suo exemplari ὀνειδίζω. Quod sane ita exstat in optimo codice, eiusque verbi ab Porto derelicti proprietas in Herodoti exemplis hæc est. Huius libri cap. 90. Παραιτεόμενος ἐπεῖναι οἱ τῷ θεῷ τούτων ὀνειδίσαι. 4, 79. Σκύθαι τοῦ βακχεύειν πέρι Ἕλλησι ὀνειδίζουσι· 8, 92. Ἐς τῶν Αἰγινητέων τὸν μηδισμὸν ὀνειδίζων· et 106. Ὡς δὲ οἱ ταῦτα ὠνείδιζε. 143. Ὡς τε οὐδὲν δέῃ τοῦτό γε ὀνειδίζειν. Quæ variam ostendunt eius usurpationem, faciuntque, ut hæc vulgata sordida et consarcinata male existimem, (nam neque dicitur apud Græcos verbum ὀνειδίζειν iunctum duobus accusativis) præ illis, quæ in MS. leguntur, nempe: ἀχαρίτην τοι οὐκ ὀνειδίζω· et includenda parentheſi. Nam vocis huius ἀχαρίτης ingenuitas non magis mihi suspecta venit, quam alia, Ἀχάριστος in huius libri cap. 90. vel ἀχάριτα cap. 207. prout hoc ipsum ἀχάριτος etiam modo ex uno exemplo memorant, nempe Plutarchi Solone.

16, 13. Παιδός σε τοὐμοῦ.] MS. τοῦ ἐμοῦ.

16, 22. Οἰκός ἐστι.] Sic est in MS. non εἰκὸς, ut est in anteeditis, quod ita frequentatur Herodoto, ut solum annotatum sit ab Porto, vocis εἰκὸς ne mentionem quidem faciat; certe οἰκότα ter repetuntur in lib. 8. cap. 60. Et iam supra habuisti cap. 27., ac sæpius infra monere oportebit. Mox vocem ἀπήμονα adnexui verbo ἀπονοσήσειν, a quo per comma in omnibus editionibus solebat divelli, quum Valla in Latinis id iam fecisset.

16, 31. Λεγάσι τε νεηνίῃσί τε καὶ κυσί.] Hæc quum sic confecissent editores, etiam versio similis procusa est *viris delectis iuvenibusque et canibus*. Quo nihil nasutius; tanquam λογάδες non nisi de viris delectis intelligi deberent, et quum Thucydides aliique λογάδας dicunt, non flos militaris ætatis, sed solum viri accipiendi essent. Nugæ prorsus. Lege ex optimo MS. deleta una supervacua ex copulativis, λογάσι τε νεηνίῃσι καὶ κυσί. *Et delectis iuvenibus et canibus*. Quid quod ne petierunt quidem plura Mysi. Dixit paulo ante Προσδεόμεθα σεῦ τὸν παῖδα καὶ λογάδας νεηνίας καὶ κύνας συμπέμψαι ἡμῖν, prout crebrius hanc vocem usurpari in hac historia docet Lexicon Æmil. Porti; 807
et certe hic locus est, quem innuit in verbo ἐξηρτυμένοι, citans ἐξηρτυμένοι λογάσι νεηνίαις, oblitus lonismi. Salmasius in Re militari Rom. p. 146. ex Onosandro adducit λογάδας στρατιώτας, quem vide. Sed ne turbet, quod λογάδες ex se sit femininum, annotavit idem ad Simmiæ Ovum pag. 172. σποράδας πόδας et plura. Diodorus Sicul. 14, 67. μιγᾶσιν ἀνθρώποις dixit.

16, 34. Ὁ ξεῖνος αὐτὸς δή.] Sic sane cap. 84. Ὁ ὢν δὴ Τρωϊάδης αὐτὸς ὁ Μάρδος. MS. tamen hoc loco ὁ ξεῖνος οὗτος δή. Et videtur operosior Herodotus in demonstrando Adrasto, sicut etiam vox ista intentius eum designat; ut sic repetens cap. 45. Ἄδρηστος δὲ —— οὗτος δὴ ὁ Φονεύς. Et cap. 32. Οὗτος ἐκεῖνος ὃν σὺ ζητεῖς. Et cap. 85. Ὁ δὲ παῖς οὗτος ὁ ἄφωνος. Et cap. 91. Ὁ Κῦρος οὗτος. Et cap. 110. Οὗτος δὴ βουκόλος. Nolo tacere in MS. etiam exstare Ὄλυμπον, non Οὔλυμπον, etsi et ante et postea sic gravet.

16, 38. Ἀγγελέων τῷ Κροίσῳ.] MS. ἀγγελέων Κροίσῳ. Ipsa lectio elatior id commendat. Ac deinde ἐσήμηνε, non ἐσήμαινε: quod nemo non est probaturus, etli statim sequatur προεσήμαινε.

16, 47. Ἔπίσιον.] Sic dici pro ἐφέσιον, ut ἰσίη pro Ἐσίη, et Ἰσιητόριον pro ἐσιατόριον notavit bene suis locis Æmil. Portus in Lexico. Modo si quid ea res iuvat literas, ista ipsa tria notavit quoque Ezech. Spanhemius ad Callimachum pag. 522., nisi quod vitiose apud Herodotum scribit dici Ἰσιατόριον. Fruere, qui potes: sed si de voce hac aliquid placet, potius lege Porphyrii Quæstiones Homericas num. 2., ubi agit de ignibus Troianis in poëta aliquoties occurrentibus, ubi vult intelligi ὅσοι Τρῶες αὐθιγενεῖς καὶ οὐ ξένοι, ἀλλ' ἑσίαν ἔχοντες, ὡς ἐν ἄλλοις περὶ τῶν αὐτῶν φασι Τρῶες μὲν λέξασθαι ἐφέσιοι ὅσσοι ἔασι, τουτέσιν, ὅσοι πῦρ καὶ ἑσίας ἔχουσιν· ὡς καὶ ἐν ἄλλοις, Ἦλθε μὲν αὐτὸς ζῶος ἐφέσιος, ἤτοι ἐς τὴν ἑσίαν· ἑσία δὲ ὁ οἶκος. Ὁ οὖν κεκτημένος οἰκίαν, ἐφέσιος· ὁ δὲ ἄπολις καὶ φυγὰς, ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέσιος &c. Si ullis aliis, certe his illustrantur ea, quæ scribit Herodotus 8, 61. inter Themistoclem et Adimantum acta.

17, 1. Φύλακα συμπέμψας αὐτῷ.] Nihil causæ est, ut nunc in loquendo tangat filium, quem modo memoravit. Invidia oneranda est in Adrastum, ut docet optimus MS. legendo αὐτὸν, quum illud αὐτῷ videatur imperite iteratum ex cap. 36. Ex eodem MS. etiam admisi. εὑρήκοι, quod alii iam ex codicibus scriptis protulerant, et postea Κροῖσος δὲ τούτων ἀκούων, non ἀκούσας.

17, 7. Καθάραντα.] MS. καθήραντα. quod expressi, ut infra καθήραντος.

17, 16. Ὡς εἰκὸς.] Ne hic quidem eam vulgari Græciæ usurpatam vocem quietam tolerat optimus MS. sed ut corruptam mutat in ὡς ἐοικός, ut et paulo ante et cap. 137. οὐ γὰρ δή φασι οἰκὸς εἶναι. Sic enim habet MS. pro εἰκὸς. Cap. 155. Ὡς οἴκασι, est in eodem MS. pro εἰκασι. Cap. 56. lib. 2. οἰκὸς et ibidem εἰκότα pro εἰκότα. Etiam 3, 38.

17, 20. Παρὰ τὸ σῆμα.] Vertunt *ad sepulcrum*, et divulsa ab antecedentibus volunt iungi sequentibus. At quæ ista loquutio: *ad sepulcrum sese super bustum transfodit*? an ex altero utro non satis perspicitur mens Herodoti? Sensus erat in his clarissimus, quum dicitur super bustum fecisse quodcunque. Laudemus igitur optimum MS. qui nobis Herodoti manum pariter servavit, ac veram sententiam indicat, exhibendo περὶ τὸ σῆμα, idque non ad sequentia, sed ad præcedentia pertinet. Verte igitur mutata distinctione; *ubi silentium hominum fuit circa sepulcrum, —— sese super bustum transfodit*. Deinde MS. αὐτὸς ἤειδε, non εἶδε, non ἤδεε, et iam notavit Gale idem ex suorum codicum uno.

17, 30. Καταβαλεῖν αὐτῶν αὐξανομένην.] Vertunt, *potentiam Persicam priusquam magna efficeretur, occupare*. At in Græco plus est, et non modo occupare designat, sed prorsus tollere et evertere. Sed et id præterquam quod nimium videtur, parum sensui convenit, quum plerumque legamus crescenti imperio aliquem resistere, invidere, et incrementa impedire, non crescentem potentiam penitus tollere, quod tam facile nequivit Crœsus sibi proponere. Nescio quid respexerit interpres. Sed MS. Florentiæ habet καταλαβεῖν, idque ad versionem accedit, quasi cuperet continere et reprimere dominationem augentem. Cap.

87.

87. Πάντα μὲν ἄνδρα σβεννύντα τὸ πῦρ, δυναμένους δὲ οὐκέτι καταλαβεῖν, in quo loco absurde se movet Æm. Portus.

17, 39. Ἀπέσειλε.] MS. ἀπέσελλε, omnino recte; nec enim id nunc cohæret cum proxime antecedenti ἀπέπεμψε, sed respicit remotius ἐπέμποντο, ἀπεπειρᾶτο, et hinc sequens est διέπεμπε. Nec temere a me factum reor, quum paulo ante ex MS. reposui Ἄβας τὰς Φωκέων pro τῶν, aut mox πειρώμενος ex eodem pro πειρεώμενος.

17, 47. Ἡμερολογέοντας τὸν λοιπὸν χρόνον ἕκαστον τῇ ἡμέρῃ χρῆσθαι.] Sic quidem editores loquuturos persuadeor: an vero Herodotus ita scripserit videamus.
808 Nec vero ambigendi aliam causam habeo, quam solum codicem MS. Florentinum, quem ipse inspexi, aliis quid viderint celantibus, et certe lectorem non instruentibus: in eo autem exstat clare ἕκαςος. Et probe sane video vel priora vel posteriora. Habeo quoque aliquam notitiam vulgatæ syntaxeos. Sed cogor indulgere tamen codicis MSti lectioni, etsi vix rationem dare queam. Sed super omnia sufficere oportet, si aperiat se Herodotus. Illius enim arbitratu, si pateat claris exemplis, stare oportet. Is scribit lib. 2. c. 73. Τῆς σμύρνης ὠὸν πλάσσειν ὅσον τε δυνατὸς εἶναι φέρειν· μετὰ δὲ πειρᾶσθαι αὐτὸ φορεόντα &c. Et cap. 141. Ὀλοφυρόμενον δ' ἄρα μιν ἐπελθεῖν ὕπνον, καὶ οἱ δόξαι ἐν τῇ ὄψει ἐπισάντα τὸν θεὸν θαρσύνειν, ὡς οὐδὲν πείσεται ἄχαρι ἀντιάζων τὸν Ἀραβίων στρατόν. ΑΥΤΟΣ ΓΑΡ ΟΙ ΠΕΜΨΕΙΝ τιμωρούς· τούτοισι μὲν δὴ πίσυνον τοῖσι ἐνυπνίοισι &c. Omnino quicunque scriptor dixisset αὐτὸν γὰρ οἱ πέμψειν &c. Rursus eodem secundo libro cap. 162. Παρέσεσθαι γὰρ καὶ αὐτὸς καὶ ἄλλους ἄξειν. Nemo in his vetuisset Herodotum scribere αὐτὸν, prout hoc casu etiam utitur, 1, 63. Ἔλεγον τὰ ἐντεταλμένα ὑπὸ Πεισιστράτου, θαρσέειν τε κελεύοντες καὶ ἀπιέναι ἕκαστον ἐπὶ τὰ ἑωυτοῦ. Hoc placet omnibus, at non placet MS. Mediceo, in quo legitur ἕκαστος. Lib. 3, 63. Φῆς γὰρ ἥκειν ἄγγελος· et 144. Ἔφασαν εἶναι ἑτοῖμοι· lib. 4. cap. 81. Κομισθῆναί τε δὴ χρῆμα πολλῶν ἀρδίων, καὶ οἱ δόξαι ἐξ αὐτέων μνημόσυνον ποιήσαντι λιπέσθαι. Ubi MS. idem ποιήσας. lib. 6. cap. 61. Τὴν δὲ πάντως κελεύειν οἱ ἐπιδεῖξαι· ὁρῶσα δὲ τὴν γυναῖκα περὶ πολλοῦ ποιεμένην ἰδέσθαι, οὕτω δὴ τὴν τροφὸν δεῖξαι τὸ παιδίον· ut indicavi extare in MS. ubi vulgo ὁρῶσαν. Scilicet quasi post multa in accusativo prolata reciprocans anhelitum, orationem petit ab integro, et statim post id factum reminiscens priorum iterat quartum casum, quod grammatici varie appellant. Illic vide plura.

17, 48. Ἐπηρωτέοντας.] MS. ἐπειρωτῶντας. Sicut et mox ἐπειρώτων pro ἐπηρώτεον. Deinde ὅτι ποιέων τυγχάνει, non τυγχάνει, et ἐδέσπισε pro δεσπίσει.

18, 10. Κρατειρὴ οἷα χελώνης.] Quum Aldus et Camerarius edidissent κραταιρήνοιο, nescio quid sequutus fuerit Stephanus, ut hac voce in margines expulsa ita inquinaret contextum, ut adeo ineptum aliquid supponeret, quum nihil Herodoto noceret, nisi confusio literarum η et ι, quam sciebat ab pronuntiatione exstare. Mediceus MS. plane exhibet κραταιρίνοιο. Quæ vox licet ignota Lexicographis Græcis, sed proba; et sic legisse patrem meum video, qui eam vocem in Lexico Scapulæ, sicut nec Stephanus in Thesauro annotavit, nedum eius compilator, apposuit. Id miror, unde Stephanus arcessere potuerit centonem adeo insulsis verbis consutum, quum haberet ante oculos lectionem Suidæ, in quo edebant Ὀσμὴ δ' ἐς φρένας ἦλυθέ μευ κρατερίνοιο χελώνης, insigni quidem socordia in metiendis pedibus, sed bene intellecto sensu, quum Æmil. Portus ibi interpretaretur *pellem robustam habentis*. In quo eodem Suidæ loco iam Hadr. Iunius manu sua correxit perspicue κραταιρίνοιο, et in MS. Lugdun. is ipse versus ita exhibetur Ὀσμὴ μ' ἐς φρένας ἦλυθε κρατ. propius ad veram lectionem. Sed primus publice de Herodoti hoc loco bene meritus fuit Fr. Vigerius ad Eusebii Præparationem, cuius verba hæc sunt: „ Ita Herodoti editio Græco-Lat. Henr. „ Stephani: qui e regione huius vers. annotat; in „ manuscr. legi κραταιρήνοιο pro κρατειρὴ οἷα. Sane ve„ reor, ut κρατειρὸς valde sit in usu pro κρατερὸς, et „ noster hic Oenomaus aliquid τοῦ κραταιρήνοιο similius „ probasse visus est. Id fortasis erat κραταιρίνοιο (nam „ et Suidas habet κρατερίνοιο) ut enim dicunt κραται„ γύαλος, κραταίπους et simil. sic κραταίρινος dici queat, „ hoc est, testæ durioris, σκληροτέρου καὶ στερροτέρου δέρ„ ματος. Est enim ῥινὸς, δέρμα, βύρσα, immo et ἀσπὶς, ut notum est, cui non absimilis illa testudinis „ domuncula σύμφυτος. Audi Homerum hymno in „ Mercur. v. 48. ubi de testudine illa novam in citha„ ram a Mercurio conformata Πειρήνας διὰ νῶτα διὰ βι„ νοῖο χελώνης. Prope est, ut legendum putem κρα„ ταιρίνοιο. Quæ enim, aut cuiusmodi est ista coniun„ ctio, διὰ νῶτα, διὰ ῥινοῖο? Hæc præclara". Cæterum sicut stupeas in Lexico Æmilii Porti non occurrere vocem κραταίρινος, quum occurrat tum vox οἷα, tum χελώνη, utrobique hoc ipso loco memorato, sed sine mentione vocis κραταίρινος; tum non minus stupe ad absurditatem Kusteri tunc Cantabrigiensis, hoc est, compilationem præcedentium in voce Κροῖσος [sed putem potius sic scribendum esse: Ὀσμὴ δ' ἐς φρένας ἦλθε κραταιρίνοιο χελώνης. Nam κρατερίνειο quod Suidas habet metro versus repugnat. Est autem κραταίρινος χελώνη, testudo duro vel firmo corio tecta: a κραταιὸς firmus, et ῥινὸς corium.] Quum ante xxx. annos illa præcedentia habuerim in promptu, ibi nunc ita commentantur. Post centum annos veniet alius Ædituus, qui stuprum Musæ inferat. Immo iam antea scripserat Cantabrigiæ Th. Gale [Lego κραταιρίνειο. Confirmat margo et Suidas in Κροῖσος] Nempe ibi magnas 809
res agunt hoc modo scribentes.

18, 10. Ἐμηχανᾶτο] Longe decentius hoc est pro vulgato ἐμηχανήσατο.

18, 34. Ἢ ὅτι καὶ τοῦτο ἐνόμισε μ. α. ἐκτῆσθαι *Quam quod et hoc Crœsus verax vaticinium se nactum esse existimavit.*] Sic vertunt. Sed sodes, an id dicunt Græca? An quia peregrinus explorans probavit, ideo potest dici ἐκτῆσθαι eo sensu, quo sæpissime adhiberi ab Herodoto docent exempla in Æm. Porti Lexico collecta? Ubi sane et hic locus citatur. Omnino Crœsus non possidet, non habet hoc oraculum, ut illic vertitur. Tolerabilius est Vallæ *nanciscí*. Cæterum MS. τοῦτο νενόμισε et κεκτῆσθαι. Et puto scribendum ἢ ὅτι καὶ τοῦτον ἐνόμισε μ. α. κεκτῆσθαι: hoc est, *quam quod et illum* (nempe Amphiaraum) *verax oraculum tenere arbitratus sit.* Ad quam sententiam eximie habes 2, 172. Ὡς οὐδενὸς ἐοῦσι ἀξίοισι, nempe θεοῖσι, ψευδεά τε μαντήϊα κεκτημένοισι. Adde ad caput 95. eiusdem libri.

18, 36. Κτήνεά τε γὰρ τὰ θύσιμα πάντα τρισχίλια ἔθυσε.] Quum Valla interpretatus esset *Immolavit lecta pecora numero ter mille*, illustrare perrexit Æmil. Portus in Lexico: [θύσιμα κτήνεα Ion. pro comm. ἱερεῖα λεκτὰ, ἃ θύειν νόμος καὶ θέμις. Pecudes victimæque lectæ, quas immolare licet, fas est, et mos permittit vel flagitat.] Atque ita hactenus. Sed porro in voce Πάντα commentatur ita [Πάντα Ion. et Poët. redundans. κτήνεα τὰ θύσιμα πάντα τρισχίλια ἔθυον. *Lectas pecudes, lectas victimas numero ter mille immolavit.*] Mira sane doctrina, quum statim in isto Lexico sequatur ex 9, 80. Παυσανίῃ δὲ πάντα δέκα ἐξαιρέθη. *Pausaniæ sunt ex omnibus dena* &c. Itaque merito dixit Cl. Gale Vallam hæc non intellexisse. Sed Casaubonus non modo ad Athenæum hæc illustravit, sed etiam ad Strabonem pag. 70., ubi πάντα monet intelligi ἑκάστου γένους. Quo ipso modo agit in Mose ad Exodum 9, 6. Castalio. Vult enim Crœsum ita instauravisse sacrificium, ut ex omni genere animalium, quod lege sacrorum licebat Diis offerre, immolarentur tria millia. Nam Galeum fefellit calamus, dum in eius nota editum vides [lege: *trecena omnia.*

18, 40. Μᾶλλον τοι τούτοισι ἀνακτήσασθαι.] MS. μᾶλλόν τι τούτοισι ἀνακτήσεσθαι. Quod ad prius μᾶλλόν τι, est continuum Herodoti. Cap. 74. Καὶ μᾶλλόν τι ἔσπευσαν εἰρήνην γενέσθαι et cap. 99. Τὸ δὲ καὶ μᾶλλόν τι ἐπετηδεύθη. Posterius futurum nequit illi auferri, quum participio ἐλπίζων aut id aut præsens ubique adnectat. Cap. 54. Πάγχυ τε ἐλπίσας καταλύσειν τὴν Κύρου βασιληΐην. 3, 143. Ἐλπίζων δέ μιν ἀποθανέεσθαι. Etiam deinde ἐξαπάλασα, τριπάλασα, παλασιαῖα. Quæ doctiora sunt, quam ut potuerint nosse editores. Habuerit reliqua Græcia diphthongum, certe vel Herodotus ex doctrina vel ex more patriæ aut alia consuetudine potest illam vitavisse. Id docet inæstimabilis bonitas codicis Medicei. Ἡμιπλίνθια video reddi Latine *semilateres*, sed Vitruvius agnoscit *semilateria*; quæ etiam expolit Salmasius in Plinianis Exercit. pag. 1233.

18, ult. Τρία ἡμιτάλαντα.] Donavi Vallæ suam interpretationem, etsi haud dubie factam non ex arte: quippe patet eum pro eodem habere τρία ἡμιτάλαντα et τρίτον ἡμιτάλαντον. Illa enim nunc vertit *pondo duorum et dimidii talenti*, quum debuisset *talenti et semissis*, ut semilateria purissimi auri habuerint minus pondus, (ut semper fieri solet) quam ista λευκοῦ χρυσοῦ, quæ erant διτάλαντα. Et bene curavit maximus Casaubonus ad Theophrasti Characterem ἀπονοίας; non tamen satis providum et cautum, ut patet ex cap. 3. lib. 1. operis paterni de Pecunia Vetere.

19, 3. Λέοντος εἰκόνα χρυσοῦ.] Quo animo hunc leonem dedicaverit, aut cuius rei symbolum esset futurus, quum Herodotus plane taceat, sustinuit scribere Pignorius ad tabulam Iliacam pag. 23. [*Leonis signum*

in Zodiaco Ægyptii domicilium ſolis appellaverunt, et ideo Crœſus Delphos inter alia Anathemata leonem aureum miſit. Herod. lib. 1.] Quod ſi cui placet, ego non invideo.

19, 5. Κατεκαίετο ὁ ἐν Δελφοῖσι ναὸς.] Incendio per Piſiſtratidas excitato, prout ex Scholiis Pindari illuſtrat Scaliger in Animadverſionibus p. 94.

19, 11. Μεγάθεϊ μεγάλως.] Facile ſic lingua rapitur ad eandem pronunciationem, ſi modo in proclive trahi ſe ſiverit Herodotus. Nam optimus liber habet μεγέθεϊ, quæ ipsa ratio ſcribendi in eo ſervatur etiam cap. 70., ubi repetebant editiones illud α, quum cap. 60. retineant μέγεθος. Sic certe eripio Æm. Porto hæc duo loca ex libro 1., quibus addo ex cap. 98., (etſi illic tacuerim et reliquerim) in quibus ipse vidi et notavi ex MS. literam ε, quod in reliquis non feci, ſed credo tamen exſtare, ut fere nusquam Herodotus ſcripserit μέγαθος. Præter Portum ſciat hoc etiam Camerarius, qui in propriis Dialecti Ionicæ pagina huius editionis 719. hoc μέγαθος recenſuit.

810 19, 18. Ἐπὶ τοῦ προνηΐου τῆς γωνίης.] Ambiguitas ſedet in his vocibus. Et Valla quidem interpretatus *ſuggrundam anguli templi* oſtendit, quomodo conſtruxerit, iungendo ἐπὶ τοῦ προνηΐου. Sed Herodotus dicens προνήϊον, indicat ſuggrundam illam quamcunque non poſſe ſeparari ab voce templi: unde vituperat Vallam Æm. Portus, ſcribens. [προνήϊον τὸ Ion. et Poët. pro com. πρόναον, templi veſtibulum. Lat. interpres ſuggrundam vocat. Sed non videtur hæc interpretatio huic loco ſatis apte convenire.] Inique prorſus, quum non ſuggrundam, ſed ſuggrundam templi ſcripserit Valla, nihil Portus quoque velit genitivum *templi* ab antecedenti ſuo ſermone hic iterum intelligi. Videtur Valla quaſi προεξέδρην Xerxis ex lib. 7. huc trahere explicando. Itaque quum Latinis etiam talia compoſita in uſu fuiſſe conſtaret, ut ſunt antefixa, infranares μύσαξ, ſuperalia ἐπενδύτης; veſtibulum Romanis ædibus in hiſtoria Græca relinquens, uſurpavi ex gloſſis præeunte Stephano vocem *antetemplum*; neque opinans ulli ναῷ poſſe apponi varia προνήϊα, ſed unum modo unicuique, cenſui intelligendum ἐπὶ τῆς γωνίης τοῦ προνηΐου *in angulo antetempli*. Utique angulus γωνίη nequit ſupponi habuiſſe peculiare προνήϊον, ſed forma προνηΐου potest ſic fuiſſe concepta, ut foret anguloſum. Nimirum ædes ſacræ veterum habebant προνάους καὶ ὀπισθοδόμους τῶν ἱερῶν, ut clare nos docet Diodorus Sicul. XIV, 42. in hiſtoria Siciliæ ſub Dionyſio, ubi reddunt *veſtibula et poſtica*, quum ignorent, quales πρόναοι fuerint, et vix quidquam ſimile veſtibulo.

19, 20. Θεοφανίῃσι.] Si Ægyptia tractaremus, poteram θεοφανίην hic tolerare ut 2, 62. Λυχνοκαΐην in Sai. Sed verius opinor in MS. legi Θεοφανίοισι, et tam vere, ut priore expulſo poſterius receperim. Et ſatis firmum fidei pignus est MS. Mediceus, ſed non est dubium, quin ita quoque exſtiterit in exemplari, quo uſus fuit Valla, inde vertens *Theophaniorum*, quod non convenit τῇσι θεοφανίῃσι. Deinde adest ipsa proprietas in feſtorum typis, prout ex Polluce et Syneſio Meurſius habet Θεοφάνια, qui quum omiſerit Herodotum, Pet. Caſtellanus Græca et Latina ex eo citat, prout in editionibus habentur. Sane perperam; et iuvit tamen Portum quoque in his ludere, ſed prorſus absurde: et quæſo quam ſuperſtitioſe, dicam? an attente in Theſauro Stephanus? Ne quid omitteret, præmittens Θεοφάνεια τὰ, ſive Θεοφάνιαι αἱ, feſtum ſolenne, ſubiungit nonniſi hunc locum Herodoti. Quid autem affert Th. Gale? nempe Θεοφανίῃσι Plutarchus, Pollux, Syneſius. Delphi celebrabant Apollinis Theophania. Tangit Virgilius IV. Æneidos] nullo melior antiquioribus. Sane et Θεοφάνια ab aliis memorantur ex Philoſtrato. Etiam 2, 171. ſunt Θεσμοφόρια.

19, 29. Βουλόμενος χαρίσασθαι.] MS. χαρίζεσθαι.

19, 42. Ὁμοίως καὶ αἰχμὴν ϛερεὴν πᾶσαν χρυσέην καὶ τὸ ξυστόν.] Importunis modis in hoc loco laudi ſuæ eripitur Herodotus, quod etſi conniventes prætermittant viri docti, oſtendunt ſe in parvis acutos, in maioribus cæcutire, etſi rebus probent hæc omnia affatim ab eis examinata fuiſſe. Quid enim fit ex fide interpretum? nempe creditur narrari Crœſum donaviſſe Amphiarao clypeum ex auro totum, totamque ex auro ſolido haſtam, et xyſtum cum ſuis iaculis (pro quibus quatuor vocibus ſuppoſitæ ſunt ab Stephano, *baſtile cum ſuis ſpiculis*, prout quoque recepit in ſuum ſpecimen Fridericus) Porto admittente *baſtile*, in αἰχμαῖς non niſi *haſtam* noſcente. Cæterum maior inſidet difficultas. Nam quisquis es, qui legis, te rogo, an illa quæ annumeravi, non perſpicue aut tria ſunt aut pro quaternis habenda? et tamen dicit Herodotus modo τὰ ἀμφότερα, et vertunt ipsi *quæ ambo*. Quæ quomodo ſimplicitati ſcriptoris huius conveniunt? Ubi certe non aliter agit, quam paulo post in capite ſequenti, quia nunc memorantur oracula duo Delphicum et Amphiarai, ad quæ miſit Crœſus dona, ideo illic rurſus ponit τῶν δὲ μαντηΐων ἀμφοτέρων &c. et in libro 2. c. 164. quum nominaviſſet Aprien et Amaſin, ἐγένοντο ἀμφότεροι. Neque enim probari potest Herodotum a voce ἀμφότερα excepiſſe clypeum ſolum vel clypeum cum haſta, et tantum eam retuliſſe ad poſtrema, haſtile et ſpicula, aut ad haſtam et haſtile cum ſpiculis, tanquam aliquot ſpicula cum uno haſtili reliqua manſerint Thebis, aut haſta cum haſtili et ſpiculis. Fieri nequit, quin appareat unicuique locum hunc esſe fœde ſordidum; nec tamen ullius ingenium polire curavit, nedum ut aggreſſus fuerit accuſare. Ut ipse faciam, postquam prima iuventus mea in hoc loco hæſit, reſeras acceptum oportet unico MSto Mediceo, quo arbitro delenda prorſus est altera coniunctio, etſi potius non tam delenda est, quam demittenda ad inferiorem verſum, ubi eximie et concinnius locum ſuum tuetur. Ita enim perfectiſſime MS. Καὶ αἰχμὴν ϛερεὴν πᾶσαν χρυσέην, τὸ ξυστὸν τῇσι λόγχῃσι
ἐὸν ὁμοίως χρύσεον· τὰ ἔτι καὶ ἀμφότερα ἐς ἐμὲ ἦν κείμενα 811
&c. *Solidamque haſtam auream univerſam, haſtile cum acuminibus ſimiliter aureum adest, quæ utraque etiam ad meam* &c. Sunt enim partes αἰχμῆς proprie ξυστὸς et duæ ad lædendum λόγχαι, quæ alioqui dici ſolent σαυρωτὴρ et ἐπιδορατίς. Et in tali ſenſu utplurimum Herodotus uſurpat particulam καὶ, ut optimo iure eam deſcendere in hunc ſuum locum iubeat codex optimus. Est enim cap. 92. Ταῦτα μὲν καὶ ἔτι ἐς ἐμὲ ἦν περιεόντα, et ſæpiſſime.

20, 1. Προσθέηται Φίλον.] MS. προσθέοιτο et hic et inferius, quod gratiſſimum.

20, 7. Ἐξευρημάτων.] Nihil Valla. Stephanus, *dona veſtris inventis convenientia*. Et illud inventum iactat in Lexico Portus. Quod tamen neſcio quomodo minus aptum, ubi ſermo de oraculo, certe nimis plebeium: neque quum cap. 48. dixit ὅτι οἱ ἐξευρήκεε, τὰ αὐτὸς ἐποίησε, Valla verbum *invenire* uſurpat, ſed *quod comperiſſet, quod ipse fecerat*. Intelligit ergo, *dona digna dedit notitiæ arcanorum*.

20, 10. Οἱ μὲν ταῦτα ἐπειρώτεον.] MS. ἐπειρώτων. Et mox καταλῦσαι pro καταλύσειν, quod futurum in proxime ſequentibus haberi oportet.

20, 18. Πέμψας αὖτις ἐς Πυθὼ Δελφοὺς, δωρέεται.] Mirifica loquendi ſolennitas Πυθὼ Δελφοὶ velut unius loci nomen. Magis audax et veteratoria verſio *rurſus mitteret Delphos ad Pythiam dona*. Male diſtinctus locus, et ſic componendus: πέμψας αὖτις ἐς Πυθὼ, Δελφοὺς δωρέεται &c. Δελφοὺς enim notat ipsos cives Delphicos, hos donat illis muneribus.

20, 22. Ἀγγελείην.] Est lepidum nec inſuave cognitu, quid viri docti ſpeculentur in hac Herodotea quadam angelia. Probabile ſatis est circa ista celebria oracula ſacerdotes excogitaviſſe varia ad cauſam lucri, quibus conſultores exciperentur vel pro donorum pretio vel beneficiorum reſpectu, quæ hic tanguntur. Æmil. Porto placet in Lexico [peculiari quodam modo apud Herodotum ſumitur pro præcipua poteſtate renuntiandi oraculi, quod quis audivit? Delphi Crœſo dederunt in oraculo renuntiando prærogativam?] Quod totum ſcilicet est imaginarium commentum. Et tamen excogitavit Henr. Stephanus in Herodoti editione *et renunciando oraculo*, quum Valla in verſione Latina id omiſiſſet, quamvis Stephanus notet Vallam legiſſe ἀτελίην, quod neſcio unde pro iuſto proferat, quum nulla vox ſimilis in Latinis interveniat. Sed in Theſaurum ita retulit ibidem Stephanus: Ἀγγελία pro relatione, ſecundum quosdam, apud Herodotum lib. 1. ubi quod ille dicit προμαντηΐην καὶ ἀγγελίην, vertit interpres, *primas partes in conſulendo oraculo et referendo*.] Quanto adſtrictior Valla, eo copioſior; ſed plena Italica interpretatio, etiam ſerie donorum mutata, ut προεδρίαν primam ponat: *donarno a Creſo il primo luogo del tempio per ſua ſedia. Le prime parti della conſultatione all' oraculo, perpetua eſemptione.* Illa autem plerumque ſolet ſequi Vallam, non Herodotea Græca. Unde igitur accepit ista? Ut ex his nugis igitur tandem eripiamur, beneficium est optimi codicis, in quo clare exaratum est ἀτελείην. Indulgentia et comitas ſolennis, qua ſe invicem vicinæ et amicæ urbes honorabant, aut urbes tribuebant regnis propter accepta beneficia. Sed ad Delphos unice pertinet inſcriptio Whelero et Sponio tam feliciter ſpectata ΤΤΧΑ ΔΕΛΦΟ —— ΑΝ ΠΑΤΡΩΝΑ —— ΩΝΙΟ ΕΤΑΩΡΩΙ —— ΤΑΡΧΟΤ ΒΟΙΩΤΟΙΣ — ΤΑΝΑΓΡΑΣ ΑΤΤΟΙΣ. ΕΓΓΟΝΟΙΣ. ΠΡΟΞΕΝΕΙΑΝ. ΠΡΟΜΑΝΤΕΙΑΝ. ατε-
ΛΕΙΑΝ.

ΛΕΙΑΝ. ΑΣΤΑΙΑΝ. ΠΡΟΕΔΡΙΑΝ. ΠΡΟΔΙΚΙΑΝ. ΕΠΙΤΙΜΑΝ &c. Simile est inter Marmora Oxonienſia p. 291. Εἶναι δὲ καὶ αὐτὸν πρόξενον καὶ εὐεργέτην τοῦ ἱεροῦ καὶ Δηλίων καὶ αὐτόν, καὶ ἐγγόνους· εἶναι δὲ αὐτοῖς ἀτέλειαν ἐν Δήλῳ, καὶ — αν καὶ γῆς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν καὶ πρόσοδον πρὸς τὴν βουλὴν, καὶ τὸν δῆμον πρώτοις μετὰ τὰ ἱερὰ καὶ προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι καὶ αὐτῷ καὶ ἐγγόνοις καὶ τὰ ἄλλα ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις δέδοται. Similis erat προπομπεία apud alios. Dio Chryſoſtomus ad Nicomedienſes pag. 479. Εἰ μή τι νῦν δοκεῖτε αὐτοὺς ὑπὲρ τῆς προπομπείας καλῶς ἀγωνίζεσθαι, καθάπερ ἐν μυρίῳ τινὶ, παίζοντας ὑπὲρ ἀλλοτρίου πράγματος. Itaque etiam lib. 9, 72. Decelenſibus in urbe Sparta ſcribitur conceſsa ἀτελείη τε καὶ προεδρίη.

20, 38. Βασιλεύειν Μήδων.] MS. βατιλεύσειν. Quippe et ſequitur παύσεσθαι, et antea iam firmavimus.

21, 2. Ὄσσην τε καὶ τὸν Οὔλυμπον.] Ut 7, 173. Μεταξὺ δὲ Οὐλύμπου τοῦ οὔρεος ἐόντα καὶ τῆς Ὄσσης. Interim hoc loco mirari certe oportet, quis ſibi tantum arrogaverit, ut quum Aldus et Camerarius ediderint Ὄσσαν, in mediis editionibus usque ad hanc ætatem id ſic mutaret, præſertim ubi id fieret contra MSS. ſicut et Mediceus codex clare habet Ὄσσαν. Non enim ad hoc quod volo roborandum ſuſtineo adhibere citationem Stephani Byzantini ex fragmento Seguieriano in v. Δάριον, ubi etiam quidem vocat Ὄσσαν, 812 ſed ille ita citat, ut omnia ſigna Ionismi ex loco hoc deleret; quod quo iure aut modo fecerit Stephanus, nequaquam adſequor; niſi quod unusquisque in Herodoto voluerit ſtultitiam ſuam exercere, ut ex tot exemplis patet. Sed et Dionyſius Halicarn. 1, 17. occaſione Pelasgorum ita vocat. Utique lectionem, quam repoſui, per vocem Ὄσσαν probat Herodotus 7, 127., ubi quoniam nunc edunt Ὄλυμπος, modo Οὔλυμπον, debeo indicare prorſus in optimo exſtare pro poſteriore Ὄλυμπον, quod obliviſcebar monere; ſicut 2, 7. Νηὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, ut in loco citato ex lib. 7. omiſerim annotare.

21, 9. Εἰ δὲ χρεών ἐϛι &c.] Locus omni typographiæ tempore, quod nos ſcimus, habitus et intellectus peſsime; cui moleſtiæ primam opinor occaſionem natam ab verſione Laur. Vallæ, quæ neque cohæret, neque illud concludit, quod auſus fuit ipse Valla adiicere in principio eandem linguam eſse, qua tempore Herodoti uterentur Pelasgi Creſtonenſes. Sed neque ex Græcis hoc conſici vult Herodotus, qui tantum indagat, utrum barbara fuerit lingua nec ne. Magnum igitur aliquid ac temerarium audendum eſse iudicavit Henr. Stephanus, nonnulla quidem poliens ac mitigans, ſed mire tranſponens, quod tamen ſibi placere teſtantur editores ſequentes; imo ſatagunt, ut id cum laude oſtentent ac proclament in Græco exemplari hunc locum valde fuiſse perturbatum. Id verbum ſic prolatum est ab Stephano, Iungermannus propagavit, Lipſiæ repetivit Fridericus, in Anglia Thomas Gale; Phil. Cluverius autem in Ital. Antiq. pag. 574. non dubitat hunc locum ex ſententia Stephani tranſpoſitum citare, et omiſsis illis verbis Καὶ ὅσα ἄλλα Πελ. ε. π. τ. ου. μετέβαλε, item illo commate quod incipit ab Εἰ τοίνυν ἦν καὶ πᾶν &c. non aliter ac ſi ex libris MSS. ſic exſtaret in editionibus, palam vitioſi omnes, et vitioſiores quam Valla in eo quod quum οἶκεον vertiſsent per *incolere*, mox οἰκησάντων intelligant *condiderunt*, quod non ſic directo adfirmavit Herodotus, et videri etiam potest in Lexico Porti. Cluverius præterea intolerandus, dum citat contra omnes codices Καὶ τοῖσι τὴν Πλακίην. Immo et fœdior est hallucinatio Friderici, qui quum ex Stephano adoptaſset *Scylacen condiderunt*, adnectit cum parentheſi (*habitantes ad Helleſpontum*) quod deſeritur ab Stephano penitus, ab Cluverio refertur *Scylacem condiderunt apud Helleſpontum*. In Aldi et Camerarii editionibus absunt illa prima εἰ δὲ, nec indicatur, unde fuerint addita in editionibus Stephani, ſed neglecta in verſione eius. Sed debent addi et ſunt in MSS. Argumentatio interim Herodotea rite procedit, ſicut in Græcis codicibus digeritur, nec eam auctor vult alia re niti, quam coniectura ſumpta ex certis et tunc haud dubie agnitis pro vero reliquiis Pelasgorum, maxime binis, tum quæ ſuper Tyrrhenos erant in Italia, tum quæ in Helleſponto circa Placiam et Scylacen. Sed ſic addit hæc bina conſideranda, ut conſtiterit plura fuiſse Pelasgorum quoque oppida, quæ interim mutaverint nomen; quod licet contigerit, tamen ſermo eorum illos ſatis prodit etiam ab Pelasgis aliquid illic manere. Itaque ea non debuerunt ab Stephano tranſponi, quum palam falſum ſit alias civitates Pelasgicas, quæ nomen mutarunt, mutatas fuiſse in Hellenas aut ſuam linguam dedidiciſse, quod non magis contigit aliis, quam ipsis Athenis. Interim et in illis utrisque et in aliis istis mutato nomine fuit animadverſa peculiaris quædam loquela, nec plane Græca: unde colligit fuiſse peregrinam, et, ut ipse vocat, barbaram et peregrinam Græcis. Athenienſes vero, licet Pelasgici generis eſsent, ſicut olim ſimul vixerunt, deſeruiſse ait eandem maiorum ſuorum linguam mutatione quæ contigit per diſcesſum Pelasgorum, et mox vicinia Hellenum eos illiciente, ut in horum ſermone deprehenderent aliquid venuſtius ac blandius ac humanius. Κρηϑῶνα vero et Κρηϑωνιῆται defenduntur ab MS. optimo, etſi Dionyſius Halic. abierit ab hac appellatione antiqua Herodoti, non ideo ista venia aut Stephano aut Cluverio mutandi in Crotonen aut Crotonam. Adde Hellena Doctiſſimi Er. Vindingii circa principium.

21, 29. Τῇ αὐτῇ χρέεται.] MS. τῇ αὐτῇ διαχρᾶται. Quod quidem ſatis notabile, quia Æm. Portus agnoſcit ex Herodoto διαχρᾶσθαι, διαχρῆναι et διαχρῆσθαι, ſed ut in verbi prima ſignificatione violentum aliquid ad necem usque agnoſceret ac nihil aliud; in ſecundo vituperat neſcio quos post conſideratam lectionem loci 7, 54. in tertio mox velis plenis citationum fertur ad probandam utendi ſignificationem, in quarum tamen copia citat ex editione Stephanica 87, 7. Τῷ αὐτῷ τρόπῳ διαχρᾶσθαι *Eodem modo uſum eſse*. Sed et numerus ille pravus est, quum 88, 7. incidat in libri ſecundi caput 127. ubi ista verba exſtant, et infinitivum istud intempeſtive citatur, quum pertineat ad dialectum, quam in hoc loco reſtituo, qua etiam utitur Herodotus 2, 13. Αὐχμῷ διαχρᾶσθαι, quod vel 813 ignoravit Portus, vel neglexit.

21, 31. Ἀπὸ σμικροῦ τέως τὴν ἀρχ. ὁρμ.] Quid in his loci ſit vocabulo τέως, nullus opinor me docebit, nec ipse percipio. Immo nec quisquam in vertendo rationem habuit. Scribit Æmil. Portus [Τέως Ionice, Poët. et com. Aliquandiu. Ad aliquod tempus 14, 4.] Is est hic ipse locus. In qua igitur verſione id exſtat, utrum Vallæ, an Stephani, cuius verſionem elegit Fridericus? Certe in neutra, quoniam nullum ea vox ibi locum habere potest, licet viri docti manum Herodoti Græcam ita paſsi fuerint conſpurcari, ut illic exſtaret. Unde illis merito exprobratur lectio ſine intellectu, multo magis depulſio infanda ab notitia dulcedinis Herodoteæ. Hæc enim ut ſcirem atque exſecrarer, fœdiſsimam neſcio cuius impoſtoris manum hic graſſatam esſe, indicavit mihi MS. unde pretioſisſima et ad quam nullius acies unquam perventura esſet, reſtitutione corrigo ἀπὸ σμικροῦ τέῳ τὴν &c. Cuius expoſitio etiam in margine est τινὸς. Huius voculæ frequentiam in auctore noſtro notavit Portus, ubi quisque potest inſpicere; ſed præter ista ſcio exſtare lib. 2. 48. Ἐν πολλῷ τέῳ ἔλασσον ἐὸν τοῦ ἄλλου σώματος. 67. Λύκους οὐ πολλῷ τέῳ ἐόντας ἀλωπέκων μέζονας. Et cap. 124. Ἔργον ἐὸν οὐ πολλῷ τέῳ ἔλασσον. 4, 47. Ποταμοὶ οὐ πολλῷ τέῳ ἀριθμὸν ἐλάσσονες. Et cap. 86. Οὐ πολλῷ τέῳ ἐλάσσω ἑαυτοῦ. Igitur eadem membrana ſanat Herodotum lib. 3. cap. 65. Εἴ τε καὶ σθένεϊ τέῳ κατεργασάμενοι, ubi ſubripiunt Herodoto literam ε, edentes σθένεϊ τῷ.

21, 35. Ὡς δὴ ὦν ἐμοί τε δοκέει.] Intellexit Valla, *quæ cauſa mihi videtur fuiſse* &c. Quæ cauſa quum non ſatis pateret Stephano, maluit iste interpretari, *et ſic quoque mihi videtur*. Idque probatum Lipſiæ. Sed utrumvis æque opportunum. Nam certe quod Hellenica gens multum increverit, cauſa non potest esſe infirmitatis Pelasgorum: nam et hi potuerant increviſse acceſsione aliarum gentium. Sed neque dici potest, quemadmodum Hellenica gens multum increvit, ſic videri poſse Pelasgicam, cum barbara esſet, non magnopere creviſse. Hoc enim nihil est niſi inſipida quædam ex neſcio qua ſimilitudine collectio: et barbara quoque gens potuit magnopere creviſse. Omnino hic aliquid peculiare notat, quod non pendet ex præcedentibus, aut inde cauſam petit. Certiſsima correctio est, quam profero ex MS. Πρὸς δὴ ὦν ἐμοί τε δοκέει &c. hoc est, *præterea quoque mihi videtur*. Sunt enim duæ Herodoti opiniones de duabus gentibus, diverſæ per ſe, non quod altera alterius ſit cauſa. Notat enim particula ista adverbii in modum uſurpata talem tranſitum et apud alios et apud Herodotum. Cap. 71. Πρὸς δὲ οὐκ οἴνῳ διαχρέωνται. Prout in capite xvi. Supplementorum integravi Dionem Caſsium, ut huic particulæ ſuavitas conſtaret.

21, 45. Χείλων δέ.] MS. liber, cui magis erat obediendum, quam omnibus editionibus, habet recte Χίλων, perinde ut 7, 235. In multis præplacuit etiam ι, ubi requirebatur ει, notante Salmas. ad Stat. Regill. p 64. Deinde quum vulgo legant συνεβούλευεν. Ἱπποκράτει non male, quoniam ita 7, 235. Εἰ μὲν δὴ συμβουλεύσαί μοι προθύμως: attamen MS. συνεβούλευε, quod refert Ionismi lenitatem.

22, 6. Τοῦ Ἀλκμαίωνος.] MS. conſtanter et hoc loco legit Ἀλκμέωνος et cap. 61. Ἀλκμεωνιδέων, et cap. 64. Ἀλκμεωίδεω. Certe hinc est, ut et qui in isto nomine diphthongum in ſcribendo ſervarunt, eam corripere voluerint, ut notatum eidem Salmaſio ad Simmiæ Ovum pag. 167. Et deinde Ἔδωκέ οἱ, non ἔδωκέν οἱ.

22, 9. Τῶν Ὑπερακρίων προσὰς.] Vertebat Valla *montanos*. Nec forſan valde errat, ſi modum regionis ſpectes. Nam quum hos Hyperacrios intelligant viri docti eosdem cum Diacriis, prout alii ſcriptores vocant; pars regionis quam olim habuere deſcribitur etiamnum ab inſigni Whelero pag. 387. ita: *entre les montagnes Parnes et Brauron, c'eſt a dire depuis le mont Pentelicus, la plaine de Marathon et les montagnes Brylesſus, Lycabettus, et Parnes iusqu'a Oropus, ce qui s'appelloit autrefois Diacria.* Sed quum mentio horum incidat in hiſtoriam Piſiſtrati, nobiliſimam illam, et ſæpius ab eruditis ingeniis tractandam, ubi iam factioſi non erant extra urbem, ſed intra eam, omnino rectius vertiſet *Hyperacrios*, quomodo ex Herodoto iam citavit Meurſius in Piſiſtrato cap. 3. et certe pro Diacriis poni evicit. Unde patet valde ſero Grentemesnilium venisſe ad quærendum, qui ſint illi Hyperacrii, et perperam Vallam interpretatum esſe, ita ut dixi, quum ſint habitantes ὑπὲρ τὴν ἄκραν. Port. Sane Valla ſecurius vertiſet Hyperacrios, ut libro 4, 36. Ὑπερνοτίους vertit *Hypernotios*. Ὑπερακρίους vocat quoque Dionys. Halic. 1, 11. Ἀρχαϊκὸν γὰρ Φιλοχωρεῖν τοῖς ὄρεσι, ὡς Ὑπεράκριοι καὶ Παράλιοι ἐν Ἀθήναις.

22, 25. Ἐπί τε τοῖσι κατεχεῶσι ἔμενε, τὴν πόλιν κοσμέων.] Quoniam ſalva in his est ſyntaxis, nemo po-
814 tuit ſubodorari vitium. At ſane ſic loqueretur forſan alius, neque inconvenienter; ſi tamen recte ita possit intelligi. Nimis enim ſe extendit et vergit ad deſcriptionem boni ac quieti civis loquutio illa μένειν ἐπὶ τοῖσι κατεχεῶσι, quam ut de Piſiſtrato tyrannidis auctore et factioſisſimo capi mereatur. Nec vero Herodotus potuit esſe, qui istam adeo laudabilem loquelam ſic inquinaret: quippe quem non ita ſcripſisſe teſtatur MS. qui habet ἔνεμε. Hanc Herodoti manum esſe opinor doctiorem, quam ut minus intente editores genium huius ſcriptoris advertentes obſervarent. Scribe igitur omiſſa diſtinctione Ἐπί τε τοῖσι κατεχεῶσι ἔνεμε τὴν πόλιν κοσμέων καλῶς καὶ εὖ. Est quidem verborum et νέμειν et κοσμεῖν eadem ferme hoc loco ſignificatio, quæ nimirum ad rectores urbium et regionum pertinet, qui pasſim et νέμειν dicuntur eas et κοσμεῖν. Sed ea præcipua veræ lectionis fides, quippe ſolet auctor ſic congrua et prorſus eadem iungere 1, 82. Συνέβησαν ἐς λόγους συνελθόντες. Sic abundat lib. 7. cap. 8. Πρῶτα μὲν ἐς Σάρδις ἐλθόντες ἅμα Ἀρισαγόρῃ τῷ Μιλησίῳ, δούλῳ δὲ ἡμετέρῳ, ἀπικόμενοι ἐνέπρησαν τὰ ἄλσεα. Sed noſtrum νέμειν. 3, 39. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα τριχῇ δασάμενος τὴν πόλιν τοῖσι ἀδελφοῖσι ἔνειμε. 5, 29. Ἀπέδεξαν τούτους μὲν τὴν πόλιν νέμειν, τῶν εὗρον τοὺς ἀγροὺς εὖ ἐξεργασμένους. Adde Portum. Iunxit fere has voces in Ovo Simmias ἰχνίων κόσμον νέμοντι ῥυθμῷ, de quo Salmaſius pag. 171.

22, 39. Ἀπεκρίθη ἐκ παλαιτέρου τὸ βάρβαρον ἔθνος τοῦ Ἑλληνικοῦ.] Mene igitur oportuit primum esſe, qui inculcatum Herodoto per typos impreſso ab viris doctis loquendi genus tam molliter procedens, tam ſyntaxi conveniens rurſus expellam, et lectionem ſcriptam ab Henr. Stephano productam quidem, ſed in oras relegatam, et qua turbatur ſenſus, auſus fuerim repetere auctoritate inductus codicis Medicei? Atqui unusquisque videt illa ſequentia Ἐὸν καὶ δεξιώτερον &c. referri ad Græcum genus, non ad τὸ βάρβαρον ἔθνος, quo necesſarie id revocat conſtructio, utrisque nominativum iniungens. Verum ſcias oportet miram esſe incuriam Herodoti circa præcedentia et ſequentia, ſed illam eruditam et non culpandam nec vitioſam, quam exempla patefacient melius. Sic 4, 50. Ἀντιτιθέμενα δὲ ταῦτα ἀντισήκωσις γίνεται, ubi alius dixisſet ἀντιτιθεμένων δὲ τούτων. 8, 83. Ἥως τε διέφαινε, καὶ οἱ σύλλογον τῶν ἐπιβατέων ποιησάμενοι προηγόρευε εὖ ἔχοντα μὲν ἐκ πάντων Θεμιστοκλέης. 9, 57. Καὶ ὑμῖν μὲν ἐοῦσι Περσέων ἀπείροισι πολλὴ ἔκ γε ἐμεῦ ἔγίνετο συγγνώμη ἐπαινεόντων τούτους. Ubi omnino dici debuit ἐπαινέουσι· ut pluribus iam notavit Æmil. Portus in Lexico in voce Συνηδέαται. 8, 87. Καὶ ἡ οὐκ ἔχουσα διαφυγέειν —— ἔδοξέ οἱ τόδε ποιῆσαι. Quibus ſi addatur id quod collegi in Arriani libro 1. c. 30., iam certe non est, quod quis hæſitet in his τοῦ Ἑλληνικοῦ, ἐὸν καὶ δεξιώτερον καὶ εὐηθίης ἡλιβίου ἀπηλλαγμένον μᾶλλον. Quin etiam præcipue in his laſcivit Ælianus, dum vult ſcribere non aliter ac ſi narraret, quando ſæpe accidit ut priorum obliviſcamur, et ita ſubnectamus aliena ab ſyntaxi. Omnino unicum et invictum est, quo ſe probat Herodotus, in huius libri capite 84. Κατηλόγησε τούτου, ὡς ἐὸν ἄμαχόν τε καὶ ἀπότομον, quum posſet ἐόντος ἀμάχου τε καὶ ἀπροτόμου.

22, 45. Ἀπὸ πηχέων τεσσάρων.] MS. ἀπὸ τεσσέρων πηχέων. Certe et in altero loco, quem notavit Portus 7, 117., ubi est eadem ſententia, et pariles voces, quoque ordinat ἀπὸ πέντε πηχέων.

23, 9. Πυθόμενοι.] Neque enim vel neceſsum erat perſuaſos esſe, ut interpretantur hunc locum, etiam citante Meurſio in Piſiſtrato ſuo, neque etiam probabile ſic temere credidisſe, ut volunt, qui edunt πειθόμενοι, contra fidem codicis optimi; quum ratio doceat Piſiſtratum habuisſe multos in civibus conſcios, ad quos relaturi erant, qui audiisſent quid ab præconibus clamaretur, ut rogarent, an ea res ita ſe haberet. Id exprimere vult Herodotus.

23, 14. Γαμέει τὴν θυγατέρα αὐτοῦ.] Quod mirum est, habet MS. γαμέει τοῦ Μεγακλέους τὴν θυγατέρα. Id mutarunt, qui repetitionem nominis averſabantur tantopere Herodoto amatam, ut quisque potest annotare. Mox iterum habet ille optimus liber plane Ἀλκμεονιδέων, quod indicare prætermiſi, et tamen ſcire debuit lector.

23, 18. Κατὰ τὸν νόμον.] Plutarchus plerumque ipsa verba Herodoti contrectans in libello, quem de eius malignitate ſcripſit, inducit puellam matri loquentem, οὐ μέγυνταί μοι κατὰ νόμον Πεισίστρατος. Ecce fidem invictam MS. Medicei, dum exhibet, κατὰ νόμον. Hoc Herodoteum 6, 52. Βουλεῦσαι κατὰ νόμον βασιλῆα ποιήσασθαι. 1, 35. Κατὰ νόμους τοὺς ἐπιχωρίους. Sic et 8, 111. Κατὰ λόγον et κατὰ καιρὸν· ut et poſtremum hoc 1, 30.

23, 29. Προειδέατό κου τι.] Difficile iudicium est, utrum Herodotus intellexerit, *quæ ipsis nonnihil benevolæ erant*, quem ſenſum Valla illi præbet, an *ex urbibus antea ſibi utcunque cognitis*, quod adfingit illi Stephanus, et Lipſiæ admiſit Fridericus, et in hac 815
urbe Meurſius Piſiſtratum colligens cap. 5. quum tamen iste prætextus valere in tantum nequeat. Elegantisſime prorſus MS. προηδέατο, ab eodem verbo, unde est ἄδοιμι 9, 78., idque in verſione reſpexi. Nec ad alium fontem videtur ire nos debere in ſpectando verbo συνηδέαται in 9, 57., de quo multa ſatagit Æmil. Portus, ut referat ad συνείδειν vel συνείδεσθαι. Atqui inde habemus plane in Herodoto 5, 24. Συνειδὼς. In iis quæ ſequuntur elegi ex optimo MS. οὗτοι μὲν et προεύεσθαι.

24, 7. Ἀμφίλυτος ὁ Ἀκαρνὰν.] Non habuit in animo Herodotus, ut diſcederet ab ſententia communi, utque Acarnaniæ ad mare Ionium donaret, quem alii ſcribunt fuisſe Athenienſem, ut plane vocat Clemens in 1. Stromateo, haud dubie ex Platone, qui eum dicit ἡμεδαπόν, quos bene iunxit Cl. Meurſius in cap. v. libelli de Piſiſtrato. Itaque quod hic legitur Ἀκαρνὰν posſet accipi ex genio Ionismi, cui indulgens pasſim auctor dicere ſolet δέκεσθαι pro δέχεσθαι, ut aliquoties etiam notabitur, et infinita ſimilia. Quod quidquid ſit, certe terminatio hæc diſcitur ex hoc loco uſurpata etiam fuisſe antiquis in Attica, præſertim ſi accedat auctoritas Senecæ Hippolytum ſic inducentis loquentem in principio eius tragœdiæ: *Frigora mollit Durus Acharnan*, ut est in omnibus MSStis libris, ut id non debeat tentari aliqua mutatione.

24, 14. Συλλαβὼν τὸ χρηστήριον.] Ita cum aliis quoque refert membrana Medicea, nec video cauſam, cur voluerit mutari hanc lectionem Th. Gale in Συμβαλὼν, prout ſe legere dicit, quum quod prætexit, nihil præferat firmum. Ponantur enim hæc duo verba ſæpe pro ſe invicem in codicibus ſcriptis, et dixerit Herodotus συμβάλλειν ἐνύπνια; id utrumque nullam adfert machinam iuſtam ad vexandum hunc locum; ne dicam Herodotum non dicere συμβάλλειν ἐνύπνια, ſed συμβάλλεσθαι. Sed miſerrime vir egregius decipitur in citationibus quas poſuit has (pag. 27. l. 34. p. 39. l. 13. 15.) quæ incidunt in huius libri caput 68., ubi legitur συνεβάλλετο et συμβαλλεόμενος, et cap. 91., ubi legitur συλλαβὼν τὸ ῥηθὲν, et οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε, ut palam pateat ex illa varietate deceptum prorſus fuisſe. Sed ne quid videamur in hoc loco hærere, ſcio illum locum esſe ex cap. 91., ubi idem Th. Gale notare aliquid voluit, niſi eum typi deluſisſent. Sic enim illic editur. Τοῦτο συνέλαβε.] Ad pag. 24. l. 39. dixi συνέλαβε hic reſtitui oportere. Id hoc in loco habet codex Arch.] Voluit enim vir doctus illic exhiberi συνέβαλε, quod fateor etiam legi in codice Florentino, ut ſuo loco teſtabor et pro vero admittam, etſi forſan non ea ſententia, quam putat Gale, qui omnino videtur nul-

nullum uſum habuiſſe Lexici Æmil. Porti, quod certe in lectione Herodoti tuetur aliquem locum et uſum, ubi multa exempla verbi *συλλαμβάνεσθαι* hoc ſenſu, ſed nullum activi *συμβάλλειν*. Sed in verbo *συλλαμβάνειν* habes ex 3, 64. *συλλαβὼν δὲ τὸ θεσπρώτιον*, quo certiſſime confirmatur vetus lectio. Accedit, quod huius reſponſi claritas tanta est, ut ultro pateat ſenſus, nec aliqua *ξυμβολῆς* iactatio requiratur. *Accepto reſponſo* dicit Servius ad 2. Æneid. et mille alii.

24, 26. Καὶ *ἀπιέναι ἕκαστον ἐπὶ τὰ ἑωυτοῦ.*] Perquam ſcitu neceſſarium est, etiam hunc quartum in optima membrana efferri in caſu primo *ἕκαστος*. Nec dubitavi quoque illi manum dare tum ob notata iam ad 17, 47., tum quod hic infinitivus conſideratur habere efficaciam imperativi, et verba illa *θαρσέειν κελεύοντες, καὶ ἀπιέναι ἕκαστος* in conſtructione Herodotea exiſtimantur parem habere efficaciam, ac ſi dixiſſet *θαρσέετε, κελεύοντες, καὶ ἄπιτε ἕκαστος*, ut cap. 60. *λέγοντες τοιάδε, Ὦ Ἀθηναῖοι, δέκεσθε*. Nec enim neceſſe est huc citare, quæ collegi ad Arriani *Ἀνάβασιν*. Nec diſſimilia ſunt 6, 97. *Νῦν ὦν καὶ ἄπιτε ἐπὶ τὰ ὑμέτερα αὐτέων, καὶ τὴν νῆσον νέμεσθε.*

24, 36. Καθήρας.] Cl. Meurſius ex hoc ipso Herodoti loco et verbo dicit Piſiſtratum luſtraviſſe Delum. Dubito an recte. Sacra forſan quædam addita fuiſſe videtur veriſimile. Sed Herodotus utique non dicit, et ex ſepulcris transferre cadavera non est luſtrare. Itaque hoc ſenſu *καθαρὸς τόπος* etiam dicitur inſcriptione Thyatirena apud Whelerum et Sponium *Σορὸν ἔθετο ἐπὶ τόπου καθαροῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως πρὸς τῷ Σάμβᾳ θείῳ ἐν τῷ Χαλδαίου περιβόλῳ*, ut ſimpliciter intelligi debet inſcriptio tam excelſe ab aliis ſpectata. Sambas enim nomen est illo tempore ſatis uſitatum in monumentis antiquis, qui Sambas fuerat avunculus eius, et non procul inde ſitus erat. Porro mirare in pinguiſſimis illis Obſervationibus ad Callimachi Delum tum in v. 1, pag. 320, tum v. 277, pag. 485. Herodotum, qui primus in hac parte est, omnino ſupprimi.

24, 42. Τῆς οἰκίης.] MS. *τῆς οἰκηΐης*; ut *στρατηΐην* cap. 71., alibi *ἀνδρηΐην*.

25, 8. Ἥκεις ὦ Λυκόεργε.] Sic et in fine horum ver- 816
ſuum appellatur. Sed optimus MS. utrobique habet *Λυκόοργε*, quod ego accipiendum puto. Nam ſi vulgata lectio vere declararet pronunciationem nominis reſoluti in quatuor ſyllabas, quod contracte triſyllabicum *Λυκοῦργος* editur; profecto ab aliis populis poſſet nominari *Λυκοῦργος*, non item apud Lacedæmonios, qui ſoliti non fuere vocales *οε* contrahere in *ου*, ſed ita retinere, ut patet manifeſte ex hoc ipso lib. cap. 67. *Τῶν ἀγαθοεργῶν καλεομένων Σπαρτιητέων*. Procul dubio enim illic innuit Herodotus ſic ipsos Spartæ nominatos fuiſſe, non *ἀγαθουργῶν*, quomodo potuiſſet enunciare; et præterea ab oraculo eum appellari nunc; prout Laconico more ſolebat extendi diphthongus *ου*. Sane diffiteri non poſſum contractionem in Græca ſeu verbi coniugatione, ſeu nominis declinatione vocalium *εο* in *ου*, ut omnibus Græcis familiarem, ſic quoque Laconibus fuiſſe uſurpatam; ſed ita quoque actum in poſitione contraria earundem vocalium id videtur negare hic codex in tam ſplendido nomine. Unde non tam coniectura, quam concluſio evidens ſequitur, nempe etiam *Λυκόοργος* dictum fuiſſe hunc legislatorem, non *Λυκοῦργος*, ut fecerunt et omnibus fere hiſtoricis hanc appellationem breviorem aut tribuerunt, aut uſurpare permiſerunt, nempe ut in decreto Laconico contra Timotheum Muſicum *μῶαν* dicunt Lacones, ubi Græci alii *Μοῦσαν*. Huius correptionis exemplum quoque est apud Grammaticos, *ὑποεργὸς ὑπουργὸς*, quod est in Favorino. Ubi Stephanus rogat, an pro *ὑπόεργος*?

25, 23. Τοὺς ἐφόρους *καὶ γέροντας ἔσησε Λυκοῦργος.*] Locus conſpicuus et ideo notatus ab viris doctis, qui de Ephoris egerunt, præſertim etiam erudito illo Cragio cap. 4. libri 2. de rep. Laced. ſatis ample demonſtrante diſſenſum, qui de hac re est inter Herodotum, a quo ſtat et Xenophon, ac Ariſtotelem et Plutarchum aliosque, qui ad Theopompum hos deferunt, prout in pluribus fieri contingit. Ne dicam de Scaligeri Animadverſionibus ad Euſebium proponentis Chilonem ex Laërtio ut primum Ephorum. Sed quod idem aut ſponte animadvertens, aut ex Cragio repetens lo. Marshamus in Chronico Canone pag. 509., ludit, opinor, et in luſu ſperat lectoribus imponere, id parum laudabile est; et ante omnia non debuit eo prolabi, ut publicaret ſibi ſuſpicionem esſe vocem *ἐφόρους* in textum irrepsiſſe, prout iam ante ſuſtinuit credere Grentemesnilius, ſed fide temeraria. Sed id iam ita ſit, an Herodoto relinquet *τοὺς καὶ γέροντας ἔσησε*? Quæ in connectenda ſerie lenitas Herodotea? Nimis præcox fuit in hac parte. Neque enim fides ulla fieri potest hic aliquid irrepsiſſe in contextum, quem tot fida monumenta purum ſervaverunt. Cæterum quum circa hos verſus repleta eſſet pagina in exemplari Mediceo, in ima ora erat adſcriptum manu ſane etiam vetuſtiſſima hoc ipsum: *Χρησμὸς ἐν τοῖς Θησέως βίοις ἀναφερόμενος.*

Ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ, ὃς νῦν κατὰ λάϊνον οὐδὸν
Φοίβου Ἀπόλλωνος Χρηστήριον εἰσαναβαίνει.
Ἦλυθεν εὐνομίην διζήμενος· αὐτὰρ ἐγώ σοι
Δώσω, ἣν οὐκ ἄλλη ἐπιχθονίων πόλις ἕξει.

25, 29. Οὐκέτι ἀπέχρη.] MS. *ἀπέχρα*.

25, 46. Ὅσοι αὐτέων.] MS. *αὐτῶν*. Et vere, ut c. 46. *Οἱ δὲ αὐτῶν*.

26, 3. Ἀλαίης.] MS. Ἀλέης. Utique ſic vocavit quoque lib. 9. cap. 69. Et est eadem ratio *τῶν Ἀλκμεωνιδέων*, de quibus ante fuit dictum. Et mox idem codex non *ἐσσῶντο*, ſed *ἐσσοῦντο*, ut 3, 106. *Οὗτοι γὰρ ἐσσοῦνται.*

26, 16. Ἔπεμπον αὖτις ἐς τὸν θεὸν.] MS. *ἔπεμπον αὖτις τὴν ἐς θεὸν*. Nec placet eam ſcripturam negligere, quum proba ſit intellecto vocabulo *ὁδόν*. Habet nempe et Herodotus ſuas ellipſes, quæ ab librariis utique omnibus intellectæ non ſunt. Sic ipse Æmil. Portus *τὴν πρώτην* dici agnoſcit Ion. et Att. *κατ' ἔλλειψιν τοῦ ὁδόν· primum, initio, principio*, vel primo quoque tempore, confeſtim, ut 1, 153. *Τοὺς Ἴωνας ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὴν πρώτην εἶναι·* ubi Camerarius vertebat *ut hæc prima quidem cura eſſet*. Sed acrior est Portus ad ſe defendendum in voce *Λόγος*, ubi ſimul refutat Vallam interpretantem *etiamſi primum adoriendi fuiſſent*, et Stephani ſuſpicionem de mendoſo isto loco. 3, 134. Ἐπὶ *Σκύθας μὲν τὴν πρώτην ἰέναι ἔασον*. Ita doctiſſimus Mercerus ad Ariſtænetum 1, 15. notat: *τὴν πρώτην* accipio ut ſolet *τὴν ταχίστην, ἐπιῤῥηματικῶς*. Accipere ita potest, ut tamen non male etiam ſpectaverit Portus. Sed ad noſtram in hoc Herodoti loco brevitatem et præciſam articuli poſitionem non debemus obliviſci, quo unico optime defenditur, illud vetus, *Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα*. Opinor hoc inexſpectatum *ἕρμαιον* reſtitutionis Herodoteæ tanti est, ut minuta illa, quæ et antea et postea annoto me ex eodem codice mutaviſſe, facile pro veriſimis trahat ac perſuadeat, etiam in *τουτέων* et *ὀρέων* expellendis. Deinde *ἐγίνοντο* pro *ἐγινέατο*, ne ſimus nimium curioſi. Sed et mox MS. habet non *ἐπερησομένους*, ſed *ἐπειρησομένους*: quomodo vox hæc ipsa occurrit 6, 35. et 7, 148.

26, 22. Καὶ *τύπος ἀντίτυπος.*] Quum Valla interpretatus fuiſſet *Forma boſtis formæ*, omiſſa copulativa (imprudenter omnino; neque enim in his aliquid quod hoſtem oleat, nec *ἀντὶ* ſemper hoſtem exprimit) Stephanus cenſuit verti *Hic typus antitypus*, nec quicquam postea illi cum hoc loco fuit, ita ut noluerit in Theſauro eundem vel citare, nedum accurate inſpicere; niſi quod ut promittit, deinde expoſuit typum vocari malleum ictum incudi impingentem, quem quum viciſſim repellat incus, antitypus vocatur quaſi viciſſim feriens. Atqui nec interpretatio hæc est, nec explicatio. Quomodo enim typus et antitypus illa expriment, quum ſint inde remotiſſimæ voces? Et quando malleus impingit ictum incudi talem? Verſionem vero Stephani probat Fridericus, donec nuper in Suidæ mutilata ultra modum et ſas editione iste in Anglia tenebricoſus, in Gallia lucidus Koſterus reddidit: *Ictus ictui contrarius*, quo nihil immitius potest aut durius ſuperaddi. Quod quum colligat ex ratiocinatione Stephani, nempe ex vitioſa vitioſum; aut retinet aut non in v. *Διάμετρος*, ubi ex Eunapio hæc citantur, *Ὡς κατά τινας διαμέτρους κεραίας κεχιῶσθαι τὴν γλῶτταν ταῖς ἀντιτύποις συμβολαῖς τῶν ἀκίδων. Ita ut lingua ſecundum quasdam diametros, adverſis et coëuntibus ſpiculorum ictibus decuſſata eſſet.* Istic oblivio aut negligentia aut Nescio quo pacto eripuit illi integram vocem *κεραίας*. At in voce Ἠχὼ, ubi propria ſedes est *τοῦ ἀντιτύπου*, in hac voce nil niſi durum agnoſcit. Epigramma tractatur ab Salmaſio in Exercit. p. 636. *Ἀργύρεος πόλος οὗτος, ὅπῃ Φαέθοντα σελήνη Δερκεται, ἀντίτυπον πιμπλαμένη Φαέων.* Videntur decipi boni viri ista explicatione auctoris noſtri de mentione incudis et mallei, quam arripuit quoque Suidas. Horum mentio eos trahit ad violentiam et ictum et feriendum. Atqui illa duo adsunt quidem: ſed in iis non exiſtit typus aut antitypus: tum malleus non tundit incudem, ſed ferrum ignitum, quod ex ictu mallei ſuperne *τύπον*, et ab altero latere ab forma incudis accipit *ἀντίτυπον* formam, ſcilicet obver- 817

ſam alteri typo. Hinc apud Minucium Felicem cap. 23. *tunditur malleis, incudibus figuratur.* Suaviſſime apud Macrobium lib. 2. Somn. Scipionis cap. 1. Pythagoras caſu præterit *in publico fabros ignitum ferrum ictibus mollientes*, ut illic omnino adſit τύπος ἀντίτυπος, quum tamen nulla mentio ibi ſit incudis, quam memorat Iamblichus 1. Vit. Pythag. c. 26. ἐπήκουσε βαίσραν σιδηρον ἐπ' ἄκμονι βαιόντων, ſed ubi ἄκμων nullam edit repercuſſionem. Forma Vallæ omnino recipienda est, ut quæ congruit Græco vocabulo, et interpretandum; *Et forma cum adverſa forma*, ſed id in Latino minus est, quod Græca vox τύπος veniat ab τύπτω, et hinc habeat aliquid incluſum operationis fabrilis, quo deſtituitur Latina.

26, 38. Ἐλθὼν ἐς χαλκῆϊον.] Forſan non ſimpliciter, ut derideretur aut repelli poſſet, ſed ex Græcæ comitatis more, calefaciendi cauſa, et inſtar λέσχης, prout ad hanc rem talia loca illic petita fuiſſe conſtat. Mox MS. Mediceus non habet ποιεύμενος, ſed ποιεύμενος.

27, 2. Ὁ μὲν δὴ ἔλεγε.] MS. plenior, Ὁ μὲν δή οἱ ἔλεγε.

27, 4. Συμβαλλόμενος et 10. Συμβαλόμενος.] Accurata diſtinctio codicis MSti inter duo participia, quorum prius est præſentis aut imperfecti temporis, unde in eo est geminum λλ, ſecundum est aoriſti ſecundi et de præterito agit. Sic igitur et in interpretatione diſtinxi, quod vulgo non fit.

27, 17. Καὶ τὰ ὄγδοα συλλέξας.] Quod contigit Erxidide Athenis Archonte, Olympiade octava et quinquageſima, ut ex diverſis colligitur ab Meurſio lib. 1. de Archontibus cap. 11. Quæ notio facit rem probabilem. Sed et post id tempus ſervata, ut denique doceat Servius Dianam illam Tauricam ad Laconas translatam fuiſſe, Oreſtis vero oſſa ab Aricia Romam, et condita ante templum Saturni, iuxta Concordiæ templum ad 2. Æneid. 116. Hæc potuit, certe debuit quoque ſcire Gellius, quum ſcriberet caput decimum libri III. Hiſtoria vero hæc ſimilis est alteri de Phalanthi cineribus in foro Tarentino ſparſis apud Iuſtinum lib. 3. cap. 4.

27, 43. Τουτέων τε ὧν εἵνεκα.] MS. τούτων τε ὧν εἵνεκεν. Et ſic ſemper. Sed quod me præteriit, ſicut ſupra, nunc quoque MS. habet μεγέθεϊ, non μεγάθεϊ.

28, 6. Ἀπελοίατο αὐτὸν.] Sic enim ex Stephani marginibus recepi, quod ille viderat in codicibus antiquis, ad quos accedit optimus Mediceus, non ἀπεληΐσαντο, ut edidit Aldus et mox Camerarius, quo non ſolet uti Herodotus, ſed ſimplici λῃΐζεσθαι, quod unicuique patere potest inſpicienti collectanea Porti in Lexico, eoque etiam utitur in lib. 3. c. 47., ubi repetitur hæc hiſtoria.

28, 15. Οὕτως ἔσχε.] Offero lectori, quod est in probatiſſimo codice; non οὕτω ἔσχε, ut vulgo, et alibi
818 maluit. Itaque quamvis perceperim, quid interdum placeat Herodoto, nunc tamen opiner ſic voluiſſe. Nam et cap. 76. Οὕτως ἠγωνίσαντο. Cap. 176. Ξάνθον οὕτως ἔσχε ὁ Ἅρπαγος.

28, 28. Οὐ σῦκα, οὐκ ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν.] Nempe σύκαι et σάφυλαι ſunt optima teſte Lucian. lib. 2. veræ hiſt. Itaque hic erit locus, quem notavit Iulianus in Epiſtola ad Sarapionem num. 24. cui mittit ἰσχάδας ἑκατὸν, ubi ſcribit Ἡροδότῳ ἄρα τῷ συγγραφεῖ πρὸς ἐπιδειξιν ἐρημίας ἀληθοῦς ἀρκέσαι, εἰπόντι, παρ' οἷς οὔτε σῦκά ἐσιν, οὔτε ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν. Ubi hæreo, an non pro Imperatoria poteſtate ultra conetur trahere verba ista, quam Herodotus voluit, quum Perſæ non ſint ἔρημοι, niſi quod poſtrema verba id tradant, non priora.

28, 30. Τοῖσι γε μὴ ἔσι μηδὲν.] Et hoc novit Stephanus exſtare in MSS. et ut quilibet id ſciret, in margine poſuit, quod pro Herodoteo habendum teſtatur Mediceus liber.

28, 40. Ὁ γὰρ οὖρος.] MS. optimus ὄρος, accurate, ſed ſimpliciter circa ſpiritum, de quo quantopere vexetur Herodotus, vide apud Portum in Lexico.

28, 41. Ὁ Ἅλυς ποταμὸς &c.] Exemplo hic locus est, quam incondite ſcripſerit illa ſua pinguia ad Callimachum Puteolanus vector, dum pag. 154. audet referre [Halys autem fluvius, qui Lydiam terminat, ut de eo Curtius l. IV. c. V. et pridem ante Herodotus lib. 1. cap. XXXII.] Tanquam nihil niſi vitio fœdum poſſet ſcribere, et numerus falſus est, et in Herodoto ſodes ubi mentio istius Lydiæ? Halys Lydiam ne quidem tangit, immo per quas gentes ille fluat, diſerte recenſet Herodotus, nec in his ullus Lydiæ locus. At alia res est, ſi fluvius dicatur imperium regionis alicuius terminare, ut nunc Lydicum et Mediscum. Ita profecto iam docebit quoque Spanhemius Halyn fluvium terminare Mediam. Quid potest ſcribi magis ridiculum et erubeſcendum?

28, 48. Ποταμὸς ἀποτέμνει.] MS. ἀποτάμνει. Et ut hæc mutatio admittatur, tempus est. Sic libri huius cap. 82. exſtat non tantum ἀποταμνομένη, ſed etiam quum istic paulo ante edant ἀποτεμόμενοι, præclare monet MS. codex reſtitui debere ἀποταμόμενοι ἔσχον. Sic cap. 186. ἐτάμνετο λίθους. 2, 33. Τάμνων, et cap. 92. ἀποτάμνοντες. 4, 70. Τὰ ὄρχια ταμνομένων.

29, 2. Πέντε ἡμέραι ἀναισιμοῦνται.] Hoc ipsum rurſus adfirmat lib. 2. cap. 34. Quod teſtimonium conveniebat cum Scylacis pari numero dierum, unde illic ab Is. Voſſio citatur, qui de isto numero ſollicitus fuit, adeo ut Herodoto, cui adſueverat, propria manu quondam adſcribere non dubitaverit in noſtro hoc loco [f. πέντε καὶ δέκα.] Quod non ita debuit proſtitui, ut venderetur. Cæterum video Patri meo in mentem aliquando veniſſe, ut legeret, ſatis probabiliter: Οὕτω ὁ Ἅλυς ποταμὸς ἀποτέμνει σχεδὸν πάντα τῆς Ἀσίης τὰ κάτω ἐκ θαλάσσης τῆς ἀντίον Κύπρου ἐς τὸν Εὔξεινον Πόντον (ἔσι δὲ αὐχὴν οὗτος τῆς χώρης ταύτης ἀπάσης) μῆκος ὁδοῦ εὐζώνῳ ἀνδρὶ πέντε ἡμέρας ἀναισιμοῦντα.

29, 7. Τίσχοθαι ἐθέλων.] MS. θέλων. Sic et ante edidi ex eo εἵνεκα et μοίραν, quæ utraque ſic exhibet, non εἵνεκε, non μοίρην· quod ipsum recurrit cap. 75.

29, 11. Νομάδων ἴλη.] MS. εἴλη. Et infra εἰλαδὸν idem MS. Et post ἐκμαθέειν, non ἐκμαθεῖν.

29, 17. Παῖδα σφι παρέδωκε.] Ex his Græcis Latina finxi, quum nihil abiret hinc lectio antiqui libri, et fieri potuerit, ut in filio primum Scythas expertus, deinde permiſerit aliorum quoque filios ob easdem cauſas illuc ire, aut ſimul intelligantur comitati fuiſſe ab initio regium filium. Alioquin ſatis probe legit Valla παῖδας, quod et Stephanus videtur probaviſſe. Fridericus ſane ſuſtinuit ad istam formam contextum inſtituere. Nec mirum, quum non aliter in hoc loco agat Dion. Petavius in citando libro 10. cap. 2., adeo ut pueros ipsis Scythica lingua et ſagittandi diſciplina inſtituendos traderet. Thomas etiam Gale teſtatur recte interpretem ſic egiſſe, ut legeret παῖδας. Cernis omnes miro impetu actos, qui tamen cœcus totus est. Sed videtur ſuccreviſſe ex imitatione libro 2. cap. 154.

29, 25. Ἀνάξια σφέων ἐωϋτέων.] MS. σφέων αὐτῶν. Sic enim exhiberi oportuit, quippe quod legitur in veteri libro, ſimiliter ac cap. 97., σήσωμεν ἡμέων αὐτῶν βασιλέα. Adde finem capitis 143. Etiam mox in illis Ταῦτα καὶ δὴ ἐγένετο vocem tertiam non agnoſcit idem codex. Et ſtatim ἐβούλευσαν pro ἐβουλεύσαντο.

29, 36. Κυαξάρεϊ.] Quum nemo æque noverit virtutes Herodoti, nemo perinde eas celebraverit, ac magnus ille et divinus Ios, Scaliger, neſcio quî hæſit is in hoc loco, ut narrationem Herodoti reprehenderet. Id facit in Animadverſionibus pag. 89. nec quæ ibi inamæna ei impingat, hic exſcribo, quum ſatis graves eorum pœnas dederit, ſequuto truci ultore Dion. Petavio in libro x. de doctrina temporum. Mox acceſſit Marshamus apud Stanleium ad Æſchyl. p. 775. 819
Licet utrumque et tertium conſulere.

29, 37. Τοῖσι Λυδοῖσι καὶ Μήδοισι.] MS. τοῖσι Λυδοῖσι καὶ τοῖσι Μήδοισι. Id Herodoti eſſe infinita exempla evincunt. Iam ſupra habuimus cap. 35. Τοῖσι Λυδοῖσι καὶ τοῖσι Ἕλλησι. Et infra c. 141. Τοῖσι Ἴωσι καὶ τοῖσι Αἰολεύσι. Nec diſſimile est, quod ſequitur: Οἱ δὲ Λυδοί τε καὶ οἱ Μῆδοι.

30, 11. Ἐς τὴν ὁμοχροιΐην.] Quamdiu hic lectum fuit αἱμορῥοιΐην? Id excitabat Stephanus vertebatque, *usque dum ſanguis profluat*, iunctis ſcilicet his verbis cum præcedenti ἐπιτάμωντες. Is tamen in Theſauro noluit hunc Herodoti locum noſſe, nec quum ὁμοχροίαν tractabat, nec quum αἱμόῤῥοιαν. Nihilominus ut voluit Stephanus, ita locum hunc diſtinguendum et corrigendum exclamat Æm. Portus, interpretans *ſecuerint brachia usque ad ſanguinis profluvium.* Quin et forte hoc rectius ſtatuit in margine Fridericus, quum interim in Latinis exhibeat *brachia ſecuerint usque ad ſanguinis eruptionem.* At Valla ὁμοχροιΐην ſpectavit, quaſi deſignaret locum, nempe *qua brachia humeris connectuntur*, quum teſte Voſſio Ios. Scaliger intellexerit curvaturam brachii, qua contingunt ſe partes duæ interiores brachii, cum angulum faciunt. At ipse Voſſius ſuccenſens omnibus, ſtatuit αἱμορῥοιΐην inepte reponi, et quia Tacitus, Valerius Maximus, Lucianus manuum aut digitorum aut pollicum mentionem faciunt, credit rectius ὁμοχροιΐην intelligi mutuum cutis contactum, nempe locum qua ſe contingebant dextræ invicem implexæ et colligatæ. Neque enim tanti ducit Herodotum Voſſius, aut putat ad ſe facere,

re, quod diserte scribat Herodotus τοὺς βραχίονας ἐπιταμέσθαι. Itaque nos hinc colligimus vanam esse interpretationem Vossii de dextris, et mirari me dico, cur et iste ferus Isaacus et alii viri docti velint ita Herodotum tractare. Porro an brachia possunt dici incidi, ut sanguis non profluat, vel eruptio aut profluvium sanguinis non fiat? An qui dicit τοὺς βραχίονας ἐπιταμέσθαι, debet adhuc mentionem facere αἱμοῤῥοΐης, idque ex cerebro horum homuncionum, non ipsius Herodoti? Quale monstrum id est? Nihil itaque hic video nodosum. Dicit auctor, quando brachia inciderint æquo modo, ut sint concoloria; nec dubitari potest, quis color intelligatur. Immo ut ab Herodoto indicari scias, pergit dicere τὸ αἷμα ἀναλ. ἀλλ'. Nonne habes sic omnia perfecta? Nam Th. Gale instar feræ inclusus occæcatur, ut omnia toleret, et ambiguitatis instrumenta augeat nihil pensi habens, dum varia vocabula ad hanc similitudinem ex copiæ, sed iejunissimæ, scilicet cornu iaciat, quum in Indice habeat inter dictiones Ionicas, ac tandem Vossium inspici velit ad Melam. Quid insulsius?

30, 16. Ἐς τε τὰ χρησ. ἔπεμπε, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας εἰρωτέων.] Habe ex MS. Mediceo simul pignus fidei suæ ac præstantiæ, quam tempori nostro ille præbet; simul specimen suavitatis Herodoteæ. Nam id quod legit huc usque eruditus orbis in hoc loco, non est Herodoti, sed nugatorum, qui cupide sua adsuunt alienis. Etenim istud participium non exstat in illo MS. et insulse abundat. Quis enim ignoret ad oracula mittentem mittere consulendi causa? Itaque est hoc elegantiæ et polituræ Græcæ, ut subintelligant, non exprimant quid agant. Ipse noster 3, 13. Κήρυκα πέμπει βουλόμενος αὐτὸς μὲν ἐς Κέρκυραν ἥκειν *Caduceatorem mittit*, qui dicat *se quidem in Corcyram velle concedere*, ut vertit augetque Valla. Sic igitur et Diodorus Siculus 14, 113., ubi Dionysius Rhegio capto cruciat Phytonem κήρυκος συνακολουθοῦντος, ὅτι τὸν ἄνδρα Διονύσιος τιμωρεῖται, ubi interpres, *proclamante interim præcone*, nequaquam ex vero. Habent autem omnes ab fonte eruditionis Græcæ. Sic enim Homerus Iliad. Γ, 116.

Ἕκτωρ δὲ προτὶ ἄστυ δύω κήρυκας ἔπεμπε
Καρπαλίμως, ἄρνας τε φέρειν, Πρίαμόν τε καλέσσαι.

Interpretantur, *Tum Hector ad urbem duos præcones misit celeriter, qui agnos adferrent, Priamumque vocarent.* Atqui id non est opus præconum, sed indicare et iubere agnos ducendos et Priamum vocandum. Hinc ergo et Livius 22, 50. *Nuncium, qui in maioribus castris erant, mittunt, dum prælio fatigatos quies nocturna hostes premeret, ut ad se transirent*, omisso verbo iussurum vel indicaturum vel moniturum. Ibidem cap. 54. *Nuncium extemplo mittunt, quantæ secum peditum equitumque copiæ essent, sciscitatumque simul, utrum* &c. ubi posterior pars mire impletur, prior destituitur. Atque ita patet simul firmitas eius, quod ante multos annos scripsi ad eiusdem Livii locum 4, 20.

30, 23. Θαλῆς οἱ ὁ Μιλήσιος διεβίβασε.] Longe mollior accidit hæc series vocum istarum, prout exstat in MS. Mediceo, quam vulgo; Θαλῆς ὁ Μιλήσιος διεβίβασέ οἱ· etsi probe norim particulam istam ab Herodoto interdum in fine appositam esse, ut cap. 86. et 91.

30, 36. Ἀρχαῖον ῥεῖθρον.] Sic liquide legitur in MS. nec potui repugnare, etsi modo ante scripserit ἀρχαίων ῥεέθρων.

31, 1. Πέμψας κήρυκας ἐς τοὺς Ἴωνας.] Est eadem causa, quæ occurrebat 8, 14. Nam obloquitur sibi Herodotus, quum cap. 141. ait. Ὅτι δὴ οἱ Ἴωνες πρότερον αὐτοῦ Κύρου δεηθέντος δι' ἀγγέλου ἀπίσασθαι σφέας ἀπὸ Κροίσου. Ubi unum modo nuncium ab Cyro dicit missum, quum hoc loco plures. Verum non ita immemor sui Herodotus. Immo et MS. clare profert in hoc loco κήρυκα, quod opportunum est egregie, et idcirco repositum in alterius vicem. Sed ne quid celetur, idem MS. in advocatis verbis ex cap. 141. habet δι' ἀγγέλων, ut, nisi pluribus vicibus unum misisse credatur, nihil ἀπριξ definire liceat.

31, 22. Ἁλίσας δὲ δὴ.] MS. ἁλίσας τε δὴ, quod hoc in loco iungit concinnius, quam vulgata lectio per adversativam.

31, 25. Φρονέων ἀπίκετο ἐς τὰς Σάρδις, ἔπεμπέ τε κήρυκας.] Longe molliore nexu narratur in MS. Φρονέων, ὡς ἀπίκετο ἐς τὰς Σάρδις, ἔπεμπε κήρυκας, unde non potui ambigere de eligendo.

31, 30. Ἐλπίσας μή κοτε ἐλάσει.] MS. ἐλάσῃ, quæ perpetua est Herodoti consuetudo.

31, 35. Φοιτέοντες.] MS. φοιτῶντες, et paulo ante φανέντων δὲ αὐτῶν, non αὐτέων. Sed et mox longe mitius ἰδόντι δὲ τοῦτο Κροίσῳ, non ἰδόντι δὲ τῷ Κροίσῳ τοῦτο. Nam ex varia lectione non potuit dubitari, quin eligerem ἔπεμπε θεοπρόπους ἐς τῶν ἐξηγητέων, quum sic legeretur in MS.

31, 46. Πολέμιόν τε εἶναι.] Aut hinc aut paulo ante expellendum videtur verbum substantivum εἶναι. Sane nihil potest hic esse ambiguum bene consulenti, si quis modo sciverit ex hoc loco id expelli ab MS. Florentino. In priore agnosce manus male feriatas. Nam qui hoc infinitivum ita duplicavit, est ipse Stephanus, quod inde patet, quia editio tam Aldi quam Camerarii exhibet ἔφιν γῆς παῖδα, non ἔφιν εἶναι γῆς παῖδα. Quid tum? an igitur Stephanus pro arbitrio sic voluit abuti isto verbo, ut inculcaret ubi vellet, quamvis non foret necesse? Immo adest illi sua quædam excusatio, quum pateat ex dictis istud verbum ab aliis MSStis illic poni, ab aliis vero istic, ut videatur Stephanus inspexisse varios antiquos codices, unde iudicavit præstare, si abundaret potius quam ex alterutro deleret. Cæterum laudetur ac superet sanctitas codicis Medicei, quam modo rursus experiemur.

32, 5. Ὅκως πρὶν ἢ τὸ δεύτερον ἀλ. τὴν τῶν Λυδῶν δυν. αὐτὸς ἐπικαταλάβοι.] Nihil quidem in his non Græcum. Hoc videlicet est Herodotum vel edere vel legere! Dices vero nihil in his occurrere molestum, quum Valla etiam commodissimo sensu sit interpretatus. Recte. Sed ubi in Herodoto deprehendes talem usum verbi istius decompositi ἐπικαταλαβεῖν? Quum iste scriptor brevius istud καταλαβεῖν toties usurpet, sed peculiari suo modo, ut collegit iam in Lexico Æm. Portus, quomodo credetur decomposito usus tam vulgarem ad modum? Immo quum adeo diligens sit Portus in annotandis decompositis ab Herodoto usurpatis, prout est ἐπικατακλύσαι, nostrum hoc ἐπικαταλαβεῖν non dignatus fuit annotare vel ex hoc nostro vel ex alio, qui nempe nullus est, loco? Non Stephanus ipse dignatur in Thesauro agnoscere Herodotum huius verbi approbatorem. Et quo ista omnia? Nempe ut bene præparatus (etsi forent animadvertenda plura, quæ insipidam faciunt hanc densationem) discere incipias in MS. optimo nec ὅκως nec τὴν nec αὐτὸς ἐπικαταλάβοι conspici, et sine iniuria ulla abesse queunt. Verti debuerat, *promovere exercitum Sardes, priusquam denuo contraberentur Lydorum copiæ.* Satis clare exponitur scopus Cyri.

32, 14. Ἡ δὲ μάχη σφέων ἦν ἀπ' ἵππων.] Nullus miror sic edi, sic legi in hoc loco, quum vix aliter sciret idiota Græcus loqui. Interim est aliquid, quod morari possit legentem. Nam cur ita nunc scribit, qui mox dicet ἀποθορόντες ἀπὸ τῶν ἵππων? Nec sane nova sector, sed auxilia quæ possumus habere veterrima, publicare et illustrare cogor. In his vel primaria est membrana Medicea, quæ intactum ab licentia servavit Herodotum, in qua plane legitur ἀφίππων una voce. Nec temere; etsi enim sciam, quomodo id adiectivum celebrent Lexicographi, novimus tamen illud ἀπὸ non esse semper privativum, etsi id solum isti in hac voce spectent, haud dubie nimis arcte coërcentes. Exemplo est, quod in Strabone notavit maximus Casaubonus ἀφιππάζεσθαι et in Diodoro Siculo ἀφιππεύειν, non desilire ab equo, et eum relinquere, sed abequitare, ut sic dicam, et in equo fugere, ut te eripias. Sic quum in isto composito ludatur, quidni simpliciter μάχη σφέων ἀφίππων dicetur pugna contemplatione dirigendi ictus demittentium plagam ab equis, eorundem scilicet, qui contemplatione sedendi aliis dicuntur ἔφ- 82
ιπποι? Ita quidem mihi videtur. 82

32, 17. Ἐὸν μέγα τε καὶ ὑψηλὸν.] Contra omnem rationis speciem veritas priscæ scripturæ in hoc commentum abiit. Quid ineptius, quam Lydos Sardianos dicere bonos equites, et eosdem agere in campo non solum sublimi, sed etiam fluviis interciso, unicis equitandi impedimentis? Et quid est, quæso, πεδίον ὑψηλὸν? nempe montibus collibusque inæquale et levatum, ut cap. 110. de Mediæ parte. Ταύτῃ γὰρ πρὸς Σαππείρων ὀρεινὴ ἐστι κάρτα καὶ ὑψηλή τε καὶ ἴδῃσι συνηρεφής. Idem dicit Strabo de omni Media versus Boream patente lib. 11. Ἡ πολλὴ μὲν οὖν ὑψηλή ἐστι καὶ ψυχρά. Nihil æque incommodum equis agitandis, quam hæ locorum descriptiones, ut quisque potest comprehendere, imo novit ex Thessalia. Quare emendatissime prorsus membrana Flor. καὶ ψιλὸν, hoc est, nudum, patulum, arboribus et vepribus cursum equorum non impediens. Egregie prorsus se explicat auctor Herodotus 4, 175. Ὁ δὲ λόφος οὗτος ὁ Χαρίτων δασὺς ἴδῃσί ἐστι, ἐούσης τῆς ἄλλης τῆς προκαταλεχθείσης Λιβύων ψιλῆς. Eodem lib. 21. Πᾶσαν ἐοῦσαν ψιλὴν καὶ ἀγρίων καὶ ἡμέρων δενδρέων. Insuper occurrit 2, 76. ψιλὴ τὴν κεφαλήν. Immerito vocabulum istud penitus omi-

ſit Æmil. Portus. Mox ex MS. dedi Τλλος et ὄρεος.

32, 21. Φωκίην πόλιν.] Si placet ridere, ea culpa est Tanaq. Fabri, ut de vulgata in editionibus ſcriptione huius urbis deplorans in epiſtola ad Petavium, etiam neſcio quid de Sylburgio querens, quaſi a quo Φωκαίη diverſa habeatur urbs ab hac Φωκίη, certe riſum meruerit. Quænam ista grasſatio, quæ ista illi queſtio ſuperest, quum iam diu Salmaſius in Exercitationibus pag. 863. ſcribat Φωκαίην, appellet *Phocæam*, teſtetur male edi Φωκίην. Has utique Petavius bene lectas habuit. Et quanto riſu debuit legiſſe hanc epiſtolæ istius XL. partem? Utique iam olim Italica verſio *appreſſo alla terra di Phocea*. Ego remittere ſane queo, quod in modo præcedentibus ex communi dialecto retinuerunt οἰκίης, ϛρατίην: huic naſutiæ quis indulſerit non intelligo, ut talem urbem conderent, quum in MS. Fl. aperte et veriſime legatur Φωκαίην? Sed ita etiam 3, 14. ἐς Πτωχίην fecerint, quum in MS. ſit Πτωχιῆην. Res est ſatis iocoſa. Æmil. Portus in Lexico citat tria loca, in quibus editur Ξειείη, nec ipse de eo aliud quid notavi. At lib. 3. cap. 39. rurſus occurrit ea vox, nec eum locum novit Portus (forſan volens, quia incidit in ambiguitatem) at illic ex MS. reponam ξειηῆην.

32, 35. Συλλαμβανόμενος ἀμύνηται.] Verbum utrumque pernotum. Nec prioris ſtatum moveo; ſed in poſteriore, quod ex vulgari modo exemplis quam plurimis firmat in hoc ſcriptore Portus, meretur notari acumen aliquod Herodoteum, cuius notitiam præbet. codex optimus, dum exhibet ἀμύηται, quam literæ ν eliſionem ſpernere nequivi; et dein τῶνδε εἵνεκεν.

32, 42. Τῷ δή τοι καὶ ἐπεῖκε.] Nullus auſit hoc culpare. Et tamen id facit MS. Mediceus, dum legere iubet τῷ δή τι καὶ, omnino meritus quorumvis obſequia etiam in hoc exiguo, ut quod vere est Herodoteum. 3, 12. Οὕτω δή τι ἰσχυραὶ κεφαλαί. 4, 52. Κρήνη οὕτω δή τι ἐοῦσα πικρή.

32, 43. Ἐνθαῦτα ὥσϕραντο τάχιστα τῶν καμ. οἱ ἵπποι καὶ ἰδόντες αὐτὰς &c.] Est fractus et elumbis ſermo et importune variegatus. Nihil candidius membrana Medicea, ἐνθαῦτα ὡς ὥσϕραντο τάχιστα τῶν καμ. οἱ ἵπποι, καὶ εἶδον αὐτὰς, ὀπίσω &c. Mox ex margine recepi in contextum χρόνον ἐπὶ μακρὸν eadem membrana probante.

33, 11. Τοῖσι δὲ καὶ αὐτοῖσι τοῖσι Σπαρτιήτῃσι.] Ita ex MS. ſupplevi locum addito altero τοῖσι. Quod ſive additum legas, ſive ponas abeſſe, apparet eos qui Herodotum ediderunt, in hac parte non intellexiſſe, acquieſcentes tali verſioni *et ipsis Spartiatis inciderat*; neque enim Græcismus patitur talem verborum ſeriem τοῖσι δὲ καὶ αὐτοῖσι Σπαρτιήτῃσι, neque ista in eo ſenſu reperitur apud Herodotum. Sed eximie ſuccurrit optima membrana ad plenum reſtituens manum et ſententiam Herodoti, qui ſignificat Lacedæmoniis autem et ipsis Spartiatis tale quid contigiſſe. Τοῖσι δὲ nempe οὖσι ἐκ Λακεδαίμονος, καὶ αὐτοῖσι τοῖσι Σπαρτιήτῃσι, nempe ex diſtinctione Herodoti, qua ſcribit lib. 7. cap. 234. Ἔϛι ἐν Λακεδαίμονι Σπάρτη. Nonne ad hunc modum ſcripsit iam ſupra cap. 65.? Φράσαι τὸν νῦν κατεϛεῶτα κόσμον Σπαρτιήτῃσιν. Ὡς δὲ αὐτοὶ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι &c. Et cap. 68. Καὶ ἀπελθὼν ἐς Σπάρτην ἔϕραζε Λακεδαιμονίοισι non tantum civibus et incolis Spartæ, ſed qui forent in omni Laconica regione. Et iam ante cap. 65. offendes plane ſimilia. Articulus autem iste etiam in dativo omiſſus occurret infra aliquoties; ſed bene 4, 35. Αὐτοῖσι τοῖσι θεοῖσι.

33, 18. Κύθηρα.] Equidem ſic etiam vocatur in libro VII., ſed ibi aliter loquitur, nempe ἔϛι νῆσος ἐπικειμένη, τῇ οὔνομά ἐϛι Κύθηρα; nunc iungit ſubiunctivo
822 ſuo conveniens adiectivum, et ſcripsit Κυθηρίη νῆσος, ut est in MS. non tantum Florentino, ſed et utroque Britannico apud Th. Gale.

33, 24. Μηδὲ περιμένειν.] Quod nemo potuit cogitare, in tam obſequioſo ſilentio aliorum, unus huic verbo contradicit optimus MS. in eius locum reponens παραμένειν. Id certe eo magis mireris oportet, quia Cl. Portus utrumque verbum nullius penſi habuit neglexitque in Lexico. Sed certe Herodoti lector debuit cognitam habere differentiam, qua περιμένειν uſurpatur in exſpectando, ut 4, 89. Ἐνθαῦτα αὐτὸν περιμένειν ζευγνῦντας τὸν ποταμόν. 7, 58. Ἐς τὴν αὐτῷ προείρητο ἀπικεμένῳ περιμένειν, qui ſenſus hinc alienus est, ubi notatur perſeverare et manere, quod est in verbo παραμένειν, ut nunc reſtituo, et tuetur ipse Herodotus, tum mox iterando, tum perpetuis exemplis. Sic cap. 30. Καί σϕι εἶδε ἅπασι τέκνα ἐκγενόμενα καὶ πάντα παραμείναντα. 3, 57. Εἰ αὐτοῖσι τὰ παρεόντα ἀγαθὰ οἷά τέ ἐϛι πολὺν χρόνον παραμένειν. 7, 170. Οὐ δυναμένους οὔτε ἑλεῖν οὔτε παραμένειν. Deinde legitur in eodem optimo MS. Συνθέμενοι ταῦτα absque interiectione ὦν. Ac ſane nimium brevis est hæc clauſula, quam ut toleret eam particulam. Tum etiam ἐσσουμένους, non ἐσσωμένους, et eius ſcripturæ plura exempla collegit Portus.

33, 30. Ἀλκίνωρ.] MS. Ἀλκήνωρ.

33, 49. Πρὶν ἂν Θυρέας ἀνασώσωνται.] Credo in his voculam ἂν ſatis ſæpe occurrere, ut lector una carere posſit. Ad cuius ſolatium unica illa Herodoti adiutrix membrana ſecundam voculam teſtatur ſe non reperiſſe in codicibus proxime ætatem Herodoti ſcriptis, ideoque hinc omiſit, et ego expuli rurſus. Deinde eadem τὰ ἐναντία ſolutis et integris verbis, non τἀναντία, quod vulgare: ſicut etiam ex eius auctoritate ſuſcepi, quæ ad oras erant ab Stephano coniecta, ἐνεϛεώτων et ἤλωσαν.

34, 19. Πειρησάμενος τῆς ϛρατιῆς.] His nequaquam congruit interpretatio Vallæ, quæ totum hoc refert ad exercitum, quum hæc Græca referant ad Cyrum, et quidem prave, ut ſcio ex optimo MS. qui præſtanti correctione id ſanat, Πειρησαμένης, quomodo ſcribendum certe est, nec videtur in aliam lectionem incidiſſe Valla, quem defendunt quoque codices Britannici apud Th. Gale. Itaque etiam probari debet προσεχώρεε, quod in eo legitur, non προσεχώρεε, quod male ſic mutatum est.

34, 25. Ὁ πρότερος βασιλεὺς.] Si is primus fuit Lydorum rex, bene est. Sed MS. Florentinus ὁ πρότερον βασιλεύς, ut plane expreſſit etiam Valla.

34, 38. Καὶ μετ' αὐτὸν ἄλλοι.] Opinor ſic loqueretur vel ineptiſſimus. MS. Καὶ κατ' αὐτὸν, ut edidi et interpretatus ſum. Et deinde οὕτω δὴ Σάρδιές τε, et videtur Herodotus ista ſecunda vocula tunc carere noluiſſe, ut 4, 184. Ὑψηλὸν δὲ οὕτω δή τι λέγεται. 9, 65. Οὕτω δὴ οὐκέτι τὸν αὐτὸν κόσμον κατηγέετο.

34, 43. Ἐν τῇ ὧν παρελθούϛῃ εὐθηνίᾳ.] Non miror editores harum hiſtoriarum nequiviſſe diſcedere ab voce tam benigna laudataque non in ſcriptis modo, ſed iam quoque in nummis, ut produxit And. Morellius. Quia tamen abeſſe ab his Muſis debet contumacia aut violentia, ſuſtinuit Stephanus fateri, quid invenisſet in libris ſcriptis, uno vel altero vel pluribus, nempe εὐεϛεῖ, et ſtatim mentem advertit Portus, ad vocem Εὐθηνίᾳ ſcribens [ubi pro εὐθηνίᾳ ſcribitur ad marginem εὐεϛεῖ,] quaſi non unusquisque id ſatis videret ipso indicente. Ergo nec tacere potuit Th. Gale [In margine ſtat εὐεϛεῖ, cuius εὐθηνίᾳ est explicatio, εὐεϛὼ dictio est Ionica ex Democrito et aliis nota] Sic ſcribit quantum vult, non quantum potest. Potuit enim aliquid ſalis adſpergere ex ipso Herodoto, qui reliquit 9, 84. Ἐπαισχυνομένους τῇ ἀπεϛοῖ τῆς μάχης, eamque vocem novit Æmil. Porti Lexicon, ſed loci deſignatione per numeros caret, cuius facti occaſionem ignoro, et hinc eam retinuit Plutarchus in fine de Malignitate noſtri ſcriptoris pag. 872. Etiam potuit addere aliquid de lectione duorum MSStorum ſatis bonorum; nec utique indigebat Herodotus explicatione tali. Hoc miror, cur viri boni ſic deſtituerint Lexicon Herodotearum vocum ex codice Goldaſti, ubi legitur p. 745. Εὐεϛή· ἡ εὐημερία, εὐετηρία (pro εὐετηρία) ἡ καλλίϛη τῶν ἐτῶν διαγωγή. Διογενιανὸς ἄνευ τοῦ σ γράϕει. An id parvi momenti apud istos est, et nihil ad incendendos eos facere potuit mentio laudati olim Grammatici, ac ſententia notabilis in eximenda litera ſibilante? Nequiverunt ulterius ire, quam Salmaſius duxerat ad Solin. p. 250., non noſcens niſi εὐετία, εὐετηρία et εὐεϛὼ et tum εὐεσία. Scilicet ſpreverunt, quia εὐετὴ ex ipsorum ſententia nihil poterat conficere bene Græcum. Hæc igitur omnia in tranquillum redigat ſanctiſſimus codex, et Græci ſermonis notitiam, prout ad nos pervenit, augeamus pulcherrima voce εὐετοῖ, prout in Herodoto legendum eſſe probat ille Heros ex Florentia.

34, 44. Τὸ πᾶν ἐς ἑωὐτὸν ἐπεποιήκεε.] Prout anteceſſit Valla, ſic ſequitur et Stephanus interpretando *pro viribus*, etiam Æm. Portus, et in monſtrando uſu vocularum ἐς citat hunc locum, ubi ἐς ἑωὐτὸν ponatur pro τὴν ἐν ἑαυτῷ, *quicquid in ſe erat, fecit. Omnia quæ potuit, pro viribus fecit.* An et ſic cap. 86. Ἐς ἑωὐτὸν 823
λέγων? nequaquam. Neſcio ubi talia didicerit; niſi quod nunc harioletur. Est enim mera corruptela, quam docet vetuſtiſſimus codex exhibendo ἐς αὐτὸν ſcilicet filium; ut εἰπεῖν ἐς πάντας 8, 26., quod illic reſtituam. Alias ſolet omittere præpoſitionem, ut 5, 97. Τρεῖς δὲ μυριάδας Ἀθηναίων ἐπολιήτε τοῦτο, et notavit quoque Portus. Sed nunc in animo oportuit habere, quod anteceſſit cap. 41. Ἐμοῦ πρηγορήσαντος χρηϛὰ ἐς σε.

34, 46. Ἐπεπόμϕεε χρησόμενος.] MS. χρησομένους.

Quod

Quod est necesſarium. In ipso autem oraculo MS. liber habet βούλου, non βούλευ.

35, 7. Ἤιε γάρ τις Περσέων.] Hæc nempe erat Græca lingua, exercitata inter librarios, qui deſcribendo et manu quæſtum faciebant, nati ad corrumpendum, et feſtinato nimis ſcriptu implentes ſeriem membranarum ſine cuſtodia eius, quod ſequebantur; non Herodoti, non elegantiorum, non eruditorum, qui ſibi ipsi bibliothecas deſcribebant. Ergo et ſuavisſime MS. ἦιε γὰρ τῶν τις Περσέων. Id est ingenuum auctoris noſtri. Sic infra cap. 109. Δεῖ μέν τοι τῶν τινα Ἀσυάγεος. Et cap. 124. Ἦντε τῶν τις δοκίμων ἄλλος Μήδων. 2, 179. Ἐς τῶν τι ἄλλο ϛομάτων τοῦ Νείλου. 4, 111. Τῶν τινες οἰκετέων εἶναι. 7, 143. Τῶν τις Ἀθηναίων. Et 146. Τῶν τινας δορυφόρων. Et alio modo 8, 90. Τῶν τινες Φοίνικες. Sic cap. 114. idem MS. habebat τῶν δέ κου τινὰ αὐτῶν, non τὸν δὲ, idque placitisſimum est. Immo non aliter paulo ante, ἰδὼν τῇ προτερχίῃ τῶν τινα Λυδῶν: quamquam illic MS. τόν τινα Λυδῶν, quod non est contemnendum, ut cap. 90. Αἴτεο δόσιν τήν τινα βούλεαι τοι γένεσθαι. Nam ſic quoque MS. non τὴν δόσιν τήν τινα, ut vulgo. Mox liquide in MS. eodem habetur ἀλλογνώσας. Valeant igitur depravati et hæreant in ſuo ἄλλον γνώσας.

35, 13. Ἄνθρωπε, μὴ κτεῖνε.] Sic est. Sonitum vocis, quam edidit hic Crœſi filius, nemo aut illius ſæculi, quo vixit Stephanus, aut noſtri audivit, unde eidem Stephano maior libertas fingendi aut ſumendi, quod præplaceret. Ille enim est, qui ſic vexavit Herodotum in edendo, quum et Aldus et Camerarius probe ſequuti priſca exemplaria dediſſent Ὤνθρωπε. An ſecurius aut politius est ex Gellio (quī citat hæc lib. 5. cap. 9. ut notum est) reſingere Herodotum, quam ex antiquis ipsius Herodoti exemplaribus? Quaſi non experiremur illa Græca in Latinis istis libris perditisſime ſcripta eſſe, ut difficillima ſit divinatio; et præſertim citationes illas ex Herodoto ita mutatas, ita ad communem rationem loquendi redactas, ut omne Herodoteum in eis ſit abolitum. Imo teſtor in optimo MS. exſtare ὤνθρωπε, et Th. Gale, quaſi arbitrum ſe vocatum imaginatus, dum ſcribit [Melius Ὤνθρωπε] opinor indicat in codicibus ſuis ita legi, ut id ſit purum putum Herodoteum.

35, 19. Πολιορκηθέντα κατὰ τὸ χρηστήριόν τε, καὶ καταπαύσαντα.] Ita exhibent ac diſtinguunt omnes omnino editiones ab Aldo ad hanc usque. In quibus tamen vertendis, etſi liberiorem ſe geſſerit Valla, tamen omnes pariter eum ſequuntur, et nullus est, qui ut in his Græcis iunguntur illa priora usque ad copulativam καὶ, ita idem in Latinis non faciendum cenſuerit. Nonne inimica bonis auctoribus faſtidia? Immo neſciverunt ſe expedire, et Græca aſſequuti intelligendo non ſunt: ex quibus et nota diſtinctionis poni debet post participium πολιορκηθέντα, et vocula καὶ neceſſario eiici, quum non oraculum dixerit de XIV. dierum obſidione, ſed tantum de everſione magni imperii, quod bene advertit interpres. Itaque volente et indicante MS. nos hæc ita repurgavimus.

35, 33. Μηδένα εἶναι τῶν ζώντων ὄλβιον.] Abest ab MS. vox εἶναι, quod expuli ut ſupervacuum pondus; et paulo ante eidem obſequutus edidi εἵνεκεν, pro vulgato εἵνεκα.

Ibidem. Ἆρα μιν παρασῆναι τοῦτο.] Negotium est peculiare, et vix occurrit ſimilis narratio; unde exiſtimem magis tenendum esſe, quod offert optimus codicum MS. προσῆναι. Id enim fere ſenſum quoque verbi alterius continet aut ſupplet. ut cap. 119. Ἅρπαγον ἐκέλευον προσάντες ἀποκαλύπτειν. Hi ſunt adſtantes. 2, 173. Οὐκ ὀρθῶς σεωϋτοῦ προέϊηκας. Et legi meretur defenſio huius verbi, quam exaravit Portus contra Stephanum in verbo Προσῆναι, et plura de hoc loco affert in vocula Ὡς. Istam vero præpoſitionem in eo verbo probat quoque apud Th. Gale C. A. ut vocat, ſed ex quo dimidium modo citat προϊῇ.

35, 35. Ὀνομάσαι τὸ Σόλων.] Articulus ab MS. non agnoſcitur, qui etiam probat non λειποψυχίης, quod temere fingitur, ſed ἠσυχίης, ſæpe celebratæ ab Herodoto, etiam ut post eam vox elatior ſonet, ut in hac narratione fit, præſertim 5, 93., quem locum vide.

35, 42. Ἐπειρώτεον.] MS. ἐπειρώτων, ut et mox ἐρωτώμενον, non ἐρωτεώμενον. Etiam deinde τῇ αὐτῷ πάντα ἀποβεβήκεε οἱ τῇ περ, interpoſita vocula οἱ, quæ vulgo omittitur, quia non ſatis intelligitur Herodo-
824 teæ ſuavitatis indoles. Etſi enim dativus esſet repletus per præcedentem vocem αὐτῷ, ut putaviſse videntur, id non putavit Herodotus. Hinc 3, 72. Ὃς ἂν μὲν νῦν τῶν πυλωρῶν ἐκὼν παρείῃ, αὐτῷ οἱ ἄμεινον ἐς χρόνον ἔσαι. 2, 175. Ἐν Σάι τῇ Ἀθηναίῃ προπύλαια θαυμάσια οἱ ἐξεποίησε. 3, 55. Καὶ οἱ τῷ πατρὶ ἔφη Σάμιον τοὔνομα τεθῆναι. 6, 68. Ἀπικομένῃ δὲ μητρὶ ἐσθεὶς ἐς τὰς χεῖρας οἱ τῶν σπλάγχνων. 7, 125. Πορευομένῳ ταύτῃ λέοντές οἱ ἐπεθήκαντο τῇσι σιτοφόροισι καμήλοισι.

36, 2. Καίεσθαι τὰ περὶ ἔσχατα.] Succubui turbæ, ut cogerer ſequi, quod priores dederant, etſi forſan inutiliter et incaute. Nam omnes editiones, quas vidi, ſic exhibent, quum tamen non oporteret hic aliter agi, quam fit lib. 5. cap. 101., ubi vides edi; Ἀπολαμφθέντες πάντοθεν, ὥϛε τὰ περιέσχατα νεμομένου τοῦ πυρός. Sed accipe verba Stephani ex Theſauro [Περιέσχατα, pro *Extrema* affertur cum hoc exemplo adeſpoto, Περιέσχατα νεμομένου τοῦ πυρὸς, Extrema iam vaſtante incendio. Sed viderint.] Heu quam imperite!

36, 6. Πυρῇ διδοίη.] Atrocius quid requiritur. Id enim nihil est, et longe melius legitur in MS. πυρὶ διδοίη. Ut 7, 140. Νηοὺς μαλερῷ πυρὶ δώσει. Vice verſa lib. 4. cap. 145., ubi editiones habent πῦρ ἀνέκαιον. MS. mutat in πυρὴν ἔκαιον, etſi ſequatur πῦρ αἴθοιεν; ſicut confuſe agitur quoque in lib. 8. cap. 19. Παραίνεέ τε προειπεῖν τοῖσι ἑαυτῶν ἑκάϛους πυρὴν ἀναϗαίειν, quum ſufficiat πῦρ, ut habet ſolum MS. ille optimus.

36, 9. Κελεύειν σβεννύναι &c.] Valde paratum habuit Henr. Stephanus calamum in corrigendo clam et latenter, quod Aldus et Camerarius admiserant, vitioſe ſcilicet. Itaque quia voluit latere, etiam Germani, qui post accesſere ad Herodotum edendum, tacitum prætermittunt, donum eius accipientes, ſed forſan neſcii. Certe non Fridericus, non Sylburgius, non Iungermannus aut gratias agunt Stephano de hac correctione, aut ſcire ſe monſtrant eam ab isto venire; immo ne quidem deliberaviſſe credo, an tolerari deberet: etiam nec Stephanus tanti habuit, ut in margine poneret cum multis aliis: in ipso contextu graſſatus fuit, et ſine hæſitatione ſcripsit κελεύειν, pro quo duo priores habent κελεύει, quod ex iudicio Stephani tam fuit fœdum et maculoſum, ut litera ν callide immiſſa ſanaret totam huius loci connexionem. Quippe antecedunt tot accuſativi, ut aliter fieri nequeat. Recte profecto, niſi tractarent Herodotum, qui fruitur ſuo genio, nec multum curat, quid antecesſerit. Pro teſtimonio ſint verba ex lib. 8. cap. 87. de nave Attica: καὶ ἡ οὐκ ἔχουσα διαφυγέειν, —— ἔδοξέ οἱ τόδε ποιῆσαι. Vide alterum locum 9, 57., quem verſat Portus in v. Συνηδέαται. Scito igitur ad illos codices, quos tractaverunt Aldus et Camerarius, ex quibus exhibuerunt κελεύει, accedere codicem præſtantisſimum, etiam illum, qui Oxonii a me est inſpectus.

36, 20. Συνδραμεῖν ἐξαπίνης νέφεα.] Ita in MSto optimo legebam primum verbum ſine captatione dialecti ſingularis, ut vulgo συνδραμέειν. Id eo facilius eligere potui, quia videbam Ælianum ſic voluisſe loqui deſcribentem ſine dubio hæc ipsa Herodotea et reſpicientem ad hanc hiſtoriam, etſi ſuo iure voluerit uti in nonnullis variandis. Quod quoniam ignoratur ab illis, qui Æliani fragmenta ex Suida collegerunt, et perinde novit is, qui Suidam edidit, verba Æliani hic appono ex voce Βαθύτατα. Αἰθρίας γὰρ οὔσης καὶ παγκαλίῳ ἡμέρᾳ ἄφνω καὶ ἀδοκήτως νέφη συνδραμεῖν οἷα δή κου βαθύτατα, καὶ καταῤῥῆξαι πάμπολυν ὑετόν. Sicut huc ſpectare etiam partes fragmentorum itidem ex Æliano apud Suidam in vv. Ἔρκος, Προήκουσι et Τυράννοις videtur ſubodoratus fuisſe Kuhnius, dum ea in unum feliciter iungit, etſi ab Æliano veniant illa καὶ τοῖς ἐπὶ μέγα πλούτου προήκουσι.

36, 37. Κατεῖσέ τε ἐγγὺς ἑωϋτοῦ.] Quod Ælianus in Varia Hiſtoria 12, 1. dicit ἐκέλευσε πλησίον αὐτοῦ τὰς ἀνθρώπους καθίσαι. Sed prout citavi, ita ſcribitur in MS. libro, non κάτισε, etſi mox c. 89. ſequatur κάτισον: ſed alio ſenſu. Etiam paulo ante ex eodem edidi δαίμοσί κου, non δαίμονι, ſicut Cyrum ſcripserat auctor in cap. 86. voluisſe εἰδέναι εἴ τις μιν δαιμόνων ῥύσεται. Nam de vocula κου nequit ulla exiſtere dubitatio, etſi in editionum marginibus oſtentetur που. Quod ſi venit ab Stephano, aberravit omnino eius calamus.

36, 43. Κότερα λέγεις.] MS. Κότερον. Hunc etiam ſingularem exigit MS. codex in lib. 3, 32. Κότερον περιτετιλμένη ἡ θρίδαξ ἢ δασεῖα εἴη ἀμείνων, ubi plane legitur in illo κότερον, etſi Herodotus frequentia habeat ista pluralia, et hoc ipsum κότερα mox capite 91.

36, 44. Ἐν τῷ παρεόντι χρόνῳ.] Ita plenisſime exſtat ſcriptum in Mediceo, quod indicare debui, quoniam quum priores omisisſent ſubſtantivum, Stephanus incidens in exemplaria quæ id confirmabant, ita ambigue appoſuit margini, quaſi pro participio παρεόντι ſubſtitutam

ſtitutam eam vocem vellet. Hæc enim eſt ratio notarum eius per margines.

825 36, 49. Τὰ σὰ διαφθορέει.] Quia Portus hunc locum in Lexico ſuo bis producit, incertus utrum præſtaret legere διαφθορέει, quod vulgo obtinet, an διαφορέει, quod ex MS. Stephanus non modo poſuit in margine, ſed etiam in Prolegomenis pagina 737. huius editionis celebrans oſtentat, teſtor in optimo codice legi διαφορέει, quod et crebrius ita occurrit in Herodoto, et iram hoſtilem in turbandis omnibus exprimit acrius, ut id mereatur non ſperni, etſi in ipso contextu tacuerim. Habes etiam ἐκφορέειν 2, 150.

37, 1. Χρήματα τάμὰ.] Huic eliſioni nulla adest venuſtas, et legit optimus MS. τὰ ἐμὰ, quam veram lectionem eſſe patet tum inde, quod exacte videtur voluiſſe, ut hæc convenirent prioribus τὴν ἐμὴν, ſed vel maxime ex eo, quod mox dicat οὐδὲν γὰρ ἐμοὶ, non vero οὐδὲν γάρ μοι. Idem occurret in libro 2. Immo et deinde integrius ἔδωκαν.

37, 13. Τοῦτον προσδέχεσθαί τοι.] Nec Portus hoc verbum ita ſcriptum dignatus fuit referre in Lexicon, et Camerarius p. 719. notat προσδέκεο pro προσδέχου. Bene igitur legit hoc loco MS. προσδέκεσθαι. Ex eodem mox edidi αἰτέο δόσιν &c. quod lege modo, et experieris mollius, quam ut vulgo, αἰτέο τὴν δόσιν. Item χαριεῖ.

37, 49. Τοιαῦτά τε ἐπειρωτᾷν.] MS. Ταῦτά τε. Quod quum magis ſit δεικτικὸν, tum vulgatum ingrate repetitur. Etiam paulo ante non putavi reiiciendum ἤκουσε ὁ Κροῖσος, præ isto vulgari et brevi ἤκουε Κροῖσος, quum ne interpres quidem ſuſtineat uti imperfecto.

38, 2. Λυδοῖσι λέγουσι ταῦτα δὴ ἐντεταλμ.] Quantis nugis ſunt illa ipsa incruſtata? quam lenis et grata ſimplicitas in exemplari MS.? Λυδοῖσι καὶ λέγουσι τὰ ἐντεταλμ.

38, 5. Πέμπτου γένεος ἁμαρτάδα ἐξέπλησε.] Nihil in his est, quod queamus εὐχαριστεῖν Æm. Porto. Ita nuſpiam in his cenſuit vel vocem unam eſſe, quæ deceret eius Lexicon, non ἁμαρτὰς, non γένος, non ἐξέπλησε. Stephanus quid conatus fuerit, apparet, nempe ut quum Valla dediſſet *quintæ retro ætatis crimen luit, hoc est, abavi*, pro hoc poſtremo offerat tritavum, de qua voce nec cogitavit Herodotus; attamen ex annotatione Suidæ novit ἁμαρτάδα in Theſauro. Unus ſe ſollicitum monſtravit Fridericus, qui quum interpoſitionem ſolitam (hoc est, Gygis abavi ſui) hoc loco admisiſſet, ad caput 13. adnotavit [Abnepos Gygis. Et de hoc dicitur infra, quod, captus a Cyro, quintæ retro ætatis, id est, Gygis abavi facinus ſeu crimen luerit] ſic illi. Quid igitur? An γένος verti potest Latine ætas? vel an *ætas* dici poſſit cuiusque regis in regnando tempus, quod quum diverſis temporibus finiri ſoleat, tum in Lydorum regibus etiam non niſi XII. annos duraviſſe invenimus? Neque tamen iam id inquiro, etſi mihi videatur vox moleſta, et melius opinor eam intuebatur, qui in margine Aldini exemplaris, quo utor, adſcripsit [Pœna in quintam generationem.] Vides aliquid propius τῷ γένει Græco. Id certum est non ſolere ita loqui auctores niſi de futuris, non de præteritis, quod hic fit, et ideo interpres in Latinis *retro* interpoſuit: quod in Græcis omnino non legitur. Cæterum quicquid ſit, facile proſternitur inopia perditiſſima lectionis vulgatæ ab elegantia ſcripturæ in membrana Medicea latentis; quæ est tum ipsa veritas et Herodoti manus, tum originis in vaniſſimo errore revelatio: unde omnino lege πέμπτου γονέος ἁμαρτάδα, hoc est, *quinti progenitoris crimen*, qui fuit Gyges. Γονέα quidem variis locis celebrat auctor, ut 3, 109. et 4, 5. et alibi monumenta vetera, ut inſcriptio notata Cl. Monfaucon in Diario Italico pag. 273. Ὃν χαρίτων τρισσῶν πανεπήρατον εἶδος ἔχοντα Αἰνοτόκων γονέων φθόνος ἥρπασεν, ubi editur Αἰνοτόκων εων. Sed ita ſuppleri debet. Γονεὺς igitur proprie pater est, ſed quum capite huius libri 146. dicit quosdam ex Athenienſi prytaneo in Ioniam transgreſſos duxiſſe Caricas fœminas, τῶν ἐφόνευσαν τοὺς γονέας, in his nullum avum fuiſſe vix credas, ut γονεὺς non utique referri debeat ad primam et noviſſimam generationem. Quem nunc γονέα dicit, cum 8, 136. vocat γενέτορα. Τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου τούτου ἕβδομος γενέτωρ Περδίκκης ἐγί. Denique voluit his verbis Herodotus alludere ad verba oraculi, prout ab ipso fuerunt edita cap. 13. Ὡς Ἡρακλείδῃσι τίσις ἥξει ἐς τὸν πέμπτον ἀπόγονον Γύγεω. Huic ἀπογόνῳ est oppoſitus γονεύς.

38, 9. Τοὺς παῖδας τοῦ Κροίσου.] MS. τοὺς παῖδας τοὺς Κροίσου· quod quodammodo gravius.

38, 20. Μεγάλην ἀρχὴν καταλύσειν.] Quum Latina non aliter ſint ſalva, niſi dicatur, *eum eſſe magnum imperium everſurum*, quæ res vetuit editores in Græcis id ipsum clare exprimere? Omnino requiritur μεγ. ἀρχὴν αὐτὸν καταλύσειν, ut est in optimo MS. quod etiam credo innui ab marginali nota Stephani, ſed quam animadverto in omnibus editionibus prave legi ἀρχὴν αὐτὸν μελλ. Quid vult ista poſtrema et decurtata vox? Non debuerat eam tolerare lungermamus, multo minus Th. Gale.

38, 23. Ἡ τὴν Κύρου λέγει ἀρχὴν.] MS. λέγοι. 826

38, 27. Οὐδὲ τοῦτο συνέβαλε.] Accurate exprimo, quod in optimo exemplari exſtare vidi, ut ſcilicet ita nunc legeretur, non συνέλαβε, quod vulgo in hac parte legebatur. Duo ista verba ſolertius ex vero diſtinguuntur in hac lectione. Nam prius de ſolvendo imperio exprobrat Crœſum nec comprehendiſſe nec denuo rogare voluiſſe; quod utrumque certe ita contigit: at poſterius de mulo ne quidem tanti putaviſſe, ut vel menti adhiberet veritatis inquirendæ ergo, et ſuſpicando ſaltem vellet aſsequi, quis ille mulus ab oraculo tam certo diceretur. Id etiam ſupra ſic narravit auctor, ut prorſus acciderit. Itaque vulgata ſunt maculoſa.

38, 33. Δεσποίνῃ τῇ ἑαυτοῦ συνοίκεε.] Sic MS. Medic. non συνῴκεε· ut 2, 140. Νῆσον χώσας οἴκεε. Singularis enim cura Herodoti in augmento inde pellendo.

38, 35. Ἀπήγγειλαν τῷ Κροίσῳ.] Articulus non agnoſcitur a MS.

38, 44. Ἐν δὲ προνηΐοις τοῖσι ἐν Δελφοῖσι.] Hic locus est, quem innuit Æm. Porti Lexicon in v. Προνηΐον, per hunc numerum 25, 14. Is enim ex editione Stephani in paginam hanc verſumque incidit; ſed unde apparet eum hic hæsiſſe. Et ſane ſermo est intricatus et inexplicabilis. Nam ſi fuerunt Delphis plura veſtibula (prout nunc interpretabatur Valla *in veſtibulis templi apud Delphos*) et unus tantum in iis clypeus a Crœſo ſuſpenſus fuit; vel clypeum illum in plures partes pro veſtibulorum numero diviſum oportet, vel in uno tantum ex illis fuiſſe, plurali velut poſito pro ſingulari. Quod ſi fuit, cedo, in quo tandem? Profecto ſunt hæ nugæ nugacisſimæ. At quam eximie membrana Medicea! Ἐν δὲ Προνηΐης τῆς ἐν Δελφοῖσι· hoc est, in fano Pronææ vel Prodomiæ Delphis: quo cognomine Minervam Delphis cultam teſtatur denuo ipse Herodotus lib. 8. cap. 37. in quo ter habetur eius mentio, et quarta atque quinta accedit in cap. 39. quæ quinque loca fieri non potuit, quin recte ſimul viderit eximius Meurſius, quum ſcriberet libri ſecundi Atticarum Lectionum caput XVII., ubi tamen modo duo Herodoti loca profert, quorum reſpectu laudat Vallam præ Henr. Stephano. At nunc ipse teſtor ſic plane legi προναίης in illo optimo libro per quinque ista loca, cui præclare indicat concinere codicem Vaticanum ad reſtitutionem Harpocrationis. Hic autem præſtantisſimus adiutor Græci ſermonis, quum diſerte ex Herodoti libro octavo mentionem huius προναίας illic ſe noviſſe ex annotatione oſtendat, patet hanc ex libro primo verisſime a nobis reſtitutam ei fuiſſe ignoratam, ut apparet, certo indicio, ipsius iam tempore corruptum et obumbratum hunc locum fuiſſe in nonnullis exemplaribus et iis certe, quibus ipse utebatur. Sed interest cognoſcere, quam bene viri docti noverint hanc Minervam, et quam vane illa uſi fuerint. Nam quum Meurſius illic præter Herodotum citaret quoque Æſchyli locum et Callimachi, hos duos poſteriores legens Henr. Valeſius adſcripsit ſui Harpocrationis margini cum præclaro loco Demoſthenis, in quo deſcribitur Προναίης Ἀθηνᾶς, etſi in eo adhuc ſiverit exſtare Προνοίας; quum interim eruditus ille Stanleius Æſchylum illuſtrans in initio Eumenidum rurſus ex Callimacho id demonſtrare voluerit et ex Pauſania in Phocicis, quem ideo emendat, etiam locum Æſchinis ab Harpocratione indigetatum. Denique prodierunt illæ denſæ Obſervationes ad Callimachum, ubi pag. 620. octoginta post Meurſium annis renovatur cantilena Ἀθηνᾶς Προναίας ex Æſchylo et Callimacho, et Pauſanias etiam, ſi Muſis placet, emendatur. Nonne hoc præſegnem Ocnum oſtentat? Sed et quum illic video identidem dici *ei ante ædem Delphicam ſacellum et ſimulacrum erectum*, item *ita de Delphis huiusque Minervæ ibidem templo ſeu ſacello agens*, apparet non bene nosſe quid illic obtinuerit Minerva. Sacellum vocat. Niſi fallor, id bene conveniet cum verbis Demoſthenis: Καὶ Προναίας Ἀθηνᾶς ὡς μεγάλης καὶ ἀγαθῆς Θεοῦ, καὶ παρὰ τῷ Ἀπόλλωνι ἐν Δελφοῖς κάλλιστος καὶ μέγιστος νεὼς εὐθὺς εἰσιόντι εἰς τὸ ἱερόν. Ne quid ad hanc confirmationem omittatur, ipsa phrasis ἐν τῇς Προνηΐης evincit non aliunde ſe niſi ab Herodoto venire. Sic cap. 35. Ὁ μὲν δίκιταν εἶχε ἐν Κροίσου. Et cap. 111. Κλαυθμὸν κατεσεῶτα ἐμφανέα ἐν Ἀρπάγου. Cap. 133.

Στέ-

Στέγαρχος, ἐν οὗ ἂν ἐόντες βουλεύωνται. Ita mox in hoc ipso capite ἐς τοῦ Ἀμφιάρεω, quam locutionem sine articulo ex eodem MS. restituam auctori in libro 8. cap. 134., quippe ubi absurde corruperunt, ἐς Ἀμφιάρεω.

38, 47. Ἐν Βραγχίδῃσι τῇσι Μιλησίων.] Nullus adsequor, quemadmodum tot editiones Herodoti potuerint tacitæ in tam vitioso loco se oblectare: nam licet forsan in eo deprehenderent viri docti corruptos libros, utique tamen intererat verbo monere, ut saltem constaret ipsos bene nosse hanc labem, sed non sustinuisse mutare, quum auctoritas vetustatis intercederet. Certe ego nihil notavi ex MS. et tamen offen-
827 dor hac lectione, sed nec ita mutare sustinui, quamvis cap. 158. aperte legatur ἐς τοὺς Βραγχίδας, ubi præcedit ἐν Βραγχίδῃσι, ut quidem de Herodoti manu vel sententia ambigere nullus queat. Sed locus hic est singularis et iam olim mire agitatus, quod docent Porphyrii Homericæ Quæstiones, ubi pag. 20. quæstione octava exstant hæc verba, quæ refert ab omnibus inspici Philemonis Symmicta memorantis: Φησὶ γὰρ ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ Ἡροδότος τῶν ἱστοριῶν περὶ Κροίσου τοῦ Λυδοῦ πολλά τε ἄλλα διήλεκται· καὶ μὲν ὅτι θεοσεβέστατος γένοιτο, καὶ διαπρεπῶς τιμήσοι τὰ Ἑλληνικὰ μαντεῖα, τὰ ἐν Δελφοῖς, τὰ ἐν Θήβαις, τὸ τοῦ Ἄμμωνος, τὸ τοῦ Ἀμφιαράου. Τούτων μὲν δὴ ἄλλοις ἄλλα πέμψαι δῶρα· ἀνέθηκε δέ τινα καὶ ἐν Βραγχίσι (prave pro Βραγχίδῃσι) τῇσι Μιλησίων. Καὶ γέγραπται ἤδη κατὰ πάντα ἁπλῶς τὰ ἀντίγραφα τὸ τῆς ἄρθρου σὺν τῷ ἴῶτα ἰσοδυναμοῦν τῷ ταῖς. Οὐδένα γε μὴν Ἑλλήνων ὑπομεῖναι θηλυκῶς τὰς Βραγχίδας ἂν εἰπεῖν· Ἡρόδοτον δὲ μᾶλλον ἂν ἑτέρων φυλάξασθαι ἀκριβῆ τε ὄντα περὶ τὰ ὀνόματα, καὶ πάνυ ἐπιεικῶς φροντιστικόν. Τοῦτο δὴ θεραπεύων τις οὐχ Ἡροδότου φησὶν ἁμάρτημα γεγονέναι, μᾶλλον δὲ τὸν συγγραφέα φησὶ διαμαρτεῖν παρεμβαλόντα τὸ σι· πολλὰ δὲ φέρεσθαι μέχρι νῦν ἁμαρτήματα κατὰ τὴν Ἡροδότου συγγραφήν. Unde cognoscimus litem vel obscuritatem iocosam antiquitatis, sed indignam et pertinacem, quum etiam libro 2. cap. 159. exstet ἐς Βραγχίδας τὰς Μιλησίων. Sed tam tetrum nævum non æstimaverim ego maioris momenti, quam quum 2, 15. editur γνώμῃσι τοῖσι Ἰώνων, quum eiusdem libri cap. 18. edant τῇσι ἐμεωῦτοῦ γνώμῃσι; seu eod. lib. cap. 8. ἐν τοῖσι ὀδοῖσι.

39, 6. Ἀντισασιώτας κατεσήκεε.] Quum vox prima in Aldi editione haberet ultimam syllabam nota vel compendio expressam tali τὸν, eam Camerarius explicavit per τας, quasi foret accusativus pluralis, quum haud dubie Valla ex codicibus, quos in interpretando Latine ante oculos habuit, tale quid non verterit, sed id ipsum, quod et ego reperi clare in Mediceo MS. *ἀντισασιώτης repugnans*. Unde merito censebimus hoc quoque recipiendum. Neque id impedit usus verbi κατεσήκεε, quod ut non nego sensu activo sumi posse, ita pro neutro adhibuisse Herodotum quoque patet ex cap. 132. Θυσίῃ δὲ τοῖσι Πέρσῃσι ἥδε κατεσήκεε· cap. 178. Ἔνθα τὰ βασιλήϊα κατεσήκεε· cap. 197. Δεύτερος δὲ σοφίῃ ὅδε ἄλλος σφι νόμος κατεσήκεε.

39, 17. Θώϋμα δὲ γῆ.] Magnopere liberam constructionis licentiam attribuerunt Herodoto, qui sic eum præmisisse statuunt, ut sequatur οἷα τε, et non οἷον τε. Sed bene Mediceus MS. θωύματα.

39, 32. Τοῦ γὰρ Λυδῶν δήμου αἱ θυγ —— αὐταὶ ἐωῦτὰς] Hoc integrum membrum Desid. Heraldo, ut scribit lib. 1. Adversar. cap. 10., videtur adeo non situm naturaliter, ut Herodotus illi sit pro monstro, nempe quia censet ista omnia poni debere post verbum καταπορνεύονται, ut ista corruptelæ Lydiacæ relatio sit continens nec diducatur. Mirabar equidem interpretationem Vallæ solitam grassari in talibus transpositionibus hunc locum illi residuum fecisse. Ac sane si solam contempleris, sicut solam ibi allegat Heraldus, satis concinna foret ista sic cohærens continentia. Sed alia est Herodoti mens. Quippe hanc periodum præmittit, non ut doceat fœdam Lydiæ disciplinam; sed indicet, unde puellis Lydorum tantæ opes, ut potuerint tam grande opus suscipere, et quidem ita ut ei quoque sufficerint. Id necesario statim lector scire debuit, alioquin pro falso vituperaturus, quum nuspiam ea pecuniarum copia sit penes puellas. Hoc igitur statim absolvens interponit, ac paulo post occasione legum otiose repetit, prout licuit. Nihil ergo boni est in hac Heraldina solertia.

39, 35. Ἡ μὲν δὴ περίοδος τοῦ σήματος εἰσὶ σταδίοι ἓξ, καὶ δύο πλέθρα· τὸ δὲ εὖρος.] Quomodo hæc mensura intelligatur ab viris doctis, qui tam multi eam legerunt, non asequor. Utique πλέθρα nihil faciunt ad circuitum, sed ad longum aut latum ampliandum, prout vel in hoc vel in isto latere sunt posita. Sed neque quum calculus loci circumsepti incepit poni, quod ad circuitum pertinet, per stadia, nescio posse in ista parte spatium relinqui, quod per πλέθρα aut debeat aut soleat mensurari. Nec video exitum, si neges aliquid excidisse. Itaque sit satis me monuisse, docte lector, ut conferas, si quid in promptu tibi sit melius. Quod me attinet, interea legere solitus sum: Ἡ μὲν δὴ περίοδος τοῦ σήματος εἰσὶ σταδίοι ἓξ· καὶ δύο πλέθρα τὸ μῆκος· τὸ δ' εὖρος ἐστὶ &c.

39, 44. Ἀποικῆσαι.] Est ergo hæc manus et ingenium Henr. Stephani, quum Aldus et Camerarius ederent ἀπονικῆσαι, in quo nimis se exercuit Portus, damnans hoc postremum, Stephanum recusans nominare, ipse tamen aut eius probans correctionem quam citavi, aut ex se offerens ἀποικῖσαι, quod postremum plane legitur in codice MS. atque ideo elegi.

40, 9. Τὴν εὕρεσιν.] MS. τὴν ἐξεύρεσιν, quod compositum continuo usu antecesit. Paulo ante cur edant Καὶ ἄλλων πασέων, non tantum omisso articulo τῶν, 828
sed cur media vox non merebatur eandem terminationem, quam postrema, ut pateret esse fœmininum ἀλλέων? Etiam in MS. non inveni geminum σ, sed unum in voce πεσῶν, eodem lusu, qui est in ὅσσον et ὅσον.

40, 34. Ὑπὸ Πέρσῃσι δεδούλωντο.] MS. ἐδεδούλωντο.

40, 48. Τωὐτὸ Μήδοισι.] Habes hoc loco unum specimen omissi articuli præpositivi in tertio casu plurali, haud dubie ab illis, qui non intelligebant lenitatem Herodoti lente et tractim procedentem. Nam clare et prorsus suaviter Mediceus MS. Τωὐτὸ τοῖσι Μήδοισι. Sed et in proxime antecedentibus τὰ ἄλλα, non τἄλλα.

41, 1. Ἀνὴρ ἐν τοῖσι Μήδοισι ἐγένετο.] Bene constat hæc loquutio, ut 2, 53. χρησμῳδοὶ δὲ περὶ τῶντε ἐν Ἕλλησι καὶ τοῦ ἐν Λιβύῃ. Et plena manu effudit similia in capite 92. Attamen particula ἐν non admittitur iam ab optimo MS. qui tantum habet Ἀνὴρ τοῖσι Μήδ. Quod nec ipsum improbæ monetæ. Immo qui possum temperare lætitiæ, deprehendens ab hoc inæstimabili monumento sic Herodotum dari adiutorem illis, quæ ad Stephanum in voce Ἄβαι, sane etiam ex MS. produxeram, et fideiussione Diodori Siculi, Strabonis, Iamblichi confirmaveram? quibus socium se iungit nunc Sophocles Oedipo Tyr. 919. Τὸν Ἄβαισι ναόν. Immo et fragmentum nobile ex Farnesiana columna editum ab Cl. Sponio in Miscellaneis pag. 49., ubi inter Herculis gesta refertur ΚΑΙ ΠΟΛΙΝ ΤΗΝ ΣΙΒΑΙΣ ΟΙΚΙΖΕΙ, quod bonus ille vir interpretatur *et urbem Sibais habitavit*. At Σίβαι dicuntur populus Indiæ, in quo populo urbem condidit, ubi intelligitur particula ἐν, aut vult dativus hic significare in eorum gratiam et commodum ab Hercule id factum.

41, 6. Καὶ μᾶλλόν τε καὶ.] Nimia copulativæ repetitio, nec necesaria. Immo exigit MS. Καὶ μᾶλλον τι καὶ. Id prorsus Herodoteum, ut patuit 18, 40. Nam quod præcesit ἐν γῇ ἐωῦτοῦ, debui mutare, secundam vocem in τῇ, ut iam in ora Stephanus, cui adsentitur MS. Italicus. Ipsa res requirit. Eadem ista membrana mox aliter legit quam μενώμενος, non μενεώμενος, nec ἐφοίτεων, sed ἐφοίτων.

41, 15. Πρὸς τῶν πολιτέων.] Effugit igitur hoc specimen diligentiam Æm. Porti, qui omnia loca enumerat, ubi mentio fit πολιητέων. Πολιτέων omnino oblivisciur, tanquam qui nulli sint in Herodoto. Equidem nec ipse memini alio in loco eos conspici, ut mihi imaginer, si Herodotus usus fuerit vocabulo octo literarum, prorsus eum scripsisse κωμητέων.

41, 46. Ποιέουσι δὴ ταῦτα.] MS. ποιεῦσι. Talia persæpe in antecedentibus habuimus.

42, 8. Ἐνεσῶτα.] Recte codex MS. Ἐνεσεῶτα, qui etiam exhibet Ἀγβάτανα.

Ibid. Οὕτω τὸ τεῖχος.] MS. suavissimo procedendi tractu, οὕτω τοῦτο τὸ τεῖχος.

42, 11. Τὸ μέν κου τι.] Hæc est series, quæ in his vocabulis placuit Herodoto, ut cap. 61. Αἵ τινές σφι προηδέατό κου τι. 9, 13. Καὶ εἴ κου τι ὀρθὸν ἦν. Itaque hanc seriem probat optimus ex Italia codex, non τὸ μέν τι κου.

42, 13. Κύκλων ἐόντων τῶν συναπτόντων ἑπτά.] Video equidem ab interpretibus muros hos, nunc unum alteri velut confines dici, nunc istos ambitus dici contiguos; quum Æmil. Portus hunc locum innuens scribat, *coniunctum esse, contiguum esse*. Id sane an verum sit, et quomodo muri hi sese contingere potuerint, nec ipse coniicere et intelligere, nec ex verbis Herodoti colligere queo. Unius modo huius loci verba tale quid videntur innuere; sed qui haud dubie vitiosus est. Etsi enim οἱ συνάπτοντες κύκλοι aliis fortasse auctoribus in modum neutrum usurpari potuisse videantur, at noster auctor ea constructione non utitur, nisi vo-

lueris

lueris huc trahere eandem nuditatem, qua utitur 4, 8. Μελλόντων δὲ αὐτῶν συνάπτειν: ubi idem Æmil. Portus notat esse ἔλλειψιν nominis τὰς χεῖρας. Sed fraus est clarissima cogitanti non esse hanc occasionem enarrandi, quo cursu ac ductu positi sint hi circuli, et utrum se contingant nec ne, quum tantum velit colligere numerum, et nihil aliud. Laudatissima ergo est auctoritas MS. Medicei, unde præclare restituo Κύκλων ἐόντων τῶν συναπάντων ἑπτά. Ita et sententia est perfectissima et vox Herodotea. Sic cap. 134. ἦρχε τὰ ἔθνεα ἀλλήλων, συναπάντων μὲν Μήδοι· cap. 178. οὗτοι σάδιοι τῆς περιόδου τῆς πόλιος γίνονται συνάπαντες ὀγδώκοντα καὶ τετρακόσιοι· 2, 39. Αἰγύπτῳ τῇ συναπάσῃ. Et cap. 112. Ὁ χῶρος οὗτος ὁ συνάπας. Quæ colligere fas fuit, tum quia Portus vix ex uno loco aut novit aut voluit producere; tum quia emendari debet Herodotus 7, 187., ubi editur τοῦ σύμπαντος στρατεύματος, quum liquide exstet in MS. συνάπαντος.

42, 29. Μήτε ἐσιέναι παρὰ βασιλέα μηδένα συγχωρέειν.] Verbum postremum non apparet in egregio MS. et puto debere abesse. Etsi enim commoda aliqua interpretatione adiuvari possit; tamen non magis credendus est Herodotus huic loco apposuisse, quam c. 829 155. Ἀπεῖπε μέν σφι πέμψας, ὅπλα ἀρηΐα μὴ ἐκτῆσθαι. Cap. 183. Καὶ τὸν ἱρέα ἀπέκτεινε ἀπαγορεύοντα μὴ κινέειν τὸν ἀνδρίαντα. Quippe κόσμον κατασῆσαι μηδένα ἐσιέναι, est idem quod ἀπαγορεύειν vel ἀπειπεῖν μηδένα ἐσιέναι. Κόσμος enim iste circa regem consistit in vetando, et ut ne quis eum accedat.

42, 34. Περὶ ἑωῦτὸν ποιέονται.] Quæ hic ad marginem leguntur in editionibus ab Stephano procuratis et post illum, et re ipsa et auctoritate libri Medicei confirmantur, ut sine dubio ea pro vera lectione haberi debeant. Tantum rectius MS. ἐσέμνυνε τῶνδε εἵνεκεν, ὅκως ἂν μὴ ὁρῶντες· et reliqua prout exhibui: et deinde φλαυροτέρης, non φαυλοτέρης. Id quoque Herodotus suum esse probat, dum cap. 86. ait, θεησάμενος πάντα τὸν ἑωῦτοῦ ὄλβον ἀποφλαυρίσειέ οἱ. Sed tot paginæ occurrunt in Herodoto insignitæ hoc vocabulo, ut nec omnes possint nec quædam ex his debeant citari. Sufficit illic reperiri; sed nusquam oportet arbitrium optimi codicis inter duo ista adiectiva reiici, unde nec tacuerim in libri 1. capite 120. quum legantur ista, Ἀποσκήψαντος τοῦ ἐνυπνίου ἐς φλαῦρον, ibi contraria vice in isto codice legi φαῦλον, quod et recepi securus. Denique veram esse sententiam in iis, quæ aut Stephanus posuit tenerior in margine, aut ego firmatus maiore fulcro in contextu, patet ex eo, quod falsa sint omnia, si de Medis, aut eorum regibus cunctis ea accipias, et toleres interpretationem *hæc ideo faciunt apud regem.* Sed ad solum Deiocem et eius regiminis tempus, immo fere tantum novitatem hæc respiciunt, ut est perspicuum.

42, 38. Ἀλλ' ἑτεροῖον.] Nescio utrum subintelligi velint χρῆμα, ut videtur voluisse Valla, an habeant pro accusativo. Sed utrumcunque non est melius illo, quod legitur in Mediceo MS. ἀλλ' ἑτεροῖος. Sane hoc rectum.

43, 4. Γένεα μὲν Μήδων ἕξι τάδε.] Non poterat Cl. Stanleius aliter citare in notis ad Æschyli Persas, ubi etiam Μάγος deprehendit esse nomen gentilicium, n. 318. quum non nisi ex editionibus ita repeteret: neque ille tunc indolem suavitatis Herodoteæ respexit. Sed rectius videtur in MS. Mediceo Γένεα μὲν δὴ Μήδων ἐξὶ τοσάδε. Repetit enim ex more perpetuo easdem voces, quas ante adhibuit.

43, 19. Δύο καὶ τε εἴκοσι] Nihil frugiferum in isto τε, et simplicius est in optimo MS. δύο καὶ εἴκοσι.

43, 28. Μαχεσάμενος, ὅτε νὺξ ἡ ἡμέρα ἐγένετο &c.] Narrationem agnoscis bicipitem et veram quidem, sed cuius capita prorsus dilacerari et secerni volunt numeri Chronologorum, quos non placet iam attrectare.

44, 5. Ἀποτρέπει προσωτέρω.] MS. Ἀποτρέπει τοπροσωτέρω. Id quoque fert genius Herodoti, ut multis variæ naturæ vocibus has duas literas vel potius articulum hunc præfigat, ut τοπάλαι, τοανέκαθεν, τοενθεῦτεν, τολοιπὸν, τομέχρι, τοπρὶν, τοπρότερον; τοδεύτερον· 7, 58. τοπρόσω, quorum multa monstrat Lexicon Æm. Porti, aliqua omisit. Ex quo patet prave edi 3, 45. τὸ προσωτέρω, quum etiam 7, 166. liber optimus legat τόγε τοπαλαιὸν, et libro 3. cap. 133. editur ἐνέμετο πρόσω haud dubie vel pro ἔνεμε τοπρόσω vel pro ἐνέμετο τοπρόσω quum formam mediam in hoc verbo colat quoque Herodotus. Deinde etiam MS. Ἀσκάλωνι πόλι, non πόλει, certo manus Herodoteæ indicio.

44, 10. Ἐσύλησαν τὸ ἱρὸν.] Hactenus igitur Herodotus. At Scaliger in Animadversionibus pag. 83. prorsus scribit incendisse. Mox bene suaviter MS. Φοίνικές εἰσιν οἱ ἱδρυσάμενοι ἐκ ταύτης τῆς Συρίης ἐόντες, non ὄντες, ut 3, 49. Εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι ἐόντες. Et deinde νοσέειν pro vulgato νοσεῖν.

44, 18. Ἐνέσκηψε ὁ θεὸς θήλειαν νοῦσον.] Quam conspectus hic locus antiquitati fuerit, apparet ex Dionysii Longini περὶ ὕψους cap. 28., ubi de postrema parte plurimum sudaverunt docti editores, ut θήλειαν νοῦσον producerent, etiam advertentes, quod festinans et nimium tribuens memoriæ Dionysius scripserit ἐνέβαλεν pro verbo ἐνέσκηψε, quod sæpe in morbos ab Græcis adhibetur. Id relinquunt, quod Dionysius non dubitet citare ἡ θεὸς, quod non exstat in MS. sed prout dixi, plane ὁ θεός. Et Æm. Portus quidem in Lexico hinc collegit exempla, ubi quum præmisisset hæc [Θεὸς ἡ Ion. et Poët. et comm. pro θεὰ quod longe frequentius] ostendit porro sic declinavisse Herodotum, τῆς θεοῦ, τῇ θεῷ, τὴν θεὸν, additis locorum et paginarum numeris, ubi tamen notari debet, id quod citat sub numero 8, 16., id incidere in 1, 31. ubi agitur de Iunone Argiva, et tam ὁ θεὸς occurrere, quam τὴν θεόν. Secundum τῆς θεοῦ est hoc loco, ubi omittit memorare ὁ θεὸς. Reliqua conveniunt eius proposito. Itaque quum pateat singulare aliquid in nostro loco esse, ista ὁ θεὸς non opinor revocanda esse ad hanc Venerem, sed prout Græci solent exprimere porrecta notione, sicut alii dicunt τὸ θεῖον, ut significet numen, perinde ut 8, 13. Ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ θεοῦ, ὅκως ἂν 830 ἰσωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικὸν, Valla *a deo fiebat.* Sed nullus ante nominatus fuit. Rectius, *a numine fiebat.*

44, 45. Ἕκαστα ἐκμαθὼν.] MS. μαθὼν. Etsi composito utatur rursum cap. 124. Τά σε καὶ πάλαι δοκέω πάντα ἐκμεμαθηκέναι, tamen nimis sæpe in præcedentibus utitur simplici verbo, quam ut credi queat nunc iam deflexisse ad compositum. In superioribus mutavi ex optimo MS. sed quæ levia sunt.

45, 5. Ἐδόκεέ οἱ.] MS. ἔδοκεε δέ οἱ, quæ vocula necessarium præbet huic loco transitum. Deinde MS. ἐπίτοκα, quod novit nemo, non ἐπίτεκα, quod ut recta demissum ab primo casu ἐπίτεξ, quæ vox statim sequitur c. 11., norunt omnes. Sed habuit Herodotus suum aliquid, cur literam ο in multis præferret, etiam in declinando. Nonne sic vulgo creditur effecisse eum χαμόθεν ab χαμαί, ut 4, 171.? Sed nos talibus non omnia parebimus.

45, 11. Καὶ ἐκ γάρ οἱ.] Putida est hoc loco copula, ut recte MS. eam non agnoscat. Nam particula οἱ in talibus debet esse vox tertia. Hæc lex Herodoti. 5, 92. Ἐκ δέ οἱ ταύτης τῆς γυναικὸς παῖδες ἐγένοντο. 6, 63. Ἐν δέ οἱ χρόνῳ ἐλάσσονι —— τίκτει. Præterea ὅτι μέλλοι, pro μέλλει. Tum integra scriptura, Ἀντὶ ἐκείνου, non ἀντ' ἐκ.

45, 19. Μηδαμῇ παραχρήσῃ.] Mirum est hic fluctuare Herodotum in terminatione adverbii, utrum μῇ an μᾶ, quum vetustius utroque sit μηδαμῶς· quod clare exstat in optimo libro, et suppositi iusta fiducia. Deinde ex his verbis ἐξ ὑστέρης σεωῦτῷ περιπ. demonstrare voluit Æm. Portus in Lexico sic dicere Herodotum pro σεαυτῷ. Sed nescivit hæc esse correpta et corrupta indecenter, quum Herodotus dederit ἐξ ὑστέρης σοι ἑωῦτῷ, prout scriptum exstat Florentiæ, et iubet fortius de se ipso cogitare. Præterea τὸν Μανδάνη absque vocula ἄν, quod et ipsum severius. Quod sequitur φέρε δὲ ἐς ἑωῦτοῦ, numquid manifeste vitiosum est? Id negat Æmil. Portus, ex hoc ipso loco deducens [Ἑωῦτοῦ Ion. pro com. ἑαυτοῦ, hocque pro σεαυτοῦ, Tui ipsius 29, 18.] Unde constabit veritas huius tam acute inventi Ionismi? Immo id notare non potest *in tuam domum*, sed tantum si tertius quis de eo loquitur, quid de se aut de propria eius domo fecerit, ut cap. 21. de Thrasybulo, Ὅσος ἦν ἐν τῷ ἄστεῖ σῖτος καὶ ἑωῦτου καὶ ἰδιωτικός. Et prout mox Herodotus narrat Harpagum φράζειν τῇ ἑωῦτοῦ γυναικί. Optime vero in hac parte legit præclarus MS. ἐς σεωῦτοῦ.

45, 34. Εἰ παραφρονήσειέ τε.] Hæc non conveniunt sequentibus καὶ μανεῖται, quæ sunt in indicativo, sed oportune adiuvat MS. εἰ παραφρονήσει τε.

45, 46. Ταῦτα εἶπας αὐτίκα &c.] Multo melius et ad Herodoti consuetudinem concinnius hæc ita refert MS. ταῦτα εἶπε, καὶ αὐτίκα ἄγγελον ἔπεμπε ἐπὶ τῶν βουκόλων τῶν Ἀσυάγεος, τὸν ἡπίστατο. Certe istud τὸν βουκόλον τὸν Ἀσυάγεος, τὸν &c. est bubulci sermo. Cæterum acriter in hac vicinia grassati sunt in hoc articulo præter fas immittendo vel mutando eius genere; quæ omnia reparavi ad vetustissimum exemplar, ut apparet in imis contextus oris.

46, 18. Διατέταγμαι ἐγὼ.] Inolevit in hac parte Lexici Cl. Æmil. Porti nævum, quod omnino in aliorum

rum culpam reiici debet, ubi hæc ipsa verba Latine explicat *Ego impero*. Interim negari nequit verbum διατάττεσθαι magis convenire pluribus, quam uni; ut 7, 178. Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες κατὰ τάχος ἐβοήθεον διαταχθέντες. 8, 34. Τὰς δὲ πόλις αὐτῶν ἄνδρες Μακεδόνες διατεταγμένοι ἔσωζον. Activi quoque exempla habet Portus. Hinc apparet, quam fœde corruperint hunc locum, in quo scripserat Herodotus Τέταγμαι ἐγὼ, prout legitur in unica ista membrana Florentina.

46, 28. Ἅρπαγος μετεπέμψατο.] Stolida et cæca iteratio eius quod præcessit; ubi si ea tolerari potest, sicut tanta legentium copia inficete toleravit, certe multo oportunius est, quod Herodotus scripsit, et exhibetur in optimo MS. μεταπέμψαιτο. Et mox idem habet, ἐς δεσπότας τοὺς ἡμετέρους, non prout in editionibus legitur, δεσπότεας ἡμετ. quæ lectio unde exorta sit, ignoro, quum etiam cap. 112. edant, Ἀδικέων τοὺς δεσπότεας, ubi constanter MS. retinet δεσπότας, prout cap. 129. similiter iam ediderunt, Νῦν γενέσθαι δεσπότας, quod confirmat quoque codex Mediceus. Cæterum quod præcedit τὸ μήτε ἰδεῖν ὄφελον, Portus proscribit quasi poëticum potius quam solutæ orationis verbum. Sed notavit hunc locum Thomas magister. Ἀπαρεμφάτῳ δὲ (ὄφελον συντάσσεται) ὅτε ἀντὶ τοῦ εἴθε ἔμελλον τίθεται. Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ· μήτε ἰδεῖν ὄφελον. Sic ergo etiam 3, 65. Εἶδεν ὄψιν ἐν τῷ ὕπνῳ, τὴν μηδαμᾶ ὄφελον ἰδεῖν, ait Cambyses. Cæterum hic ipse Thomas est, unde in præfatione sua Iungermannus ad 1, 117. notavit Ἐθαψάμην, quod nescio cur ille vir insignis non maluerit ocius proscribere ut plane suppositicium, quam favorabiliter producere, quasi forte alicui non displiceat ista lectio. Est enim certe alienissimum ab Herodoto, qui non utitur isto medio, sed et lib. 3. cap. 62. dicit ἔθαψά μιν, et 6, 30.
831 de Histiæo τὴν κεφαλὴν ἐνετείλατο θάψαι, et 7, 117. Ξέρξεα συμφορὴν ποιησάμενον μεγάλην ἐξενεῖκαι τε αὐτὸν καὶ θάψαι.

46, 39. Τὸν τοιαῦτα ἐπιθέμ.] MS. τὸν ταῦτα ἐπιθέμ. Certe de eadem hac re dicit cap. 113. Καὶ αὐτίκα ἐπείλε ταῦτα. Mox elegi, quod Stephanus in margine publicavit, ac mihi apparuit in veterrimo codice, non ἔνθεν γενεὴν, sed ἔνθεν γε ἦν, apertissima labentis calami fraude.

46, 45. Καὶ δὴ κατ' ὁδὸν πυνθάνομαι.] Hic vero longe aliter MS. Καὶ πρὸ κατεδὴ κατοδόν. Quod quum videatur merum nugis constare, literarum tamen series, etsi confuse divisa, monstrabat apertam viam ad Herodoti manum, quam inde satis vere ac perite educentes arbitramur sententiam sic absolvisse; Καὶ πρόκα τε δὴ κατ' ὁδὸν πυνθάνομαι, hoc est, *et statim in via sciscitor* &c. scilicet, simulatque ex ædibus Harpagi egressus suspensæ et curiosæ ob tam inopinatum conspectum menti satisfacio et sciscitor ex comite, plane ut fieri solet. Exempla vocis omnino restituendæ πρόκα ex Herodoto præbet Lexicon Æmil. Porti. Et sicut illis duobus iam novum hoc addi potest, ita quod ille omisit, scias etiam usurpari ab auctore nostro 6, 134. Καὶ πρόκα τε φρίκης αὐτὸν ὑπελθούσης, ut tanto magis tibi constet veritas.

46, 48. Τῆς Ἀσυάγεω θυγατρὸς.] MS. optimus non aliter nunc declinat, quam infra, nempe Ἀσυάγεος, idque recepi, quia mox ita semper in hoc nomine, et infra cap. 114. intelliges etiam Ἀρτεμβάρεος.

47, 11. Πᾶσα γε ἀνάγκη.] Ignorat mediam particulam MS. πᾶσα ἀνάγκη. Et quæ fides eam deducet ab Herodoto? qui sic scribit 2, 90. Τούτους πᾶσα ἀνάγκη ἐς τὰ ριχεύσαντας θάψαι. Et cap. 22. eiusdem libri πᾶσα ἀνάγκη ἐς τὰ ὕσαι. Paulo ante ex margine et Italico MS. recepi ἐποψομένους, non κατοψομένους.

47, 18. Οὐκ ἀπολέσει.] MS. οὐκ ἀπολέει, delicatissima temporis mutatione.

47, 32. Τὸ μὲν ἐθάπτετο.] MS. ἐτέθαπτο, ut magis asseveret ita factum esse; qui codex etiam antea probabat prolatum ab Stephano φύλακον.

47, 35. Καὶ ὅτε δὴ ἦν.] MS. Καὶ ὅτε ἦν, nec locus nunc particulæ isti.

47, 44. Τὰς ἀγγελίας ἐσφέρειν.] Hi sunt illi ipsi, quorum meminit in irruptione septem Persarum libro 3. cap. 77. ut de eis dicat, Ἐνέκυρσαν τοῖσι τὰς ἀγγελίας ἐσφέρουσι εὐνούχοισι· Ut mireris nec in Thesauro Henr. Stephanum, nec in Lexico Portum voluisse id compositum verbum eo respectu annotare, utpote quod plane adæquat verbum εἰσκομίζειν, quod usurpat in hac causa Ælianus lib. 1. Variæ H. cap. 21. de Tithrauste. Interim scire oportet huic usui eximi hunc locum debere, quippe in quo legit optimus MS. tantum φέρειν. Idque propterea omnino restituendum; atque etiam, quia hoc simplex non dubitat pariter in hoc munere usurpare, ut 3, 34. Τὸν ἐτίμα τε μάλιστα, καὶ οἱ τὰς ἀγγελίας ἐφόρεε οὗτος, quem locum attulit quoque Brissonius in regno Persarum: sed quem non attulit, quia non agit de Persis, habes cap. 53. Οὐδὲ ἀνακρίσιος ἠξίωσε τὸν φέροντα τὴν ἀγγελίην. Iam vero istud simplex huic loco videtur commodius Herodoto visum fuisse, ut tam de ferendis nunciis ad regem, quam de referendis responsis ab rege ad supplices intelligatur, hoc est, integro internuncii officio. Inde ergo etiam ἀγγελιηφόρους in hoc ipso casu appellat cap. 120. huius libri et 3, 118. et 4, 71.

48, 31. Προσφέρεσθαι ἔδοκεε ὡς ἑωϋτὸν.] Notanda amplitudo interpretationis apud Vallam, ut pateat eam ab ipso non leviter effusam: *visaque est figura oris referre ac repræsentare ipsum*. An hoc dicetur προσφέρεσθαι ὡς ἑωϋτὸν; Immo ait Portus verbum istud [apud Herodotum interdum accipitur pro similem esse, referre, repræsentare aliquid —— sui similis, vel, sibi similis esse videbatur. Ibi agitur de vultus figura] Ergo volunt Herodotum dicere nepotem avo suisse similem. Quod si fuisset, non suffecisset Trogo (ex quo hæc ipsa verba exscripsit Iustinus) *Atque ita cum et vultus similitudo et expositionis tempora convenirent*. Cui enim ista similitudo ad avum utique referetur, et non potius ad matrem, aut ad ipsum adhuc recentem a matre, ut ista lineamenta primæ vitæ inhæserint Astyagi avo, qui tunc viderat, vividius et acrius? Quidquid sit, alium his verbis sensum adesse opinatus fuit Trogus, etiam longe aliter hæc leguntur in fidelissimo MS. nempe ἔδοκεε ἐς αὐτοὺς, quod prætuli. At nulli prope præmittuntur, qui isti αὐτοὶ intelligi possunt. Immo nullus legit hæc fata Cyri pueri, quin proxime continuo in mente habeat Mandanen et Cambysen. Mox etiam ἐκθέσιος pro ἐκθέσεως.

48, 38. Ὡς τε καὶ παῖδα τὸν σὸν &c.] Indignum prorsus tamdiu his insidere potuisse manifestum defectum. Indignissimum tam vitiosis calamis et libris commissa esse Herodotea. Quæ, oro, vis est in interpretatione vocis *quoque?* An vero filius graviore querela deplorabat plagas suas? Immo sane pater videtur tenerior longe fuisse in miseranda ista contu- 832
melia, atque ideo is potissimum Astyagi querelam detulit, non filius. Portus in v. Ἐπιμέμφεσθαι non alia retulit, quam ὥστε τὸν σὸν παῖδα μὴ ἐπιμέμφεσθαι. Sed documento etiam hic locus erit, quantum fide exsuperet omnes alios codex Mediceus, in quo legitur ὥς σε καὶ παῖδα τὸν σὸν *ut et tu et filius tuus*. Quid potest aut mollius proferri aut commodius optari?

48, 42. Μουνωθέντα τάδε αὐτὸν εἴρετο.] Hæc omnibus numeris constant, et fere aliquid scrupuli moverit hic locus de existimatione optimi codicis. Nequivi tamen ne nunc quidem opinari in eo esse aliquid, quod decedere debeat aliis. Sane verbum hoc esse et probum et Herodoteum nemo ambigat, et loca etiam ab Porto diligenter notata id satis affirmaverint, pro quo cap. 209. dicitur ἀπολαβὼν μοῦνον Τιτάσπεα. Iam vero ita intempestivum nunc est participium istud, ut locum habere non debeat, quum iam modo proximis verbis rusticus dictus fuerit ὑπολειφθεὶς μοῦνος, unde sequentia verba non sunt separata, ut idem dicendo et iterando velut per gradum ascendat, quod fit interdum. Hoc tale non est, et requirit aliquid de Astyage, qui abire omnes suos iussit. Et id vult Herodotus. Omnino codex Florentinus proscribit hoc participium, temere huc usque porrectis syllabis, quas ei voci Herodotus modo tres dederat, nimirum μουνόθεν τάδε. Quod si verum est, sicut ego quidem non habeo ullam causam secus de eo statuendi, ne mihi invidiæ sit, si discurrenti, inquirenti et sedulo laboranti aliquid occucurrerit in sermone quondam Græco usque ad hanc ætatem nostram ignoratum, etiam illis, qui nuper iactantissime eo usi fuerunt. Augeo enim notitiam eius reparatione huius incogniti adhuc vocabuli. Et quidni huius vocabuli? quum nec in derivatione quidquam appareat vitii, et MS. hic liber ex tot perfectissimis indiciis debeat esse instar omnium. Et amat talia adverbia hic scriptor, ut probant vel ἀρχῆθεν vel μητρόθεν vel πέρηθεν. Denique iam olim hic hæsitatum fuisse indicat liber Oxoniensis, unde exsignavi μουνωθέντα δὲ τάδε αὐτὸν, scilicet bis repetita eadem voce, quum litera ω impediret eos μουνόθεν aspicere.

49, 2. Καὶ συγγνώμην ἑωϋτῷ κελεύειν ἔχειν.] Ex omni parte melius exstat in MS. κελεύων, ut statim κατέβαινε λέγων.

49, 14. Ποιήσω κατὰ νόον &c. ποιέω δὴ ὦδε.] Id sane est ex vero infuscare nitorem linguæ Herodoteæ, et dulcedinem universam, quippe fractis omnibus, expellere. Quod satis patet ex restituto per codicem scriptum utroque verbo, tum contracto, tum in eodem tempore, qui assiduus et perdulcem omnino con-

tinens repetitionem mos est huius scriptoris in narrando, ut opus non sit per exempla fuse adstruere, quum quævis pagina id demonstret. Deinde ἄχρι οὗ, non ἄχρις.

49, 29. Τὸν οἱ ἐνεῖχε.] MS. ἐνείχεε. Quæ est infamis nota violentiæ Stephani, ut in eius posterioribus editionibus ita exhiberetur, quum Aldus et Camerarius et ipsius prima editio iam dederint probum ἐνεῖχεε, nisi quod et Iungermanni culpa est, quod huc usque ea ineptia propagata fuerit; neque enim Th. Gale animum habuit emendandi Herodoti. Quin immo non aliter quam nunc reposui, citat Portus in Lexico, etsi frustra hic operosus. Sed ne dubites, Stephanus etiam in Prolegomenis p. 736. vituperat, quod ego nunc tueor, tum Aldinam æque ac Basileensem: et nihil profert, nisi quomodo ab ἐνέχω esse ἐνείχεε possit? Roget ergo Herodotum, unde similiter habeat ἀποβεβήκεε vel κεχωρήκεε. Ac rursum κατάπερ ἤκουσε αὐτὸς πρὸς &c. quum vulgo absit αὐτὸς.

49, 40. Πάριθί μοι.] MS. πάρισθί μοι. Nam et statim dicit παρῆσαν· repetita, ut solet fieri, eiusdem verbi aliqua derivatione. et cap. 126. παρεῖναι in negotio simili.

50, 4. Ἔπειτα δὲ τῆς ἅρπης.] Necessario scribendum ex MS. ἐπείτε δὲ τῆς &c. nec post vocem Ἅρπαγος ponenda est finalis nota, sed media quædam, ut appareat omnia hæc cohærere, nec disecanda esse, ut bene fit in Latinis. Idem vitium occurret 2, 52.

50, 7. Παρετιθέατο τράπεζα ἐπίπλεα.] Ab Aldo et Camerario hic editum ἐπίπλεια. Mutavit Stephanus et ab eo sic editur, quum tamen in antiquis libris sibi lectum testetur τράπεζαν ἐπιπλέαν, ut probant eius margines: quasi vellet indicare librarios dubitavisse de verbo, utrum id deberet pro activo haberi, an passivo, quod ad sensum et syntaxin. Portus interim, cui magna cura fuit ista resolutio per vocales εα, accepit vocem παρετιθέατο pro παρετίθεντο *apposuerunt*, ut activam, et tamen in v. ἐπίπλεος noluit aliud agnoscere quam τράπεζα ἐπίπλεα μηλίων κρεῶν, ut nihil ab eo adiuvetur hic locus, et multo rectius in interpretando se gesserit Valla, dum exponit, *mensæ appositæ sunt*, prodens nescio quomodo aliquam notam, quasi incidisset in codicem veterem, ubi legebatur παρετιθέατο τράπεζαι ἐπίπλεαι. Et sane id ipsum
833 servatur in optimo libro, et propterea in locum reposui, præsertim quum huc quoque Cod. Arch. dirigat, sed Th. Gale dimidium dante, nempe τράπεζαι, adiectivum omittente. Nescio quidem quid velit, quum Suidam hic citet ex alio loco τράπεζαν ἐπιπλέαν παντοίων ἀγαθῶν παραβέντες. Nec nuperus Suidæ editor scivit hæc esse Herodoti verba, nec Gale, nisi quod Suidas præponat nomen, sed sumpta illa verba ex fine libri sexti huc nihil faciunt, nisi quod sint parallela.

50, 8. Τοῦ ἑωϋτοῦ παιδὸς πλὴν τῆς κεφ.] Rude hoc et durum. At quam suave istud ex MS. τοῦ παιδὸς τοῦ ἑωϋτοῦ πλὴν κεφαλῆς τε.

50, 22. Ὅτευ θηρίου κρέα βεβρώκει.] Longe melius MS. βεβρώκοι. Idem dein ἔρδῃ, non ἔρδοι, quæ terminationes crebro fuerunt confusæ. Sed ex margine ab Stephano productam sumpsi ταύτην ex eiusdem libri auctoritate.

50, 32. Εἰ ἐπέζησε.] MS. ἐπέζωσε, quod satis probabis inspiciens collectanea Porti v. Ζώειν.

50, 44. Τῶν λογίων ἡμῶν ἔνια κεχώρηκε.] Sic sane allegat hæc quoque in Lexico Portus, et liquidiora conatur reddere interpretando *Nonnulla de nostris vaticinationibus in exigua evadunt*, id est, *exitum parum firmum certumque habent*. Id quidem crediderim; sed non video aliquid melius ab eo dici, quam ab Valla. Immo nec satis video id ab his magis dici. Omnino enim oportuit ἡμετέρων sic dici. Utinam quoque aperuisset, quasnam intelligeret vaticinationes magorum! Itaque mutavi ex MS. prout oportuit, ἡμῖν, quum omnino λόγια sint vaticinia vel oracula. Ex his quædam cessisse in iocum et vanum et mimicum, non id quod videbantur significare, serium et meticulosum, narrant regi, ut minus mirum sit, ea quæ in somnio monstrata sunt, ad ludicrum abire, quum etiam data ab Diis oracula deprehenderint similiter, quum exspectarent maxima, in exiguum aut iocosum transisse.

50, 47. Ταύτῃ πλεῖσος τῇ γνώμῃ εἰμί.] Debui manum dare marginibus Stephani, dum illic notat omisso articulo πλεῖσος γνώμην inventum sibi in nonnullis MSS. quod plane tuetur codex Florentinus, et est haud dubie genuinum Græcismi, ut patere potest ex 5, 41.: etsi in libro 7. cap. 220. exstet eadem locutio, bene annotata ab Porto, sed in qua regnat dativus, etiam ex consensu exemplarium MSStorum.

51, 2. Ὅμως μέν τοι.] Hæ posteriores particulæ iam sic iunctæ antea occurrerunt, sed augeri vult MS. μέν γε τοι, quod edidi. Deinde idem σέο καὶ τῆς σῆς ἀρχῆς, quum vulgo σέο τε καὶ τῆς.

51, 18. Καί σοι ἕτερα τοιαῦτα διακελευόμεθα.] Non Stephanus hoc verbum in Thesauro illustrare ex Herodoto, non Portus in Lexico annotare voluerunt. Recte quod ad hunc locum; ubi non solum MS. Mediceus, sed etiam Cod. Arch. apud Th. Gale habent, παρακελευόμεθα, quod propterea pro vero recipi debet. Interim tamen et in Herodoto exstat verbum Διακελεύω. Mox quoque, ἔλεγέ οἱ τάδε, non τοιάδε, et rursus μεγάλως ἀσπάζοντο, neglecto augmento, quod mire nostro placet.

52, 3. Τὰς πάθας τοῦ Κύρου τῇ ἑωϋτοῦ ὁμοιούμενος.] Sic est; unum modo vulnus et miserabilem casum Harpagi novimus. Sed quantas id ei calamitates aut etiam contumelias attulerit, et quidem tantas, ut velut novæ πάθαι quotidie possent censeri, id nescimus, ut hoc respectu unam modo in Harpago agnoscat vulgata Herodoti narratio, etsi nescio quomodo puerilis in repetitione articuli ad genus substantivæ vocis commutati. Hinc oportunitatem quandam vides in eo τῇσι, quod in margine publicavit Stephanus, sed integre præclaram opem accipit Herodotus, antehac publice non suus, ex optimo MS. qui perhibet Τὰς πάθας τὰς Κύρου τῇσι ἑωϋτοῦ. Elegantissima et historiæ integratione et articuli in eodem genere conservatione. Sed maior corruptela latet in illis sequentibus, πρὸς δ' ἔτι τούτῳ τάδε οἱ κατέργασο. Quorum interpretatio est, *præterea vero hæc ab eo facta erant*. Ex quibus intelligas præter hæc quæ sequuntur, alia adhuc citata fuisse ab Harpago, quæ nulla fuere; dona misit Cyro, sed non aperuit, quo sensu id faceret: neque enim ausus fuit. Omnia priora in animo coxit ac tenuit, nisi quod Cyrum veneratus fuit donis licitis. Nunc Cyro adulto parat cœtum, ut non *præterea* id fecerit, sed primum, quum Medos ante sollicitasset ac pellexisset. Itaque et in hoc tam minuto, sed permultas ineptias secum trahente vocum serie, Lector, vide quam venerabilis sit fides vetustissimi exemplaris, unde corrigo; Πρὸ δέ τι τούτου τάδε οἱ κατέργασο, hoc est, aliquo tempore ante quam id Cyro indicaret, hæc ab eo facta sunt. Nam quæ quis machinatur ad efficiendum aliquid, utique is ea ante excogitat, quam illud efficitur. In exemplari quidem illo post primam vocem sunt eædem literæ quatuor ac se invicem sequentes, prout exstant in editionibus, ubi quum sic separentur δ' ἔτι, in libro MS. vergunt ad aliam separationem, nempe δέτι, quod ideo nequivi spernere, qui didici, quam suaviter Herodotus ludat 834
in ista vocula τι, ut etiam per merum pleonasmum interponat, ubi vix locum habere videbatur, quum in hoc loco habeat aliquam vim. 3, 12. Αἱ δὲ τῶν Αἰγυπτίων κεφαλαὶ οὕτω δή τι ἰσχυραί· 4, 52. Κρήνη οὕτω δή τι ἐοῦσα πικρή.

52, 15. Καὶ οὐδὲν ἀποτείλας.] Valde taciturnum oportet fuisse Stephanum, qui Laur. Vallæ interpretationem non magnopere venerans *ut nihil omnino rescinderetur*, ideoque subiiciens *nihil lacerando*, nuspiam voluit patefacere, quid de isto participio Græco statueret. Eo lautius luxuriari in eo voluit Æm. Portus, ut non modo interpretationis Stephanicæ requireret auctorem, sed etiam totus laberetur ad verbum ἀποτίλλειν, et quidem per hæc verba [Ἀποτίλλειν Herodoteum verbum, ἀπό τινος τὰς τρίχας τίλλειν, ἀποσπᾶν, ἐκσπᾶν, Ab aliquo pilos detrahere, pilos evellere, vellicare, depilare, οὐδὲν ἀποτίλας τοῦ λαγοῦ, cum nullam leporis partem depilasset, pilis nudasset. Sic enim ibi legendum videtur: non autem, ut in vulgatis Herodoti codicibus legitur, ἀποτείλας, quod ab ἀποτέλλω deducitur, quod verbum non reperitur apud eos, qui Lexica varia conscripserunt] Nonne hæc singula destruunt sententiam Porti? Non usurpat Herodotus ἀποτίλλειν, nisi cum accusativo rei, quæ eximitur. 3, 16. καὶ τὰς τρίχας ἀποτίλλειν. Cur autem hinc pili detraherentur? An id solitum est fieri? Nescio quid velit in negando eum fecisse, quod fieri nunquam solet. Immo tamen id fieri, quod reor nunquam factum esse, statuens Io. Fridericus interpretabatur: *cum leporem arte composuisset, eiusque ventrem rescidisset, nulla parte depilata*, quod est plenum ioci; quum hæc narratio occurrat apud Antonin. Liber. cap. 12. ὁ δὲ Φύλιος ἀναβὰς ἔξω τὸν λαγωὸν, καὶ τοῦ αἵματος ἑαυτὸν ἀναπλήσας ἐπὶ τῆς γῆς ἔκειτο· non etiam vellus nudavit. Sic deserunt viri docti Herodotum, certe frustra eum scriptis onerant. Mihi quum nulla apparuerit diversitas scribendi in MS. etiam succrevit inde fides de veritate vulgatæ

gatæ editionis, ut nec ex ſupervacuo abundare aliquid in eo verbo videatur, nec defici vel litera aliqua: et quum in Græco ſermone ὠτειλὴ non posſim mihi imaginari venisſe ab οὐτάω, ut volunt, (nec licet Homerus ſcribat οὐταμένας ὠτειλὰς, idcirco istud utique innuit) ſed adſpici debere ut vocabulum ei ſimile ἀπειλὴ, undecunque primum ω venerit, certe reliquum corpus videtur venisſe ab hoc verbo, cuius unicum tempus nobis præbetur ab Herodoto, ſive in ſimplici fuerit ὠτέλλω, cuius primam vocalem lenem fecerit more ſuo Herodotus, ſive quid aliud fuerit per minus ο.

52, 16. Ἐπέθηκε βιβλίον τά οἱ ἐδόκεε ἐγγράψας.] Tanquam nunc eadem verba adhiberi oporteret, quæ uſurpavit 3, 42. Γράφει ἐς βιβλίον πάντα τὰ ποιήσαντά μιν οἷα καταλελάβηκε· γράψας δὲ ἐς Αἴγυπτον ἐπέθηκε. Etiam ἐγγράφειν habet 4, 91. Sed nunc probe MS. ἐσέθηκε βιβλίον γράψας τά οἱ ἐδόκεε. Sic ſane mox de Cyro, γράψας ἐς βιβλίον τὰ ἐβούλετο. Quod autem infra Stephanus in margine oſtentat αὐτοχειρίῃ, id quum viderem quoque in MS. Mediceo, probare debui, quum etiam cap. 140. ſcribat μάγοι πάντα αὐτοχειρίῃ κτείνουσι.

52, 26. Θεοὶ ἐπορέωσι.] Multus est in hac paralyſi εω celebranda Portus in Lexico, producitque tum ὀρέων, tum ἑώρα· hoc ipsum illic omisſum affert in Ἐπορᾷν, et prave curavit ſcribi ἐπωρέωσι. Sed quidquid ſit, potuerat tacere. Nam id adſciticium est hoc loco, et Herodotum ſcripſisſe teſtatur optimus MS. ἐπορῶσι. Et pro ἀπίκνεο ſtatim ἀπίκευ, omisſo ν, ut ſupra ἀμύνται, et cap. 153. ὀμοῦντες. Terminationem quoque ut Ionici ſaporis monſtravit Portus variis in ſpeciminibus, ſed hoc ipsum ab eo negligitur.

52, 28. Τὸν ἑωῦτοῦ φονέα.] Hoc non potest aliter intelligi, quam de eo, qui ſe ipse interficit: quod nulla ratione huc convenit, ut c. 129. τὸ ἑωῦτοῦ δεῖπνον. Sed iam ſimilis pravitas in conſideranda hac voce fatigavit nos antea. Itaque emendandum est τὸν σεωῦτοῦ φονέα, quod perquam tempeſtive nobis ſuppeditat eximia membrana Medicea, et ſic intelligimus, *suæ necis auctorem.*

52, 38. Ἔσαι τοι τὰ σὺ βούλεαι.] Potuit ſic dixisſe de futuro Harpagus. Cæterum MS. habet ἐσὶ τὰ σὺ βούλεαι. Quod ut est in præſenti, ita ſane efficacia eius est vehementior; et potuit ſic etiam promisſisſe Harpagus, ut qui omnia ad voluntatem deficientis ita præparaverat, quo non tam deſiderare quidquam, et pro futuro certe ſibi polliceri, ſed potius velut præſentibus uti posſet. Et est egregium in his temporibus exemplum cap. 126. Βουλομένοισι μὲν ἐμέο πείθεσθαι, ἔσαι τάδε τε καὶ ἄλλα μύρια ἀγαθὰ, οὐδένα πόνον δουλοπρεπέα ἔχουσι· μὴ βουλομένοισι δὲ, εἰσὶ ὑμῖν πόνοι τῷ χθιζῷ παραπλήσιοι ἀναρίθμητοι. Sic quidem illic vel editoribus vel ante eos aliis librariis libuit exſtare, tanquam formoſa esſet hæc temporis variatio: quum
835 ipsa oppoſitionis ratio utrique eundem attribuat ſtatum, et tam volentibus rebellare ſtet paratus ante fores bonorum cumulus, quam deſidentibus continentia heſterni laboris. Prorſus nulla in his potest reponi varietas; unde ex laudatisſimo libro illic reponendum, Ἐσὶ τάδε τε καὶ ἄλλα, quaſi præſentia esſent, paratque, modo aperirent ſinum; ut minus mirum ſit in ſacris libris idem uſurpari.

52, 45. Εὕρισκε ταῦτα.] MS. εὑρίσκεται ταῦτα. Sed et deinde, ut pleno numero procedat acceptæ Herodoto vocis repetitio, MS. ἐποίεε δὴ ταῦτα, non τάδε.

53, 5. Ἐξ ὧν ἄλλοι πάντες.] MS. ἐξ ὧν ὧλλοι πάντες. Ne dubita, quin ſit ipsum Herodoti. Iam ſupra ſic reſtituimus. Sed et mox cap. 162. Οὗτος ὠνὴρ. Et 173. Τ' ὠρχαῖον. Et 199. τ' ὠπὸ τούτου· lib. 2. cap. 36. Καὶ κριθέων ὧλλοι. Nam et ibi MS. accentu circumflexo utitur, nec novit niſi unum ſpiritum lenem. Quod obiter nunc annotandum cenſui propter illa, quæ acuta hue congerebat in Lexico Æmil. Portus, verba nempe et nihil aliud.

53, 21. Ἔθυε καὶ παρεσκεύαζε ὡς δεξιωσόμενος.] MS. ἔθυσε et δεξόμενος, non illud quod editur auctis ſyllabis. Certe iam habuimus c. 122. δεξάμενοι parentes Cyrum. Item ἐς λειμῶνα, non λειμῶνας. Et ſcriptam lectionem videtur agnovisſe interpres, recte quidem, quoniam illic prata et arva immenſi ſpatii, ut non contigerit eis per plura ſeparari.

53, 35. Μὴ βουλομένοισι δὲ.] An hoc loco ellipſin amaverit auctor, ita ambiguum est, ut editiones ſine hæſitatione eam ſtatuant. Sed his omnibus contradicens optimus MS. ex iam præmisſis ſpeciminum exemplis pignoratur ſibi certiorem fidem, quam illæ omnes: unde etiam nunc credas licet Herodotum adiunxisſe ἐμέο πειθεσθαι. Neque enim id ab facilitate et ſimplicitate Herodoti alienum. Dubitatur etiam? Habes igitur 4, 127. Καὶ γνώσεσθε τότε, εἴτε ὑμῖν μαχησόμεθα περὶ τῶν τάφων, εἴτε καὶ οὐ μαχησόμεθα. Immo rurſus in hoc iterandi vocabuli genere adiuvabimus Herodotum 3, 12.

54, 1. Ἀπέδειξε Ἄπαργον.] MS. ἀπέδεξε

54, 5. Αὐτομόλεον παρὰ τοὺς Πέρσας.] Sententiæ quidem nihil interest, quin hoc pro Herodoteo cedat: adeo multa exempla huius præpoſitionis παρὰ congesſit Portus, et in iis quoque hunc ipsum locum, ut omnia liquida videantur. Attamen optimus MS. πρὸς τοὺς Πέρσας. Quod reiici non debuit. Peius est, quod in editionibus Stephani contigit 2, 32. ubi editur φάναι ἐλθεῖν πότε παρ' αὐτῶν Νασαμῶνας ἄνδρας, ubi Aldus et Camerarius recte dederant παρ' αὐτὸν, nec aliter legit Valla, et hinc providere melius debuerat Iungermannus.

54, 11. Ἀνέγνωσαν μετεῖναι τὸν Κῦρον.] Nullum est hoc loco momentum Thomæ Magiſtri, quem obſervavit Iungermannus in citando eo mutasſe nonnihil, nempe ut pro ſecundo verbo ponat με κτεῖναι, unde ipse ſcilicet pro vulgato isto coniicit forte legendum μὴ κτεῖναι. Vere enim ſuaſerant ἀποπέμψαι. Alterum incertum et ignotum est. Sane non debuit vir doctus ita ratiocinari, quoniam ita citat Thomas, ideo veteres codices ita habuisſe: nec enim innuit iste Thomas, ſe pluribus uno exemplaribus uſum esſe, et utique ſuffecit illi impenſas fecisſe in unum exemplar: certe veteres codices plures inſpecti quoque erant ab Aldo et Stephano. Et uter ille horum est, Thomas an Iungermannus, cuius in auribus perſonabat clamor filii Crœſi, Lydiaco ſermone uſi, ſed quem Herodotus more veteri Græce exprimens in fine capitis 35. protulit μὴ κτεῖνε Κροῖσον?

54, 24. Καὶ τὸ πρῆγμα δὴ &c.] Copula ista in principio turbat, ut videtur, derivata ex poſtrema ſyllaba præcedentis verbi γράψαι, ut recte non appareat in optimo MS. et debeat tolli. Sed nec particula δὴ in eodem conſpicitur, et vides his omisſis integerrimum esſe ſermonem. Quod ſi tamen aliquid infulcire placet, decentisſime conveniet in illis ſtatim ſequentibus exhibere, δὶ ἑωῦτοῦ γε ἐπρήχθη, ut est in MS. quum particula tertia vulgo abſit.

54, 30. Εἰ γὰρ δὴ δεῖν.] Recte MS. δέον.

54, 44. Ὀπίσω κατεγράφησαν.] MS. κατεγράφθησαν.

54, 48. Κακὸν οὐδὲν ἄλλο ποιήσας εἶχε παρ' ἑωῦτῷ.] Non videntur hæc ſatis clara, ſi credimus editori Iuliani, cui in hoc loco citatur in notis pag. 213. Herodotus, hoc addito iudicio [non indicans, an in liberali tantum cuſtodia, ſecuritatis ergo, ne avitum regnum repeteret, eum retinuerit, an vero, quod ait Iuſtinus, non tam a ſe victum, quam ut avum, ſingulari in honore ad mortem usque coluerit.] Est ergo politicum hoc arcanum et congruum in procellis Puteolanis fugienti ad vota ex Anthologia Græca. Loca quæ huc adducuntur, ſæpe vidi ab aliis ante ipsum conducta. Hoc miror, ab nullo in hac parte allegari Iſocratem, qui in Euagora pag. 422. ſcribit: Κῦρος δὲ τὸν πατέρα τῆς μητρὸς ἀπέκτεινεν. Sed notari debet esſe Græcis et Latinis in promtu figuram extenuationis, quum ea forma dicendi adhibetur, ut minus dicatur; 836
ubi plus in intellectu relinquitur, de qua integrum caput compoſuit in Adverſariis ſuis doctisſimus Gatakerus 1, 7., et quaſi λιτότητα, quæ ſupponit, quum dicitur nihil mali effecisſe, intelligi plurima bona contulisſe. De Pſammenito ſcribit auctor 3, 15. Ἔνθα τοῦ λοιποῦ διαιτᾶτο, ἔχων οὐδὲν βίλαιον, in quo ſane includitur Cambyſen quoque benignum et liberalem circa eum fuisſe. Iuſtinus ſcribit noluisſe ipsum reverti in Medos; puduit illorum oculos ſubire: ergo præpoſitum fuisſe Hyrcaniæ. Utrumque potest ita esſe, utrumque potest Iuſtinus vel magis Trogus ex probatis ſcriptoribus petivisſe. Sive ſciverit Herodotus, ſive ignoraverit, nequit a nobis adfirmari; certe totum hoc reticet. Sed quid communius quam adſignari gubernandam provinciam primati viro, quem tamen rex iubet apud ſe manere præſentem? Utique in Iuſtino non dicitur eum in istam provinciam ivisſe. Sed rurſus quid celebratius in Palatiis Regum, quam dierum et fortunæ diverſitas? Utique qui ſcribitur noluisſe reverti in Medos, haberi monſtratur in honore et oblata fuisſe isti hæc ſatrapia.

55, 10. Οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεούς.] Fieri nequivit, quin hæc Herodoti capitula aliquid Perſicum attrahentia allicerent eruditisſimum virum Th. Stanleium, ut in notis ad Æſchyli Perſas debuerit aliquid Herodoteum dicere. Sic quum in hoc loco displiceret illi interpretatio Vallæ *ex hominibus ortos*

(quod inſcite circumrodit Portus) intellexit potius *humana forma præditos eſſe.*

55, 11. Διΐ, Οὐρανίην, Ἀφροδίτην &c.] Videndus, quem dixi, Stanleius p. 762. et 769. Cæterum debet hoc loco pervulgari, quantum mendacium hinc conſuere potuerit Iohannes Clericus in Artis Criticæ p. 11. S. 1. c XIII. ita ſcribens [Quia apud Græcos, Deorum ſummus Ζεὺς vocabatur, ideo Græcorum Hiſtorici, ubi loquuntur de Numine, quod apud aliam gentem ſummum habebatur, id etiam Δία vocant. Ita Herodotus postquam dixit a Perſis neque ſtatuas, neque templa, neque aras Diis conſecrari, quod non crederent eos ἀνθρωποφυέας, uti Græci, ſubiicit: *Iovi ſolent ſacra facere in altiſſima montium aſcendentes, ambitum omnem cœli Iovem vocantes.* Nemo non crediderit, his lectis, Perſas eodem nomine ſummum Numen appellaſſe, quo Græci utebantur, niſi aliunde notum eſſet Linguam Perſicam nihil habuiſſe commune cum Græca &c.] Quid falſius illa Perſarum ſummi Numinis appellatione? Vel Stanleii notæ id vituperarint. Is enim in poſtrema citatione non modo notat, *Cœlum, ut Herodoto placet, ſub nomine* Διὸς *babuiſſe Perſas*, ſed mox iterum: *Maxime vero Perſis convenit hæc loquendi formula, quos Solem pro ſummo Deo babuiſſe Herodotus lib.* 1. et alii *tradiderunt.* Ita priore loco monuerat Hiſtoricos, Geographos aliosque Deorum Græcorum nomina Diis Perſicis accommodaſſe, et Δία ab Herodoto et Strabone dici, quem Agathia teſte dixerint Βήλ. Stanleius ergo evincit mendacii eum in hac parte, prout omnia ſic conſpurcata ſunt, quæ in istas paginas congeſit.

55, 15. Θύουσι δὲ Ἡλίῳ καὶ Σελήνῃ καὶ Γῇ καὶ Πυρὶ καὶ Ὕδατι καὶ Ἀνέμοισι.] Niſi inſuper deſit καὶ Ἀστράσι nam videtur aut ex hoc loco aut ex Perſis certe habuiſſe Epicharmus, quod ex eo interpretabatur Menander hoc diſticho:

Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς Θεοὺς εἶναι λέγει
Ἀνέμους, Ἥλιον, Γῆν, Ὕδωρ, Πῦρ, Ἀστέρας.

55, 18. Καλέουσι δὲ Ἀσσύριοι τὴν Ἀφροδίτην Μύλιττα.] De hac dixerime omnia quæ ſciverit Th. Gale, an quæ voluerit, non facile aſſequar. Cæterum ſunt valde exigua de omnibus his tribus, ex Seldeno ſcilicet ac Voſſio. Et Seldenus quidem primum pagina 249. Syntagmatis ſecundi ita ſcripſit: *Vocabant Aſſyrii Mylittam, Arabes Alilat, Perſæ Mitram, ut ſcripſit Herodotus, quem videſis in primo et tertio.* At pag. 253. citat verba Herodoti, et ſibi obiicit eſſe in Herodoto Ἀλίττα: additque, *anne corrupti codices hoc Herodoti, et Alilat ſubſtituendum?* Est ſane magna πολυπραγμοσύνη. Sed quid inde lucri fecit præclarus ille vir, niſi quod ſe oſtenderit intricatum, nec expedire potuiſſe, quantacunque etiam adfuerit peritia Aſiaticarum linguarum. Cur ſic leviter contemnit aut librarios ſcribas Herodoti, aut ipsum Herodotum, ut utique expromi debuerit ſuſpicio prorſus lapſabunda? Nec vero *Mitram* vocat Herodotus, ſed *Mitran:* quam poſteriorem literam non minus illic ſervari debere opinor, quam *a* in prioribus appellationibus, utpote in lingua Perſica perinde finalem literam utique in hac voce, ac apud Aſſyrios et Arabas litera *a.* Sic enim prorſus ſtatuo hic agendum, ut Herodotea Μίτραν, nihil habuerit commune cum virili appellatione quam creduntur Soli attribuiſſe ſub nomine et titulo Μίθρας, ut in plerisque locis ſcribi video, nec ego tergiverſor. Attamen id adeo mirum apparuit interpreti, immo omnibus, qui citaverunt et Latinam interpretationem addiderunt (et quis non ita fecit?) ut in Latinis dixerint *Mylittam* et *Alittam;* quod quidem interpres facit eodem iure, quo lib. 4. cap. 59. Scythicos Deos,
837 omnes ab Herodoto poſitos in nominativo, in Latinis noluit videri niſi in quarto caſu. Id quod pergit facere etiam lib. 2. c. 199., ubi Græca ſunt Ἐπικαλέω τοι τὴν Θεὸν Μύλιττα, et Μύλιττα δὲ καλέουσι τὴν Ἀφροδίτην Ἀσσύριοι. Nihilominus etſi liquida ſit mentio τῆς Ἀφροδίτης, Cl. Sponius *dans les recherches Curieuſes d'Antiquité* num. 28. non veretur producere epiſtolam amici, in qua ſcribitur *avec celuy de la Iunon des Aſſyriens appellée Melitta*, et alteram eiusdem, in qua repetitur, *que les Aſſyriens repreſentoient leur Iunon appellée Melitta.* Quis id illi aperuit? Id igitur pro abſurdo reiiciendum. Maior moleſtia in eo, quod Nicol. Damaſcenus in Excerptis Peireſc. pag. 429. ſcribit: Καὶ ἐπώμοσε τόντε Βῆλον καὶ τὴν Μόλιν· οὕτως γὰρ τὴν Ἀφροδίτην καλοῦσι Βαβυλώνιοι, ubi Cl. Henr. Valeſius non deſiit diverſitatis ſpectandæ cauſa Herodoteam appellationem adducere: utinam adiecisſet potuiſſe Babylonios aliquam differentiam in hac appellatione habere ab reliquis Aſſyriis, de quibus agebat Herodotus! Nam Herodoti lectionem tot pignoribus fundatam tentare non fert animus; quodcunque etiam ſpecioſum et probabile poſſet videri alicui, ut fateri iam ſuſtinuit Seldenus in Alitta. Quod tanto ſtabilius in me est, quia ſpeciem novam vel anſam conatur præbere auctor funeris Helleniſticæ linguæ, dum probans ſcriptores ſæpe accommodare ſuo ſermoni, quo utuntur, nomina peregrina, inter alia ſcribit p. 383. [Sic Nicolao Damaſceno Μόλις pro Μολῶ.] Ubi retinet biſyllabum, quod cur prætuleris Herodoteo triſyllabo, niſi quod vox illa terminet in conſonantem, quam didicit et ipse et alii ex idoli Βήλ ſimilitudine terminaviſſe istos populos? Sic certe quis velit quoque Arabicam Ἄλιτ, valde congruam idolo Allatt, quod habuerunt Arabes notante Cl. Pokockio ad Abulfaraium, et in ſcriptura vicinam urbi Ailat, quæ ab Hieronymo ſcribitur in extremis finibus Palæſtinæ, iuncta meridianæ ſolitudini et mari Rubro. Interim non debet hic omitti, quod notatur ab Caſaubono et Freinshemio; ab illo quidem ad Strabonem pag. 255. [*Quod Soli ſacrificent, et Herodotus ait aliique multi: quod ſolem vocent Mitbram, diſſentit ille, qui ſic Venerem a Perſis vocari ſcribit: niſi* Μίτρην *et* Μίθρην *differre putet*] ab hoc in Indice Curtii in voce MITHREN [*Herodotus* 1, 131. *aſſerit* Μίτραν *apud Perſas cenſeri Venerem. Niſi ex Theologia Phyſicorum idem Sol atque Venus eſt: cauſa et fons generationis.*] Sciat quisque hæc licet; nihil inde frugiſerum aut Herodoto aut lectori eius. Quibus omnibus annectenda ſunt eiusdem Seldeni verba in notis ad Marmora Arondelliana, ut pateat, quantopere magnificus ille vir ſua mutaverit ſcribens illic pag. 124. *Iis vero Uraniam banc* Μύλιττα, *ſeu* Μύλητα *dictam eſſe teſtes ſunt Herodotus in Clio et Heſychius.* Μύλιττα *autem* Γενέτειραν, *ſeu Genetricem denotat Syris, ut* Ἀλίττα *pro eodem numine Arabibus etiam, apud Herodotum loco citato, uſurpatum.*

55, 24. Τῶνδε ὡς ἑκάστῳ θύειν θέλει.] Præcedentia narrantur omnia in plurali, ut neſciam an Herodoteæ lenitatis ſit tranſire tam leviter in ſingularem, quum videatur plene dediſſe Τῶνδε ὥς τις ἑκάστῳ θύειν θέλει. An excidit ἕκαστος ex ſimilitudine literarum?

55, 26. Τὴν τιάραν.] Citant hunc locum varii, ſicut omnes legerunt, inter alios bona fide Caſaubonus ad Strabonem p. 255. Briſſonius de regno Perſar. lib. 11. pag. 174., quem ita citaviſſe mirari non licet, quum liber iste plenus regii ſplendoris in gerenda *τιάρᾳ ὀρθῇ* Græculis plurimum, et nominatim apud Suidam Philarcho, iactata, mentem implevisſet hoc genere. Prior potuit aliquanto diffidentior huc accedere, quum procul dubio ſciverit et meminerit exſtare etiam 7, 61. Τιάρας καλεομένους πίλους ἀπαγέας, ubi maſculina ratio tantum momenti habet, quantum fœminea. Iam vero Muſas omnes teſtor, in pervetuſto illo Mediceo exemplari legi *τὸν τιάραν*, ut divinum Virgilium iuſta Herodoti admiratio et imitatio compulerit dicere *ſacerque tiaras*, deſtituente illic Servium tota eruditione, quod propterea genus opportune pluribus exemplis confirmabat ad Prudentii Apotheoſin v. 145. Nic. Heinſius in isto loco Prudentii unum modo reperiens Puteaneum codicem ſervare, quod a manu auctoris venit, corruptis reliquis, quod idem certe in Herodoto nunc etiam perſpicue appareret. Neque enim Portus in Lexico aliter ſe gerit, quam ut lector dicat eum *νοσῆσαι φρένας.* Quam erudite in Heſychio coniectavit Guyetus, Ἡρόδοτος δὲ ἐν ἀ ἀρσενικῶς; Quid peti potest amplius?

55, 30. Ἐν γὰρ δὴ τοῖσι ἄπασι Πέρσῃσι καὶ αὐτὸς γίνεται.] Apparet igitur, unde hunc ſenſum exceperit Seneca, plane Latinus in hac parte interpres Herodoti, lib. 6. de Beneficiis cap. 19. *Primum cum cogitavit Princeps Gallis omnibus prodeſſe, et mibi cogitavit prodeſſe; eram enim Gallus, et me etiam, ſi non mea, publica tamen nota comprehendit.*

55, 32. Ὑποσπάσας πείην.] Non contigit mihi videre ullam editionem, quæ non ita haberet. Prout Aldus 838
incepit, excepere Camerarius, Stephanus, Fridericus, Iungermannus, Galeus. Et nemo tamen controverſiam refert interpretationi Vallæ; immo illam fovent ac retinent, adeo quidem, ut Portus hoc verbum ne quidem dignatus fuerit in Lexico tangere, ingrata auſteritate, aut magis abſurda, quoniam Græco ὑποσπάσας non reſpondit Latinum *ſubſternens*, ſed contra *ſubtrabens.* Agnoſce igitur in publica negligentia curam eius, a quo optimum Mediceæ Bibliothecæ exemplar conſcriptum est, unde produco emendatisſime ὑποπάσας. Hoc habebat ſub oculis Valla interpretans. Etſi enim ſit nunc velut abolitum ex memoria, ſedet tamen ac viget in tam conſpicuo monumento, cui etiam

iam aliqua appropinquat illud Ariſtophanis in Ἱππεῦσι 99. Πάντα ταυτὶ κατατάσω Βουλευμάτων. Et fragmentum comœdiæ antiquæ apud Grotium pag. 917. Ἀψινθίῳ κατέπασας Ἀττικὸν μέλι. Contrarium quid deſcribit Palæphatus de Glauco Minois. ὃς ἰδὼν δράκοντα ἑτέρῳ δράκοντι πόαν ἐπιθέντα τεθνεῶτι, καὶ ἀναζήσαντα αὐτόν. Sed compoſitum καταπάσαι notum est. De noſtro ὑποπάσαι quam pueriliter, quam ultra fidem imperite ſcripserit H. Stephanus, refert ut hic cognoſcas [Ὑποπάσσω, ſubinſpergo. Unde ὑπόπασον ſubinſperſum. Ex Plut. affertur pro alia etiam ſignific. verum ex loco qui ſuſpectus est.] Neque hæc ille poſuit loco iuſto et ſolenni inter compoſita ab verbo πάσσω post istud Συμπάσσω, ſed relegavit ex patria, et ſepoſuit in indice. Nullum dubium est, quin ſicut 4, 172. potuit dicere ἐμπάσσοντες γάλα, ita nunc dixerit ὑποπάσας ποίην.

55, 46. Λεπτὰ τῶν προβάτων.] Plane id ipsum, quod exprimitur in fragmento Menandri, quod ſuperest ex comœdia Μέθη.

Εἶτ' οὐκ ἀτοπώτατα πράττομεν καὶ θύομεν,
Ὅπου γε τοῖς Θεοῖς μὲν ἡγορασμένην
Δραχμῶν ἄγω προβάτιον ἀγαπητὸν δέκα.

Sed de isto pecore ſic iterum Herodotus 8, 137. Ὁ μὲν ἵππους νέμων, ὁ δὲ βοῦς, ὁ δὲ νεώτατος αὐτέων Περδίκκης τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων.

55, 48. Καὶ οὐ καλοῖσι.] MS. καλέσι. Et quamvis exemplum aliud vocis huius non exſtat, certe annotatum non est, non audeo tamen reiicere, et vel Græciam hac quotidianæ vocis nova declinatione, vel Herodotum manus ſuæ veritate reparata fraudare, præſertim quum adverſus barbaram contumaciam, ut ſpero, evicerim ac Arriano reſtituerim πρανὸς et πρανῆς· Sic εὐρύχωρος et εὐρυχωρὴς, ἀένναος et ἀενναὴς, et quod adhuc ignotum ſequetur infra ὑγιηρὸς et ὑγιηρὴς. Sed hactenus; et vide an non ſit καὶ οὐκ ἀλέσι; ut 5, 184. ἀλέσι μὲν γάρ σφι ἐϛὶ Ἄτλαντες οὔνομα.

56, 1. Πεινῶντας παύεσθαι.] Annotavit hunc locum Cl. Gatakerus in Adverſariis Miſc. lib. 2. c. 6., quem parum rite ceperit Valla, vertens *Græcos paſtos iam demum non eſurire amplius*, quum contrarium huic plane voluerint illi, *Græcos ubi edere deſierint, adhuc eſurire.*

56, 7. Μεθυσκόμενοι δὲ ἐώθασι.] Fuit hic inſtar loci communis, qui placuit valde Græculis, ut ubique tranſcriptus exſtaret; prout apparet ex ſcholiis ad Ariſtophanis Ἱππέας v. 91., unde propagatus fuit bis in Suidæ Lexicon, tum in v. Οἶνου πιεῖν, tum alibi. Sed præclare hinc patet, quam isti tranſcriptores Herodoto abuſi fuerint, contra quam decebat, et bene de hoc loco meritus fuit Stephanus in Prolegomenis.

Ibid. Τὰ σπουδαιότατα.] Prout creditur ſcripſisse etiam 2, 87. Τὴν μὲν σπουδαιοτάτην αὐτέων. Idque nihil moror. Sed hoc loco purus ille MS. τὰ σπουδαιέϛατα. Agnoſcis eiusdem genii delicias, quaſi quæ Herodoto nunc magis fuiſsent obverſatæ ac placitæ, etſi hanc uſurparit iam ſupra c. 8., ut annotavit Portus, Τῷ Γύγῃ τὰ σπουδαιέϛερα τῶν πρηγμάτων ὑπερετίθετο. Quibus annecti debet ſuperlativum, quod ſequitur c. 196. ἀμορφεϛάτην, ut plane etiam legitur in MS. Mediceo. Hæc enim duo adiectiva ſunt, quæ hanc terminationem Græciæ conſiderans Euſtathius ad B Ὀδυσσείας etiam coniungit, notans ἀμορφέϛατος γυνὴ παρ' Ἡροδότῳ ἐν ἀκριβεϛέροις ἀντιγράφοις, in quorum idcirco numerum vel præcipue mitti meretur codex ille, cuius divina munera cum maxime publico, cui propterea nefas est obſtrepere.

56, 38. Αἰγυπτίους θώρακας.] MS. θώρηκας.

56, 41. Κουριδίους γυναῖκας.] Sicut in libro 5. c. 18. dicit auctor γυναῖκας κουριδίας, ita nunc quoque ſcripſit κουριδίας, prout exſtat in MS. Mediceo, cui fides ista nequit negari. Plane ſic inſcriptio Attica apud Sponium Itiner. II. p. 349. Μνῆμ' ἀλόχῳ Φιλίῃ θήκατο κουριδίῃ, quam conſtructionem heroës illi petunt ab primævo auctore Homero.

57, 6. Μηδεμίην ἄσην ἀηδῆ.] Quum ſicut hoc loco ſubſtantivum, ita 3, 41. verbum ἀσηθείη Herodotus adhibeat, ita agunt Stephanus et Portus, ut hic in Lexico Ionico nihil voluerit agnoſcere præter poſtremum, Stephanus in Recenſione vocum Herodoti hæreat totus in illo ſubſtantivo, velut faſtidio fatuo abalienati, forſan quod Portus non haberet, quo coërceret Stephanum, qui ſuſtinebat illic proiicere, *ubi videri poſsit neceſse minime fuiſse addere* ἀηδῆ, quum tamen ſæpe loquutionibus addita percipiamus vocabula, quæ neceſse non fuerat. Sed in Stephano ut agnoſcas aliquid velut ex oraculo præceptum, facit fidelisſimus codex ex Italia, unde prorſus abest istud adiectivum, nec ulla fuit cauſa ut pro Herodoteo haberetur aut ulterius habeatur. Inſuper idem MS. μηδεμίαν, non μηδεμίην, prout etiam paulo ante auxi vocabulo τοῦτο οὕτω ποιέεται, ubi vulgo media vox non agnoſcitur, niſi Stephano ad marginem, quum sit vera auctoris noſtri.

57, 12. Μέζω τὰ ἀδικήματα ἐόντα τῶν ὑπουργημάτων.] Habet igitur hæc lex hunc unum caſum, ut caverit, ne ob unum delictum extrema pœna puniretur homo, ſed tantum ob plura, et ut tunc tantum, ſi pateret crimina maiora esſe, quam erant miniſteria vel obſequia olim ab eo præſtita, liceat iræ indulgere. Quid igitur est, quod ex his verbis Herodoti colligit Deſid. Heraldus lib. 1. Adverſar. cap. 9. obſervasse Perſas, ut hominem lege multandum, ſi plura bene fecisſet antea, quam male postea, vel contra, ſuffragiis omnibus liberarent? De pluribus antea benefactis nihil habet Herodotus; ut totum id ſit alienum. Adducit et hunc locum Briſſonius lib. 1. regni Perſar. p. 87. ſane imperſecte, ſcribens: *At nec ob unum aliquod admiſsum in reos nocentesve facinoris convictos, animadverti moris erat: ſed ita demum, ſi comparatis eorum inter ſe bene vel male factis, mala prævalere præponderareque liqueret.* Cæterum hæc lex quidem fuit, ſed quando obſervata? quot exemplis ab hiſtoria narratis ea conculcata fuit?

57, 15. Πατέρα ἢ μητέρα.] MS. πατέρα οὐδὲ μητ. Quod valde probo, ut per æquales gradus ad utrumque parentem procedat amor ac reverentia filii, non alter alteri adhæreat.

57, 19. Εἶκος εἶναι.] Habes ergo primum exemplum 839
verisſimæ mutationis ex optimo MS. unde edidi οἰκὸς, quod ſupra notavi aliquoties in Herodoto corruptum legi.

Ibidem. Τόν γε ἀληθῶς τοκέα.] Unde hoc? et certe ab cumulo Porti citationum vocis ἀληθέως hic locus exulat. Immerito prorſus. Nam plane MS. ἀληθέως, idque toties in Herodoto, ut fere ſit aſſiduum.

57, 20. Ἄσσα δέ σφι ποιεῖν οὐκ ἔξεϛι.] Præclara veteris Herodotei calami reſtitutio, quam expulerat ſatis ſubdole explicatio eius ὁκόσα, quod quum modo antecesſerit, credibile est non placuisse auctori, cui ἄσσα etiam grata fuerunt cap. 179., ſcilicet ex Homero repetitione facta; ut mirer pigrari voluisse Stephanum, quum verum haberet in manibus. Sic quoque mox recepi οὐδὲ ἄλλον οὐδένα περιορῶσι, prout legitur in MS. non, ut prodit Stephanus, περιορέουσι; quum quod vulgo ſuppoſitum legitur, ita vagum ſit et infinitum, ut terminum ignoret; quod est ridiculum.

57, 35. Σέβονται ποταμοὺς τῶν πάντων μάλιϛα.] Intrepide igitur et Valla, verum aſtute: *ſed flumina inter omnia religioſisſime colunt.* Neque enim τῶν πάντων μάλιϛα notat *inter omnia*, idque ipse optime noverat, qui lib. 2. cap. 37. θεοσεβέες δὲ περισσῶς ἐόντες μάλιϛα πάντων ἀνθρώπων interpretatur *in Deos ſupra modum ſupraque omnes homines religioſi ſunt.* Ubi quum Herodotus præbuerit vocem quam adiectam velit voci πάντων, nimirum ἀνθρώπων, cur Valla nunc recuſat ſubintelligere, ſed πάντων vult habere pro neutro? Ineptit Valla: ſed bonus vir penetrare nequivit, quid noxæ ſubesſet. Scito igitur duas illas voces τῶν πάντων abesse ab MS. quæ fidelisſima est admonitio.

57, 37. Ἡμέας δὲ οὐ.] Satis ruſtice et abrupte, quod non est Herodoti. Itaque Mediceus MS. ἡμέας μέντοι οὐ. Quod ſatis politum et ad genium auctoris: ut cap. 58. Ἀποσχισθὲν μέν τοι ἀπὸ τοῦ Πελασγικοῦ Cap. 120. Ὅμως μέν γε τοι συμβουλεύσατέ μοι. Et mox ſequitur.

57, 39. Τελευτῶσι ἐς τωὐτὸ γράμμα.] Id non ſuſtinuit admittere ſimpliciter maximus Scaliger, ideoque obducebat quædam nomina aliam ſortem habentia: ſed repellere ea doctisſimus Stanleius ad Æſchylum pag. 756. conatus est.

57, 48. Πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος — ἐλκυσθῇ.] Quaſi facta foret hæc periodus ad tutelam loci, quem tractavi in numeris 33, 49. Alio tamen modo in hac agi oportet exigente optimo codice, etiam Valla, quum verterit *trabatur*, transeunte in aliud Græco tempus. Sed eius vim apertius probat codex MS. dum pariter oſtendit verbum in fine truncatum esſe, infinitivum uſurpans ἐλκυσθῆναι. Ea est æque frequens Herodoti phraſis, ſed iam ulterius indicat tractum esſe.

58, 29. Κύρου δεηθέντος δι' ἀγγέλου.] Hærent hæc inter ipsum auctorem et interpretem, qui uno legato non ſatis honoratus reddidit *per legatos*; quam licentiam oportebat reprehendi, niſi is procul dubio ab exemplari antiquo invitatus fuisſet ad hanc ſententiam;

quum huc quoque vergat fidelitas Medicei codicis, quam probare debui.

58, 34. Ἴωνες δὲ ὡς ἤκουσαν τούτων, ἀνενειχθέντες ἐς τὰς πόλιας, τείχεά τε περιεβάλλοντο.] Sic accurate iam distinxit ipse Aldus, ut ista media sic fluitarent inter antecedens et consequens. Neque sane scio, de quibus Ionibus loquatur, utrum de legatis, an vero de magna multitudine quadam, quæ huc excucurrerit ac novum Lydiæ regem spectatum iverit: nam quæ mox prædicat de urbium mœnibus firmatis, certe id non pertinet ad legatos, sed ad populum Ionicum. Insuper quum non diserte numerum legatorum ab Ionibus missorum expediat Herodotus, sed tantum dixerit Ionas atque Æolenses misisse ἀγγέλους παρὰ Κύρον, æque potuerunt unum singuli misisse quam plures. Sed hoc mitto. Potius videndum, an Græcismus patiatur Ἴωνες ἀνενειχθέντες pro *reversi*. Agnoscit hunc unum locum Portus. Sed nec de Æolensibus tale quid dicit, qui tamen etiam reversi sunt. Totum est hiulcum ac male diffisum, et tanto maioris pretii, ac longe magis mihi arridet, quod exstat in unico illo MS. Ὡς ἤκουσαν τούτων ἀνενειχθέντων ἐς τὰς πόλιας. Id vere Herodoteum, et sic participio isti vera sedes redditur ubique usurpato de ipsis rumoribus aut responsis, quæ renunciantur. Sic cap. 158. Ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν οἱ Κυμαῖοι. Quæ totidem apicibus repetit cap. 160. Sic lib. 2. cap. 121. Ὡς δὲ καὶ ταῦτα ἐς τὸν βασιλέα ἀνενείχθη. Lib. 5. c. 89. Ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν οἱ Ἀθηναῖοι. Lib. 7. c. 169. Ταῦτα οἱ Κρῆτες ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν.

58, 42. Τοῦ μὲν οὐρανοῦ καὶ τῶν οὐρέων.] Sunt eadem, per quæ Daram Parthicam celebrat Iustinus 41, 5. *Cuius loci ea conditio est, ut neque munitius quidquam esse, neque amœnius possit. Ita enim et præruptis montibus undique cingitur, ut tutela loci nullis defensoribus egeat, et soli circumiacentis tanta ubertas est, ut propriis opibus expleatur.* Alioqui tanta vicinia est vocum ὠρέων, οὐρέων et οὔρεων, ut posset supponi confusio. Pro vulgato autem οὐρέων legitur cap. 172. οὔρων,
840 et οὔρεα quidem pro ὄρεα notavit ex Ionismo Salmasius ad consecrat. Regillæ pag. 36. Sed specimen Herodoteum in ὄρος, ὁ, est sub numeris 28, 40.

58, 45. Τῶὐτὸ ἐποιέετο Ἰωνίῃ.] Scilicet quia inceperat per imperfectum ἐτύγχανον ἱδρυσάμενοι, in eo debuit progredi, quum longe alterius generis sit prior pronunciatio, quam hæc, quæ amplificat præcedentia, et monstrat, unde illa nosci queant, et in quo consistat illarum urbium beatitudo. Itaque suavissimum est, quod legitur in optimo MS. τῶὐτὸ ποιέει τῇ Ἰωνίῃ. Sic patet, unde venerit istud grande ἐποιέετο. Neque enim hic imperfectum tolerari potest. Dent veniam tot lectores.

59, 1. Ἀπὸ τοῦ θερμοῦ καὶ.] MS. ὑπὸ τοῦ θερμοῦ τε καὶ, sic quam præclare sermo respondet antecedentibus ψυχροῦ τε καὶ ὑγροῦ. Sed et deinde τέσσερας. Sic etiam seq. pag. τέσσερες. Unde etiam 1, 166. feci τεσσεράκοντα, etsi non notarim ex MS.

59, 8. Αἵδε ἐν τῇ Λυδίῃ· Ἔφεσος.] Id probare annixus fuit Vir doctissimus I. Rutgersius, unde hinc inchoavit caput primum libri secundi Variarum Lectionum.

59, 19. Ὅρκια ποιησάμενοι.] Magna oblivio præcedentium. Itaque quum sic male conspirent alii, unus ille optimus et continentior MS. reservat Ὅρκιον quod omnino vindicandum et reducendum in sedem suam est. Nam et sic paulo ante dixit Πρὸς τούτους ὅρκιον Κῦρος ἐποιήσατο. Infra rursus cap. 169. Μιλήσιοι δὲ αὐτῷ Κύρῳ ὅρκιον ποιησάμενοι. Paulo ante etiam ex MS. edidi σφίσι δὲ ὁμοφωνέουσι, ubi vulgo, σφὶ δὲ, de quo confer annotata sub numeris 11, 16.

59, 34. Ἐπί τε σφέων αὐτέων.] Primo MS. ἐπὶ σφέων sine copula. Cæterum locus est conclamatus per speciosam medicinam Henr. Stephani, qui tam leniter videtur absterssisse totam molestiam, ut omnes posteri gratias illi agant, quum interim universam Herodoti mentem hinc expulerit. Nam Aldus et Camerarius ediderunt ἐπεί τε σφέων αὐτέων τοὔνομα· unde quum Stephanus refinxit ἐπί τε, sane molliter, creditur Herodotus, nihil aliud nisi indicare fanum quoque de suo nomine construxisse eos Panionium, (et meminerat Stephanus locutionis ἐπὶ σφέων οὔνομα θέσθαι) aucta in immensum Latina interpretatione per voces Græcis ignotas et falsas, tanquam Panioniis nomen sibi indiderint. At longe alia nunc gloriatur Herodotus de his Ionibus, nempe ausos fuisse spernere reliqua et in suis rebus lætos egisse, quod beneficentia suavissima mihi significatum ab optimo MS. nunc communico cum omnibus, dum legit diserte καὶ ἱρὸν ἱδρύσαντο ἐπὶ σφέων αὐτέων, τῷ οὔνομα ἔθεντο *et fanum construxerunt sibi peculiare*, (aut *seperatim suis opibus*) *cui nomen dederunt Panionia.* Sic cap. 149. Ἄγεσκον ὁρτὴν, τῇ ἔθεντο τοὔνομα Πανιώνια.

59, 42. Τριοπικὸν ἱρὸν.] Sic scripsit, quum tamen mox sequatur Τριοπίου Ἀπόλλωνος. Ita accuratus fuit Herodotus in distinguendo ethnico derivato ab possessivo, quod proinde ex eodem facit quoque Stephanus de Urbibus in v. Τριόπιον. Facit etiam studiose et laudabiliter Salmasius ad consecrationem Regillæ p. 58., etsi inscriptio ista nonnisi gentile agnoscat. Fecit quoque Io. Fridericus. Non facit Valla interpretans *Triopium sacrum*, non Stephanus *Triopium templum*, non Marshamus in Chronicis Herodotum citans et sequens Stephanum pag. 341., ut reddat *ad Templum Triopium*; et potest fieri, ut bene adsciverit Stephanus vocem *templum*. Sed quid frequentius apud antiquos occurrit, quam sermo de communione sacrorum (ut loquitur Holstenius ad Stephanum in v. Ἀκυφας, ubi Dorica in Græcia et altera Dorica in Asia confundi apparet, quod vitare debuerat editor) et societate, unde alios arceant, alios ad eam admittant? Nec sacri celebratio intelligitur absque templo, quod hic adfuisse etiam clarissime patet ex sequentibus, et simile est in cap. 171. Cæterum ad illustrationem huius antiqui moris de tripodum in locis sacris dedicatione utitur hoc loco Casaubonus ad Suetonium in Augusto c. 52.

60, 21. Καὶ Δύμῃ.] Sic edidi, non Δρίμῃ, obtemperans Casaubono rite monenti ad Strabonem p. 167., quum iam anteivisset recte Valla interpretando: a quo cur discesserit Io. Fridericus, et pag. 239. ediderit *Postea Drima et Tritæenses* viderit. Certe nulla potest oriri suspicio urbem istam ita quoque fuisse appellatam, quippe quod in larga sua ἐκφράσει annotavisset Stephanus Seguierianus.

60, 25. Ὡς γε τοι μᾶλλον.] Est hoc dissolutum, ut nihil proprie afferat, quum debeat id facere, prout declarat codex MS. ὥς γε τι μᾶλλον. Sic de præsenti; mox sequitur de præterito, et utrobique debet adesse τι, non τοι.

60, 30. Μινύαι δὲ Ὀρχομενίοισι ἀναμεμίχαται.] Ut alii in suis, ita ipse reperi in codice Florentino. Inde negat Grentemesnilius emergere commodum sensum, nisi legat Ὀρχομένιοι, ut referatur ἀναμεμίχαται ad Ionas. Explicat se paulo obscurius. Si enim vult ἀναμεμίχαται bis poni eodem, et innuere tum Minyas Orchomenios mixtos fuisse Ionibus, tum Cadmeos, Dry-841
opas, et Phocenses mixtos fuisse iisdem Ionibus, debuit cogitare tunc solere fieri aliam seriem verborum, ut cap. 163. Ἐδίδου σφι χρήματα τεῖχος περιβαλέσθαι τὴν πόλιν· ἐδίδου δὲ ἀφειδέως· 2, 35. Οἱ δὲ ἄνδρες κατ' οἴκους ἑόντες ὑφαίνουσι· ὑφαίνουσι δὲ οἱ μὲν ἄλλοι &c. Itidem alii. Cæterum sic agit Herodotus, quasi Minyæ fuerint tam pauci; ut pro numero populi in Ioniam traiecti nequirent haberi, nec in illa expeditione Minyæ singulatim fuerint nominati: sed Orchomenii legantur fuisse nomen iusti populi, et hinc nominati lib. 8. in transitu Xerxis, quibus tamen constet fuisse intermixtos Minyas, ut fuerunt illi Argonautarum posteri etiam ex Lemno erratici, de quibus agit lib. 4. Certe Minyas nec Scylax nominat, et Ὀρχόμενον Μινύειν Græcis poëtis celebratissimum habemus, quod istam videtur habere originem. Huc pertinent quæ in Hellene collegit Cl. Erasmus Vindingius, et iam ante notavit Casaubonus ad Strabonem pag. 178.

60, 31. Φωκέες ἀποδάσμιοι.] Hoc adiectivum est, in quo Saturnalia lusisse viros doctos dicas, si cogitando recenseas, ut Valla pigratus fuerit interpretari Latine, Stephanus id notaverit, nec quidquam suum addiderit: in Thesauro reddiderit *Portionalem*, non tamen citans hunc locum: Æmil. Portus riserit tacentem Stephanum, et illud *portionalis* noluerit agnoscere nisi in Scapula, mox ἀποδάσμιος illi visus fuerit ὁ τὸν δασμόν τινι ἀποφέρων, vel ὁ ἀποδεδασμένος, quæ omnia imitatus fuerit Io. Fridericus, sed denique ambo desponderint. Maxime vero et penitus desperaverit Grentemesnilius, in hæc verba prolapsus [Phocenses Herodotus Ἀποδασμίους vocat, *Apodasmios*, qua de causa dubium, et difficile est dicere, quomodo intelligenda sit ea vox. Vide locum] Galeus suppleverit notationem Stephani clam immittendo *vectigales*. At hos quum vult innuere auctor, dicit δασμοφόρους, ut 3, 96. Sane participium ἀποδασάμενος usurpatur quoque ab Herodoto 2, 103. Etiam memini legisse ἀπόδασμον de turba hominum ex patriis regionibus excitorum in alium locum translata et ibi collocata, quod iam valde propinquum est. Quin etiam Phocenses certe sunt, quorum partibus contigit dividi ac separari, ut Delphos ipsos ab vicinis. Cæterum ista literis vicina sunt, seiuncta vero ab proprietate significationis, quam pono in tributo. Quippe semper existimavi

de-

deſignari partem Phocidos, cuius incolæ ob rupes et aſpera terrarum nihil poterant conferre, ut illorum vita eſſet inops, et idcirco libenter potuerint ex natali ſolo digredi, quod hi fecerunt. Nota est ex Pauſania ἡ ἀσθένειά τε ἡ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἡ τῶν χρημάτων ἔνδεια, nota in aliis σπάνις ὕδατος θέρους ὥρᾳ, ut non niſi ab quatuor, alibi ab tribus ſtadiis aquam petere poſſent, aliam partem ψυχρὰν καὶ ἀνεμώδη, etiam Λεδωντίους ὑπὸ ἀσθενείας ἐκλιπόντας τὴν πόλιν. Horum partem opinor innui ab Herodoto, quam nullæ patriæ illecebræ deterrebant ab Ioniæ celebratæ deliciis ſectandis abſtinere: Herodotus autem compoſitis ſuam quandam ſententiam ſæpe tribuit.

60, 45. Αὐτοῖσι συνοίκεον.] Prout iam cap. 37. queſtus fuit Crœſi filius, κοίῳ δὲ ἐκείνη δόξει ἀνδρὶ συνοικέειν· Sed maſculinum istud hoc loco intolerabile est, quod et vidit Valla, qui nimis longo circuitu dicit, *simul orbas ad concubitum violenter rapuiſſent:* quod non dicit Herodotus. Attamen ſcribe αὐτῇσι συνοίκεον, ut clare exſtat in egregio MS.

61, 8. Τῆς Μυκάλης χῶρος ἱρὸς πρὸς ἄρκτον τετ.] Hinc ita doctrinam publicam condecorat et illuſtrat Ezech. Spanhemius ad Callimachum pag. 596. [Sic Panionia primum celebrata in *ſacro luco* prope Mycalen iuxta Herodotum lib. 1. cap. CXLVIII.] An non oportuit illum alios reliquis hominibus habuiſſe oculos? In Græcis certe lucus ille nullus exſtat. Debuit ergo hanc partem Herodoti Latine legiſſe, ut pro *loco* ſyllabizaret *luco*. An non egregium? Non enim potest esſe dubium, quum illic agat de lucis. Nam ἱερὸς χῶρος potest esſe admodum varius, et quidem extra lucum. Idem tamen in iisdem commentis pag. 404. aliter et rectius egit, ſed male ſcribens [Hinc iuxta Herodotum l. 1. c. CXLVIII. Ποσειδεῶνι Ἑλικωνίῳ *Neptuno Heliconio* ſacer ille ad Mycalen locus Panionium dictus, ubi nempe ſolemnis lonum panegyris et Neptuni cultus, eo nempe delatus ex hac *Helice*] Quaſi hanc antegreſſam ſcriptionem voluiſſet emendare per poſteriorem. Certe non fuit bonæ memoriæ.

61, 14. Οὔ τι μοῦναι αἱ Ἰώνων.] Ubi Ionismus? at eum clare effert optimus MS. μοῦναι. Et ab hoc quidem nævo nulli ſunt immunes. Sed cap. 188. habet Aldus et Camerar. τοῦ μούνου πίνει, ubi Stephanus corrupit tertiam vocem in μόνου, idque retinent poſteriores, usque ad hanc ipsam; quis credat? quantum ludunt? Mox idem diducte ἐς τὸ αὐτὸ γράμμα τελευτῶσι, non ἐς τωὐτὸ γράμμα τελευτῶσαι, ubi etiam in præcedentibus confirmavit, quod Stephanus ad marginem
842 ponebat Ἑλλήνων πάντων, ut omnia nunc ſint complanata.

61, 20. Τῆνος.] Vicinæ prorſus appellationes ſunt Temnus, quæ hæc urbs est, Tenus et Telus, inſulæ, etiam Teus, ex 2, 178., ut non debuerint confundi, et omnes in hiſtoriam huius auctoris conveniunt. Itaque Holſtenius ad Stephanum pronunciat male ſic edi in Herodoto. At tamen nec Mediceus nec alii MSS. quidquam mutant, licet Temnus Τῆμνος ſatis conſtanti appellatione ſignetur et nota ſit omnibus tum per hiſtorias, et Geographos, tum per nummos veteres. Itaque reliqui vocabulum istud certiori probationi et Holſtenio, ut ipse corrigeret, meaſque manus abſtinui, qui ſcio, quod et ipse cogitare debebat, lemniſcos ab Latinis diſci, qui ſint ab λημνίσκος, et πίπλημι pro πίμπλημι, et λαμφθῆναι, etiam occurrere nunc Πάπρημις, nunc Πάμπρημις, Παπρίημις 2, 71.

61, 22. Πόλιες ἀρχαῖαι.] MS. πόλιες αἱ ἀρχαῖαι, medio interpoſita particula, quam et Ioniæ urbibus apposuit: et ſimiliter ſtatim δυώδεκα αἱ ἐν τῇ ἠπείρῳ, ubi vulgo ignorant articulum αἱ.

61, 38. Αἱ ἠπειρώτιδες Αἰολίδες πόλιες.] Quum in editione anni 1592. male ceſſiſſet Stephano, ac operæ typographicæ notam Stephani, qua in margine apponi volebat γρ. Αἰολίδες πόλιες, adnexuiſſent verbis antecedentibus αἱ ἕνδεκα πόλιες, lungermannus defectus copia codicum MSS. huic vitio mederi nequivit, et eodem pede progredi editionem ſuam paſſus est, eo faciliore venia dignus, quod ne in Anglica quidem id corrigere conatus fuerit Th. Gale, quum ſupponam ex eis codicibus, quos ille ad manum habuit, certe id potuiſſe caveri. Nunc igitur moneo mentem Stephani eam fuiſſe, ut teſtaretur in MSS. legi ἠπειρώτιδες Αἰολίδες πόλιες. Ex quibus cenſeo vocem Αἰολίδες omnino esſe Herodoteam, idque fide optimi codicis, et debere eam conſpici hoc in loco, ubi hæc editio eam cenſa est.

61, 42. Ἀρίσβαν ἠνδραποδισαν.] Bene improbavit periodi huius verſionem ab Valla datam Erasmus Vindingius in Hellene de Lesbiis, et ſic correxit: *Sextam in Lesbo civitatem everterunt Methymnæi, civesque in ſervitutem abſtraxerunt, cum tamen ipsorum conſanguinei eſſent.*

62, 13. Ὡς ἐμοὶ δοκέει.] Edidi ex MS. ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέει.

62, 18. Πόλιν συναμωρέειν.] Ioach. Camerarius hanc vocem ita ſcriptam probat, exponitque vaſtare, perdere: cui ſubnotavit H. Stephanus ſcribi etiam σιναμωρέειν. Portus postquam verbo σιναμωρεῖν dediſſet ſuam ſtationem, mox locat Συνάμερος vel συνάμωρος, ubi alios agnoſcit per ι et ο ſcribendum cenſere, ita ut mox redeat ad prius συναμωρέειν, etiam ibi notans esſe, qui σιναμωρεῖν per ι ſcribendum putent. Sed est purum putum vitium primo ſcribarum, mox typothetarum. MS. optimus ad nos transmittit clare σιναμορέειν non modo per ι, ſed et per μικρὸν ο. Itaque rectius decrevit Stephanus in Theſauro, ubi perperam ſcribi ait συναμ. Quod debuerat in hac prorſus editione obſervatum fuiſſe, ſed quo minus factum fuit, variæ interim cauſæ obfuerunt. Firmus autem est codex in tuendo μηδεμίαν, non μηδεμίην.

62, 28. Οὐ τὰ Ἰώνων πάθεα ἔσαι ἔλλεσχα.] Non intelligo, quid in hoc loco egerint viri docti. Aldus et Camerarius ediderant ἔλεσχα. Quod quum videretur nihili, Stephanus ista voce in oras expulſa repoſuit ἄλεσχα, quod ſatis pro imperio. Et tamen in Theſauri indicem is ipse contulit [Ἔλλεσχα dicuntur τὰ ἐν λέσχῃ ὄντα, quæ omnium in ore ſunt et in omnium ſermone verſantur, vulgata Herodot. lib. 1.] Quæ varietas dedecet. Portus neutrum voluit agnoſcere. Sed ex Stephano Io. Fridericus edere ſuſtinuit ἔλλεσχα, cum hac notatione [ἔλλεσχα τὰ ἐν λέσχῃ καὶ λόγῳ ὄντα, quæ ſunt in omnium ore et ſermone. Male in cunctis pene codicib. legitur ἄλεσχα· alicubi etiam ἔλεσχα] Sublimia audis; ſed lutoſa, etſi agnoſcas Stephanum. Poſtremus accedit Th. Gale, ex inopinato citans ἄλεσχα [Interpres aut aliud legit, aut vocem hanc non intellexit. Credo ſcripſiſſe Herodotum ἔλλεσχα. Λέσχαι ſunt φλυαρίαι.] Adeo nihil de illis duobus codicibus MSS? Non ex ipſius fide pendet Herodotus. Itaque ut omnia posthac ſint ſerena, ſcito, mi lector, in vetuſtiſſimo codice legi prorſus ἔλλεσχα, unde merito hinc omnia alia abegi. Vox est clariſſima, et λέσχαι nimis ſæpe illuſtratæ.

63, 9. Ὡς εἴ τις πατέρα ἀποκτείνας &c.] Ex hoc igitur loco hauſta illa doctrina est, qua poſteriores tyranni calide fuerunt uſi, adeo ut Philippus Perſei pater quoque inde verſum compoſitum in ore habuiſſe dicatur Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας υἱοὺς ἀπολείπει apud Polybium in Excerptis Peireſcianis pagina 118.

63, 20. Καὶ ἐγὼ κεφαλῇ ἀναμάξας φέρω.] Elegi quod erat veriſimum, utpote iam ab Stephano in MSS. lectum et ideo in margine notatum, quod etiam exſtare cernebam in codice optimo. Si qui exhibuerunt καὶ ἐμῇ κεφαλῇ &c. adulteratam Homeri (dicentis ita σῇ κεφαλῇ) imitationem Herodoto invito ingerunt. Et quoties istud *capite* apud Latinos, ut apud Græcos κεφαλῇ, et quidem ſic ſola, in legendis antiquis occurrit? Opportune Livius 2, 52. *Duo millia æris damnato mulctam edixerunt. Ea in caput vertit.* In Phædro notiſimum, *Ab univerſis capite est protruſus foras.* Etiam 2, 35. Ἐπὶ τῶν κεφαλέων φορέουσι, absque αὐτῶν. Adde, quæ proferentur ad 2, 39.
843

63, 25. Μήτε δεινοί τε ἔωσι.] Ingrata plane repetitio particulæ τε et omnino inanis, quam præclara ope adiecta declarat optimus MS. unde procesſerit, legendo: μήτε δεινοί τοι ἔωσι· quod vides egregie firmari in ſequentibus his, ὥστε οὐδὲν δεινοί τοι ἔσονται μὴ ἀποσέωσι. Sed et MS. κεκτῆσθαι, non ἐκτῆσθαι, quomodo rurſus cap. 170. ἐν βουλευτήριον Ἴωνας κεκτῆσθαι.

63, 34. Ταῦτα οἱ ὑπετίθετο.] Eleganter MS. ταῦτά τε οἱ ὑπετίθετο, nempe præterquam quod iram eius ab Lydis conabatur avertere in ſe ipsum (quod fecerat in priori parte huius collocutionis) hæc etiam ei monita adiecit.

63, 35. Αἱρετώτερα, ἢ ἀνδραποδισθέντας πρηθῆναι.] Hæc prorſus illa ipsa ſunt, quæ Romæ iactabat Fabricius Luſcinus, ut ex Ciceronis libro 11. de Oratore et Gellio 4, 8. diſcimus: *Nihil est, quod miremini: ſi malui compilari, quam venire.*

65, 1. Ἔλθοιτε ἐπὶ τὸ χρηϛ.] MS. ἔλθητε.

65, 12. Ἐξ ἱροῦ Ἀθηναίης Πολιούχου.] Hæc in Chio, prout Palæphatus ſcribit Ἀργείους Πολιοῦχον αὐτοῖς τὴν Ἥραν ἡγεῖσθαι. Ita vocabulum istud tranſiit per civitates et Deas.

65, 47. Ὀγδώκοντα.] MS. ὀγδοήκοντα. Quod propterea nunc libentius noto, ut vetuſtas et veritas eius vocis ac numeri perinde ac ſequentium εἴκοσι καὶ ἑκατὸν

τὸν confirmetur etiam ex fide illius codicis contra amaram ſuſpicionem Grentemesnilii, qua vitioſam memoriæ Luciani aberrationem audet præferre ſtabili auctoris ipsius lectioni; quum vel ex ipsius nota, quam habet ad caput 57. de Creſtone, conſtare illi poſſet vitioſa ratio antiquorum in alleganda aliqua parte ex hoc Herodoto, teſtante illic Dionyſio Halicarnaſeo, quaſi popularis eius appellaſſet incolas Κροτωνιάτας. Inprimis vero abſurdum mihi videtur in hac re citare quoque Strabonem, nec tamen conſulere Caſaubonum, qui ad illum ipsum Strabonis locum levitatem istam Luciani iure perſtrinxerat, quem ut nunc quoque videas, moneo.

66, 33. Ἐβούλευντο.] MS. ſimpliciter, ἐβούλοντο.

67, 9. Καὶ ἄγον γὰρ ἤδη.] Ita ſane alibi Herodotus augmenti notam negligit. Nunc tamen ut opiner non ſprevisſe, evincit fides codicis optimi, præſertim ſi conſideretur commoditas, quam ſimul huic parti affert, ubi nullus locus, nulla vis voci ἤδη. Itaque habet MS. Καὶ ἦγεν γὰρ δή· et rurſum cap. 169. Μιλήσιοι δὲ ἡσυχίαν ἦγεν.

67, 29. Διάτροφα καὶ ἔμπυρα καὶ ἀπόπληκτα.] Reliqua ſane percipio: ſed quæ ſint πρόβατα vel ὑποζύγια ἔμπυρα vel, ut interpretes, animalia igne ſacro correpta, nondum ſatis potui diſcere. Certe quum id videatur nihil eſſe, longe apud me antecellit ſcriptura veteris membranæ, καὶ ἔμπηρα, eamque puto eſſe Herodoti manum; hoc est, debilia et ſtupida, aut quæ parte aliqua corporis capiebantur aut mutila naſcebantur. Infra cap. 196. Ἀνίσῃ ἂν τὴν ἀμορφοτάτην, ἢ εἴ τις αὐτέων ἔμπηρος ἦε, ubi Valla legens ἔμπορος alienisſima Latina ediderat; ſed quibus ſuccurrerunt Stephanus et Fridericus. Mirabili ſuavitate vertit Livius 7, 4. *Ne mutas quidem beſtias minus alere ac fovere, ſi quid ex progenie parum proſperum ſit.*

67, 40. Ἥτις νῦν Τέλη καλέεται.] Mirari oportet Stephanum illum Byzantium, tanta doctrina et lectione inſtructum, potuiſſe ſic decipi ab chirographo, quo is exaratum Herodoti exemplar habuit, ut inde produceretur ab eo Θυέλλα urbs, plane citato hoc loco, prout in præfatione obſervavit Cl. Iungermannus, quod genus erroris ex noſtris exemplaribus nequit oriri. Sicut autem citavi, plane exſtat quoque in Mediceo, ut et in aliis. Cæterum in eo, quo fuit uſus ille Stephanus, videtur ſcriptum fuiſſe ἥτις νῦν Θυέλη καλέεται, vel gemino λ, pro quo ſolet dicere ἥτις καὶ νῦν Τέλη, prorſus vitioſe pro more Herodoti.

67, 42. Κύρνον, ἥρων ἐόντα, ἀλλ' οὐ τὴν νῆσον.] Id enim vel ab ratione fabulandi promanavit in Græcam linguam, vel induſtria naturæ ac proprietate inſita comparatum est, ut eadem nomina regionum et urbium tradantur quoque fuiſſe ipsorum hominum, de qua re ſingularem locum captavit Stephanus Byzantius in v. Αἰμονία, quem utinam ipsum illic poſſemus legere!

67, 47. Πλέοντες ἐπὶ τῆς Θρηϊκίης.] Ita est in editionibus, nec ſcio aliter legi in MSStis. Attamen Salmaſius hæc citans in Plinianis pagin. 161. ponit ἐπὶ τῆς Θρηΐκης, ut Herodotus 9, 88. Ἐλῶν ἐς Θρηΐκην.

68, 1. Ὑπὸ Θρηϊκων ἐξελαθεὶς.] Ita prorſus coniugavit 3, 46. 4, 3. ἐξελαθέντες· et pluribus locis, ut
844 notavit Portus. Sed prout in his concedit liber optimus, ita in hoc loco pervicax est ille ipse, ut omnino inſeri velit ſibilum, ſcribendo ἐξελασθεὶς. Nec id in hoc tantum loco, ſed etiam inferius capite 173. Λύκος Πανδίονος ἐξελασθεὶς καὶ οὗτος. Deinde MS. ὑπὸ Τηΐων τῶν ἐν Ἀβδ. ubi vulgo articulum omittunt.

68, 10. Ἕμενον κατὰ χώρην ἕκαστος.] MS. ἕκαστοι, quod verum, quum agat de populis, non de ſingulis hominibus. Sic 2, 41. Τοὺς δὲ ἕρσενας κατορύσσουσι ἕκαστοι ἐν τοῖσι προαστείοισι. Et cap. 63. Εὐχωλὰς ἐπιτελέοντες πλεῦνες χιλίων ἀνδρῶν, ἕκαστοι ἔχοντες ξῦλα &c.

68, 22. Κοινῷ στόλῳ Ἴωνας ἀερθέντας.] Sic ſine cap. 165., et alium addit locum Portus. Nihilominus nunc legitur in optimo MS. αἰρεθέντας, et est differentia.

68, 32. Ἀνέκαθεν γένος.] Reparatio præclara ex MS. Mediceo, qui habet τὸ ἀνέκαθεν, quod iam ſupra vidimus placere Herodoto artieulum ſic addere adverbiis; qui nunc occaſione præcedentis verbi ἐγένετο elapsus est. Etiam hic locus apponendus est illis, quæ notavimus 3, 25.

68, 37. Οὕτω μὲν δή σφι.] Apparet Vallam legiſſe οὗτοι, idque commodum foret, aliter tamen in priſcis libris.

68, 43. Τὸ γὰρ παλαιὸν ἐόντες Μίνω κατήκοοι καὶ καλ.] Tanquam ubi Herodotus et τὸ et τε interpoſuit, alterum delendum ſtatuiſſent nonnulli curioſi, ita nunc etiam ediderunt, quum legatur eximie in optimo MS. τὸ γὰρ παλαιὸν ἐόντες Μίνω τε κατήκοοι καὶ καλ.

69, 2. Καὶ μακρῷ μάλιστα.] Copula καὶ non est in MS. optimo, unde ferendam non putavi. Ut enim potest locum quendam hic tueri et alibi, quid? an etiam Herodotus eam poſuit 2, cap. 41. Βοὺς θηλέας σέβονται προβάτων πάντων μάλιστα μακρῷ. Et c. 77. Μνήμην ἀνθρώπων πάντων ἐπασκέοντες μάλιστα λογιώτατοι εἰσὶ μακρῷ &c.?

69, 32. Ἰλαδὸν συγγίνεσθαι.] MS. εἰλαδόν. An placuit ſcribis hanc diphthongum deprimere pro arbitrio, et ubi contra libuit, oſtentare, atque ita luſum exercere? In Chilone vidimus ſupra; et ſic mox in editis legitur εἵποντο, pro quo MS. habet ἕποντο. Atqui cap. 202. edunt κατὰ εἵλας.

70, 6. Ὑπὸ τοῦ ἀδελφεοῦ.] MS. ἀδελφεοῦ. Et quomodo potuerunt aliter vel ſcribere vel edere, quum et in fine cap. 7., et toties aliis locis id uſurpetur? Etiam ante paulo Ἀθηνέων, ut 7, 6.

70, 11. Οὐδαμοῖσι ἄλλοισι συμφέρονται ἀνθρώπων.] Locus iam olim conſpicuus, adeo ut denique Portus, quum varia huius loquelæ exempla conducturus eſſet, atque hæc ipsa vertiſſet, *cum nullis aliis hominibus conſentiunt*, ſuſtinuerit quoque efferre [Hunc locum nec Latin. interpres, nec Steph. eius corrector ſatis fideliter est interpretatus] quod ipse præſtet. Cæterum alius hic erat nodus et alia ſecuris adferenda. Primo enim an in hoc loco unum modo peculiare Lyciorum ſequitur expreſſum? an non plura? nempe de appellatione materna. Hoc prius. Alterum est de coniuge Lycia et ſervo. Tertium de marito Lycio et coniunge peregrina vel pallaca. Certe hæc unitatem excedunt. Accedit quod mirari oporteat tot voces ab Herodoto coacervari, ut bis idem dicat: quid enim illa ἐν τῷδε ἴδιον νενομίκασι notant diverſum ab istis οὐδαμοῖσι ἄλλοισι συμφέρονται ἀνθρώπων; Quod vero caput est, legitur aperte in exemplari optimo συμφέροντα. Id vero quam variis modis queas conſiderare? ſive quum de legibus agat, ex media materia oporteat ſubintelligere νόμων, ut ſit accuſativus ſingularis: ſive quum inceperit loqui per neutrum genus, etiam nunc in eo perſeverare voluerit, nequaquam anxius vicem numeri, et quum in ſingulari præmiserit, iubeat ſubſequi aliquid in plurali; qualia habere hunc Herodotum plura oſtendi 36, 9., in quibus recuſat ad rationem vocari, ut nunc quoque negari non deceat potuiſſe numeros ſubita mutatione diſconvenire, qui etiam dixit 1, 89. Κύρῳ δὲ ἐπιμελὲς ἐγένετο τὰ Κροῖσος εἶπε. Cæterum quæ hoc modo notantur ab Herodoto, tetigit quoque Nicolaus Damaſcenus in Peireſcianis, ubi videndæ Valeſii notæ pag. 122.

70, 14. Καὶ τῆς μητρὸς ἀναμνέεται τὰς μητέρας.] Nauſeam fere parit violenta graſtatio, quæ Herodotum ut alibi, ita nunc miſerrime vexavit. Etenim quum Aldus et Camerarius ſancte ex antiquis libris edidiſſent ἀνανεμέεται, ea fuit audacia Stephani, ut in vicem eius verbi ſubiiceret id quod poſtii in citatione, et iam ultra centum annos pro Herodoteo legitur, nec tamen est Herodoteum. Tanto autem monſtroſior est hæc ſuppoſitio, quod illius ipſius Stephani est hæc in Theſauro animadverſio [Suidas ἀνανέμειν ab Epicharmo poni ait pro ἀναγινώσκειν· ab Herodoto autem ἀνανέμεσθαι pro καταλέγειν, id est, recenſere. At in v. l. affertur ex Herodoto ἀνανεμέετο τῆς μητρὸς τὰς μητέρας, quæ lectio ſuſpecta est] An hæc ſunt ſtudia eiusdem viri? Hæc ingrata varietas quum ſit Stephani, quæ tandem ſuavitas est Æmilii Porti? Ille vero in Lexico Ionico novit ac ſuo ordine ponit verbum ἀναμνέεσθαι, explicat, citationem huius loci addit et exſe- 845
quitur explicationem, plane quaſi ambiguitas nulla eum ureret, adeo ut illic ne noverit quidem verbum ἀνανέμεσθαι. Quid igitur? Nempe hic Portus Suidam quoque delenire conatus est; unde quum in Suida ad verbum Ἀνανέμειν veniret, id quidem nec attingere voluit, ſed post citationem Herodoti prave et ex Stephani corruptela factam ſcribit ista [Ἀναμνέεται vero dictum Ionice, pro communi ἀναμνᾶται et Attice ἀναμνᾶται. Quare Suidæ locus non caret mendi ſuſpicione. Fortaſſe ſcribendum Ἀναμνέειν &c.] Sic denique cernimus bonum illum virum tam effrontem eſſe, ut a quo abſtinere iubebat ipsa ſeries literarum in isto Lexico, ſuſtinuerit contra ipsam ſic irrumpere, ut Suidam adhuc magis perderet: ut ego certe hanc unam ex infelicisſimis Porto illuxisſe horis exiſtimem, quas Suidæ impendit. Atqui hanc eandem pro una probatisſima ingeſſit lectori et commendavit Cantabrigienſis non editio, ſed editio editionum, ut notam ſex verſibus ineptisſime vitioſis conflatam integram char-

tæ

tæ inquinandæ deſcripserit, editore tunc cum Apolline ſuo Λοιδορίᾳ verſus Berolinum aut Amſtelodamum aut Roterodamum aut denique Lutetiam ad tripodas et victorias volante, ut neſciverit QUO PACTO. Haud dubie enim vetus ille Lexicographus docte et doctius, quam aut Stephanus aut Portus aut Kuſterina vanitas, ad illam priſcam reſpexit lectionem, immerito ab illis in ſuſpicionis nefas vocatam, cuius fides adeo est aperta. Nam vulgatum ἀνακμέεται ſuſpectum debere eſſe potius oſtendit vox præcedens καταλέξει. Cur enim non pergit Herodotus in eo tempore? Sed et ἀνακμάζεσθαι aliena vox est, ut non debeat poni tanquam parallela verbo καταλέγειν. Quod volo, hoc est, ut omnino probanda fides ſit illius veteris ἀνανεμέεται, vindicante eam tum ipsa ratione ac ſignificatione, tum optima membrana Medicea, quæ perfectiſſime exhibet καὶ τῆς μητρὸς ἀνανεμεῖται μητέρας. Cernis facilitatem corruptionis. Nam Thom. Gale bonus vir est, qui notat [Suidas ἀνανέμεται videtur hic legiſſe, quod et καταλέγειν exponit] nec ulla mentio alicuius ex duobus codicibus tam dignis memorari.

70, 15. Ἦν μὲν γυνή.] Dulcius ex MS. ἦν μέν γε γυνή.

70, 42. Ἔπεμπον ἐς Δελφοὺς ἐπερησομένους.] MS. una voce auctior ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους ἐπερησομ. Nonne ſic Herodotum ſentimus, qui in cap. 67. dixit? πέμψαντες θεοπρόπους ἐς Δελφοὺς ἐπηρώτεον. lib. 6. c. 135. dicit θεοπρόπους πέμπουσι ἐς Δελφοὺς· ἔπεμπον δὲ ἐπειρησομένους. Et multa habet Lexicon Porti.

71, 7. Ἡ ἱέρεια τῆς Ἀθηναίης.] Confert hunc locum cum Strabone Is. Caſaubonus in notis ad lib. 13. pag. 228.

71, 16. Κατειληθέντες ἐς τὸ ἄξυ συνείλησαν.] Ac ſi in his paucis eadem voce uſus fuerit Herodotus, et ſonus diphthongi perinde accidiſſet auribus Herodoti ac ipſis. Verbum συνείλησαν probum est, ſed quo nunc auctor uſus non fuit, ſed, prout legitur in optimo MS. συνήλισαν, quod æque probum, et nunc Herodoto præplacuit.

71, 34. Πλέω παρήσομαι.] MS. παρήσομὲν. Quod quamvis ſequatur ſingulare ἐπιμνήσομαι, tamen ne ipsum quidem male habet, aut vitioſum videri potest. Nam ſimiliter quum ſoleat plerumque interiicere ὡς ἐγὼ ἀκούω, ὡς ἐμοὶ δοκέει, idem tamen ſæpe quoque adhibere ſolet, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν.

71, 35. Κῦρος δὲ ἐπείτε τὰ πάντα.] MS. ignorat vocalem δὲ, et recte, ut prorſus in nova narratione.

71, 37. Ἔσι μέν κου καὶ ἄλλα.] MS. ἔσι τὰ μέν κου καὶ ἄλ.

71, 47. Τάφρος μὲν πρῶτα βαθέατε —— περιθέει.] Nemo potest colligere in his aliquid omiſſum eſſe, quum περιθέειν ſic rurſus occurrat c. 180. Attamen præter encliticam in numero ſecundo MS. agnoſcit inter vocabula tertium et quartum alteram uniſyllabicam μὶν, quam tanto cautius, quam priorem, cuſtodiri oportuerat, quoniam utique tantum momenti adferebat, quam altera prior, in qua nihil est ullius momenti. Lib. 2, 138. dicit περιθέει δὲ αὐτὸ ἄσφαλτος.

72, 11. Διὰ τριήκοντα δόμων πλίνθου ταρσοὺς καλάμων ἐπισοιβάζοντες.] En verba nitida profecto et Herodotea, ſed intellectu ardua, quem ingrediar forſan inſtar Labyrinthi, unde vix exitus ſperandus. Laudabile opinor in Valla, Stephano et Porto, quod Græcorum legitime ſecuri neque ea violanda opinantes id egerint, ut ex Latina verſione verus pateret intellectus. Id diſplicuit Salmaſio, ut in Plinianis Exercitat. p. 1230. teſtetur ſe emendare διὰ τῶν ἰσοδόμων πλίνθων, ex ordine progrediens porro in explicando, tum τέλμα, tum inter ſingulos ordines laterum texta cannarum ſtipata fuiſſe, ut interpretetur *et inter ordinariam laterum ſtructuram texta cannarum ſtipantes*, quæ nimis docta per maiorem doctrinam inſuper decorat, ita ut tandem in ſe collabantur. Sumantur enim texta cannarum: an illa ſtipaverunt inter ſtructuram, ut
846 ſtuppa ſtipatur in navium fabrica inter iuncturas tabularum? Certe ita istud textum contunderetur, nec textum maneret: cur igitur non ſolutas arundines? Accedit quod in Salmaſiana fabrica tantum uſum præbuerint ταρσοὶ καλάμων, quantum ἡ ἄσφαλτος θερμὴ. Quod ſi ita eſſet, iam dixiſſet auctor, τέλματι χρεώμενοι ἀσφάλτῳ θερμῇ καὶ ταρσοῖς καλάμων, ἐδείμαντο. Nulla enim utriusque diverſitas fuit. Sed quod amplius est, hæc mutatio tollit ſublimitatem menſuræ, quæ ſumta fuit ad comprimendum flumen, plane vagam in ea re cogitationem relinquens, quam Herodotus ſapienter definivit. Quis ea carere velit? Certe illis nequeo uti. Post accesſit Tan. Faber in eadem ista Epiſtola ad Petavium, et inſando ictu vocem τέλματι expellit ut gloſſema aſphalti, pro χρεώμενοι formans χρισμένοι *illinentes* vel *intingentes*, tanquam lateres aſphalto ferventi illinerentur, quo tenacior eſſet compages et iunctura murorum, qui ex tam exiguis conſtarent partibus; quum Herodotus clare non dicat ferventem aſphaltum, etſi ita vertat quoque Valla, ſed modo calentem. Quantum diſtat *illinere* ab *intingere*? Denique in eo quod ſummam ſpectat, fere ſcurriliter iocatur. Quis enim vertit *per triginta domos lateris*? quod ſic exagitat et maiuſculis literis oſtentat, haud dubie tunc febricitantis delirium, quod in aliis ridens exiſtimat legi debere διὰ τριηκοντάδων πλίνθου. Quod iocoſum est, addit Gallica, *A chaque trentième rang de brique.* Atqui hæc ipsa ſunt verba Porti in voce Δόμος, quem tamen veretur nominare. Porro τριηκοντάδες πλίνθου non poſſunt habere eum ſenſum; ſed ſolummodo istæ notant triginta ſolos lateres in ratione computandi, ubi iste numerus multiplicatus est, non laterum ordines. Nocuit viris doctis, quod non viderint vere antiquos Herodoti libros, unde didiciſſent reverentiam antiquitati debitam præſtare, nec mutare, quod ſanctum est, præſertim in deſignatione antiqui ædificii, quod inde ſolummodo fidem capit, non ex noſtra fictione. Τέλματι χρεώμενοι ἀσφάλτῳ θερμῇ omnino recte dicitur, et recte intelligitur *loco et vice luti utentes bitumine calido*; ubi certe est eadem appoſitio, quæ cap. ſeq. αἱ ἐπικαμπαὶ αἱμασιὴ πλίνθων. Dehinc recte ſequentia vulgo leguntur, ubi δόμοι dicuntur ab verbo δέμω, quod mox ſubnectitur bis ab Herodoto, adeo ut ea vox auferri ei non debeat, quum ſuam eſſe evincat 2, 127. Ὑποδείμας δὲ τὸν πρῶτον δόμον λίθου Αἰθιοπικοῦ ποικίλου, ubi neſcio cur Valla verterit *domum*, Stephanus *ædificium*. Ex Demetrio Phalereo ſervavit hanc vocem Polybius 10, 22. Καθάπερ ἐν οἰκοδομίαις, ἐὰν κατὰ μίαν πλίνθου θῇς καὶ καθ' ἕνα δεσμὸν καὶ καθ' ἕνα δόμον. Diodorus Sicul. 1, 64. Τοὺς δὲ τοίχους ἐπὶ μὲν πεντεκαίδεκα δόμους κατεσκεύασεν ἐκ μέλανος λίθου. Et 17, 115. Εἰς τριάκοντα δὲ δόμους διελόμενος τὸν τόπον, καὶ καταγράψας τὰς ἀροφὰς φοινίκων ϛελέχεσι &c. Et exemplum aliud est in citatione fragmenti anonymi apud Caſaubonum ad Strabonem pag. 270. Poſui ergo *compagem*; bene etiam Valla *ordinem*, niſi quod Græca vox congruat magis compagi, in qua rite facienda conſiſtit officium τοῦ δείμαντος, et illic est ſedes bitumini vel calci, et, quas hic admixtas dicit, ταρσοῖς καλάμων. Quas conſiderent alii ex lubitu, vocabula explicant *alas arundinum*, quas Valla vocavit *ſummitates*, quoniam in ſummo arundinis naſcuntur, materia neinpe leviſſima et par alis avium; quæ cur inſtipata fuerit, dicant periti. Salmaſius dicit ſimpliciter accipi de textis canniciis, quæ ſingulis laterum ordinibus interpoſita erant et bitumine oblita ad continendam ſtructuram. Primo ſi interpoſita, certe non ſtipata: interponuntur enim omnia leniter ad fabricam neceſſaria: alia ratio est ſtipandi. Deinde quod ſcribit de ſingulis ordinibus, est falſa illius ſuppoſitio. Porro ſi tam multiplex canna adfuit, eaque canna addidit tantam firmitatem ſtructuræ, certe auctores iunxiſſent bitumini cannam loquentes de his muris, qui tamen ſolum norunt bitumen. Ridiculus præſertim hac in parte est Faber, ſcribens [Quæ texta cum bitumine illita, immo imbuta, eſſent, magnum laterum numerum ſua latitudine tegebant et continebant] Abiicit Salmaſianam ſtructuræ continentiam, et aliam continentiam inducit de numero laterum cum ſua latitudine. Atqui ταρσοὶ istæ non illinebantur ex ipſius emendatione, ſed πλίνθοι, quæ commodum præceſſerunt. Sane post aliquot ordines demum adhibebantur isti ταρσοὶ, non per ſingulos; in quo lapsus est Salmaſius. Quid autem erunt διὰ τριήκοντα δόμων vel δώρων? Hæc utraque offert Th. Gale, prius teſtans ex MS. alterum ex Heſychio, ut perinde ipse in hoc faciat, quod in Salmaſio videtur culpare, ſine ſuffragiis codicum veterum. Vel maxime cave illi credas in eo, quod tanquam faber addit [Interſerebantur ſtramenta ad lateres ſuſcipiendos, tuendosque ne ſe attererent, et ſe mutuo ſua duritie confringerent; ſimul et ad conſpiſſandum et conſtringendum bitumen] Non interſerebantur, ſed perſtipabantur; non ſunt ſtramenta, ſed κάλαμοι et quidem horum ταρσοὶ, non ſuſcipiebant lateres, ſed postquam inferior ordo poſitus eſſet, illi infundebatur bitumen calidum, et ſtipabantur alæ arundinum, ut ταρσοὶ etiam fuerunt πτερὰ ἄκρα in avibus. Et quando ſaxa vel lapides coctos vidit quis ſe atterere et mutuo ſua duritie confringere, quum in ædificando alter imponeretur alteri? Et quomodo lateres potuerunt conſpiſſare et conſtringere bitumen? Sunt hæc plena ἀδυναμίας. Et quid ſcripſit nuper Tavernerius? Nempe tomo 1. Itinerarii pag. 238. de Bagdat, quam 847

vicinam veteri Seleuciæ, aut ipsam volunt. *La fabrique eſtoit de cette maniere. Sur un lit de cannes ou roſeaux concaſez et meſlez avec de la paille de bled de l'epaiſseur d'un pouce et demi, il y a ſept ordres ou rangs de ces briques les unes ſur les autres, y aiant entre chacune un peu de paille. Aprés il y a un autre lit ou couche de mesmes roſeaux ſur lequel on met ſix rangs de brique et cela continue ainſi en diminuant iusques au haut.* Hinc apparet, quo illa res pertinuerit. His addi debet, quod ſcribit capite ſequenti: *Il y a des reſtes de murailles qui ſont ſi larges qu'il y pourroit paſſer ſix caroſſes de front. Elles ſont de brique cuite au feu, et chaque brique est de dix pieds en quarré et de trois d'epis. Les Chroniques du païs diſent que ce ſont les ruines de l'ancienne Babylone.*

72, 15. Οἰκήματα μουνόκωλα.] Contignationem Vallæ approbat Æmil. Portus, quum Salmaſius intelligat ædificia, quæ plura membra adiuncta non habent, ſed ſingulari ſtructura ſurgunt; quibus tamen contraria dicit quæ pluribus cænaculorum contignationibus coaxata ſunt, in Plinianis iisdem pag. 1006. Erant domunculæ unius conclavis, ut haberent modo unum membrum, prout 2, 126. memorat pyramidem filiæ Cleopis, τῆς ἕϛι τὸ κῶλον ἕκαϛον &c.

72, 33. Αἱ ἐπικαμπαὶ &c.] Abſit ut poſsit videri in his quidquam irrepticium, quod ab Stephano proiectum oſtentant editiones, ut pateat nihil eas intelligere. Verte; *quod autem ſequitur, curvaturæ* (vel lineæ per cubitos aut angulos flexæ) *iuxta utrumque fluminis labrum maceria coctilium laterum prætexitur.* Innuit utraque extremitate muri angulos occurrere, qui ſolent cubiti appellari et qui ducti fuerint ad fluvium, ut inde post urbem undiquaque mœnibus incluſam flexura fieret ad interiorem murum, atque item maceriam, quæ utraque hinc initium capientia progrederentur ſecus amnem, maceria quidem inſtar loricæ, et minus emineret, altior vero foret murus. Sic diverſi numeri in appoſitione cap. 205. Γεφύρας τε ζευγνύων ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ διάβασιν τῷ ϛρατῷ Ut mirer Stephanum irrepticiam vocem cauſari; neque incurvæ ſunt utriusque ripæ, ut ſcripſit Valla, quippe quas recta præter fluvium ductas ſupra affirmavit et ipse et Herodotus. Concedit tamen Stephano Fridericus, eum non ſine cauſa ſuſpicari irrepticiam [non ſatis enim inter ſe verba cohærent. Et ſatis alias ſententia conſtat; quemadmodum ex adiecta interpretatione liquet.] Interpretatur autem bonus homo: *Cæterum utrique fluminis ripæ maceria e latere coctili prætexitur.* Sic nihil putat intereſse, utrum ex Herodoto diſcamus, unde incipiat hæc maceria, an non.

72, 34. Αἱμασιὴ πλίνθων ὀπτέων.] Iam dixi in his eſse epexegeſin. Cæterum huius αἱμασιᾶς mentio quæ ſequitur ita ut iteretur, advocari huc debet, ut omnia coniuncta nos adiuvent. Itaque mox ait, Κατὰ ἑκάϛην ὁδὸν ἐν τῇ αἱμασιῇ τῇ παρὰ τὸν ποταμὸν πυλίδες ἐπῆεσαν· et cap. 191. Καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τὰς αἱμασιὰς ἀναβάντες τὰς παρὰ τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ ἐληλαμένας. Sic ter eius meminit, ut affatim notitia eius pateat. Unde apparet indecentiſsima oblivio Stephani, qui in neutra αἱμασιᾷ, quam ſub litera H deſignavit, vel unam portam monſtrat in icone Babylonis, quam edidit, ut nihil illic ſit niſi cæca linea; quod ita conſpici non debebat, præſertim quum in eadem ſit alter lapſus, quod portas Babylonis concipit in ſummo arcuatas, quum omnis vetuſtas diſtinxerit arcus et portas, quæ ſimpliciter poſitæ non intelliguntur niſi quadratæ. Quid autem in hac parte agit Suidas ille nunc per Cantabrigiam tantopere celebratus? Ille vero ad hæc attendit, ſcribitque: Αἱμασιὰ, τὸ ἐκ χαλίκων ᾠκοδομημένον τειχίον ἄνευ πηλοῦ παρὰ Ἡροδότῳ· ἦν τινες ἥρπαζον· καὶ Ἴωνες οὕτω χρῶνται· δηλοῖ δὲ Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ. Quæ quum nequeant intelligi, ecce tamen quam præclare intelligat Cantabrigienſis ille editor: *Sic apud Herodotum vocatur murus ex parvis lapidibus ſine luto conſtructus, quem nonnulli ἥρπαζον appellant. Sic Iones vocabulum hoc accipiunt, ut declarat Herodotus libro primo.* Itaque illius plagæ aër est, qui istum ædituo nugaci ſimillimum interpretem docuit, eſse gentem aut turbam hominum, quæ ἥρπαζον appellet talem murum. Nam tota hæc Latina interpretatio est Cantabrigiæ nata, quum Portus aliter interpretatus eſsèt, et ſic *quam* maceriam *quidam rapiebant.* Ita hanc ovem ſuam ista urbs lupo commiſit. Venit raptus quaſi ad Suidam imparatus omnino. Quippe ante XL. annos iam Menagius in Amænitatibus Iuris pag. 133. locum Herodoti cum Suida conferens monuerat legendum ἦν τινες ἅρπεζον, idque probat loco Euſtathii ad Odyſſ. Σ, ubi apparet etiam conſenſus Ælii Dionyſii. Hæc utique cum ſint notiſsima vel mediocriter eruditis, vel qui prima labra huic poculo admoverunt, tum lepidius est, quod reſtat. Nam in MS. Lugdunenſi clare exſtat ſcriptum ἅρπεζον. An credibile est non item id ipsum exſtare in ullo ex tribus Bibliothecæ Regiæ, unde et Iuſcus poterat doceri? Alter locus Herodoti ab Grammaticis apud Menagium citatus exſtat lib. 6. cap. 74. Vos, Menagiani manes, agitate illum turbatorem quietis Suidæ, illum nugacem in tot ſacris locis et vaniſsimum impiumque antiſtitem, furiis meritis præcipitate in istam voraginem, ubi ære gravi preſsus anhelet.

72, 38. Τὰς ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἀγούσας.] Eleganter et maxime commoda ad Herodotum reſtitutione corrigo ex MS. ἐχούσας. Solitus est enim noſter isto verbo ſic uti. Ut cap. 191. de his ipſis: Πάσας τὰς ἐς τὸν ποταμὸν πυλίδας ἐχούσας. Sic 2, 17. Ἡ δὲ ἑτέρη τῶν ὁδῶν πρὸς ἑσπέρην ἔχει. Imo etiam cap. ſeq. Ἀνάβασις ἐς αὐτοὺς ἔχουσα. Et 4, 42. corruperunt iterum hoc Græci ſermonis Herodoteum decus. Notavit quoque Stephanus in Theſauro. Itaque quum idem in Anglicis teſtetur Th. Gale, recte pro gloſſa habens illud ἀγούσας, non dubitavi reponere probabilius.

72, 41. Ὅσαιπερ λαῦραι.] MS. ὅσαιπερ αἱ λαῦραι. Omnino lenius ac politius, etſi prout alii vulgo ediderunt non aliter ſcivit hunc locum citare maximus Caſaubonus ad Athenæum 12, 10. Ubi præclare meretur eruditiſsimus vir de hac Græca λαῦρα, ſed miris modis turbatur in verbis Athenæi ἡ Σαμίων λαῦρα ϛενή τις ἦν γυναικῶν, neque aſsequi potest, quid in isto adiectivo ϛενὴ lateat, ut varia proferat indigna certe, quum vitium ſit in ſcriptura et legi debeat ϛέγη τις vere aliquod lupanar.

72, 48. Περιβόλῳ τε μεγάλῳ καὶ ἰσχ.] MS. accurate perfecteque περιβόλῳ τε μεγάλῳ τε καὶ. Sed inſuper vitioſum est, quod præcedit ἐν δὲ Φάρσει ἑκατέρῳ. Nam dixit iam duo Φάρσεα fuisſe Babylonis: modo non id agit, ut ſcribat regias fuisſe in ambobus illis Φάρσεσι, ſed in altero fuisſe palatia, in altero templum Beli, ut adeo ſcribi debeat ἑτέρῳ. Utique ſic intellexit quoque Stephanus in icone Babylonis, ponens ſub litera M. *la tour ſituée de l'un des coſtez de la ville*, et ſub altera litera N. *le palais du coſté ſis de l'autre part.* Sed aliter prorſus agi oportet, nec error est in hac voce ἑκατέρῳ, verum in verbo ἦεν. Res autem ita habet, ut ſcribi debeat ἐν δὲ Φάρσει ἑκατέρῳ τῆς πόλιος ἐτετείχιϛο ἐν μέσῳ· ἐν τῷ μὲν τὰ βασιλήϊα περιβόλῳ τε μεγάλῳ τε καὶ ἰσχυρῷ· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ Διὸς Βήλου ἱερὸν &c. *In utraque autem civitatis parte exſtructa ſunt in medio, in una quidem palatium regis, conſepto etiam tum magno, tum valido; in altera templum Iovis Beli* &c. proceſsu narrationis æquiſsimo. Hoc autem Iovis templum diligenter peregit Salmaſius vel ad Hiſtoriam Auguſtam p. 377. vel in Plinianis Exercit. p. 1235.

73, 4. Καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβα &c.] Est ipsa forma ipsaque deſcriptio, ad quam postea Romani inſtruxerunt Cæſareum rogum, de quo ſunt hæc verba Herodiani in libro IV, ubi ait esſe τετράγωνόν τι καὶ ἰσόπλευρον ἐκ μόνης συμπήξεως ξύλων μεγίϛων εἰς σχῆμα εἰκήματος· ἐπ' ἐκείνῳ δὲ ἕτερον σχήματι μὲν παραπλήσιον, μικρότερον δ' ἐπίκειται, τρίτον τε καὶ τέταρτον, ἀεὶ τοῦ ὑποκειμένου μεῖον, ἐς τελευταῖον βραχύτατον περικῦται, et hanc adiicit esſe fabricam pharorum.

73, 6. Ἀνάβασις ἔξωθεν κύκλῳ περὶ πάντας &c.] Tale quid hodieque narratur in locis prope Tigrim exſtare, ſcribente Tavernerio pag. 229. *A cinq cens pas de cette Mosquée on voit une tour fort ingenieuſement baſtie. Elle a deux eſcaliers par dehors faits en limacon, l'un desquels est plus enfoncé dans la tour que l'autre. Ie remarquay ſeulement, qu'elle est de brique et qu'elle marque fort ſon antiquité. A un demis lieu de là on voit auſſi trois grands portaux qui ſemblent avoir eſté l'entrée de quelque palais. Il y a meſme de l'apparence qu'il y a eu autrefois en ce lieu-la une grande ville; car plus de trois lieües le long de fleuve on ne voit que des ruines.*

73, 11. Νηὸς ἔπεϛι μέγας.] Quam bene nunc convenit Tanaquillo Fabro cum Laurentio Valla, ut quum hic omiſso Græco poſtremam vocem reddiderit per *aliud*, ipse Græcam quoque trahat ad eandem metamorphoſin, ut ſcribatur ἄλλος ex neceſsitate quadam proportionum, ut ſuſtinuerit rogare, [ſi octava turris omnium minima fuerit, qui potuit in illa fuisſe magnam templum?] Fallit ſe ipse. Cur enim in minima turri Babylonica non potuit fuisſe magnum templum? Nonne magnum templum fuit, in quo poterat esſe lectus et quidem magnus, potuit fuisſe menſa? Quæ plura illic fuerint, non memorat; ſed certe locus debuit fuisſe ad apparandum hominibus. Neſcit vete-

res

res νηοὶ parvi præsertim per Asiam quales fuerint.
849 Uterque videtur præcipitatus fuisse ad istam vocem ἄλλος per verba quæ mox sequuntur: Ἔστι δὲ τοῦ ἐν Βαβυλῶνι ἱροῦ καὶ ἄλλος κάτω νηός, donec tandem sequatur ἄλλος βωμὸς μέγας. Ita scilicet hoc etiam in loco scripsit Herodotus, si temeritati credimus. Certe etiam Fridericus retinuit istud *aliud*. Sed subtilior Marshamus sine dubio ponit νηὸν μέγαν *fanum ingens*.

73, 13. Καὶ ἡ τράπεζα.] Sic nempe per articuli præpositionem debebat demonstrari mensa ista, et quum κλίνη illo careat, τράπεζα carere non poterat. Quid nugacius tali aut librariorum aut editorum turba? Laudatissime membrana MS. exhibet Herodoti veram manum καὶ οἱ τράπεζα, ut infra, Καὶ οἱ τράπεζα μεγάλη παρακέεται χρυσέη.

73, 20. Καὶ ἀμπαύεσθαι.] Scio et Græcis et Herodoto talia esse, ut ἀμβώσας, ἀμβολάδην, immo et paulo ante præcessisse vocem ἀμπαυσήμενοι, velut ad confirmationem in antecessum vocis sequuturæ ex eadem derivatione. Attamen Mediceus MS. ἀναπαύεσθαι. Itaque probavi. Mireris forsan cur id fecerim, quum sic exigat ipsa fides.

73, 27. Οὐ γὰρ δὴ ἀεὶ ἐστι.] MS. οὐ γὰρ ὧν ἀεὶ ἐστι.

73, 28. Ἔσω ἐς τὸν νεών.] MS. ἔσω ἐν τῇ νηῷ.

73, 32. Καὶ τὸ βάθρον.] Valla reddit *et sustentaculum*. Fero, si intellexerit. Certe βάθρον isti usui non inservit, ut foret sustentando. Commodius igitur ab Stephano redditur *scamnum*; idque accepit Fridericus, etiam in Chronicis usurpavit Marshamus pag. 550. Quod tamen cum sit vagum nimis, et βάθρον duplici usui fuerit, tum ad adscendendum in thronum, tum ad pedes sedentis, ut illi inniterentur instar ὑποποδίου, malui interpretari *gradum*.

73, 39. Χίλια τάλαντα.] Res clara est. Verterat tamen Valla *centum millia talentorum*. Eum arguit in verbo καταγίζειν Æmil. Portus, negans id esse in Græco, mira taciturnitate prætermittens Stephanum, qui Porti versionem sic fœde immutabat *quotannis libanotum ad pondus centum mill. tal. adolent*. Id correxi; neque enim opinor illis aliquam causam fuisse, ut in Græco scripserint aut suspicati fuerint δεκάκις μύρια, vel ut Fridericus ἑκατονταχισχιλία, si ita Græci modo dixerunt: nam in illo numero iam venerunt ad myriadas.

73, 43. Μέν νυν οὐκ εἶδον.] Polite explet defectum sermonem MS. μέν μιν οὐκ εἶδον. Quid vero? an istam vocem insero ex arcana lectione codicis Italici? Immo sic plene edidit Aldus, edidit Camerarius, Stephanus in culpa est, ex cuius editione anni 1592. exulare cœpit, et perseverat Germana atque item Anglica.

74, 6. Χώματα ἀνὰ τὸ πεδίον.] Quæ illustrantur ab Scaligero in Animadversion. pag. 16. Mox quod margini appositi Stephanus ῥέοντα πρότερον ἰθὺν probat MS. Mediceus, unde excepi libens, quotiescunque etiam iteretur id verbum.

74, 15. Εὐφρήτην ποταμὸν, ῥέοντα πρότερον ἰθὺν, ὅς ὕφι διὰ τῆς πόλιος μέσης ῥέει &c.] Hæc sunt lenissima et ad intelligentiam bene prona. Quum Ninum recuperare nequiret, aut ad munimentum validum restituere, et ibi limites suos munire, illi urbi valere dicens magnanima Nitocris, circumspexit, quid posset excogitari ad muniendam aliam urbem et quidem caput regni, nempe Babylonem, cuius ille situs erat, ut fluvius Euphrates per mediam flueret. Unde igitur isti pio ac probo Bocharto potuit innasci tantus amor criminandi, ut citaret hunc locum et scriberet in Phaleg lib. 4. cap. 22. [Quid quod horum singuli sibi non constant, et de situ eiusdem urbis scribunt plane ἀσύφατα. Herodotus lib. 1. c. 185. obiter de Nino loquutus, Euphratem amnem fluere scribit διὰ τῆς πόλιος μέσης *per mediam urbem*. Sed id recantat idem his verbis cap. 193. eiusdem libri: τὸν Τίγριν παρ' ὃν Νῖνος οἰκέεται, *Tigrim ad quem Ninus habitatur*. Et rursus cap. 150. libri secundi; τὸν Τίγριν ποταμὸν παραῤῥέοντα τὴν Νῖνον *Tigrim fluvium Ninum præterfluentem*.] Mihi præ dolore excidunt lacrimæ. At vos, doctissimi Viri, tu Sarravi, tu Grentemesnili, qui cum Bocharto vixistis, et Herodotum legeratis, potuistis taciti concoquere, ut tot editionibus tam magna manus conspurcaretur? Debuit viventi Bocharto id indicari, ut verteret manum stylumque ac meliora sciens desisteret ab tam calumniosa dica scribenda. An per hæc loca reclamare etiam aliquid dicetur Herodotus, ille immo distincte variat sermonem de fluviis, et Tigrin ait præterfluere Ninum, quum Euphrates transfluat mediam Babylona. Quicunque proximus sanguine superstes es, cura ut huius nævi memoria universa abolcatur. Herodotus maior est, quam ut sic attaminetur. Sed quum talis sit Theologia, quid mirum, si Chronologia cæco furore ruens et per aërem imaginata se videre momenta temporum per Parcas cifris Ægypti, Arabiæ, Chaldææ et Persidos æternis tabulis incisa exclamet Herodotum mentiri?

74, 29. Ὦρυσσε ἔλυτρον λίμνης.] MS. λίμνῃ. Quod 850
adeo temerarium non videtur, ut sic ab Herodoto scriptum opiner; nam ita rursus pag. seq. ἐπεί τε γὰρ ὦρυσσε τὸ ἔλυτρον τῇ λίμνῃ.

74, 31. Εὖρος δὲ τὸ περίμετρον &c.] Ut solet interdum Io. Fridericus Vallam, quem in præfatione nominavit, hic illic per notulas veterem interpretem vocare et carpere, sic et hoc loco arguit versionem eius *latitudine vero eius quoquo versus*, idque propterea quod sic intellexerit latitudinem vel τὸ πλάτος κατὰ διάμετρον, quum Herodotus intelligat latitudinem seu flexum circumeirca, quam versionem pro Vallensi supponit, et, quod in eadem notula addit, ambitum paludis et id quod mox dicit μακρὴν περίοδον τῆς λίμνης. Non opinor aliud intellexisse Vallam, etsi per istas voces dederit occasionem aliter de eo cogitandi.

74, 35. Λίθους ἀγομένη.] MS. ἀγαγομένη. Cap. 196. Ἀπαγαγέσθαι· 2, 64. Ἀγαγόμενον ἀνθρώπους. Huc pertinet, quod in fine cap. 186. restitui iubebat codex optimus Ἐκ τῆς λίμνης ἐξήγαγε pro vulgato ἐξάγαγε, ut 2, 115. ἀνήγαγε MS. habet pro vulgato ἀνῆγε.

74, 41. Περίοδος τῆς λίμνης μακρὴ.] MS. μακρὸς. Sic vicissim cap. 193. μεδίμνου Ἀττικῆς, quod notaverat iam Stephanus, ipse quoque deprehendi in MS. optimo, vide alia ad 38, 47.

74, 47. Τῶν προτέρων βασιλέων.] MS. πρότερον. Sic supra, sic infra, at 2, 140. dicit οἱ πρότεροι γενόμενοι βασιλῆες Ἀμυρταίου.

75, 7. Ἐν τῷ ἐπίμπλατο τοῦτο.] MS. ἐν ᾧ. ut iam patefecisse memini. Utrum hic notatio mutat? ut sic de tempore, sed τῷ de aliis maluerit? an quæcunque alia causa?

75, 9. Τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ κατὰ τὴν πόλιν καὶ κατὰ τὰς καταβάσιας.] Non vitupero repetitionem præpositionis κατὰ, utpote quæ repetitio etiam placet Herodoto, sed ubi placere potest, ut cap. 191. Κατά τε τὸν ποταμὸν καὶ κατὰ τὴν λίμνην. Sed magna prorsum in his residet ineptia. Nam quum dicit labra fluvii per urbem, an possunt alia ulla intelligi, quam quæ sunt prope descensus, imo quam in quibus ipsis descensus est extra portulas? Certe enim non per alias urbis partes cucurrit flumen, ita ut quum dicatur Nitocris fluvii labra per omnem urbem lapide struxisse, id omnino intelligi debeat et tantum possit, factum circa descensus ex transversis plateis ad fluvium. Legendum procul dubio deleta altera particula κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὰς καταβάσιας. Innuit enim Herodotus tum reliquis partibus simplicem circa fluvii ripas murum ductum, tum ipsos illos descensus ab ipsa recte concinnatos fuisse, et maiore quadam impensa et mole, quam alia ripæ pars, roboratos. lungi enim oportet τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ καὶ τὰς καταβάσιας. Ignorat purissime spuriam particulam codex MS. et videtur quoque non agnovisse interpres.

75, 15. Ἐπετείνεσκε δὲ ἐπ' αὐτ.] MS. ἐπιτείνεσκε. Sic ἐσάγεσκον, πωλέεσκε, et quæ sic plura: certe eius quoque generis est, quod sequitur ἀπαίρεσκον, quod ut Stephanus vidit in suis, ita ipse in Mediceo id offendens reposui pro vulgato ἀπαιρέεσκον: prout etiam διαφοιτέοντες pro simplici φοιτέοντες· quæ accessio est meritissima.

75, 26. Ἡ δ' αὐτὴ βασιλεια.] MS. ἡ δ' αὐτὴ αὕτη βασίλ. ut 2, 198. Ταυτὰ δὲ ταῦτα καὶ Ἀράβιοι ποιέουσι. Deinde est in eodem λαοφόρων, non λεωφόρων.

76, 2. Τοῦ πατρὸς τοῦ ἑωυτοῦ τοὔνομα Λαβυνίτου.] De hoc loco quum scripsisset Scaliger in Animadversionibus pag. 91. ita [apud Babylonios Labynitus, id est Nabonidus, et Nabuchodonosorus idem Herodoto] in Emendatione Temporum pagina 579. et hoc ipsum et alia grandiora profert, quæ videas licet.

76, 3. Στρατεύεται δὲ βασιλεὺς.] MS. δὲ δὴ βασ. Erat enim hic excessus ad morem regis Persici tam novus, quam in præcedente periodo est reditus in historiæ viam, ut utrobique ista particula merito interponatur.

76, 9. Ἅμαξαι τετράκυκλοι ἡμιόνειαι.] Interpretatur Valla, *carrucæ quatuor rotarum*, quum carrucas pateat non fuisse fabricatas in hunc usum, quem colligere licet ex capite 27. libri II. de re vehicularia Cl. Schefferi, qui idcirco in capite 19. eiusdem libri sta-

tuit rectius futurum *multa plaustra quatuor rot.* Recte ad differentiam, quum alioquin ἁμάξας dicat simpliciter, ut 4, 62. Attamen Gatakerus lib. 2. cap. 5. Adversar. reddiderat *petorritis multis secum inter impedimenta vehendam.* Nam de Choaspe egerunt et alii et Salmasius in Plinianis pag. 699.

76, 11. Ὅποι ἂν ἐλαύνοι.] Ubique occurrens verbum. Sed nunc MS. ὅποι ἂν ἐλαύνησι. Quid dicemus? utrum placet postremam syllabam σι natam ex corrupta diversa lectione οι, hærente librario priore inter voces ἐλαύνῃ et ἐλαύνοι (ut videmus hæc in MSS. mixta) ac propterea utramque postremam syllabam exprimente, quæ postea ex οι in σι depravata adhæsit ipsi
851 verbo? an vero esse aliam huius verbi formam, nunc quidem abolitam, sed Herodoti tempore Helladi et Herodoto usurpatam abscondi ἐλαύνημι. An non simile huic verbum κατειργνῦσι, quod exstat 4, 69., non observatum Porto, quum habeat κατέργειν *Ion. pro com.* κατείργειν, quod etiam habet hic scriptor; sicut observat alterum ἐσεργνῦσι ex 2, 86. Quæ composita nec ipse Stephanus annotavit in grandi Thesauro.

76, 21. Κάρτα δὲ δή.] Id vero iam nimium quidem, nec tam adversativa exspectatur, sed ut narrationis pars lenissime succedat. Id probat MS. κάρτα τε δή· ac mox γόνυ οὐ βρεχούσας, non γόνυ μὴ βρ. quod vani et prolationem Herodoteam non ferentes videntur sic mutavisse.

76, 31. Ἦνετο μὲν τὸ ἔργον.] Sic edidi sane non invitus, quum emendatissima membrana Medicea conspiraret cum MSStis, unde id ipsum verbum produxit Stephanus; sed adeo non curavit, ut id nunc in marginem abiiciens, in Thesauro pulcherrimum hoc exemplum annotare detrectarit, ubi tamen de hac forma istius verbi agit, et quasi ipse nesciret, sub Budæi nomine ex Herodoto citet ἀνόμενον ἔτος de exacto anno, quod scimus exstare 7, 20. Πέμπτῳ δὲ ἔτεϊ ἀνομένῳ, etsi neque Portus memorare voluerit.

76, 39. Κατειλήφθησαν ἐς τὸ ἄστυ.] Lapsum credo esse typographicum pro κατειλήφθησαν· quod est in MS. et semper auctori adhibitum, plane ut in libri huius capite 176., cuius varia exempla composuit diligenter Portus in Lexico, qui et hunc locum recte producit, ut pateat hunc errorem ignoratum prioribus, adeo ut etiam Stephanina anni 1592. ab eo sit immunis, ab Germanica incaute fuisse admissum, Anglica imitante.

76, 42. Προσάξαντο.] Nescio unde petant hoc verbum lectores, nescio unde petiverint interpretes: certe Latinum *comportaverant* proprie huc non accedit. Portus hunc locum noluit attingere, sed producit verbum προεσάξαντο ex lib. 8. cap. 20. At hoc ipsum est, quod in hoc loco adhibuit Herodotus. Sic enim planissime scriptum habet optimus MS. προεσάξαντο.

77, 2. Τῇ ἐξῄει.] MS. ἐξίει. Et hoc verbum est, quo antea de Halye fluvio, infra de Nilo utitur auctor, ut videre est apud Portum. Mox deinde Stephanus eandem pruriginem scabit οὕτω δὲ δὴ τάξας ponens in margine, quum vulgo edatur οὕτω δὴ ταξας. Sed verbum est οὕτω τε δὴ τάξας, quod profero ex MS. Mediceo.

77, 14. Κατὰ τὸ ῥέεθρον τοῦ Εὐφρήτεω ποταμοῦ ὑπονενοσηκότος ἀνδρείως ἐς μέσον μηρὸν μάλιστά κη κατὰ τοῦτο ἐσῆεσαν.] Negari nequit bellos Herodoto contigisse interpretes et curatores, qui et edere ita et explicare hæc omnia potuerunt. At profecto nec dictum uspiam ulli Græco reor ἀνδρείως ἐσιέναι, ut illi iungunt in Latinis, quum palam sit in Græcis ita eos distinguere, ut verba ὑπονενοσηκότος ἀνδρείως ἐς μέσον μηρὸν μάλιστά κη separata velint esse ab reliquis. Id illi interpretari debuerunt sine tormento traiectarum vocum et Herodoti sententiam expiscari, non omnibus permixtis suam exponere. Sed et laudatio illa, quasi viriliter fecerint, intempestiva prorsus est, nec aliter etiamnum se gerunt, quam stolide audaces et quidem in perniciem suam, si adfuisset Babyloniis bona mens. Immo ut videas omnia reiicula esse (id enim certe fateberis) nisi ex utilissimo apographo sic restituantur et distinguantur, en tibi quod fero: κατὰ τὸ ῥέεθρον, τοῦ Εὐφρήτεω ποταμοῦ ὑπονενοσηκότος ἀνδρὶ ὡς ἐς μέσον μηρὸν μάλιστά κη, κατὰ &c. Verto. *Persæ, qui ordinati erant prope alveum, postquam Euphrates fluvius subsedisset, ut transiret vir circiter medio femore tenus, illic Babylonem introierunt.* Non fallit me animus, quin egregius lector hanc unam præstantissimam emendationem clarissime causas corruptelæ aperientem sit exosculaturus, adeo ut fides optimi libri dubia ulterius esse non possit. Dativus ille ἀνδρὶ plane Geographicus illustrationem accipit ex notis paternis ad Livium lib. 1. cap. 8. Ἀνδρὶ ponit pro quocunque transeunte, ut plane videas Herodotum sibi similem, ecce lib. 7. cap. 60. Αἱμασιὴν περιέβαλλον κατὰ τὸν κύκλον, ὕψος ἀνήκουσαν ἀνδρὶ ἐς τὸν ὀμφαλόν. Sed neque dissimilia sunt 3, 22. Ὀγδώκοντα δ' ἔτεα ζόης πλήρωμα ἀνδρὶ μακρότατον προκέεσθαι· 4, 22. Ἐπεὰν ἀνδρὶ ἀποθάνῃ πατήρ. Etiam eiusdem generis 4, 20. Διαβάντι, et seq. cap. Ἀποκλίναντι· 7, 198. ἰόντι. Distinguere potes, ut volueris, et voces τοῦ Εὐφρήτεω ποταμοῦ possunt perinde commode referri ad præcedens ῥέεθρον, quam ad sequentia ὑπονενοσηκότος &c. Ideo nunc aliter exhibeo, quam in contextu. Utere quo libet.

77, 36. Τοὺς τέσσαρας τρέφει μέν.] Maligni sunt et parci erga Herodotum posteriores, qui ne illa quidem ei volunt linquere, quæ ipse ad copiam protulit. Hinc enim MS. τοὺς τέσσερας μῆνας τρέφει μὲν. Omnino rectissime.

77, 42. Τριταλχμῃ τῷ Ἀρταβάζου.] MS. Τριτανταίχμῃ· idque probum iudico, ut in libro 7, 82. Est e-852
nim idem nomen: quod scribo per tertiam literam, quia sic exstat in scripto libro, non per χ.

78, 11. Καὶ κηλωνίοισι.] MS. liquide refert καὶ κηλωνηΐοισι. Quæ est illa ipsa forma, quam usurpamus hodieque in lib. 6. cap. 119., quæ hinc quidem confirmatur esse verissima, quicquid etiam suspicetur Portus. Et hinc apparet, quod supra occurrebat ἐδωλίοισι, non scripturum fuisse Herodotum, sed ἐδωληΐοισι, si usus ea vocis forma fuisset, quod nimis facile crediderunt. Quod mireris, non aliter citat Salmasius in Plinianis pag. 589. Hoc rectum. Sed contineat quæso manum, et ne doceat Herodotum, quomodo Ionice pronunciari ea vox debeat. Illic etiam pag. 581. citat sequentia Herodoti verba Ἐπειδὰν ἅρπα αὐτὴ ἐωῦτῆς ἐνείκῃ, quum in editionibus exstet ἐπεὰν δὲ ἅρπα. Quod miror, quoniam in MS. legebam ἐπειδ' ἂν ἅρπα, quod et sequutus fui, sed δὲ invasit male. Sed et sequentia vides citata esse ab viro maximo, prout edita sunt, quod patuit ad 74, 15. ut videatur reiecisse, quod Stephanus ad marginem posuit οἴκητο. Quam felix fuisset eius memoria, si universum locum omisisset? Nec enim cognitam habuit Herodoti manum, quam nunc accipe ex MS. Mediceo, πόλις οἱ ὤικητο.

78, 27. Τεσσέρων εὐπετέων δακτύλων.] At quinam sunt illi εὐπετεῖς δάκτυλοι, qui velut in materiariam tabernam ingressi culmina ad digitorum mensuras mercabimur? Dicit ergo Valla *maximorum.* At sanctitas publica negat esse easdem iustas mensuras vel maximas vel minimas. Non enim respicimus in communi usu ad cubitos regios. Alius est Valla, alius Herodotus, qui scripsit εὐπετέως, ut præter MSS. Stephani probat inculpatus ille codex Florentiæ. Non fui igitur segnis in reparando auctore. Cl. Fridericus nequivit hinc abire sine mentione variæ lectionis in hoc adverbio, et addit [ut sic quaternum fere digitorum latitudo significetur] quum notet aut iuste impleri aut superari potius hanc mensuram, et *fere* sibi servare potuerit.

78, 28. Ὅσον τι δένδρου μέγαθος γίνεται.] Hoc plebeium est ad id quod scripsit Herodotus, exstatque fideliter custoditum in MS. ὅσον τι δένδρον μέγεθος γίν. ubi notabis vocem μέγεθος esse quarti casus, ut addi debeat illis, quæ notavi sub numeris 6, 34. prout etiam simile est c. 202. Λέσβῳ μεγάθεα παραπλησίας. Perinde ut 2, 32. Πάντας τοῖσι ἄγουσι τὸ μέγεθος ἴσους. Et c. 71. Immo nunquam Herodotus in his locutionibus vocem μέγεθος ulli alii iunctam voluit, estque inprimis notabile exemplum 118, 42. ubi MS. plane διπηχυν. Prorsus simile est quod c. 199. sequetur: Τὸ δὲ ἀργύριον μέγεθός ἐστι ὅσον ἄν, ubi post tertiam vocem prave distinguunt.

78, 36. Τοὺς συκέων τρόπον θεραπεύουσι.] Citatur hic locus ab Salmasio in Plinianis pag. 1334., ubi plenis follibus legi et distingui iubet verba, quæ vulgo non recte habeant. Ea tu scrutare lector. Nam quia vitiose illic magis credo ab typis actum, huc adferre commode illa nequeo, et incommode non placet.

78, 42. Κατάπερ δὴ οἱ ἔλυνθοι.] MS. omittit particulam δὴ· et mox ἀπιεῖσι pro ἀπιᾶσι.

78, 48. Νομέας ἰτέης ταμόμενοι.] Hi νομέες sæpe versati sunt et cæsi, et in eis Valla ambustus. Ultimus qui accesit, est Cl. Grævius ad Solœcistam Luciani pag. 113. Nonne satis tarde? nam post Brodeum et Leopardum popularis ipsius Fridericus iam bene correxerat pag. 321. etiam omissis *pecuariis*, quos cognatus eiusdem Iungermannus, alia vitiosa bene mutans, reliquerat. Iubet videre quæ docuerit Schefferus. Vide quæso illa, et dic mihi, an non sint oppido macilenta? immo quæ sint illa, quæ doceat?

79,

79, 13. Ἐπεὰν οὖν.] MS. ἐπεὰν ὦν, quod certe Ionicum et continuum in Herodoto, ut nunc id ei eripi non debuerit.

79, 16. Ἀπεκήρυξαν.] Est notum verbum in iure etiam Græco, sed non huius loci, et ut notet abdicare et ultro abiicere, ut pro lucro habeatur ea re spoliatum esse. At hi sane non sic consuluerunt in navigiis suis. Hinc oppido notabile est, quod legitur in optimo MS. ἀπινεκήρυξαν, ita ut super ι habeat positum ε, ut etsi forte quid lateat nesciam, hactenus tamen observaverim, ut ediderim ἀπενεκήρυξαν, ut decompositum pateret, satis alioqui rarum, sed ideo Herodoteum ϙ et quod notet, ibi in urbe solitos ea præconio subiicere; quod intelligis plurimum distare ab isto composito nimis hic incommodo.

79, 25. Καὶ ἐπὶ τούτῳ.] MS. καὶ ἐπὶ τοῦτον. Et recte ex modo scribendi, nec intercedit terminatio sic ter geminata. In qua tamen videntur offendisse lectores: unde enim potuit huc delabi Fridericus, ut ederet ἐπενδύνυσι, quum ante illum ab omnibus fuerit editum ἐπενδύνει. Id quidem est principale facinus. Sed inconsulte agitur in distinguendo. Nam cur in Latinis non ita distinguitur pœnula ab calceis, ut in
853 Græcis? Sed scias oportet hic quoque subesse fallaciam, quam aperit optimus MS. legendo περιβαλλόμενος ὑποδήματα ἔχων. Sic omnia planissima.

79, 28. Βοιωτικῇσι.] MS. Βοιωτίῃσι, ut ex oraculo citat Βοιώτιον ἄνδρα Stephanus Byz. in v. Ἄρνη. Et 5, 88. ἐσθῆτα Δωρίδα mavult, quam Δωρικὴν.

Ibidem. Κομῶντες τὰς κεφαλὰς, μίτρῃσι ἀναδέονται.] Reliqui Herodotum arbitrio aliorum, qui consensu ita distinguunt, quum ego gnarus κομᾶν non licere homini in humeris aut brachio, crederem Herodotum iunxisse τὰς κεφαλὰς μίτρῃσι ἀναδέονται, ut apud Ælian. 4. Var. 22. Κρύμβους δὲ ἀναδούμενοι τῶν ἐν κεφαλῇ τριχῶν.

79, 33. Μῆλον ἢ ῥόδον ἢ κρίνον ἢ αἰετὸς.] Hoc specimen consuetudinis Babylonicæ melius ob oculos hodie poni nequit, quam ex tabula Isiaca, ubi talia sceptra vel hastæ infinitæ cum istis ornamentis, ut sic quasi Herodoto interprete discamus, unde ea res ad Ægyptios venerit; quippe Babylona statuit quasi originem huius rei, et ubi præcipuus erat usus. In cap. 198. vides aliud commune Babyloni et Ægypto.

79, 37. Ὁ μὲν σοφώτατος ὅδε, κατὰ &c.] Sic distinxi hunc locum obsequutus necessariæ, post deviam ab vero interpretationem Vallæ, monitioni præclari viri Io. Friderici, quam large commendat in præfatione.

79, 45. Πραθείη.] MS. πρηθείη· 2, 54. Ἐς Λιβύην πρηθεῖσαν. Et non diu ante legimus ἀνδραποδισθέντας πρηθῆναι.

80, 6. Ὅς τις θέλει.] MS. θέλοι. Deinde quod sequitur, τῷ τὸ ἐλάχιστον ἐπισαμένῳ, et vertitur, *qui minimo contentus esset*, si recte inspicias, omnino nihil tale exprimit, et necessario corrigendum ὑπισαμένῳ, ut legitur in MS. donec adhæreret illi, qui in minimum consentiret aut promitteret. ut cap. 208. ὑπέχειν de pollicendo.

80, 15. Οὕπω ἀνάγεσθαι.] Unde locum huic composito ad hanc causam? Longe æquius legitur in MS. ἀπάγεσθαι. Deinde MS. διετέλεσσε, quo inclinabant etiam codices Stephani, sed Ionismo abciso.

80, 34. Οὕπω σφι ἔξεσι.] Vox prima non est huius sententiæ, et bene MS. οὐ σφὶ ἔξεσι.

80, 38. Πυρὶ θυμίημα καταγιζόμενον ἴζει.] Ad ista sic annotavit Io. Fridericus, quum vertisset *igni suffitum adolendo facit* [τὸ ἵζειν active hic accipio, ut ex interpretatione liquet. Valla minus accommodate ad verba *adhibito thymiamati assidet*. Nisi is forte (ut suspicor) pro πυρὶ legit περὶ θυμίημα καταγ. ἵζει.] Sic ille, addens quoque in præfatione Vallam nimis frigide vertisse, et ex auctoritate Herodoti et Vallæ interpretatione errorem irrepsisse in vulgata Lexica. Et sane H. Stephanus in indice Thesauri exponit *adolere*, et citat ex Herodoto καταγιζόμενον πυρὶ θυμίημα, ut appareat unde iste hæc habeat. Immo sic obsedit eundem insignem virum hic locus ita lectus, ut non dubitaverit scribere etiam in Recensione vocum Herodoti pag. 728. huius editionis [καταγίζειν, ut καταγίζειν πυρὶ *igni consecrare*, Item immolare et sacrificare Clione c. 86. et Melpomene c. 35.] Scias in neutro loco exstare vocem πυρί. Qualiacunque ea sunt MS. Mediceus plane habet περὶ. Et quod existimat Fridericus de verbo ἵζειν, Herodotus pronunciat illum falli 5, 25. Ἐς τὸν ἵζειν ἐδίκαζε, ubi omnino est *sedens*, non *statuens*, ut putabat intelligendum.

80, 40. Λοῦνται ἀμφότεροι.] Vim suam affert, quod legitur in optimo MS. λοῦνται καὶ ἀμφότεροι· ac deinde ποιεῦσι pro ποιέουσι.

81, 19. Εἴδεός τε ἐπαγμέναι.] Mire in hoc participio agunt Henr. Stephanus et Æmil. Portus. Ille enim in indice Thesauri sui sic notavit [Ἐπαμμένους εἴδεος παῖδος, Pueros forma præditos ex Herodoto] Proculdubio allusit ad 8, 105. At vero posterior sic agit in Lexico Ionico [Ἐπαγμένους Ion. pro com. ἐπηγμένος. Ad aliquid addictus. Ad aliquid progressus. ὅσαι γυναῖκες εἴδεος ἐπαγμέναι εἰσί. Quotquot mulieres ad formam sunt progressæ. 1. Quotquot sunt formosæ 52, 6.] qui numerus innuit hunc locum. Sed et aliud ab eo proiicitur [Εἴδος ἐπαμμένοι παῖδες. Herodotea locutio p. 314, 6. Pueri formosi q. d. Pueri, qui formam attingunt egregiam scil. 1. Pueri egregia forma præditi. Εἶδος enim est mediæ significationis vocabulum.] Ergo hactenus Stephanus. Sed Porto notus fuit uterque locus: verum qua ratione comparari deberent, uterque aut nescivit, aut detrectavit loqui et lectorem pro virili instruere. Sed quid aliud proferunt, quam quod valde clausos relinquit oculos lectoris, Porto tantum in his postremis exiguam scientiam proiiciente et alterum audacter distinguente ab altero. Quid enim aliud hic est, quam participium ab præsenti ἐφάπτομαι, unde quum vulgo sit ἐφημμένος, noster more suo præbet ἐπαμμένος. Ne dubita. Nam et egregia Medicea membrana prorsus habet ἐπαμμέναι, quod est eiusdem prorsus monetæ illi ἀπαμμένους lib. 2. cap. 121.

81, 28. Κατεξέχει.] MS. κατεξᾶσι.

81, 37. Ὑπ' ἑωϋτὸν ποιήσασθαι.] MS. ὑπ' ἑωῦτῶι. 854

82, 4. Καταγιαζομένου.] Equidem venit hoc ab ipso Aldo. Sed est nullius momenti, quum et optimus MS. legat καταγιζομένου, et ipse Herodotus passim non aliter loquatur, ut notavit exempla Portus.

82, 12. Στόμασι δὲ ἐξερεύγεται τεσσεράκοντα.] Hæc verba observari oportet ad spectandum insigni exemplo, quam magnifice et ample largiti sint de Herodoteo etiam antiqui. Scribit enim claris verbis Strabo lib. xi. Herodotum dicere eum εἰς τετταράκοντα ποταμοὺς σχίζεσθαι, μερίζειν δὲ Σκύθας καὶ Βακτριανούς. Unde abest longe Herodotus, nec si fluvius inter montana profluens, hic illic inveniens vallem, ita ut in eam effluat aliquid aquæ, is statim fluvius novus dici debet, præsertim si ista aqua dispergatur in arenas aut paludes, ut clare de hoc Araxe testatur Herodotus. Itaque Vossius ad Melam lib. 3. cap. 5. mirabiliter circumiens in quærendo Araxe non tantum in meridiano latere Caspii maris, sed etiam boreali, et ubique eum reperiens, testatur Herodotum scribere Araxem quadraginta ostia, sive potius ἐκτροπὰς habere. Prius recte: quod cur corrigendum ita censuerit, ignoro. Non enim sunt ἐκτροπαὶ dicendæ, quippe quæ integros possunt constituere fluvios. Idem Vossius lib. 2. cap. 2. ibidem tangit quæ Herodotus de accolis Araxis scribit, eos invenisse talia quorum odore inebriarentur. Primo an iste *potus* vocari possit, viderit. Secundo non herbam aut plantam esse dicit Herodotus, uti hederam, arbutum, cyclaminum aut simile origano, sed ἐξευρῆσθαι δένδρεα καρποὺς τοιούσδε τινας φέροντα. Itaque ut ludicrum exitu simile est, ita nequeunt hæc ita inter se componi, ut eadem re pariter Thraces et Araxeni fuerint usi. Quam bene dixit Herodotus ἐξερεύγεσθαι?

82, 14. Κατοικεῖσθαι.] MS. κατοικῆσθαι. An non notavit Portus ἠρίνεος dici ab Herodoto pro εἰρίνεος, quum cap. 203. dicat tamen εἰρίῳ.

82, 20. Τὴν μὲν γὰρ Ἕλληνες ναυτίλλονται πᾶσαν.] Ita scribunt nugatores, et qui male coctum aliquid hodiernum eructant, ut nempe conveniant rite casus. Sed non οἱ χαριέσεροι. Utique pereleganter et proprie ad manum Herodoti Mediceus ille codex MS. præfert πᾶσα. Sic enim omnino scribendum. Syntaxis est, πᾶσα γὰρ, τὴν Ἕλληνες μὲν ναυτίλλονται. *Omne enim illud mare, quod quidem Græci navigant.* Sine ope istius codicis ne odorari quidem ullus potuisset hanc emeditatam profecto Herodoti loquutionem.

82, 23. Εἰρεσίῃ χρεωμένῳ.] Observari debet conditio hæc, quam ponit Herodotus, et absque qua non debet de longitudine huius maris disputari: id quod strenue fecit Vossius ille idem ad Melam 3, 5., et ipsi quoque, quibus illic obtrectat.

82, 30. Ἐξ ὕλης ἀγρίης ζώοντα.] Rarus quidem præpositionis istius usus in hoc genere sermonis apud auctorem nostrum, ut 8, 106. ποιεύμενος ἐκ τουτέων τὴν ζόην. Sed libentior et gratior fuit altera ἀπὸ, prout nunc quoque habet optimus MS. ἀπ' ὕλης. In fine huius libri ἀπὸ κτηνέων ζώουσι καὶ ἰχθύων· 2, 92., Ζῶσι ἀπὸ τῶν ἰχθύων μούνων· 4, 22. ζώουσι ἀπὸ θήρης· et 103. Ζῶσι δὲ ἀπὸ λητῖης τε καὶ πολέμου. Imo et 2, 18. πίνειν ἀπὸ ποταμοῦ· 2, 36. Ἀπὸ πυρῶν καὶ κριθέων ἄλλα ζώουσι.

82, 40. Πεδίον ἐκδέχεται.] MS. ἐκδέκεται, ut ſemper, immo non aliter habet Aldus, ut ſit lapsus editionum ſequentium.

82, 46. Δεύτερον δὲ.] Sic ſcriberet quoque alius quidam, et poterat omnino etiam ſcribere Herodotus, ut facit 2, 22., ubi etiam nectuntur πρῶτον, δεύτερον, τρίτον. Sed habet inſuper Herodotus aliquid inexſpectatum, ut quum incipiat per πρῶτον, deſinat per τρίτον, medium tamen ponat in plurali, prout nunc habet optimus MS. δεύτερα δὲ plane ut 2, 137. πρῶτον et δεύτερα, et 3, 22. δεύτερα et τρίτον. Adde 3, 65. Et mox γενομένη, non γεγενημένη.

83, 3. Τόμυρις συνεῖσα.] MS. συνιεῖσα· ut συνιεὶς τὸ ποιηθὲν 5, 92. ac ſtatim προεχώρεε, non πρεσεχώρεεν.

83, 18. Εἰ μεγάλως προβύμεαι.] MS. ἢν μεγ.

83, 33. Εἶπον μὲν καὶ πρότερόν τοι, ἐπεί με Ζεὺς ἔδωκέ τοι &c. ἀποτρέψειν.] Non potest in his vocibus ulla iniuria animadverti; adeo apparent omnia integra, et robuſti coloris ac nitentia. At vero per ſimiles literas abſorpta est vocula, quam codex MS. interpoſitam ſic reſtituit legitque: εἶπον μὲν καὶ πρότερόν τοι, ὅτι ἐπεί με &c. ἀποτρέψειν. Quod quanto est electius, ſuavius, atque etiam apertius? Id enim quoque Græcæ urbanitatis est, particulam ὅτι quidem immiſcere, et nihilominus tamen verbi quod ſequitur formam ex ea non gubernare, ſed, perinde ac ſi admixta ipsa non eſſet, ex præcedenti periodo.

83, 41. Κύκλος τῶν ἀνθρωπηίων ἐστὶ πρηγμάτων.] Quum hic locus ſit, qui tantopere placuerit Latinis, ac præſertim Ciceroni toties hinc iactanti istum orbem reipublicæ eſſe converſum, non debet abire indictus.
855 Quippe qui istam loquutionem et ſimiles in Latinis legit, et hæc Herodoti verba in numerato non habet, fieri nequit, ut is dici poſsit aut credi debeat intelligere ista erudita Latina. Audimus hæc in Aſia dici inter duos reges, utrosque id expertos, alterum in perſona ſua, alterum in eis, quos ſubegit. Inde igitur exſtitit et ortum est. Quod minime cogitans Simeo Boſius ad librum 2. epiſt. 9. ad Atticum nihil potest in eo niſi cæcutire, ut revera est, deducens ab ludo Græco qui diceretur κριτολασία, quum tempora horum regum adſcendant ad eam vetuſtatem, ut tunc apud Græcos κριτολασία nec dicta fuerit nec cogitata nec peracta: certe ipse ex ſeris tantum temporibus profert: ne dicam ab eo videri nimis exiguam et puerilem facere originem rei maximæ, quæ univerſi generis humani ſtatum et eventum exprimeret. Interpono igitur nummum Hadriani, et ab ingenioſiſſimo Principe cuſum oculis offero ad ſpectandum, quod homi-



nes pragmatici et ipse Cicero de volventibus rerum humanarum vicibus habuerunt in ore. Nummus hic aureus penes Occonem, illum primarium huius doctrinæ promum condum, iam fuit, a quo dicitur pulcherrimus, qualem nunquam vidit alias. De eodem quoque ſcripſit Triſtanus in Hadriano. Sed qui monetam publicavit, est Morellius, præ duobus illis infelix prorſus in hac eruditionis parte, niſi quod calleret opificio imitandi in charta. Sicut oſtendit quoque in tabula XIIa Speciminis, nihil afferens, quam quod vel Occo vel Triſtanus dixerunt. Sed egregie Iupiter est, qui et ſtat in orbe, ut divinæ maieſtatis præſentiam innuat, et eum tenet, ut in eo plane dominetur, etiam convertens prout vult; cuius quoque alteri parti admovet terram, alteri phœnicem, ſcilicet prout vult mactare gloria et aureum donare ſæculum aut vicisſim deprimere.

84, 30. Τοὺς ἐναντιουμένους.] Hoc est unicum in Herodoto exemplum huius ſic compoſiti verbi; per reliqua non occurrit niſi ſimplex ἀντιόω. Quod quum exſtet tam crebris locis, certe ista ipsa multitudine hoc debet fieri ſuſpectum. Iam vero ut plane ab Herodoto expulſum ſuiſſe ſcias, legimus in Mediceo MS. τοὺς ἀντιουμένους: idque crede tam Herodoto placuiſſe, quam Thucydidi compoſitum. Præterea MS. ſtatim Τομύριος, non Τομύριδος, et videtur ita maluiſſe Herodotus, non ut pro lege aliquid in eo ſequeretur, ſed pro lubitu variaret. Quamvis enim libri 2 capite 41. notaverim ex MS. Ὀσίριδος, tamen cap. 156. in eodem MS. exſtat Ὀσίριος, et ſic infra MS. ſemper Τομύριος, ſic et Ἴσιος et 2, 111. Σεσώστριος, et c. 50. Θέμιος. Talia ſunt Ῥοδώπιος, Ἀβάριος, Ἀναχάρσιος, Λυγδάμιος, Σαμύριος. Sed etiam mox MS. αἰσχρὸν καὶ οὐκ ἀνασχετὸν, ſine vocula τε.

84, 5. Γυναικὶ εἴξαντα ὑποχωρῆσαι τῆς μάχης.] *Detrectare pugnam* reddidit quoque interpres. In omni hac relatione veſtigium nullum est prorſus, unde Cræſus hoc firmamentum et ſtatumen argumentationis ſuæ potuit iure et merito hauſiſſe, vel potius ad quæ ſuperius narrata Herodotus his verbis queat reſpicere. Non in aliorum ſententia; nam non ideo iubebant Tomyrin recipere in regnum ſuum, quod detrectaret pugnam, ſed vere, ut locum pugnandi condiceret. Non in Cyri animo; quippe is ipse bellum prior inferebat, quod ſine prælio confici non poſse ipse ſatis ſciebat; et qui haud dubie amavit pericula ſibi tum glorioſa, tum felicia. Certiſsime igitur hoc ſpurium est, et rurſus aureum purgatiſsimumque, quod ex optimo MS. ſuppono: ὑποχωρῆσαι τῆς χώρης. Id namque unum agebatur.

84, 7. Διαβάντα προελθεῖν.] Et hoc ſatis commode, ſi ad præcedentia reſpicias, in quibus cum ſolo Cyro egit, eumque alloquutus est. Nunc vero et in ſequentibus agit de omni exercitu, et quid eum facere potiſsimum oporteat, conſilium dat. Itaque videmus illic ποιεῦντας, καταπόψαντας, σκευάσαντας, et ſi hæc ipsa quoque non minus ad Cyrum quam ad milites pertineant æque ac præcedentia. Sed Herodoto ita placuit. Aggrediamur igitur et hoc loco legere διαβάντας, ut exſtat in MS. Mediceo. Etiam mox habet MS. περιγενέσθαι, non περιγίνεσθαι.

85, 6. Σὺ τοίνυν.] MS. σὺ νῦν.

85, 11. Τῷ δ' ὁ δαίμων.] MS. τῷδε οἱ ὁ δαίμων. Hoc vitium ſcripturæ aut ineptiam librarii vocabit iners Græcæ polituræ cultor, aut Herodoti incurioſus. Sed est exquiſitum prorſus ac delicatum. Geminus dativus ſic iunctus placet. Iam ſupra in cap. 34. dixit: 856
μή τι οἱ κρεμάμενον τῷ παιδὶ ἐμπέσῃ. Et 205. 2, 89. Μή σφι οἱ ταριχευταὶ μισγωνται τῇσι γυναιξί· et ibidem 175. Τῇ Ἀθηναίῃ προπύλαια θωυμασιά οἱ ἐξεπολησε· 3, 55. Καί οἱ τῷ πατρὶ ἔφη Σάμιον τοὔνομα τεθῆναι· 6. 68. Ἀπικομένῃ δὲ τῇ μητρὶ ἐς τὰς χεῖρας οἱ τῶν σπλάγχνων.

85, 13. Ἀμείβεται ὧν δὴ.] MS. ἀμείβεταί οἱ δὴ ὧν.

85, 48. Εἰ δὲ μὴ ταῦτα σὺ ποιήσεις.] MS. εἰ δὲ ταῦτα οὐ ποιήσεις. Sed ita ut appareat negativam οὐ manifeſte ex vocula σὺ immutatam esſe ab eo ſcilicet, qui particulam μὴ in antiquiſsimis exemplaribus non reperiens, quum tamen requireretur negatio, intelligebat tandem in pronomine σὺ errorem admiſsum esſe, quem recte ita abſtergebat. Non magis σὺ nunc locum habet, quam in præmiſsis.

86, 2. Τῶν ἐπέων τουτέων ἀνενειχθέντων, οὐδένα ἐποιέετο λόγον.] Quis negabit molliter fluere ſeriem horum verborum ita concinnatam? Univerſa plebs ita loqueretur. Iuncta enim ſunt, quæ iungi decebat, et ſeparata, quæ erant interſcindenda. Sed id non placuit ſemper Herodoto, qui etiam mox ſcribit: ἥτε δὴ πολλὴ τῆς Περσικῆς αὐτοῦ στρατιῆς ταύτῃ διεφθάρη. Atqui paſsim dicit αὐτοῦ ταύτῃ iunctis et connexis omnino vocibus. Id nunc etiam placuerat Herodoto, ut docet præſtantiſsimus codex ſervans τῶν ἐπέων οὐδένα τούτων ἀνενειχθέντων ἐποιέετο λόγον.

86, 17. Καὶ δὴ καὶ πυνθάνομαι.] Quam bene geminatæ occurrunt istæ copulæ mox καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Κῦρος τελευτᾷ, tam nulli uſui inſervit, immo turbat conſequentiam huius loci penitus ſecunda vocula καὶ, ut omiſerit quoque Valla. Et certe non exſtat in optimo MS. unde omiſi.

86, 26. Ἐναπῆκε αὐτοῦ τὴν κεφαλήν.] Venimus ad partem hiſtoriæ per omnia ſæcula memoratam et temporis ſui glorioſiſsimam notam. Quæ quum ideo deberet habita esſe ſanctiſsime, prout ab humano genere accepta erat ex Herodoti manu, vide, quam malevole et ingrate fuerit tractata. Neque enim ſic dubitavit edere Aldus, non Camerarius, non Stephanus, capitales in hoc auctore triumviri; ſed tamen poſtremus ita, ut margo eius obduceret aliquid editioni vulgatæ, nempe ἐναπῆπτε. Ex quibus quid proprie expreſerit Valla per hanc interpretationem *caput in utrem demiſit*, non facile dixeris; niſi quod videtur reſpexiſse Valerium Maximum, qui lib. 9. c. 10. dicit: *in utrem humano ſanguine repletum demitti iuſſit; exprobrans illi inſatiabilem cruoris ſitim, ſimulque pœnas occiſi ab eo filii ſui exigens.* Valla hinc certe illud απ, quod in isto decompoſito est, voluit plane exprimere, quum

quum Iuſtinus dicat tantum *conici*. Neque potest dici id non ſufficere ad exponendam rem. Attamen Herodotus noluit uſurpare verbum ἐνίημι, quod habet 8, 32. ἐς τὰς πόλις ἐνιέντες πῦρ. Itaque omnino putavit Valla exprimendum istud ἀπὸ. Sed quod ex illis duobus ante oculos habuit? Immo unde ſic proſiluit Stephanus cum ista altera lectione? an ignorata Aldo ſimul et Camerario? Miror, ſed res tamen indicat ita eſſe. Atqui neutrum verbum attingere voluit Æmil. Portus, quum Ἀπήσων, Ἀπίεσαν et Ἀπίεσθαι non præteriret, certe minoris illa momenti. Quid ergo est, quod ſcribere potuit Stephanus in Theſauro? [Ἀφάπτω ſuſpendo, unde ἀπαμμένος, pro *ſuſpenſus* Herodoto ab eius paſſiva voce. Idem ἐναπῆπται αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἐς τὸν ἀσκὸν, demiſit vel afflixit in utrem cruore plenum. Ἀφάπτω idem Applico, Admoveo. Suid. Hactenus Bud.] Quid ſodes hæc afferunt? Iam Budæus aliquid notavit in Herodoto, quod eius editores neſciverunt? et quum is iam id notaviſſet, latuit per ſæculum, donec Stephanus incondite id proferret in Theſauro, ac denique ad margines Herodoti bene aperiret? Quis cogitet narrationem æque ridiculam, aut de ſtudiis docte et ſapienter ſentiat? Oportet eos, qui in Herodoto verſati fuerunt, hiſtoriam hanc ſatis agreſti modo percepiſſe. Quoniam hic fuit aliquid peculiare, ideo Herodotus etiam uti voluit verbo non quotidiani curſus. Dixit ἐναπῆπτε. Ita habet quoque codex Mediceus, ut ſcias et Budæum potuiſſe id noſſe, et unde id notum habuerit. Hoc verbo dicitur, non demiſiſſe aut conieciſſe caput in utrem, ut illic putreſceret ac diſſolveretur, ſed egregie inſultans alligavit ſuperiori eius ori, ut modo poſſet demittere quaſi ad potandum, modo rurſus attrahere, ut intermitteret, quum interim per muliebres intemperies et inſaniam Scythicam aliis ludibriis id horrificaret, etiam alios contumeliæ modos in reliquum corpus ſimiliter exſerens.

86, 28. Σὺ μὲν ἐμεῦ ζώσης τε &c.] Crede hanc citationem ita progredi, ut incluſum habeat verbum χορέσω. An quisquam ex viris doctis, qui ſic multi et fauſti fuerunt in literis reſtituendis, ita ſe gesſit, ut oſtenderit ſe intellexisſe ista verba, aut potius acrimoniam in illis abditam? Valla vertit lectionem cor-
857 ruptam ſatis accurate? Sed nihil profert, unde appareat hoc apophthegma dignum esſe quod oſtentaret Herodotus: tantum enim enunciatur res, prout geſta est, ut nulla ibi ſit hilaritas, nullum acumen. Nonniſi in poſteriore parte notare licet aliquam venuſtatem in interpretatione duplici verborum αἵματος χορεῖν. At priora pingui modo efferuntur, ſine acrimonia aut ullo ſale, quæ vere acciderunt. Peiora ſunt quæ ſequuntur. Nam quum tot conſtructionum modos admittat verbum νικᾶν, non memini uſpiam aut me obſervaſſe aut ab aliis obſervatum esſe νικᾶν ἐς μάχην. Ipse ille Portus, a quo in præpoſitione ἐς tot exempla congeruntur, ubi videtur poni pro ἐν; ab hoc tamen exemplo manum abſtinet. Tetrius factum est hoc ulcus, ex quo Th. Gale in duobus codicibus fuit teſtatus legi ἐμὲ ζῶσαν καὶ νικῶσαν; quod ipsum quoque notavi in Oxonienſi. Sed quid proderit, quum maneat νικῶσαν ἐς μάχην? Satis magna equidem turba accuſativorum. Itaque hæc illa margarita est, quam ab ingenio Herodoti perpolitam, ſed ab ſordidis tractantium manibus luto collecto, quod omnem fulgorem obnubilaret, mirabiliter fœdatum iactitare volui fidem curamque codicis Medicei, qui ſolus cimelium tanti temporis incorruptum ſervavit, exhibendo Σὺ μὲν ἐμὲ ζῶσαν τε καὶ νικῶσαν σε μάχῃ ἀπώλεσας; παῖδα τὸν ἐμὸν ἐλὼν δόλῳ. In primo audimus validisſimum oxymorum et plane paradoxum, ut occiſus vivam vincentemque perverterit; ſed cuius clara et plana ſequitur explicatio, nempe ex filio unico et ſucceſſore amiſſo. Hæc est conqueſtio aſſidua parentum. Hinc Niobe apud Ovidium 6. Metam. *Per funera ſeptem Efferor.* Lucianus Tyrannicid. p. 801. inducit exclamantem patrem: Τίν με φυλάττει διά σου τέκνον προαναῤῥηγμένον, in filii nempe morte iam antea occiſum. Inſcriptio apud Capaccium lib. 1. Neap. p. 351. *Criſpe. fili. lepidiſſime. beu. beu. orcus. cum. te. voravit. delicium. mibi. omne. abſtulit. baculum. exuctis. medullis. edentulæ. ſenectutis. ſecuit.* Et pluribus ſuſpiriorum formulis hoc ἀνθρώπινον πάθος approbant Gruteri notæ nuper utiliter editæ in Publii Syri illud *Homo toties moritur, quoties amittit ſuos.* Nec enim tantum in propria ſubole id evenit, ſed in omnibus caris. Hinc Propertianum illud, 1, 14.

Coniugis Euadne miſeros elata per ignes
Occidit Argivæ fama pudicitiæ.

Clamat Halcyone apud Ovidium: *Et ſine me me pontus habet*, nempe per ſubmerſum maritum. Ioſephus lib. 8. p. 275. Νομίσας αὐτὸν βεβλῆσθαι τοῖς λίθοις, οἷς τὸν ὑπηρέτην ἀπέκτεινεν αὐτοῦ τὸ πλῆθος. Iam crebrum in eo est verbum Ἀπόλλυμι. Hinc Heliodorus 2. pag. 63. Ἀπολώλεκάς με τὸν ἥδιστον ἀφελόμενος θάνατόν. Achilles Tatius lib. 5. p. 351. Ὦ θάλασσα, πλέουσαν μέν με διέσωσας, σώσασα δὲ μᾶλλον ἀπολώλεκας. Sic cap. 45. huius libri gemit Adraſtus ὡς τὸν καθάραντα ἀπολωλεκὼς εἴη in filio occiſo.

J. ACOBI GRONOVII
NOTÆ ET OBSERVATIONES
In librum ſecundum
HERODOTI.

88, 13. Ἑλλήνων τῶν ἐπεκράτεε.] Sic conſpirat codex Mediceus cum libris Stephani, unde is ad marginem coniecerat pro vulgato Ἕλληνας, quum nimis foret Herodoteum, ſubſtantiva voce ad caſum relativi ſequentis flexa.

88, 14. Πρὶν μὲν ἢ Ψαμμήτιχον σφέων βασιλεῦσαι.] MS. Ψαμμήτιχος, et recte, ut 5, 24. Μέγα ποιεύμενος βασιλέως σύμβουλος γενέσθαι.

88, 16. Ἐπειδὴ δὲ Ψαμμήτιχος.] Sic legit liber citatus: quod neſcio an voluerit et Stephanus, quum ad marginem ponit ἐπειδὴ pro vulgato ἐπεὶ δὲ.

88, 20. Ψαμμήτιχος γὰρ ὡς.] MS. δὲ ὡς. Est quippe principium de narrationis de hoc rege et quidem isto eius facto. Neque enim neceſſe est monere alios id narrare de Seſonchoſi.

88, 25. Μηδένα ἀντίον αὐτέων.] Interpretatio Vallæ est, *neminem coram eis.* Sed hoc imperii genus proficeret nihil, et iste nemo est fruſtraneus. Etenim licet hominis nullius vocem audiant, quid ſi animalium alicuius? Haud dubie familiaris et creber auditus ovis balantis, ſicut videtur hic paſtor ſupponi talis pecudum generis fuiſſe, aut ſi fuerunt etiam alia, certe istorum alicuius ſonitus quotidie auditis iis inculcaret ſimilem ſonum et exſtingueret ſimplex naturæ ac propriæ indolis diſcrimen, quod Pſammetichus dicitur 858
inquiſiviſſe. Optime proinde membrana Medicea oſtendit Herodotum ſcripſiſſe μηδὲν ἀντίον. Sic prorſus omnia ab eis removentur, eumque fuiſſe vel Pſammetichi vel Herodoti ſenſum manifeſte probant hæc ſequentia ἐν ϛέγῃ ἐρήμῃ ἐπ' ἑωυτῶν κέεσθαι.

88, 27. Καὶ τὴν ὥρην ἐπαγινέειν σφίσι αἶγας.] De hoc verbo ἐπαγινέειν valde ſolicitus fuit Portus, adeo ut in Lexico non tantum id oſtentet loco, quem poſtulat prima ſyllaba, ſed etiam in cognato Ἀπαγινέειν. Interim hoc est unicum exemplum eius compoſiti in Herodoto, cui tam denſa erat occaſio ſæpius adhibendi. Hinc igitur exiſtima et quod legitur clare in optimo MS. ἐπάγειν σφι αἶγας, quod prætuli, quum et Stephanus ex ſuis MSS. noverit poſueritque in margine. Sed illa τὴν ὥρην nec notant *in tempore*, ut Valla, nec

cer-

certis temporibus, ut H. Stephanus interpretantur, ſed proprie de veſpera uſurpant ac cœna. Quod est tritum.

89, 1. Πλήσαντα δὲ τοῦ γάλακτος.] Satis commoda ad intelligendum oratio, ſi ſupponere licet unum ſolummodo paſtorem eundemque istum, cui Rex id imperaverat, curaturum puerulos per integrum biennium, ita ut nemo alius vicem eius interdum ſubeat. Certe quaſi id non ita facile fieri poſſet aut ſoleret, ſcito in optimo MS. exſtare πλήσαντας, ut nunc iste, nunc ille paſtor eos nutriri curaret.

89, 2. Ἐποιέετο καὶ ἐνετέλλετο.] MS. ἐποιεέ τε καὶ ἐνετ. multo rectius.

89, 8. Βέκκος.] Ante omnia poni hic oportet verba doctiſsimi Mauſaci in Diſſertatione ad Harpocrationem pag. 358. [Quod autem Phryges panem ſic vocitent, patet ex Herodoti Euterpe. Hunc conſule, ut et enarratores Apollonii Rhodii ad illud lib. 4. Argonaut. Οὕτι δέ πω Δαναῶν ἱερὸν γένος ἦεν ἀκοῦσαι, Comici ſcholiaſtem ad vocem Βεκκεσέληνε, et Suidam ead. voce. Adverte vero quosdam βὲκ, quosdam βέκος vel βέκκος ſcribere] Hinc videat Th. Gale, quam non notet, quæ ignota ſunt. Neque vero quoniam ſcholia ista ſcribunt βὲκ, ideo istud vere Phrygium est, et altera ſyllaba Græca; quæ ipsa forſan quoniam fuit coniectura auctoris illorum ſcholiorum, unam modo ſyllabam ſcripſit ſane temere et nimis ſero, quum Herodotus teſtetur fuiſſe biſyllabicum. Cæterum in MS. Mediceo legitur βεκὸς, quod præter Heſychium habuit quoque Suidas in editione Baſileenſi, nec aliter legitur in MS. Exemplari huius Bibliothecæ Academicæ, quæ mihi valida fuerunt documenta; præſertim quum et Stephanus in ſuis ita invenerit, ut opinor typis vitioſe exprimentibus κεκὸς. Paulo ante legebatur ἀνοίγοντί τε τὴν θ. ubi illud τε ignorat codex optimus, et habuit Horodotus cauſam omittendi.

89, 28. Αὐτέων εἵνεκεν.] MS. præclare αὐτέων τουτέων εἵνεκεν, et neſcio an non Valla id habuerit. Sic et antea auxi ex MS. τῶν ἱρέων τοῦ Ἡφαίστου τοῦ ἐν Μέμφι, quum poſterius illud τοῦ vulgo ignoretur.

89, 31. Λέγονται Αἰγυπτίων εἶναι λογιώτατοι.] Neſcio an recte verterint, *feruntur Ægyptiorum ſolertiſsimi*. In Herodoto frequentiſsime occurrunt ἄνδρες λόγιμοι vel λογιώτατοι, etiam πόλις λόγιμος, etiam ἱερὰ λόγιμα. Sed nihil in eis est hoc intellectu. Certe verbis libri 1. cap. 143. Ὅτι γὰρ μὴ Ἀθῆναι, ἦν οὐδὲν ἄλλο πόλισμα λόγιμον, nequaquam ſolertia applicari poſſet, quum agatur de potentia et robore. Itaque nec ipse Valla ibi ſolertiam indicari credidit, quum interpretur *nulla urbs alia inſignis erat*. Forſan rectius; ſed inſignis multum diſtat ab ſolerte. Iterumque hoc lib. 2. cap. 98. Τουτέων δὲ ἡ μὲν Ἀνθυλλα ἐοῦσα λογίμη (ſic enim illic ſcribit) πόλις, *Harum urbium Antbylla quæ est inſignis*. Ut ex his exemplis ſane quam claris exiſtimatio facienda ſit in locis, ubi nonnihil dubia videri potest ſignificatio. Sic lib. 1. cap. 171. Τὸ Καρικὸν ἦν ἔθνος λογιμώτατον τῶν ἐθνέων ἁπάντων, ubi vertunt *Caricæ gentis ingenioſiſsimæ*. Quamvis enim ſequentia (ibi narrantur tria ipsorum inventa, ſicut Samios alibi ait feciſſe tria maxima) faciant, ut tolerari istic interpretatio illa poſſit; nihilominus ex aliis apparet Herodoti hanc mentem non fuiſſe, nec tam ad ea reſpexiſſe, quam ad omnem eius gentis præſtantiam ac famam. Similiter hoc loco tam laudata argutaque omnium Ægyptiorum ingenia obumbrare non videtur voluiſſe Herodotus palmam Heliopolitis ſolis tribuendo, quum utique in ſequentibus nihil præcipuum Heliopoleos narret, ſed omnium Ægyptiorum. Itaque quum ingenium omnibus Ægyptiis ſit acutum, tum poſſunt in uno aliquo ſuperaſſe reliquos Ægyptios Heliopolitæ. Quod videtur extitiſſe in cultu liberalium artium, ac proinde exoſculari cogor, quod mihi ſuggeſſit MS. optimus, λογιώτατοι. Id enim nunc agitur, nempe de hiſtoria et cognitione antiquitatis Ægyptiacæ, ab temporibus ſcilicet Pſammetichi; eam ait Herodotus ſe voluiſſe quoque ab Heliopolitis diſcere tanquam maxime in ea verſatis. Λόγος quin etiam proprie Herodoto hiſtoria, unde et ipſi cognomen λογοποιὸς. Unicum ad hæc omnia est, quod ait lib. 4. cap. 46. circa Euxinum habitare dicens ἔθνεα ἀμαθέστατα· οὔτε γὰρ ἔθνος τῶν ἐντὸς τοῦ Πόντου οὐδὲν ἔχομεν παραβαλέσθαι σοφίης πέρι, οὔτε ἄνδρα λόγιον οἴδαμεν γενόμενον πάρεξ τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνεος καὶ Ἀναχάρσιος. Sed et hoc libro c. 77. Αἰγυπτίων μάλιστα λογιώτατοί εἰσι μακρῷ, dum vertit *longe excellentiſsimi*, nihil agit. Strabo lib. 13. pag. 618. Ἅπαντας μὲν γὰρ λογίους ἐποίησε τοὺς μαθητὰς Ἀριστοτέλης, λογιώτατον δὲ Θεόφραστον. Sane Iamblichus imitari Herodotum videtur in Vita Pythag. 1, 28. pag. 144. ἣν ἐνέμοντο γῆν Αἰγυπτίων οἱ λόγιοι.

89, 28. Καὶ ἐς Ἡλιούπολιν.] Hæc prima mentio urbis celebratæ in Ægypto, quam toties posthac commemorabit. Sed quoniam in nulla parte etiam ſimul refert conditorem eius Actinem, creditum Solis filium; ideo Tan. Faber in Epiſtolis Criticis num. 8. contendit ſatis acerbe nomen eius excidiſſe exſcriptorum vitio; qui ſuſtulerint voces ὑπὸ ἀκτίνος, quibus intelligebant *ab radio* dici, non *ab Actine*, et forsaſſe etiam plura. Cauſa primæva est, quoniam apud Hermolaum in Ἐθνικοῖς ſcribitur Ἡλιούπολις. πόλις Αἰγύπτου. ἣν ἔκτισεν Ἀκτὶς ὁ Ἡλίου καὶ Ῥόδης. Ἡρόδοτος ἐν δευτέρᾳ. Sed nullus in eo loco ita fatuus fuit, ut inde colligeret ab Herodoto nominari debere conditorem eius urbis, quum abunde ſufficiat illa mentio, ſi urbs ipsa in ista parte ſcripti Herodotei nominetur. Nullus ex tribus, qui nuper exſtitere, Stephani fautoribus aliter dicet. Faber tamen iterat pag. 70. eiusdem voluminis.

89, 36. Ἐξαναγκαζόμενος.] Id quum viderit in MSS. Stephanus, ipse etiam in Italico, cur non opiner esſe Herodoti?

89, 41. Ἐκ τῶν ἀστέρων.] Nequivit hoc ex ſtellis fieri. Itaque rectius in MS. ἄστρων, ut ζώδια intelligat.

89, 42. Ὡς ἐμοὶ δοκέειν.] MS. ἐμοὶ δοκέειν omiſſa vocula priore. Et id Herodoti esſe docet quælibet pagina, ut ſuperſedeam exemplis per alios affatim annotatis.

89, 44. Τῶν ὡρέων εἵνεκεν.] Hæc in Herodoto laudat Sam. Petitus de anno Attico cap. 8., et tamen Herodotum arguit, qui annum hic non Lunarem confuderit cum Lunari: dubito an recte, quum toto isto loco nihil dicat de ſtatu, quem ponit Herodotus, nempe quo per triennia intercalatio fit; quod videtur clarius ponere Pet. Haguelonus in Calendario Trilingui, ubi illud πάρεξ τοῦ ἀριθμοῦ ab Valla omiſſum videtur interpretari *cum quadrante*, ſcribens, *Ægyptii vero quinos addunt dies cum quadrante*.

90, 4. Τουτέων μὲν νῦν.] Non est hic mollis nec Herodoteus nectendi modus. Bene MS. καὶ τούτων μὲν νῦν.

90, 5. Βασιλεῦσαι δὲ πρῶτον ἀνθρώπων ἔλεγον Μῆνα.] Quod edidi δὲ πρῶτον Αἰγύπτου ἀνθρώπων, plane ſic exaratum est in MS. optimo. Vide igitur quid fecerit Stephanus. Poſuit ille ad marginem velut ex MSS. ſuis δὲ Αἰγύπτου πρῶτον. Non credo, et vereor ſeriem verborum ab eo mutatam esſe, quoniam videbatur ea nimis involuta et fere confuſa. Sed huc iam pertinet, quod notavi 86, 2. Cæterum quem editiones hoc loco appellant Μῆνα, eum vocat optimus MS. Μεῖνα. Ne hoc quidem contemni decet, licet paulo ante dixerit μῆνας: ita enim plane hoc lib. cap. 82. Μείς τε καὶ ἡμέρη ἑκάστη θεῶν ὅτευ ἐστὶ. Et de hoc vocabulo agit etiam Caſaubonus ad Strabonem pag. 228. B. Infra cap. 99., ubi repetit hoc ipsum de isto rege, continue deprehendi in MS. Μῖνα. Etiam in hac parte loquax est Etymologicum. Quum vero diſerte id ita de hoc rege tradat Herodotus, ut dicat ἔλεγον βασιλεῦσαι, non debuit hinc ſcribi, ut video fieri hodie pag. 65. Ægypt. Orig. *quia, ut diſerte tradit Herodotus* 11, 4., *Menes primus ex hominibus regnavit*; et pag. 68. *quod Menes iste ab Herodoto dicitur primus Rex*. Certe non Menes dicitur Herodoto, ſed est uniſyllabicum, nec ſua fide quidquam eius generis dicit, ſed eorum, ex quibus inquiſivit.

90, 9. Ἐνέρθε λίμνης τῆς Μύριος.] Collegit Portus varia exempla huius adverbii, et ubique ut notaverit *infra*. Ista vidit ſane et Valla. Quid est igitur, ut nunc interpretetur, *ſupra ſtagnum Myrios*. Quid igitur id differt ab istis ſequentibus κατύπερθε τῆς λίμνης, quod etiam vertitur *ſupra ſtagnum?* Est ſane id puerile, et minus idcirco debuerat connivere Iungermannus aut Th. Gale. Ἔνερθε τῆς λίμνης dicuntur, quæ ſunt verſus mare. Præterea MS. Μύριος, non tantum hoc loco, ſed etiam cap. 149., et 3, 91., ubi licet edatur Μύριος, Valla tamen retinuit *Mœridis*. Notavit de hac ſcribendi varietate Caſaubonus ad Strabonem, tum pag. 33., tum pag. 270., in eo fruſtratus, quod notet apud Herodotum reperiri duplicem lectionem per υ et per οι. Et ſcire et notare debuerat in editionibus ita fieri: nam de bonis MSS. iam contraria intelligit lector.

90, 12. Δῆλα γὰρ δὴ καὶ.] Crebro ſic loquitur Herodotus, quum ſermo exigit *quia haud dubie*, ut interpretabatur Valla 1, 207. Tale quid in hac parte non habet locum, unde accuratam agnoſce manum optimi codicis MS. quæ exhibet δῆλα γὰρ καὶ, quod plane, opinor, habuit Valla, dum interpretatur *manifeſtum enim est*.

90, 18. Ἔστι δ' ἕτερον τοιοῦτον.] Sicut præmonui ad

859

14, 17., MS. τοιόνδε. Nec moratur eiusdem vocis triplex repetitio.

90, 24. Αὐτῆς δὲ τῆς Αἰγύπτου ἐπὶ μῆκος.] Lege hunc locum quisquis es, et deteſtaberis arenas ſine
860 calce. Nam quid longitudo Ægypti ſecus mare habet commune cum illis quæ dicta ſunt de luto quod ab aquis Nili provolvitur in mare? Immo certe ego, quum in declaranda indole telluris Ægypti ſupra oſtenderit ſe particulatim ire velle per numeros, atque adeo incipiat ex more ſuo πρῶτα μὲν, (perperam vertente Valla *Iam primum*, quaſi obſcurare id Herodoti propoſitum conaretur) ſæpe ſolitus ſum hic circumſpicere, quod ſecundum huius declarationis caput eſſe oporteret. Expectavi aut δεύτερα δὲ, ut eſt 82, 46., aut ſimile quid et æquivocum: δεύτερα αὖτις 7, 141. iunctim habet. Utrum dememinisſe ſui ſtatuemus Herodotum, qui tam nitide perfecteque ſcripſit? An in hac quoque parte iniurias ab incurioſo hominum genere pati debuit? Quodcunque ſit, quomodo legerunt hucusque omnes Herodotum, quum nihil intelligerent? Ipse certe nihil potui invenire, niſi postquam præclara manus antiquæ membranæ Mediceæ me docuit putidas eſſe has voces et infamem in modum corruptas et reciſas præ veris, quas ita extendebat, Αὖτις δὲ αὐτῆς ἐϛι Αἰγύπτου μῆκος, id est, *Rurſus* vel *Deinde* vel *præterea ipſius Ægypti longitudo est*. Deinde MS. Πλινθινήτεω, quum edant Πλινθηνήτεω. Attamen Valla expreſsit noſtrum istud.

90, 29. Ταύτης ὧν οἱ ἑξήκοντα σχοῖνοί εἰσι.] Nec hanc ſcripturam conſideraviſſe videtur interpres, qui vertit *Itaque ab hac parte ſexaginta ſcbœni ſunt*; nec quam vertit aut ipse potuit intellexiſſe, aut alius poterit divinare. Certe vox ταύτης non potest referri, niſi ad Σερβωνίδος λίμνης, quum alterum Αἰγύπτου ſit ſane remotum. Et tamen verſio imperfecta est admodum, niſi de tota maritima Ægypti parte intelligatur. Has tricas neſcio unde ortas diſſolvit præſtantiſſimus MS. legendo ταύτης ὧν ἀπο οἱ ἑξήκοντα σχ. *ab hac igitur* (n. palude Serbonide ad ſinum Plinthinetem) *ſexaginta illi ſcbœni ſunt*. Sed et in antecedentibus παρ' ἣν τὸ Κάσιον ὄρος τείνει vox poſtrema ab MS. ignoratur. Nam hunc locum Valla dum vertit *ad quod mons Caſius usque pertingit*, facit præter elegantias ſuas. Et ſane non ad id modo pertinet iste mons, ſed ad alia quoque, quum dorſum ducat ſatis laxe. Immo videtur differre Herodotus verbi huius notionem in alium hiſtoriæ ſuæ locum, nempe 3, 5., ubi integrans omnia ſcribit παρ' ἣν δὴ τὸ Κάσιον ὄρος τείνει ἐς θάλασσαν. Nunc ſufficit præmonuiſſe iuxta illam celebratiſſimam paludem eſſe montem Caſium.

90, 30. Ὀργυίῃσι μεμετρήκασι τὴν χώρην.] Valla *metiuntur*, non male, niſi quod Herodotus aliter loquatur, et perfectum præteritum poſuerit, idque iudicavi magis convenire, quoniam conſuetudo ex præteritis debet colligi; intelligit enim *metiri ſolent*, ut cap. 47. Διότι δὲ τοὺς ὗς ἐν μὲν τῇσι ἄλλῃσι ὀρτῇσι ἀπεσυγήκασι, ἐν δὲ ταύτῃ θύουσι. 3, 38. Ὡς δὲ οὕτω νενομίκασι τὰ περὶ τοὺς νόμους πάντες ἄνθρωποι. Sic 4, 183. Troglodytæ γλῶσσαν οὐδεμιῇ ἄλλῃ παρομοίην νενομίκασι, ἀλλὰ τετρύγασι. Non aliter infra hoc lib. c. 36. Τοῖσι μὲν ἄλλοισι ἀνθρώποισι χωρὶς θηρίων δίαιτα ἀποκέκριται, Αἰγυπτίοισι δὲ ὁμοῦ θηρίοισι ἡ δίαιτά ἐϛι.

90, 38. Ἐνθεῦτεν καὶ μέχρι.] MS. ἐνθεῦτεν μὲν καὶ μέχρι. Quæ particula ſatis oportuna est, ut appareat nunc ſermonem redire ad ſcopum, quem interpoſita nonnulla abruperunt.

90, 45. Ἔϛ τε Πίσσαν.] MS. ἔϛ τε Πεῖσαν, ut et rurſum ἐϛ Πείσαν. Quæ vero Stephanus poſuit in margine, nimirum τὸ διάφορον et ἴσας μῆκος εἶναι, ambo approbantur ab optimo codice, ubi vulgo edebant διαφέρον et omiſſa voce μῆκος.

91, 1. Καταδεῖ πεντεκαίδεκα ϛαδίων, ὡς μὴ εἶναι πεντακοσίων.] Potius dixiſſet ὡς εἶναι πεντακ. nam minus quindecim ſtadiis fuisse innuit mille quingentorum. Itaque deficitur tot ſtadiis, ut impleat alterum numerum. Sed alia ratio fuit loquutionis Herodoteæ, quum particula ὡς in MS. non exiſtat: et omnino deleri debet. Dicit defectu quindecim ſtadiorum non implere numerum mille quingentorum; carens illis paucis non est MD, ἀπολείπεται alias dicunt.

91, 8. Ἐν τῷ καὶ λιθοτομίαι ἔνεισι.] *Ibi inſunt et lapidicinæ*, ut induſtrie interpretatur Valla; tanquam et aliud illic memorandum ineſse dixerit Herodotus. Quod ſi forſitan est, (neque enim ulla cauſa id vetat) at auctor id nunc non retulit, ut nec illa huc conveniant et corrigi debeat ex MS. ἐν τῷ αἱ λιθοτομίαι ἔνεισι *Ibi inſunt lapidicinæ*. Vides ſegnitiam manus et calami corrupiſſe tantum auctorem, et quidem facillime, et forſan cum ratione, quod non αἱ deberet tradi, ſed ταὶ, more Herodoti et Ionico. Sic autem cogitabat in hoc loco vel ſcriba vel malus lector; quia primum erat, non proſpiciens et ſtatim repeti illud αἱ, et altera vice ſequi, ἐν τῷ αἱ πυραμίδες ἔνεισι. Cæterum error erat, quum et prorſus hæc ipsa repetantur cap. 158. Τὸ κατὰ Μέμφιν ὄρος, ἐν ᾧ αἱ λιθοτομίαι εἰσι.

91, 19. Ψάμμῳ κατειλημμένον.] Statuunt igitur viri docti montem recte dici καταλαμβάνεσθαι ψάμμῳ. Quid hoc erit? Certe Portus quum plurima collegerit de verbis καταλαμβάνειν et καταλαβεῖν, non novit vocem 861
κατειλημμένος, niſi ex lib. 9. c. 69., vertens *interceptus* propter lapsos muros. Mons vero an recte intelligetur *obſitus ſabulo?* Neſcio qui id fiat. Sed quanto conſpectius et ſanius est, quod legitur in MS. κατειλυμένον? Nonne hæc est ipsa et mera Homeri imitatio, quippe quem non fruſtra legit Herodotus: Κάδδε μιν αὐτὸν Εἰλύσω ψαμάτοισι? Sed de tanta doctrina librarii cogitare nequiverunt. Stephanum miror, qui locum Homericum bene notavit in Theſauro. Quod ipsum præcipue quidem huc idoneum ad declarandum ista lapidoſa iuga involuta eſſe arenis ac tegi, ſive id naturaliter ac perpetuo ita fuerit, ſeu paulatim magis magisque venti illuc compulerint. Stephanus tom. 1. pag. 1126. confuſe affert Lucianum et Herodotum, quæ ſunt diverſi thematis verba.

Ibid. Τεταμένον.] Non quæro, quid id verbi huc afferat, quidque velit; ſed potius a quo ſit inculcatum. Certe a MS. prorſus abest, et debet abeſſe; nec interpres quidquam eius expreſsit, ſed recte concepit ea quæ ſequuntur, non narrari de proceſſu iugi montani, ſed facie, qua ſibi ſimilis est uterque hic mons ſuper ſaxa gerens arenam.

91, 22. Τῶν δὲ οὐρέων] MS. ignorat adverſativam, quæ nihil huc adfert.

91, 27. Πέφυκε μὲν ὦν.] At MS. μὲν νῦν, quod particulæ genus leni huic diſſertationi multo melius convenit.

91, 34. Ὅσον δὲ τῇ ἀπὸ.] Quid illa vocula tertia habeat muneris, nequivi intelligere; immo prorſus inducebam, quum prorſus mihi diſpliceret. Sed MS. ὅσον δέ τι ἀπὸ. Et vere: nam id interponit, ut mox c. 11. Μακρὸς οὕτω δέ τι καὶ ϛενός. Ita ſolet.

91, 40. Ἐδόκεε δὲ καὶ.] Recte MS. ἐδόκεε καὶ, omiſſa adverſativa, quæ additur fruſtra. Etiam deinde μεταξὺ ἐφαίνετο reiecto γ': cui tamen verum locum attribuit idem MS. exhibendo mox ὥσπερ γε τὰ περὶ.

92, 3. Οὐ κατὰ τὸν Νεῖλον ἐόντες μεγάθεες.] An credam hæc lecta eſſe ab viris doctis, et potuiſſe eos ſub prætextu Ionismi talem locutionem Herodoto ingerere? Imo ſcribit bonus Æmil. Portus Μεγάθεες ποταμοὶ *Ion. pro comm.* μεγάλοι ποταμοὶ *Magni fluvii*. Quin etiam, quod maximo tædio est, potuit hæc deſcribere ſummus vir Iſac. Caſaubonus, et inſercre notis ad Strabonem pag. 35. D. Quod quis credat? Ex qua, non dico Ionia, ſed Græcia petiverunt istud adiectivum μεγάθεες? Itaque rite id reiecit Th. Gale. An non post tot annorum pœnas exclamabis macte fide istum codicem, qui tibi teſtabitur Herodotum ſcripſiſſe μεγάθεα, ut certe est in optimo libro, et pasſim iste accuſativus ab hoc auctore uſurpatur. Nam quod Th. Gale offert ex codice quem vidit, μεγάθει, ut quod pluribus confirmari poſſet exemplis, vereor ne tunc longe Herodotus illi abfuerit.

92, 16. Ῥηχίη δ' ἐν αὐτῷ καὶ ἄμπωτις &c.] Etſi Valla videatur in verſione largior fuiſse ad verba danda potius quam ſenſum; ideo tamen non debuit hunc locum venditare velut gloriæ ſuæ datum Tanaq. Faber in epiſtola LXXI. ad Petavium, quum Portus illam ῥαχίαν bene ſatis ornaviſſet in Lexico.

92, 18. Δοκέω γενέσθαι κου.] Particula poſtrema acceſsit nunc ex optimo codice tum eleganter, tum oportune *fuiſſe* nempe *aliquando*. Mox recepi ἐσχέοντα pro ἐσέχοντα quod vulgabatur, quia isti teſtimonium veri præbet codex optimus, qui ſane penitus ita nunc repetit ἐκ τῆς βορέης θαλάσσης κόλπον ἐσχέοντα. Sed quod maioris momenti est, idem iste codex in præcedentibus non legit Ἕτερον τοιοῦτον κόλπον καὶ ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον δοκέω γενέσθαι, ſed particulam ἐπὶ ignorat, et ipsam Ægyptum in primi temporis vetuſtate fuiſse vult nihil aliud, quam ſinum.

92, 22. Ἀλλήλοισι συμπεραίνοντας τοὺς μυχούς.] Hic vero pretium ſuum extendit mirabiliter codex Mediceus. Verbi huius tres notiones contulit in Theſaurum ſuum magnus ille Stephanus, nempe vel *una perficio*, vel *concludo et colligo more dialectici*, vel *coitum perago*. Iſtarum nulla, ſi quid video, apte huic loco accommodari potest, ut mirari liceat diligentiſſimum illum Herodoti lectorum oculos nunc accurate non advertiſſe. Sed et quid ſibi vult illud Vallæ, *prope*

inter ſe ſuos receſſus terminant? Sane perſpicuum magis foret, ſi omiſiſſet illud *inter*. Et cur ſic in ſilentio iacet Portus? Quicquid autem ſit, vox συμπεραίνειν quacunque demum notione hinc videtur expellenda, quum non *una finire*, ſed potius *coniungere et una peragere* requiratur. Vult enim Herodotus eos ſinus in continentem tanto impetu irrumpere, ut finibus ſuis vel intimis receſſibus pene coëant, parva modo terræ lacinia inſtar iſthmi interiecta et ſeparante. Ubi iam nihil confert istud verbum, ut patet vel ex συμπεραινόμενος μεγάλου ἑνιαυτοῦ περιόδῳ, quæ ſunt verba Plutarchi apud Valeſium ad Euſeb. p. 221., vel ex Appiani tom. 1. pag. 288. Οὕτω συμπεραίνειν τὸ μέτρον. Unde etiam συμπέρασμα in Martiano Capella pag. 98. Et συμπεράσματα concluſiones Gregorio Nyſſeno, ut notarunt docti, et Euſebius contra Marcellum lib. 3. cap. 16. Itaque venerari libet neque ſecus ac cœleſte munus ſuſpicio præſtantiſſimi codicis ſcripturam, ex quo rariſſimi verbi et pene intermortui uſum in Græcia redaugeo. Scribendum enim συντετραίνοντες. Sane quam idonea et ſignificantiſſima vox, hoc est, *perforando pene commiſcentes receſſus ſuos*, quod Seneca in Medea 35. dicit Corinthus *cremata flammis*
862 *maria committat duo*, pro quo dicit 4, 52. Συνάγουσι τὰ τέρματα ὅτε Τύρης καὶ Ἴτιανις. Portus noſter agens quidem induſtrie collegit Τέτρηται et Τετρωμένος et Διατετοανέεις ex 3, 12. in Διατετραίνειν. Etiam Stephanus in verbo Συντετραίνειν tenuiſſimus est, quod miror: quum et uſurpaverit Diodorus Sic. 3, 19. Αὐλῶνας παραμήκεις καὶ πρὸς ἀλλήλους συντετμημένους. Et Strabo lib. 7. p. 317. Συντετρῆσθαι τὰ πελάγη. Adriaticum et Ægæum ut perforando et cuniculo pertuſo coniungantur, ubi tamen Caſaubonus deſtitutus hoc loco Herodoti notabat. [Imo terram potius συντετρῆσθαι, quæ est inter duo πελάγη,] non attendens, quomodo in utraque lingua loquutiones transferre amant ſententiam, ut quod alteri attribui oportet, attribuatur alteri, ut quum dicunt *digito inſeri annulum*, *terra mari expurgare Pœnos* apud Florum.

92, 23. Εἰ ὧν δὴ ἐθελήσει &c.] MS. codex optimus negat voculam δὴ esſe Herodoti. Et ſane ſine ea prout nunc de Nilo loquitur, ita de terra agens dicit 7, 49. Εἰ ἐθέλει τοι μηδὲν ἀντίξοον καταξῆναι. Cæterum in illis, quæ ſequuntur, difficultas est peracute, ut videtur, pungens eos, qui dum magna ſibi proponunt, exigua prætereunt. Talis certe est interpretatio Vallæ. Quid enim protulit ille per multas voces? *Ego enim credo, intra decem millia annorum qui ante me natum tranſierunt, ſicubi ſiccanea facta ſunt, nimirum et ſiccaneum fieri poſſe, etiam multo quam hic est maiorem* &c. Quis tam nugax est, ut non credat etiam ſuo tempore poſſe terras exſiccari, ut narrantur antea exſiccatæ? Si hæc quæſtio foret, facile decidi poſſet. Sed quis Herodotum iudicabit tam ſtolidum, ut ante ſuam vitam ſcribat effluxiſſe decem millia annorum? Nihil vanius. Igitur quum Stephanus quoque hunc locum oſtentaviſſet ſtigmate, adſcribens [Hic Græca exemplaria mendoſa esſe videntur] commodare ab ingenio ſuo cuneum robuſtiorem voluiſſe opinor viros inſignes, ſed tacuerunt, donec Cl. Græv ius ſuſtinuit excitare Tan. Fabrum; quorum prior quid cogitaverit, quum ſit occultum, audiamus ſimul poſterioris et iudicium de eo et auxilium quod Herodoto confert ex Epiſtola LIX. [Ad priorem autem Herodoti emendationem quod attinet, ſic iudico, textum ſcilicet, ſeu κείμενον, corruptum esſe, id quod vel Stephano tacente liquet. Sed tuane emendatio an noſtra, quæ iam aſcribetur, verior ſit, tute iudicabis. Sic igitur ad libri oram annotaveram: Locus corruptus; lege, Ἐγὼ μὲν γὰρ ἕλπομαί γε εἰ μυρίοις ἔτεσιν τῷ προαναισιμωμένῳ χρόνῳ πρότερον ἢ ἐμὲ γενέσθαι ἐχώσθη, ὡς ἄν κού γε δὴ χωσθείη κόλπος καὶ πολλῷ μέζων &c. Id autem, ſi nihil aliud, certe ratiocinatio probaverit] Vellem hæc ab ipso Fabro in Latinum verſa fuisſe; deprehendiſſet ſaltem erronee hinc expulſam esſe negativam ante verbum χωσθείη, ne quid dicam de ſuppoſiticio tempore decem millium annorum: et tota ratione ſanandi, qua plus luxat et convellit, quam integrat. Maxime labitur in iudicio de contextu, in quo nulla adeo corruptela est, ut ſermo ſit plane ὁλόκληρος, et in quo moveri nihil oportet. Contigit tantum in editione Aldina, ut omitteretur diſtinctio post voces χωσθῆναι ἄν. Post debuerat ſequi Κοῦ γε δὴ ἐν τῷ προαναισιμωμένῳ. Nam in ratiocinando vocula ἄν est ſermonis terminatrix. Sic 7, 203. Ὀφείλειν ὦν καὶ τὸν ἐπελαύνοντα, ὡς ἐόντα θνητὸν, ἀπὸ τῆς δόξης πεσέειν ἄν. Et capitis 16. fine. Porro in eodem ratiocinandi genere initium ſumit ab particula κοῦ et aliis annexis 3, 6. Κοῦ δὴ τὰ ταῦτα ἀναισιμοῦνται; Dicit ergo Herodotus: *quid illum prohibet fluente isto obli-*
mari intra viginti millia annorum? Ego enim quidem opinor intra decem millia oblimatum fore: quomodo igitur in tempore conſumpto antequam ego naſcerer non fuisſet alte vel *denuo aggeratus ſinus, etiam longe maior isto, ab tanto fl.?* Nam ἀναχωσθείη, quod verbum in margine vibrat Stephanus ex ſuis MSS. legitur quoque in MS. Mediceo, non ἂν χωσθείη. Tum in eodem est ἕλπομαί γε καὶ μυρίων, ubi vocula καὶ vulgo omittitur omnino necesſaria. Cæterum hinc vides non posſe haberi illa exemplaria optimæ notæ, quæ probant omnia huic paginæ commiſſa ab Stephano, ut de ſuis iudicat Th. Gale.

92, 42. Μελάγγεών τε.] MS. μελάγγαιών τε.

92, 44. Κατανενειγμένην.] MS. κατενηνειγμένην.

93, 4. Ἀρδέεσκε.] Non ſic optimus MS. ſed ſimpliciter ἄρδεσκε.

93, 5. Καὶ Μύρις οὔκω ἦν ἔτεα ἐννακόσια τετελευτηκώς.] Euge et belle, ſi plebeii alicuius Græculi et nihil niſi macilentam, dicam? an ſcabioſam ſyntaxeos neceſſitatem ſpectantis ſermonem te habere putare potes. Totum fatuum ac ſpinoſum, immo nihil ſi ad ſuavem ſublimitatem polituramque linguæ Herodoteæ conferas. Scribe ex MS. optimo καὶ Μοίρι οὔκω ἦν ἔτεα ἐννακόσια τετελευτηκότι. Mirabilis certe reparatio, ut cap. 145. Ἡρακλέϊ μὲν δὴ ὅσα αὐτὸι Αἰγύπτιοι φασὶ εἶναι ἔτεα ἐς Ἄμασιν. Sic cap. 124. Τῇ δὲ πυραμίδι αὐτῇ χρόνον γενέσθαι εἴκοσι ἔτεα ποιευμένῃ· 4, 6. ἔτεα δὲ σφι τὰ σύμπαντα λέγουσι εἶναι χιλίων οὐ πλείω· 8, 129. Ἀρταβάζῳ δὲ ἐπειδὴ πολιορκέοντι ἐγεγόνεσαν τρεῖς μῆνες. Achilles Tatius lib. 5. pag. 293. Καὶ ἤδη μοι γεγόνασι μῆνες ἕξ, καὶ τὸ πολὺ τοῦ πένθους ἤρχετο μαραίνεσθαι. Sed ſciendum in MS. exſtare ſemper Μοίριος quoque, ut dixi.

93, 9. Δοκέουσι δέ μοι.] Longe nitidior connexio in MS. δοκέουσι τέ μοι, qui etiam probabat inventum in ſuis ab Stephano πυθόμενοι, non πυνθανόμενοι.

93, 31. Εἰ μήτε γεύσεται σφι ἡ χώρη τὰ ἀπὸ Διὸς 863
μήτε ὁ ποταμὸς &c.] Hæc certiſſima est illorum manus, qui quum pulchre ſibi viderentur concinnaſſe verbum γεύσεται, ſimilem labro isti lactucam comparaverunt, reperiendo τὰ ἀπὸ Διός. Neque enim hæc poſtrema aliter conſiderari oportet, quam inaniter et violente iterata, quæ videbant præceſſiſſe commodum ἐκ τοῦ Διός, quod furtum per mutatam præpoſitionem voluerunt velare. Quid vero est, quod vult neſcio quis, ſed primus videtur Stephanus, et conſentiunt postea Iungermannus ſimul cum Thom. Gale, ſubnotans? [Lego autem ὕσεται pro γεύσεται.] Quod genus illud vel Græcismi vel humani ſermonis erit εἰ μήτε ὕσεται σφι ἡ χώρη τὰ ἀπὸ Διός? Etſi tamen laudabilis hactenus conatus istorum, qui incredibilem translationem et ab Herodoto alienam maluerunt aliquid agendo tentare, quam nimis ex ſe improbi esſe. Sed quid ego nunc antepono conatum Stephani illis priſcis corruptoribus et centonis male ſumpti adſutoribus, quum hic locus videatur ſepoſitus fuisſe ab Æmil. Porto, ut feriret acriter Stephanum, immodice quidem incenſus, et hinc miſerandus, ut Herodoto attribuat *pluvias cœlitus cadentes*, ſic cavens opinor, ne quis intelligat alias: etiam arceſſens Euangelium Ioannis et Epiſtolam ad Hebræos cap. 6. v. 5., ubi tacet aut pudet illum loqui de varietate conſtructionis verbi γεύεσθαι in duobus deinceps verſibus. Utique Herodotus non imitatur ista loca; immo ille neſcit γεύεσθαι aliter conſtruere, quam cum genitivo. Sic γεύεσθαι τῶν ἀγαθῶν dicit lib. 1., non τὰ ἀγαθὰ, ut mendaciter fingens ſupplet Portus. Sic γεύεσθαι ἐλευθερίης l. 6. Sic quum pateat in hoc loco nihil boni actum esſe, ſpero me ſecurum fore, et ut opinor, esſe posſum, reſtituens ex fide optimi MS. εἰ μή τε γε ὕσεται σφι ἡ χώρη, tribus vocibus exploſis. An nocuisſe dicam illis primis tantæ pravitatis fabris, quod ὕσεται noluerint paſſivo ſenſu intelligere, quum tamen dicat Herodotus πολιορκησόμενοι pro πολιορκηθησόμενοι, εἰρήσεται pro εἰρηθήσεται, θύσεσθαι. Nam quæ præcedunt θέλοι et παροιχομένου ab Stephano appoſita in margine laudat exemplar vetus, unde probavi et ipse. 3, 10. dicit οὐ γὰρ δὴ ὕεται τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου τοπαράπαν· ἀλλὰ καὶ τότε ὕσθησαν αἱ Θῆβαι ψεκάσι.

93, 37. Τῶν ἄλλοι ἄνθρωποι.] MS. τῶν οἱ ἄλλοι ἄνθ. Nam quæ præcedentia habet in margine Stephanus οἵδς τ' ἔσαι ἐς τὰς ἀρ. item κομίζονται ἐκ γῆς, probabat idem MS. ubi omittebantur voces ἐς τὰς, et pro ultimis ſcribebatur ἐκτὸς. Male utrumque. Infra etiam recepi ἐπελθὼν.

93, 43. Τὸν ἀμητὸν.] Priorem voculam ignorat MS. qui mox etiam retinet καταπατήσῃ τῇσι ὑσί.

93, 45. Γνώμῃσι τοῖσι Ἰώνων.] MS. recte τῇσι. Sed est vitium ex editione Iungermanni ſola, credo quia pu-

putabant typographi illud τῇσι hic ſatis fuisſe dominatum.

93, 48. Μέχρι ταριχειῶν τῶν Πηλουσιακῶν.] Quum et Stephanus et Portus ita antecesſerint, facile fuit et mihi, indulgere tantum verſioni Vallæ, ut lucraretur *Taricheas Peluſiacas*; niſi quod agnoſcebam non bene convenire, quum ταριχευθέντες, et τεταριχευκότες, et vicina vocabula Latino ſermone decoraveris, ſi ſubſtantivum hoc non ſimiliter lectori noſcendum tradas; neque id hoc tantum loco, ſed etiam cap. 113. ἐς τὸ νῦν Κανωβικὸν στόμα τοῦ Νείλου καὶ ἐς ταριχείας, unde certe diſcimus iuxta illa Nili oſtia et per Ægypti litora fuisſe tales apparatus ad ſalſamenta condienda in copia inſigni piſcium, ut nequeat de ista re moveri aliquid dubitationis. Attamen doctisſimus Stanleius ad Æſchyli Prometheum vinctum reiicit ac faſtidit has ταριχείας, et ait [Legerim βαράθρων· ſic enim loca circa Peluſium vocari ſolita ex Strabone conſtat] Mireris in hac mutandi propenſione non venisſe viro doctisſimo in mentem Δάφνας τὰς Πηλυσιακὰς ex cap. 107. Conſtet ſane hæc ita fieri, ut refert Stanleius: an idcirco etiam Ταριχείαι esſe pariter nequiverunt? Non crediderim ullam hinc neceſsitatem talem inferri. Sed et alia erant, per quæ nobile est Peluſium: nec ideo tamen depellendæ hinc operæ ad ſalſamenta. Paulo ante χρᾶσθαι τὰ περὶ Αἰγύπτου, atque item καλεομένης firmat codex optimus. Sicut Tyrotarichi patinam bis memorando offert ex vetuſtate alioquin perdita Tullius, quidni ſic et Peluſiotarichum hinc credimus?

94, 1. Ἐς μεσόγαιαν τείνειν αὐτὴν.] MS. αὐτῶν. Alterum nullius est pretii. Paulo post codex Mediceus plane habebat περιῃργάζοντο, non ut Stephanus περιειργάζοντο, non ut vulgo περιειργάζονται.

94, 13. Τίνα γλῶσσαν πρώτην ἀπύσουσι.] Adducit H. Stephanus hunc locum in Theſauri magni Indice allegans ἀπύουσι, et exponit φθέγγονται; affertque illic plura ad confirmandum hoc verbum. At Portus in Lexico citat ἀπύσσουσι, et large exponens ἀπύειν, ut Ion. et Poët. pro com. φωνεῖν, βοᾶν, λέγειν, προφέρειν, q. ἐπύειν ab ἔπος. Neque his ego repugno, nec doctrinam invideo. Sed nec celare debeo in MS. illo tantæ fidei exſtare ἀπήσουσι, quod est verbum Herodoti alibi, et quidni etiam in hoc loco?

94, 19. Αἱ Θῆβαι Αἰγυπτος ἐκαλέετο.] Confirmare id conatur Vosſius ad Pomponium Melam circa finem capitis noni libro primo.

94, 26. Τὴν γῆν πᾶσαν.] Etſi forſan ad rem parum faciat, tacere tamen non debeo ab optimo MS. articu-
864 lum præpoſitum ignorari, ut ſtatim cap. 21. Τὸν δὲ Ὠκεανὸν γῆν περὶ πᾶσαν ῥέειν. Et deinde idem MS. Τέταρτον γὰρ σφέας δεῖ προσλογίζεσθαι, non γὰρ δὴ σφέας. Nam quid velit Stephanus poſito ad marginem δὴ εἰ, non intelligo.

94, 38. Οἴδαμεν οὐδὲν ἐὸν.] En tricas editionum. Nam quum Aldini typi verbum ita ſeparavisſent οἴδα μεν nullo accentu in tribus poſtremis literis, ſequutus id fuit Camerarius, etiam Stephanus, ſed accentu, quem gravem vocant, ſignato ſuper literas μὲν, idque admiſit Iungermannus, quum interim omnes uterentur verſione Vallæ *ſcimus*, quod certe indignum est.

94, 44. Ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν Καταδούπων.] Ad hunc modum ſane mox præcesſit ἀπὸ Καταδούπων τε καὶ Ἐλεφαντίνης πόλιος. Nunc tamen in MS. legitur ἀρξάμενος ἐκ τῶν Κατ. Quod Herodoti non esſe vix impune dici potest, quum ſic lib. 1. cap. 174. ἀρχμένης ἐκ τῆς χερσονήσου τῆς Βυβασσίης. Lib. 2. cap. 33. Ἴστρος ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν &c. Et cap. 150. ἐκ σφέτερων οἰκιῶν ἀρξάμενοι. Lib. 4. cap. 21. ἐκ τοῦ μυχοῦ ἀρξάμενοι. Et c. 99. Ἀρξάμενοι ἐκ Βρεντεσίου λιμένος ἀποταμοίατο μέχρι Τάραντος, καὶ νεμοίατο τὴν ἄκρην· ubi neſcio quid cogitaverit Valla interpretans *diviſa terra a Brunduſio usque Tarentum, promontorium incoleret*, quorum ſenſum reparare debui.

94, 48. Καὶ ἡ μὲν πρὸς ἠῶ τρέπεται, καλέεται.] Imperfectus est in hoc ſermone genius Herodoti, niſi ita augeas τρέπεται, τὸ καλέεται. Ita plane est in MS. Utique ad eandem formam exſequitur ea, quæ proxime iunguntur. Alioqui duntaxat edidisſet auctor καὶ ἡ μὲν *et qua quidem*. Sed aliter placuit.

95, 5. Παρεχόμενος ταύτῃ.] Allegatur hic locus ab Salmaſio in Plinianis Exerc. pag. 477. ſine ulla hæſitatione, prout editur. Utinam et vertisſet! Et quanquam ista pars ſit, cui adeo aſperum ſtrigilem admovit Vosſius, Herodoti locum deſerit. Quo autem credimus eos retulisſe ταύτῃ? Valla enim quum interpretatur *huic alveo*, videtur ad ὁδὸν referre, quum proximum ſit θαλάσσῃ. Sed neutrum ſatis oportunum, certe ſi conferatur cum ea concinnitate, qua teſtatur optimus codex Herodotum ſcripſisſe ταύτην. Quod ideo libens probavi, reſtitui et in interpretatione expreſsi.

95, 9. Τῷ μὲν Σαϊτικὸν &c.] Vir Clarisſimus Ioh. Marshamus Chronici p. 373. Latine proferens hunc locum, quum nominavisſet Saïticum, in parentheſi addit *forſan Taniticum*. Et mox diſputat ita: [Neque est quisquam veterum, qui *Saïtici* oſtii meminerit: *Taniticum*, quod hic deſideratur, agnoſcunt omnes. Itaque pro Σα —— reponendum videtur Ταν ——. Hunc Herodoti locum Strabo reſpexisſe videtur, cum ſcripserit τὸ Τανιτικὸν στόμα, ὅ τινες Σαϊτικὸν λέγουσι. Fruſtra quidem: *Tanis* ad ortum est, et iuxta Peluſium; *Saïs* ad occaſum, et iuxta Canobum poſita] Quæ opinor tangunt Salmaſium ex loco illo Strabonis ſtatuentem eidem oſtio contigisſe et Taniticum nomen et Saïticum pag. 478.

95, 12. Μαρτυρέει δέ μου τῇ γνώμῃ.] Hæc est offenſa maxime conſpicua, in quam impegerunt ſcribæ et editores Herodoti, ut identidem delerent uſum gemini dativi, quem maxime amabat iste ſcriptor. Ita nunc ſegniter ſane in hoc loco legunt hodie, quum clare exhibeat optimus MS. μοι τῇ γνώμῃ, quibus plane paria corruperant 4, 29. Μαρτυρέει δέ μοι τῇ γνώμῃ Ὁμήρου ἔπος, etiam edentes μου. Sed iam ſupra produxi genium Herodoti. Quin idem codex legit et mox ὅσην ἐγὼ ἀποδείκνυμι ſine voce τινὰ. Tum εἴργεσθαι integra ſcriptura, non ἔργεσθαι.

95, 22. Καὶ οὐδὲν ὁμολογέειν.] MS. tantum καὶ οὐκ ὁμολ. quod ſatis est. Et utrumque in libro priore antecesſit.

95, 37. Τροπέων τῶν θερινῶν.] MS. θερινέων, ut ſtatim, nec cauſa est mutandi. Sed est hic locus inſignior per ſequentia, ubi editur πελάσας δὲ ἐς τὸν ἀριθμὸν. Hic enim locus quum ita in editionibus exhibeatur, citat eum et pertractat Salmaſius in Plinianis Exercit. p. 436., ut hinc non Plinium modo refutet, qui diſerte Herodotum citat, ſed etiam Latinum interpretem Vallam. Itaque et verbum πελάζειν docte illuſtrat, et negat id eum dicere, quod voluit interpres, totidem eum diebus decreſcere, quot increverat, ſed quum in centum dierum ſpatio excreverit, tum retro redire ac reſidere: Plinium vero tradere ex Herodoto tam incrementa quam decrementa Nili centeſimo die abſolvi per eosdem creſcendi decreſcendique gradus, quinquaginta nimirum dies dare augeſcenti, totidemque recedenti. Verum non hanc esſe mentem Herodoti: quippe qui clare dicat Nilum a ſolſtitio incipientem, per centum dies abundare, et cum in hoc dierum ſpatio excreverit, tum retro redire ac reſidere. Etiam ferox ille, nunc vanus Harduinus accedit ad Salmaſii vorticem; ut patiatur ſe in eo circumagi. Tantum est cognosſe auctores ex editionibus, non inquiſivisſe in bona vetuſtatis exemplaria, ſicut in hoc loco Valla procul dubio aliter legit; legit autem prout Herodotus ſcripſit. Scripſit autem, quod indicat codex optimus Mediceus πέλας δ' ἐς τὸν ἀριθμὸν, non πελάσας.

95, 46. Δὴ τὰ λεγόμενα.] Hoc participio plerumque utitur Herodotus de rumore publico et quod in vulgus dicitur. Ab eo nunc mens auctoris aliena est, ut oſtendit liber MS. exhibens λελεγμένα, nempe modo a me.

96, 7. Πολλάκις δὲ ἐτησίαι μὲν οὔκων ἔπν.] Citantur hæc ab Salmaſio in Plinianis Exerc. p. 428., ſed ne- 865
ſcio an illis recte utatur. Nam Herodotus hæc dicit pro cauſa materiæ, quam tractat reiiciens hinc efficaciam Eteſiarum, per quos nonnulli ſtatuebant alveum Nili arceri ab mari, ut hinc in eo extolleretur. Id quod aperte ita refellitur, ſi probetur interdum attolli Nilum vel ſublatum fuisſe, etſi nulli flarent Eteſiæ. Hoc *interdum* vel πολλάκις non utique ſupponit confeſsionem de flatu istorum ventorum illo ipso tempore, quia istud πολλάκις intelligere licet, quantum ſcit ille, qui loquitur. Herodotus dicit hoc πολλάκις, et nunquam approbat contrarium evenisſe; itaque istud πολλάκις est, quoties aut ipse obſervavit præſens, aut de eo in aliorum monumentis legit, vel etiam audivit ex ſermonibus aliorum.

96, 11. Κατὰ ταὐτὰ.] Sic contraxerunt id librarii, quum Herodotus reſolverit in tres voces κατὰ τὰ αὐτὰ, ſi fides optimo codici, quam plenisſimam meretur. Simile prorſus fuit 1, 88. Οὔτε χρήματα τὰ ἐμὰ διαρπάζει.

96, 26. Ἀπὸ τῶν θερμοτάτων χώρων ἐς τὰ ψυχρότατα.] Frigidisſima prorſus ratiocinatio. Itane ſine ulla exceptione per eam patiatur aliquis circa Alexandriam et ubi ſe Nilus exonerat, vocari loca talia, quæ ſint ψυχρότατα? Quis ferat? aut quis ab Herodoto ita ſcriptum credere potuit, credatve? Est certe locus hic inſignis ad noſcendum, quam obnoxius habitus fuerit

hic præclarus ſcriptor, et quas non maculas adſperſerit grex librariorum. Certe moderatius longe in optimo MS. hæc leguntur ita; *ἀπὸ τῶν θερμοτάτων τόπων ῥέων ἐς τὸ ψυχρότερα.* Vocem *τόπων* in editis videntur omiſisſe propter ſequens neutrum, quaſi in hoc genitivo etiam tale ſupponi oporteret, quum Valla in MS. videns expreſsam vocem *τόπων* etiam expreſſerit in Latinis: et ſicut ea vox ſic facili negotio omitti potuit, ita eadem deleta alterum ſuperlativum trahere debere alterum pari ſtultitia opinati fuerunt.

96, 27. *Ἀνδρὶ λογίζεσθαι.*] MS. *ἀνδρί γε λογίζεσθαι.* Sed male ista vertuntur.

96, 33. *Πᾶσα ἀνάγκη ἐς ὑσαι ἐν πέντε ἡμέρῃσιν.*] Ne hoc problema agnoſceretur ſolummodo ab Græcis, potuit tam benignus eſſe Valla, ut id Latine efferens traderet aliis quoque Europæis *neceſſe omnino eſt intra quinque dies pluere.* idque pro munere venerari potuerunt Stephanus et Portus. Quis credat? donec Tan. Faber apud ſuum Petavium fateri potuit ſe equidem mirari ita ſcribere virum maximum, mirabilem obſervationem: denique id falſum eſſe: itaque nunquam dubitaviſſe, quin pro *ἐν πέντε ἡμέρῃσιν* legendum *ἔν τισιν ἡμέρῃσι, intra aliquot dies*, idque verum, et rationem facile poſſe ex Meteorologicis afferri. Quam debuit riſiſſe catus ille Dionyſius, quum talia blandimenta istius ingenii acciperet? An hoc igitur melius? Nequaquam. Non enim magis plueret intra aliquot dies, quam intra aliquot noctes. Sane ſolet Herodotus dicere iter vel navigationem tot dierum; ſed ea alia res est, ut felicius opinor et verius in cap. 34. ab auctore dici iter ex Cilicia ad Sinopen eſſe *πέντε ἡμερέων.* Dein puerilis annotatio est in locis ubi per hiemem gelat, et ningit, ibi per æſtatem pluere. Sed neque *ἐν* nunc notat utique *intra*, ſed tantummodo in quibusdam diebus, ſi ita vellet. Sed vir inſignis prout in vulgato falſum deprehendit, ita quod lateret verum non perſpexit. Res ipsa et literæ monſtrant *ἐν παντὶ ἢ μέρεσι, in tota* regione, *aut partibus.* Certe ſi ningeret, etiam accideret, ut interdum pluviæ caderent, vel univerſam regionem nubibus madefacientibus, vel has aut illas partes, prout contingit.

96, 35. *Τρίτον δὲ.*] Locutio est moris triti: ſed Herodoteus libenter in his aliquid mutat, prout nunc quoque contigiſſe docet liber optimus exhibens *τρίτα*, quod prætuli. Sic c. 137. *Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον —— δεύτερα δὲ* &c. Et vide ad numeros 82, 46.

96, 40. *Εἰ τοίνυν ἐχιόνιζε καὶ ὀσονῶν.*] MS. cum multo maiore efficacia, *εἰ τοίνυν ἐχιόνιζε, εἰ καὶ ὀσονῶν.* In quo etiam ſtatim ante legebatur *χειμασίην*, quod in MSS. vidit et Stephanus, non *χειμαδίην*, ſicut et mox Mediceus MS. habebat *ἢν ἂν τούτων οὐδὲν*, prout teſtatur Stephanus de ſuis, ubi vocem tertiam immerito mutant cum his *τι τοιοῦτον.*

96, 49. *Αὐτέων περὶ τῶν ἀφανέων.*] Stulta manus id finxit, nec primæ vocis ullam rationem in vertendo habuit Valla. Lege ex MS. *αὐτὸν περὶ.* Etiam MS. *πληθύεσθαι* pro *πληθύνεσθαι.*

97, 5. *Ἔρχεται τῆς Λιβύης ἐς τὰ ἄνω.*] Recte interpres *meat in ſuperiora Africæ.* Nihil potuit fieri accuratius. Notant enim ista verba motum ipsum ſolis, dum in eo est, ut ad Libyæ ſuperiora deveniat. Sic ſeq. pag. *ἀπέρχεται ὁ ἥλιος ἐς μέσον τὸν οὐρανὸν ὀπίσω.* Sed ea non videtur eſſe mens et ſententia ſcribentis Herodoti, et innuentis hyberno tempore, quum ab hyeme ſol ex priſtino meatu eiectus iam est (ita enim vertenda erant, ex quibus neſcio quid procudebat interpres, *ſol abſcedens ſubter hiemale ſidus*) ſolem exiſtere et verſari in Libyæ ſuperioribus. Id quum res ipsa probare videatur, tum confirmat præclare MS. ex quo ſcribendum remiſsa particula *ἔρχεται τῆς Λιβύης τὰ ἄνω·* hoc est, *permeat ſuperiora Africæ.* Sed et ipse Herodotus probat cap. 26. *Ἥλιος ἂν ἀπελαυνόμενος ἐκ μέσου τοῦ οὐρανοῦ ὑπὸ τοῦ χειμῶνος καὶ τοῦ βορέω, ἴοι ἂν τὰ ἄνω τῆς Εὐρώπης, κατάπερ νῦν τὰ* (MS.
866 *τῆς*) *Λιβύης ἔρχεται.* Pro eo dicit lib. 7. c. 121. *Ἴοι τὴν μεσόγαιαν.* Egregie Seneca Hippol. 332.

> *Qua terra ſalo cingitur alto,*
> *Quaque per ipsum ſidera mundum*
> *Candida currunt.*

97, 6. *Τῆς γὰρ ἀγχοτάτω γε χώρης οὗτος ὁ θεὸς.*] Defecta est oratio, nec bene cohæret, ut credere licet, edentium vitio. Unde licet Valla ſufficienter reddiderit *Deum hunc, ut cuique terræ proxime accedit, ita eam maxima ſiti afficere credibile est*, tamen omiſit totum istud *καὶ καθ' ἥν τινα*, neque poterit dicere, unde arceſſat ista *ut accedit.* Videtur omnino habuisse aliam lectionem, et fortasſis illam ipsam, quæ exſtat in optimo MS. *τῆς γὰρ ἀγχοτάτω ἥ χώρης, Cui enim terræ hic deus proxime appropinquat, et verſus quam tendit.* Hæc ſimplicisſima reſtitutio huius loci est et inde probabilior, quod ex variis iam patuit exemplis istam encliticam particulam *γε* arreptam mire fuisſe ab librariis vel repellendo vel adſciſcendo, ut turbarent Herodotum. Sed inprimis ista medicinæ dulcedo comprimit laſciviam ingenii, quam monſtravit Tan. Faber etiam arbitro Petavio, dum queritur turbatum hic eſſe aliquid, atque etiam excidiſſe videri, ut hinc corrigat ac ſuppleat tanquam præſenti ope *Τὴν γὰρ ἀγχοτάτω χώρην οὗτος ὁ θεὸς καὶ κατ' ἥν τινα θέει*: istud poſtremum vero interpretatur PERCURRIT. Nihil bonum, nihil felix. Solummodo mutatæ in deterius duæ literæ.

97, 11. *Αἰθρίου τε ἐόντος τοῦ ἠέρος.*] Vox *ἐόντος* ab MS. ignoratur, nec videtur ab Herodoto veniſſe; qui ſi ſequi rationem istam in replendo ſermone et multiplicando illo participio nunc voluiſſet, haud dubie mox etiam ſcripſiſſet *καὶ ἀνέμων ἐόντων ψυχρῶν.* Sed et ibi omittit, et in prima parte omiſit, quum ſufficeret in medio poſitum, unde et præcedens et ſequens poſſet ducere, quod opus erat. Neque vero ista vertenda fuerunt *omne veris tempus ſit ſerenum*, quod ne ad rem quidem quidquam attinet, ſed *quum omni tempore circa hæc loca ſit aër ſerenus.* Aliud est *ἠὴρ*, aliud *ἔαρ*; item *ἠέρος* et *ἔαρος.*

97, 31. *Πολλὰν ὑποδεέστερος.*] MS. *πολλῷ*, ut paulo ante ex vocibus *αἰθρίου τοῦ ὕδατος* expellit medium articulum, ac bis refert *οἰκότως*, non *εἰκότως.* Non hæc magni momenti, ſed interest legere veteſtiſſima.

97, 34. *Τούτου αἴτιον.*] MS. *τούτων.* Sic quoque ſcripſiſſe auctorem cenſeo, vel propterea quod præmiſerat cap. 19. *τούτων ἂν πέρι.*

97, 36. *Διακαλων τὴν διέξοδον αὐτοῦ.*] MS. *αὐτῷ*, quod perquam videtur ingenioſum. hoc est, ſibi ipſi tranſitum candefaciens. Sed et paulo ante legit MS. ut notavit ex ſuis Stephanus, non *ξηρὸν ταύτῃ*, ſed *ξηρὸν τὸν ταύτῃ*; ac denique *διεξιόντα δ' ἂν μιν*, non *διεξιόντα δέ μιν.* Unde forſan particula *ἂν* expulſa fuit, quod eadem mox ſequeretur *ποιέειν ἂν τὸν Ἴστρον*, neque conveniret eandem repeti in eadem periodo. Sed id nihil est, quum paulo ante dixerit *ὁ ἥλιος ἂν ἀπελαυνόμενος —— ἴοι ἂν τὰ ἄνω* &c.

97, 47. *Οὐκ ἀποκνέει ἀπὸ τοῦ Νείλου.*] Tria poſtrema verba non occurrebant in MS.

98, 6. *Οὗτος δέ μοι παίζειν.*] Plenior MS. *δ' ἐμοί γε παίζειν.*

98, 22. *Εἰ ἄρα ταῦτα γενόμενα ἔλεγε.*] Rite has voces conſideravit magnus Caſaubonus, quum clauderet os Straboni inique in Herodotum invehenti lib. 17. p. 818., quaſi Herodotus ex ſe ista ſcriberet ac pro veris traderet, quum palam fateatur esſe hæc ipſi audita ex alio, atque etiam ſubdubitans de veritate istius hominis; quum interim illa quæ narravit, illuſtrare conatus fuerit Salmaſius in Plinianis Exercit. pag. 439. &c.

98, 23. *Οἷα δὲ ἐμβαλόντος.*] MS. *οἷα ἐμβαλόντος*, nec memini additam voculæ *οἷα* hanc adverſativam. Ab eodem mox *καταπειρητηρίην*, non *καταπειρατηρίην*, quam ſcripturam ignorat quoque Portus.

98, 29. *Τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε.*] Hæc eadem ſequuntur in fine capitis 31. Sed nunc MS. *ἀπὸ τούτου*, ut cap. 2. huius libri. *Ἀπὸ τούτου νομίζουσι* 1, 82. habes et *ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου* quod est etiam 2, 52. et *ἀπὸ τούτου.* Item 2, 14.

98, 32. *Διαδήσαντα.*] MS. *διαδήσαντας.* Id mutarunt, qui nimis religioſe intuiti ſunt præcedens participium *ἰόντι.* Quod participium in isto dativo quum addatur ex more loquendi, etſi notet nihil, ac posſit omitti, prout notavi 77, 14., non debuit aliquam normam præſcribere huic participio, quod videtur reſpicere duos homines, quos requiri indicat istud *ἀμφοτέρωθεν*, id est, vel ab utroque latere, vel ab prora et puppi, ut quocunque modo oporteat esſe duos, qui ſinguli funem navi alligatum teneant. Singularis numerus venit demum post enavigatam paludem ad oſtium Nili, quando unusquisque incedit ſibi.

98, 33. *Ἴξεται Φερόμενον.*] Longe melius in MS. *οἴξεται Φερ.* ut 1, 189. *Οἴχετο Φέρων.*

98, 39. *Ἀπίξεαι.*] MS. *ἀπίξαι.* Omnino recte; continuatur enim hoc ab præcedente verbo *διεκπλῶσαι*, ut ſit idem illi modus, ut idcirco minor diſtinctio interponi debeat, quam in editionibus contigit.

99, 1. *Διεξελθὼν δὲ τῇσι τεσσεράκ.*] MS. *δὲ ἐν τῇσι τεσσεράκ.* Ut cap. 32. *Διεξελθόντας δὲ χῶρον πολλὸν ψαμμώδεα, καὶ ἐν πολλῇσι ἡμέρῃσι* 4, 43. *Περήσας δὲ θάλασσαν πολλὴν ἐν πολλοῖσι μησί.* Ita ſolet hic auctor exprimere in his præpoſitionem. Mox in codice

dice MS. non legebam ἔπειτα ἵξεαι, ſed ἔπειτα ἥξεις.

99, 14. Τὴν μητρόπολιν τῶν Αἰθιόπ.] MS. τὴν μητρόπολιν τὴν Αἰθιόπων.

867 99, 15. Ὄνομά ἐϛι Ἀσχὰμ.] Sic quum præter codices ab Stephano inſpectos etiam reperirem in optimo libro, non debui dubitare, quin hoc verius foret præ vulgato Ἀσμάχ. Unde etiam exiſtimari potest, quam vitioſo Herodoti codice fuerit uſus Stephanus Byzantius, qui de Automolis agens novit Ἀσμὰχ, etiam Ταχόμψω potuit prima ſyllaba mulctare. Neque vero Valla debuerat ſcribere *quod verbum Græca in lingua idem pollet* &c. In ea quippe lingua nihil pollet, ſed dicit Herodotus eam vocem pollere, ac ſi Græce explicueris tales.

99, 24. Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρ.] Plane ut cap. 241. Σαναχάριβον βασιλέα Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρίων. Nunc tamen legitur tantum in MS. Ἀραβίων καὶ Ἀσσ.

99, 39. Διδοῦσι σφέας αὐτοὺς.] MS. σφέας ἑωϋτοὺς.

100, 3. Ἀλλὰ τάδε μὲν.] Omiſis duabus literis legit optimus MS. ἀλλὰ τὰ μὲν: quod etiam exhibui, modo id poſſit ſatisfacere ſenſui. Certe enim quum acrius conſidero, videtur latere aliud et clarius, nempe ἀλλ' ἅττα μὲν, quod 1, 197. dixit ἅσσα.

100, 5. Ἀπικέσθαι ἐς λόγους Ἑτεάρχῳ.] Sic ingenia medii temporis formarunt Herodotum, tanquam aptiore et amœniore futura eius hiſtoria, ſi amputatum foret, quod videri poſſet redundare. Exciderunt igitur tres voces περὶ τοῦ Νείλου ante vocem poſtremam, quas non ſervat niſi unica illa Medicea membrana. An laudabile id istorum librariorum factum? Nempe mox illæ tres voces ponuntur, ut certe videantur iam ſupervacuæ. Immo inſana eorum cura de Herodoto; qui recte illas voces nunc ſtatim ponit, ut ſignificet multa alia de isto fluvio in ſermone isto annotata fuiſſe et verſata, et quum in illis aliquamdiu ſe exercuiſſent, denique accesſiſſe quoque ad ſermonem de eius fontibus talem. Prima in colloquendo illis obvenerunt propria eius de exundatione, de feris in eo capi ſolitis, de limo et quæ ſunt alia eius generis; ſed deinceps quoque dixiſſe de fontibus, quomodo eos nemo noſceret. Quem ordinem quis negare auſit maxime eſſe naturalem? Cæterum quum ita prudenter rem illius temporis obſcuriſſimam conetur illuſtrare Herodotus arceſſendo qualiacunque narrationum auxilia, an is meritus fuit ita contumelioſe excipi, prout in illo ſtatuit Diodorus Siculus lib. 1. cap. 37. ſcribens? Ὅτι τὴν πρὸς τὴν ἕω τοῦ ποταμοῦ τούτου καὶ τὴν πρὸς ἑσπέραν Λιβύην ἀφορίζων Ἡρόδοτος ἀνατίθησι Λίβυσι τοῖς ὀνομαζομένοις Νασαμῶσι τὴν ἀκριβῆ θεωρίαν τοῦ ῥείθρου, καὶ φησιν ἔκ τινος λίμνης λαμβάνοντα τὴν ἀρχὴν τὸν Νεῖλον φέρεσθαι διὰ χώρας Αἰθιοπικῆς ἀμυθήτου· οὐ μὴ αὐτόθεν οὔτε τοῖς εἰποῦσι Λίβυσιν οὔτε τῷ συγγραφεῖ προσεκτέον ἀναπόδεικτα λέγοντι. Videbimus.

100, 19. Τῶν μακρότατα ὁδομένων.] MS. τῶν τὰ μακρότατα ὁδ.

100, 25. Καὶ τῶν ἐπὶ θάλασσαν κατηκόντων.] Sic vulgo creditur Herodotus ſcripſiſſe. At quæ differentia est inter eos, qui dicuntur κατὰ τὴν θάλασσαν παρήκειν, et hos, quos dicit τοὺς ἐπὶ θάλασσαν κατήκειν? niſi quod priores latius potuerint ſic habitaviſſe, interdum quoque nequaquam. Apparet clariſſime Vallam hic ineptiviſſe, dum agnoſcit oram maritimam omnem obtinere Libyas et eos qui ad mare incolunt. Toties enim deſcribere per eadem verba non est Herodoti, quem docet codex Mediceus ſcripſiſſe καὶ τῶν ὑπὲρ θάλασσαν κατ. Ita clarius agit de illis, qui ſupra mare pertinent. Et ſane ſic diviſerunt Africam.

100, 30. Ὕδατί τε καὶ σιτίοισι.] MS. ὕδασί τε. Et videtur Herodotus aliquid præbuiſſe plurali numero, unde 3, 52. dicit ἁλουσίῃσί τε καὶ ἀσιτίῃσι συμπεπτωκότα.

100, 39. Ἀνδρας μικροὺς, μετρίων ἐλάσσονας ἀνδρῶν.] Ita quum legatur ſummo conſenſu et in MSS. et in editis exemplaribus, neſcio qui contigerit, ut Caſaubonus ad Theophraſtum in Charactere τῆς μικρολογίας pag. 239., ubi temere effundit varietates emendationum, citaverit ἄνδρες μικρὸν μετρίων ἐλάσσονες ἀνδρῶν.

100, 43. Ἄγειν τε αὐτοὺς.] MS. ἄγειν τε δὴ αὐτοὺς, ut tractim magis incedat ſermo de ducendis peregrinis agens.

100, 45. Πάντας εἶναι.] MS. ἅπαντας εἶναι.

101, 12. Καὶ Πυῤῥήνης.] Maluit hanc vocem Valla deſcribere ex uſu ſui temporis, quam, quum tamen verteret Herodotum, ex huius ſcriptura eam exhibere duplicata litera r. In quo aberrat ab boni interpretis officio, et quam libenter Græci geminent istam caninam, ubi vulgaris uſus modo uſurpabat unam, docent Salmaſiana in Plinianis Exercitat. pag. 707.

101, 16. Τελευτᾷ δὲ ὁ Ἴϛρος &c.] Erasmus Vindingius iudicat hæc non ſatis commode interpretari Vallam, ſic reddendo: *Exonerat ſeſe Iſter, per univerſam Europam fluens, in Pontum Euxinum, quo in loco habitant Iſtriani Mileſiorum coloni*, in Hellene col. 419. Non magis ita Vallam increpat, quam ipsum Herodotum, cuius verborum ordinem detrectat ſervare; præſertim quum istud ῥέων ita obſepſerit Herodotus, ut noluerit aliis verbis coniungi, quam illis ſolis ἐς θάλασσαν τὴν τοῦ Εὐξείνου Πόντου. Hæc istud antecedunt, hæc ſequuntur, atque adeo in medio amplectuntur. Ille tamen inde eximit.

101, 24. Ἀντίη.] Etiam MS. Italicus aſſentiens codicibus Stephani præfert ἀντίον, quod iudicavi ſane recipiendum ob miram auctoris ad variandum propenſionem. Ut plane ſic ista quidem conveniant. Cæ- 868
terum conſtructio Herodotea omnino videtur intercedere; et quum gratulari nobis liceat invento errore calami librariorum, quo adiectivum poſuerunt in vicem adverbii, ſtatui oportet istud ἀντίον non in hoc loco reponi debere, ſed in loco præcedente, ubi dicitur de Ægypto, τῆς ὀρεινῆς Κιλικίας ἀντίη κέϛαι. Illic reſtitui debet ἀντίον, quum in vago aberraverit aut Stephani ipſius aut typothetarum manus. Cauſa est, quod perpetuo Herodotus illud adverbium conſtruit cum genitivo, quem illic vides; at adiectivum ἀντίος cum dativo. In capite 2. huius libri. Μηδὲν ἀντίον αὐτέων μηδεμίην Φωνὴν ἰέναι 1, 72. Θαλάσσης τῆς ἀντίον Κύπρου. Adde Portum.

101, 26. Πέντε ἡμερέων ἰθεῖα ὁδὸς εὐζώνῳ ἀνδρί.] Loco hoc iam fuit uſus Voſſius ad Scylacem vel illuſtrandum vel emendandum in capite de Cilicia. Sed Herodotea adſtricta ſunt certis conditionibus, quas advertere eum oportet, cui non placet aſſentiri Herodoto: id quod requirebam ab Scymno Chio, qui ſuſtinuit verſus ſuos inquinare hoc cavillo; ὁ δ' Ἡρόδοτος ἔοικεν ἀγνοεῖν λέγων, Ἐκ τῆς Κιλικίας πέντε ἡμερῶν ὁδὸν εἰς Πόντον, quum ipse ſtatuat esſe ſeptem dierum, nulla habita commeantium, quorum gradus ſolet esſe diverſus, ratione; ut nihil ſit cur isti verſificatori cedat Herodoti numerus. Sed et univerſa hæc contemplatio Herodotea aut ludibrio exponitur, aut attenuatur vocibus inde ſubducendis ἡ δὲ Αἴγυπτος τῆς ὀρεινῆς Κιλικίης μάλιϛά κη ἀντίη κέϛαι· ἐνθεῦτεν δὲ ἐς Σινώπην τὴν ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ πέντε ἡμερέων ἰθεῖα ὁδὸς εὐζώνῳ ἀνδρί· ἡ δὲ Σινώπη τῷ Ἴϛρῳ ἐκδιδόντι ἐς θάλασσαν ἀντίον κέϛαι; et in libri 4. caput 47. transferendis ab Tan. Fabro Crit. Epiſt. 8, quum ei occaſio esſet ad id patefacta ab Ludov. Fabricio, Viro Doctiſſimo. Sed lepidiſſimus ille Faber non cogitat, quam pauca montium per Hiſpaniam et Galliam diſtincta nomina aut exſtiterint etiamnum isto tempore, aut deportata fuerint in alias regiones ad notitiam peregrinorum: ut ſi idcirco tractum montanum ab Pyrene ſecus Galliam ex Alpibus ductum, et ſic pariter Abnubam (haud dubie locale nomen) incluſerint appellationi Pyrenes, mirari non oporteat. Porro Celtas non ſtatuit Herodotus *ultra Herculis columnas*, ut ait pag. 28. Quid hoc est? aut quo reſpectu ita loquitur, quum antea dixerit *extra columnas H.* et ſic dicit Herodotus, et quid ſignificetur, optime intelligitur, perinde ut Γάδειρα ἔξω ἐπὶ Ἡρακληίων ϛηλῶν dicuntur 4, 8. Sic de Celtis loqui nequibat, quia ſunt remotiores, et demum ſequuntur Cyneſios vel Cynetas, ut non conveniat de illis dicere ἔξω ἐπὶ Ἡρ. Sed bene ἔξω. Geographia Græca non gaudet illa diviſione ultra vel citra columnas Herculis poni, ſed intra vel extra. Quid igitur obſcœnius Fabro, quum dicit pag. 31. *Illum quidem Herodoti locum de Celtis ultra Herculis Columnas poſitis fateor mirabilem esſe.* Ipse mirabilem facit. Sed Herodotus ſuo ævo nequibat melius exprimere ſitum istorum. Iam vero ſtatuere videtur ſeveriſſimus Muſarum Faber, quaſi non liceret interdum iocari, et cogitationem undecunque ortam et qualemcunque lætabunda et familiari velut declaratione amplecti; nec concedit, ut qui comparavit Ægypti veteris ſinum cum ſinu Arabico, et cogitavit eum verſa in illum aliqua Nili eluvie poſse ita ſiccari et aggerari, ſicut aggerata est Ægyptus, idque intra eum annorum numerum, de quo nullus ſe ſollicitat, ut res ſane ſit momenti nullius. An illi non concedet eloqui, quid ſpeculatus ſit mente ociosa de Nilo et Iſtro? præſertim qua in parte multum conveniant? et quum ſit ista ætas, qua curſum Rheni nemo forſan fuerat ſequutus, in hoc hærere, ut ſicut Nilus perluit omnem Africam, ita Iſter univerſam Europam perfluat, nempe quam habitari ſciebat. Hæc qui poſuit, an illi non licebit etiam tranſire ad locum istum ornandum de ſitu ipso aut

commoda ratione itineris ex Ægypto per litora maris circa Syriam in Asiam et hinc profectionis terrestris ex Cilicia ad Sinopen, unde per camaras recta erat vectura per Pontum ad Istri ostia? Quid vult Faber, quum Danubium ponit? Ignotum istud nomen Herodoto et illi tempori, quo consideratur similitudo Nili et Istri. Removeri hinc debet ista appellatio. Quis scripsit *hinc recta rectum iter?* Denique quod scribit illa non posse videri ipsi ab Herodoto scripta hoc quidem loco, sed ex libro 4. circa finem sectionis xxxvi. et xxxvii. huc transmota, peto ut quis inspiciens hæc duo capita monstret aliquam concinnitatem inserendi. Nullo modo illuc transmoveri queunt, sed aut Faber in scribendo, aut typographus in numeris ponendis deliravit. Non erat necesse duorum capitum numeros citare; quod simile his est, occurrit in fine capitis 49. Quum eximius ille in Italia codex omnino nihil mutet, nullum tantæ transpositionis indicium præbeat, non opinor aliter Herodotum scripsisse, quam prout in editionibus exhiberi solet.

101, 31. Ὅτι πλέω θωϋμάσια ἔχει ἢ ἀλλη.] MS. ὅτι πλεῖσα θωμάσια ἔχει.

101, 40. Τφαίνουσι οἱ μὲν.] MS. ὑφαίνουσι δὲ οἱ μέν. Quæ necessaria est particula et solita in talibus iterationibus verborum apponi, ut 1, 137. Αἰνέω μέν νυν τόνδε τὸν νόμον: αἰνέω δὲ καὶ τόνδε. Facile ignoscimus Salmasio in his verbis citandis cum vulgo particulam istam omittenti ad Flavium Vopiscum pag. 401. ubi docet quid sit ἄνω vel κάτω ὑφαίνειν.

869 102, 4. Ξυροῦνται.] Ita plane legitur Florentiæ, non ξυρεῦνται, quod edidit Aldus, nedum ξηρεῦνται, quod sic corrupit Stephaniana editio anni 1592. et Iungermanniana, tanto inanius, quia mox sequitur ἐξυρημένοι. Et locum hunc lumine suo illustrat Salmasius in Epistola de Coma pag. 541. Mox idem codex habet simpliciter ἀπὸ πυρῶν καὶ κριθέων ὅλλοι, non πυρέων, et seq. cap. redit ξυρεῦνται, nisi et illic eodem modo habeat MS. codex, etsi annotare supersedi.

102, 29. Νόμοισι τοιοῖςδε.] MS. vere Ionicum habet, τοιοῖσί δε. Tum MS. idem διασμῶντες, non διασμέωντες, quod quinquesyllabicum agnoscebat Portus.

102, 36. Μήτε φθεὶρ μήτέ τι ἄλλο μυσαρὸν μηδέν.] Quis locus in his particulæ τι, quum sequatur μηδέν? Huic utique illud est inclusum. Itaque recte legit optimus MS. μήτε φθεὶρ μήτε ἄλλο.

102, 41. Λοῦνται δὲ δὶς τῆς ἡμέρας ἑκάστης ὕδατι ψυχρῷ.] Proba lectio, nec potest dubia esse, quum ad lavandum aqua requiratur, unde etiam 4, 75. de Scythis: Οὐ γὰρ δὴ λοῦνται ὕδατι τοπαράπαν τὸ σῶμα. Attamen in MS. optimo non exstat vox ultimam antecedens, et possum credere eam ab Herodoto non venisse, qui forsan alludere voluit ad ψυχρολουσίαν et ψυχρολουτεῖν, atque etiam sic ut solet forsan alibi substantivum inserere, ita quoque scio interdum solitum oblivisci. Sic 1, 132. placuit ei dicere ἐς χῶρον καθαρὸν ἀγαγὼν τὸ κτῆνος, at eiusdem libri cap. 203. tantum profert διὰ καθαροῦ.

103, 4. Τῶν εἷς ἐσι ἀρχιερεὺς.] An sic Ionem ostendunt Herodotum? et a quo paulo ante dicti sunt ἱρέες et mox repetetur ἱρέων, nunc illorum primus sic vocabitur? Nefas id quidem, et hinc pateat fides optimi MS. ἀρχιέρεως exhibentis. Cap. 142. dicitur ἀρχιρέας. Paulo ante probavi verbum πατέονται, quod ut traditur ab MSStis libris Stephani, ita ab Mediceo.

103, 15. Περὶ τὰ κέρεα ἐλίσσων.] MS. εἰλίσσων· et dein: ὅκου ἂν θύωσι, non θύσωσι. Recte utrumque.

Ibid. Γῆν σημαντρίδα ἐπιπλάσας.] Genus scilicet natum in Ægypto aut certe illic paratum, non advectum aliunde. Mos enim iste videtur recidere in tantam vetustatem, ut omnem peregrinationem ignoret. Salmasius tamen longe aliter sustinet intelligere scribens in Plinianis Exerc. pag. 80. [Creta signabantur olim epistolæ, de quo more nos alibi —— Ἐρετριάδα γῆν vocat Dioscorides. Herodotus σημαντρίδα γῆν appellat, qua epistolæ et res aliæ signabantur.] Non est ullo genere credibile has duas appellationes convenisse iam tunc in Ægypto uni cuidam speciei illic usurpari solitæ, et quæ illuc ex Eubœa advehere-tur.

103, 22. Ἐπισπείσαντες καὶ ἐπικαλέσαντες τὸν θεὸν.] Explicat ad amussim ex superstitionis illius solennitate Valerius Maximus 2, 6, 8. *Diffusis Mercurio delibamentis et invocato numine eius.*

103, 24. Σῶμα μὲν δὴ τοῦ.] Nulla hic concinnitas est voculæ δὴ. Itaque etiam MS. σῶμα μὲν τοῦ. Tum statim MS. κεφαλῇ δὲ κείνῃ πολλὰ κατηρασάμενοι, non δὲ ἐκείνου. Quæ necessaria est immutatio, modo sequentia adhibere et Herodotum narrantem audire volumus. Ipsa hæc verba Latina fecit poëta: *Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat.* Huc confer, quæ dixi ad 63, 20.

103, 26. Ἐπίδημοι ἔμποροι.] Non male: nec tamen peius est, quod exstat in optimo MS. ἐπιδήμιοι. Imo sine dubio probabilius, quum testimonium habet codicis, cuius est explorata fides, et calamo Herodoti videatur placentius ex illis, quæ allata ad 9, 21.

103, 27. Ἀπ' ὧν ἔδοντο.] Quasi media vocula foret pronomen, tum Stephanus, tum Iungermannus, tum Th. Gale ediderunt ὧν, certe perperam: sed caveri oportet ab talibus sæculum iam superantibus.

103, 42. Ἐπὴν προνηςεύσωσι τῇ Ἴσι καὶ ἐπὴν κατεύξωνται, θύουσι τὴν βῶν, καὶ ἀποδείραντες, κοιλίην μὲν κείνην πᾶσαν ἔξω εἶλον.] Locus hic est pars conspicua gloriæ Henr. Stephani, quam non modo abstulit, sed abstulisse gavisus fuit et venditavit ex labore et docto et ingenioso, quo is Herodotum vel universum vel in hoc potissime loco, ubi legebatur προνηςεύσωσι τῇσι καὶ, ornare annisus est et sane ornavit: eiusque tanta dedit indicia, ut nunquam possit exolescere, nedum ut ego coner exterere ullo modo aut abstergere. Verum agitur causa Herodoti, unius haud dubie ad iuvanda studia validissimi scriptoris, quem omni vita veneratus sum et cummaxime salvum esse cupio. Inspicias igitur Prolegomena oportet ipsius Stephani pag 30., quæ incurrit in huius editionis paginam 740., et quod decus ille attulerit, ex verbis eius discas. Nam præterquam quod non concoquerem istud τὴν βῶν, quum ubique Herodotus non noverit nisi βοῦν, tum cur scriberet mox αὐτοῦ λείπουσι ἐν τῷ σώματι, non assequebar. An αὐτοῦ foret adverbium loci? atqui illa ἐν τῷ σώματι id explent. Iohannes Fronto in Dissertatione de cultu sanctorum tantum citat, prout ante Stephanum legebantur, et intelligit *post ieiunia ei preces sacrificant*, nimis quidem adstricte. Iam vero unde ista omnia processerint, difficilis sane investigatio est Sed pro iis legebam in codice Mediceo, ἐπεὰν ἀποδείρωσι τὸν βοῦν κατευξάμενοι κοιλίην μὲν ἐκείνην πᾶσαν ἐξ ὧν εἶλον. Hic quæritur, utrumnam ex iis videatur esse Herodotea manus. Et ego quidem non dubito, quin quam inepta et spuria sint retro vulgata, tam vera et eximia 870
sint, quæ nunc ex MS. produxi. Primo quidem verosimilus est mentionem Isidis postea demum factam, ubi eam describit, ut fieri solet. Deinde quod vulgata id absurdi importent, quod bis sine causa ulla dicant idem: quid enim aliud sonant ista sequentia προνηςεύσαντες δὲ θύουσι. Ita quum θύειν Herodotus non accipiat de aliis præparatoriis, sed de sola sacrificii ante præparati missione in ignem (nam id ostendunt sequentia καιομένων τῶν ἱρῶν) non possunt priora, in quibus itidem dicitur θύωσι, Herodoti esse. Tertium est haud dubie firmissimum argumentum ex ratione phraseos ἐξ ὧν εἶλον· quam quum vulgata neglexerit, immutaveritque, merito pronunciamus eam videri degeneravisse ab simplicitate ac sinceritate genuina. Est enim id purum putum Herodoti, ut docent vel solius huius libri exempla. Sic præter id quod modo anteiit, infra cap. 86. Παραςχίσαντες ἐξ ὧν εἶλον τὴν κοιλίην πᾶσαν. Cap. 96. Ἔσωθεν δὲ τὰς ἁρμονίας ἐν ὧν ἐπάκτωσαν τῇ βύβλῳ. Cap. 122. Φάρος ἐξυφήναντες οἱ ἱρέες κατ' ὧν ἔδησαν ἐνὸς αὐτῶν μίτρῃ τοὺς ὀφθαλμούς. Ita apte et non inelegantер invertit propositionem suam Herodotus, et quum promisisset de maxima Ægyptiorum dea, et de maximo eius festo se narraturum, primo describit ordinem sacrificii, et tum de dea ipsa agit, sermone bene congruo ac perfecto.

104, 7. Καθαροὺς ἔρσενας τῶν βοῶν.] MS. καθαροὺς βοῦς τοὺς ἔρσενας.

104, 19. Τρόπον τοιόνδε.] MS. τόνδε. Item MS. σημῆιόν εἶνεκεν, non εἵνεκα.

104, 25. Προσωπίτιδος καλεομένης.] MS. καλευμένης.

104, 27. Ἐν ταύτῃ δὴ ὢν.] MS. ἐν ταύτῃ ὤν, quum male moretur lectorem ista particula.

104, 32. Ἐς ἄλλας πόλιας.] MS. πόλις, etsi antecesserit nominativus πόλιες.

104, 35. Τ' ἄλλα κτήνεα ἅπαντα.] Ab MS. exulat vox postrema, neque potest ullo prætextu desiderari. Mox omnino MS. Mediceus consentit cum codicibus Stephani in Διὸς Θηβαίου ἵδρυνται ἱρὸν. Nec licet tum lib. 1. cap. 182., tum infra cap. 54. dicat Διὸς Θηβαιέος, ideo nunc id quoque usurpandum est contra MSS.

104, 38. Οὗτοι μὲν πάντες.] MS. οὗτοι μὲν νῦν πάντες.

104, 43. Ὅσοι μὲν δὴ τοῦ Μένδητος.] MS. ὅσοι δὴ τοῦ Μενδ. Et recte, quum sit quædam apodosis priorum ὅσοι μὲν δὴ Διὸς Θηβαίου &c.

104, 49. Τέλος ἐπείτε.] MS. τέλος δὲ ἐπείτε. Sic passim, et hoc libro c. 139. ista iungit. Postea MS. ἐπι-

ἐπιδέξαι, non ἐπιδεῖξαι: quum interim in medio rursus bene conveniat inter codices MSS. Stephani, in quibus ille reperit non προεκθέσθαι τε, sed προέχεσθαί τε, et exemplar Mediceum similiter exhibens, quod longe elegantius, quum verbo προεκθέσθαι non ita utantur. 1, 141. Ἀκούσας αὐτέων τὰ προέσχοντο 2, 30.

105, 7. Φωνὴν μεταξὺ ἀμφοτέρων νομίζοντες.] Hanc usurpationem verbi νομίζειν cur raram vocet Franc. Vigerus (sic enim facit in libello de idiotismis Græcæ dictionis pag. 179.) non intelligo, quum in Herodoto solo eam abundare pateat exemplis ab Porto collectis.

105, 18. Ἥκουσα ὡς εἴη.] MS. ἤκουσα ὅτι εἴη. Sed et MS. constanter retinet Ἡρακλέους.

105, 25. Ἐν δὲ δὴ καὶ τόδε] Voluerunt replere sermonem, perinde ut meminerant sæpe occurrere in hoc scriptore ἐν δὲ δὴ καὶ τόδε ut 3, 38. 1, 185. Sed aliud in hoc loco est, et oportet νήφειν. Itaque quum MS. Mediceus tantum præbeat ἓν δὲ καὶ τόδε, libens accedo ad expellendam istam voculam δὴ, ut sæpe iam contigit.

106, 1. Σμαράγδου λίθου.] MS. μαράγδου: de quo necesse non est, ut hic verbum proferatur, quum iam bis Salmasius in Plinianis Exerc. agens de Græcæ literaturæ hac parte, quæ licentiam dat literæ sibilanti, ut modo præponatur, modo absit, in neutro versari potuerit, quin vocis μάραγδος exemplum insereret. Utinam ille scivisset hanc Herodoti manum! Locus enim hic conspectissimus est ob notitiam istarum columnarum, unde non dubitavit Tristanus Sanctamantius tomo primo pag. 493. agens de columnis Tyri Ambrosiis tum citare, tum afferre ipsa hæc verba exscripta et interpretari *resplendissante a merveilles dans l'obscurité de la nuict.* Insuper hinc animadvertas eum lectum fuisse ab Huëtio multa super columnis agitante in Propositione IV. pag. 152. Sed qui suam rem agit, et columnas notat: Herodotum nisi nomine non tangit. In quo tamen asper scrupulus paulo ante offenderat Tan. Fabrum in eo quod additur ab auctore λάμποντος τὰς νύκτας μέγαθος, quod non potuit, certe non debuit Valla interpretari *maiorem in modum.* Verum iste sic arbitro sumpto Petavio statuit [Quis dubitet, quin ibi legendum sit μεγάλως? Quamvis enim vox Ionica sit et Herodotea τὸ μέγαθος pro communi μέγεθος, tamen vitium erit in oratione, nisi legatur μεγάλως, id est, δεινῶς, σφόδρα, πάνυ. Hunc errorem typographi arbitrarer, nisi Sylburgianam editionem cum Stephanica consentientem viderem.] Sic omnes priores adorsus ille Faber negat Græca novisse. Debuerat tamen ipse etiam scrutari et scire quid actum esset. Nam hæc ipsa conscripsit in Lexico suo Æmil. Portus [Interdum μέγαθος adverbialiter poni videtur pro μεγάλως, ut λάμποντος τὰς νύκτας μέγαθος *Noctu valde splendentis.*] Et ad hanc traditionem subtimide notat Stephanus in Thesauro [Sed affertur ex Herodoto μέγαθος positum etiam adverbialiter pro *Maiorem in modum.*] Nec scio an ludibrii causa; certe nihil ipse quidquam decernit. MS. Mediceus nihil mutat. Ipse cogitavi multa; sed forsan frustranea. Utique λάμποντος satis est, et toties apud auctores occurrit λάμπειν sine adverbio aut termino fulgoris, ut hinc etiam iure possit abesse: neque enim credo Fabrum dicere velle ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου. Itaque opinari quis posset excidisse rem, cui splendorem istum comparat. Id solet dicere auctor μέγεθος ὅσον — ut 1, 199. Ἀργύριον μέγαθός ἐστι ὅσον ὤν. Huius libri c. 76. Μέγαθος ὅσον κρέξ· c. 175. Ὅσων τε τὸ μέγαθος λίθων ἐστὶ· 4, 177. Μέγαθος ὅσον τὸ τῆς σχοίνου· et Μέγαθος ὅσον τε πάντη πηχυαῖον pro quo dicit in cap. 92. μέγαθος κατὰ μῆλον. Sed quum nuspiam Herodotum suum et lectorem destituat castitas Medicei libri, cur id nunc ab eo factum imaginabimur in loco tam claro? Nihil enim deest, et rectissime se habent vulgata, ἡ δὲ, μαράγδου λίθου, λάμποντος τὰς νύκτας, μέγεθος, ut aurea illa columna potuerit quomodocunque fuisse facta; at hæc altera non fuerit, nisi maragdi lapidis magnitudo, qui per noctes illic luceret. Μέγεθος ad oppositionem aureæ, quæ ex partibus fuit coagmentata; smaragdina constiterit ex uno nativo lapide, cuius tamen magnitudo celebraretur.

Ibid. Ὡς δὲ αὐτοὶ λέγουσι, ἔτεά ἐστι ἑπτακισχίλιά καὶ μύρια ἐς Ἄμασιν βασιλεύσαντα.] Hinc scribitur in Ægyptiis Originibus p. 17. [Nam ab Hercule, qui secundis Diis adscribitur, usque ad Amasin, XVII. millia numerari tradit lib. 11. cap. 43.] nempe Herodotus. Tanquam iactavisset se inspexisse ipsos annales, et hinc traderet numerari. Quam procul hinc distat mens Herodoti? satis patefacta per quartum verbum citationis, quam præmisi, ut certe scias totum hoc esse Ægyptium.

106, 8. Τριηκόσια καὶ δισχίλια.] Hic locus quum signatus inter primarios emineret in abacis chronologorum, etiam nequivit prætermittere eminens ille Cardinalis Norisius, mihi et aliis nimium cognitus. Cupiebat enim Græca discere, ex quo Pisas venerat. Itaque Herodotum quoque inspexit et hæc verba, ut fatetur in Epochis Syromacedonum Dissertat. IV. cap. 2. ubi ita scribit „ [Herodotus lib. 2. narrat se Tyrum eo consilio profectum, ut Herculis, cuius antiquissimum ibidem templum celebrabatur, originem ac vetustatem nosceret, sibique a sacerdotibus Tyriis responsum fuisse, urbem una cum templo exstructam: *esse autem a Tyro condita bis mille ac trecentos annos.*„] De his post nonnulla interposita censet more suo, quo et homines et res susque deque habens, omnia coniiciebat in risum [At fabulosam suæ urbis antiquitatem memorati sacerdotes iactaverint.] In his quod scribit de origine noscenda, nihil prorsus exstat in Herodoto, ubi modo rogatur ὁκόσος χρόνος, non etiam ὅθεν: nec responderunt sacerdotes urbem una cum templo exstructam, sed templum pariter cum urbe exstructum. Interim nihil iste distinguit, utrum de Palætyro intelligat et templo Herculis in continente, an vero de insula. Cæterum mox MS. idem ἱδρυνθῆναι, non ἱδρυθῆναι.

106, 12. Ἀπικόμενος δὲ καὶ ἐς Θάσον, εὗρον &c.] Non absurda quidem ista, sed longe melius distincta hæc disputatio et concisa lenius ad Herodoti genium in MS. ἀπικόμην δὲ καὶ ἐς Θάσον, ἐν τῇ εὗρον.

106, 14. Καὶ ταῦτα καὶ πέντε.] Hoc ipsum testatur codex optimus profectum esse ab manu Herodoti, et nihil aliud, quum vulgo posterius καὶ omittatur, quod interponi debet diversa notione. Quo iam dicit Herodotus utique quinque ætatibus anteriora esse, si non pluribus. Atque utinam hæc possint placare viros eruditos! Sed sunt asperiores, utpote chronologi: Hinc ad Harpocrationem pag. 144. scribit Mausacus ex sua coniectura restituendum καὶ ταῦτα δέκα γενεῇσι, „ impuros enim librarios ex ι fecisse ε, et nobis crassissimum hunc errorem in textum purissimum et purgatissimum Herodoti intrusisse.„ Ohe! Modestius Lud. Nonnius in Goltzii Græciam p. 236. ætates ac generationes fabulares recensет, Herodotum adducit ac discrepantiam proponit, secutus nempe per omnia Scaligerum in Animadversionibus pag. 37.

106, 19. Δικὰ Ἡράκλεια.] Hæc lumine quodam adspergere conabatur Cornelius Tollius in notis ad Palæphatum, ex sententia Taciti, qui credebat omnia ubique magnifica in claritatem Herculis ex consensu referri, et hinc ab Herodoto cognosci Olympium et Græcum Herculem. Atqui certe Thasium Herculem pro Græco bona fide habuit Lysander, quando asylum eius reveritus et parcens Thasiis ex factione Attica illuc refugientibus scribitur ab Polyæno dixisse ἐν Ἡρακλέους πόλει τοῦ Πατρῴου, sic agnoscens patrium Spartæ numen et Thasi idem.

106, 45. Γράφουσι δὲ δὴ.] Connexio iunctior est in MS. γράφουσί τε δὴ. Deinde iunctim sequi vides γλύφουσι οἱ ζωγράφοι καὶ οἱ ἀγαλματοποιοὶ, τοῦ Πάνδς, κατάπερ Ἕλληνες. τὤγαλμα αἰγοπρόσωπον. Nihil poterat legi mollius et concinnius: nam bene illud γράφειν refertur ad ζωγράφους, et γλύφειν ad ἀγαλματοποιούς; ut quicunque ista legeret, frueretur tam concinna convenientia. Id quod adiuvabat lenissime Stephanus per tot commatum distinctiones, ne ab aliquo ista legente cogitarentur dici ab Herodoto ζωγράφοι καὶ ἀγαλματοποιοὶ τοῦ Πανὸς, sicut in editionibus Aldi et Camerarii ista coniunguntur, ita ut sequantur κατάπερ Ἕλληνες τ' ὤγαλμα, αἰγοπ. quæ aliter separavit Stephanus in lectoris commodam gratiam. Neque enim quisquam hiscere sustinuit de importuna interpositione vocum κατάπερ Ἕλληνες inter illa quæ connecti oportuit Πανὸς τ' ὤγαλμα, quia interdum simile occurrit apud alios scriptores. Sed ridebis opinor hæc omnia, ubi intellexeris in veterrimo codice MS. pro illis tantum exhiberi γλύφουσι οἱ ζωγράφοι, τοῦ Πανὸς τ' ὤγαλμα κατάπερ Ἕλ- 872
λήνες αἰγοπ. Omnino apparet alienas manus iniuriam attulisse huic loco, quali γλύφειν cum ζωγράφοι non conveniret: unde addiderunt etiam ἀγαλματοποιοὺς tanquam opificum genus, quod proprie pertineret ad τέχνην γλυφικὴν, quum nihil vetet utrumque ad ζωγράφους respicere, et sub his solis comprehendere quoscunque opifices ad effigies parandas, sicut mox pro utroque hoc verbo ponit unum γράφειν· ὅτευ δὲ εἵνεκα τοιοῦτον γράφουσι αὐτόν.

107, 2. Πάντας τοὺς αἴγας.] Nulla ex MSto mihi notata varietas, unde oportuit relinqui. Sola Camerarii editio habet πάντες, ex industria an errore nescio; certe nulla est causa sic mutandi. Sed signavit hunc locum H. Stephanus in Thesauro.

107, 7. Τῷ Μενδησίων νομῷ.] Si modo ita scripserit

He-

Herodotus, etsi nihil possim afferre ex MS. Utique cap. 42. dicit νομοῦ τοῦ Μενδησίου. Ex hac norma deberet hic legi τῷ Μενδησίῳ νομῷ, quod opinor ab Herodoto scriptum esse.

107, 13. Αὐτοῖσι τοῖσι ἱματίοισι ἀπιὼν ἔβαψε ἑωῦτὸν βὰς ἐς τὸν ποταμὸν.] Aut non intellexerunt viri docti hunc locum, aut si id contigit et acquiescere potuerunt, debuit eis Herodotus videri stolidus scriptor, qui eandem rem sic ter exprimit. Nam dum dicit ἀπιὼν ἔβαψε, illud participium nequit explicari nisi in fluvium: sed et deinde ἔβαψε ἑαυτὸν manifeste respicit non aliam aquam, quam Nili: denique βὰς ἐς τὸν ποταμὸν, idem facit, quod ἀπιὼν, quod βάψας ἑαυτὸν. Itaque nihil futilius vel hoc scripto, vel his lectoribus: quos inter vanissimus est Claud. Dausqueius ad Silii Italici librum 3. ita citans: ἤν τις ψαύσῃ αὐτῶν παριὼν ὑὸς αὐτοῖς, τοῖς ἱματίοισι ἐπιὼν ἔβαψε ἑωῦτὸν βὰς ἐς τ. π. Nam βὰς ἐς τὸν ποταμὸν non est *ad flumen*, aut ripam eius, sed *in illud*. Sæpe et attente hunc locum ab Huetio lectum fuisse docet eius Propositio quarta, ubi plurima de suilla carne profert, sed satis nota et nimis crebro dicta; verum is Græca non tangit, contentus summas rerum libavisse, et dum scopo suo inservientem Herodotum honore citationis dignatur, mutui auxilii comitatem non impertitur. Tanta fœditas ergo ut tandem abstergatur, egregium esse patet et ultra quam expectari poterat, quum pro isto insulso participio ἀπιὼν codex optimus restituit ἀπ' ὧν ἔβαψε, quod genuinum Herodoti esse patet vel ex paulo ante conscriptis. Deinde pergit ἀπ' ὧν ἔβαψε ἑωῦτὸν βὰς ἐπὶ τὸν ποταμ. Nam in fluvium intravisse continetur in verbo Ἔβαψε, quod aliter fieri nequit. Itaque dicit fore, ut eat ad fluvium, et quum venerit, in eo se mergat.

107, 19. Ἀλλ' ἐκδίδονται οἱ συβ.] Mollissimam connexionem interponit MS. ἀλλ' ἐκδίδονταί τε οἱ συβ. Quod deinde Stephanus ex MSS. suis proposuit, ἐν τῇ ἂν τὰ ἱρὰ θύωσι, firmat liber Mediceus, et probius est, quam vulgatum θύωσι.

107, 41. Πλὴν χοίρων.] Sicut duplicem fortasse sensum patiuntur apposita verba cum vicinis, et vix decernas, utrum de alio Bacchi festo, ut intellexit Valla, an potius reliquam festi eius unius solennitatem intelligat auctor, prout intelligendum statuit Stephanus; ita sane scio hæc de porcis porcina vere et sui nominis esse. Nam sive de eodem festo accipias, id quod esse opinor verisimilius, satis Græci videbant, ex narratione, quam de porci mactatione iam fecit, Ægyptios alio ipsis modo Dionysia celebrare, ut id tam præposteræ inculcationis velut ἐπιμέτρῳ monere non deberet. Si de alio festo interpreteris, utique si in illo etiam porci mortem spectari Ægyptiis superstitio imperasset, id nullus dubito, quin Herodotus non ita negligenter transiluisset, ut tantum obiter annotaret convenire in aliis Dionysiis Græcos et Ægyptios præterquam in porco: ex qua relatione nescias a quibusnam horum mactari adsuesse porcum Herodotus innuat. Itaque aliud rursus discrimen inter Ægyptia et Græca Dionysia refertur, ut post narratam in porci mactatione cærimoniam dicat Herodotus in reliquis convenire, nisi quod in uno etiam adhuc differant. Id quale sit, præclare mihi patefecit MS. Mediceus, ex quo idem alios doceo, corrigendo πλὴν χορῶν. Nempe eadem utrisque hilaritas adest, nebrides, clamor &c. nisi quod choros non ducant Ægyptii, quum Græci præsertim in Bacchi festo eos duxerint alludente satis Propertio in prima elegia libri tertii, tum teste Dionysio Alexandrino, Καὶ μετὰ Ληναίων ἱερὸν χορὸν ἐσήσαντο &c. Sed cur in citando ad hunc hæreo, quum tota Græcia vetus id hodieque clamet, causamque hanc adeo feliciter consummaverit maximus Casaubonus in origine Satyricæ poëseos? Cæterum tales Græcas solennitates annotare solet Herodotus. Sic de Babyloniis c. 191. Τοὺς τὰ μέσον οἰκέοντας τῶν Βαβυλωνίων, οὐ μανθάνειν ἐαλωκότας, ἀλλὰ (τυχεῖν γάρ σφι ἐοῦσαν ὀρτὴν) χορεύειν τε τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ ἐν εὐπαθείῃσι εἶναι. Nam dum id memorat, pariter declarat choros illis usitatos fuisse. Contra de festo Ægyptiorum primario in Bubasto ait c. 60. eos crotalis, tibiis, cantu, plausa manuum, dicteriis, saltu, revelatione obscœna recreari: nil de choris. Hinc 5, 67. Τὰ πάθεα αὐτοῦ τραγικοῖσι χοροῖσι ἐγέραιρον· τὸν μὲν Διόνυσον οὐ τιμῶντες, τὸν δὲ Ἄδρηστον, ubi adde caput 83. Hoc igitur quum sit liquidum specimen, quo priscæ fidei codex arguit eos, qui ex voce genuina χορῶν simul in fœdatis membranis scripserunt, simul ediderunt per typos χοίρων, certissima ab
873 eodem aperitur via ad Æliani emendationem confirmandam, qua in libro 2. Var. Hist. 11. Holstenius similiter χορὸν restituit pro vulgato χοῖρον, ubi profert iste auctor dictum Socratis simile illis iambis, quos teste Diogene Laërtio συνεχὲς ἀνεφθέγγετο·

Τὰ δ' ἀργυρώματ' ἐστὶν ἥτε πορφύρα
Εἰς τοὺς τραγωδοὺς χρήσιμ', οὐκ εἰς τὸν βίον.

Ad quæ tacentibus aliis scribit Menagius [Cuius sint isti Iambi, dicat alius] Absurda negligentia, quum diu iam dixerit Stobæus serm. 222. esse ex Philemonis Βουτημένῳ p. 736. in laudatione agri et eius culturæ, nisi quod illic dicit elegantius εὔθετα, non χρήσιμα. Sed ut dixi, obtinet Holsteniana coniectura eximiam hinc confirmationem. Non tamen in ea re agi oportet temere. Nam licet simile sit, quod tentavit in Herodiani libro 3. Tanaq. Faber, sicut prodit in epistola ad Patrem meum scripta, quæ est in prima ista collectione num. 76. ὡς χοίροις αὐτοῦ μᾶλλον ἁρμόζειν τὸν βίον ἢ φάλαγξιν, quæ deridet quidem etiam, sed risu Sardonio et ipsius negligentiam aperienti, iocatus rem egregie comparatam *porcos et instructam aciem*, quasi non paulo post in parte secunda epist. 63. scripsisset *reges et exercituum ductores asinarii videantur*, de qua comparatione mentem quoque suam patefecit Vossius ad Melæ librum 2. de Thracia in principio. Et quid in hac parte præstant χοῖροι præ illis, qui vocantur ὄνοι? Sed Faber gravissime errat, ita vertens Herodianum: *Quis vero delicatum vivendi genus, quo utitur ille exercitus, non novit? Tale Hercule est, ut porcis magis, quam instructo exercitui, conveniat.* Atqui non loquitur illic de vita exercitus, sed de vita ipsius Albini: ea talis est, ut conveniat bene porcis, non phalangibus. Sincerus igitur ille locus est si quisquam.

108, 3. Διονύσου τοὔνομα καὶ τὴν θυσίην.] Signantior loquutio in MS. Διονύσου τό τε οὔνομα καὶ.

108, 7. Μελάμπους ἐστὶ ὁ κατηγησάμενος.] Sic enim Stephani libris convenit ac Mediceo in hoc verbum, non ἀπηγησάμενος, quod vulgo obtinet: qui etiam mavult communi modo ποιέουσι τὰ ποιέουσι, non ποιεῦσι τὰ ποιεῦσι.

108, 16. Ὁμότροπα γὰρ ἦν.] Auctior MS. ὁμότροπα γὰρ ἂν ἦν. Tum quoque ἐσαγμένα, non ut vulgo, ἐσηγμένα, non ἐσηγημένα, quod in oram coniecit Stephanus.

108, 28. Ὅτι γὰρ δὴ μὴ Ποσειδέωνος —— καὶ τῶν ἄλλων.] Locus adhuc nihilminus quam ulla parte saltem explanatus. Nam ne de Vallæ interpretatione loquar, quæ palam et temere detruncata est; quid, oro, sententiæ aut saporis est in illa sive Henr. Stephani sive Iungermanni? *Nam præterquam Neptuni &c. Nereidum et aliorum deorum nomina Ægyptii semper olim in sua regione habuerunt.* Quid enim illud tandem erit, quod habuerunt Ægyptii? anne nomina Ἥρης, Ἰσίης, θέμιος? Sic videntur velle interpretes. At ea sunt pura puta Græcorum, Ægyptiis non audita, nisi quum simul Græcam linguam audiverunt. Cur vero ista magis quam Ποσειδέωνος καὶ Διοσκούρων? quod rursum dicunt interpretes, qui istas *Neptuni et Dioscurorum* appellationes interponunt verbis Herodoti affirmantis Ægyptios eiurare agnitionem istorum vocabulorum. Profecto non possunt divelli, aut separato sensu accipi septem ista vocabula, quum sint plane sincera omnia Græca, nihil Ægyptium. Tantum ineptiæ una vocula tribus constans literis conciliare potest. Legendum: ὅτι γὰρ δὴ μὴ Ποσειδέωνος καὶ Διοσκούρων —— καὶ Ἥρης καὶ Ἰσίης καὶ θέμιος καὶ Χαρίτων καὶ Νηρηΐδων, τῶν ἄλλων θεῶν Αἰγυπτίοισι αἰεί κοτε τὰ οὐνόματά ἐστι ἐν τῇ χώρῃ. Vertendumque: *Nam præterquam Neptuni et Castorum —— et Iunonis et Vestæ et Themidis et Charitum et Nereïdum* (sc. appellationes) *reliquorum Deorum nomina Ægyptii semper olim habuerunt.* Quod quum res ipsa probet, tum qui sint hi reliqui Dii, ipse se explicans Herodotus refert non tantum mox cap. 59., ubi illis cognitas cultasque scribit Ἄρτεμιν, Δημήτερα, Ἀθηναίην, Ἥλιον, Λητὼ, Ἄρεα, sed etiam cap. 83., ubi ait in Ægypto esse μαντήϊα Ἡρακλέος, Ἀπόλλωνος, Ἀθηναίης, Ἀρτέμιδος, Ἄρεος, Διὸς, Λητοῦς. Quæ quum ignoretur quando sint condita, colligendum est ab vetere origine illic fuisse. Sed et sequentia male distinguuntur, male intelliguntur, quum sint ea sic accipienda: Τῶν δὲ οὐ φασὶ θεῶν γινώσκειν τὰ οὐνόματα, οὗτοι δέ μοι δοκέουσι ὑπὸ &c. *Quorum vero Deorum negant se noscere nomina, illi mihi videntur sic ab Pelasgis nominati, præter Neptunum.* Debes hanc verissimam de prima Deorum memoria restitutionem optimæ membranæ Mediceæ.

108, 37. Οὐδαμῇ γὰρ.] Hoc adverbium tumultuose hic præmittitur, quum licet tolerari possit, deplorandum tamen sit tot egregios lectores caruisse notitia concinnitatis Herodoteæ, quam servavit unicus ille co-

codex Florentiæ, exhibens οὐδαμοὶ γὰρ, quod debuerat novisse Portus adeo in hac voce sedulus.

108, 47. Ἀθηναίοισι γὰρ δὴ τηνικαῦτα.] MS. Ἀθηναίοισι γὰρ ἤδη τηνικαῦτα, quod multo acrius.

109, 2. Ἐπιτελέουσι λαβόντες παρὰ Πελ.] Hic quoque MS. ut antea et postea παραλαβόντες παρὰ Πελ. tanquam in eo prætulerint compositum.

109, 3. Οἶδε τὰ λέγω.] MS. τὸ λέγω. Quod ipsum totidem et his ipsis literis occurrit iterum 4, 32. Hunc vero locum citat quoque Raph. Fabrettus ad Columnam Traiani cap. 3. pag. 77., non ut Græca inspiceret, nedum ea ornaret, (hæc enim extra illum et
874 valde procul erant) sed ut Vallæ versionem describeret, et quidem ut plerumque solet, perquam vitiose. Ibi enim legas *quisquis Cabirorum sacra imitatur*; addit *novit a Pelasgis esse sumpta*. Atqui tale nihil in Græcis Herodoti, nec ibi quisquam dicitur talia novisse. Et hic tantus heros sustinuit nihilominus scribere pag. 81. Herodotum lib. 2. c. 51. eosdem Cabiros cum Samothracibus confundere: tale quid vitiosum in Herodoti hoc loco nullus video.

109, 4. Οὗτοι τοίπερ.] Denuo præclarus ille MS. οἵπερ. Quod pertinet ad 1, 24.

109, 11. Ἔθυσαν δὲ καὶ πάντα πρότερον.] Ab MS. ignoratur vocula καὶ, nec video quid profuerit.

109, 17. Ἔπειτα δὲ χρόνου.] Hic locus vitiosus iam indicatus est supra. Nam MS. habet ἐπεί τε δὲ χρόνου. Sic continue suevit Herodotus agere, ut cap. 134. Ἐπεί τε γὰρ πολλάκις κηρυσσόντων τῶν Δελφῶν 3, 25. Vide Porti Lexicon in Ἐπείτε. Mox et διεξελθόντος pro διελθόντος. Sicut etiam ἀπικόμενα clare ibi legitur, non ἀπιγμένα, non ἀπηγμένα.

109, 22. Νενόμισο.] Elusit me copia scribendorum. Neque enim aut verbum istud relinqui decebat in contextu, aut ego cessare ab stigmate in id coniiciendo, quum liquide notaverim ex MS: νενόμισαι, quod est convenientissimum.

109, 24. Ἐπεὶ ὧν ἐχρησηριάζοντο ἐν τῇ Δωδώνῃ οἱ Πελασγοὶ.] Hunc locum voluit quoque ostendere se legisse Spanhemius, unde scripsit in notis ad Callimachum pag. 496. [Immo unde *Pelasgi Dodonæi*, qui Thessali olim, ut notum, aut ab iis orti, hic a Callimacho dicuntur, et a quibus nempe fundatum primo Dodonæum oraculum tradiderunt veteres, Herodotus lib. 2. cap. 52.] Quæ verba eum commoverint ad tale quid statuendum, ego nullus video, neque in hoc capite quidquam de Pelasgis fundatoribus illius oraculi. Pelasgi hic ostenduntur primo nonnisi Deos coluisse sine distinctis nominibus, quæ deinde ad ipsos ex Ægypto venerunt, neque temere putarunt recipienda, sed ab oraculo isto voluerunt edoceri, an id ipsis liceret. Mox in MS. Mediceo etiam exstat, quod in suis vidit Stephanus, ἐξεδέξαντο, non ἐδέξαντο.

109, 29. Ὅθεν δὲ ἐγένετο &c.] Sic quidem credant alii recte scripsisse Herodotum et gaudeant; nos deludi sedulo eos credimus, quum auctor scripserit ἔνθεν, teste exemplari Mediceo. Hoc suum ipse vindicat, ut cap. 142. Καὶ ἔνθεν νῦν ἀντέλλει, ἐνθαῦτα δὶς καταβῆναι. Et cap. 177. Ὁ μὲν ἔνθεν, ὁ δὲ ἔνθεν τοῦ μεγάρου· 4, 38. Ἔνθεν μὲν ἡ αὐτὴ ἡ ἑτέρη ἀρξαμένη &c. Et sæpe alibi. Mox autem densavi illa εἴτε ἀεὶ ἦσαν, ubi erudite MS. immittit voculam δὲ, ut in utraque periodo adhibeatur.

109, 32. Μέχρι οὗ πρώην τε καὶ χθὲς.] Genus loquendi eruditis Græcis usitatissimum, et quod iam Casaubonus ad Strabonem attendens ex Græcis et Hebræis illustrare conatur pag. 3. lib. 1. Sed ubi observat modo sic, modo τανῦνγε κἀχθὲς, modo χθὲς καὶ τήμερον prolatum fuisse. Idque obiter denuo tangit ad dictos ab Persio sat. 3. *bestiernos Quirites*. Certe non aliud est, quod exiit ex ore Servatoris apud Lucam 13, 32. Ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον. Et Paulus ad Hebræos 13, 8. Χθὲς καὶ σήμερον. Habent et multi, ut Fagius ad Genesin 31, 2. Grotius ad Exodum 4, 10. Interim id ipsum, quod in Herodoto legendum hoc loco dederunt, exstat apud Diodorum Siculum lib. 2. cap. 5., et Plutarchum in Amatoria, ubi sine copula editur χθὲς πρώην, sed Rhodomannus in Indice apposuit. item apud Lucianum in Hermotimo et in Saltatione. Sic nempe Herodoto cum his convenit. Sed noli credere ab ipso Herodoto etiam id provenisse. Ille enim scripsit μέχρι οὗ πρίντε καὶ χθὲς. Sic habet membrana emendatissima, ut nulla sit in eo dubitandi causa. Licuit enim et sequentibus eligere istam formulam, et perinde Herodoto licuit aliter loqui, ut Græcæ vetustatis amans suspicere debeat hoc πρὶν, tanquam quod deerat notitiæ sermonis Græci, quum Herodotus dicat πρὶν καὶ χθὲς· sicut notante Stephano, pro isto vocabulo πρώην dixit τρίτην ἡμέραν Xenophon. Sic Herodotus voce πρὶν complecteretur et illam et vicinas.

109, 33. Τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μὲν πρεσβυτέρους.] Locus hic est perinsignis, unde fieri nequivit, quin veniret in multorum oculos tam vetusta et simplex confessio pervetusti temporis de Diis Græcis. Hinc Cyrillus διαβόητον ἱστορίαν hanc Herodoti appellans libro 3. contra Iulianum describit hunc locum, sed quam vitiose? videas illic δοκέομεν, duabus vocibus in unam correptis, quasi ita Herodotus loquatur. Videas illic πλείοσιν, εἰσὶν, καὶ θεοῖσι, καὶ ἰδέαν αὐτῶν. Sic certe in eo editur, etiam in postrema cura, nescio utrum Cyrilli ipsius licentia, an aliorum. Fieri non potest, quin hinc pateat, quam misere tortus fuerit Herodotus; quid mirum si etiam in suis exemplaribus id denique contigerit? Quin immo et Athenagoras ad hunc locum curam suam contulit in Legatione pag. 16. ubi postquam recensuit priora, mox ita claudit, καὶ οὐ πλέοσι τοὺς καὶ γένη καὶ ὀνόματα δόντας.

109, 39. Ἐμοὶ δοκέειν.] MS. cum suavi interpositione ἐμοίγε δοκέειν. Hoc sane mireris oportet. Nam quum in citatione Cyrilli tot sint corrupta, hanc libri Medicei integritatem ista eius citatio confirmat.

109, 41. Τὰ δὲ ὕστερον.] Non est causa sic discrepandi in terminatione. Ergo recte habet MS. Τὰ δὲ ὕστερα.

109, 43. Χρηστηρίων δὲ πέρι τῶντε ἐν Ἕλλησι καὶ τοῦ 875
ἐν Λιβ.] Ita est. In Africa unum modo fuit oraculum: in Græcia et Dodonæum et Delphicum et Abis et alia complura. Sed de nullo istorum omnium nunc loquitur Herodotus, verum de uno tantum Dodonæo. Itaque licet hic apprehendere falsarios in scribendo, qui corruperunt Herodotum: licet deridere negligentiam eorum, qui legere hæc ita et pro probis habere potuerunt. Quippe non decenter magis quam necessarie corrigo ex optimo codice τοῦτε ἐν Ἕλλησι. Lege Herodotum, et attende, an de ullo alio agat, quam de Dodonæo; immo nec potuit agere, quia tantum vult agere de vetustissimo, nec agnoscitur ullum vetustius. Sed præterea idem non agnoscit præpositionem, et solummodo habet τοῦτε Ἕλλησι. Fateor, paulo supra habuimus ἀρχαιότατον τῶν ἐν Ἕλλησι χρηστηρίων. Sed nec alterum propterea ausim reiicere. Vide quæ notavi ad simile genus pag. 41. num. 1.

110, 8. Τὰ δὲ Δωδωναίων.] MS. τάδε δὲ Δωδ. Quomodo nisi scribas, parum ista bene aut potius nullo modo cohærent. Sed hoc leve est præ eo quod sequitur, ubi sub nomine Herodoti edunt πελειάδας μ... —— ἀναπταμένας, quomodo nequaquam legitur in optimo MS. sed ἀναπτομένας, ut hinc iam possit discere Henr. Stephanus in Thesauro, unde hoc tempus in illo verbo acceperit Aristophanes in Avibus circa versum 1783., et misere hæret inter istud ac ἀναπταμένας, in quod etiam Guietus detorquere voluit Hesychium, in quo habes ἀναπτομένας, etsi interpretetur ἀναπεταθείσας. Hanc vero historiam ex Herodoto commemorat Servius ad Virgilii Eclogam 9., ubi Virgilio vocante *Chaonias columbas*, notat: *Chaonias autem Epiroticas. Nam in Epiro dicitur nemus fuisse, in quo responsa dabant columbæ, quod ideo fingitur, quia lingua Thessala Peliades et columbæ et vaticinatrices vocantur. Herodotus hanc columbam de Ægypto venisse ait.*

110, 20. Τῇ δὲ μετ' αὐτὴν.] MS. μετὰ ταύτην. Nec multo post exhibui, quod ipse ille optimus codex suppeditabat καὶ οἱ ἄλλοι, pro vulgato καὶ ἄλλοι, omisso medio pronomine: modo ex hac varietate non appareat Herodotum dixisse Ὧλλοι.

110, 31. Ἀμφιπολεῦσαν.] Sic omnes editi; nec male, ab verbo ἀμφιπολέω, ut solet inde eloqui πτιεῦσαν. Sed MS. ἀμφιπολεύουσαν, quasi Herodotus prætulisset id deducere ab ἀμφιπολεύω. Nec sane ratio ulla est, cur, ut δουλεύουσα præcedit, sic non credatur magis fuisse ipsi in animo id posterius. Innuit et Stephanus in Thes.

110, 32. Ἔνθα ἀπίκετο.] MS. ἐνθάδ' ἀπίκετο. Id autem non debet verti *binc processit*, sed *quo venit*, et, ubi consedit.

110, 41. Ἀνθρωπίνῃ φωνῇ.] Ita iam olim fuisse lectum, sed in exemplaribus negligenter scriptis, patet ex Scholiis Sophoclis ad locum notissimum Trachiniis 175., ubi sic scribitur: Ἡρόδοτος δὲ ἐν δευτέρᾳ φησὶ· Πελειάδες δέ μοι δοκέουσι κεκλῆσθαι πρὸς Δωδωναίων αἱ γυναῖκες, διότι βάρβαροι οὖσαι ἐδόκουν ὁμοίως ὄρνισι φθέγγεσθαι· μετὰ δὲ χρόνον δοκοῦσιν ἀνθρωπίνῃ φωνῇ φθέγξασθαι, ἐπεὶπερ ἐκ Θηβῶν Αἰγυπτίων ἦσαν. Sed puriorem et a vulgo remotiorem fuisse Herodotum probat omnium codicum vetustorum purissimus, exhibendo ἀνθρωπηΐῃ et hic et statim πελειάς γε ἀνθρωπηΐῃ. Sane hoc ipsum adiectivum, quod restituo, solum agnoscitur ab Porti

Lexico, ut mirer, quomodo id obrepserit in hunc locum. Cap. 148. Μέζονα ἀνθρωπηΐων ἔργων 3, 65. Ἐν τῇ ἀνθρωπηΐῃ Φύσει. Ut idcirco dubitare nequeam, quin et in capite 55., ubi leguntur ista, ἰζομένην δέ μιν ἐπὶ Φηγὸν αὐδάξασθαι Φωνῇ ἀνθρωπίνῃ, pro ultimo hoc vocabulo illic exstet ἀνθρωπηΐῃ, sed quod, ut solet fieri, oculos meos fugerit, et ideo reliqui.

III, 1. Τῶν ἱρῶν ἡ μαντικὴ.] Vertunt; *Estque divinandi in templis ratio.* Id probent oportet, qui primi affirmare ausi sunt: non enim Herodotum ei fidei auctorem esse reor. Id quod vel inde poterat cognosci, quod nullus hic divinationi in templis locus; sive per illam interpretis divinationem in templis intelligas arctiore notione eam, quæ incubatio Latinis dici solet, quæ nec Thebis nec Dodone obtinuisse uspiam legitur; sive ampliore quamcunque, quia Dodone non conveniunt auctores oracula in templo edita fuisse. Fagus enim dicitur a multis edidisse murmur, unde τὰ ἐκ δρυὸς μαντεύματα appellata. At fagus ista templi ædificio comprehensa non fuit, utique prima forma et simplici inopia; vel ipso Herodoto iudice, qui dicit ἱδρύσασθαι ὑπὸ Φηγῷ πεφυκυίῃ Διὸς ἱρὸν. Sed et si tale quid auctor voluit, an non et potuit et propius fidem est voluisse quoque scribere ἐν τοῖσι ἱροῖσι? Quid igitur? nempe disertare multa licet, sed qua ratione verum nunquam detegeretur, quod idcirco accipiendum est ab una membrana Medicea, quæ habet τῶν ἱρέων ἡ μαντικὴ. Hæc una litera denuo adiecta omnes hos scrupulos molliet. Non enim agit ultra Herodotus de Thebis ac Dodone; sed amplificat Ægyptiorum alia inventa in sacris, ex quibus unum fuit τῶν ἱρέων ἡ μαντικὴ, hoc est, vaticinatio sacerdotum, quod sacerdotes sciant ex certo murmure vel sono audito vel visu viso vel quo alio voluntatem divinam coniectura assequi et consulentibus edere. Quod quidem primitus Dodone etiam factum nonnulli testantur. Eustathius ad Od. ξ. Οἱ δὲ τὸ παλαιὸν μὲν ἄνδρας προφητεύειν φασὶν. Sed hoc ab illo in vagum proiicitur.

876 III, 2. Πανηγύριας δὲ.] MS. hoc loco πανηγύρεις, infra autem πανηγύρις, ut voluerit variare. Cæterum quum sic iunxerit Herodotus tria vocabula ex cerimoniis Græcorum petita, in eis duo priora sæpe occurrunt in Græcis libris, ideoque sunt notissima; posteriora quæ intelligat per προσαγωγὰς, non ita liquet, præsertim quum Valla interpretans *conciliabula* irritaverit Henr. Stephanum, ut reiecto eo intelligeret *collocutiones cum Diis per sequestrem et interpretem*, satis densa explicatione, ut ne illos προσαγωγεῖς hinc abigeret sæpe et nimis inspectos ab viris doctis, quum interim nihil tale in Thesaurum retulerit, et doctrina etiam Porti hic ita constiterit, ut in Lexico nec hiscere sustinuerit. Nec scio deinde quidquam in eo vocabulo tentatum esse, donec Iohannes Fronto in Dissertatione de cultu sanctorum citans hunc locum interpretaretur *cœtus et processiones et supplicationes*, ex quibus duo priora relinquo ipsi, in ipsis Græcis multo clariora præ istis Latinis. Tertium est notabile et longe arcessitum. Certe enim et duobus primis intermixta intelligitur supplicatio, et quum nulla pars divini cultus sine ea potest recte peragi, non videtur recte tertia species sic exprimi. Post istum quæ prolata sunt, nimia macie intereunt, ut rationem illorum ducere ne liceat quidem. Unde quum aut nihil aut perperam viderem in eo actum esse, simpliciter indolem vocis Græcæ declaratam in versione videre malui, ut inde unusquisque ex suo sensu intelligeret. Proximæ enim isti vocabulo sunt Latinæ *adductiones* vel *oblationes*, ut 3, 24. θυσίας οἱ προσάγοντες. Sed inprimis huc pertinent Scholia Aristophanis ad Aves vers. 854. ubi iste scriptor iactat Συμπαραινέσας ἔχω προσόδια μεγάλα Σεμνὰ προσιέναι θεοῖς, quæ ab illis explicantur. Οὕτω ἔλεγον τὰς προσαγομένας τοῖς θεοῖς θυσίας, καὶ προσόδια τὰ εἰς πανηγύρεις τῶν θεῶν ποιήματα, fere quasi illa comparata essent ex hoc loco, cuius tria vocabula cernimus quoque illic in unum convenire, etsi προσαγωγὰς mutatas. Hinc delatum est id verbum quoque ad Christianos, quorum sunt illa. Μὴ ἐξὸν ἔξω προσάγεσθαί τι ἕτερον πρὸς τὸ θυσιαστήριον: et Καὶ γὰρ ἡ παρ' ἡμῶν ἐπιτελουμένη τοῦ σώματος τοῦ Κυρίου τελετὴ οὐ θυσιῶν ἐστι διαφόρων προσαγωγὴ, ἀλλὰ τῆς ἅπαξ προσενηνεγμένης θυσίας ἀνάμνησις.

III, 20. Ποιεῦσι τάδε.] MS. τοιάδε. Utroque loco. Sed mox mutat verbum scribendo ποιέουσι τάπερ εἴρηκα, non ποιεῦσι; item postea ἑορτάζουσι, non ὁρτάζουσι.

III, 42. Τύπτονται γὰρ δὴ.] MS. τύπτονται μὲν γὰρ δὴ.

III, 44. Τῷ δὲ τύπτονται, οὔ μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν.] Ut superstitio universa est absurda, sic fere efferri quoque ultra modum patitur se doctissimus scriptor. Ita enim quum scribit, si pergas in legendo et attendas de Caribus dici eos frontes secare machæris, videri queat nunc de Ægyptiis quoque aliquid tradere pertinens ad flagellum quo verberantur, ut sic repetat filum, quod abrupit in fine cap. 40. Et nisi fallor, id credidit interpres Valla, unde Latine reddit *quo autem verberentur*, ut paulo ante etiam *verberantur enim.* Et in talem intellectum iam olim disseruit Gesnerus ad Athenagoram, cuius verba habemus in Bibliotheca Patrum pag. 33., ubi sic edunt, ac si Athenagoras citavisset τὸν δὲ τύπτονται τρόπον. Ad hæc ille Conradus ita notavit [Herodoti codex noster habet τῷ δὲ τύπτονται, οὔ μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν. Suspicetur aliquis rem turpem et obscœnam, quam aures honestæ vix etiam in profanis rebus nominandam audire sustineant. Quum Typhon inventum Osiridis cadaver in partes XIV. divisum disiecisset, Isis perquirendo singulas reperit, præter pudendam, quæ in fluvium proiecta mox a phagro et oxyryncho piscibus devorata fuerat. Illius igitur loco ad eius similitudinem factum τὸν φαλλὸν consecravit, cui etiam nunc diem festum Ægyptii celebrant. Hæc Plutarchus. Hoc etiam phallo percuti solitos in sacris illis exsecrandis Ægyptios probabile est.] Sed scire oportet aliam quoque vim esse in hac loquutione τῷ δὲ τύπτονται, nempe *cui numini verberantur*, vel in cuius numinis honorem, aut factorum memoriam, prout talis dativus sic iunctus verbo, a quo fastiditur ille casus, exstat lib. 4. cap. 34. Τῇσι δὲ παρθένοισι ταύτῃσι κείρονται καὶ αἱ κόραι καὶ οἱ παῖδες τῶν Δηλίων. Sic Seneca in Hercule Fur. 301. *Tibi muta fide longas Eleusin tacita iactabit faces.* Troad. 117. *Tibi nostra ferit dextra lacertos*, nempe Priamo. Ita dicebatur πηλοῦσθαι τῷ θεῷ, de quo agit Casaubonus ad Persium pag. 201. Quod etsi forsan vel utrumque vel alterutrum perinde sententia ac vox Græca patiatur, nova tamen hic oritur molestia, quod difficulter decernas, utrum active, an passive verbum intelligi oporteat. Etenim Herodotus verbum τύπτεσθαι utroque modo et intellectu solet usurpare. Nam in activo sensu exstat clare cap. 42. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες τύπτονται οἱ περὶ τὸ ἱρὸν ἅπαντες τὸν κρίον. Cap. 132. Ἐπεὰν τύπτωνται οἱ Αἰγύπτιοι τὸν οὐκ ὀνομαζόμενον θεὸν ὑπ' ἐμεῦ ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι &c. Quum 4, 70. dicat τύψαντες ὑπέατι σμικρὸν τοῦ σώματος 2, 70. Ταύτην τύπτει. Certe enim accusativus appositus, quod dixi flagitat; qui ubi omissus est, videtur id verbum in medio et ancipiti pendere, prout vides fieri in exponendis verbis cap. 40. Καιομένων δὲ τῶν ἱρῶν τύπτονται πάντες· ἐπεὰν δὲ ἀποτύψωνται, δαῖτα προτίθενται. Interpretatur ibi, certe voluit Valla, *omnes verberantur. Posteaquam vapulaverunt.* Stephanus vero, *Omnes se ipsos verberant. Posteaquam autem verberare desierunt*, qui plane vult subintelligi ἑωϋτούς: cuius tamen accusativi reformatio ab Stephano videtur petita ex versione Vallæ 2, 85. Αὗται ἀνὰ τὴν πόλιν φοροφώμεναι τύπτονται, et mox, ἑτερῶθεν δὲ οἱ ἄνδρες τύπτονται, *se plangunt, se verberant.* At cur non ex Ovidii libro 8. Met.? *scissæque capillos Planguntur matres Calydonides Eueninæ.* Qualecunque id est, certe morem firmum perpetuumque Herodoti transgreditur; et omnino potius erit, ut quemadmodum verba capitis 42. docent Ægyptios exenteratum arietem, et quibusdam partibus truncatum in sacris Thebani Iovis et Herculis verberare, propter expressum quartum casum et adnexum; ita in his sacris Iliacis omisso illo etiam non verberent aliquid, sed ipsi ab se verberentur. Neque enim omissionem illam quarti casus negligere nobis licet. et quum hæc iungi debeant cum fine cap. 40., prout ibi positum simpliciter τύπτονται accipimus passive, idem in hoc loco facere oportet. Sic et lib. 6. cap. 138. Εἴ τι τύπτοιτό τίς αὐτέων ὑπ' ἐκείνων τινος. Sed quid ita disputamus? Nempe deductus fuit Gesnerus ab vulgati generis codice, ut cum aliis decreverit scribere τῷ δὲ, quum Athenagoras viderit ac servaverit veram lectionem τὸν δὲ, sed quem corruperunt alii addenda voce τρόπον, quæ præter fidem ab nugatore addita est. Id docet egregie veterrima illa membrana Medicea nihil aliud agnoscens quam τὸν δὲ τύπτονται. Quid enim hic causæ est, ut credamus auctorem notare voluisse in flagello aliquid cerimoniæ situm fuisse? An non potius quum tacite id ab eo prætermissum fuerit in sacro Iovis Thebani et Herculis; ita in hoc etiam non fuisse causam dicimus, ut tam solenniter id animadverteret? Immo securius ex mea opinione erit, ut nec illic, ita nec hic de flagello quidquam annotatum fuisse statuere et ad hanc rem ipsa manu ut in planctu usos fuisse; vice autem versa ut illic arietem sacrum cæsum fuisse docuit, ita nunc quoque voluisse dicere, quem respicerent illa verbera, et cuius Dei aut Deæ factorum notitia commemoraretur, ut solebant sacra illa; sed prohibitum δεισιδαιμονίᾳ maluisse declarare

877

rare se scire quidem quem verberarent, sed fas velle, ut silentio pio et iusso absconderetur. Hinc præcipuas censeo gratias agendas vel vetustati vel fidei codicis Medicei, exhibentis id quod dixi, *quem autem verberentur*. Habet nempe id sermo Græcus, ut verba in communi usu more solito usurpata, si ad sacra aut solennitatem peculiarem transferantur, ubi sunt multa insolita, debeant ad insolita ista exprimenda pati aliquid alias non ferendum. Tale est, quod habet Lucas in Euangelio 8, 52. Ἔκλαιον δὲ πάντες καὶ ἐκόπτοντο αὐτήν. Quid vulgo ea verba notent, et quomodo aliter ibi sumantur, novimus. Eodem vergit Maccab. 1, 70. Ἐκόψαντο αὐτὸν κοπετὸν μέγαν, *planxerunt super eum*, ut κόψονται ἐπ' αὐτὸν Apocalyps. 1, 7.

112, 1. Ἐπεὰν συλλεχθῶσι τῇσι θυσίῃσι ἐν τῇ νυκτὶ.] MS. ἐπεὰν συλλεχθέωσι τῇσι θυσίῃσι ἔν τινι νυκτὶ. Sic cap. 68. Εὑρεθέωσι. Hæc duo omisit Portus, quum in Lexico norat ΕΩ διάλυσιν, ubi habet ὁρμηθέωσι, ἐσσωθέωσι, αἱρεθέωσι &c. Deinde quasi innueret, licet forsan esset anniversarium, non tamen esse statum et legitimum, sed fuisse in potestate regis aut sacerdotum statuere et eligere tempus.

112, 3. Ἐμβάφια ἔμπλεα ἁλὸς καὶ ἐλαίου.] Hæc illustravit Salmasius in Plinianis p. 375.

112, 4. Ἐπιπολῆς ἔπεσι αὐτὸ τὸ ἐλλύχνιον.] Non est credibile ita ab Aldo et primis editoribus intellectum fuisse hunc locum, prout vertit Valla *cum multo lychno*, unde recte Stephanus annotavit corrigens *Quibus superstans incumbit ipsum ellychnium*. Satis durum istud *superstare*, ac potius dixisset *supernans*. Itaque et Cl. Grævius ad Luciani Solœcistam hunc locum et alterum ex libro 1. elegit ad proprietatem Græci usus in voce ἐπιπολῆς monstrandam: cur ita, nescio, quum Porti Lexicon abundet exemplis, ac Latine reddidit *superne inest ipsum ellychnium*.

112, 13. Ἐς δὲ Ἡλίου τε πόλιν.] Admodum caute interposita hæc copulativa et nimis. Nec enim ob vocem Ἡλίου additur, sed Ἡλιούπολιν, ut magis deberet sequi ultimam partem. Verum recte omittitur ab MS. ἐς δὲ Ἡλίου πόλιν, ut scripserunt Græci hanc urbem.

112, 15. Ποιέουσι· εὖτ' ἂν δὲ γένηται.] MS. ποιεῦσι· εὖτ' ἂν δὴ γένεται.

112, 18. Ἐκ ξύλων κορύνας ἔχοντες.] Hoc modo etiam loquitur alibi, ut 1, 194. Ἐκ ξύλων ποιεῦνται τὰ πλοῖα· 2, 71. Ξυρὰ ποιέεται ἐξ αὐτοῦ. Etiam Casaubonus ad Strabonem pag. 89. lib. 4. notavit scriptos habere γεφύραις ταῖς μὲν ἐκ ξύλων πεποιημέναις, ταῖς δὲ ἐκ λίθων, ubi in libris impressis omittebatur præpositio. Attamen præpositio ab MS. in hoc loco ignoratur. Et sane ita sæpius, ut 1, 59. Ξύλων γὰρ κορύνας ἔχοντες εἵποντό οἱ ὄπισθεν in historia Pisistrati. 2, 125. Μηχανῇσι ξύλων βραχέων πεποιημένῃσι· 5, 82. Πότερα χαλκοῦ ποιέονται τὰ ἀγάλματα, ἢ λίθου, ἢ δὲ Πυθίῃ οὐδέτερα τούτων ἔα, ἀλλὰ ξύλου ἡμέρας ἐλαίης. Denique 7, 65. Ἀπὸ ξύλων πεποιημένα εἴματα.

112, 48. Μίσγονται ἐν ἱροῖσι.] Annotaverunt hanc Herodoti in ista parte differentiam, tum ad infamiam Commodi Isa. Casaubonus ad Lampridium pag. 98., tum Christ. Ad. Rupertus ad Valerii Maximi librum 8. cap. 15. Sed causa universa consistit in spectatione fabulosæ narrationis de Hippomene et Atalanta, quam habet Ovidius in fine libri decimi Metamorphoseon. Verba Procli sunt ad Hesiodi Ἔργα. Ἀλλὰ καὶ εἰκόνας ἀγαθῶν τινες ὀέβονται, καὶ ὑπ' αὐταῖς ὀκνοῦσι τινα
878 πονηρὸν πρᾶξιν πράξαι, ὡς ἡ μὴ προσιεμένη τὸν ἐρασὴν ἑταῖρα δράσαι τι ἄσχημον ὑπὸ τῇ Ξενοκράτους εἰκόνι τοῦ σώφρονος, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ θεῶν τοῦτο χρὴ ποιεῖν.

112, 37. Ἐλθεῖν ἐξανδρωμένον.] In MS. hæc utraque vox mihi non occurrebat, nisi tantum in margine, ubi nuperus calamus eas adscripserat. Certe si placet verbum ἐλθεῖν retinere, utique altero participio possim carere.

113, 4. Ἐν τοῖς τεμένεσι.] Sic enim legit codex optimus, ubi vulgo habetur τεμένοισι. Portus quidem aliqua collegit de ista terminatione dativi οισι, sed nihil ad hoc genus. Nos interim sequimur ac probamus fidem veterrimi exemplaris. Sicut etiam deinde expressimus, quod iam Stephanus quoque in suis repererat τοιαῦτα ἐπιλέγοντες ποιεῦσι, quum ederent τοιαῦτα ποιεῦντες ἐπιλέγουσι, et τῶν δὲ εἵνεκεν, non εἵνεκα.

113, 15. Ἀναγκαίῃ καταλαμβανόμενος.] MS. ἀνάγκῃ, ut statim τεθνάναι ἀνάγκη.

113, 31. Ἀποτίνειν ζημίην.] Herodotus varietatem mire sectatur, quod scimus: verumtamen fieri non potest, ut approbetur in Græcismo hic infinitivus; utique nimium distat ab finali ἀνάγκη: ut prorsus legendum sit, prout est in MS. ἀποτίνει.

113, 33. Πολλῶν δὲ ὄντων.] Lege ex MS. δὲ ἐόντων. Qui potuit hoc Ionicum tamdiu latere?

113, 43. Φιλότεκνον γὰρ.] Inepte Valla voluit iungere, quod iunctim poni poterat et debebat, si tamen Herodotus voluisset; quippe qui id noluit. Ideo hunc ordinem sermoni tribuit; qui etsi confusus Vallæ et aliis, quasi hæc parenthesis debuisset sequi vocem ἐπιθυμέουσαι, tamen sæpe occurrit. Quinetiam modo succurrit vexationi huic MS. exhibens φιλότεκνοί δὲ. Hæc particula magnopere mitigat tarditatis, quæ videri poterat inconvenientiam. Neque per ista vult auctor utique causam reddere, ut voluit Valla, quam declarare ista occasione indolem bestiæ. Sic cap. 84. interponit πάντα δ' ἰητρῶν ἐστι πλέα, et reddit Valla, *Itaque omnia referta sunt medicis*, quod Herodotus in animo non habuit. Paulo ante consentiebat cum Stephani lectione in scriptis libris inventa codex optimus in δατέονται, non πατέονται.

113, 45. Τοὺς αἰλούρους.] MS. hoc loco exhibet clare αἰελούρους et sic semper inferius etiam clare; quod addo, quoniam in superioribus similiter scriba primus fecerat, sed nescio quis vocalem istam eraserat, haud dubie existimans pro diversa lectione eam appositam, ut solet sæpius αι et ε commiscere, quod in hac voce non videtur cogitandum, quamcunque ei etymologiam concinnaverit Salmasius in Plinianis. Cæterum quæ hic tam perspicue commemorat Herodotus, non potuit sibi conciliare notissimus ille Oudanius Romanæ potentiæ index in quarto colloquio pag. 179. ita interpretans vernaculo sermone, postquam in antecessum ita deploravisset [Hier tegen wyst Herodotus eenige middel aen, dogh die zoo ingewikkelt by hem gevonden word, dat 'er nauwlyks eenig bescheyd uyt te rapen is, ten zy dusdanig] ubi pessime intelligit attribuens masculis, quod Herodotus scribit femellarum esse; tum duo separata specimina in unum claudens, unde omnis intelligentia debuit periisse. Sic igitur vertens scribit: *datse* namentlyk *de katten, na datse eens geworpen hebben, van de manneties afbouden, en zelf de iongen benemen, en dooden, waer over de katten, die zeer begerig na haer iongen, en tot de vermenging zeer verbit zyn alle weer doen om by de katers te geraken, dan bewaren de Egiptenaars de zelven zeer nauw, en leggen in haar buyzen groote vieren aan, daar, dewylze ze als rechts verzuymt hebben, uyt te dooven, de katten eyndelyk van verwoedheyd over en in springen, en alzoo om hals geraken.* Hæc ille. Nec intelligo quemadmodum homo mentis integræ queat esse tam vanus, ut simplicissime et clarissime scripta tam miris imaginationibus et somniis infuscare sustinuerit, false omnia intelligens aut miserrime commiscens, quæ Herodotus commodissimo ordine separavit. His adde imaginem Ægyptiacam αἰελούρου, prout ab illa gente coli potuit, Romæ servatam et in Diario Italico publicatam ab D. Montfauc. pag. 226., cui similis est illa cum Leonino vultu apud Pignorium in Mensæ Isiacæ Expositione pag. 35., utraque sedens, ut Osiridis stantis simulacrum edidit Al. Donatus in Roma 1, 22.

113, 49. Ἐσάλλονται ἐς τὸ πῦρ.] Sic antea dixit ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν ὕς. Nunc tamen MS. ἅλλονται, et sufficit.

Ibidem. Τούτων δὲ γινομένων.] Non sine locupletissimo integritatis suæ testimonio optimus codex, ταῦτα δὲ γινόμενα. Ut enim procul dubio vulgata scriptura est librarii Grammatices et παιδικῆς συντάξεως canonibus callentis, ita vera Herodoti, universa Græcæ linguæ politura inter doctissimos florentissimi hominis, scriptura est, quam ex tam vetusto libro nunc produco. Quippe ut aliorum, sic Herodoti quoque est illas ipsas terminationes hoc genere pro absolutis casibus usurpare. Sic cap. 48. Πηχυαῖα ἀγάλματα νευρόσπαστα, τὰ περιφορέουσι κατὰ κώμας αἱ γυναῖκες, νεῦον τὸ αἰδοῖον, οὐ πολλῷ τέῳ ἔλασσον ἐὸν τοῦ ἄλλου σώματος. Mirari licet neminem venisse, qui rescriberet νεύοντος τοῦ αἰδόλου &c. Rursus cap. 41. Τοὺς δὲ ἕρσενας κατορύσσουσι, τὸ κέρας τὸ ἕτερον ἢ καὶ ἀμφότερα ὑπερέχοντα. Hic quoque potuit vel ὑπερέχοντας vel τῷ κέρατι τῷ ἑτέρῳ ἢ καὶ ἀμφοτέροις ὑπερέχουσι. Cap. 134. Ἵνα οἱ δυώδεκα ἕτεα ἀντὶ ἓξ ἐτέων γένηται, αἱ νύκτες ἡμέραι ποιεύμεναι, ipse 879
interpres non audet hoc in Latinis retinere, sed vertit *diebus factis ex noctibus*. Præclare ad hunc modum Acta Martyrum Sincera pag. 147. *Proconsul iussit eum adhuc ætate adolescentulum tendi in rotis, et ligna in circuitu posita, vinculis fortiter totum corpus eius fecit constringi.* Quod nequivit concoquere eruditissimus Ruinartus, unde vel *inter ligna* vel *lignis in c. positis* ait videri legendum. Nihil tale.

114, 2. Ἐν ὀτέῃσι δ' ἂν οἰκίῃσι.] At melior MS. ἐν ὀτέοισι δ' ἂν οἰκίοισι. Hoc est Herodotium.

114, 10. Ἰχνευταὶ θάπτουσαι.] Poterat in hac parte

ſine culpa Th. Gale omiſiſſe notam Stephani, qua *canes maſculos ferarum indagatores* explicat, quum hi Ichneutæ non aliud ſint quam ἰχνεύμονες, ut probat Salmaſius in Plinianis pag. 447., quod ut ſues ſemper roſtro quærat et inveſtiget, unde addidi hoc ſubſtantivum. Locum Heſychii et Nicandri memoratum illic Salmaſio adhibuit quoque Valeſius, quaſi apud Salmaſium non legiſſet.

114, 11. Τὰς δὲ ἴβις ἐς Ἑρμέω πόλιν.] Quum has voces perinde ut Stephanus in codicibus ſuis, ipse in optimo Mediceo legerem, dempſi hanc contumeliam Herodoto, quem vulgo truncant et has eripiunt. Sic autem ſcribit ille codex, non Ἑρμεώπολιν. Idem crede dici de voce σπανίας.

114, 12. Τὰς δὲ ἄρκτους &c.] Fax ingenii Lipſiani et materia certaminis inter eruditos, quam decidit Salmaſius in eisdem Plinianis pag. 311.

114, 16. Τοὺς χειμεριωτάτους μῆνας.] Superlativum istum explicuit idem in citato opere pag. 453.

114, 21. Τῆς τε αἰθρίης.] MS. τῆς αἰθρίης. Quod ſcire Salmaſius nequivit, unde in citando hoc loco duas literas istas retinet, explicans τὴν αἰθρίαν eſſe ſubdivum, ut quum in terra moratur, ſub dio agat, *quia noctes frigidæ ſunt, et aqua per noctem tepidior, ideo noctes in flumine degit crocodilus*; item, *quod aqua ſcilicet tepidior per noctem ſit ſubdivali ſereno.* Sic vir ille maximus ex his Herodoti verbis et alteris Ariſtotelis τὴν δὲ νύκτα ἐν τῷ ὕδατι (τὸ πλεῖσον διατρίβει) ἀλεεινότερον γὰρ. Igitur ab crocodilo τῆς αἰθρίας vult quæri teporem, qui maior ſit in Nilo per noctem. Quis vel alterutrum ex his credat? An aqua Nili tepidior eſt per noctem, quia tunc ſol inde remotus eſt? Opinarer hanc cauſam eſſe maioris frigoris. Item an crocodilus ac reliqui piſces quærunt teporem? Qua de cauſa? an ut coquant ſe ipſi? Plena ioci. Herodotus teſtatur per diem diſplicere crocodilis aquam, ut nimis tepidam, tepidiorem certe, quam et manſio ſubdivalis et roſcida: hæc tunc gratior et commodior huic animali, quam aqua, quam noctu intrat ut rurſus tunc frigidiorem. Et utique per diem extra aquas eſſe crocodilum docet quoque muſivum opus apud Ath. Kircherum in Latio 4, 4., ubi inter alia vel animalia vel opera, quibus dies deſignatur, etiam crocodilus inſiſtit inſulæ vel inſidians vel eſcam petens ex fruticibus. Interim ignoro quid voluerit Valla *calidiore aqua quam nocturno ſereno et roſcido.* Nihil istius *nocturni* est in Græcis.

114, 24. Οὐ πολλῷ μέζω.] MS. μέζονα.

114, 43. Ὁ δὲ ὠφελεόμενος.] MS. ὠφελεύμενος.

115, 1. Ἐς τὰ ὦτα ἐσθέντες.] Locutio vel frequens huius auctoris, ut 4, 179. Ἐσθέμενον ἐς αὐτὴν (Ἀργὼ) ἄλλην ἑκατόμβην· 9, 25. Ἐς ἄμαξαν ἐσθέντες τὸν νεκρὸν &c. 1, 164. Sic et ἐς γε τὰ ἱρὰ ἐσφέρεται. Nunc tamen MS. ἐνθέντες. Habes ſane cap. 73. Τὸν πατέρα ἐς αὐτὸ ἐντιθέναι· 1, 164. Sed et paulo ante MS. habet tantum τρέφουσι pro ἐκτρέφουσι.

115, 2. Ἀμφιδέας.] Vox et olim uſurpata Græciæ, ut ex Hippocrate, Lyſia et Ariſtophane præter hunc Herodotum probant certa documenta; ſic deinde multiplicem curam per omnes fere ætates experta obſervataque Galeno, Polluci, Harpocrationi, Heſychio ac Suidæ, imo etiam Goldaſtino Lexico vocum Herodoti, tantum ut dicerent quædam convenientia locis illorum ſcriptorum vel ad ornandum, vel ad claudendas fores, idque ſequuti ſunt viri docti post renatas literas, in quibus vel infauſtiſſimus fuit Henr. Stephanus, dum in Theſauro excidere ſibi paſſus neſcio quomodo ista verba [apud Herodotum ἀλύσεις catenas; nimirum ubi ait ἀμφιδέας περὶ τοὺς πόδας διδόντες. Solent enim captivorum pedes catenis circumligari, aut etiam numellis includi.] Unde potuit hic illi ſenſus obvenire, ſi Herodotum inſpexiſſet? Utique non agitur hic de captivorum pedibus coërcendis. Etiam non magis huc pertinet participium istud, quam præcedens ἐνθέντες, licet Stephano ſimilis ſit Portus in voce διδόντες admovenda, ſed Caſaubonus ad Athenæum lib. 4. cap. 27. iam citatus in notis ad Heſychium omittit ſcribens tamen negligenter εἰσθέντες. In hoc autem loco non Valla tantum agnovit catenas, ut ad Suidam ſcripſit nuper ille, qui miſerrimis modis eum Cantabrigiæ conſpurcavit, ſed fere omnes etiam ipso agnoſcente ibi Caſaubono, qui fatetur in Lyſiæ loco ſic interpretari poſſe, et hinc etiam in verbis Ariſtophanis: imo addit obſervare antiquos Grammaticos Lyſiam ἰδίως appellaſſe ἀμφιδέας istas catenas ferreas. Iam vero ſi liceret circulos tales intelligere, quos exiſtimat Caſaubonus, cedo quare istæ ἀμφιδέαι fuerint inditæ primoribus pedibus, et non etiam poſterioribus, qui utique perinde honorati. Crediderim ſane illas ἀμφιδέας, aut circumligaturas, ut vox ſonat, fuiſſe genus ſimile, quod μανιάκας alioqui vocant, iisque adnexas fuiſſe catenulas, ut ſi feritas forſan natularis rediret, diſcurrere nequirent impeditis prioribus pedibus, et tamen ornatis: ſicut in nummo, qui præfert *Imp. Divi f. p. p.* ab altero latere est crocodilus ἀμφιδέαν talem collo circumdatam gerens, cui innectitur catena, cuius extremitas altera abſconditur cacumine palmæ. Cuius nummi ſenſus videtur coloniam Nemauſenſem hoc impetraſſe, ut Ægyptum duplici victoria, nempe ab Divo Iulio et ab Imperatore filio, ſubactam celebrare ludis et agonibus liceret, in quibus daretur corona et palmæ et lemniſci, idque incepiſſe tunc, quum anno V. C. 751. crocodili 36. in naumachia occiſi, et unus tunc Nemauſum devectus et monſtratus fuit incolis. Non enim ſatis ſingula deteguntur.

115, 4. Ταριχεύσαντες.] Non maior cauſa est ſcribendi hoc participium in aoriſto, quam ſequens verbum θάπτουσι. Recte igitur MS. ταριχεύοντες.

115, 12. Ἡ δ' ὧν ἐμοιγε δοκέει.] MS. ἐμοὶ δοκέει. Dein νῶτων ὑὸς, non συὸς. Sed et in MS. Mediceo legitur θηρευτὴς, prout Stephanus invenit in ſuis, non θηρευτὴρ.

115, 30. Ὥσε αὖου γεν. ξυσὰ ποιέεται.] MS. rectiſſime ποιέεσθαι, quum hæc ipsa ſic etiam exſcripserit Ariſtoteles, quem citat Salmaſius in Plinianis p. 455., ubi de hoc monſtro agit.

115, 33. Καὶ τῶν ἰχθύων τὸν καλούμενον λεπιδωτὸν.] MS. καὶ πάντων ἰχθύων. Quod ſi noviſſet Valla, propius ad verba auctoris interpretationem ſuam concinnaſſet. Quamvis primo ſane nihil intereſſe appareat *piſcium genus quod vocatur ſquamoſum*, et *ex piſcibus eum qui ſquamoſus vocatur*, præſertim ſi intelligat piſcium genus ſquamoſum multiplex. Sed omnia perperam. Nam ſi genus piſcium quod vocatur ſquamoſum, foret ſacrum, iam fraudarentur menſæ Ægyptiæ nimis magna piſcium copia; nec loquitur Herodotus de genere piſcium. Nunc apparet eximi ab eo ex omnibus piſcibus eum qui proprie illic vocetur ita λεπιδωτὸς κατ' ἐξοχήν. Certe talem fuiſſe docent loca ab Henr. Stephano citata in Theſauro, et forſan hinc Lepidoton urbs Ægypti Ptolemæo. Hæc vox etiamnum exſulat inique loco ſuo depulſa ex Apologia Apuleii pag. 44., quam diligentiſſime Florentiæ inſpexi, quum alia ſint ab Pricæo deprehenſa; ſed reliquorum medelam a ſe non vult exſpectari, cum nonnulla exiſtimet corruptiora, quam ut ullatenus reſtitui poſſint, ut felicioribus ingeniis eruenda deleget. Remittamus talia. Locus autem ſic legendus ex veſtigiis antiquiſſimæ ſcripturæ: Σελάχεα, μαλάκια, μαλακόστρακα, χονδράκανθα, ὀστρακόδερμα, παρχαρόδοντα, ἀμφίβια, λεπιδωτὰ, φολιδωτὰ, δερμόπτερα, πεζὰ, νέπυδα, μονήρη, συναγελαϛικὰ.

115, 37. Ἐγὼ μέν μιν οὐκ εἶδον, εἰ μὴ ὅσον γραφῇ.] Ingenuitas Herodoti vel laudatiſſima; quam quoties licuit expectare in aliis per ſimiles occaſiones? quod fruſtra plurimum feceris. Non deſunt tamen, qui eadem fuerunt uſi. Ipse Cicero, quum lib. 1. Divin. cap. 45. ſcripſiſſet auditos eſſe Faunos, tamen libro 3. Nat. Deor. cap. 6. *Fauni vocem equidem nunquam audivi.* Sic quum ita ample de cygni cantu et quidem interdum præſago loquutus fuiſſet Socrates in Platonis Phædone, illuc forſan reſpiciens Ælianus adeo cautam ſubiecit curæ ſuæ commendationem, ut ſcripserit lib. 1. Ποικιλ. 14. Ἐγὼ δὲ ᾄδοντος κύκνου οὐκ ἤκουσα, ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλος, quod apud Lucianum in ſcripto de Electro confirmant navicularii.

115, 39. Πεντακοσίων.] Conferendus Salmaſius in Plinianis pag. 550.

115, 40. Φοιτᾷν δέ τοτε.] Quum paulo ante præmittatur ἐπιφοιτᾷ, an id ita mutari oportebat? Imo optimus MS. φοιτᾷν.

115, 42. Τὰ μὲν χρυσόκομα τῶν πτερῶν.] Iam dudum pronunciaverat Salmaſius vix credendum dixiſſe Herodotum χρυσόκομα pro χρύσεα, atque ideo legendum χρυσόκοκκα, ut ſit color ex auro et cocco mixtus, quæ vox alioqui apud Græcos non uſurpata ſervetur ab Apuleio de baſilica, *florem habens chryſococcum*, ob caudam, quæ apud auctorem de Phœnice

Porrigitur fulvo diſtincta metallo,
In cuius maculis purpura mixta rubet,

ubi plane χρυσόκοκκον Herodoti expreſſum ſit, rubens purpura auro mixta chryſococcum colorem facit. Quæ ſatis ſpecioſa, tamen noluit apud Petavium ſuum agnoſcere Tanaquillus Faber, ut quaſi nulla forent, et ipse ſolus ægrota omnia animadverteret ac ſtatim ſanaret, eodem impetu et citans et peragens in citatis iam Epiſtolis ait; [Sane legendum χρυσόχροα, quæ aurei co-

coloris esſent] Recte Faber, ſed hactenus, ut rear ita ruſticos circa Salmurium loquuturos fuisſe; nam Herodotus politior est. Etiam ſi Herodotus hoc loco ſcripſisſet χρυσόχροα, non est probabile eam vocem ab ſciolis mutatum iri, non magis quam μελάγχροες 2, 104. Præterea Salmaſiani venerabiles manes ignoſcant, ſi dixero Herodotum non esſe occupatum in ſola cauda depingenda, ſed generaliter exhibendo τὰ πτερὰ, ut partim ſint χρυσόκομα, partim ἐρυθρά. Quid? an pennæ ab utroque latere quod habent levisſimum enatum, et præſertim maxime vergens ad extremum, proprium ad captandam auram, non inſtar comarum conſiderari
881 potest? Ego quidem puto non tantum posſe, ſed etiam debere. Itaque gratiam facio utriusque coniecturæ, et quod tanta vetuſtate commendatum est, pro probisſimo mordicus teneo. Si χρυσῖτις potuit appellari herba χρυσόκομος, quidni pennæ?

115, 43. Περιήγησιν ὁμοιότατος.] Vocem primam docte ſpectat et illuſtrat Salmaſius in Plinianis pag. 97., ubi occaſione Solini, præbentis verbum *circumvehi* in deſcribendo, conſiderat hanc Græcam quaſi formæ circumſcriptionem et voce Lucretiana circumcæſuram, unde περιηγεῖν asſumſerit notionem verbi ζωγράφειν. Sed vide.

115, 49. Ὅσον δυνατός ἐστι φέρειν.] MS. ὅσον τε δυνατὸς εἶναι φέρειν. Perquam polite. Vide ad 17, 47.

116, 5. Ἐγκειμένου δὲ τοῦ πατρός.] Nemo ignorat hanc quoque ſignificationem esſe huius verbi ἐγκεῖσθαι: ſed rariorem, quum frequentior ſit, quæ habet violentiæ notam, ut ſit urgere et inſtare et premere. Quidquid ſit, de Herodoto elegantisſimum reor, quod præbet optimus MS. ἐσκειμένου. Deinde item MS. νομίζειν μιν ἐπ' Αἰγύπτου. Exigit claritudo loquendi, ubi vulgo μὴν omittunt.

116, 9. Οὐδαμᾶ δηλήμονες.] MS. οὐδαμῶς.

116, 15. Περὶ τῶν πτερωτῶν ὀφίων.] Vox πτερωτῶν in MS. non legebatur. In quo et ipso vide an non exemplum ſit diligentisſimæ librarii curæ in codice isto Mediceo apparando. Nam quum vulgo fama apud Græcos foret pennatos eiusmodi ſerpentes illic volitare, curioſa Herodoti ſedulitas auctorem quoque illuc direxit, invenitque non tam esſe pennatos, quam membranula inſtar veſpertilionum inſtructos. Itaque inferius ubi loquitur de fama et ex ore vulgi, ait, ἅμα τῷ ἔαρι πτερωτοὺς ὄφις πέτεσθαι, addens vocem πτερωτούς, plane uti narrabatur. At hic loquens ex perſona ſua videtur de induſtria omisisſe eam vocem, omnia ſuſpendens, donec præmisſa primum vulgi fabula, deinde ipse indicaret, quid veri invenisſet, nempe πτερωτοὺς non esſe.

116, 18. Σωροὶ δὲ ἦσαν ἀκανθέων.] MS. σωροὶ δὲ ἦσαν τῶν ἀκανθέων, et in margine adſcriptum erat cum eodem hoc ſigno ./. ὀσέων. Certe id præferendum vulgato, quum etiam ante Herodotus ἀδύνατα maluerit ſcribere, reſpiciens ad ὄσεα, quam ἀδυνάτους, ut referretur ad ἀκάνθας, quæ vox est propior.

116, 20. Ἐν ᾧ αἱ ἄκανθαι.] MS. ἐν τῷ αἱ. Nam paulo ante applaudebat idem codex libris Stephani exhibentibus ἐλάσσονες ἔτι τούτων, non ἐπὶ, ut vulgo.

116, 31. Τῆς ἴβιος.] MS. τῆς μὲν ἴβιος.

116, 34. Τῶν μαχομενέων.] Eodem modo, quo 5, 18. Πειθομενέων δὲ τῶν γυναικῶν, et pluribus ita in locis. Nihilominus nunc habet optimus MS. τῶν μαχομένων. Et ſane quamvis illa forma Ionica alibi extendat ita istud participium, non tamen omittit alibi id retinere vulgari more prolatum et contractum, ut videre potes infra cap. 137. Τῶν ἁλισκομένων τασσομένων πολλῶν. 4, 124. Ἁλισκομένων δὲ τῶν πολίων.

116, 37. Ψιλὴ τὴν κεφ.] MS. ἡ ψιλὴ τὴν κ. deinde etiam καὶ τοῦ αὐχένος, item καὶ τοῦ πυγαίου ἄκρου, in quibus vocula τοῦ negligebatur.

116, 49. Τοιῷδε διαχρέωνται.] Tanquam librarios cepisſet ſimilitudo aliqua phraſium Herodoti, ut hinc ſemel lectam ubique inculcare voluerint; ita nunc id placuit, quia mox ſequitur οἵῳ διαχρέονται. At nequaquam ita egisſe auctorem probat optimus MS. exhibens τοιῷδε δὴ χρέωνται. Sane in tali cauſa ſatisfecit Herodoto ſimplex 1, 78. Τὸ Ἑλληνικὸν γλώσσῃ μὲν ἀεί κοτε τῇ αὐτῇ χρέεται.

117, 2. Τὴν ὑγιῆνην.] MS. τὴν ὑγιείην. Deinde quoque pro ὑγιέσατοι πάντων ἀνδρῶν MS. habet ὑγιηρέσατοι πάντων ἀνθρώπων· quæ et vox est certe Herodotea et reſtitutio cætera necesſaria. Idem tradit ſic ſcribens libro 4, 187. Εἰσὶ γὰρ ὡς ἀληθέως οἱ Λίβυες ἀνθρώπων πάντων ὑγιηρότατοι, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ad quod ſequuturum haud dubie nunc reſpiciebat.

117, 9. Τῶντε ἄλλων εἵνεκα πάντων.] Agnoſce fatui hominis emblema: nimirum quia ſtatim præcesſit τῶν ὡρέων εἵνεκεν, (etiam corrupta voce poſtrema, quam Herodotus terminaverat in κα, quod fucoſi illi fartores transſcripſerunt in vocem inſiticiam ex cap. 4. h. l.) ſimile quid nunc ſequi debuit isto iudice. At nos istud εἵνεκα longe gentium hinc exulare iubemus ex auctoritate MS. Est enim perfectisſima oratio: ἐν γὰρ τῇσι μεταβολῇσι τοῖσι ἀνθρώποισι αἱ νοῦσοι μάλιστα γίνονται τῶν τε ἄλλων πάντων, καὶ δὴ καὶ τῶν ὡρέων μάλιστα· *nam hominibus præcipue morbi exoriuntur in mutationibus tum omnium aliarum rerum, tum maxime tempeſtatum.* Sic enim et in MS. repetitur istud μάλιστα· et ut dico, ὡρέων εἵνεκα.

117, 11. Κολλήσις.] Quibusnam in MSS. legatur κολλῆς, quod in margine apponi ab Stephano vides, dixerint indices. Credo enim aliud voluisse virum doctum. In Oxonienſi erat clare κύλλη. Sed in Mediceo κυλλήσις, media ſyllaba ſignata accentu, ex dialecto Herodoti pro κολλήσεις. Et ſic ſcribendum apparet. Vide Caſaubonum ad Athenæum 3, 29. Mox cum eiusdem Stephani MSStis legit Mediceus τεταριχευμένους, non τεταριχευκότες.

117, 17. Τὰ μικρὰ τῶν ὀρνίθων.] MS. rurſum ὀρνίθων. Et ſatis patet ὀρνίθεα non intelligi, ſed ſimiles eis quas nominaverat, ὄρνιθας.

117, 22. Ἀπὸ δείπνου γεύωνται.] Nempe quum in Aldi editione exhiberetur γένωνται, mutavit Camerarius in literas γεύωνται· id retinuit Stephanus mutans in formam typis noſtris ignotam, unde ſub Iungermanno γεύωνται exſtitit. Male pro γένωνται, ut est in MS. 884
et ſolum verum.

117, 23. Μεμιγμένον ἐς ταμάλιχα.] Locus mire adminiſtratus. Interpretes *maxime imitantem.* Legerunt igitur μεμιμημένον, quod etiam exſtat in MS. et ſine dubio genuinum est. Immo expresſit quoque Aldus, etiam Camerarius. In Stephani editionibus perverti cœpit, ut mirer tam imprudentem fuisſe Iungermannum. Quo ſic decepto, ecce ut Petavio ſuo blandiatur, repente ingenium Fanaquilli Fabri, etiam fatentis operam ludere, qui in probando ſuo ſcilicet μεμιμημένον operam ponat. At quid iuris isti Fabro accedendi ad hanc partem, in qua tamen verborum ſatis multorum operam luſit? quum verba hæc allegans Cl. Dausqueius ad Silii Italici librum 13. p. 554. ſcribat ita: πεποιημένον, μεμιμημένον [præfuit μεμιγμένον in cod. H. S.] ἐς ταμάλιχα. Et tamen adhuc placuit Th. Gale huc afferre *Cod. Arch.* et *Adſtipulatur etiam codex Etonenſis.* Et quis codex aliter haberet? Cap. 86. Παραδείγματα νεκρῶν ξύλινα τῇ γραφῇ μεμιμημένα. Cap. 132. Ὁ τοῦ ἡλίου κύκλος μεμιμημένος ἔπεσι χρύσεος. Cap. 169. σύλοισι φοίνικας τὰ δένδρεα μεμιμημένοισι.

117, 25. Μέγαθος ὅσον τε πάντη πηχυαῖον ἢ δίπηχυ.] Sic vulgabatur antea, quum nos ex optimo MS. reſtituerimus δίπηχυν. Quidni? quum hic locus ſit peculiaris efficaciæ, ſed validisſimæ ad monſtrandam conſtructionem Herodoti, quam dum renatæ ſunt literæ nullus vidit. Quis enim hæc vulgata non approbavit? quis hæſit? Et tamen longe aliter ſpectari oportet, et unica ſunt hæc verba ad firmandum quod ſcripſi ad 78, 28.

117, 30. Τοῖσι ἄλλα τε πολλὰ ἐπάξιά ἐστι νόμιμα.] Per Euterpes dulcedinem! an nunc demum tempus est laudandi Ægyptios ob alia egregia inſtituta? Itaque hinc ſtatim vides primo totum hoc esſe ſupervacuum, quum iam præcedentia comprehendant. Deinde, ſi hoc loco id agere voluit Herodotus, an in eius demonſtrationem hic ſceleti tralatus ad incendendam potationem adducendus fuit, vel cantilena tot locis ſuſurrata? Tertio mirum, cur non reperiatur in Vallæ interpretatione expresſum illud πολλὰ, ſed tantum *quibus cum alia ſunt egregio inſtituta.* Quarto ſi Herodotus tamen hoc voluit, dixisſet ἄξια λόγου, ut ſolet perpetuo, non ἐπάξια. Nimirum interpres videtur in exemplari ſuo forſan legisſe, ut legitur in MS. Oxonienſi τοῖσιν ἄλλα τε ἐπάξιά ἐστι. Sed ſunt meræ inſaniæ et deliriationes ab vero. Nam post memoratas quasdam Ægyptiorum conſuetudines progreditur ad deſcribendam eorum tenacem indolem in priſtinis ritibus cuſtodiendis ac conſervandis. Aureus igitur hoc loco codex Mediceus ita habet τοῖσι ἄλλα τε ἄπαξ ἔστι νόμιμα. Confice igitur præclaram ſententiam: Πατρίοισι δὲ χρεώμενοι νόμοισι ἄλλον οὐδένα ἐπικτέωνται τοῖσι, ἀλλ' ἅτε ἅπαξ ἄ ἐστι νόμιμα, καὶ δὴ &c. Sic enim reſcribendum modo deprehendo. *Patriis vero utentes moribus alium nullum iis adſciſcunt. Sed quæcunque ſemel ea ſunt inſtituta: tum ſane etiam Linus cantio apud eos celebratur.* Ratio loquendi nonniſi ex ſolo Herodoto illuſtranda, cui nonnihil gemina est cap. 61. συμφοιτέωσι δὲ ὅ τι ἀνὴρ καὶ γυνὴ ἐστὶ πλὴν παιδίων.

117, 40. Βασιλεύσαντος Αἰγυπτίων.] MS. Αἰγύπτου ut cap. 98. huius libri. Τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος Αἰγύπτου.

Et cap. 99. Τὸν Μῆνα πρῶτον βασιλεύσαντα Αἰγύπτου. Paulo ante convenit codicibus Stephani et Mediceo in ἔλαβον pro vulgari ἔλαβε.

117, 43. Ταύτην μούνην εἶναι, καὶ πρώτην σφίσι γενέσθαι.] Formoſam, credo equidem, diſtinctionem vocum εἶναι et γενέσθαι. Non videtur tamen ita legiſſe interpres, vertens *cantilenam banc eamque ſolam ipſis inſtitutam.* Quæ verba video per omnes editiones propagata, quum clare in his pateat invito ipso excidiſſe *primam:* deinde ex duobus infinitivis alterum modo verſum per participium. Quid quæris? Immo ita ex MS. Arch. et Euſtathio profert Th. Gale, ἀοιδήντε αὕτην καὶ μούνην σφίσι γενέσθαι. Sed neque ita ſcripſit Herodotus, et maiorem fidem meretur fideliſſimus codex MS. ubi ſic plane et integerrime legitur, ταύτην πρώτην καὶ μούνην σφίσι γενέσθαι. Quibus nihil perfectius. Etiam ex libro 1. ſic expulimus pro ſupervacuo et ſpurio verbum εἶναι.

117, 49. Τόδε μέν τοι ἄλλο Ἑλλήνων οὐδαμοῖσι.] Et ſic placuit nonnullis velut apodoſin præcedentium τόδε ἄλλο concipere. Quinam illi ſint, qui ſic impotenter alienum inverterunt, nequit ambigi, ſi ordine procedas. Non enim ita edidit Aldus, non etiam Camerarius. Non etiam interpres Valla, *qua in re cum nullis aliis Græcorum conveniunt.* Res ipsa nos ducit ad Stephanum: huius editiones fædatæ ſunt hac ſtultitia, unde ad ipsum remittimus has ſordes; quum auctor ſcripſerat τόδε μέντοι ἄλλοισι Ἑλλήνων &c. quem ſenſum, ut vides, excepit quoque interpres, et legitur Florentiæ.

118, 2. Μέχρι τοῦ γούνατος.] Quum recte et ſimpliciter interpretatus ſit Valla, Cl. Brauwnius in Veſtitu ſacerdotis Hebræi pag. 213. vertit *circa femina.* Moroſius est quod ſequitur, ubi quum interpretatio ſic habeat *candida ferunt amicula linea ſuperiecta*, in quibus *linea* per vitium typorum ponuntur pro *lanea*, ibi notavit Stephanus [*Valla*, ferunt amicula tanquam ſuperiecta: *omittens* εἰρινεα *id est* lanea] quum non ſit mihi ad manum prima editio Vallæ, cogor acquieſcere. Sed ibidem Brauwnius quoque notat [Nota Vallam omittere hoc εἰρινεα *laneum*] ſit ita; ego neſcio, ſed ſufficiebat Stephanus unus. Interim et hoc ſcias, notam istam Stephani non eſſe in editione anni 1566., ſed demum 1592. Citat hæc verba etiam Des. Heral-
883 dus ad Arnobium lib. III. pag. 136., ubi tangit verbum ἐπαναβάλλειν et ἐπιτιθέναι.

118, 8. Τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι καὶ Βακχικοῖσι, ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι καὶ Πυθαγορείοισι.] Magna hæc fabulatio, et infiniti libri huc conferendi, ſi myſterium hoc explicari rite deberet. Sed illos quidem relinquimus ſuæ fidei, quos fere convocatos plurimos, ſed ut opinor, invitos opineris illic, ubi ſub Orpheo ſtatuitur latitare Moſes. Quæ nunc ex Herodoto audimus, mirifica in iis monſtra; mirifica coniunctio eorum, quæ ſunt alieniſſima ab ſe invicem. Quid enim est? *quæ Orphica appellantur et Bacchica, ſunt autem Ægyptia et Pythagorea.* An quæ ab antiquis Bacchica orgia appellabantur, Herodotus neſcio unde edoctus nunc pronunciat eſſe eadem Pythagoreis? Quæ duo inſtituta fuere unquam magis diverſa? Non enim agitur de una aliqua opinione aut parte ſacrorum hic aut illic enarrata ab aliquo, in qua potuerunt concordare. Sed ſummam ſacri rem ſpectamus; hæc nullo genere inter ista est ſimilis. An probari poſſint eſſe Ægyptia, illis relinquo, qui ſcribunt Orpheum Ægyptiacis diſciplinis imbutum fuiſſe, quod ſane refert Marshamus pag. 143. ex Tzetzæ Chiliadibus; ut vix peregrinatus illuc legatur Orpheus, niſi apud illos, qui id neſciverunt; tantum in Thracia et oppoſita Phrygia et itinere ad inferos celebratus. Bacchica autem ſolennia non exigebant veſtes lineas, ſed celebratiſſimas ſuas nebrides, de quibus notavit Harpocration in maximo oratore τὸν νεβρίζοντα, quem illuſtrat quoque Scaliger in Animadverſion. pag. 33. Immo, quum cerimonias ſepulturæ Ægyptias referat, quomodo convenit, quum dixerit eas eſſe ſimiles certis Græcorum cerimoniis, addere Græca illa etiam eſſe Ægyptia? tum enim non dicis ſimiles, ſed prorſus easdem. Et unde tamen credemus hæc originem habere? non aliunde, quam ex eodem fonte, qui tot ineptiſſimas nugas codicibus Herodoti impegit, ut unus ille Mediceus genuina eius ſcripta ad hanc ætatem ſervaverit, qui idcirco vel præcipue nunc meretur fidem. Nam in isto tantum legitur τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι καὶ Πυθαγορείοισι. Id verum eſſe vel inde opinari poſſumus, quod paſſim ſcriptores Pythagorica tractantes citare ſoleant Orpheum et eius carmina, quia videlicet ista utraque in plurimis conveniebant. Itaque illa media εἰς κακοὺς κόρακας. Unde maculoſi isti potuerunt ſibi imaginari ab Herodoto ſcripta et appellata eſſe Βακχικὰ, qui ipsum numen Βάκχον appellet nusquam, qui in hoc ipso libro dixerit τὰ περὶ τὸν Διόνυσον ὄργια, qui Βακχεύειν tantum et Βακχεῖον ut Græca vocabula uſurpet. nempe unde ſimiles illis potuere in indicem mitterè [Bacchantium ex 8, 6.] ubi agitur de myſtico laccho. Utique ex Ægypto pleraque Græca venisſe iam dixit; ut non neceſſe ſit addere ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι.

118, 14. Ὅτεοισι ἐγκυρήσει.] MS. τέοισι. Multiplex omnino et crebrum in uſu Herodoti, ut patere potest ex collectaneis Porti. Sed et mox conſpirat cum codicibus Stephani Florentinus in verbum ἀνεύρηται, ita ut etiam habeat σφίν.

118, 25. Καὶ Ἀθηναίης.] MS. Ἀθήνης, ut ſupra ἀνάγκης maluit. Sed hic locus acriter obſervatus est in honorem Minervæ fatidicæ ab Spanhemio ad Callimach. pag. 620. et Latonæ, de qua mox ſequitur, in pag 524., ubi habes et *Meſſenios in Achaia* et *in urbe Bubi.* Bene hanc Ἀθήνην Herodoti ſpectat in voce Νηΐθ Marshamus ſæculo VII. pag. 89. Ad Butum urbem vindicandam Latonæ inſtrumenta validiſſima præbet Epiphanius apud Pignor. Menſæ Iſiacæ pag. 26.

118, 33. Οἱ δὲ τῶν κατὰ νηδὺν.] MS. οἱ δὲ κατὰ νηδὺν. Et ſufficit: ideo *partium* ex verſione delevi. Non aſſequor, unde Mercurialis lib. 2. Var. Lect. c. 8. hunc locum allegans ſcripſerit οἱ δὲ τῶν κατὰ νηδὺν ἢ τῶν ἀφανέων νούσων.

118, 34. Θρῆνοι δὲ καὶ ταφαὶ &c.] In ingreſſu huius materiæ bonum erit audiviſſe verba Laur. Pignorii, quæ ſcribit in Expoſitione Menſæ Iſiacæ pagina citata. *Ut ſuſpicari liceat Herodotum de funeribus Ægyptiorum loquentem religione aliqua impeditum, Ori nomen conſulto ſubticuiſſe.*

118, 38. Τὴν κεφαλὴν πηλῷ καὶ τὸ πρόσωπον.] Ut ſine diſtinctione affectuum unaquæque deturpare univerſum illud deberet, in quo ornando præcipuum decus ponunt. Rude hoc et inamænum ſpectaculum, et dubites an non nimium. Nonne ſatis fuerit, ſi alterutrum ita inquinetur? Certe ſatis fuiſſe putat MS. Mediceus, qui docens omiſſam eſſe vocem leniter omnia ſanat et legit τὴν κεφαλὴν πηλῷ ἢ καὶ τὸ πρόσωπον. Agnoſcis credo quam ſedule et accurate id ſcriptum fuerit; quam penitus oleat Herodoti curam; quam congruat domeſticæ familiaritatis ingenio. Nunquam non ita contingit, ut diverſitas ſit propenſionis in coniunctos, unde quo quisque cariorem amiſiſſet, eo magis oblini ſolitos ſuperſtites innuit.

118, 47. Δεικνύουσι &c.] Et hic et ſtatim MS. δεικνύασι. Adde lib. 3. cap. 119.

119, 15. Θυμιήμασι τετριμμένοισι.] Sic compulſus fui nunc edere, quum codices Stephani conſenſu cum Mediceo relinquerent nihil liberum; et vulgatum περιτετριμμένοισι plane non foret melius. Immo et Salmaſius in citando hoc loco prætulit ſimplex in Plinianis pag. 1058., qui tamen in altero, quod ſequitur, τῶν ἄλλων θυμιημάτων, eodem conſenſu probatum, deſeruerit, retinens θυωμάτων, ſine ulla cauſæ iuſtitia, unde ni-884
hil me fuit moratus. Huius anatomiæ conſpectum protulit Ath. Kircherus in Oedipo Ægyptiaco pag. 512.

119, 20. Ταριχεύουσι νίτρῳ.] Prout mox τὰς σάρκας κατατήκειν dicitur νίτρον, ex quo miraculum in ſtructura pyramidum nonnullos Ægyptios narravisſe ſcribit Diodorus Sicul. 1, 63. Interim in MS. optimo legitur λίτρῳ· nec impetro a me, ut id pro vili habeam, quum ex Athenæo ipsa hæc ſcriptura probetur, et ſæpe in aliis literæ λ et ν commiſceantur. Ut notavit Salmaſius in Plinianis pag. 187., ubi ipsum hoc λίτρον pro exemplo poſuit.

119, 29. Ἐν οἰκήματι θηκαίῳ.] Quod etiam illuſtrat Salmaſius in eisdem Plinianis pag. 1208. Sed florida iuventus Heinſii in notis illis politis ad Silium inſuper requirebat hanc verſionem: *Conſanguinei effigiem ligneam fabricandam curant in hominis figuram, ſculptam cavatamque, cui postea includunt mortuum, incluſumque hoc modo in reconditorio illo ad parietem erectum diligenter ſervant.* Velim et ipse; ſed noluit Herodotus ſcribere de cavando, quum id poſſet facillime intelligi.

119, 33. Ἐπεὰν κλυσσῆρας.] MS. ἐπεὰν τοὺς κλυσσῆρας. Sic et postea ταριχεύουσι τὰς ἑβδομήκοντα ἡμ. ubi etiam vulgo negligunt vocem τὰς.

119, 37. Ἐπιλαβόντες τὸ κλύσμα &c.] Hæc est conſtans antiqui temporis lectio, quam nec ex Vallæ verſione nec ex ſua licentia attaminare debuit Tan. Faber pag. 243. Epiſtol. Critic. ubi prætexens ſuperiorum ſæculorum negligentiam quædam arguere ſtatuit, vel Vallæ lectionem revocandam, vel emendandum καὶ ἐπιβαλόντες τὸ κλύσμα διὰ τῆς ὀπίσω ὁδοῦ, *et immiſ-*
tentes

tentes clysma per posteriora. Atqui id ipsum est, quod modo dixerat κατὰ τὴν ἕδρην ἐσηθήσαντες, ut necessario nunc quid aliud proferat. Et certe aliud quid profert, nempe ut non patiantur id statim reiici, sicut statim rursus evolveretur et efflueret, nisi id impedirent, quæ est significatio huius verbi ἐπιλαβεῖν, et obturarent quocunque modo illud ostium: idque ait mox per certa temporis spatia sic conservari, donec ἐξιεῖσι ἐκ τῆς κοιλίης τὴν κεδρίην. Nam quod notat in lexico Herodoteo legi ἐσηθίσαντες, quod in Herodoti exemplaribus legitur ἐσηθήσαντες, iam diu notaverat quoque Stephanus in Thesauro. Ut scias quid hac nota et ista expletione Latinorum, ex adæquatione Græcorum effecerim, ecce quid scripserit Gabriel Clauderus in Methodo balsamandi cap. 4. pag. 58., [Quæ vero de secundi generis conditura refert, quod sine apertione ventris, sola salis vel nitri adspersione, ac immissione olei cedrini in alvum per clysterem applicatum, quod oleum postea reductum simul reducat intestina tabefacta, mihi ut hoc credam, persuadere nondum valeo; sed statuo Auctorem non-Medicum quarundam adhuc necessario præstandarum esse oblitum. Quamvis enim huic liquori balsamico per siphonem in intestina immisso sua efficacia omnino concedatur, tamen quia notum est Medicis, pharmaca per clysterem intrusa lethaliter decumbentibus, pedemque in cymba Charontis habentibus, statim alvo rursus effluere, partibus nervosis hæc alias retinentibus, sed ob stuporem spirituumque defectum non amplius operantibus, non video, quomodo hoc stante, in corporibus mortuis cohiberi, et operari postea possit. Vel si fortean vi intruderetur, ad minimum tam cito ad superiora penetrare non adeo aptus est; Et si eo penetraret, sane antequam per tabefacta (uti loquitur) intestina quoque transiret ad mensenterium, stomachum, imo hepar, lienem, ipsaque in Thorace contenta adscenderet, eadem sane putredine corrumperentur; præprimis et quod quasi cardo rei est, cum illi exterius præter solam salituram nullum corruptioni resistens succurrat.]

120, 8. Κατεῖπαι δὲ.] MS. κατειπεῖν δὲ, plane ut 1, 20. Πέμψαντα ἄγγελον κατειπεῖν.

120, 17. Ἢ ἄνθρωπον νεκρὸν.] MS. Mediceus legit ἢ ἀνθρώπου νεκρὸν, quod longe præferendum, prout in collegio studiosorum publice olim iam monebat pater scribi debuisse apud Ælianum 4. Variæ hist. cap. 7.

120, 23. Εὐθηνέειν πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον.] MS. πᾶσαν Αἴγυπτον. Infra cap. 147. Δασάμενοι Αἴγυπτον πᾶσαν. Sed hanc Ægypti εὐθηνίαν, etsi alterius temporis, specta ex nummo Antonini Pii, apud Morellium Tab. XII.

120, 44. Αἰτίην τὴν καὶ.] MS. αἰτίην ἣν καὶ.

121, 3. Οἱ δὲ ἐν τοῖς ἕλεσι κατοικημένοι.] Notat et probat Salmasius in Plinianis pag. 970. Sed quod mirum, ubi agit de illis qui circa paludes colebant, tanquam soli faba Ægyptia victitarint, de qua nihil hic Herodotus.

121, 8. Ἐπεὰν πλήρης γίνεται ὁ ποταμός.] Probat Salmasius in Plinianis pag. 979.

121, 13. Τῇ μήκωνι.] Non aliter citavit Salmasius, nec aliter potuit: nec enim scivit legi in optimo MS. τῷ μήκωνι, et utrumque dici annotatum est ab viris doctis. Sed et claritati temporis nostri debetur, ut denique, sine metu convellendi, tandem confirmetur, quod infra perperam editur ἐγγλύσει, quum in MS. sit ἐγγλύσσει, quod ipsum diu sic non solum ex Hesychio emendatum produxit postea Salmasius in Plinianis pag. 965., ubi plenis velis evehitur ad lotum et colocasiam rite distinguendam, ut in hoc loco plurimus fuerit: sed et antea ipse Stephanus in Indice, ubi vertit *indulcat*, *dulcedinem ori infert*. Sed nihil ab certa veritate potuerunt præstare. Interim Salmasius quum citet illic integrum locum, prout editur, hoc tantum verbo reparato, mox pag. 977. alteram partem certe similiter vitiosam in participio ὀπτήσαντες corrigit πτίσαντες *ubi pinserunt*. Paulo ante concordia codicis Medicei et illorum quos Stephanus inspexit, mihi visa fuit exigere δρέψωσι, non δρέψωνται, quod vulgo obtinet.

121, 34. Ποιέουσι.] MS. ποιεῦσι.

121, 44. Καταπίνουσι ἐρχόμενοι.] MS. ἐπόμενοι, plane ut antea de femellis, ἐπόμεναι ἀνακάπτουσι. At ἐρχόμενοι est plane supervacuum, ac nihil affert; unde merito credetur ab Herodoti manu non venisse.

122, 4. Ἵνα δὴ μὴ ἁμαρτ.] Voculam δὴ ignorat MS. Tum quoque πίπλασθαι, non πίμπλασθαι. etsi contrarium decernatur ab Valesio ad Eusebii librum 10. pag. 387., sed quum vitiosam scripturam produxisset.

122, 16. Οἱ ἰχθύες οὗτοι.] Quasi vero demonstratum quid hic requireretur, aut de certa specie istorum natantium ageretur; quum quod tunc fit in Nilo, fieri queat, imo soleat in plerisque æstuariis; quæ hinc crebro celebrantur piscosa. Hinc pulcherrimæ notæ esse opinor, quod indicat Mediceus codex, dum voce ultima caret, quippe quæ in vacuum adiecta est. Deinde in MS. legitur περὶ μὲν τοὺς ἰχθῦς (prout mox cap. 95.) οὕτω ἔχει, non περὶ τῶν ἰχθύων; ut cap. 112. ἔλεγον δέ μοι οἱ ἱρέες ἱστορέοντι τὰ περὶ Ἑλένην γενέσθαι ὧδε.

122, 19. Ἀπὸ τῶν σιλλικυπρίων &c.] Quum hic locus extra historicas narrationes ab Herodoto immissus fuerit ad oblectationem scrutantis talia hominum animi, etiam dense is adsumtus est ad eam causam, ut quidem præcipue Salmasius eum tractare amaverit in Plinianis, vel pag. 977., ubi vult omnino scribi σιλικυπρίων, vel pag. 1002. etiam σίλι et σιλικύπρια iactitans. Et sane undiquaque profertur illud σίλι, quod negari nequit. Neque tamen aliter in optimo exemplari scriptum utroque loco reperi, quam prout vulgo editur, cum gemino λλ, unde discedendi pudor adegit me ad venerationem eius quoque in hac parte, sive obiter ita scripserit Herodotus, sive de industria, et ex pronuntiatione aut scriptione Græcorum, quos in Ægypto adibat. Nam quum Salmasiana probent σίλι esse vetus, quod deinde resolutum est in σίσελι, et in Plinii vetustissimis exemplaribus pro *fili* scriptum esse *fibi*, quid mirum, si et contractio ista duplicaverit literam, et in Plinio statuam illud *b* exstitisse ex gemino *ll*, cuius postrema linea correptior fuit quam prior. Neque tamen demoror alios, quin dicant more solito *fili*. 885

122, 22. Αἰγύπτιοι κίκι.] Cernis hæc esse innexa præcedentibus. Itaque fieri non debuit, ut in illis seduli omitterent hanc partem adeo memorabilem, nec sine Herodoto obtinendam. Itaque plurima sunt, quæ viris primariis convehere huc placuit, ac præsertim τῷ πάνυ Salmasio ex se et ex Dioscoride ad confirmandam hanc scripturam, ut labefieri nequeat. Sed et iam antea Iosepho Scaligero laboriose perspectum colligere licet ex Epistolis eius, in quibus pag. 289. Arabicum Elkeroa censet nihil aliud esse, quam κίκι Ægyptiorum, vocans *stirpem etiam pueris notam, quæ in Syria et in Ægypto in iustam ficus magnitudinem attollitur.* —— *Quare*, addit, *omissis interpretum sommiis* KIK *est verum κίκι, nomine, figura, aliisque cum illo conveniens.* Ex quibus ita rem sitam video, ut Scaliger quidem loci Herodotei non meminerit, nec de illo aliquid confirmaverit, sed tantum de ipso fructu et vocabulo. Unde interim hoc auxilii fluit, quod non tantum celebrari testetur in Ægypto, sed et aliis regionibus. Quod si est et fuit quoque iam tunc, Herodotus haud dubie id scivisset, et sic non magis ut Ægypti vocem inseruisset suo contextui, quam simul aliarum regionum, appositis quoque appellationibus, quibus illæ regiones uterentur, quum lectoris perinde interesset. At multo interius hunc penetrare non voluit nuper, sed penetravisse imaginatus est sibi, et velut non inficiandam Ægypto vocem familiariter ipse esset sequutus, denique eius opem adscivit ad grande aliquid tentandum venenis ille truculentis obsitus Ioannes Clericus, fatalis scabies ad perdendas Musas. Ars enim ista Critica pag. 135. part. 1. quum nullas uspiam habeat æqui iudicii notas, sed multas, ob quas eam dixeris exsecrabilem ac nefariam, ad hunc quoque locum pervenit, ut eum citet. Sed quid? an citat tantum? immo ex hac appellatione in nugacissimis codicibus Herodoti ille prosilit ad vim inferendam Esaiæ. Quantum inverecundiæ? Quod certe antequam inciperet, debuisset primo Ægyptiam vocem noscere. At vero nihil novit. Nam quia Herodoti corrupta lectio, utique ambigua, attribuit palustribus Ægyptiis unguentum dictum Kiki, ergo Esaias debuit non scripsisse *kaukau*, ut hodie legitur, sed *kiki*. Nonne id inceptum improbum? Nam in hac re iudicii non plus est, quam pag. 92. in Cebetino loco per mendacia et falsissimas suspiciones ad corrumpendum perducto. Accedit ipse Diodorus Sicul. 1, 34. Χρῶνται δὲ καὶ πρὸς τὴν τῶν λύχνων καῦσιν ἐπιχέοντες ἀντ' ἐλαίου τὸ ἀπεθλιβόμενον ἔκ τινος φυτοῦ προσαγορευομένου καὶ κίκι. Ut quidem edunt, ubi καὶ nullam habet vim aut venerem. Sed et ille potuit decipi. Licebit igitur obstantes illos obices aut frangere aut flexu prætereuntem sine crimine publicare in illo optimo MS. exstare τήκι. Quod si contemnis aut fastidis, ede quæso, ubi aut vidisti aut audivisti memorari codicem Herodoteum pleniorem fidei?

122, 22. Τὰ γὰρ ἐν Ἕλλησι.] Mireris profecto, cui placuerit distinguere ita sermonem, ut vulgo fit: unde

de iunguntur res impares, ut procreatio cum fructificatione. Sed id debuerunt facere propter interpositam voculam γὰρ. Scias oportet eam nullam spectari in optimo MS. et tantum in eo legi, τὰ ἐν Ἕλλησι, quæ optima sunt, modo recte distinguas, ut feci.

122, 26. Ἀποῤῥέων αὐτοῦ.] MS. ἀποῤῥέον ἀπ' αὐτοῦ, quod negari Herodoto nequit. Sed de eo quod præcesserit, tum verbo ἀπιποῦσι, tum de sensu loci, videndus de hoc posteriore verbo Salmasius in citati libri pagina etiam citata 977., ubi vult verti *contusum exprimunt*, *alii frictum excoquunt:* quod ipsum credo voluit et Stephanus, cuius in Prolegomenis sententiam de hoc ipso verbo habes bene declaratam pag. huius edit. 741. Etiam quod mox sequitur, exhibet MS. κοιμῶνται, non κοιμέονται.

122, 31. Οἱ πύργοι ὠφελέουσι.] Id non aliunde clarius didiceris, quam ex conspectu musivi operis ab Kirchero editi, ubi videmus domibus additas turres paulo altiores, quæ cui commodo inservierint, non facile coniectari posset sine hac notitia ex Herodoto petita.

122, 36. Ἀμφίβληστρον ἔκτηται.] Quod doctrina sua decorat Isacus Casaubonus in notis ad Historiam Augustam pag. 45. per conopea Ægyptia in satiris derisa, sed ex vero. Et nisi fallor, id quoque ad visum exprimitur in opere Musivo, quod supra citavi, apud Kircherum. Locus qui sequitur, ita debebat distin-
886 gui: Τῷ τῆς ἡμέρης μὲν ἰχθῦς ἀγρεύει, τὴν δὲ νύκτα αὐτῷ χρᾶται· ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ, περὶ ταύτην ἴσησι τὸ ἀμφίβληστρον. Quod optime animadvertit et monuit Stephanus in Prolegomenis pag. 741., ut libenter etiam vocem αὐτῷ mutaverit in οὕτω. Sed certe sententia foret optima et plenissima, si utrumque istud αὐτῷ χρᾶται abesset: τῷ τῆς ἡμέρης μὲν ἰχθῦς ἀγρεύει· τὴν δὲ νύκτα, ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ, περὶ ταύτην ἴσησι τὸ ἀμφίβληστρον. Sed, ut dicam breviter, Herodotus voluit interpositum αὐτῷ χρᾶται, tanquam *sibi utitur*, et ad corporis sui commoditatem adhibet.

122, 40. Ἐν ἱματίῳ ἐλιξάμενος.] Percommode MS. ἐνελιξάμενος.

122, 44. Ὁμοιοτάτη τῷ Κυρηναίῳ λωτῷ.] Ita edidi, quum codicibus Stephani conspiraret Mediceus, non ὁμοίη, præsertim quum superlativum istud iam in citando usurpavisset Salmasius in Plinianis pag. 1036.

123, 1. Ζυγὰ ἐπιπολῆς τίνουσι.] Ita notabiliter scriptum hoc posterius verbum habet codex Mediceus, nec credidi ineptia scriptoris factum (quippe quæ nulla fuit, etsi infra exstet ἐκτείνειν) sed ex archetypo fideliter propagatum, præsertim quum in nostro scriptore pro ulcisci nunquam ponatur τίνειν, sed τίνεσθαι.

123, 4. Τοῦτο διὰ τῆς τρήτιος διαβαίνεται.] Devorent hoc illi, quibus tam horridæ maxillæ sunt. Tolerare quoque potuerit prior omnis ætas, tam curiosa in scrutandis Græcæ linguæ intimis gazis, et tot lexicorum ac thesaurorum confectrix. Quod quum ita factum esse animadvertamus, ut per omnia Herodotus agnitus fuerit tanquam dictator et princeps, quid causæ esse dicemus nuspiam vocem διαβαίνεσθαι reperiri annotatam, nedum activa significatione, quam nunc interpretes ei affingunt? An hic locus fuit septus nebula et ab oculis eorum absconditus, ut ne semel quidem in aliquo angulo istud ignoratum διαβαίνομαι liceat nunc nobis annotatum cernere? Ita futuro διαβήσομαι daretur optatissimus comitatus, certe in hoc scriptore, qui istud futurum medium amavit, et plus vice simplici adhibuit. Ego pro meo in Græcis profectu id nunquam intelligere potui, nec etiamnum illuc perveni, ut capiam, qui fieri id queat. Utique non destiti mirari Stephanum qui cognosci hic debet. Is enim in præcedentis commatis indecora versione adhæret ita ut scribere potuerit in Thesauro hæc ipsa: *in hoc vero Herodoti loco, quem ibidem affert* Eustathius ad Odyss. ε. πακτοῦσι τὰς ἁρμονίας βύβλῳ, *exponens* κατασφαλίζονται, *malim in prima signif. interpretari* compingunt, coagmentant. Unde patet nec loci sedem, ubi ea fuerint scripta ab Herodoto, illi cognitam fuisse, et levitas eius in fingendo vocabulo Græco. Is igitur, quum vicinum locum sic versaverit, ab hoc cavet, et verbum adeo conspicuum transilire potuit. Dignos esse tædio interpretes eos, qui omnia in alias linguas transfundere non verentur, etiam quæ ipsi ignorant, hic locus probabit, quem illorum intellexisse neminem dico. Nec aliter affirmare possum de Th. Gale, qui ex suis libris producit διαδύνεται. Recte, quod præ vulgato quæsiit promitque aliquid commodius; sed id quod substituit, nihil habet huc aptum, ut patet ex Grammaticis, et Herodotus non usurpat nisi ἐσδύνειν, ἐνδύντας, καταδύνων. Itaque pro tenebris offert caliginem. Sic circumactus ipse ut tandem vere intelligerem, fecit codicis illius præstantissimi Medicei inspectio, unde et sensum pulcherrimum integre restituo, et Græcæ linguæ fines insignis testimonii accessione profero, corrigendo τοῦτο διὰ τῆς τρήτιος διαβύνεται. De hac voce notat ita H. Stephanus. [Διαβύνομαι traiicio, penetro. Affertur enim ex Herodoto, διαβύνονται διὰ τῆς ἀριστερῆς ὀϊστοὺς, pro *sagittis dextram traiiciunt.*] Heu quanto studio ista scripta sunt! Locus Herodoti iste est lib. 4. cap. 71. Διὰ τῆς τε ἀριστερῆς χειρὸς ὀϊστοὺς διαβυνέονται *sinistram manum sagittis traiiciunt.* Et quid de isto loco notat Portus? nempe quum in v. Διαβυνέεσθαι εἴσθαι citavisset διὰ τῆς ἀριστερ. χ. ὀ. διαβυνέονται. *Per sinistram manum sagittas traiiciunt*, addit: [In vulgatis Lexicis legitur διαβύνονται a διαβύνομαι. Et hic Herodoti locus nullo libro notato pro exemplo affertur.* Sed utrumque bene habere potest. Nam a gravitonis circumflexa Attice et Ionice non raro deducuntur.] Quidquid sit, Herodotus certe in loco nostro nunc se agnoscit, et verbo διαβύνομαι sua sedes reddita est, et, ut hoc addam, mihi nunquam in ambiguo fuit, quin hinc deduci deberet origo vocabuli σιβύνιον. Nec enim compositum modo διαβύνομαι in usu fuit, sed et simplex βύνομαι.

123, 6. Ταῦτα ἀνὰ τὸν ποταμὸν οὐ δύναται πλέειν.] Solet enim amare Herodotus hoc ambiguum in neutris pluralibus, ut fecit modo cap. 94. Τὰ αὐτόματα ἄγρια φύεται &c. Itaque de iisdem mox sequitur et παρέλκεται et κομίζεται. Interim tamen optimus codex liquide habet δύνανται, ut placuerit præbere indicium summæ varietatis, quæ etiam Homero placuit. Mox edidi ὄπισθεν ἑλκόμενος, ut est in Mediceo et Stephani codicibus, non ὄπισθε ἑπελκόμενος.

123, 15. Ἕλκει τὴν βάριν.] Hunc locum reor innui ab illo omnium rerum præter veri et boni peritissimo Iano Broukhusio, dum ad Propertium 3, 9. erronee citat Herodotum, quasi et illum, non legerit, sed inspexerit, ut fabricam baridos audiret; audi quid scribat [Ex Herodoti Euterpe, sive l. 2. c. 6. colligas, fuisse quidem magnorum ponderum capaces, sed Nilo 887
duntaxat arando idoneas] Hodie quum sic scribatur, credas intelligi tanta saltem onera, quam onerantur in illis, quæ nunc per Hollandiæ aquas aguntur. Atque ita simul opineris quoque lectum ab eo fuisse Herodotum, sed prudenter id intellige. Primo enim non scivisset hoc, nisi edocuisset eum index solitus apponi. Tum dedit se decipiendum oculis per exstantes genas ferme præclusis et isti indici editionis Iungermanni, ubi quia sic exprimitur numerus 96., ut in priore præter orbem fere nihil appareat ex inferiore linea, sitque adeo tenuis, et nigrum habeat perfusorium ac fere exoletum, inde scripsit esse cap. 6. Iam vero πολλαὶ χιλιάδες ταλάντων quum dicuntur, quot requisivit ille in navibus, ut essent magnorum ponderum capaces? Ita patet ingenio et oculis imparem fuisse ad aliquid nitide spectandum. Sed ex Herodoto potuisse historiolas repetere etiam ad Tibullum, ubi novit et Indiæ fœminas, et Indos Padæos, et Ginden, et devotionem Amasis. Sic utebatur Vossii Etymologico.

123, 20. Αἱ πόλις.] MS. αἱ πόλιες; qui etiam mox habet Αἰγαίῳ πόντῳ, quod et Stephanus notavit ex suis, non κόλπῳ. Cap. 113. dicit tantum ἐν τῷ Αἰγαίῳ.

123, 37. Ἀπὸ τοῦ Δαναοῦ γαμβροῦ Ἀρχάνδρου τοῦ Φθίου τοῦ Ἀχαιοῦ.] Interpretantur *ab Archandro Danai genero Phthii Achæi filio.* Potius *ab Archandro Danai genero, Phthii filio, Achæi nepote.* Exempla sunt lib. 1. cap. 7. Aspexit hunc locum Bochartus in Phaleg. 1, 15. versus finem.

123, 41. Ὄψις τε ἐμοὶ καὶ γνώμη.] Recte MS. ὄψις τε ἐμὴ καὶ γν.

123, 43. Προσέσαι δέ τοι καὶ αὐτοῖσι τι.] Quomodo soleat hanc formulam concipere Herodotus, patet ex collatione cap. 147. Προσέσαι δέ τι αὐτοῖς καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος. Quid igitur in hoc loco valet illud innexum τοι καὶ? Scias licet illas sex literas in optimo libro non exstare, ut tantum habeat προσέσαι δὲ αὐτοῖσι τι.

123, 44. Ἀπογεφυρῶσαι τὴν Μέμφιν.] Quid notetur hoc verbo, patet discrepare eruditos, Valla reddente *iunxisse pontibus Nilum ad Memphin*, pro quo Stephanus mallet *aggessisse Memphin*, ut certe testatur in notulis ad interpretationem Vallæ, quum in Thesauro sic agat, ut inter γεφυρόω et ἀπογεφυρόω nullam agnoscat differentiam, notentque *ponte vel pontibus iungere fluvium.* Ex quibus secundum sane istud est intolerabile. Sed et Vallæ libertas nimia est, ut quod Herodotus refert de Memphi, ille ad fluvium transferat; neque usquam Nilum legimus pontibus iunctum fuisse. Itaque quod superest, colligebam id ab eo

rege

rege curatum esse, ut nonnisi pontibus hæc urbs intrari posset, undique abcisa et per pontes adeunda. Quod certe est, quod per sequentia demonstrat. Sed insuper habet optimus MS. ἀποχεφυρῶσαι καὶ τὴν Μέμφιν· ut ostendat se præterire alia opera; sed inter illa quum sit quoque munitio Mempheos, de ea aliquid dicturum.

123, 45. Οἱ ἱρέες ἔλεγον.] Honoris Herodoti causa non per hos intelligo ignobile et incertum vulgus per ista collegia, sed multiplici conventu spectatos et bene expertos, si recte possent de talibus scire aliquid vel pronunciare. Nec enim puer fuit Herodotus, ut quodlibet ab quolibet grata manu acciperet, sed accurate exploravit et elegit. Hinc cap. 55. testatur quidem se audivisse τῶν ἐν Θήβῃσι ἱρέων, et ibidem audivit Δωδωναίων τὰς προμάντιας, et cap. 44. ἐς λόγους ἦλθε τοῖσι ἱρεῦσι θεοῦ Herculis in Tyro. Sed hinc ille Saiticus γραμματεὺς accepit testimonium cap. 28. παίζειν ἐδόκεε. Quod exemplum tranferri debet in omnes. An vero Strabo sic est integer purusque, ut nequierit ferre in ætate Herodoti, ista ignorantia cursus Nili, varias quasdam narrationes, ita ut hunc debuerit criminari lib. 17. pag. 819. φλυαρεῖν ὥσπερ μέλος ἢ ῥυθμὸν ἢ ἡδυσμά τι τῷ λόγῳ τὴν τερατείαν προσφέροντα? Utique nihil apud Herodotum tam vile. Cavilletur itaque alios; cum qui melior ipso est, intactum relinquens abeat. Sufficit Herodotum statuere de isto homine et narratione eius, quod æquum erat; et pateat inde Herodotum non omnes nec omnia signavisse linea alba. Non alius Diodorus Siculus cœce invectus in meliorem.

124, 10. Τοῦτο μὲν ἐν αὐτῷ πόλιν κτίσαι ταύτην.] Dum modo Nilum dicit ipsum ἀπεργμένον, modo ipsam regionem, offensæ nonnihil est de sede urbis huius. Nec cum Valla queas agere, rudiori certe in proxime præcedentibus vertendis. Stephanus statuit in ea parte a qua fluvium arcuerat, continente facta, urbem hanc conditam. At vero fluvium non arcuerat aliunde, nisi ab suo alveo, ut sic in alveo Nili sit condita hæc urbs. Quod opinor absurdum et latius fuit porrecta. Id venit ex prava lectione. Nam istud ἐν αὐτῷ videntur fecisse ex sequenti ἐν αὐτῇ. Atqui præpositio ἐν nulla est in MS. Mediceo, ut illud αὐτῷ respiciat præcedens τῷ Μινΐ, quod pronomen ponit ex supervacuo quidem repetens dativum, qui illic non requirebatur, nihilominus ab Herodoto sic iterari solitus, quo tot voces præcedentes colligit in unum retento casu, quem antea dederat.

124, 13. Πρὸς βορέην τε καὶ ἑσπέρην.] MS. πρὸς βορέην τε καὶ πρὸς ἑσπέρην, quod recepi.

124, 23. Τόπερ τῇ Βαβυλωνίῃ.] Ut videas certius particulam ἐν lusui nonnullis fuisse, et hinc ablatam
888 ad superiora vectam, testor legi in optimo MS. τόπερ ἐν τῇ Βαβυλ.

124, 34. Αὐτὴν μὲν —— βίψαι.] Particula μὲν nunc abundat et locum habet nullum. Emendavi igitur ex MS. αὐτὴν μὲν —— βίψαι *ipsam se abiecisse*. Nam paulo ante καλέσασαν ab Stephani codicibus et Mediceo firmatum amovere ulterius nequivi.

124, 36. Ῥίψαι, ὅκως ἀτιμώρητος γένηται.] Neque enim τιμωρία erat, si propria sponte sumeret mortem: sed futura erat, si traderetur ludibriis. Ergo id notat Herodotus illam in cineris copia obturavisse anhelitum. Hæc enim, ut ego intelligo, causa huius saltus fuit. Accipe tamen, prout hanc narrationem intellexerit Ioh. Marshamus sæculo VII. pag. 90. ita referens: *Ipsa autem sese coniiciens in domum cinere plenam illæsa evasit.* Non opinor. Historia autem hæc habet aliquid simile fato statuariorum, quod descripsit Suidas in Διοπετὲς, etiam in Ægypto peractum.

124, 42. Τῆς ἡ περίμετρος.] MS. τῆς ἡ περίοδος. Infra cap. 149. de hac eadem palude ait τῆς τὸ περίμετρον τῆς περιόδου εἰσὶ σάδιοι 3600. 1, 185. Ἐκδέκηται περίοδος τῆς λίμνης μακρή· 7, 109. Λίμνη ἐοῦσα ὡσεὶ τριάκοντα σαδίων τὴν περίοδον.

125, 5. Μηκέτι πλωτὴν.] MS. οὐκέτι πλωτὴν· et paulo ante edidi τοὺς παρὰ τὴν Ἐρυθρὰν, non περὶ, quia sic iubebat idem codex stipatus codicibus Stephani. Sed et statim restituta particula quæ periit, et tamen desideratur, scripsi ἐνθεῦτεν δὲ ὡς ὀπίσω. Sic edidit sancte Aldus, sic et Camerarius, in culpa sunt editiones Stephani, quæ nescio quomodo omiserunt, sequentibus Iungermanno et Thom. Gale. Ne dubita exstare etiam in MS. integerrimo. Edunt enim ἐνθεῦτεν δὲ ὀπίσω.

125, 12. Τούτοισι μὲν σήλας ἀνίσῃ.] Recte MS. ἐνίσῃ. Tum MS. δυνάμι et τὰς πόλιας.

125, 18. Προσανέγραφε.] MS. προσενέγραφε, et ὡς εἶησαν, non ὡς ἦσαν.

125, 29. Αὐτοῦ κατέλιπε.] MS. αὐτοῦ καταλείπει, potius ad stylum Herodoti, qui ad talia mirabiliter ludit in præsentis temporis verbis.

125, 31. Ἐν τῇ πλάνῃ αὐτοῦ ἀχθεσθέντες.] Particula ἐν non exstat in MS. et omnino ut vana et supervacua deleri debet. Ipse noster cap. 173. Ἀχθεσθέντες δὲ τούτοισι οἱ φίλοι αὐτοῦ. Nec aliter usurpatur in locis ab Suida ad hoc verbum citatis. Scire imo oportet imputandam esse hanc particulam editionibus Stephani, quum nec Aldus nec Camerarius illam noverint.

125, 41. Τοῖσι δὴ μᾶλλον.] Longe plenius et mollius id extulit Herodotus, ut probat optimus MS. τοῖσι δὴ καὶ μᾶλλον.

126, 6. Τεκμήριον γίνεται.] Hoc, quod in margine monstrabat Stephanus, reperi etiam in codice Mediceo, non μαρτύριον, atque ideo probavi, ut et mox φέρε νῦν, non δή.

126, 12. Λίνον μοῦνοι οὗτοί τε καὶ Αἰγύπτιοι ἐργάζονται κατὰ ταυτά.] *Hi soli atque Ægyptii linum eadem ratione operantur*, vel ut mutare placuit Stephano, *elaborant, apparant.* Agnosce vinculum inexplicabilis argumenti, vel potius sententiam, quæ quantum ad eruditorum hominum examen et fidem attinet, ab Herodoto tam polito et bene ratiocinari solito scriptore pronunciata fuisse creditur, ambigua et labans ultra modum puerilis ineptiæ. Colchi et Ægyptii linum eadem ratione apparant, ergo alteri ab alteris descendunt. At quæ non gentes erunt metropoles, quæ non coloniæ aliarum, si quæ in uno aut altero rei alicuius apparandæ modo conveniunt, inde dicentur repente aliæ ex aliis provenisse? Sensus profecto fatuus. Atqui Diodorus ut Atticos probet colonos ex Ægypto venisse, 1. ex nomine urbis ἄστυ, 2. ex ratione ordinum et divisione populi, 3. similitudine mysteriorum colligit, ac denique Ægyptios non recusatos duces ab Atticis pag. 24. et 25. Tot documenta quum in tali ratiocinatione supponat ille antiquior, quid faciunt novelli? Nempe hinc Bochartus in Phaleg lib. 4. cap. 31., præter illa aliud observat Herodotus, quod nimirum soli Colchi et Ægyptii *linum ἐργάζονται κατὰ ταυτὰ, eodem modo elaborant.* His iunctus Pindari scholiastes, Strabo &c. Etiam hinc ad Sæculum XIV. notat Marshamus pag. 365. *Utrique linum eodem modo elaborant.* Hinc etiam Cl. Brauwnius ille, qui pag. 758. statuit credibile non esse, Herodotum, Plutarchum, aliosque auctores si qui antiquiores exstiterunt, quicquam certi scivisse ultra tempora Salomonis de rebus Ægyptiis, utut etiam nonnunquam eorum fere æternitatem crepare videantur, in Vestitu Sacerdotis Heb. 1, 7. pag. 144. *Herodotus quoque tradit libro secundo: in Ægypto linum fieri, ut in Colchide.* Neque sane ita, ut nunc Herodotum isti contemplantur, consideravit Strabo, qui haud dubie hunc Herodoti locum respiciens scribit lib. 12. pag. 498. de Colchis: ἡ δὲ λινουργία καὶ τεθρύλληται· καὶ γὰρ εἰς τοὺς ἔξω τόπους ἐπεκόμιζον· καί τινες βουλόμενοι συγγένειάν τινα τοῖς Κόλχοις πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους ἐμφανίζειν, ἀπὸ τούτων πιστοῦνται. Non ulterius progreditur illic cautissimus Strabo, nec de similitudine opificii vel minimum musat. Sed qualis ibi magnus ille Isaacus? nempe ubi Casaubonus vere Herodotum intelligi annotavit: sed perinde ac si Strabo non satis vim rationis Herodoteæ aperuisset, diserte addendum putavit *præter alia argumenta hoc quoque affert* nim. Herodotus, *quod linum soli Colchi et Ægyptii ἐργάζονται κατὰ ταυτά.* Sed per nos quidem εἰς αἰῶνας χαίρῃ ὁ ἥρως ὁ τοσοῦτος, et potius in eo laudibus prosequentes vel nostram vel præteriti temporis felicitatem, abhinc hoc agamus, ut Herodoto inserviatur; quod spero me facere præ- 889
clare auxilio membranæ Mediceæ, quæ una ad huius loci verum intellectum, ut opinor, me duxit, ex qua scribo et locum distinguo: λῖνον μοῦνοι οὗτοί τε καὶ Αἰγύπτιοι ἐργάζονται· καὶ κατὰ ταυτὰ καὶ ἡ ζόη πᾶσα &c. *Linum soli illi et Ægyptii administrant. Sed et vita omnis pari modo* &c. Id magnum isto tempore potuit esse cognationis duorum populorum argumentum eodem modo pariter in plurimis aut magis universis negotiis et rebus agere; atque item si aliis regionibus ignotum opificium aliquod solæ duæ gentes tractare norint, ut hi linum bene conficere. Diodorus Siculus lib. 1. cap. 55. satis clare ostendit sibi hunc locum Herodoti ante oculos fuisse, sed hanc lini culturam ne quidem tangere voluit.

Ibidem. Φοίνικες δὲ καὶ Σύροι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ.] Hanc scripturam revocare debui, quamvis eadem repeterentur 7, 89. Φοίνικες μὲν σὺν Συρίοισι τοῖσι ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, ubi fateor nihil a me annotatum esse, undecunque id contigerit. Attamen dico debuisse me ex optimo MS. nunc sic edere, ut clare exemplo pateret appellationis diversitas in utroque populo, quum sequan-

tur mox Σύριοι ὁι περὶ Θερμώδοντα καὶ Παρθένιον ποταμὸν. Itaque non aliter habet Herodotus 1, 72., ubi quum etiam præmisisset, Οἱ δὲ Καππαδόκαι ὑπ' Ἑλλήνων Σύριοι ὀνομάζονται, mox addit, Ἔνθεν μὲν Συρίους Καππαδόκας ἀπέργει, ἐξ εὐωνύμου δὲ Παφλαγόνας. Nec aliter egit iam in 3, 90., ubi quum dixisset Μαριανδηνῶν καὶ Συρίων, mox addit Κιλίκων τε καὶ Σύρων versus Ægyptum. Itaque etiam lib. 5. cap. 49. Φρυγῶν δὲ ἔχονται Καππαδόκαι, τοὺς ἡμεῖς Συρίους καλέομεν, quæ verba citavit et Casaubonus ad Strabonem pag. 213. D. Item 2, 159. Σύροισι πεζῇ συμβαλὼν Νέκως. Sic quoque magnus ille vir ad Strabonem decreverat similiter Σύρους ad mare mediterraneum statuens pag. 23. B., pag. 26. C., pag. 49. B., donec in paginam 444. incideret, ubi ipse, ut dico, pag. 213. D. apponit verba Herodoti ex tribus locis, sane fluctuantia in ambiguo, inprimis nodosum illud ex libro 1. cap. 6. Μεταξὺ Σύρων καὶ Παφλαγόνων, quippe quod plane imitari videtur scholiastes Apollonii Rhodii ad 2, 366. notans. Ἐσὶ δὲ μεταξὺ Σύρων τῶν ἐν τῷ Πόντῳ καὶ Παφλαγόνων εἰς τὸν Πόντον ἐκδιδοὺς περὶ Σινώπην πόλιν. Immo quam his contraria illa 7, 63.? Ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι, quæ citat et Grævius ad Iulium Suetonii cap. 20. Inspici magis accurate meretur optimus codex, antequam statuatur aliqua Herodoti indifferentia circa ista, quum 7, 72. omnino Syros vocet illos Ponti finitimos, et quidem ter, ut ex ipso MS. reposui, ubi vulgo semel intercurrebant satis indecore Σύριοι. Debuit hæc lector scire. Et est aliquoties agitatum.

125, 44. Ὁμολογέουσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι.] Quanto beatior fores, si quo momento has et antecedentes voces commisisti albæ Melonis paginæ, ita ungues, mi Herodote, momordisses, ut extremum digitum, qui continebat calamum, simul penitus abstulisses, et neque scribere potuisses! Quia secus feciſti, nomen nunc tuum per omnia sæcula delatum fuit, nec cessabit deferri, quia irritasti nationem, cui et tacere non placet, eademque semper iterat, et te non minus conculcat, quam tu pro nullis habuisti Hierosolyma vix ab gravi lapsu recipientia spiritum. Et præivit formulam iste sacerdotalis Iosephus, Ἡρόδοτον δὲ πάντες ψευδόμενον ἐπιδείκνυσιν. Unde qui modeste agunt, errorem tuum esse dicunt, quod Phœnices circumcisionem ab Ægyptiis habere asseras. Sic enim loquuntur. An id facis? Ego nihil aliud in te video, quam ut scribas, quid illi Phœnices et Syri in Palæstina fateantur. καὶ αὐτοὶ ὁμολογέουσι. Multum abest, ut id ex persona tua adfirmes ita se habere. An igitur hæc Herodoti culpa est? Immo quum id scripsisti, mentitus es, quia eorum qui in Palæstina sunt, soli Iudæi circumciduntur, uti recte observavit idem Iosephus. Itane? an quia tempore certo non circumcidebantur habitantes in Palæstina, propterea id nec usquam contigit, nec tempore posteriore, nec illo, quo vixit Herodotus, aut ullo alio ad usque Iosephum, qui ita sustinuit negare, præter Iudæos circumcidi suos quosdam incolas vidisse Palæstinam? Sed Iosephi istam declarationem iam in arctum compulit Ill. Huetius, quod non debebat ignorari. De Ammonitis quidem palam testari Theodoretum notavit alius. Sed et quum Arabes obtinuerunt Azotum, et alia Palæstinæ emporia ad mare mediterraneum habuerunt in potestate, an tunc quoque valere potuit ista pronunciatio Iosephi? Sed hallucinatus es, quod Colchos scripsisti tantum non fingens, circumcisionem ἀπ' ἀρχῆς habuisse. Etsi enim tibi illa ἀρχὴ non excedat ulterius, quam prout memoria humana tenet, quæ raro ad primam originem appropinquat, sed vel longissime demum post vera initia incipit, utique in illa gentilismi miseria publica non penetrante ad istam nimiam vetustatem; tamen nosse primæva Iudæorum tempora, et omnibus gentibus, quas adieras, anteriora facta et ad ipsas veras rerum origines conferri te æquum fuit, non solum ad aliquam Salmonasaris forsan ætate peractam instituti alieni communicationem. Sed tu patere, ut sic fruantur genio suo, quum tu indulseris tuo, et forsan non pauca etiam proferre possis, cur Iudæos spreveris non modo Deorum hominumque odia, sed vix resurgentes tunc ab universa rerum Iudaicarum eversione, quæ paulo ante contigerat, ut per peregrinationis tuæ tempora in nullo fuerint numero. Si te hi fastidiunt, gaude Æliano tamen te esse ἱκανὸν τεκμηριῶσαι testante.

126, 24. Ἐς Φώκαιαν ἔρχεται.] Sic quum reperirem in optimo codice, non fuit causa, cur morarer compositum κατέρχεται, quod vulgo obtinet. Sed et postea MS. τῇ δὲ ἀριστερῇ τόξα, non τόξον, et videtur id verius esse, ut arcus et sagittæ simul capiantur. 3, 78. Φθάνει τὰ τόξα κατελόμενος, ὁ δὲ πρὸς τὴν αἰχμὴν ἐτράπετο. Similiter iungit 7, 64. tribuens Bactriis τόξα καλάμινα ἐπιχώρια καὶ αἰχμὰς βραχείας, ubi fæpius. Nec potest dubitari, quum sic descripserit Diodorus Siculus loco citato 1, 55. Κατεσκεύασεν εἰκόνα λιθίνην, τόξα καὶ λόγχην ἔχουσαν.

126, 25. Ἑκατέρωθεν δὲ ἀνὴρ.] Et quomodo id interpretari potuit Valla *in quarum utraque*, quum notet *utrinque*, *ab utroque latere?* Videtur omnino habuisse notitiam scripturæ melioris, quam restituo ex optimo MS. ἑκατέρωθι. Sic ἑτέρωθι et statim infra et 3, 12. Sic αὐτόθι cap. 162. et 181. huius libri. Videtur enim amare has lenes terminationes. Sic οὐδαμόθι, ἑτέρωθι mox et alibi ἄλλοθι. Paulo ante excepi, quod Stephanus in ora posuerat, iussu libri Medicei κατὰ τὰς χώρας, non ut vulgo κατὰ χώραν.

126, 39. Πολέας ἀνθρώπους.] MS. simpliciter πολλοὺς ἀνθ. et statim ἀδελφεὸν ἑωὐτοῦ, non αὐτοῦ, quod exstat vulgo.

127, 4. Τρόπῳ τοιῷδε.] MS. τρόπῳ τοιούτῳ· ut cap. 137. in inscriptione pyramidis: καί με τρόπῳ τοιούτῳ ἐξεπολίησαν· et mox quod eruit Stephanus ὤρυσσον, erat etiam in illo ipso, non ὤρυξαν.

127, 20. Ἔκτηντο πόλις.] MS. ἔκτηντο τὰς πόλις, ut edidi.

127, 28. Ἀποφορὴν ἐπιτελέειν.] Nihil frequentius in Herodoto, quam hoc verbum; et notavit sedulo Por- 890
tus. Attamen MS. ἀποτελέειν.

127, 38. Μὲν δὴ οὗτος δὴ μοῦνος.] Non intelligo hæc supplementa nimium repetita. MS. μὲν δὴ οὗτος μοῦνος rectissime.

127, 48. Στάναι ἔμπροσθεν.] MS. ἰσάναι.

128, 1. Μὴ οὐκ ὑπερβαλλόμενον τοῖσι ἐκείνου ἔργοισι.] Est vitiosa scriptura, vel ad rationem Græcæ linguæ vel ad ipsam sententiam; nam vox ἐκείνου non minus hoc loco et verbis quæ citavi, quam præcedente versu respicere debet Sesostrin, quum tamen sic exprimantur opera Darii. Hinc ut Græca loqueretur, debuerat Herodotus scripsisse ἐκεῖνον, quum sic loquantur ὑπερβάλλεσθαί τινα ἔργοις· ut cap. 175. Παλλὰν πάντας ὑπερβαλλόμενος τῷ τε ὕψει καὶ τῷ μεγάθεϊ. Itaque vox ἐκείνου expungatur, quam nec agnoscit MS. nec videtur habuisse Valla in exemplari, ad quod versionem paravit.

128, 4. Παῖδα αὐτοῦ Φερῶν.] Quum ita notasset ad marginem ex suis Stephanus, mihique occurreret in Mediceo, nequivi tolerare suppositicium Φέρωνα. Ita etiam mox ὡς οὐκ ἀνέβλεπε, cuius verbi eadem causa est pro ἀνέβλεψε.

128, 10. Ἀτασθαλίῃ χρησάμενον.] Citat hæc Des. Heraldus in Animadversionibus ad Arnobium p. 11., neque enim satisfacit interpretatio Vallæ *facinus admisisse*, nec Stephani correctio *protervitate quadam sumptum*, et Herodotus denuo usurpat.

128, 32. Ἐξ ἑνὸς ἑόντας ἑκάτερον λίθου.] MS. ἐόντα. Sic utique scripsit Herodotus et nasuti sunt plus æquo, qui id mutarunt. cap. 176. δύο κολοσσοὶ ἑείκοσι ποδῶν τὸ μέγαθος ἑὼν ἑκάτερος.

128, 33. Πηχέων ἑκατὸν, εὖρος δὲ ὀκτὼ.] MS. iterum auctius ὀκτὼ πηχέων, quæ est simplex facilitas Herodoti. Sed et mox κατὰ τὴν Ἑλλήνων non habet MS. sed amplius κατὰ τὴν τῶν Ἑλλ.

128, 39. Φοίνικες Τύριοι.] Cuius abstrusæ historiæ causam aliquam et tentamen si petis, inspice Demonstrationem Euangelicam Ill. Huetii Propos. IV. pag. 88., si Ioh. Tzetzæ Chiliades ad hoc possunt valere.

128, 43. Τὸ ἱρὸν Ἑλένης.] MS. τὸ ἱρὸν εἶναι Ἑλένης. Quem infinitivum apponit plerumque, ut συνεβάλλετο εἶναι τὸν Νεῖλον supra cap. 33. Συνεβάλλετο τὸν Ὀρσέα τοῦτον εἶναι· 1, 68. Et sæpius. Immo non aliter edidit plane Camerarius, quum per notam id fecisset Aldus, ut Stephani editiones accusandæ sint. Tum quoque idem MS. ὡς ἐδιαιτήθη, ubi vulgo augmentum negligitur.

128, 46. Ξείνης Ἀφροδίτης ἐπώνυμόν ἐσι.] Et hic progrediamur rursus ad augendam Græcæ eloquentiæ varietatem. Neque enim licet passim hæc scriptura occurrat, atque etiam hoc loco in omnibus aliis MSS. reperiatur, tamen vix credo ita nunc Herodotum concepisse, quum iste inviolatæ bonitatis codex habeat ἐπωνύμιόν ἐσι. Nusquam ea vox posita ab Grammaticis memoratur: sed sufficit mihi sola ista veritas toties spectata, tum analogia. Eodem enim modo licet παρώνυμον recte dicatur, tamen et a Plutarcho videmus παρωνύμιον et a Platone παρωνύμιος usurpatum. Adde similia ad 9, 21.

128, 47. Ὅσα γὰρ ἄλλῃ ἄλλης Ἀφροδ.] MS. tantum et longe mollius ὅσα γὰρ ἄλλα Ἀφροδ. Et mox οὐδαμῶς, quod iam protulit quoque Stephanus.

129,

129, 15. Ἰκέται δὲ ἑζόμενοι.] MS. ἱζόμενοι. Prioris non placuit Porto in adnotando rationem habere, sed certe id quod reposui est Herodoteum. 3, 11. Ἐπεὶ ἵζοντο πέλας τῶν Αἰγυπτίων.

129, 24. Ἔργον δὲ ἀνόσιον ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐργασμένος.] Ita voluerunt hoc loco orationem componere quicunque fuerunt isti sive librarii, sive editores; at paulo infra fecerunt iidem ἀνόσια ἐξεργασμένος ξεῖνον τὸν ἑωῦτοῦ. Nec prima fronte apparet hæc esse incongrua, quum hæc posteriora repetantur tum 3, 30. Πρῶτα μὲν τῶν κακῶν ἐξεργάσατο τὸν ἀδελφεὸν, et 127. Πρίν τι ὧν μέζον ἐξεργάσασθαί μιν Πέρσας κακόν· et 6, 3. καὶ κακὸν τοσοῦτον εἴη Ἴωνας ἐξεργασμένος· tum 7, 10. Μαρδόνιον μέγά τι κακὸν ἐξεργασάμενον Πέρσας. At contra plane hæc omnia invertuntur in MS. Mediceo, nunc exhibente ἔργον δὲ ἀνόσιον ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐξεργασμένος, mox autem ἀνόσια ἐργασμένος ξεῖνον τὸν ἑαυτοῦ. An vero fas est in his dubitare, quidnam sit genuinum Herodoti, quid vero alienum et otiose ludentis ac frustrantis calami? Vel hoc decernat, quod habeamus 6, 61. Καὶ κοινὰ ἐν τῇ Ἑλλάδι ἀγαθὰ προσεργαζόμενον, ut exstat in unico Mediceo, ubi vulgo omittunt præpositionem. Ibi clare cernis expressam hanc ipsam locutionem ex MS. repositam per compositum.

129, 28. Ἐς γῆν τὴν σὴν ἀπενεχθεὶς.] MS. ἐς γῆν ταύτην ἀπενεχθεὶς.

129, 33. Ἵνα ἰδῶ τί κοτε καὶ λέξει.] Potuit curiosior fuisse et videre voluisse, quod innuunt hæc Græca. Sed optimus codex MS. legit ἵνα εἰδῶ ὅτι κότε· et hoc decet nosse ac scire quid excuset: immo id ipsum interpretatur quoque Valla, ut debuerit sic legisse. Dein etiam ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Θῶνις, non cum vulgatis τοῦτο. Certe ταῦτα recte conveniunt antecedenti τάδε, ubi dixit λέγοντα τάδε.

129, 36. Αὐτόν τε τοῦτον ἀνῆγε ἐς Μέμφιν.] Non male, sed quanto magis conspicuus Herodotus in verbo ἀνήγαγε? quod est in MS.

129, 38. Ἀνακομισθέντας δὲ πάντων.] Lapsu typorum opinor pro ἀνακομισθέντων δὲ πάντων. Certe Aldi-
891 na sic habet et Camerariana. Incepit error ab Stephaninis, quas nec Iungermannus nec Gale debuerunt revereri in contextu, nedum ut quasi res demonstratione opus haberet, ex probatione Cod. Arch. reduceret genitivum iste posterior. Mox MS. Mediceus abcisam interrogationem melius proferre videtur Τίς εἴη, καὶ ὀκόθεν πλέοι, quam τίς τε εἰὴ, καὶ.

129, 47. Τέλος δέ σφι.] MS. τέλος δὲ δή σφι.

129, 48. Λέγων ὅτι εἰ μὴ περὶ π. ἠγεύμην &c.] MS. λέγων ὅτι ἐγὼ εἰ μὴ &c. Et quamvis eadem vocula repetatur inferius, opinari tamen nequeo spuriam.

130, 5. Περὶ τοῦ σεωϋτοῦ ξείνου τὴν γυναῖκα τὴν ἔχων ἦλθες.] Miris modis hæc periodus turbata est, et turbat locum omnem. Vult nimirum Herodotus in hac exprobratione amplificare Paridis facinora per tres gradus, stuprum Helenæ, raptum uxoris hospitis, et furta rei familiaris. At quis iste modus, ut primo exprimat simpliciter raptum; deinde quasi meminisset ipsius stupri obiiciat ei non sufficisse τὸ συγγενέσθαι αὐτῇ, et rursus redeat ad raptum? Nullo enim genere diversa sunt illa τὴν ἔχων ἦλθες et ista ἀναπτερώσας αὐτὴν οἴχευ λαβών: ex quibus sine dubio alterum manus est indocte et ineleganter liberalis. Clarius et liquidius tum res ipsa et iudicium, quod de Græcis fero, tum ineptia huius liberalitatis patebit, si versionem Vallæ quomodocunque apparatam inspicias *a tuo ipsius hospite erepta uxore; neque bis contentus cum ea abisti.* Id vere est anserem παππάζοντα audire. Et quæso, cur Stephanus non vidit unum idemque esse, *a tuo ipsius hospite erepta uxore*, et *sublata illa abiisti?* Has salebras quisquilias disipo, et compono adlata eximia ope ex fide optimi libri, qui profitetur Herodotum scripsisse παρὰ τοῦ σεωϋτοῦ ξείνου τὴν γυναῖκα ἦλθες, καὶ μάλα ταῦτα τοι οὐκ ἤρκεσε· ἀλλ' ἀναπτ. *ad tui hospitis uxorem intrasti, nec sane id satis tibi fuit* &c. Est hæc phrasis propria Herodoti, si quis alius, circumspecti in honesto rei fœdæ tegendæ sermone viri. Sic cap. 64. Martem Ægyptium ait ἐσελθεῖν παρὰ τὴν μητέρα. Cap. 66. αἰλούρων, ait, ἀι θήλεαι οὐκέτι φοιτέουσι παρὰ τοὺς ἔρσενας. Et paulo ante cap. 111. γυναικὸς, ἥτις παρὰ τὸν ἑωϋτῆς ἄνδρα μοῦνον πεφοίτηκε· 3, 69. ἐπεί τε αὐτῇ μέρος ἐγίνετο τῆς ἀπίξιος παρὰ τὸν μάγον. Lib. 4. cap. 1. ἀι τῶν Σκυθέων γυναῖκες ἑφοίτεον παρὰ τοὺς δούλους· 5, 70. Κλεομένεα εἶχε αἰτίη φοιτᾶν παρὰ τοῦ Ἰσαγόρεω τὴν γυναῖκα· 6, 68. Κυέουσάν σε ἐκ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς οὕτω ἐλθεῖν παρὰ Ἀρίστωνα &c. Nescio qui contigerit vocem παρὰ in contextu transponi; prout citavi, fac ut habeas. In his omnibus quum ita loquatur Herodotus, et belle quidem, multo minus tolerari potest, quod editur cap. 121. Ἐσελθόντα δὲ ἐς τοῦ βασιλέος τὴν θυγατέρα, quam periodum Portus in operosa sua annotatione voculæ ἐς non tetigit. At quid illo magis obscœnum? Ubi præclare docet codex optimus Herodotum scripsisse ὡς τοῦ βασ. τὴν θυγατέρα, quam vocem constat sumi ut notet idem quod πρὸς, quomodo cap. 126. τοῦ ἐσίοντος πρὸς αὐτὴν ἑκάστου, et exempla eiusdem restitutionis occurrent tum 140, 38., tum 214, 19., vel ideo notanda, quod nihil eius in Herodoto agnoverit Portus. Mox autem consensu suo firmat eadem Medicea membrana, quod Stephanus in suis libris inventum posuit in margine οἴχεαι ἔχων ἐκκλέψας, non οἴχου λαβών. Quæ est mirifica et Herodotea abundantia in participio ἔχων; nec fuit intellecta illis, qui mutaverunt.

130, 27. Ἔπεα ὧδε.] MS. ἔπεα οὕτω· et mox ἃς αὐτὸς, non τὰς αὐτὸς.

130, 42. Μενέλαος.] MS. Μενέλεως, etsi mox vulgata ratio per ω sequatur.

131, 7. Εὐαεῖ τε πνεύματι.] Molesta horum prolatio, quam lenies scribendo ex MS. εὐαεῖ πνεύματι.

131, 14. Ἐλθεῖν μὲν γὰρ.] MS. ἐλθεῖν γὰρ.

131, 21. Τὰ εἴχετο κλέψας.] MS. τά οἱ οἴχετο κλέψας.

131, 47. Ὅκου ἔτι ἑτράπετο, οὐκ εἶχον.] Hoc quod edidi, certe volui edere (nam video aberrasse typos) vides ab Stephano proditum esse in margine, et id ipsum legi Florentiæ, et est emendatissimum. Sophocles in fine Antigones: Οὐδ' ἔχω, ὅπα πρὸς πότερον ἴδω, πᾷ καὶ θῶ.

132, 13. Οὐκ ἔστι ὅτε οὐ δύο.] Ita legunt omnes, quippe quod habet speciem, ut dicat nunquam non evenisse pugnam, quin duo aut tres perirent. Quod sævum et regii sanguinis effusionem nimiam supponit, ut ea mens Herodoti esse nequeat. Accedit, quod in Mediceo liquide legebam οὐκ ἔστι ὅτε ἡ δύο. Quod verissimum, dicitque, *postquam non interdum ipsius Priami vel duo vel tres vel etiam plures adhuc filii prælio conserto perirent.* sed nempe sæpius: quod posterius cogitando supplendum, ut fit interdum. Alioqui posses et prius οὐκ suppримere.

132, 14. Εἰ χρὴ τοῖσι ἐποπ.] MS. εἰ χρή τι τοῖσι.

132, 21. Καὶ πρεσβύτερος καὶ ἀνὴρ ἐκείνου μᾶλλον γ' ἐὼν.] Priores quatuor voces prorsus ignorantur ab MS. Et utrumque forsan suppositicium est. Quid enim desiderari potest in tali sermone? ἀλλὰ Ἕκτωρ ἐκείνου μᾶλλον γ' ἐὼν.

132, 25. Ἰδίῃ τε αὐτῷ καὶ τοῖσι.] MS. ἰδίῃ τε καὶ αὐτῷ καὶ· *et privatim quoque ipsi, et aliis.*

132, 31. Καταφανὲς τοῦτο τοῖσι ἀνθ. ποιήσωνται.] Sic quidem editur; sed quum Stephanus offerat in margine ex suis libris MSS. ποιήσωσι, nec aliter in Mediceo ipse offenderim scriptum esse, spurium istud iussi lo- 892
cum dare vero; quod vel maxime facere debui in periodo capitis sequentis partim truncata, partim structuræ incongruæ, quum optime digestam accepisset iam ex membranis suis Stephanus, ut probat in margine, nec aliter scripta exstet in optimo illo Florentino. Aliter censet Th. Gale, ut nullam statuat esse rationem, cur quispiam ea adderet, si non ab initio hic occurrerant. Mireris sane, cur id aperiat, et non clare edat, quid in codicibus istis exstiterit. Quod si est, certe non debuerat obviare arbitrio Herodoti, qui illa omnia interponi voluit. Et hoc sufficiebat. Sed quæso, an non progressus narrationis longe amœnior incedit illis interpositis, quam si eiiciantur cum vulgo codicum? Quid ingratius est, quam differri tamdiu appellationem eius, quod est versus austrum? Apparet id quod vulgo editum fuit, ab viro docto excogitatum esse, quum in codicibus perdita essent priora vocabula, emplastri instar, cui infricta illa πρὸς νότον integrarent quodammodo omnia. Certe 2, 44. columnas duas in templo Tyrii Herculis statim de altera post alteram narrat.

132, 39. Τὸν μὲν πρὸς βορέην.] Sic loquitur cap. 148. ἓξ μὲν πρὸς βορέην, ἓξ δὲ πρὸς νότον, et lib. 4. cap. 25. MS. tamen et nunc et illic legit πρὸς βορέω, et videtur habuisse causam mutandi ex concursu accusativi casus. Immo ut id peragam, 3, 101. legit codex idem πρὸς ἄρκτου τε καὶ βορέω ἀνέμου κατοικημένοι, non βορέου, ut vulgo.

132, 44. Οὐδένα τῶν ὕστερον ἐπιγραφέντων βασιλέων.] Tanquam ex catalogo inscriptos singulos recitaret. Itaque bonus Valla fideliter vertens sequitur *nemo regum qui deinceps scripti sunt.* Nec tamen recitat omnes, ut apparet ex cap. 144. At quidni potius maluit ἐπιλεχθέντων? Commemorat enim illos Herodotus, prout ab sacerdotibus Ægyptiis ei relati in sermone erant. Sed alia multumque diversa notio est vocis ἐπιγραφεὶς. Accipe igitur lenissimi Herodoti accuratissimam et vere Græcam manum, quam servat castis-

simus ille Mediceus codex MS. perspicue exhibens ἐπιτραφέντων, quomodo quin Herodotus scripserit nullus dubito, nec potest Græca doctus dubitare, in quo sibi placet admodum hic scriptor. 1, 7. Παρὰ τούτων οἱ Ἡρακλεῖδαι ἐπιτραφθέντες ἔσχον τὴν ἀρχήν.

133, 14. Οὐκ ἐς μακρὸν.] Sic Mediceus confirmans lectionem ab Stephano productam nos legere iubet, non μακρήν.

133, 21. Κατακλεισμένου.] Liber optimus non modo contentus est abacta compositione, sed etiam habet κεκλειμένου, quod male expressum esse retento sibilo patuit iam antea.

133, 22. Ἀνοίξαντι αἰεὶ ἐλάσσω φαίνεσθαι.] Ab MS. abest vocula αἰεὶ, quod satis auctoritatis est ad eam pellendam.

133, 28. Εὐθέως τῇ πάγῃ ἐνέχεσθαι.] MS. ἰθέως. Utique quum et statim hoc ipsum iteretur, et Portus ita egerit in Lexico, ut nihil nisi hoc noscat, unde venit illud εὐθέως?

133, 35. Φέροντα τὴν κεφαλήν.] Sic Stephani codices, sic Mediceus, non ἀπάγοντα, quo non ita utitur Herodotus. Mox idem habet ἐντελλασθαί σφισι, non σφι.

134, 1. Διαπειλέειν αὐτῷ.] MS. αὐτήν, quod melius convenit.

134, 3. Χαλεπῶς ἐπελαμβάνετο ἡ μήτηρ τοῦ περιεόντος.] Adhibet hunc locum maximus Casaubonus, ut sub eius fiducia tentet verba Theophrasti in charactere λογοποιΐας, ut inde doceat ἐπιλαβέσθαι notare coarguere et reprehendere; sed deceptus ab male scriptis, male editis codicibus; quum optimus MS. simpliciter habeat ἐλαμβάνετο. Quæ tam memorabilis mutatio nos docet verbum λαμβάνεσθαι apud primates Græcos sumptum esse pro reprehendere, et obiurgare, quod non potuit affirmare Stephanus. Compositum autem eo minus commodum huic loco est, quia mox pagina sequente sequitur, τὴν δὲ ἐπιλαβομένην, ubi notat simplex prehendere.

134, 9. Λύειν ἀπαμμένους.] Sic 4, 98. ἀπάψας ἄμματα, et tetigi libro 1, 199. Nunc tamen optimus MS. habet ἀφαμμένους. Et paulo post animadverti concordiam librorum veterum Stephani et Florentini in verbum ὑπίεσθαι pro vulgato ὑπισχεσθαι, ut 1, 156. ὑπεὶς τῆς ὀργῆς iam dixit, et alibi.

134, 21. Ἐς γέλωτα προσαγαγέσθαι.] MS. προαγαγέσθαι. Nam hoc agitur, ut procedat lascivia.

134, 26. Ἐπιδοῦναι αὐτοῖσι τῶν ἀσκῶν.] Hæc sola sunt Herodotea ex monitu optimi codicis, et quæ vulgo plura habentur καὶ ἄλλων, esse ab aliis assuta, ut credibile est, quia sententia paucis illis affatim benigne exprimitur; sic nota est constructio.

134, 38. Τὴν θυγατέρα τὴν ἑωυτοῦ.] MS. τὴν δε θυγ.

135, 1. Ἐσελθόντα δὲ ἐς.] Male sic vulgo legi, et ex MS. emendari debere ὡς modo dixi ad 130, 5.

135, 7. Τοῦ ἀδελφεοῦ κρεμάμενον νέκυν.] Certe cadaver illic erat pendens. Sed πάθος non est in cadavere, sed quia erat fratris. Hinc perperam sic mutaverunt nonnulli, quum legat optimus MS. κρεμαμένου.

135, 32. Οὐ μέν τοι εἴτε δὶ ἄλλο τι, εἴτε διὰ ταῦτα ὀρτάζουσι.] Prout ratio loquendi publica libenter habet geminatas illas voces εἴτε. In hoc tamen loco partem istam εἴτε δὶ ἄλλο τι penitus ignorat membrana Medicea, ut tanto mitius agi debeat cum Valla, qui in versione eas quoque omisit. Sed in margine
893 tamen appositum habet οὔτε δὶ ἄλλο ὅτι. Cæterum illud εἴ τε sic semel ponit in vestiganda causa rei, de qua scripserat simpliciter, cap. 125.

135, 33. Φάρος δὲ αὐτημερὸν &c.] Cl. Brauwnius lib. 2. cap. 4. de vestitu sacerdotis Hebræi, quum hinc collegisset Ægyptiorum sacerdotes et pallio vestiri et mitra caput tegere et oculos velare, interpretatur Latine; *Velum autem quod uno die detexitur, sacerdotes uni illorum imponunt, et mitra oculos tegunt.*

135, 46. Δήμητρα.] Hoc elegi, et quidem auctore libro Florentino, in isto ambiguo, quo ludunt editiones exhibentes Δήμητραν. Nec enim quum aliquoties occurrat genitivus Δήμητρος, de quarto casu oportet dubitari. Vidit in suis MSS. quoque Stephanus.

135, 47. Αἰγύπτιοι εἰσὶ εἰπόντες.] Lectissima interpositione optimus MS. εἰσὶ οἱ εἰπόντες.

136, 3. Τὴν περιείλησιν δὲ αὐτῇ γενέσθαι.] Nota vox et propinqua origini participii, quod placuit nostro aliquoties κατειληθέντες. Cæterum quum Portus in Lexico nihil hic nisi acquiescat, atque adeo statuat Herodotum ita loqui de Ægyptiis, forsan quasi animam per tantum spatii instar porci circumvolvi credidisset; H. Stephanus quum notasset περιειλέω circumplico, circumvolvo, et περιείλημα involucrum, subiungit [Περιείλησις circuitus, quasi dicas circumvolutio v. l.] Nescio an hunc Herodoti locum ante oculos habuerit vel ipse vel iste veteris lexici auctor. Sed hoc scio esse pertristem durumque metaphoræ transitum ab fasciis ad annos, tanquam et hi tempus circumplicent, ut istæ infantem. Quod si grassari licet (grassatos enim fuisse singulæ hæ paginæ manifestant) potius dicerem, ut ab ἀνελίττω evolvo est ἀνέλιξις evolutio et volutatio; sic fieri potuisse ab περιειλίττω vocem περιείλιξις, quæ facili negotio huc detorqueri potuerit. Sed et vulgata lectio, et ea quæ dicta sunt mera haberi debent somnia, et omnis huius vocis gratia ab unico Mediceo codice expectanda fuit, qui sine nostra hedera rursum se hic aperiet ad commendationem linguæ Græcæ et vocis vere Herodoteæ propagationem. Ex eo enim scribendum dico τὴν περιήλυσιν δὲ. Servavit eam adhuc Hesychius, ubi etiamnum male editur περίλησις, exponens περίοδος etiam notante Stephano et interpretante *circuitus*, sed quod mirer in indice tantum magni Thesauri, velut vocem ignoratæ originis, quum in ipso thesauro ab verbo ἐλεύθω deducta habeat εἰσηλούσιον (debuit εἰσηλύσιον) et προσήλυσις προσήλυτος, κατήλυς et κατήλυσις, et similes. Cur non debuit huc quoque referri περιήλυσις? Iam vero esse sinceram Herodoteam quo testimonio manifestius declarabitur, quam præfixo editionibus vulgaribus Lexico τῶν Ἡροδοτειῶν λέξεων ex codice MS. Goldasti, in quo recensetur quoque primitivum Ἥλυσιν et explicatur ἔφοδον, πορείαν? Hinc et toties usurpata ἐξήλυσις.

136, 34. Ὀκτὼ πλέθρα.] Hæc quum alios, tum valde exercuerunt insignem virum, Marcum Velserum, ut de iis cum viris doctis per epistolas identidem egerit, ut cum Lipsio pag. 825., cum Rob. Titio p. 859. Sed ad primum sic retulit. [Primus Herodotus maximæ pyramidi octo plethra tribuit: alius eorum qui deinde XI. sequuntur, opinor, DCCCLXXXIII. aut ut quidam codices habent, et quæ meo sensu sanior lectio, DCCLXXXIII. Has ergo sententias Plinium ita confudisse existimo, ut unam ad modum areæ, alteram ad lateris mensuram imperite conferret. Cum Herodotus plethris certe latus mensus sit. Familiare autem Latinis, etiam optimi sæculi, iugera, quamvis tanto maiora, pro plethris reddere. Sic enim Lucretius, Virgilius, Tibullus, Ovidius, Higinus, novem Tityi apud Homerum plethra, totidem iugera interpretantur. Mela rem propius attigit: *Maxima, tres namque sunt, quatuor fere soli iugera sua sede occupat, totidem in altitudinem erigitur.* Hero quippe Mathematicus duo plethra unum iugerum conficere scripsit, quod et ipsum tamen rotunde magis quam vere dictum.] Ubi id quod attinet ad πλέθρα et iugera, centies repetitum et inculcatum: nuper tamen quoque in notis ad Callimachum pag. 252. id debuit reponi, quas ut hic quoque videas quanta cura sint scriptæ, patet ex citatione loci Liviani *ne quis plus quinquaginta iugera possideat.* Et hic ipse numerus quum ab Dionysio Halic. tribuatur Capitolio ὀκταπλέθρῳ τὴν περίοδον, διακοσίων ποδῶν ἔγγιστα τὴν πλευρὰν ἔχοντι ἑκάστην, fieri nequivit, quin iam quoque attingeret Iustus Rucquius in Capitolio Rom. cap. 12. Sed et Is. Vossius tacitum ferre nequivit, quum locum Melæ sub manum haberet lib. 1. cap. 9., etsi eum tractaverit pessime. Nam ut monstrosum aliquid pareret, ipse prius se fecit monstrum; primo, dum liberat Melam ab imitatione Herodoti, quod facit semper; secundo, augens in infinitum magnitudinem spatii; et tertio, ut id obtineat, audens in publicum fateri, se, quum ex optimis MSS. illic proferret *iugera quæ cede occupat, quæ sede occupat, quæ cedat occupat*, (quas omnino scio esse et aliorum MSStorum lectiones) putare scripsisse Melam *quoque latere occupat.* Quæ mutatio in qua parte antiquæ lectionis conspici potest? Sed liquide satis patet scripturam Melæ fuisse *quatuor fere soli iugera æqua sede occupat.* Æquam enim sedem in pyramidibus, quæ statuuntur ἰσόπλευραι, intelligit ab quatuor prospectibus circa funda-894
mentum ac terræ proxima pari spatio patentem, et ipsam ἰσοπλευρίαν, prout 3, 9, 6. dicit Æthiopas *æqui corporis.* Quin imo et nuper ad Ποικίλην Æliani lib. 3. cap. 1. repetita hæc video, quod facile patior; modo non scriberetur [Sed et Pyramidi maximæ Plinius octo iugera soli assignat, secus quam Mela, qui quatuor tantum iugera illi largitur.] quum Mela non sic abrupte describat, sed ut in talibus caute fieri solet, addiderit *fere*, credens ita convenire duplex Græcum πλέθρον cum Romano iugero, ut tamen aliquid discrepet, quod verum est. Porro

au-

autem quod Hesychius notat πλέθρον esse μέρος γῆς, ὅ φασι μυρίους πόδας ἔχειν, per ea verba notat Euripidem, cuius hos habemus versiculos:

Πλέθρου ϛαδμήσας μῆκος εἰς εὐγώνιον
Μέτρημ' ἔχουσαν τοὖν μέσῳ γε μυρίων
Ποδῶν ἀριθμὸν, ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί.

136, 42. Χαμύθεν.] Tradunt hoc et Græcum et Herodoteum omnes, et in his nominatim Henr. Stephanus et Portus in lexico, excitans alium locum ex 4, 172 Χαμύθεν σποδοῦ λαβόντες λείχουσι. Sit Græcum: certe non est Herodoteum; quippe tam in loco libri 4, quam in nostro libri 2. præfert optimus ille MS. χαμάθεν· quod emendari aut pulchrius tornari nequit.

136, 46. Ἐπὶ τὸν δεύτερον εἵλκετο.] MS. ἧλκετο.

137, 4. Ἀελέχθω γὰρ ἡμῖν.] Nulla hic gratia vocis mediæ, nulla oportunitas, ut hinc deceat amare optimum codicem MS. in quo media vocula omittitur, ut tantum exhibeat λελέχθω ἡμῖν.

137, 10. Συρμαίην.] Adnotatum est in margine: εἶδος πλακοῦντος καθαρτικοῦ· quo et verbum συρμαΐζειν refert Lexicon Herodoteum Goldasti. Itaque inde poterat facile concinnari versio Latina; sed valeat Valla. Diodorus Sicul. 1, 64. iungit λάχανα καὶ συρμαίαν.

137, 19. Καὶ ἄγον.] At notam augmenti exigit MS. καὶ ἦγον.

137, 26. Μνημήϊον καταλιπέσθαι.] Sic restitui, quum et Stephanus ex suis libris id prompsisset substantivum, et ipse vidissem in Mediceo, non μνημοσύνην, ut cap. 135. item mox τῆς ἐξι τὸ κῶλον.

137, 34. Αἰγύπτιοι λέγουσι.] Non ita solet Herodotus in tali narratione scribere, sed Αἰγύπτιοι ἔλεγον· ut paulo post repetit, Βασιλεῦσαι δὲ ἔλεγον Χεφρῆνα. Itaque quum sic offenderem in optimo libro, libens adscivi.

138, 2. Πᾶσαν εἶναι κακότητα καὶ ἱρὰ κατακληϊσθέντα.] Notavit Petavius ad Synesii epistolam 58., ubi Chephrenis huius meminit in simili Pentapoleos tyrannide.

138, 6. Ποιμένος Φιλιτίωνος.] MS. Φιλίτιος. Certe hoc est ex vero Ægyptium, quum de altero, quod vulgo obtinet, iure ambigas.

138, 11. Τὸν λαὸν τετρυμ.] MS. τὸν λεὼ, quod mirificæ suavitatis donum cupide adhibui, quum Stephanus testaretur simile quodammodo in suis scriptis sibi inventum esse. Debuerat enim Herodotus quoque in simplici usurpavisse, quod bis annotatur in composito ostentavisse. Mutaverunt hoc illi, qui nimis inhæserunt præcedentibus in capite 124. τριβομένῳ τῷ λαῷ, quasi non aliter debuisset nunc loqui.

138, 25. Θάψαι ταύτην δὴ τὴν ἀποθανοῦσαν.] Sic augeo sermonem Herodoti interposita secunda et tertia voce ex fide codicis optimi, quam videntur et ipsæ præstare ex consuetudine loquendi ab Herodoto usitata. Cæterum dubitaveris merito, an non ita distingui oporteat καὶ ἔπειτα καταχρυσώσαντά μιν ταύτην ἔσω, ἐν αὐτῇ, quum vulgo distinguatur ante ἔσω, prout interpretatio ad hunc quoque sensum relata est. Non enim vult extrinsecus eam inauratam fuisse, sed intus; quod ad externa attinet, sufficit quod dicit cap. 132. eam esse opertam strato puniceo, ita ut cervix et caput exstent, quæ sint aurata; non igitur corpus reliquum, quod colore etiam inductum fuisse non dicit. Quod monumentum quocunque casu Venetias delatum quoniam Cl. Io. Pricæus in notis ad Apuleii Apologiam laudabiliter protulerit, sed in multis exemplaribus notarum eius non exstet, iudicavi hanc veram eius spectaculi sedem esse, ut deberet nunc repeti Herodotea descriptione ad amussim conveniente.

138, 35. Γυμναὶ ἐργασμέναι.] Sic enim ex suis codicibus iam exhibuerat in ora Stephanus, pro vulgato κείμεναι, quod plane firmabat liber optimus, qui etiam inferius habebat ἔτι καὶ εἰς ἐμὲ, ut notaverat ex suis Stephanus, ubi vulgo omittunt καὶ, quod tamen frequentius solet auctor addere.

139, 21. Μέλλει ταχέως.] Recte MS. μέλλοι ταχ. et mox τὸ χρεὼν ἦν, quod et in suis vidit Stephanus, non εἴη.

139, 28. Ταῦτα δὲ ἀκούσαντα.] MS. ταῦτα ἀκούσαντα. Nec averseris, quum ita narret 3, 141. Ταῦτα ἀκούσας Δαρεῖος &c. 4, 3. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Σκύθαι &c. Quid in præcedentibus fatigaverit virum doctissimum, non assequor; sed quum id aperuisset per literas Cl. Tanaq. Fabro, hic ita respondit in Epistolis Criticis pag. 202. partis primæ. [Altera quidem emendatio mihi sane allubescit: tamen arbitror nil mutandum, immo tuendam lectionem τὴν κρατοῦσαν, ut Græci Magistri vocare solent, cuius sensus hic mihi esse videtur, Deorum consilium fuisse scilicet, ut Ægyptus per CL. annos male vexaretur et gravissima pateretur exilia: priores autem illos reges id didicisse, Mycerinum vero minime: non esse itaque, cur Deorum iudicium converti postularet: *Desine fata Deum flecti sperare precando*, ait ille.] Non adsequor, quid aliud quisquam potuerit in hoc loco requisivisse. 895

139, 37. Πυραμίδα δὲ καὶ οὗτος.] MS. πυραμίδα δὲ οὗτος.

139, 40. Μετεξέτεροι φασὶ Ἑλλήνων.] Notanda verba, ut pateat varie iam ante Herodotum referri de istius nominis sive una sive pluribus fœminis, ut minus mirum sit varia scribi in illis reliquiis temporis antiqui, quæ ad nos pervenerunt, quarum auctores iunctim nominavit Is. Casaubonus ad Strabonis librum 17. pag. 269.

139, 43. Οὐ γὰρ ἂν οἱ πυρ.] MS. οὐ γὰρ οἱ πυρ. quomodo acrius firmat sententiam suam.

140, 13. Σαπφοῦς τῆς Μουσοποιοῦ.] Equidem nori scio aliter exstare in ulla editione, aut etiam codice ante typographiam scripto. Fulv. Ursinus tamen ad carmina novem illustrium feminarum citans hunc locum pag. 23. profert μελοποιοῦ, ut opinor, lapsu calami. Quin etiam scribit illic Μυτιληναίου, ut reor; ex nummis, ubi plerumque legitur Μυτιλήνη, quod utique non sequitur ab Herodoto prælatum esse communi Græcorum consuetudini passim usurpatæ Μιτυλήνη.

140, 14. Κορίσαντός μιν.] Ut post pauca, Σαπφὼ πολλὰ κατεκερτόμησέ μιν, similiter ordinato fine eius periodi. Sed tamen ista vocula μὴν nunc ab MS. aberat, quod certe tutius sequemur cupientes Herodotum salvum habere.

140, 33. Ὡς καὶ πάντες.] MS. ὡς καὶ οἱ πάντες.

140, 38. Ἐς Μιτυλήνην.] Atqui optimus codex MS. ὡς Μιτυλήνην, an debuit hoc sperni atque ita mutari? Nihil minus, et meministi supra.

140, 41. Γενέσθαι Ἄσυχιν.] Nemo non videt in hac periodo ita ex propinquo iterari verbum γενέσθαι, ut alterum prorsus abundet neque ullo modo tolerari possit, quod fit tamen in editionibus. Utique quum optimus codex ignoret illud infinitivum, quod præmittitur nomini Ἄσυχιν, maximo iure videor illud delevisse.

141, 6. Καὶ μὴ βουλομένῳ ἀποδοῦναι.] Copulam ignorat MS. et procul abesse iubet consuetudo Herodoti.

Ibidem. Μή με κατωνοσθῇς.] Ita testor legi in codice optimo.

141, 19. Κοντῷ γὰρ ὑποτύπτοντες ἐς λίμνην.] Mirum qui conceperit hoc Valla, in quo utique nulla mentio fundi est, et videtur stagnum hoc ita lutosum fuisse ac visci plenum, ut cuicunque ligno immisso statim plurimum adhæreret: id quod clare Herodotus ostendit per mentionem conti, quem si quis moveret quasi tundens stagnantem et crassum liquorum, ut non fuerit necesse ad fundum demitti. Itaque poterat mentio fundi abesse. Sed lepidius et blandius est, quo nuper ornarunt Aves Aristophanis in recenti editione. Ibi ad τὸ ὑποτύπτειν requiritur datum aliquod instrumentum fossorium; requiritur ut illud impingatur in terram, humum, vel cæmentum aliamve quamvis materiam; requiritur ut hæc eo excepta egeratur vel in vas aliquod coniiciatur; immo etiam dicitur hæc vox eo sensu occurrere apud Herodotum. Sic duo si non cœci, certe lusci ducunt se invicem. At Herodotus non exigit instrumentum fossorium, nedum latum; non exigit impingi in aliquam materiam; non exigit, ut excepta egeratur vel in vas aliquod coniiciatur. Sunt illa mendacia: quæ est enim latitudo conti? quid conto foditur? ratem subigi audivi. Quid? an ille etiam cogitavit de lato instrumento fossorio, et de impactione in materiam egerendam et cætera nugarum, qui scripsit ὑποτύπτειν διαβολήν? Adde Portum in lexico de altero eius verbi loco apud Herodotum.

141, 27. Ἐλάσαι ἐς Αἴγυπτον.] Sed optimus MS. ἐπ' Αἴγυπτον. Accurate prorsus. Namque omnino est differentia, quam vel exempla ab Porto congesta probant, et ita ut ἐπὶ indicet vim et hostilem aditum. Sed et statim c. 141. habes ἐπ' Αἴγυπτον ἐλαύνειν στρατὸν. Cap. 163. Ὥπλιζε τοὺς ἐπικούρους, καὶ ἤλαυνε ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους. Ut vix dubitem, quin etiam scribi debeat 3, 63. Ἐξ ὅτου βασιλεὺς Καμβύσης ἤλασε ἐπ' Αἴγυπτον, ubi adhuc legitur ἐς.

141, 42. Μάλιστα ἡ ἐν Βουβάστι πόλις ἔξεχ.] Quis hæc intelligit aut intellexit? Non certe Valla; nam

ille interpretatur *Bubaſtis urbs, ubi præcipue terra exaggerata.* Iunxit igitur vocem Βουβάσι cum voce πόλις, ut haberent utraque eundem caſum. At quid lector cogitavit de illa Βουβάσι? utrum θεᾷ, an νομῷ? Certe νομὸς non dicebatur niſi Βουβασίτης aut Βουβάσιος, ut est apud Stephanum. Prius non habet hic locum. Reverere igitur codicem optimum, qui ex tam cœnoſis ſordibus eripit Herodotum, qui ſcripſit Μάλιστα μὲν Βουβάσι πόλι ἐξεχώσθη, ut edidi, et niſi fallor, Latina verſione ſenſum in his Græcis latentem liquide declaravi. Cæterum quum hæc ſedes fuit idoli, de quo mox dicet Ναὸν μέγαν, ἐν τῷ δὴ τύγαλμα ἔνι, quod vel ipsum Romam translatum fuit, vel ad cuius ſimilitudinem aliud elaboratum est, quod nuper Romæ effoſſum in rempubl. literariam protulit Cl. Montfaucon in Diarii Italici pag. 226., opinor et hic commode illam oſtentatum iri.

141, 44. Μέζω μὲν γὰρ καὶ ἄλλα.] Illud καὶ huc delapsum ſtatuit optimus codex in aliis exemplaribus, quod debebat iam antecesſisſe in illis ἐπὶ τοῦ Αἰθίοπος κάρτα ὑψηλαὶ ἐγ. Ubi iam Stephanus in ora notavit ex codicibus ſuis, ſed neſcivit unde illud repoſci deberet, quod fieri debet ex hoc loco. In qua utraque re
896 quum gnomonem fidisſimum habeam optimum codicem, utrobique ei ſum obſequutus, ut et nunc ederem μέζω μὲν γὰρ ἄλλα, et paulo ſupra ἐπὶ Αἰθίοπος καὶ κάρτα ὑψηλαὶ.

142, 9. Ἔσοπτρόν ἐστι.] Sic et interpres *templum pro ſpeculo est.* At quid velit templum pro ſpeculo eſſe, aut qui fieri queat, parum intelligo: maxime quum ipsa hæc urbs dicatur multum fuisſe exaggerata, templum autem ſemper eodem modo ab principio relictum, ut haud dubie urbs altior præbuerit templo ſedem altisſimam, ut et inde potuerit commode deſpici, et qui in humiliore ſolo ad urbem accederent, egregie poſſent illud contemplari extollendo in altum oculos. Quod est contrarium ſpeculo. An vero placet capere ruſticorum ſpeculo, id est, aqua. Ne unus quidem omnium, qui hunc locum legerunt, etiam intellexit, quam venuſtatem mihi largitus fuit codex optimus, et nunc indulget omnibus, dum exhibet ἔσοπτόν ἐστι, hoc est, videri et conſpici potest, quod est percommodum. Plane ut ante præmiſit, κατορᾶται πάντοθεν περιιόντι. Niſi fallor, locus hic est clarisſimus. Quis credat tamen? ex hac voce expedire ſe nequivit Henr. Stephanus tantus in diſciplina Græca vir: et quod magis mireris, ne omnis quidem illa turba, quæ nuper coiit ad Pollucem denſandum in oneroſa volumina, qui debebat esſe ad manum factus et ad uſum habilis, adeo ut nec interpretationem Latinam dignentur dare, et Stephanus indignetur, quod Pollux non explicuerit. Habes certe in hoc loco præclarum eius vocabuli teſtimonium.

142, 18. Φέρει δ' ἐς Ἑρμέω ἱρὸν.] Sic et interpres *fert ad Mercurii templum.* Et in Græcis ſic occurrere patuit ad 5, 10. Et ſimillime dicit lib. 1. cap. 122. ὁδὸν Φέρουσαν ἐς ἱρὸν Δήμητρος. Sed et in Veronenſi inſcriptione apud Gruterum 1020, 6., *Partem in porticu quæ ducit ad ludum publicum column.* IIII. *cum ſuperficie et ſtructura pictura, volente populo dedit.* Quam ſententiam fuisſe Herodoti nullatenus mihi perſuadeo. Nam quo illam notitiam templi Mercurii, quum id ſolum agatur, ut pateat eam ducere ad templum Dianæ? Deinde quum auctor ſic deſcripserit planisſime viam illam a fauce, qua Bubaſtios templum annectit reliquæ urbi, quam vocat ἔσοδον, per forum verſus orientem pergere; nihil videtur poſse ad hanc deſcriptionem ulterius deſiderari, atque adeo parum decori est post inde addere ferre eam ad Mercurii templum, quum id potuerit ſtatim addi illis, in quibus ait eam pergere verſus orientem, ubi occurreret Mercurii templum. Sed neque præſtantisſimus codex MS. vulgatum ſenſum ſcripturamve probat, habens tantum Φέρει δ' Ἑρμέω ἱρὸν, absque particula ἐς. Utrum ipsa δένδρεα ſicut πέφυκε, ſic et φέρει? Certe δένδρεα φέρουσι, verum non ἱρὸν, ſed quidem καρποὺς et φύλλα. Ergo vetus ſcriptura videri poſſet indicare in ipsa via esſe adhuc fanum Mercurii, ipsam inſuper ferre ſacellum Mercurii, quod conſiderandum, perinde ut apud Melam 2, 7. Cypros *nunc aliquot urbes ferat.* 3, 5. Gades *fert in altero cornu eiusdem nominis urbem opulentam.* Item Britannia *fert nemora, lacus ac prægrandia flumina.*

142, 24. Διαταμεῖν.] Egregie ad Herodoti manum MS. διαταμέειν. Et mox quum Stephanus viderit in ſuis MSS. prout ipse in Mediceo ἐκχωρήσειν, id repoſui pro vulgato ἐκχωρέειν.

142, 43. Ταύτην τὴν νῆσον οὐδεὶς πρότερον ἐδυνάσθη Ἀμυρταίου ἐξευρεῖν.] Hæc præmittit auctor utens propoſitione perquam generali, qua ſtatuit aut plurimos aut omnes ivisſe quacunque cauſa incenſos quæſitum hanc inſulam; ſed ſic manſisſe abditam, ut non repererint. Immo mox addit gravius, et unde id magis exiſtit mirabile, ut et reges dicat ſtudioſe id egisſe, ut inquirerent, et tam multos propter ſæculorum intervalla interpoſita, quibus varios reges exſtitisſe liquet. An hæc merentur coniici in tautologiæ crimen? Sic opinor tautologiam impegit Athenæus Herodoto 2, 133. omittens ἀνάψαντα αὐτὰ, quaſi quod intelligi debeat in λυχνὰ ποιησάμενον: fruatur ſuo, ſed et Herodotus fruatur ſuo, cui licuit ſic nunc agere, ut ſic cap. 144. de Diis regnatoribus Ægypti. Ἕκτον δὲ αὐτῆς βασιλεῦσαι Ὧρον τὸν Ὀσίριος παῖδα, τὸν Ἀπόλλωνα Ἕλληνες ὀνομάζουσι· τοῦτον καταπαύσαντα Τυφῶνα, βασιλεῦσαι ἕκτον Αἰγύπτου. Nam alia quæ video hic licenter decidi, dedignor tangere.

142, 47. Μέγαθός ἐστι.] MS μέγαθος δ' ἐστι.

143, 10. Ἀποδύρασθαι.] MS. ἀποδύρεσθαι, ut ſolet hæc ſacta in præſenti tamen edere. Dein nitide MS. ἐν τῇ ὄψι, non ὄψει. Etiam mox cum Stephano et MSS. τούτοισι δή μιν πίσυνον, non μὲν δή.

143, 25. Γυμνῶν ὅπλων.] Ut de Gelone Ælianus 13. Var. Hiſt. 37. Ἰδοὺ τοίνυν ὑμῖν ἐν χιτωνίσκῳ γυμνὸς τῶν ὅπλων παρέσηκα. Attamen MS. γυμνῶν ἀνόπλων.

Ibidem. Ἐν μυρίοισί τε ἔτεσι καὶ χιλίοισι καὶ τριηκοσίοισί τε καὶ τεσσεράκοντα ἔλεγον.] Sunt clara verba Herodoti, de quibus ita video nuper ſcriptum esſe in Ægyptiis Originibus pag. 17. [Herodotus denique Regibus, post Deos, Semideos et Heroas, tribuit lib. 11. cap. 142. annorum 11340. usque ad Sethon &c.] At nihil tribuit Herodotus, qui modo refert, quid ex nonnullis in Ægypto audiverit.

143, 39. Τῶν ἐπιλοίπων γενεῶν.] Accuratisſime MS. γενεέων. In reliquis nullum est ambiguum, ut neque cauſa est, cur generationibus undecim non opinemur recte datos annos mille trecentos et quadraginta, quum ſufficiat poſteriorem γενεὴν procedere et currere ſive ab principio, ſive in medio, ſive prope finem.

143, 49. Διὸς καταβῆναι.] Cur ita nunc maluerint, quum ſtatim ante præcedat καταδύεται, viderint; mihi ratio nulla apparet, præſertim quum et in MS. legatur καταδῦναι. Paulo ante revocavi ἀνατέλλει, quod Stephanus in ora poſuerat et ab optimo codice ſerva- 897
batur, non ἀντέλλει, ut inique contrahunt editiones.

144, 4. Ἑκαταίῳ τῷ λογοποιῷ ἐν Θήβῃσι γενεηλογήσαντι.] Quæ fuit huius viri curioſa induſtria perveniendi fortasſis ad indagationem temporis, quod ante illum videbat proceſisſe ſine notitia recte animadverſa, ut ita per generationes, quæ deſignari probabiliter poſſent, illuc adſcenderet. Unde toties talium Hecatæi genealogiarum fit mentio apud eruditos grammaticos, ut Stephani exemplo docet Salmaſius in Plinianis pag. 846.

144, 11. Αὐτόθι ἵζᾶ.] MS. ἵσαται. Nec aliter ἵσασθαι εἰκόνα dicitur, quam ἐσήσαντο δυώδεκα βασιλέας cap. 147. Et paulo ante exhibui οὐ γενεηλογήσαντι, quod ex Stephano cognitum probabat MS. Mediceus, non συγγενεηλογήσαντι.

144, 15. Διὰ πασέων, ἕως οὗ ἀπέδεξαν ἁπάσας αὐτὰς.] Quum ex tot vocibus nihil exſtet in optimo libro, cogor certe attendere, an ab hoc facto ſtet ratio. Sed vix attentione opus. Quid enim continent aliud hæc verba, quam quod iam dixit ἐξηρίθμεον δεικνύντες κολοσσοὺς ξυλίνους τοσούτους ὅσουπερ εἶπον.

144, 20. Πίρωμιν ἐκ Πιρώμιος γεγ.] Hic locus est, quem reſpiciebat Syneſius lib. 1. de Providentia pag. 93. Οὐ γὰρ ἀπίσουσιν Αἰγύπτιοι μυρίους καθ' ἕνα θεοὺς αὐτῶν βασιλεῦσαι, πρὶν ὑπ' ἀνθρώπων ἀρχθῆναι τὴν γῆν, καὶ γενεαλογηθῆναι τοὺς βασιλέας Πείρωμιν ἐκ Πειρώμιδος. Quod quidem non monet Petavius, nec tamen ſatis caute verſatur in interpretandis poſtremis *ac regium genus a maioribus, ut Piromis a Piromide, cenſeretur.* Itaque Piromin conſiderat aliquem diverſum ab regibus, quod nec Græca dicunt, nec intelligentia veri permittit.

Ibidem. Καὶ τούτῳ πεντακισχίλια καὶ μύρια λογίζονται εἶναι &c.] Nimirum Ægyptii, de quibus omnino et ſolis illic agit; immo et mox perſpicue dicit καὶ ταῦτα Αἰγύπτιοι ἀτρεκέως φασὶ ἐπίστασθαι. Attamen hinc ſcribitur in eisdem Originibus pag. 17. [at a Dionyſo, qui inter Tertii ordinis Deos exſtitit, usque ad eundem Amaſin computat (Herodotus) cap. 145. 15. *millia, idque Ægyptios iactare* ait, *certo ſe ſcire, quum ſemper numeraverint et annotaverint annos.*] Nunquam probabitur Herodotus ſic computavisſe. Doloſe hæc ſcripta.

144, 40. Τῶν πρώτων λεγομένων θεῶν εἶναι.] Vox poſtrema hoc loco ignoratur ab MS. et reiicitur post ista, Ἡρακλῆς δὲ τῶν δευτέρων, τῶν δυώδεκα λεγομένων εἶναι. Idque longe ſuavius est, ut media decurrentia ultro, clau-

claudantur in ſepto huius verbi, quod in principio et exitu poſitum est.

145, 6. Κατὰ εἰνακόσια.] Addit MS. ἔτεα, ut ſolet Herodoti is mos eſſe.

145, 9. Κατὰ ὀκτακόσια.] MS. κατὰ τὰ ὀκτακόσια.

145, 28. Οἵ τε ἄλλοι ἄνθρωποι.] MS. tantum οἱ ἄλλοι ἄνθ. Mox miror unde potuerit fieri προσέσαι δέ τι αὐτοῖς καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος, quum in MS. Mediceo clare exſtet αὐτοῖσι, quod religioſiſſime retinet ubique hic auctor; pari negligentia contractum, qua mox ediderunt νόμοισι τοῖσδε, exhibente fideliter optimo codice isto τοῖσιδε.

146, 7. Πολλῶν καὶ μεγίσων ἀνταξίη.] MS. μεγάλων. Neque ſolet Herodotus in illis variare modos. 4, 109. Ἐν δὲ τῇ Ἰδῃ τῇ πλείστῃ ἐστὶ λίμνη μεγάλη τε καὶ πολλή. 7, 9. Ἀλλά τε ἔθνεα πολλὰ καὶ μεγάλα. 18. Ἐγὼ οἷα ἄνθρωπος ἰδώντε πολλὰ καὶ μεγάλα πρήγματα πέσόντα ὑπὸ ἡσσόνων. 8, 144. Πολλά τε γὰρ καὶ μεγάλα ἐστὶ τὰ διακωλύοντα.

Ibidem. Ὁ δὲ δὴ Λαβύρινθος καὶ τὰς πυραμίδας ὑπερβάλλει.] Non poſſunt hæc verba fallere. Nihilominus hodie video ſcribi *Nihil maius et operoſius in Ægypto, atque eius hiſtoria, invenimus exſtructione Pyramidum.* Hæc ſunt mera falſa.

146, 13. Τὰ δὲ μετέωρα ὑπ' ἐκείνῳσι.] Verba ſatis vexata ab interpretibus, ex quibus Valla proculdubio aliam lectionem ſequutus est, dum vertit *illis impoſita:* neque enim hoc patiuntur Græca, etſi ſequatur quoque Stephanus, tantum ſollicitus, quo referat illud ἐκείνῳσι. Quod quum vicinum nihil habeat, retrahit e longinquo vocem αὐλαῖς, et verſioni Latinam *aulis* inſerit. Quod quidem ſatis est violentum. Quis enim cœcus non videat primo hæc domicilia non alibi ab Herodoto narrari, niſi in istis aulis? Deinde non poſſunt dici cubicula aulis impoſita, quum aulæ istæ ex ſignificatione ſua ſint loca aperta, in quorum ſeu rotundorum ſeu quadratorum circuitu ſolent exſtrui conclavia, ut ex locis illis ſubdivis lumen comparent, et quamvis dicantur κατάσεγοι, tamen ita ut illis nihil ſit impoſitum, ſed circumdatæ porticibus et parietibus, quibus alia deinceps imponi poſſunt. Denique Græcus ſermo ſententiam Stephani, etſi maximi τῶν Ἑλληνιζόντων, nequit pati, atque adeo corruptiſſimus est. Legendum quippe ex opt. MS. μετέωρα ἐπ' ἐκείνοισι. Hoc enim ratio ipsa ædificandi docet, ut ſuperiora ſint impoſita inferioribus vel planis vel iis, quæ ſunt inferiora terris. Itaque retinendum in interpretatione *illis impoſita*, ſed ut non ad aulas, verum ad ſubterranea præcedentia referas. Plane ita dicit ſeq. capite: Καὶ ἐπ' ἀμφοτέραις pyramidibus ἕπεσι κολοσσός. Error hic librariorum iam alibi caſtigatus est.

146, 20. Τῶντε ἀρχὴν τὸν λαβύρινθον τοῦτον.] Est hoc δεικτινὸν prorſus inane, et ſola vox λαβύρινθον docet ſatis, de quo labyrintho verba fiant: etiamſi tandem iteret non tantum τοῦ λαβυρίνθου τούτου, ſed etiam ὁ δὲ λαβύρινθος οὗτος, ſed postquam deſcriptio finita est. Hinc opinor legi recte in MS. τούτων. Hoc Herodoteum. Cap. 152. Τὸν δὲ Ψαμμίτιχον τοῦτον πρότερον φεύγοντα —— τοῦτον φεύγοντα &c.

146, 40. Στάδιοι ἑξακόσιοι καὶ τρισχίλιοι.] Aut ridet Is. Vosſius aut miratur tantam magnitudinem tribui huic paludi ab Herodoto potuiſſe; ſed ſe etiam poſſe oſtendere, Herodotum omnia Ægyptiaca longe feciſſe ampliora, quam revera erant, et ipsam Ægypti longitudinem latitudinemque altero tanto maiorem feciſſe, quam ſit. Sic ille ad Pomponium Melam 1, 9., quia ſcilicet optime ſui fuit conſcius, inde exiſtimat de aliis. 898

147, 4. Ἐξαπέδου.] Sic edidi, quod non audebat Stephanus niſi in ora ponere: ſed probat id ipsum liber optimus, ut nullum ſit dubium.

147, 16. Ἐς τὴν Σύρτιν τὴν ἐν Λιβύῃ.] Et quis hæc poſteriora requirat? aut quibus credidit Herodotus ſe gratificari, qui talia addebat? An credimus? immo ſomnium est nugatoris alicuius, qui Herodoteam ſcriptionem non intelligebat. Nam optimus codicum MSS. ἐς τὴν Σύρτιν τὴν ἐς Λιβύην. Ut cap. 152. Πέμψαντι δέ οἱ ἐς Βουτοῦν πόλιν ἐς τὸ χρηστήριον.

147, 24. Ἕτερόν τι τοιοῦτο.] MS. ἕτερον τοιοῦτο, ut mox τοιοῦτον ἕτερον, et οὐδὲν τοιοῦτο 2, 20., ſed et MS. Σαρδαναπάλλου.

147, 30. Τὸν ἐκφερόμενον.] MS. τὸν ἐκφορεόμενον.

147, 47. Κυνέας γὰρ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες.] Mira in particulis grasſatio aliorum et in voce poſtrema, exhibente Mediceo MS. κυνέας δὲ καὶ οἱ ἄλλοι ἅπαντες. Ex quibus adverſativam noverat iam olim Stephanus, ut et mox Ψαμμίτιχος μέν νυν, non ut vulgo δέ. Hæc Stephanica firmat conſenſu ſuo optimus codicum. Quod vero teſtatur ab regibus Ægypti geſtatas fuisſe tales galeas, ista notitia fidem clariſſimam accipit ex monumento Mycerini, quod ſupra adduximus, et inſuper ex egregio muſivo, quod publicavit Ath. Kircherus in Latio, ubi plures reges videntur in Nili inſulis feſta celebrare, qui reges galeis talibus pelliceis noſcuntur.

148, 13. Πατέρα Νεκὼν ἀπέκτεινε.] MS. πατέρα ἑκὼν ἀπέκτεινε. Quod ſi intelligatur de Græco ἑκών, nihil erit; nam debellatum qui occidit, non est neceſſe, ut ſermone exprimatur, quo animo id fecerit: fecit enim certe ſponte et volens. Sed neque accentum gravem agnoſcebat codex optimus, quum ſic referret. Exiſtimavi igitur eſſe quartum caſum nominis proprii. ut cap. 111. Τὸν παῖδα αὐτῶν Φερὼν, et 141. Τῷ ὄνομα εἶναι Σεθών. Et videtur ad hunc locum diſtuliſſe commemorationem patris illius principis, quam alioquin ante feciſſet. Ex defectu autem ſpiritus videtur prima litera abeſſe, ut maiori nimirum charactere postea apponeretur ad ornamenta ſcripturæ more ſolito, et pater Pſammitichi fuerit Νέκως, ſicut deinde iterum in filio id nomen repetitum.

148, 17. Καταλαμβάνει μὲν δ. τ. κ. φεύγειν.] Offerenti hoc poſtremum verbum Stephano ex antiquis libris non debui reſiſtere, quum et liber optimus eam lectionem probaret, non φεύγοντα, et uſus Herodoti per frequentiam bene cognitus id exigeret.

148, 20. Ἔπενόεε.] MS. ἐπενόει.

149, 4. Καὶ δὴ καὶ παῖδας.] MS. καὶ δὴ παῖδας.

149, 6. Ἐκμαθόντων τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν.] Vox tertia in MS. non reperitur, ut quamvis tolerari queat; non tamen debeat credi ab Herodoto venisſe, etſi centum ex illis tralaticiis libris eam oſtentent.

149, 13. Ἐξαναστήσας, ἐνθεῦθεν κατοίκησε ἐς Μέμφιν.] Hæc diſtinctio continuata est ab Aldi usque editione, prorſus tamen contra mentem Herodoti, qui adverbium voluit cum participio coniungi, prout ſemper verbo ἐξαναστῆσαι, quacunque etiam forma, addit vel ἐξ ἠθέων, vel ἐκ τῶν νήσων, vel ἐκ τῆς Ἰσιαιώτιδος, quem ſenſum nunc involvit adverbio, ſed ſine controverſia iungendo cum participio ἐξαναστήσας. Vide Portum.

149, 20. Ἐξ ὧν δὲ ἀνέστησαν.] MS. ἐξ ὧν δὲ ἐξανέστησαν, accurate ſervato integro verbo.

149, 25. Τὸ γὰρ χρηστήριον τοῦτο τὸ ἐν Αἰγύπτῳ.] MS. τοῦτο ἐν Αἰγύπτῳ ſine vocula τὸ; quippe qua admiſſa nihil niſi repetitur quod modo præceſſit.

149, 35. Τῶν φανερῶν ἦν θώϋμα.] Ab MS. non agnoſcitur verbum ſubſtantivum, in quo præterea ſcribitur θῶμα, ſicut et ſtatim ἱρὸν ἐστὶ θωμαστότατον, non θαῦμαστότατον, quod editur, de quo iam actum in libro priore.

149, 40. Ἐπικέεται.] MS. ἐπίκειται, et mox κάλευμένη idem codex pro καλεομένη.

150, 5. Λόγου δὲ τόνδε.] Ex margine recepi quod publicabat ex MSS. Stephanus, quum probaret codicum optimus, ex quo mox etiam poſui Ὀσίριος, non vulgo Ὀσίριδος.

150, 15. Λητὼ δὲ τροφὸν &c.] Ita ſcribitur non tantum in libris inſpectis ab Stephano, qui id in margine notavit, ſed et in optimo Mediceo, cuius ſcripturæ veritas notabili caſu hic confirmatur ab Athenagora, qui ita hunc locum citat in Legatione pro Chriſtianis, ut, inquam, Λητὼ dicat, non Λητοῦν. Et agnoſcis hunc locum ipsum esſe, quem citat eruditus ille commentator orationum Ciceronis ab nobis olim primum ex chirographo paterno editus ad librum 1. in Verrem cap. 18., ſed quum pro hoc nomine proprio in MS. illic exſtent hæ literæ TOYCINAE, nequit decidi, quomodo pronunciaverit. Cuius ſcriptum quum postea quoque ſit additum in editionem Cl. Grævii, noli credere in MSto exſtare vel *opinioni*, vel *perſequitur:* utrobique exſtat tum *opioni*, tum *perſequeretur.*

150, 25. Ἐς τὸ ἐξεῖλε.] Sic est et poſtulat Ionismus. Sed in MS. Mediceo clare legi ἐσὸ ἐξεῖλε, quod est ἐς ὃ ἐξεῖλε, de quo dubitare nemo potest attendens ad varia exempla iam in præcedentibus prolata. Immo vicisſim animadvertes pag. 151. vers. 12., ubi ὧν ἔτι οἱ ὀλκοὶ edebatur, me reſtituisſe ex eodem MS. τῶν ἔτι.

150, 33. Ὁμοῦ ἐλκυσευμένας.] Is ipse codex MS. præfert ἐλκεσομένας, prout hæc ipsa verba iterantur 7, 24, non ignaro Porto. Etiam mox auxi ἀπὸ τοῦ Κασίου οὔρεος, ut notabat articulum ex ſuis libris Stephanus, nec aliter in Mediceo. 899

151, 3. Ἐπὶ Νεκὼ βασιλῆος ὀρύσσοντος.] Nempe quia ſequitur Νεκὼς ὀρύσσων. Atqui ita perit ſenſus. Hinc et optimus MS. ὀρύσσοντες. Id neceſſario reponendum; quod videntur auſi non fuisſe, qui nimis et inſcite attendebant ad vocem ſequentem μυριάδες, quaſi non ſæpe ſermo admitteret conſtructionem non ab vocabulo, quod in promtu adest, ſed ab intellectu et ſenſu.

151, 6. Τῷ βαρβάρῳ αὐτὸν προσεργάζεσθαι.] Sane ita habent editiones ab Aldo, et ad hanc ætatem propagant. Verum an credi potest ita legisse interpretem Latinum? *eum id opus barbaro præmunire.* Immo ille novit, quod vidi in optimo MS. προεργάζεσθαι. Mox habebat MS. liber μὴ σφισι ὁμογλώσσους, ubi vulgo σφι.

151, 22. Ἠλείων ἄνδρες ἄγγελοι.] Nec habet quidquam venusti aut sententiæ vox media, nec in MS. exstat, ut mirer, unde venerit, quam longe abesse debere fides firmissima optimi codicis, quem allegavi, probat. Si quid ad rem facit, Diodorus Sic. 1, 95. scribit: φασὶ καὶ τοὺς Ἠλείους, σπουδάζοντας περὶ τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα, πρεσβευτὰς ἀποσεῖλαι.

151, 36. Καὶ σφέων καὶ ἄλλων.] MS. καὶ τῶν ἄλλων. Paulo ante etiam edidi ex eodem optimo codice εἴ σφιν οἱ πολῖται.

151, 41. Ἠλείων δὲ μηδενὶ ἐξεῖναι ἀγωνίζεσθαι.] Quamvis ita antecedat, nihilominus in MS. simpliciter exstat tantum εἶναι, quod ipsum eiusdem esse notionis constat et nullus ignorat.

151, 49. Ἐξεδέξατο τὴν βασιληΐην.] Postrema duo vocabula non agnoscit MS. Quid voluerunt hi iactatores copiæ suæ, ut inde aliquid deceret præberi Herodoto? Veniunt seri et nimis importuni, præsertim quum ante oculos habere potuissent 1, 103. Φραόρτεω τελευτήσαντος ἐξεδέξατο Κυαξάρης.

152, 4. Ἐπεὶ δέ οἱ ἔδεε κακῶς γενέσθαι.] Quod ab Ieremia prædictum fuit, cuius consensum cum Herodoto miratur Scaliger in Animadversionibus p. 88.

152, 8. Στράτευμα ὁ Ἀπρίης μέγα.] Hanc ultimam vocem Latine reddendam non iudicavit interpres Valla, si modo eam vidit, quod valde dubito. Etsi enim ediderit Aldus, tamen potuit exemplar, quo alter utebatur, ea caruisse, sicut testor eam non exstare in optimo MS. ut iure æquissimo usus fuerim in ea non toleranda, perinde ut iam contigit in libro priore. Deinde ἀσφαλέστερον ἄρχοι idem MS. codex, non ἄρχῃ, ut vulgo.

152, 30. Ὁ δὲ Ἄμασις.] Adversativam hanc quoque non habet MS. optimus, nec quidquam momenti huc affert.

152, 34. Ὑποκρίνασθαι.] Plane id nonnulli codices antiqui acceperunt ab correctoribus propter tot similia tempora huc coëuntia. Attamen debuit eos deterrere præcedens ἀξιοῦν, cui hoc verbum opponitur, ut laudari mereantur et Stephanus et eius codices, ex quibus produxit in margine ὑποκρίνεσθαι, quod et ipse inveni in Mediceo. Eademque ratio est in iis quæ sequuntur tam τὰ πρασσόμενα, quam ἄγοντα.

153, 2. Ἄνδρας ἐπικούρους τρισμυρίους.] Vox τρισμυρίους in optimo MS. non legitur, nisi nupero calamo ad marginem adscripta; in ipso verborum ordine vetus manus eam ignoravit. Et videndum sane, numquid is numerus sit enormis: unde enim tot Cares et Iones? Etsi fatear esse eundem confirmatum a Diodoro Siculo ἠναγκάσθη καταφυγεῖν ἐπὶ τοὺς μισθοφόρους ὄντας ὡς τρισμυρίους. Quod si ex Herodoti sua ætate exemplaribus hausit, sub Caribus et Ionibus latet omne auxiliorum genus. Non videtur tamen Diodorus in hac historia Herodotum sequutus fuisse; nam quum hic prælium in urbe Momemphi (de qua satis dixi ad Stephanum de Urbibus) commissum referat, Diodorus 1, 69. περὶ τὴν Μαρίαν κώμην ait. Certe Apries non statim strangulatus est, ut festino cursu narrat Diodorus.

153, 8. Ἑπτὰ γένεα.] At Scaliger lib. 3. Canonum Isagog. pag. 517. sibi placet, dum redigens nescio cur illa Herodotea septem in quatuor, sub nomine Τεχνιτῶν comprehendit καπήλους et ἑρμηνέας et κυβερνῆτας, et quarto numero habet βουκόλους καὶ ποιμένας. Sed prætulerim distinctionem Herodoti.

153, 20. Ὅτε ἐπὶ πλείστους ἐγένοντο.] Ita confirmabat codex Mediceus id quod ex suis libris Stephanus monstrabat in margine, ut pro vero debuerim recipere, electo ficticio γενοίατο. Idem statui debet in eo quod sequitur ἐκδεκόμενος, non ἐκδεκόμενοι.

153, 36. Ἡγεομένους πολιητέων] Si ita scripserit Herodotus, fruantur eo lectores. Sed certe alio longe sensu eadem scribit 9, 1. Τοῖσι δὲ Θεσσαλίης ἡγεομένοισι, quem locum vide. Præterea scire oportet in hoc loco exhibere codicem sanctissimum omnium ἡγημένους πολιητέων. Quid in ea lectione non infinitis modis præstat vulgato? Ex eodem etiam recepi sequens illud νομιζομένους Stephano diu indicatum.

154, 1. Καλασιρίων χίλιοι καὶ Ἑρμοτυβίων ἄλλοι.] Vox ultima ignoratur ab MS. nec meretur in hac parte ullum locum, quum et optime possit intelligi. Insuper ab Stephano adscivi ἕκαστοι, non ἕκαστον, ex auctoritate eiusdem codicis.

154, 19. Ὡς οὐ ποιεῖ.] MS. ποιοῖ.

155, 2. Διδάξασαι τὰς Πελασγιωτίδας γυναῖκας.] Et ubi quæso? Nequivit forsan dicere Herodotus, quia potuit evenisse in ipso itineris errore, ubi in aliqua parte Græciæ in eas inciderunt. Sed Ezech. Spanhemius scivit demonstrare locum, ubi id acciderit ad Callimachum pag. 650. sic scribens: [Accedit, quod ex Ægypto Græciam, et a Danaidibus quidem, ac proinde Argos, ubi eædem cum patre Danao dicuntur adpulisse, illatum primo hoc Cereris festum, Θεσμοφόρια a Græcis dictum, tradat Herodotus l. II. c. 170.] Indue fidem aliquot stadia latam, et crede. 900

155, 10. Δημήτην τοπρὶν ἐόντα.] Sic quum præter codices Stephani exstaret quoque in Mediceo, non debui id fastidire, nec quod sequitur ἀγνωμοσύνῃ, quum vulgo darent τοπρότερον et εὐγνωμοσύνῃ.

155, 25. Εἰ γὰρ πρότερον εἶναι δημότης.] Sic exhibui quod iam in suis scriptis offenderat Stephanus et margini commiserat, nec aliud ipse videram in libro Mediceo. Id fuit huius mutationis sacramentum. Non enim fatigabat me constructio vulgatæ lectionis, quæ pro infinitivo habet ἦεν, quomodo id passim usurpatur, ut potuerim relinquere. Fatigabat me raritas illius verbi in Herodoto. Fatigabat suavissima repetitio infinitivi in melioribus et vetustioribus libris; ut licet delicias eius loquutionis non caperem, mirabiliter tamen me afficeret, ut suspendi et consecrari optarem eam in meliora tempora, quod facio, comparari posse opinatus cum his Æliani 3. Var. Hist. 29. Διωγένης συνεχῶς ἐπέλεγεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ὅτι τὰς ἐκ τῆς τραγωδίας ἀρὰς αὐτὸς ἐκπληροῖ καὶ ὑπομένει· εἶναι γὰρ πλάνης, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος, πτωχὸς, δυσείμων, βίον ἔχων τὸν ἐφήμερον.

155, 28. Ἐχρᾶτο.] MS. ἐχρᾶτο. Quod nescio cur hic fastidiverint, quum probent cap. 189. Τῇσι δὲ ἄλλῃσι γυναιξὶ ἐχρᾶτο· et χρᾶσθαι pro χρῆσθαι Ion. quot locis monstravit Portus? Deinde σε γὰρ ἐχρῆν, non χρῆν.

155, 42. Ἐπεὰν δὲ χρήσονται ἐκλύσυσι.] Videntur sane hæc necessariam apodosin afferre præcedentibus, ut in utramque consummata sint fundamenta prudentiæ quam concepit Amasis, et quam proferre vult ad sui patrocinium. Attamen omnia ista ab optimo MS. codice absunt, et nullum ex illis ibi apparet. Et quid? An non ista nimis plena satietas videbitur existere ex calamo ingenii plus quam opus est explanare cupientis, quum Herodotus ex una dictione ac periodo omnia intelligenda existimaverit. Negari nequit, quin qui dicet miles intendit arcum, quum oportet uti, statim præbeat simul intelligendum, in tempore non necessario esse arcum laxatum ac remissum. Hoc facit Amasis. Hoc exprimit Herodotus. Sed et MS. ἐκτανύουσι, non ἐκτεννύουσι. Quin et paulo prius ἀμείβετο τοῖσι δε αὐτοὺς, quod plane est Herodoteum, non τοῖςδε.

156, 3. Οὐδαμῶς κατεσπουδασμένος ἀνὴρ.] Locum hunc in notis ad Arnobii librum quintum exornare et polire voluit Defid. Heraldus, quem inspicere licet. Sed mirum quod scribit. Nam quum velut ex Herodoto, suavissimo scriptore, attulisset hæc verba, ita ut daret καὶ οὐδαμῶς ἐσπουδασμένος, addit [quem locum profert Athenæus lib. VI. et legit κατεσπουδασμένον ἄνδρα &c.] Atqui plane contrarium in modum se res habet, et quum Herodotus utatur composito, ipse Athenæus etiam sic vocat, sed negativam particulam corripit dicendo οὐ κατεσπουδασμένος. At rursus vice versa, ubi antea dixit Herodotus ἔπινέ τε καὶ κατέσκωπτε τοὺς συμπότας, Athenæus scribit Herodotum dicere eum παιγνιήμονα ἐόντα σκώπτειν τοὺς συμπότας, hoc est, facit, ut qui citant antiqui Herodotum, existimaverunt sibi licere facere plane non attentis ad stylum Herodotei proprietatem. Statim ante edidi ex libris Stephani quibus Mediceus consentit, λέγεται δὲ ὁ Ἄμασις καὶ ὅτε ἦν ἰδιώτης, quum vulgo καὶ omittatur, atque etiam deinde ἀπέφευγε, non ὑπέφευγε.

156, 10. Ἐποίησε τάδε.] MS. τοιάδε.

156, 22. Ἀνδρόσφιγγας.] Quos Portus concipit statuas, quæ viri et sphingis speciem ac figuram habent. Certe Hebererus in servitute Ægyptiaca novit suo tempore vocari Ἀνδρόσφιγγα. Hoc tamen notari debet iungi ab Herodoto colossos, ut simplices statuas Portus loqui non debuerit. Opinor sic inter pyramidas fuisse γυναικόσφιγγα, et tales Persepoli fuisse ἱππόσφιγγας.

156, 26. Πλέον ἑείκοσι ἡμ.] MS. πλέον καὶ ἑείκοσι ἡμ. ut maiorem attentionem excitet, merito interposita ista vocula. Mox adscivi illud ἐκόμιζον ab Stephano in margine monstratum et ab optimo codice firmatum, pro vulgato ἐκόμιζε. Recte illud ἐκόμισε positum in præcedente periodo, ubi de rege dicitur; nunc agitur de ipsis operariis.

156,

156, 38. Τὸ δὲ εὖρος, δώδεκα πήχεων.] Vix est, quod de his vocibus in tanta antiquitate affirmari potest. Valla in versione omisit. Et sane quæ causa est, ut longitudo interiorum partium tribus cubitis minor sit exteriore, atque totidem etiam altitudo (illa enim ab XXI. ad XVIII., hæc ab VIII. ad V. decrescit) latitudo autem modo duobus cubitis, nempe ab XIV. ad XII.? Et de longitudinis atque altitudinis proportione acquiescere posumus, quum causa sit ignota. Sed de latitudine fatigamur. Nam quum eadem densitas muri in postico iuste ponatur, quæ in lateribus, certe oportebat idem ubique fieri spatium, et parili parte utrobique variare numerum. Quidquid sit, utique in optimo isto MS. ea quinque vocabula non apparent.

901 157, 17. Ὅθεν βιοῦται.] Eximie, ut βίοι in sellulariorum lucris considerentur pro ipsis opificiis, ut instrumentis vivendi. Attamen hoc loco optimus MS. habebat βεβαιοῦται. Quod palmarium, vel ob verba Epistolæ ad Hebr. cap. 9. vers. cod. Καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν, οὐ βρώμασι.

157, 27. Ἔδωκε χώρους ἐνιδρύσασθαι βωμοὺς.] Hæ sunt recisæ sententiæ, ut verbis sua substantiva iunctim annectantur, quæ prorsus non est Herodotea cura, licet sic potuerint venditare tot codicum vetustorum numeri, tot docti lectores Græcorum sibi blandiri, quasi Herodotum legerent. Quam lene igitur est, quam vere Græcum, quam aperte declarans originem corrumpendi, quod in MS. legitur χωρίοις, quod propterea credo prorsus esse Herodoti, sicut alibi dicit ἐνιδρύεσθαι ἐν νήσῳ νηὸν καὶ βωμούς.

157, 37. Αὗται αἱ πόλιες.] Et nunc αὗται αἱ πόλις et statim ἄλλαι πόλις legit optimus librorum MSS. ubi etiam vulgo iteratur πόλιες.

158, 1. Τριηκοσίων ταλάντων ἐξεργάσασθαι.] MS. ἐξεργᾶσθαι.

158, 7. Χίλια συπτηρίης τάλαντα.] At quale oro, istud ædificativum alumen? ut videtur innui ex modo scribendi; utrum firmum et concretum, an solutum? Quid? An mittendum erat ex Ægypto, quod affatim adfluebat in vicinia? Ælian. 13, 16. MS. ille optimus συρίης. Vel hanc ignotam vocem reddi Herodoto præstat, quam obsideri ab mendacio tum rei, tum vocabuli. Quod ut sciamus unde veniat, per similitudinem ab gelu docet Virgil. 3. Georg. 366., et Salmas. in Plinian. 368.

158, 8. Κυρηναίοισι δ' ἐς ἀλλήλους Ἄμασις.] Nomen proprium nunc contemnitur ab MS. et merito; nec enim in hac parte magis conspici et iterari oportuit, quam in duabus minimum partibus, quæ proximæ sequuntur. Sane quid huc apportet, nullus adsequor. Mox recepi ex margine Stephani αὐτόθεν, quod firmabatur Florentiæ.

158, 18. Εἶπε δὴ ὁ Ἄμασις.] MS. εἶπε ὁ Ἀμ. omissa secunda vocula, qua etiam egere potest hic locus.

158, 20. Καὶ ἔστι οὐδεμία μηχανή.] Hunc credo locum esse, unde homines perversi illam vocem duarum literarum subreptam transtulerunt in præcedentia, unde ab optimo MS. expelli testabar. Nam ille ipse nunc auctior exhibet: καὶ ἔστι τι οὐδεμία μηχανή. At proculdubio eam dixerunt iam olim isti supervacuam, et nunc etiam multi dicent, sed non illi, qui bene legerunt Herodotum, agnoscuntque quemadmodum ab eo soleat istud neutrum infarciri. 1, 185. Τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν, ῥέοντα ἰθὺν, οὕτω δή τι ἐποίησε σκολιὸν· 3, 12. Αἱ δὲ τῶν Αἰγυπτίων κεφαλαὶ, οὕτω δή τι ἰσχυραὶ. Et sæpe.

158, 24. Εὔχεται ἐν τῷ νόῳ τῇ Ἀφροδίτῃ.] Forsan ut ille in Inscriptione apud Gruter. *Ingratæ Veneri spondebam munera supplex Erepta coniux virginitate tibi:* aut, ut nebulo apud Petronium, timidissimo murmure votum facit. Sed non erat hæc Dearum Deorumve credulitas, ut sine fidei pignore sic cogitationi, sanctæ licet, tamen facili ad mutationem adquiescerent. Insuper patet post infelicem ac sterilem noctem transactam cum minis, per diem sequentem contigisse id votum in noctem venturam; unde multum præplacet quod est in optimo codice ἐν τῷ νηῷ. Fuit haud dubie illic fanum Veneris, ubi talia vota sine rubore plura sunt concepta, et verbis planis ad Veneris aures missa, prorsus ut Eurydice apud Sophoclem in Antigone Παλλάδος θεᾶς εὐγμάτων προσήγορος, in ipso templo nempe volens alloqui; immo etiam tabellis inscripta suspensaque, prout nos aliquando vocabula in metrum coërcuimus ad conspectum gemmæ apud clarissimum virum et veterem amicum meum D. de Wilde.

158, 36. Ἀνέθηκε δὲ καὶ ἀναθήματα Ἄμασις πέμψας ἐς τὴν Ἑλλάδα.] Ab MS. abesse video participium πέμψας, et ab Herodoto id venisse omnino non persuadeor, cuius perpetua phrasis est ἀνέθηκε ἐς τὴν Ἑλλάδα, ut persæpe iam in superioribus occurrit: sed et mox sequitur, ἐς μέν νυν Σάμον ἀνέθηκε.

158, 47. Ἰδρύσασθαι προσχούσας.] MS. ἱδρῦσθαι.

JACOBI GRONOVII
NOTÆ ET OBSERVATIONES
In librum tertium
HERODOTI.

159, 12. Ἄιτεε ἰητρὸν ὀφθαλμῶν.] Quod haud dubie facit inductus celebritate peritiæ Medicorum Ægypti, unde et Darius in parte felicitatis suæ statuit περὶ ἑωϋτὸν ἔχειν Αἰγυπτίων τοὺς δοκέοντας εἶναι πρώτους τὴν ἰητρικὴν 3, 129., et hanc eorum rationem fuisse notavit antea lib. 2. c. 84., ut medicina esset δεδασμένη, et οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμῶν ἰητροὶ κατεστέασι. An id fecerit Cyrus, ut postularet ab eo, tanquam qui obsequi sibi deberet, habeat sibi ille, qui scribere sustinuit, Ægyptum fere ad nihilum redigens. Nam cur id non fecit ex aliqua alia regione sibi subiecta? Immo quia constabat non esse alibi meliores.

902 159, 22. Ἐποίησε ταῦτα.] MS. τάδε, pari mutatione, quæ plus vice simplice occurrit. Paulo ante codices Stephani adiuvat idem in voce συμβουλῇ, non συμβουλίῃ, etsi utrumque notaverit Portus. Mox quoque ἐσθῆτί τε καὶ χρυσῷ, ubi illud τε omittunt vulgo.

160, 19. Ὅτι Καμβύσης.] MS. gemino σσ Κασσαμβύσης et nunc et infra.

160, 25. Ἐσελθοῦσα.] MS. εἰσελθοῦσα.

160, 34. Τοίγαρ ὦ μῆτερ.] MS. τοί γάρ τοι ὦ μῆτερ. Mox adsumpsi ἐς τὴν ἐπισράτευσιν ταύτην, quod ab se excitatum Stephanus relinquebat in margine, quum vox ipsa se probet dignissimam manu Herodoti, et par sit ἐπισρατηΐῃ in libro 9. cap. 3., et certe probetur ab MS. Mediceo.

160, 44. Τὰ πολέμια.] Quæ huc non pertinent, nisi placeat ex imitatione poëtica huc intelligere πολεμήϊα ἔργα. Sed Herodotus iam 1, 4. dixit Πέρσας αἰεὶ ἡγήσασθαι τὸ Ἑλληνικὸν σφίσιν εἶναι πολέμιον. MS. τὰ πολεμικά. Recte: nam sunt diversa et bene distincta.

161, 2. Τὸν πιθόταιον ἀποσείλας τριήρει.] Hic est sermo Græcus, quo sane opinor usuros editores Herodoti, utpote qui satisfacit regulis per Grammaticam puerilem positis. Unde occurrit 3, 44. Ἐπιλέξας τῶν ἀστῶν τοὺς . . ἀπέπεμπε τεσσαράκοντα τριήρεσι. Cæterum Herodotus sublimior iam et politior scripsit ex fide optimi codicis MS. τριήρη. Hæc nempe duplicatio quarti casus visa fuit illis horrida et removenda, quoniam nimis placebat Herodoto, cuius manum denuo restituit idem codex MS. libro hoc tertio c. 52. Περίανδρος ἐξ ὀφθαλμῶν μὲν ἀπεπέμπετο σείλας πλοῖον ἐς Κέρκυραν, ubi vulgo etiam exhibent πλοίῳ, sed mihi aliud iniunxit præstantia exemplaris Medicei, et nimis hilariter hic scriptor geminat accusativa vocabu-

la, quam ut posſit ambigi. Sic dixit 1, 163. Ἐδίδου σφι χρήματα τεῖχος περιβαλέσθαι τὴν πόλιν 2, 116. Καὶ οὐδαμῆ ἄλλῃ ἀνεπόδισε ἑωϋτὸν πλάνην τὴν Ἀλεξάνδρου.

161, 15. Καδύτιος πόλιος, ἥ ἐστι Σύρων &c.] Dedi viris doctis, qui hanc partem conſideraverunt, quodcunque potui, modo corrigeretur Latina interpretatio, quam ab ordine Herodoti deducit Valla, ſcribendo *quæ est urbs*, quum Græca ſint πόλιος ἥ ἐστι; tum augendo *eorum Aſſyriorum*, ubi Græca modo Σύρων. Igitur agnovi Cadytin urbem Syriæ, prout iam Stephanus Byzantinus tradidit, licet prave Δ in Λ mutans, ex Herodoti Euterpe, ubi certe Συρίης πόλιν appellavit, quod noluit ſequi Ortelius, ſtatuens circa Ægyptum eſſe, quod mireris, ex ipso hoc Herodoto, ita ut ſibi imaginatus fuerit etiam legiſſe in Clio. Sed quum interim Vallæ interpretatio ſuſtineat adeo eſſe libera, ut vindicet eam Aſſyriis, qui Palæſtini vocantur, relinqui etiam quidem illi id a me potuit, ſed nequaquam ut credam aut aſſenſerim unquam. Cur enim nunc definiret eam Palæſtinæ Syriæ, tanquam fateretur in loco priore aliquid ab ſe omiſſum eſſe, quod neceſſario nunc deberet ſuppleri. At quidquid illud est, nemo eius rationem habere dignatus fuit, et Stephanus putavit ſatisfieri per ſolam vocem Συρίης, detrectans addere Παλαιστινῶν. Certe riſum meretur Valla, apud quem primo dicatur magna Syriæ urbs; mox urbs Aſſyriorum Palæſtinorum. Incondite etiam hinc ab Iungermanno (nam in editione Stephanica aliter legitur) in indice ponitur *Cadytis magna Syriæ vel Palæſtinæ urbs*. Immo ut acrius inhærerem, exegit ipse ſermo Herodoti, qui ita fluctuat, ut nequeat haberi pro integro, et defectus videtur latere in hoc membro, unde ſequentia omnia dependent. Res ipsa ſtatim patebit, ubi indicavero ſic a me legi ſolitum hunc locum: Ἀπὸ γὰρ Φοινίκης μέχρι οὔρων τῶν Καδύτιος πόλιος γῆ ἐστι Σύρων τῶν Παλ. *Nam ab Phœnice usque ad fines Cadytis urbis, regio est Syrorum Palæſtinorum, ut vocantur.* Procede ſic ordine, et vides leniſſima eſſe Herodotea, et demonſtrare tres diverſitates incolarum, qui poſſident terras inter Syriam Phœnicen et Ægyptum; nempe primi ſunt Palæſtini, ſecundo emporia Arabum ad mare Mediterraneum, tertio rurſus Syri ab Ienyſo urbe ad paludem Serbonidem; hinc initium Ægypti. Ad caput 96. lib. 1. ſub numeris 41, 6. iam patuit hac vitioſitate correptum fuiſſe Herodotum ex confuſione vocum γῇ et τῇ. Etiam ex abundantia ſupervacua inoveliſſe 2, 16. τὴν γῆν. Hæc olim; quibus danda est acceſſio propter conatus nuperos, in quibus de Cadyti et Magdolo multa verba fiunt, ſed nihil promovetur. Cadytin hanc ita deſcribit Herodotus, ut videatur ſui iuris fuiſſe, ſita quidem in Syria, ſed nec Palæſtinis attributa, nec Arabiæ emporiis; itaque ſuis viribus ac legibus nixa. Hinc magna fuit. Periculoſa autem coniectura est de delenda ἡ in verbis ἥ ἐστι Σύρων &c. quum ea in MSS. omnibus exſtet, et deleta faciat loquutionem, cui nulla ſimilis in Herodoto occurrit tot genitivis accumulatis ſine fulcro ullo.

161, 23. Ἀπὸ ταύτης ἤδη αἴγ.] MS. ἀπὸ ταύτης δὴ αἴγ. Unde etiam antea repoſui ἐμπόρια τὰ ἀπὸ θαλάσσης, ut ex ſuis MSS. etiam notarat Stephanus in margine, pro ἐπὶ.

161, 33. Εἰδέσθαι.] MS. ἰδέσθαι· et deinde ταῦτα ἀναισιμοῦται, non ἀναισιμοῦνται. Utrumque notæ melioris. Quin et prolatum ab Stephano Φοινίκης paulo ante probavit idem codex.

161, 41. Ἐπὶ τῶν παλαιῶν.] MS. ἐπὶ τὸν παλαιὸν. Nihil ſimplicius, et hinc quoque nihil emendatius aut verius, quum ignorem cur ſic elabatur Stephanus ad
903 *ultra veteres*, quas dein putat aliis et pluribus verbis explicandas. Omnia in Herodoto ſunt nunc planiſſima.

161, 43. Ἐσβολὴν τ. παρασκευάζοντες ἐς Αἴγυπτον.] Non ſufficit hæc loquutio, nec commoda nunc est, ubi agitur de expeditione adverſus eam facienda. Optime optimus MS. ἐπ' Αἴγυπτον, Iam antea id patuit, quum dixit στρατεύεσθαι ἐπ' Αἴγυπτον.

162, 7. Ἰματίου ἑκατέρου κροκύδα.] Sic edidi iungens Mediceum codicem codicibus Stephani, unde is ita in margine poſuerat, quam lectionem ſatis claram reddunt Pliniana Salmaſii, quum κροκύην vulgo hic poſitam ignoret.

162, 9. Ἐπικαλέσαντος δὲ τούτου ταῦτα.] Et cur non maluit dicere, τούτους, n. θεοὺς? an vero credimus, ut alibi uſurpat τὸ θεῖον, ita nunc ſubintelligi velle θείου? Mirificæ ineptiæ, quæ tamen egregium Herodotum inquinare potuerunt. Omnino lege, ut est in MS. ἐπιτελέσαντος, quod colligere viri docti ſatis potuerant ex crebro auctoris uſu, quem tradit Portus. Et certe turbatus fuit Valla, nihil proferens niſi *Hoc actio*. an ſuboluit illi?

162, 30. Ῥαψάμενον ὠμοβοέων καὶ τῶν ἄλ. δερμ. ὀχετὸν.] Recte ista, neque ullus in dubium vocare poterit; adeo et ſimplex ῥάπτειν et compoſitum συῤῥάπτειν frequenter occurrunt in hiſtoria Herodoti, et ſatis concinne, ut probat locus ab Porto citatus 9, 17., cui addas ex initio libri 6. ξυῤῥαψας ὑπόδημα. Et hinc 4, 64. Συῤῥάπτοντες κατάπερ βαλτας. Et in tempore adest Achilles Tat. pag. 205. Δέρμα προβάτου λαβόντες ὡς ὅτι ῥαδινώτατον συῤῥάψωμεν εἰς σχῆμα βαλαντίου ὅσον γαστρὸς. Et tamen cur nunc quoque Herodotus non adhæret ſuo activo? Ubique istud adhibuit, nunc traiicit ſe in istam formam? Nempe ſi Muſis placet. Ego enim multo tamen prætulerim, quod reponit optimus MS. ἀψάμενον τῶν ὠμοβοέων &c. Equidem exempla, quæ de verbo ἅπτεσθαι vulgo adducuntur, maxime apparent de laqueis ac nodis et ſimilibus: at vero Herodotus eo utitur, ut denotet ſic iungere quocunque modo et nectere, ut ipsum Latinum *ſuere* non teneat firmius, et quod alioqui Græci dicunt ῥάπτειν. Id clarum erit, ſi huic exemplo iungas contrarium ex libro 2. cap. 121. Ἐπισπάσαντα τῶν ἀσκῶν δύο ἢ τρεῖς ποδεῶνας αὐτὸν, λύειν ἀπαμμένους. Rurſus lib. 1. cap. 199. Εἶδεος ἐπαμμέναι καὶ μεγάθεος. Activum ἐναπῆπτε, etſi decompoſitum, ſic occurrit circa finem libri 1.

162, 36. Διὰ ὀχετῶν τριῶν.] Si modo ita fecit. Nam MS. illud τριῶν plane non habet, et potest plures canales in tria loca conduxiſſe.

162, 37. Ἐστρατοπεδεύετο Ψαμμήνιτος.] Plane ſic et Valla *caſtra habebat*. Nec hæreo, modo in locis tam arctis et difficilibus potuerint caſtra poni. Certe Diodorus Siculus lib. 18. καταστρατοπεδεύειν quidem dicit Perdiccam ex Syria aggreſſum irrumpere in Ægyptum, et post infelicem tentationem ἐπανελθεῖν εἰς τὴν ἰδίαν στρατοπεδείαν; ſed nuſpiam tale quid attribuit Ptolemæo, qui intus erat. Similis omnino caſus rerum hic videtur eſſe, unde legitur in MS. ἐστρατεύετο. Eadem plane ratio occurrebat mihi in Suida in v. Δαυὶδ, ubi vulgo legitur Εἶτα τῶν ἀλλοφύλων κατὰ Σαοὺλ ἐστρατοπεδευκότων, τοῦ δὲ πρὸς τὸν ἐγγαστρίμυθον ἀπελθόντος &c. Ibi in MS. Lugdun. exſtat ἐστρατευκότων, et melius est ad mentem eius loci. Etiam videntur hoc vulgatum feciſſe, ut eodem ſenſu foret; idque forſan ex ſequente ſtatim loco, ubi verſa vice Herodotus στρατόπεδον vocat aciem confligentem. Mox Mediceus codex habet οὐδέν οἱ μέγα ἀνάρσιον πρῆγμα, ut Stephanus viderat in ſuis, unde id recepi.

163, 1. Ἔσθησαν αἱ θῆβαι ψεκάσι.] MS. οἴσθησαν ψακάδι, quod videtur ex prava ignorantia mutatum eſſe, quum magnitudo miraculi ſic augeatur, quod ubique obſervata eodem tempore fuerit lapsa ex aëre una gutta, et mox ceſſaverit, non geminando lapsu.

163, 25. Ὡς μόγις ἂν λ. π. διαῤῥήξειας.] MS. ignorat particulam ὡς, et deinde habet διαῤῥήξεις. Et profecto ſcribit ſæpe Herodotus, ac ſi narraret, ut non connexa, ſed rupta utatur narratione, per quam tamen ſententia est integerrima; οὕτω δή τι ἰσχυραὶ, μόγις ἂν λίθῳ παίσας διαῤῥήξεις. Nec Herodotus ſolum, ſed et alii. Ut Pauſanias VIII, pag. 483., Τῶν δὲ ἐρειπίων οὐ πόῤῥω κρημνός ἐστιν ὑψηλὸς· οὐχ ἕτερον ἐς τοσοῦτο ἀνήκοντα ὕψους οἶδα. Potuit non frangere orationem ita ὑψηλὸς οὕτως, ὡς οὐχ. Tale est Petronii Traguriani; *Quum interim nemo curat, quid annonam mordet: non mehercules hodie buccam panis invenire potui*, ubi etiam poterat connexo ſermone uti, *quid annonam mordeat, ita ut meh. hod. bu. panis invenire non potuerim.*

163, 34. Ὅτι ἀσθενέας φορέουσι.] MS. rurſum apponit ὅτι ἀσθενέας φορέουσι τὰς κεφαλὰς. Quæ repetitio non est alicuius extranei; imo est ipſius Herodoti ſic amantis præbere integerrimum ſermonem. Simile iam ſupra memini obveniſſe ad 53, 35.

163, 35. Πίλους τιάρας τε φορέοντες.] Communis hæc ſagina omnium qui tiaram vel nominare voluerunt, longo contextu enumerandi, præſertim B. Briſſonii in libro 11. Regn. Pers. Sed etiam citat hunc locum in theſauro Stephanus, et notat; [Quum hic dicat ita, tanquam hæc ſeparans, alibi contra tiaras genus pileorum facit in Polymnia cap. 61. Πέρσαι μὲν ὧδε ἐσκευασμένοι περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον τιάρας καλεομένους πίλους ἀπαγέας.] Sic ille, ſatis infauſta contemplatione inclinatus et compulſus in hæc verba. Nam profecto, etſi vulgata ſcriptura eſſet Herodoti, non
904 poſſet continuo dici πίλον et τιάραν ab eo ſeparari propter interpoſitam copulam. Noviſſime etiam D. Monfaucon in Dario Italico pag. 422. non aliter potuit hanc demonſtrationem Herodoti citare, ut dum Græca ſolitis verbis ponit, Latine addat *geſtantes pilea tiarasque*, non addito, quemadmodum intelligat; quum

ta-

tamen ibi allegare ſuſtineat in præcedentibus πρὸς δὲ τὸν ἥλιον, quum in noſtris exemplaribus exſtet, καὶ πρὸς τὸν: ubi etiam quum interpretetur ſuperiora *oſſa eorum qui in acie ceciderunt cum iacerent fuſa, et ſeparatim poſita*, vix intelligas, quum quæ fuſa iacent, mixtim poſita ſint. Illud vero permirum est, quomodo Heſychius ita ab exemplaribus Herodoti decipi potuerit, prout certe deceptum apparet, dum ex ſolo libro primo auctoris noſtri vidit tiaram maſculino genere poni; in aliis vero partibus incertum relinquere. Locum ſane libri primi ſine ullo offendiculo per Medicei exemplaris claram fidem indicavimus ita, ut verum pateret Heſychium eſſe, in capite 132. Sed quum Herodoto ſæpius de tiara ſcribendum fuerit, et auctor iste agat ſeria, debuit ſcivisſe plura talia in eo documenta eſſe. Quod ut nos iam denique doctiores bene intelligamus, teſtificor in MS. Mediceo plane legi πίλους τιάρας φορέοντες. Itaque et maſculinum est lib. 8. cap. 120.: nam MS. plane τιήρεϊ χρυσοπάςῳ. Ubi tale quid requiri, non vero cogitandum de triere, docet mos Perſicus in xeniis, de quo etiam Herodotus 7, 116. in Acanthiis, ubi veſtes ſunt, non naves.

164, 19. Ἀνεβόωντε καὶ ἀνέκλαιον.] Minus ſuccenſendum illis, qui procudere ſuſtinuerunt hanc lectionem ex ſequentibus οὔτε ἀνέβωσας οὔτε ἀνέκλαυσας, idque inſuper exemplo ipſius auctoris alibi iungentis compoſita verba ab eadem præpoſitione, ut ἐπαείροντα καὶ ἐποτρύνοντα, κατέχαιρε καὶ κατεκερτόμεε, et ſimilia. Sed tamen ab alieno manum oportuit abſtineri, quum in poſtremo exhibeat optimus MS. ἀντέκλαιον, quod haud dubie Herodoti est, et hinc præfero; quum etiam alterum videatur reſervaviſſe ad locum inferiorem ἀναχλαίσας μέγα. Quod vero Stephanus ante notaverat in margine τοιάδε, postea παρὰ, confirmata ab eodem codice recepi.

164, 23. Δεύτερά οἱ τὸν παῖδα ἐξέπεμπε.] MS. ſimpliciter ἔπεμπε. Sed et quod ſequitur verbum ἦγον, ignoratur ab MS. et omnino non ſolum ſine ſenſu est, ſed etiam ſine ulla conſtructione hic intruditur, ut omnino debeat expelli. Quippe ut antea dixit a Cambyſe traductas fuisſe filias ſervili habitu et aquam portaturas, ita nunc filios vinctos colla funibus et capiſtratos ora; ut etiam mox ille ipse MS. non præfert ἄγοντο, ſed rectiſsime ἦγοντο et ἡγεόμενον.

164, 33. Τωῦτὸ ἐπόιησε τὸ καὶ ἐπὶ τῇ θυγ.] Particula καὶ in MS. non exſtat, quam ſicut vulgus inſereret huic ſententiæ, Herodotus arcendam iudicavit.

164, 42. Αὐτοῦ τρεῖς Φύλακοι.] An credimus hunc numerum? an obſervationis huius tam accuratam fidem conſtare voluerunt Perſæ? Immo est nugaciter inculcatum istud numeri vocabulum, ut bene illud τρεῖς abſit ab optimo MS. Mox prodita ab Stephano ποιεύμενα et πυνθάνεται ſtabilita ab eodem codice admiſi, ut certe probabiliora.

165, 5. Τὸ δὲ τοῦ ἑταίρου πάθος.] Crediderim ſic plerosque loquuturos, et Herodoto etiam attributuros hoc vocabulum, quod ſæpe adhibet, ut et fœmininum πάθη, quæ eandem habet intentionem. Sed quam ſingulare, quam purum est, quod nunc offert ex calamo Herodoti codex optimus? nempe πένθος. Nonne hoc ipsum recte ab Herodoto dicitur πένθος in amiſi patrimonii damno? quum in cauſa ſimili divina Apocalypſis 18, 15. Οἱ ἔμποροι τούτων οἱ πλουτήσαντες ἀπ' αὐτῆς ἀπὸ μακρόθεν στήσονται διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς κλαίοντες καὶ πενθοῦντες, et rurſum vers. 19. Ex eodem mox poſui πτωχῆϊην pro πτωχίην, ut notatum est 32, 21.

165, 16. Εὗρον αὐτοῦ οἱ μετιόντες.] Vocula αὐτοῦ non est in MS. et plane nihil in ſe habet roboris, nec in vertendo rationem eius ullam habuit Valla.

165, 23. Ἦν καί σφεων ἀποσέωσι.] MS. εἰ καί. Ac ſtatim ἐν δὲ καὶ τῷδε, non ἐν δὲ δὴ καὶ τῷδε, quæ tamen ipsæ voces ſic repetitæ exſtant cap. 38. huius libri.

165, 27. Τῷ Λίβυος Ἰνάρῳ παιδὶ.] Primæ duæ voces non habentur in MS. et ſatis patriam notavit antea.

165, 32. Κακὰ πλέα.] MS. πλέω, quod hinc pro genuino habeo, etſi ista πλέα interdum quoque antea iam dixerit.

166, 1. Τὸ ὦν κατακαλεῖν τοὺς νεκροὺς.] MS. τὸ ὦν κατακαλεῖν τε τοὺς νεκροὺς.

166, 3. Θεῷ οὐ δίκαιον εἶναι λέγουσι.] Quid potuit fieri accommodatius ab editoribus? nempe præcedit Πέρσῃσι; necesſario his debuit reſpondere caſus alter; ut ne canonibus Grammaticæ iniuria fieret. Quid tamen, ſi Herodotus aliter ſcripserit; noſtrumne erit non eum ſequi, quam potius ex noſtro ſenſu formabimus? Sane MS. plane profert λέγοντες, nec habeo cauſam, cur non id etiam Herodoti eſſe rear, idque ex more veteris Græciæ frequenter ita variantis, neque hic modo, ſed etiam 4, 132. Δαρείου μέν νυν ἡ γνώμη ἐὴν Σκύθας ἑωυτῷ διδόναι σφέας τε αὐτοὺς καὶ γῆν τε καὶ ὕδωρ· εἰκάζων τῇδε. Ita enim præclarus quoque MS. ubi ſubſtitutum est εἰκάζοντος. Talia ſunt apud Arrianum 2. cap. 7. Λέγεται δὲ καὶ Ξενοφῶντος καὶ τῶν ἅμα Ξενοφῶντι μυρίων ἐς μνήμην ἐλθεῖν, ὡς οὐδέν τι οὔτε 905
κατὰ πλῆθος οὔτε κατὰ τὴν ἄλλην ἀξίωσιν σφίσιν ἐπεοικότες. At potuit ἐπεοικότος vel ἐπεοικότων, ut vidi etiam in uno MS. At non placuit Arriano.

166, 8. Οὐδαμῶς σφί ἐσι.] MS. φησίν ἐσι. Quod ipsum quoque opinor esſe Herodoti: nempe ſicut post relatam opinionem Perſarum addit, eos dicere non licere Deum paſci cadavere; ita post opinionem Ægyptiorum de igne traditam, addit, eos dicere non igitur licere ullo modo belluis (in his est ignis) cadaver præbere; ut non de ſe ipſis tantum concludant, ſed generatim.

166, 15. Ἀμάσι λυμαίνεσθαι.] Recte: nam ſic notat Portus ex 9, 78. λυμαίνεσθαι νεκρῷ, quod poterat habere ex libro 1. cap. 214. iisdem in verbis λυμαινομένη δὲ τῷ νεκρῷ. Nec tamen hæc omnia vetant, audiri etiam ex codice MS. Ἄμασιν, et hunc accuſativum placuiſſe nunc ſimiliter Herodoto, ſicut placuit 8, 28. Ἐσβαλοῦσαν δὲ ἐς τὴν χώρην τὴν ἵππον αὐτέων ἐλυμήναντο ἀνηκέσως. Itaque voluit in utrumque ludere.

166, 19. Ἔθαψε ἐν τῇσι θύρῃσι.] MS. ἐπὶ τῇσι, et id deſideratur.

167, 8. Τὰ λέγειν χρῆν.] Peior est hic infinitivus, quam indicativus ille, qui exſtat in MS, χρὴ.

167, 16. Ἐς τοὺς ἀπέπεμψε.] Circa hunc locum perverſa contigit mutatio in editionibus, ut ita nunc exhibeatur, quum legatur in optimo MS. ἀπέπεμπε, et recte. Deinde etiam νόμοισι δὲ καὶ ἄλλοισι χρᾶσθαι αὐτοὺς καὶ κεχωρισμένοισι. Vulgo abest ſecunda copula.

167, 27. Ἡμέας τε ἀπέπεμπε.] MS. idem contra nunc ἀπέπεμψε. Vides plane laſciviam.

167, 41. Ἐπειδὰν οὕτω.] MS. ἐπεὰν οὕτω.

167, 44. Μέχρι δὲ τούτων.] MS. τούτου.

168, 4. Τὸν χρυσὸν ἡρώτα ςρεπτὸν.] MS. χρυσοῦν; certe et ſupra vocavit χρύσεον. Sed etiam MS. et ſupra et nunc ψέλια. Et 4, 168. de qua ſcriptura egit Salmaſius in Plinianis pag. 245.

168, 23. Ἕτεα μὲν ἑς εἴκοσι.] Prorſus quaſi nonniſi puerile quoddam aut vulgare ſtyli genus tanto ſcriptori adfuiſſet. At vero optimus MS. ſine præpoſitione ἔτεα μὲν ἐείκοσι καὶ ἑκατὸν ἀπικνέεσθαι. Quod ipsum cur non auſim Herodoto vindicare, quum et Ælianus, quanquam præmiſisſet εἰς Ἀρκάδας ἀφίκετο, non recuſarit mox ſubnectere ἀφικέσθαι σφίσι τὸν ἄνδρα dativum adamans 2, 42., ubi noſter quartum caſum? Tale utique est lib. 2. cap. 36. Τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι νόμος ἅμα κήδεϊ κεκάρθαι τὰς κεφαλὰς, τοὺς μάλιςα ἰκνέεται.

168, 31. Ἀπ' αὐτοῦ ἐπιπλέειν.] Quid hoc erit? Certe nequit verti *in ea innatare*, quod tamen profert Valla, haud dubie aliam lectionem ſequutus, et veram, quam nunc repoſui ex optimo MS. ἐπ' αὐτοῦ.

169, 2. Δολεροὺς &c.] Quam belle id repetiverit in ſene Ceo Archidamus, refert Ælianus 7. Var. H. 20.

169, 6. Ἰσῶσι περὶ τὴν πόλιν.] MS. ἰσᾶσι. Deinde ἐμμανής τε ἐὼν, ubi Herodoto invident Ionismum illic plerumque uſurpatum, edentes ὤν.

169, 36. Ἐκ Θηβέων δὲ ἐπορεύοντο ἔχοντες ἀγωγοὺς, καὶ καταβὰς &c.] Mira varietas numeri, ut modo exercitum, modo Cambyſen ſpectaverit; quod tamen ferri quacunque ratione poſſet, niſi vel puer videret ista ἔχοντες ἀγωγοὺς inepte ex inferioribus huc esſe inculcata; ut mirari oporteat Stephanum, quum Valla istas voces in interpretando omiſisſet, Stephanum dico illa ſic integrare, *Thebis autem iter faciebant, itineris duces habentes*, quæ nec omiſit Thom. Gale, etſi cod. Arch. eum doceret illas voces non esſe antiquas. Itaque quum istius codicis teſtimonio ſubſcribat etiam Mediceus, et res nimium pateat, non cenſui ulterius pro Herodoteis iactanda, quæ ipsa clamabant ſe esſe ſuppoſiticia. Cæterum ex eodem MS. ſcripſi Θηβῶν, non Θηβέων, ut Iungermannus, non Θηβαίων, ut Aldus prior.

170, 7. Ἄριςον δὲ αἱρεομένοισι.] MS. ἄριςον αἱρεομένοισι, omiſsa adverſativa, quæ prorſus nullam hic habet tutelam, ſed præterea αὐτέοισι, non αὐτοῖσι.

170, 23. Θεὸς παρείη φανερὸς.] MS. θεὸς εἴη φανερὸς. Et videtur alterum temere repetitum ex præcedente verſu,

ſu, quum ista exprimant ultra modum, et condonandum Caſaubono, quum ad Spartianum pag. 23. citat hæc verba, prout vulgo legebantur.

170, 39. Ἐὼν μέγας.] Præclare conveniunt codices Arch. et Eton. apud Thom. Gale cum Mediceo exemplari ad expellendum quod nulli bono eſt, et reſtituendum, quod certe debuit ab Herodoto notari μέλας. Et quum Stephanus teſtatur ſua exemplaria habere μέγας, illa vero nihil niſi obſtinatam produnt pervicaciam corruptelæ in vulgaribus Herodoti codicibus: recte interim ipſe præfert μέλας, quod unde habeat, non aperit, et priores editi retinent μέγας. Sed male. Quare enim vocat μέγαν, quum iam dixerit eſſe μόσχον? Nec reliqui auctores de illa magnitudine præcipua quidquam tradunt. Color vero quis in eo dominatus fuerit, annotari debuit. Præterea quod post vocem τετράγωνον ſequitur verbum φορέει, ab eo abeſt, et videtur eſſe aliorum, qui ſufficere non iudicarunt verbum proxime antecedens ἔχει, unde tamen omnia recte dependent.

170, 47. Τοιοῦτοι θεοὶ.] MS. οὗτοι οἱ θεοὶ.

170, 49. Οὗτος ὁ θεὸς.] Notabili geminatione particulæ MS. οὗτος γε ὁ θεὸς, et mox ὁρτὴ μὲν δὴ διελέλυτο, ubi vulgo δὴ abeſt.

171, 15. Ὅτι τόξον.] MS. ὅτι τὸ τόξον. Et mox ὃ παρὰ τοῦ Al. ἥνεικαν, non τὸ.

171, 43. Ἐς οὗ ἀποθάνωσι, ἤν σφι μὴ παρευρεθῇ τι ἄδικον, μέχρι τούτων] Nihil potest dici inſulſius hoc Græco ſermone, cui tale principium et par clauſula adiungitur, quorum ſignificatio est eadem; et hinc ista geminatio tolerari nequibat, niſi et gemina foret periodi istius argumentatio ac bipartita. Id niſi fieret, ſupervacua erant μέχρι τούτων. Debuit duntaxat deleri negativa μὴ, ut eſſet ἤν σφι παρευρεθῇ τι ἄδικον, μέχρι τούτων· ut doceret eos eſſe iudices ad vitam; ſin alicuius iniuſti convincantur, eo usque. Sed Herodoti mentem præclare ab auctore expoſitam depravarunt nimiæ aliorum manus, quam nunc ita ex illuſtri MS. Mediceo reponimus, ἐς οὗ ἀποθάνωσι, ἤ σφι παρευρεθῇ τι ἄδικον, μέχρι τούτων, *Donec moriantur, aut dum alicuius iniuſti comperiantur, eo usque.* 906

171, 39. Οὐκ ἐωθότα ἐπενδέε ποιήσειν.] Hæc conſueta qualia ſint, quum poſſit dubitari, idcirco Ez. Spanhemius citans hunc locum in notis ad Iulianum pag. 89. ſuſtinet opinari quod antea apud eos inuſitatum, a Cambyſe Cyri filio, et quidem nulla Perſarum lege prohibente, primo inductum, tradere nunc Herodotum. Quod qui potuit venire illi in mentem, aut nobis erit credibile? Sane non dicitur id ab Herodoto clare, ſed facile colligi potest: et ex Cambyſis iocoſa interrogatione, qua quærit, an ſit lex quæ iubeat, oſtendit ſe ſcire eſſe, quæ vetet. Nam ut primum exemplum det ignoti facti, an de eo ſollicitum dicimus futurum fuiſſe Cambyſen? Deinde an verba ista ἐξεῖναι ποιέειν τὰ ἂν βούληται poſſunt dici de ignoto? quum ſit propria formula de vetitis.

171, 47. Ὑπεκρίναντο.] MS. ὑπεκρίνοντο.

172, 11. Ἕλληνες μὲν γὰρ λέγουσι.] Vocula γὰρ ab MS. exulat.

172, 26. Τὴν γυναῖκα περιτῖλαι.] MS. περιτεῖλαι, quod potest referri ad 52, 15. Quin etiam Herodoto conſtitit ratio, ut maluerit nunc ſcribere κότερον περιτ. non κότερα, ut vulgo, in coniunctis tot fœmininis. Deinde MS. εἴη καλλίων, non εἴη ἀμείνων, prout in Anglicis etiam libris inveniebat Gale.

172, 29. Ταύτην μὲν δή κοτε σὺ.] MS. μέν τοι κότε σὺ. Opinor autem hæc notanda ſigno interrogationis, ut vertatur: *at tu cur hanc lactucam imitatus es evulſa Cyri domo?* Nam istud κότε vel *aliquando* in exprobratione foret abſonum, quum videatur id contigisſe modo post factum. Et mox πολλὰ ἐώθεε, non ἔωθε. Et rurſum τιμὴ δὲ καὶ αὕτη οὐ σμικρή.

173, 1. Τῇ δὲ φιλονεικίῃ.] Quis non videat male isti ambitioni locum dari, qui dicatus est φιλοτιμίῃ, ut notavit Stephanus de libris MSS. tacens? At quum Gale in ſuis duobus, ipse in Mediceo non aliter legerim, an cauſa ulla ſuperest vel reminiſcendi τῆς φιλονεικίας? Omnino repoſui verum. Et ſtatim MS. Mediceus τοιάδε ἀμείβεσθαι, non τοῖσδε.

173, 8. Κοῖος τις δοκέει.] MS. δοκέοι, quod penitus requiritur.

173, 17. Ἤσθη τε ταῦτα ἀκούσας.] Vox ultima in MS. non apparet; et forte non deſideres: gaviſus est quod ad illa. Etſi videam lib. 4. cap. 88. Ἡσθεὶς τῇ σχεδίῃ. Lib. 3. cap. 119. Ἡσθεὶς αὐτῇ. Cap. 134. τῷ ἔπει. Quæ conſiderationem habent aliam; et recte vox ἀκούσας repellitur, quum ſcribat huius libri cap. 28. Οἱ δὲ ἀκούσαντες τούτων, quæ etiam lectio confirmatur ab eodem MS.

173, 45. Ἀγαθόντε πρ. εἶναι.] Curavi, ut Græca Latinis reſponderent; quæ quum ſic formaverit Valla, *conducit tibi te providum eſſe*, certe is non legit ἀγαθῶν, quod in omnibus editis, quos ad manum habeo, exſtare ſcias, ſed prout edidi. Sic et iidem inique mox conſpirant in πολητῖτας, quum egregie legatur in optimo codice πολιήτας.

174, 7. Ἀράξεα] Sic iterum omnes editi, quum MS. Med. ſimpliciter exhibeat Ἀράξην.

174, 12. Ἀλλ' οὔ τοι χαίρων.] MS. ἀλλ' οὔ τι χαίρων. Rurſum deinde interest noſſe ſic legi in optimo MS. ἐπεί τοι καὶ πάλαι ἐς σε προφάσιός του ἐδεόμην εἵπας ἐλάμβανε τὸ τόξον· quum vulgo post verbum ἐδεόμην addatur ἐπιλαβέσθαι, et ſic inſeratur quoque Ταῦτα δὲ. Quæ quum per inertiam legentium tanto tempore inquinare Herodotum potuerint, ego quoque relinquere illa ob verſionem Vallæ potui. Sed ista brevitas meo iudicio non tantum longe est nervoſior, ſed admirabilis. Quid enim volunt illa *quia olim iam debebam captare in te occaſionem?* Si enim illud debebat, utique capita criminum duo oſtendit ſe in promptu habuiſſe, ut quolibet momento eum corripere potuerit: certe graviora crimina committi ab Crœſo nequibant, et illa iam monſtrat Cambyſes ſe bene captata habuiſſe, ut prorſus nunc indicat ista Cambyſis ratiocinatio. Sed aliud quid ab eo profertur: nempe *quippe et olim prætextu adverſus te aliquo egebam*, quem ſcilicet nunc opportune nactus ſum, et quum iuſtas iræ cauſas mihi dediſſes, noluerim tamen illis uti, ſed ſpecioſiores et recenti flagitio inſignes aucupari maluerim, quo probatior foret mea vindicta. Sequentes duas voces nec Valla videtur agnoviſſe, ſed ſuccesſit Stephanus huic labori, ut centonem hunc bene conſueret.

174, 20. Καὶ ἐπιζητοίη] MS. καὶ ἐπιζητῇ. Et mox ἢν δὲ μὴ μεταμελῆται, quod est ſimplicius et explicatius, quam vulgatum ἢν μὲν δὴ μὴ μεταμελῆται.

174, 31. Ἐς δὲ δὴ καὶ Ἡφαίστου τὸ ἱρὸν.] MS. ὡς δὲ δὴ καὶ ἐς τὸ Ἡφαίστου ἱρὸν. Agnoſcis iam ſpectatum corruptelæ genus, quo particula ἐς occupavit ſedem vocis ὡς, ut patuit ad librum ſecundum.

174, 36. Ἐγὼ δέ οἱ σημανέω.] MS. pro his tam multis habet ista pauca, ſed ad declarandum non minus, imo vel magis valida, ὧδε σημανέω. 907

174, 40. Ὅμοια τοῖσι τοῦ Ἡφαίστου.] Ut videtur Herodoto probatior fuiſſe huius adiectivi conſtructio cum tertio caſu, quod docent exempla apud Portum. Attamen MS. ὅμοια τοῦ Ἡφαίστου. Et est æquiſſima cauſa ſic variandi. Neque enim in præcedentibus agnovit quædam ἀγάλματα τοῦ Ἡφαίστου, ad quæ referri hoc plurale τοῖσι poſſet, ſed tantum dixit ἔστι γὰρ τοῦ Ἡφαίστου τὤγαλμα.

174, 44. Εἰ γάρ τις προβείη πᾶσι ἀ. ἐκλέξεσθαι.] Sic adduco, quia reliqui intactam editionum lectionem, contentus id quod Florentiæ legeram, in ora appoſuiſſe, ut quisque eligeret. Ne tamen interea credar ambiguus hæſiſſe, omnino falſum est, quod ſolet legi, et omnino verum est, quod aperio ex Florentia. Nam προτίθεσθαι quidem in libro primo bis uſurpat de apponendo cibo, etiam de exponendo puero, etiam de conſultatione in concilio, ad qualem ſenſum reſpexit Valla interpretans *præbeat facultatem*, qui ſermo neſcio an deceat aulam Perſicam, quam nunc mente concepit auctor, unde nunc quidem non obliviſcitur τοῦ κελεύειν, quod plane non expreſſit Valla, ſane perperam. Itaque ſententia Herodoti est, ſi quis imperet vel imponat omnibus hominibus, iubens eligere. Hoc autem est προσιθέναι, ut bene notavit Portus et est in MS.

175, 1. Γέλωτα τὰ τοιαῦτα τίθ.] MS. Γέλωτα τοιαῦτα τίθ. Et plane agnoſcimus hunc esſe fontem, unde apud Petronium cap. 17. mulier hauſit *petoque et ore, ne nocturnas religiones iocum riſumque faciatis.*

175, 6. Ἐπὶ πόσῳ ἂν χρημ.] MS. ἐπὶ κόσῳ ἂν χρ. ut 8, 85. Μέχρι κόσου ἔτι πρύμνην ἀνακρούεσθε.

175, 17. Οὕτω μὲν νῦν.] MS. οὕτω νῦν.

175, 26. Ξεινίην Ἀμάσι τῷ Αἰγυπτίων βασ. συνεθήκατο.] Voci primæ apponunt ſignum, ut inde notent in margine pro ξεινίην in MSS. legi quoque φιλίην, ipso etiam Gale hanc normam imitante, nec de codicibus Anglicis quidquam diverſum teſtificante, perinde ut pro Αἰγυπτίων vulgato indicant Αἰγύπτου in eisdem legi. Quod ſi ita est, functi ſunt officio: ſed verendum est, ne manus Stephani aberraverit, quum vellet indicare utramque vocem et φιλίην et ξεινίην exſtare in libris antiquis. Ecce enim quam magnifice et ample MS. Mediceus profert hanc manum Herodoti: ξεινηΐην Ἀμάσι τῷ Αἰγύπτου βασιλεῖ φιλίην συνεθήκατο. Quo magis hæc et alia inſpicio, certe creſcit reverentia erga præclarum istud vetuſtatis munus, unde diſcimus per epentheſin hæc dici, ut intelligatur adeo arctam fidam-

fidamque amicitiam inter hos conſtitutam fuiſſe, ut usque ad ſanctum hoſpitii vinculum procederet; illud nempe, quod vix videbatur fieri poſſe, utpote inter principes tanto intervallo ſeparatos, et quorum nemo videri poterat unquam peregrinaturus. Hæc clara est ſententia. Quod ſi tamen ad vulgares formulas crediderimus propius accesſiſſe hanc ipsam, ſane facili momento perſuadebitur lector Herodotum ſcripſiſſe *ξεινηΐην Ἀμάσι τῷ Αἰγύπτου βασιλεΐ καὶ φιλίην συνεθήκατο.* Id confirmat ipse auctor mox in Amaſios epiſtola. *Ἡδὺ μὲν πυνθάνεσθαι ἄνδρα φίλον καὶ ξεῖνον εὖ πρήσσοντα.* Et ſic 8, 143. *Ἐόντα πρόξεινόν τε καὶ φίλον.* Plutarchus de virtut. mulier. p. 255.

175, 33. *Ἔκτητο δὲ πεντ.*] Plane legitur in optimo MS. *ἐκέκτητο.*

175, 45. *Πολλῷ δέ τοι πλεῦνος.*] MS. *πολλῷ δὲ ἔτι πλεῦνος.*

176, 8. *Ὅς τις ἐς τέλος οὐ κακῶς ἐτελεύτησε.*] Sit hoc pulchellum aliis, qui antehac operam Herodoto dederunt. At mihi tum mirabiliter ſordet, tum ſententiæ nullius videtur, et prorſus indignum Herodoto. Quid enim est *τελευτᾶν ἐς τέλος*? quum ſi voluiſſet utique præpoſitione ista uti, debuiſſet *ὅς τις τέλος οὐκ ἐς κακὸν ἐτελεύτησε*, qui tandem non in malum deſierit. Sic enim dicunt Græci *τελευτᾶν ἐς τοῦτο τι*· et ſic afferunt ex hoc noſtro *ἐτελεύτησαν ἐς τοῦτο*, idque legitur hoc libr. c. 126., ut ſic ad ipsam materiam et argumentum attendatur; aut etiam retento ſubſtantivo nec converſo in adverbium poſuiſſet *ὅς τις οὐκ ἐς τέλος κακὸν ἐτελεύτησε.* Sed præpegregie et aberrationis in ſcribendo origo et ſimplicisſima reſtitutio debetur denuo exemplari Mediceo, in quo legitur *ὅσις ἕτερος οὐ κακῶς ἐτελ.*

176, 10. *Σὺ ὦν νῦν.*] MS. *σὺ νῦν*· ſed præterea verbum *ποίησον* in MS. non apparet, niſi in margine, ut conſiderandum ſit, an non uno tractu ſcripserit auctor, *σὺ νῦν ἐμοὶ πειθόμενος, πρὸς τὰς εὐτυχίας τοιάδε φροντίσας τὸ ἂν εὖργς* &c. (nam et ſic MS.) *ἀπόβαλε.*

176, 15. *Μὴ ἐναλλὰξ ἤδη αἱ εὐτυχίαι τοι τῶπὸ τοῦδε αὐτοῖσι πάθεσι.*] Longe ſpecioſiorem ſericm, quam ſimul veriorem facit mutatio ex libris Stephani in margine notata *αὐταῖσι πάθαισι*, his vocibus tam præpoſtere digeſtis et permixtis, etiam diſſipatis, quas coniungi oportuerat, prout auctor coniunxerat, præbet liber MS. *μὴ ἐναλλὰξ ἤδη τ' ὠπὸ τούτου αἱ εὐτυχίαι τοιαύταισι πάθαισι.* Res ipsa clamat. Mox etiam MS. idem *ὑπετίθετο*, non *ὑποτίθοιτο.*

176, 21. *Ἐπ' ᾧ ἂν μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀσηθείη.*] Hic locus est, quem reſpiciebat in notis ad Luciani Timonem Tanaq. Faber, vir ille incertus, ſuſpenſus et præcipitans, dum ſpernit codices antiquos, ad inſulſas coniecturas aut fidem nimis facilem, quam nunc præbuit editionibus Herodoti, ut adiuvaret ſcholia-
908 ſten Ariſtophanis *Διάσια* ſatis abſurde ſpectantem. Et Portus hinc *ἀσῇν* iactitare potuit verbum Herodoti, quum is debuerit ſcire lib. 1. cap. 136. occurrere *μηδεμίαν ἄσην*, diverſam ſane ab *ἄτῃ*. Itaque in hoc loco Herodoti exhibebat codex optimus *ἀσθείη*· ut liceat hoc exemplum apponere locis illorum, quos Græci ſermonis Patres agnoſcimus, vel *Ἡ μὲν τ' ἀζομένη κεῖται*, vel *γούνατα σείριος ἄζει.*

176, 25. *Ἐποίεε τάδε.*] MS. *τοιάδε.*

176, 27. *Ἀναγαγεῖν ἐκέλευσε.*] MS. *ἐκέλευε*, nimirum ut modo dixit *ἐποίεε.*

176, 49. *Κεχαρηκότες.*] Ut ſimilia duo exempla huc confert Portus, etſi exſtent plura. Attamen cur tacebitur legi in optimo MS. *κεχαρηότες*? quod quidem perinde bonum. Et ut non diſplicuiſſe pateat ſcriptori noſtro, etiam lib. 4. cap. 14. habet *τεθνηὼς*, ubi vulgo *τειθνηκὼς.*

177, 8. *Καὶ ὅτι ὡς οὐκ εὖ.*] MS. *καὶ ὅτι οὐκ εὖ.* Et quid affert vocula *ὡς*, quam merito expellit liber optimus?

177, 18. *Πέμψας δὲ κήρυκα λάθρη Σαμίων Πολυκράτης.*] Quaſi vero periculum eſſet, ut crederetur tyrannus in legationibus et quidem talibus mittendis uſus fuiſſe conſilio aut conſcientia eorum, quos oppreſſerat; ideone debuit ſic cavere prænonendo Herodotus, et non quisque facile ſuſpicetur? Vide igitur aliquid inſigne. Nam optimus ille MS. tantum habet *Πολυκράτης δὲ πέμψας παρὰ Καμβύσεα.* Quæ prorſus ſufficiunt.

177, 32. *Ὑπὸ Πολυκράτεος.*] Etiam abſunt hæ voces ab MS. et mire verboſus est in hac parte contextus, qui nihil memorabile exprimit.

177, 45. *Ἐπίκουροί τε μισθωτοὶ καὶ τοξόται.*] Etſi ita concipiat quoque hanc loquutionem c. 54., attamen nunc MS. *ἐπίκουροι μισθωτοὶ.* Et ſufficit. Mox etiam in eodem effertur *ἐξελασθέντας*, prout iam ſupra notavi et rurſus cap. 54. Denique ex eodem edidi *τὸν θώλακον ἀλφίτων δέεσθαι* ſine articulo *τῶν.* De defectu autem verborum in Laconico reſponſo quid dicam, niſi ſi videatur etiam nimis largum esſe et abhorrens ab Urbis illius more, prout vulgo effertur, ut licet illud ſit ſatis decens ex ſenſu, tamen eum videatur concinnaſſe vir politior præter manum Herodoti, quum Lacones tantum reſponderint *τὰ μὲν πρῶτα λεχθέντα οὐ συνιέναι*, ſive primam orationis partem intelligas, ſeu præcipuum caput materiæ. Quid autem differt inter istud *ἐπιλελῆσθαι* hic ita inculcatum, et *οὐκ ἐμέμνητο*, quod poſitum ab auctore in cap. 51.?

178, 1. *Οὔκω τι τιμωρῆσαι.*] Quam facinoroſe conturbatæ ſunt literæ in hac lectione? quam egregie contra expoſitæ iuxta Herodoti manum in optimo MS. *οὐκ οὕτω τιμωρῆσαι*?

178, 4. *Ἐπ' οἵσι ἀγοίατο οἱ παῖδες.*] Duas poſtremas voces non agnoſcit MS. optimus, et quis non eas proſcribat in tanta iteratione?

179, 4. *Οἴχοιντο.*] MS. *οἴχοντο*, idque ſatisfacit.

179, 13. *Ἔπεμπε δὲ.*] MS. *ἀπέπεμπεν δὲ.* Agnoſcis hoc ipsum compoſitum esſe, quo iam ante de hoc facto fuit uſus, ut ſit omnino probabilius, quam ſimplex. Miror, unde Stephanus acceperit *ἔπεμψε.* Ex eodem libro bis recepi *εἵνεκεν.*

180, 1. *Ἀπελαυνόμενος δ' ἂν.*] Quid utile huic loco ex ista adverſativa inſerta? Nimium coniunctus est ſermo, quam ut poſſit ferri; et ſane legit MS. *Ἀπελαυνόμενος ἂν.*

180, 4. *Ὅς ἂν οἰκίοισι.*] Molliter ac diſtincte MS. *ὃς ἂν ἢ οἰκίοισι.* Mox in oratione Periandri habebat codex *ἐξειργασάμην*, non *ἐξεργ.* Item *σείλας πλοῖον*, non *πλοίῳ.* Quæ certe non cedunt vulgatis.

180, 41. *Ἐπεκάλεε τὸν Λυκόφ.*] An igitur hic factum est, quod in verbo *ἐπικαλεῖν* vulgo intelligitur? MS. *ἀπεκάλεε*, quod multo elegantius. Nonne exſtat 9, 20.? *Καὶ γυναῖκας σφέας ἀπεκάλεον.*

180, 43. *Οὐκ ἐνεώρα.*] Utitur hoc verbo et ſic compoſito Herodotus, prout exempla collegit Portus; ſed alio quodam modo, ut illa docent. Et quod non ſperabam, hoc loco edit optimus MS. *οὔκων ἐώρα*, in illum prorſus non coniiciebat oculos. Et ibidem in parvo licet, tamen Herodoti cuſtos membrana Medicea retinet *τὴν ἀδελφεὴν*, ut ſemper auctor noſter, non *ἀδελφὴν.*

181, 7. *Τὰ πατρῷα ἀπέβαλον.*] Nimis aperte et ruſtice, quam ut politam Corinthum deceat. Itaque pretioſiſſimum mihi videtur, quod exſtat in optimo MS. *μετέβαλον.*

181, 12. *Ὑποκρινόμενος.*] Hoc exemplum Portus ſubnexuit multis aliis, in quibus apparet aoriſtus *ὑποκρίνασθαι*, quod tempus etiam nunc adhibitum fuiſſe docet optimus MS. exhibens plane *ὑποκρινάμενος.*

181, 41. *Δήμου γὰρ τούτου ἦν.*] Nequivi indulgere aut Vallæ aut Stephano corrigenti Vallam, in id conſpirantibus, ut *δῆμον* vertant *tribum*, quum nec vocis Græcæ natura id ferat, nec publicus illius uſus qui præcipue valuit in Attica, ut norunt omnes. In prioribus etiam volui Latina concinnare ad formam Græcorum, ſed ubi excidiſſe deprehendo vocem *nepos*, *qui Archiæ nepos, Samii filius.* Aliter concepit Vindingius, dubito an bene; ſcribit enim [Archiæ a Samiis publice funus factum fuit, eiusque filius ſuo filio Samii nomen indidit, quod Archias Sami ſtrenue pugnans cecidiſſet.] quaſi ille Samius proprie appellatus eſſet nepos eius qui in Samo cecidit.

181, 46. *Ταφῆναι δημοσίῃ ὑπὸ Σαμίων εὖ.*] Eadem in vocula terminat orationem cap. 82. *Πατρίους νόμους μὴ λύειν ἔχοντας εὖ.* Itaque hactenus commode ad Herodotum. Cæterum qui *δημοσίῃ* apud veteres vel Græcos vel Romanos ſepultus esſe dicitur, facile ſimul et necesſario intelligitur *εὖ* et egregie ſepultus esſe, ut prorſus hæc expoſitio ſit ſupervacua, et idcirco quum a MS. eadem vocula abesſet, cur ea inquinaret hanc editionem? 909

181, 49. *Ἐς τὴν Πελοπόννησον.*] MS. *ἐς Πέλοπόννησον.*

182, 5. *Ταύτην πρώτην στρατιήν.*] Ut ſolent post enarratam memorabilem expeditionem vel aliam rem, quæ deinde contigit ſæpius, plerumque inſtar epimetri addere, ut lectorem moneant attentum esſe in obſervando primo eius exemplo. Cui ſimile occurrit in cap. 138. Id nunc vulgo creditur fieri etiam ab Herodoto. An tanti fuerit hæc expeditio, ut ſequentibus in Aſiam expeditionibus, et ſane celeberrimis et maximi momenti, initium dederint, merito dubites. Utique non agnoſcit optimus codex aliud, quam *ταύτην τὴν στρατιήν*, quod ſequor. Maior difficultas est in eo, quod ſtatim dicuntur Dores hanc expeditionem per Lacedæmonios fecisſe, prout vertit Valla, ſed nempe in obſcuro apprehendens, quod ad manum venit,

qualecunque esset. Etenim ille sensus plane non in Græcis affatim corruptis exprimitur: sed pulcherrimam opem adfert codex Mediceus, in quo non legitur Λακεδαιμονίοισι, sed tantum Λακεδαιμόνιοι. Et certe syllaba ista posterior σι delenda est, quum innuat Lacedæmonios Dorienses iam factos hac militia functos esse.

182, 15. Ὅμοια τοῖσι πλουσιωτάτοισι.] Citantur hæc ab Bocharto in Canaan 1, 14., sed ita ut primam vocem iubeat legere ὅμοιος, quia nimirum antecedit θησαυρὸς. Quæ coniectura decet eum, qui nihil in legendo attendit ad stylum scriptoris. In libro 7. bis occurrit ἀνὴρ δόκιμος, ὅμοια τῷ μάλιστα. Quæ notari hodie propter nauseam vix possunt, sæculis bene cognita, nec debuit ipse ignorare.

183, 7. Πρότεροι γὰρ.] Sic enim legitur in optimo codice, quod propterea testor, quia Stephanus ita agit, quasi in ipsius libris MS. legeretur quidem etiam πρότεροι, sed vocula μὲν quoque servaretur, quæ nulla est in MS.

183, 19. Βάθος ὀρώρυκται.] MS. ὤρυκται.

183, 43. Οὔνομα τῷὐτὸ εἶχε Σμέρδις.] MS. Σμέρδιν. Et videtur Græcismus Herodoti exigere, ut nomen proprium efferatur in eodem casu; quo vocabulum ὄνομα. Sic enim 4, 6. Σύμπασι δὲ εἶναι οὔνομα Σκολότους. Prout sic et alii sunt loquuti.

184, 1. Καὶ δὴ καὶ ἐπ' Αἴγυπτον.] Non male, longe tamen plenior per unam voculam optimus MS. Καὶ δὴ καὶ οἱ ἐπ' Αἴγ.

184, 4. Στὰς ἐν μέσοισι.] Constructio est illa ipsa, qua Arion libro 1. dicitur bis στὰς ἐν τοῖσι ἐδώλοισι. Unde oritur alia sententia. Mirum vero est, unde sic corruptis aliis libris exhibeat præclarus ille ab Florentia codex MS. στὰς ἐς μέσον. Id certe Herodoti esse dicit ipse, tum cap. 130. σταθέντα δὲ ἐς μέσον ἠρώτα· tum cap. 140. στάντα δὲ ἐς μέσον.

184, 13. Νεῖκός τι ἔσαι.] Nonne suaviter satis iam particula τι suo loco posita est? Quid quærunt illi, qui sic repetunt? quum legatur in MS. νεῖκος τοι ἔσαι.

184, 31. Οὐκ ὄπωπα.] MS. οὔκω ὄπωπα. Immo non aliter ediderat Aldus, non aliter Camerarius, Stephanus sine causa mutavit.

185, 8. Οἱ δὲ εἶπον ὅτι.] MS. εἶπαν, et certe sic varietas soni sentitur. Paulo ante mutavi ordinem, quum ederetur Τρωματισθεὶς δὲ κατὰ τοῦτο αὐτὸς τῇ πρότερον, antea autem Aldi et Camerarii editio distingueret Τρωματισθεὶς δὲ κατὰ τοῦτο, αὐτὸς τῇ; hanc distinctionis notam omisit editio Hervagii 1557. et Stephanus. Sed nunc multo melius.

185, 40. Σμέρδιος ὑπεραιρημένου.] Compositi illius nulla hic opportunitas, et corriges vel ὑπαραιρημένου, ut mox ὑπαιρεθῆναι, vel ὑπεξαιρημένου. Nam ex MSto nihil notavi.

185, 46. Ἔργον ἔργασαί μοι.] MS. ἐξέργασαί μοι, ut paulo ante dixit ἐξεργασθέντος δέ κακοῦ τοσούτου.

186, 10. Αὔτις ἐς Μήδους περιελθοῦσαν.] Citatur hic locus ab Doct. Stanleio ad Æschylum pag. 773. et 777., ut aut conetur aut sibi imaginetur penetrare acrius, quam vel Cambyses vel Herodotus credi possunt in mente habuisse, n. de Medo et Dario Medo, quum uterque modo cogitet de natione Medorum. Mox cur ediderim σθένεϊ τέῳ, ubi vulgo erat τῷ, causam dixi sub numeris 21, 31.

186, 14. Γῆ τε καρπὸν ἐκφέροι &c.] Has obtestationes vetustissimo tempore usurpatas fuisse in utramque partem libet nunc ostendere subnectendo exemplo exsecrationis, quod nuper descriptum est ex saxo Aphrodisiensi, et est in manibus Eruditissimi Massoni, quod ita habet: Κατὰ τὴν γνώμην καὶ βούλησίν μου ἔσαι ἐπάρατος καὶ ἀσεβὴς καὶ τυμβώρυχος καὶ οὔτε ἡ γῆ αὐτοῦ καρπὸν ἐνέγκῃ, οὔτε ἡ θάλασσα αὐτῷ πλωτὴ γενήσεται, σπορά τε παίδων αὐτοῦ ἐξολεῖται, καὶ ἑτέρα διὰ γένους οὐ γενήσεται, καὶ ζῶντι μὲν αὐτῷ ὅσα θεοὶ κατὰ ἀνθρώπων τεθείκασιν· θανόντι δὲ οὐδὲ ἡ γῆ παρέξει αὐτῷ τάφον.

186, 15. Γυναῖκες τε καὶ ποίμνια.] Quam molliter MS. ποῖμναι.

186, 24. Κατείρεικόν τε.] Egregie MS. κατήρικόν τε· quod propius iam accedit ad Hesychium κατηρείκοντο· κατεσχίζοντο.

187, 4. Οὗτος ὢν ὁ Ὀτάνης.] MS. οὗτος ὁ Ὀτάνης. Nec solet in ista repetitione interserere particulas. 7, 123. Ἀπὸ δὲ Αἰνείης, ἐς τὴν ἐτελεύτων καταλέγων τὰς πόλις, ἀπὸ ταύτης· 4, 44. Βουλόμενος Ἰνδὸν ποταμὸν, ὃς κροκοδείλους παρέχεται, τοῦτον τὸν ποταμὸν εἰδέναι.

910 187, 11. Καὶ ταύτῃ συνοίκεε.] MS. καὶ ταύτῃ τε συνοίκεε. Mox videtur MS. velle παρ' αὐτοῦ τὴν θυγατέρα.

187, 25. Τῶν συγκατημένων γυναικῶν.] An Valla fuit tam putidi oris, ut potuerit hoc interpretari *mulierum cum illo cubantium*, quod Herodotus satis declarari putat ab verbo *considentium* loquutione sumpta perquam et scita et venusta, ut quum Romani *stare* in lupanari dixerint meretrices, ille præferat verbum *sedere*, quod forsan etiam novit Herodotus in sermone Persico sic obtinuisse. Mire contemptum est hoc lepidissimum verbum ab H. Stephano, ita ut in Thesauro id inter composita verbi Κάθημαι omittat, in Indice sine notitia huius loci ieiunissime recenseat.

187, 33. Ὑποδύνειν κελεύει.] MS. κελεύῃ. Et statim ex Stephano et MS. sic augenda oratio: ἢν γὰρ δὴ μή ἐσιν, unde exulat istud δὴ. Mox idem τὸν καταδοκέω, omisso ἂν.

187, 45. Ἀφάσσουσα.] Nempe ut antecedit ἄφασσον et mox ἥφασε. Attamen optimus MS. ἀφάσσουσα, et dein ὑπεδέξατο τ. τ. π. κατεργάσεσθαι, prout in aliis tot exemplis futurum illi verbo adiunxit, congestis bene ab Porto. tum δὴ αἱ γυναῖκες

188, 14. Τοῦ Ὀτάνεω.] Fateor dictum, ut Καμβύσεω, quod aliquoties præcesit, et sequentur aut præcesserunt similia. Attamen optimus MS. nunc habet Ὀτάνεος. Nec sane statim dicit Τσάσπεω, sed Τσάσπεος.

188, 17. Ὁ δὲ Γωβρύης.] MS. Γωβρύης δὲ. Contra in Suida restitui in v. Ἀπογραφή.

188, 29. Καὶ αὐτοῦ τούτου εἵνεκεν.] Multo politius optimus MS. καὶ αὖ τούτου. Paulo ante erat in eodem ἐδόκεον μὲν αὐτὸς.

188, 44. Ὀφείλετε ἐπ' ὑμέων αὐτῶν βουλόμενοι ποιέειν.] Mirifica est hic vocis βουλόμενοι usurpatio; et magis tamen considerandus interpres, qui potuit hinc facere *qui cœperatis*. Sed nihil in eo Herodoteum esse declarat MS. Mediceus, qui eximia restitutione hunc locum iuvat ἐπ' ὑμέων αὐτῶν βαλόμενοι· *debebatis in vos ipsos id recipientes exsequi*. Ut cap. 155. νῦν δ' ἐπ' ἐμεωῦτοῦ βαλλόμενος ἔπρηξα. 4, 160. Καὶ ἐπ' ἑαυτῶν βαλλόμενοι ἔκτισαν πόλιν. 5, 106. Ἴσθι αὐτὸν ἐπ' ἐωῦτοῦ βαλλόμενον πεπρηχέναι. Alia habet Portus.

189, 26. Καί τις μᾶλλον σφίσι ἐπιτράπηται.] Quis hæc Græca intellexit, aut Latina Vallæ *Et alius huc, alius illuc magis propensus est*, sententia etsi bona, tamen prorsus non huius loci? aut altera Latina emendatoris Stephani et verbosi, *Et aliquis magis ipsis convertatur*, vel *flectatur*, id est, *morigerum se præbeat* &c. Utique poterant commodius, *et illis*, nempe veritatem ita sectantibus, *plus aliquis commiserit*, qui sensus ferri poterat. Sed insuper macula est in Græcis, ut ostendit fidelissimus codex MS. in quo legitur καί τι μᾶλλον σφ. ἐπιτρ. *Et aliquid amplius illis committatur*; tanquam hi posteriores videri possint fide esse magis digni, quam priores.

189, 28. Τῷὐτῷ περιεχόμεθα.] Locum vides, in quo vehementer offendit Portus, ita ut quum Herodoti locutionem vocans, mox vacillans ex versione Vallæ, tandem decernat: Nihil tamen mutandum. At ne Græca quidem loquutio est: et testatur optimus codex Mediceus nunc scripsisse Herodotum, ut semper τᾠὐτοῦ περιεχ. Unde id vere genuinum. Exempla collegit Portus, in quibus est, quod paulo ante occurrit Περίανδρος δὲ περιεχόμενος τοῦ νεηνίεω. Habeo exemplar Herodoti ab viro docto usurpatum et hic illic conscriptum, qui nunc apponit [Ego malim, Itaque eodem collimantes iisdem tenemur.]

189, 36. Κάλλιον παρέξειν.] Mireris oportet, cur hæc Græca ponant in infinitivo, quum Latina præbeant in indicativo. Atqui et optimus MS. legit παρέξει, et sic corrigendum, quum de efficacia significationis Portus affatim congesserit.

190, 8. Πίσει τε λαβόντες καὶ ὁρκίοισι.] Quæ duo apud Græcos scriptores ita crebro iuncta, et quidem huic verbo adfixa occurrunt, ut corruptoribus fieret promptior larva ad decipiendum. Sed quis dixit λαβεῖν τινας πίσει. Id absurdum, certe præ eo, quod nunc profero ex optimo codice πίσις τε. Id vero est continuum: et temere videntur mutasse, qui eundem huic voci casum dandum putaverunt, in quo est sequens ὁρκίοισι, quum id non ad λαβόντες pertineat, sed ad προσεκτέωντο.

190, 9. Ἐξοίσειν παρὰ μηδενί.] Præpositioni huic locus et iustus et concinnus datus est in proxime antecedentibus verbis: in hac phrasi nihil habet. Unde optime reparo ex MS. ἐξοίσειν μηδενί.

190, 22. Συγκαλέσαντες τοὺς Πέρσας.] Mediam vocem non habet MS. Deinde etiam ἐπὶ πύργον sine τὸν, perinde ut paulo ante.

190, 43. Στείχοντες.] MS. σίχοντες. Deinde ὑπερβαλέεσθαι pro ὑπερβαλέσθαι. Et tandem πυλωροῖσι, non πυλωροῖσι, ut iam cap. 72., et mox 79., etsi posterius quoque exstet.

191, 18. Ἑόντες εἴσω.] MS. ἐόντες τε εἴσω.

191, 26. Ἑόντων τε ἀγχοῦ αὐτῷ τῶν πολεμίων.] Diver-

verſimode conſtruit voculam istam Herodotus. Habes enim cap. 85. περιήγαγε ἀγχοῦ τῇ ἵππῳ. Rurſus cap. 111. Καὶ σφέα θέντας ἀγχοῦ τῶν νεοσσιέων. Cæterum hoc in loco plane abest ab MS. illud αὐτῷ.

191, 47. Ὥσε τε τὸ ἐγχειρίδιον.] Simpliciter MS. ὥσε τὸ ἐγχ.

192, 11. Ἐν αὐτῇ κοινῇ ὀρτὴν μεγάλην ἄγουσι.] Quomodo boni lectores potuerunt hoc tolerare? Atqui egregius ille MS. habet tantum ἐν αὐτῇ ὀρτὴν μεγάλην ἀνάγουσι. Utrumque vel inprimis probandum. Nam
911 nec vox κοινῇ in hac periodo niſi inepte et cum craſſo tautologiæ errore iterari potest, et ἀνάγειν ὀρτὴν ſi negamus propriam, certe diffiteri nequimus frequentem quoque eſſe in Herodoto phraſin. Nam et cap. 97. Καὶ τῷ Διονύσῳ ἀνάγουσι τὰς ὄρτας, et 4, 76. Καὶ εὖρε γὰρ τῇ Μητρὶ τῶν Θεῶν ἀνάγοντας τοὺς Κυζικηνοὺς ὀρτὴν, et ſæpius, etſi id annotandum non cenſuerit Portus, quum in verbo Ἄγειν cumulet exempla. Mox perſpicue in MS. legebatur Μαγοφόνια, quod ut probisſimum reor, ita Stephani annotationem non capio. Et ſimile iam tractavimus in libro primo.

192, 26. Τῇ ἕξεσι ἀνευθύνως ποιέειν.] MS. ἀνευθύνῳ, et melius est, in qua licet uni ſupra leges poſito et ſine ulla cauſæ dictione facere quæ vult.

192, 28. Στάντα ἐς ταύτην τὴν ἀρχήν.] Perinde quidem est, ſed tamen MS. non probat duas poſtremas voces; et commodisſime antecesſit μουναρχίη, ut nimia ſit in his vocum coacervatio.

192, 30. Ἐνεμφύεται.] Reliqui Herodoto id verbum, prout anteriores id auſi ſunt Herodoto obtrudere, non niſi ut pateret ex uno exemplo teterrimi ſtigmatis, quam vili loco poſuerint Herodotum omnibus meliorem. Etenim quis ſane et probe agens non videt rationem compoſitionis fatuam, quippe quæ per eandem præpoſitionem duplicatur? Nec tamen id verbum hic modo conſpicitur; ſed inter compoſita ab verbo φύω refert ipse H. Stephanus in Theſauro: [Ἐνεμφύομαι innaſcor, ingenitus ſum, dativo. v. l.] Immo crede te nihil boni videre; et error est deſcribentium, qui egregie patet ex vetuſtisſima illa et optima membrana Medicea, vix ſuperanda ab ipſius auctoris, ſi eſſe poſſet, αὐτογράφῳ, in qua legitur ἐνφύεται, ſic ut ſuper literam ſecundam poſitum ſit μ, ac ſi voluerit ἐμφύεται. Poſteriores perperam aſſumpserunt utrumque. Hinc ſuaviſsimo ſermoni tam putidum compoſitionis ſpecimen est illatum, idque, ſi Muſis placet, cuditur in officina exactisſimi Herodoti. Quis credat? Mireris fere cur non et cap. 82. dixerint ἐνεγγίνεσθαι.

192, 49. Πάλῳ μὲν γὰρ ἀρχὰς.] MS. πάλῳ μὲν ἀρχὰς.

193, 12. Οὐδὲ ὑβριστικώτερον.] MS. ὑβριστότερον.

193, 16. Τῷ δὲ οὐδὲ γινώσκειν ἔνι.] Quum Valla vertisſet *at plebi ſuum est, nihil intelligere*, unde patet οὐδὲν γινώσκειν, Stephanus mutavit, ut vellet, *et plebi nulla intelligentia est*, fere quaſi illa ipsa Græca quæ citavi exprimeret. At hic Stephanus in ſuas editiones recepit οὐδὲ γινώσκειν, prout non modo Aldus et Camerarius ediderunt, ſed etiam exhibetur in MS. Id divinum mihi videtur, et verisſimum istud exprimitur, quod hiſtoria in Atticis et ſimilibus intemperiis et acrimoniis docet, violente agi ab plebe, nec tamen ſcire, quid agat. Sed Latina Vallæ multo ſunt efficaciora, quippe quæ dum tradunt proprium aliquid populi omnino miſerrimum, etiam id quod Stephanus vult, ſimul trahens ut neceſſarium et ideo non dignum dictu. Hinc omnino Valla propior ad Herodotum, qui ſcripſit τῷ δὲ οὐ γινώσκ.

193, 43. Ἔχθεα ἅτε θωπείαν ἡγούμενος.] Regie omnino exercuerunt licentiam in hoc Herodoti ſcriptum, ut modo patuit. Iam vero teſtatur idem codex Mediceus, nec participium hoc ἡγαύμενος, nec verbum ἡγέεται in modo antecedentibus esſe Herodoti, utrimque abigens. Et ſane tot alia ſunt in vicino, unde ſenſum huius verbi facile poſſis extrahere, ut ego neutro utar, etſi ſpongiam non adhibuerim.

194, 19. Αὗται προσκέατο.] Opinor vitio typorum, ſed tamen per omnes editiones, pro προεκέατο, ut accurate etiam ſcriptum in Mediceo.

194, 31. Τούτου εἵπαντος ταῦτα συνεχώρεον.] MS. interponit particulam ὡς, ſic ut videatur esſe continens oratio, et mutatis diſtinctionibus legendum: τούτου εἵπαντος ταῦτα ὡς συνεχώρησαν οἱ ἐξ ἐπὶ τούτοισι, οὗτος μὲν δὴ σφι &c. et accommodanda his verſio.

194, 33. Ἔχθεα μὲν οὐκ ἐγγίνεται τοῖσι.] Patet Vallam addere adhuc vocem, at eam neſcit Aldi, neſcit Camerarii editio. Sed quod mirum est, eam vocem membro ſuo abſciderunt attribuentes alteri, cui Valla eam non attribuerat, nec Herodotus cauſam attribuendi dederat *exorta malitia in republica inter malos, non odia fiunt*. Res patet, ubi audiveris in MS. Mediceo legi Κακότητος τοίνυν ἐγγινομένης ἐς τὰ κοινὰ, ἔχθεα μὲν οὐκ ἐγγίνεται τοῖσι κακοῖσι. Agnoſcis quam prave et Græca hæc et Latina ſint tractata.

195, 12. Εἴ τινα ἔχοις σοφίην.] MS. ſimpliciter ἔχεις.

195, 35. Προσεκύνεόν μιν τὸν Δαρεῖον.] Rident credo editores in licentia ſua vexandi Herodoti, ut quaſi non ſufficeret modo ante dixisſe ἐτελέωσέ μιν, nunc e veſtigio deberet ea vocula rurſus inſeri, et tamen addi τὸν Δαρεῖον. Ubi audita est talis fallacia? Immo vocula μιν nec ullo genere hic commoda est, nec ab MS. optimo agnoſcitur.

195, 38. Ἔχει αὐτὴν κρύψας.] MS. ἔχοι.

196, 10. Πάντα οἱ ἐπιμπλέατο.] Nihil habeo, quod carpam, quum iam præcesſerit 1, 186. ἐπίμπλατο, et in principio libri ſeq. exſtet πίμπλασθαι, in cuius capite 72. ἐμπιπλᾶσι. Etiam citavi ſub numeris 75, 7. Nunc tamen probatisſimus MS. habet ἐπιπλέατο. Et dememinisſe nequeo, quod notavi 61, 20. Quin etiam ſodes conſidera, quod lib. 4. cap. 14. ἐς ἀφισβασίας ἀπικνέεσθαι notavi habere membranam MS. optimam pro vulgato ἀμφιβασίας. 912

196, 11. Τύπον ποιησάμενος λίθινον.] Sic miſere et inutiliter vexant Herodotum, et auſerunt illi istam iterationem quarti caſus, qua tam lepide utitur, ſermonem ex maſcula gravitate detorquentes ad aliquid puerile, ut nunc fecerunt τύπου λίθινου. At eximius ille huius Herodoteæ conſuetudinis, etiam in hoc libro ſub numeris 161, 2. cuſtos MS. exhibet λίθου. Rectisſime, et toties iam habuimus exempla; ipse diſtingues, prout libuerit. Cæterum quum Herodotus geminam narrationem poſuerit ab Perſis celebratam de Darii progreſſu ad regnum, et poſteriores ſcriptores, maxime Latini, priorem probaverint, poſteriore neglecta, apud Perſas contrarium videtur obtinuisse, ut tradiderint non ex admisſione equæ contigisse, ſed ex manu Oebaris. Id hodieque videtur monſtrari posſe ex lapide, ut ego explico et coniicio, inſculptum Darium, equum, et Oebarem, a quo manus profertur et oſtentatur Dario, item unum ex proceribus adorantem et tiaram Perſicam habente, prout ex vetuſtatis Perſepolitanæ reliquiis nuper attulit clarisſimus Aſiæ illius partis metator Cornelius de Bruyn, cuius typum hic habe.



196, 37. Ὅτι ἤπιός τε καὶ ἀγαθὰ σφι πάντα ἐμηχανήσατο.] Quid igitur? an nihil dabitur adminiculi vocabulo ἤπιος, ut ſic ſola ſequentia habeant ſuum fulcrum? Cui bono inſerviat illa utraque copulativa, quum ea deleta belle omnia procedant? Securus igitur omnium citat hunc locum ille citator omnium Ezech. Spanhemius ad Iulianum pag. 80. Nempe nullus hic cognovit Herodotum, et abundat aliquid, ſed non in ista parte, ſed prout Herodotum ſcripſisse monſtrat præclarus ille MS. ὅτι ἤπιός τε καὶ ἀγαθά σφι τὰ ἐμηχ. Videtur igitur vertendum: *quod et mitis ille, et ipſis utilia quæ excogitavit*. Hæc verisſima esſe unde clarius liquebit, quam ex ipso Suida, qui hanc partem ex hoc loco deſcripſit, ut quisque videt? ſed in eo editur ὅτι ἤπιός τε, καὶ ἀγαθά σφι ἐμηχανήσατο. Atqui in MS. Lugdunenſi legitur καὶ ἀγάσφι τα ἐμηχ. plane per contractionem eliſis quibusdam literis, ſed egregie ſervatis illis τὰ, ut non dubitem, quin exſtet quo-

quoque in aliis antiquis exemplaribus, egregia concordia cum MS. Mediceo ad reſtitutionem Herodoti. Deinde MS. *ὁ μὲν δὴ πρῶτος οὗτος οἱ νομὸς* &c.

196, 45. *Πεντακόσια τάλαντα ἀργυρίου.*] Vox poſtrema abest ab MS. et quod mirum est, non agnovit eam in interpretatione Valla. Et ſufficit interdum repetivisſe. Et deinde item *τεσσεράκοντα καὶ* ſine vocula *μὲν*· et ſtatim *ἀναισιμοῦτο* MS. non *ἀναισιμοῦντο*, ut ſupra occurriſſe memini.

197, 8. *Ἐπ' οὔρεσι.*] Unicus ille MS. perſpicue legebat *ἐπ' οὔροισι*. Hoc autem illud fuit, in quo offendit H. Stephanus, dum Laurentii interpretationem *in finibus*, certe bene ſanam notat, nempe ut in ſuſpicionem adducat, quum adminicula eius ignoraret. Haud dubie enim in eius exemplari, quod in vertendo ante oculos habuit, exſtitit ista lectio, eamque reor obſervari quoque debuiſſe ſupra in capite 5. huius libri.

197, 17. *Ἐκεκοσμέατο.*] Exſtat hæc forma lib. 1. c. 101. An auctor illam ipsam penitus nunc adhibuerit, dubites. Certe optimus MS. *ἐκοσμέατο*. Tum ſtatim *Μοίριος*, ut in verſione Laurentius.

197, 20. *Καὶ τοῦ ἐπιμετρουμένου σίτου.*] MS. *μετρουμένου*, quod et ipsum videtur agnoviſſe Valla, etſi perperam vertens *et certo frumenti numero:* neque enim debuerat hoc frumentum iungi præcedenti pecuniæ ex piſcibus, ut uterque quæſtus exciperetur. Sed difficilius est, quod ſequitur. Ibi exiſtimat interpres utique Valla in Albo caſtello Memphios ſedisſe vel 120. millia Perſarum; quod ipsum quis credat? quis credat ab Herodoto dici tam numeroſa præſidia Perſarum ipsorum poſita in Ægypto fuisſe? Itaque mirabiliter et exquiſite legit optimus MS. *πρὸς γὰρ δύο καὶ δέκα μυριάσι.* Longe alia iam facies huius loci est, alia ſententia, et quidem longe verior ista vulgata, ut numerus ille non pertineat ad præſidiarios, ſed ad medimnos frumenti; quo etſi traherent quodammodo Græca præponendo vocabulo *σίτου*, id tamen vides ex verſione Latina Vallæ quo fuerit detortum. Neſciebant ſcilicet quo nudos hos numeros referrent: hinc et nonnulli Græculi vocem *σίτου* finxerunt, et Latini protulerunt tot millia Perſarum. Atqui ſententia est:
913 *Inſuper enim* 120. *millia medimnorum Perſis etiam in Albo caſtello Memphios conſidentibus metiuntur et eorum auxiliariis.* Conſuetudo ista Græci ſermonis erat in frumento et argento *μυριάδας* tantum exprimere, quum materia menſuræ et ſpecies nummi publice conſtarent.

197, 24. *Σατταγύδαι.*] In his populorum appellationibus diſcrepant nonnullæ, et aliter ſcribuntur in MS. Mediceo, quam in editionibus, omnino ut opinor melius. Certe hæc appellatio videtur concinnata esſe ad molliorem pronunciationem, quum in antiquo libro extaret *Σατγαγύδαι.* Sed et ſtatim exhibebat *καὶ Δαδίκαι δὲ και*, quod neglexi ſuo loco monere.

197, 27. *Νομὸς ἕβδομος οὗτος.*] Sed ſimiliter præciſa nunc recuſavit Herodotus ex fide MS. qui exhibet nunc *νομὸς δὲ οὗτος ἕβδομος.*

197, 30. *Ἀσσυρίης χώρης.*] Abest ab MS. vox poſtrema: et opinor recte, utpote ex ſuperioribus repetita, ubi tamen Herodotus utebatur alia conſtructione.

197, 39. *Νομὸς δυωδέκατος.*] MS. *δωδέκατος.*

197, 42. *Σαγαρτίων.*] MS. Mediceus *Σαργατίων*, quum videantur diverſi ab Sagartiis 1, 125. Nota autem ſunt, quæ huc per varios dies attulere viri docti, ut *Παύσικαι* a Voſſio ſcribantur *Παιſίκαι*, *Μέκων* ab Holſtenio *Μύκων*, et *Ματιηνοῖσι* pro *Μαντιανοῖσι*, pro extremis *Μάρδοισι* ab eodem Voſſio *Μαρσὶ.*

197, 48. *Διηκόσια ἀπαγίνεον.*] MS. *ἀγίνεον.*

198, 12. *Πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους.*] Non notat *ſuper cæteros omnes*, ut Valla, id enim parum foret, ſed *par cæteris omnibus*, ut non fuerint in cenſendo benignius tractati, quam reliqui ſubiecti, et debuerint pro numero ſuo æquare ſummam tributi ſimilem aliis provinciis. Est enim comparativum, ut 2, 35. *Αἴγυπτος ἔργα λόγου μέζω παρέχεται πρὸς πᾶσαν χώρην.*

198, 28. *Οἰκεομένων.*] MS. *οἰκημένων.* Etiam pro *κεραμέους*, quod ſequitur, legit idem *κεραμίνους.* Hoc igitur quum vetuſtius exſtiterit in exemplaribus Herodoti, an debuit ab altero expelli? Ita video rem natam esſe, ut ab Stephano *Κεράμινος* relegetur in indicem, ut ex ſolo Heſychio notum; non autem liceat recenſeri inter propinqua vocis *Κέραμος.* Portus ne meminisſe quidem voluerit, tantum ex vita Homeri recenſens *Κεραμήϊος.* Quo ista vanisſima iudicia? An non 4, 70. *Ἐς κύλικα μεγάλην κεραμίνην*? Immo ſustinet ſcribere Stephanus [*Κεραμικὴ κύλιξ* Herodot.] Abſurdus est totus, quum nec analogia impediat. Cur mox *πλοίων καλαμίνων*? *Ψάμμινος* in lib. 2. cap. 99.? Utique ab *σήσαμος* dictæ *σησάμιναι φάλαγγες*, de quibus agit Salmaſius in Plinianis 1033., ut mox apud Herodotum *φάλαγγας ἑβένεο.*

198, 32. *Αὗται μὲν νῦν.*] Vocula *νῦν* non est in MS.

198, 36. *Ἀγίνεον.*] Satis polite et conſiderate MS. *ἀγίεον*, ut ſolet ludere hic ſcriptor in litera *ν* quod notari fas est.

199, 8. *Ταῦτα μὲν ὦν.*] Voculam poſtremam ignorat MS.

199, 11. *Ἀπ' οὗ τὸ ψῆγμα τῷ βασιλεῖ τὸ εἰρημένον κομίζουσι.*] Verbum *κομίζουσι* eiicit MS. nec credo esſe Herodoti. Sed et deinde pro *τοιῷδε κτέωνται* MS. *τοιῷδε δεκτῶνται.* Verbum novum, ſed non defectum ſua analogia, etſi videatur ipse Herodotus teſtari, fuisſe *τοιῷδε δὲ κτῶνται*, (ita enim edi oportuit) quum cap. 105. repetat; *τὸν μὲν δὴ πλέω τοῦ χρυσοῦ οὗτοι οἱ Ἰνδοὶ κτῶνται.* Sic enim MS. non *οὕτω.*

199, 14. *Τῶν καὶ περὶ ἀτρεκές τι λεγ.*] MS. *τῶν περι*, omiſſo *καὶ*, quod noviſſe videtur Valla, ſicut etiam vocabulo *Ἰνδοὶ* post illa *ἐν τῇ Ἀσίᾳ.*

199, 24. *Ἦν ἐπεὰν.*] Citat hunc locum Salmaſius et ad Tertulliani Pallium, unde hauſit etiam Brauwnius in Veſtitu Sacerd. Hebr. pag. 324., ubi *φλοιὸν* uterque interpretatur iunceam; ſed et in Plinianis aliquoties, nec aliter, quam prout ſolet edi; ignarus utique ab præſtantisſimo codice pro teſtimonio efferri, quaſi particula *ἦν* non venisſet ab manu Herodoti, certe ex ipso ſit omiſſa, quæ etiam non requiritur ſane. Cæterum in illis Plinianis pag. 999. contendit intelligi debere de herba ſingulari, quam phleon appellat, herbam paluſtrem et fluviatilem, reprehendens Vallam, quod interpretetur *tegetem.* Sed habui cauſas, cur Gloſſaria et Grammaticos Græcos noluerim pro tempore ſpernere de libro accipientes.

199, 34. *Σφίσι διαφθείρειν.*] MS. *διαφθείρεσθαι*, ſive illud in genere medio conſideretur, ſive in paſſivo, ut is est Herodoti genius *αὐτὸν διαφθείρεσθαι κρέα cum ipſis* vel *in noxam ipsorum corrumpi quod ad carnes.* Mox etiam *ἀποκτείναντες*, quod oportunius, quam præſens *ἀποκτείνοντες.*

199, 39. *Ἐκ δὲ τούτου τοῦ λόγου* &c.] Plane hæc verba non conveniunt. Præcedunt enim duæ rationes, propter quas ad ſummam ſenectam nulli Indorum, certe non multi, perveniant, vel quia neminem in morbum incidere ſinunt occidentes eum utique isto prætextu, vel quia etiamſi qui perpetuo ſani vivant, tamen augeſcentibus annis eos occidunt. Itaque interpolavit mirifice Latina interpres: *Ideoque cum hac de cauſa, tum quia omnes qui in morbum incidunt necantur, non multi ſane eorum ad ſenectutem perveniunt.* Invertit ratiocinationem Herodoti, ut aliquam ei attribuat connexionem, ipse abſurdam ratiocinationem commentus, ut morbum et ſenectutem temere miſceat. Itaque hæc legere quemadmodum ullus potuerit, neſcio, quorum nihil intellexit ullus. Sed tales nugas perpulchre contempſit et Herodotum oſtendere ſategit MS. Mediceus, exhibens 914
priſcam ſcripturam veramque *ἐς δὲ τούτου λόγου οὐ πολλοί τινες αὐτέων ἀπικνέονται.* In antecedentibus dixit, proximos ſenectuti occidi ſolere. Sed, addit, ad eam pauci perveniunt, in eius rationem, numerum pauci transferuntur, quippe ante eam omnes ægrotare incipientes interficiunt. Quod in genere ſubnectit, quia quis unus pene ſine morbis ad ſenectutem pervenit? Loquutio est 7, 11. *Οὐκ ἦλθον ἐς τοῦτον λόγον ὥστε μάχεσθαι.*

199, 43. *Οὔτε σπείρουσι.*] Non ſolet Herodotus ita deſtitutum uſurpare hoc verbum, prout 4, 17. dicit *σῖτον δὲ καὶ σπείρουσι*, et mox cap. 19. *νομάδες νέμονται, οὔτέ τι σπείροντες οὐδέν.* Igitur et hoc loco profert optimus MS. *οὔτέ τι σπείρ.*

200, 15. *Καὶ οἱ ἐπὶ τὸν χρυσὸν* &c.] MS. *καὶ ἐπὶ τὸν χ.*

200, 19. *Ἀλωπέκων.*] MS. notisſima terminatione *ἀλωπέκεων.* Deinde MS. non habet *εἰσὶ γὰρ ἐξ αὐτέων*, ſed *εἰσὶ γὰρ αὐτῶν.*

200, 25. *Καὶ τὸ εἶδος ὁμοιότατοι οὗτοι.*] MS. *Καὶ αὐτοὶ εἶδος ὁμοιότατοι*, quas voces in contextu contigit male inverti.

200, 27. *Σειροφόρου.*] MS. *σειρηφόρου.*

200, 32. *Δυνατώτεραι πολλῷ.*] MS. *πολλὸν.* Nec dubitare licet, quin auctor hoc loco istam captaverit varietatem, ut 8, 13. *Ἡ αὐτήπερ ἐοῦσα νὺξ πολλὸν ἦν ἔτι ἀγριωτέρα.* Alia habet Portus. Deinde per compoſitum *οὐ συγγράφω*, non ſimplex *γράφω.*

201, 11. *Ὁμοίαν τούτῳ.*] Quod ex ſuis codicibus in ora poſuit Stephanus, id firmat codex Mediceus in voce *οὕτω*: ſed quod plane novum est, adiectivum ha-

habet ὅμοιον, ſubintelligi volens μύρμηκα vel θηρίον, etſi medium inter μύρμηκας, ut hæc haberi debeat vera ſcriptura. *Quod ad pernicitatem, nulli eſt alii ſimile, ita ut niſi* &c.

201, 17. Ἐνδιδόναι μαλακὸν οὐδέν.] Sunt ipsa verba illa, quæ occurrebant 3, 51. Exſtant eadem in Dionyſio Halicarnaſſ. Immo ab viris doctis etiam annotatus est locus Ariſtophanis ex Pluto, ut patet ex Stephano, ut fere ſtudio nimio in Mediceas membranas abductus dici queam. Sed ſcias me non detrectare ſequi. Attamen ſi quis velit rite conſiderare, ſatis ample hæc exprimunt, ut fere alterutrum ſuffecturum poſſet videri, quum ἐνδιδόναι τι in hoc ſenſu ſupponat μαλακότητα. Quidquid ſit, utique in hoc loco optimus MS. διδόναι ſolum novit. Ex eo etiam mox legi οὗτοι οἱ Ἰνδοί, non οὕτω.

201, 24. Ὀλίγῳ πρόπερον.] MS. ὀλίγον πρ. Et mox πετηνὰ, non πετεινὰ. Sed etiam τοῦτο δὲ ἐσσοῦνται, ſane optime, non οὗτοι γὰρ ἐσσ.

201, 33. Εἴρια καλλονῇ προφέροντα καὶ ἀρετῇ τῇ ἀπὸ τῶν ὄϊων.] Nemo ita loquitur Græcus. Quid enim est τῇ ἀπὸ τῶν ὄϊων? aut quo reſpicit vocula τῇ? Nequit referri niſi ad καλλονὴν aut ἀρετὴν, quum tamen de his virtutibus non agatur, ſed de lanis. Itaque reſpicere debet εἴρια; quod ut fiat, ſcribe ex MS. τῶν ἀπὸ τῶν ὄϊων.

201, 37. Καὶ μούνῳ.] Copulativa non est in MS. Deinde etiam ταῦτα πάντα ſine vocula γὰρ.

201, 44. Ὄφιες ὑπόπτεροι.] Satis minute deſcribit auctor, creditus ſubalatos vocaviſſe, quos Bochartus lib. 2. cap. 17. Phal. ſtatuit eſſe eos qui habent efficaciam τοῦ ἄλλεσθαι et acontiæ dicuntur vulgo.

202, 1. Ἐπιμπλέετο.] Notavit hoc verbum et locum Portus inter circumflexa ex gravitonis formata. Attamen plane optimus MS. ἐπίμπλατο. Deinde ὅσα μὲν γὰρ ψυχήν τε, huc reſtituta particula γὰρ, ubi optime convenit, quam tranſtulerant in ſuperiores verſus. Sed et mox ἐπιλίπηται, non ἐπιλίπῃ, ut notatur ad marginem, dubites quo ſenſu.

202, 8. Ὑπὸ παντὸς θηρεύεται.] Id Plinius Latine interpretatus *omnium prædæ naſcens* monſtratur ab Salmaſio in Plinianis pag. 282. ex Herodoto imitatus, etiam addente pro ἀναιρέεται apud Athenæum, qui verba illa citat Herodoti legi ἐπαναίρεται. At longo tempore post venit Ezech. Spanhemius, et notat ad Callimachum pag. 124. [Ac unde ex Herodoto refert Athenæus l. 9. p. 400. quod omnia *leporem venentur* feræ, aves, homines.] Locus nempe Herodoti exulat e memoria eius.

202, 27. Πρὶν ἂν διαφάγῃ.] MS. πρὶν διαφάγῃ.

203, 6. Πεπλασμένας πηλῷ.] Variis locis ad hunc locum in Plinianis Exerc. reſpexit Salmaſius, nunc ut notaret Κάρφεα, nunc aves magnas non nominari, nunc incerta loca esſe; ſed ubi ponit ipsa hæc verba, exemit paginam 555., nec aliter citat, quam ſolet edi. Qua quanto perfectiorem lectionem exhibet optimus, ſed productam iam ab Th. Gale, MS. προσπεπλασμένας ἐκ πηλοῦ· quam eo magis compulſus fui iterum proferre, quia in ſcribendo mire videtur aberraviſſe Stephanus, proferens quaſi ex MSS. ſuis προσεκπεπλασμένας πηλῷ, quod poſſet aliquos deducere, quum aliter revera legatur in MSS. Sed auctor dicit egregie nidos esſe confictos et adaptatos ex cœno, inque eos deferri ista fruſta, non addens ob quam cauſam, quæ potuit fuisſe multiplex.

203, 16. Ἐπὶ τὴν γῆν.] Ita denique utrumque arreptum est, quum forſan poſterius aut non foret clare in eo, quod hi ſcribæ habebant primævum, exemplari ſcriptum, aut prius maculatum. Utique optimus MS. tantum habet ἐπὶ γῆν, eandem ita hic hallucina-
915 tionem oſtendens, quam habuimus antea. Deinde συλλέγειν οὕτω τὸ κινν. ſine vocula μὲν.

203, 19. Ἐκ τούτου θαυμασιώτερον.] Nihil ex MS. optimo referre posſum; nihil bene etiam interpretatur Valla, dum primas voces includit Latino *tamen*. Percommodum est, quod ex Arch. cod. effert Th. Gale ἔτι τούτων. Ea quæ ſequuntur, citat Salmaſius in Plinianis pag. 365., neque dubitat, hoc modo: τῶν γὰρ αἰγῶν καὶ τῶν τράγων, quæ copulativa in nulla est editione, quum tamen requiratur maxime. Id ſatis mihi fuit hic indicare.

203, 25. Θυμιαμάτων πέρι.] In MS. est θωμάτων: ſed in margine etiam vetuſta manus recte adſcripſit θυώματων, ut 2, 40. λιβανωτοῦ καὶ σμύρνης καὶ τῶν ἄλλων θυωμάτων.

203, 29. Τριπήχεων οὐκ ἐλάσσονας.] MS. τριπήχεας, οὐκ ἐλάσσονας. Hoc est Herodoti.

203, 43. Ἔσχαταί εἰσι.] MS. ἔσχαταί εἰσι. Recte; ut in fine huius capitis ἐξ ἐσχάτης Europæ. Nam ἐσχατιαὶ conveniunt agris et minoribus regionum partibus, ut in Europæ latere occidentali, quod ignorabant niſi parva parte, dicit περὶ δὲ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ τῶν πρὸς ἑσπερὴν ἐσχατιέων. Hinc factæ et hæ ἐσχατιαί.

204, 8. Πολλῷ τοι πλείους.] MS. πολλῷ πλείους tantum.

204, 22. Σαραγγαίων καὶ Θωμανίων.] Cur poſteriori appellationi auferatur litera α, quæ cap. 93. illi inſerta fuit, neſcio. Certe in MS. erat Θαμαναίων, quo etiam declinat varia lectio apud Th. Gale; et his Grotius adſignat originem ex Geneſeos cap. 36. vers. 41. Sed iste codex tertium α ignorabat in appellatione priore, quam ſcribebat Σαραγγέων, quod utrumque ἐθνικὸν quia commodum est, nequivi contemnere hoc poſterius.

204, 32. Τῆς διεξόδου.] MS. τῆς ἐξόδου. Hæc enim modo requiritur.

205, 6. Καὶ γὰρ δὴ ὁ νόμος.] Ingeminat copulam MS. καὶ γὰρ δὴ καὶ ὁ νόμος.

205, 14. Ποιέει τάδε.] MS. τοιάδε.

205, 16. Ἀνείρας τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου.] Quum vertiſſet Valla: *ac lora freni equini ad cervices ipsorum alligavit, hominesque dimiſit* (quod miris modis intricatum) Æmil. Portus ſic hæc vertenda monuit: *cum equini freni lora nexuiſſet, circa cervices ipsorum (ea) ligavit*, vel, *Equini freni loris, quæ nexuerat, cervices ipsorum illaqueavit.* Quæ et ipsa, licet ampliora, tamen ſatis imperfecta. Quid enim est nexuiſſe lora? Sed et ipsa Herodotea ſunt per nimiam brevitatem nonnihil ambigua. Quid enim post cervices illorum circumcinctas fecit? Dimiſiſſe non potuit, niſi et equum freno liberaverit, quod nullo hinc indicio colligas: aut frenum utique diſſecuerit; nec id dicitur. Sed nec ſecum duxiſſe potuit, quia plane dicit auctor καὶ ἀπῆκε. Nihilominus dimiſit omnino et illos et frenum pariter; quod ut clarius intelligas, ſcribe ex MS. καὶ ἀνείρας περὶ τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου, περὶ τοὺς &c. *et annectens* (n. nares abſciſas auresque) *circa frenum equi, circumdedit ipsorum cervicibus.* Patet autem ex his illum exuiſſe loro equum, quum non ipse crudelitatis ſuæ pignora circumgeſtare ſecum voluiſſe videatur; et facile fuit acquirere aliud frenum.

205, 18. Δεικνύουσι ἑωϋτοὺς.] MS. liquide δεικνύασι, quod non debuit mutari. Sic et 2, 86. Δεικνύασι τοῖσι κομίσασι παραδείγματα.

205, 25. Τοὺς παῖδας.] Et ſcio quid ſequatur, habet tamen MS. τὸν παῖδα. Unum ſcil. natu maximum, ut mox vocat τῶν παίδων τὸν πρεσβύτατον, et nominatu dignisſimum, quo nominato apparet cæteris non abſtinuisſe.

205, 48. Ἐξέλεξα ταῦτα.] Id bene convenit antecedenti εἶλευ. Nec tamen ita forſan ſcripſit auctor, quum tantum perhibeat optimus MS. ἔλεξα. Id ſane interpretatus fuit Valla, et ſtatim debuit H. Stephanus reprehendere, quum bonos codices non vidisſet.

Ibidem. Διά τιν' ἃ κακῶς ἤκουσε.] Nulla varietas in MSS. nec Italicis nec Anglicis, ut id quod margini impoſuit Stephanus, δι' ὅν τινα κακ. ſtet fide ipsius Stephani, etſi id foret commodisſimum. Scripti codices tantum ita non dividunt, ut fit in editionibus, ſed ſimpliciter ut et edidi. Cæterum ſcribi oportuit δι' ἃ τινα κακῶς propterea quæ exprobrata illi erant, et male de ſe loqui homines vulgo intellexerat.

206, 23. Τοῦτο λέγεται.] MS. τοῦτο γε λέγεται.

206, 41. Οἰκεομένην.] Denuo MS. οἰκημένην.

207, 2. Ταῦτα διανοεύμενον.] MS. ταῦτα μὴν διανοεύμ. Id optime convenit.

207, 8. Ἐμοὶ μὲν γὰρ.] Ut pateat quo illam triuma literarum vocem modo reſtitutam nonnulli depulerint, ecce in hoc loco tantum agnoſcit optimus MS. ἐμοὶ γάρ. Εἵνεκεν quod mox edidi, ſuppeditavit MS. idem, non εἵνεκα, ut vulgo.

207, 16. Τῷ ἐγὼ ὑποδέξω.] Mire in hoc hærent Valla *cui ego fidem faciam*, Stephanus *cui ego oſtendam* vel *repræſentabo*. Poſterius nimium; prius non explicat præpoſitionem ὑπὸ. Vallæ autem interpretatio vaga est. Portus illi tribuit Latinum *deſignare*. Vix ſcias quo te vertas. Sed bene hinc eripit nos MS. ἀποδέξω, quod est creberrimum. Sed et paulo ante ἀπάσης τῆς Ἑλλάδος, ubi vulgo articulus negligitur.

207, 19. Μαίανδρον.] MS. Μαιάνδρεον, ut legisſe apparet quoque Vallam, et ſic infra perpetuo, etiam cap. 142.

207, 24. Ἐποίεε τάδε.] MS. τοιάδε.

207, 30. Μαντηίων ἀπαγορευόντων.] Dubites merito, an non, ſi Polycrates eo de negotio ad oracula quædam miſerit, an non, inquam, Herodotus id fuerit declaraturus manifeſtius, ut ſolet ſemper: maxime quum in ipsa inſula Samo nullum magni nominis oraculum exſtiterit. Sed veriſsime mutat MS. legens

μαντίων, hoc est, augurum, et vatum, et aruſpicum, quos haud dubie magno numero circum ſe aluit Polycrates, eosque facile potuit conſulere, non utique oracula.

207, 38. Ἐπεφημίζετο.] Locum hunc et verbum annotavit Portus, Stephanus in multo diſcurſu Theſauri neglexit. Uter melior? Certe Herodotus non fuit uſus
916 compoſito; cuius fidei pignus est optimus ille codex Mediceus exhibens ἐφημίζετο. Vides in Heſychio φημίζεται, μαντεύεται. Sed non omitendus locus Diodori Siculi, unus utramque hanc notam roborans 17, 10. φήμαις δέ τισι μάντεων καὶ θεῶν σημείοις ἠπορεῦντο.

208, 2. Οἱ Συρηκοσίων γενόμενοι τύραννοι.] Sic actum est in Herodoto. Ubi videbatur ſibi debere eſſe adfluentior, illic mutilando eum contraxit indigne ætas poſterior; ubi iudicavit continere, illic aſſuta ei ſunt neſcio quæ, ut in hac pericope vocabulum poſtremum; quippe quod non exſtat in MS. illo probatiſſimo, nec ulla neceſsitas exigit.

208, 32. Ἐπεθύμησε.] Ut cap. 120. Ἐπιθυμῆσαι οὐκ οὕτω τὸν εἶπαντα ταῦτα τίσασθαι. Sic in hac hiſtoria adhibet iam illic hoc tempus. Nihilominus hinc abit codex optimus, probans imperfectum ἐπεθύμεε. Unde etiam paulo ante ſuſcepi præſens κτείνει pro ἔκτεινε, ut mox repetit ipse Darius in concilio.

208, 38. Μεγάλην τὴν ἰσχύν.] Prima vox huic loco parum venit opportuna. Neque enim Herodotus vult aut potest dicere magnam eius hominis eſſe potentiam, præſertim ſi ex oppoſito comparetur ipse Perſarum rex, ut fit hoc loco. Immo ille tantum ſpeciatim determinare voluit, ut inde appareret istum valere aliquid, nempe vim eius hanc eſſe, ut mille Perſæ ipſi apparerent ſatellites &c. Ita enim per partes enumerat, quod inertes medio tempore lectores non adſequentes immiſerunt vocabulum μεγάλην, quod penitus ab MS. abest, et abeſſe debere cenſeo.

209, 20. Εἰ οἱ ἐνδεξαίατο.] Vix intelligo, cur ſic edatur. Certe Portus ſcivit δεξαίατο apud Herodotum dici pro δέξαιντο, et in verbo Ἐνδέκεσθαι citat totum hunc locum ita ut particulam οἱ plane omittat. Atqui ista prorſus est lectio codicis optimi, εἰ ἐνδεξαίατο, nec debet aliter legi. Et mox ἔπεα τάδε, non τοιάδε.

209, 49. Ὁκουδήκοτε ἀπημελημένον.] MS. optimus tantum novit ὅκου δὴ ἀπημελ.

210, 23. Ὑποτύπτουσα δὲ αὐτέων ἑκάστη, φιάλην τοῦ χρυσοῦ σὺν θήκῃ ἐδωρέετο τὸν Δημοκήδεα.] Verba operoſe tractata ab viris doctis, ut oſtenderetur in eo nihil ab ſe intelligi. Inde ſuſtinet in Prolegomenis p. 173. H. Stephanus producere ad venditandum ὑποκύπτουσα, quaſi in ὑποτύπτουσα nihil ſit niſi ineptum, præſertim ſi quis Vallæ interpretationem ſequatur, quum ſuum istud explicare non audeat vel nequeat. Portus in Vallæ quidem verſione ſenſum bonum eſſe ait, ſed Græca verba aliud indicare, et ὑποτύπτειν eſſe ſubverberare, ſuccutere, leviter verberare, quatere verberando, pulſando decutere. Et quo non ille trahere conatur vim verbi eius, ut exornet ſuum impetum, quo vult ab unaquaque phialæ thecam leviter verberatam et ſuccuſſam, ut exciderent nonnulli aurei, addita magna continentiæ iactantia de neceſsitatis ademptione. Quæ omnia ignorans ante ſe ab his duobus acta eſſe Nob. Grentemesnilius ei ſuam quoque fiduciam admovit vel in Valla convincendo erroris vel in correctione tentanda. Quorum ut alterum ſucceſsit ei felicisſime, perinde ut reliquis; ita quis probet tantam libertatem in aliena manu? ut reponatur ἐπισάττουσα δὲ αὐτέων ἑκάστη φιάλην τε χρυσέοις σὺν θήκῃ. Longe aliud cogitandum. Primo MS. habet φιάλῃ τοῦ χρυσοῦ quod admittendum est, quum teſtante documento tam vetere et certo nequeat hinc repelli loquutio tam ſæpe ab hoc ſcriptore uſurpata, prout exempla in promptu poſuit Æm. Portus in lexico. Unde paulo ante confirmatur gemina locutio auctoris, δωρέεται μιν ὁ Δαρεῖος πεδέων χρυσέων δύο ζεύγεσι. Quod certisſimum est itaque, attingere hanc partem vir doctisſimus non debuit. Sed nec in cæteris aliquid mutandum est, et modo vertendum: *tum unaquæque* pectus *ſubverberans*, vel reverentiæ et honoris regii cauſa, vel læticiæ ac pietatis, vel denique conſpectu viri extranei *phiala auri cum theca Democedem donavit.* Est enim hæc pulcherrima Græci ſermonis ratio, ut verbis, quibus aliqui fecisſe quid in ſe ipſis narrantur, licet ſint modi, ut loquuntur, activi, et hinc requirerent additum quartum caſum, nihil addant, ſed nude tantum ponant, intellectui reliqua committentes. Tale est ἀναφέρων vel ἀνενεγκών, quo utitur Dio de Claudio reſipiſcente, et in cuius exemplis longisſimus est Theſaurus Stephani, non addito ἑαυτὸν. Tale istud παραστίσας eleganter illuſtratum in notis Caſauboni ad Theophraſti characterem περὶ ἀδολεσχίας. Tale ἐπαίρειν 2, 162. Ὁ δὲ Ἄμασις ἐπῆρας ἀπεματάϊσε. Id quoque nihil est, niſi femora et propinqua natibus membra ſubintelligas. Tale istud pulcherrimum ἔχουσαν in lib. 5. cap. 41. de gravida. Tale est politum illud ἀποῤῥίψαι apud Lucam in Actis Apoſt. 27, 43. Ἐκέλευσέ τε τοὺς δυναμένους καλυμβᾶν ἀποῤῥίψαντας πρώτους ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι. Quod etiam nihil est, niſi vel ſe ipsos, vel veſtimenta ſubintelligas. Et ita Ὑποτύπτουσα.

210, 31. Πολυκράτει ὠμίλησε παπρὶ, ὃς συνείχετο &c.] Ridiculum et miſerabile est hoc loco acumen Stephani in emendanda Laurentii interpretatione, *cum Polycrate patre verſatus, quum aſperam eius iracundiam ferre non poſſet* &c. Quis enim ille Polycrates pater, aut cuius? certe Democedis eſſe nequit, quum istum iam ante Herodotus Calliphontem appellaverit. Recte ad amuſim Valla; cui ut conveniant quoque Græca, deleta vocula ὃς ex auctoritate libri Medicei, qui eam ignorat, ſcribe omnia: Πολυκράτεϊ ὠμίλησε. Πατρὶ 917
συνείχετο ἐν τῇ Κρότωνι &c.

210, 40. Δυοῖν ταλάντοιν.] MS. δυῶν ταλάντων, ut lib. 4. cap. 1. δυῶν δέοντα τριήκοντα.

210, 45. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον χρόνον.] Vox τοῦτον exulat ab MS.

211, 17. Ἐξορκεῖ μιν.] Video annotaſſe Stephanum [ἐξορκέω, ἐξορκίζω et ἐξορκόω, adigo ad iusiurandum, iurisiurandi verba præeo: Secundo uſus est Plutarchus dicens &c. Primo Herodotus dicens ἐξορκεῖ μιν, iureiurando eum adſtringit. Sic Demoſthenes ὅταν ἐξορκῇ τὰς γεραίρας.] Etiam Æm. Portus in lexico ex hoc uno loco oſtentat ἐξορκεῖν iureiurando adigere ad aliquid faciendum, quum deinde particulari articulo multa proferat de verbo ἐξορκοῦν. Quicquid ſit, ego vero teſtor in optimo libro exſtare ἐξορκοῖ.

211, 19. Ὅσα αἰσχύνην ἐς φέροντα.] Sic quilibet loqueretur, quod non est Herodoti. Elegantisſime MS. ὅσα ἐς αἰσχύνην ἐς φέροντα.

211, 41. Λέγει δὲ Ἄτοσσα.] MS. ignorat adverſativam. Deinde idem ὅρα νῦν, ἐς Σκύθας, non ἐπὶ.

212, 7. Ἅμα ἕπος τ' εἶπε.] Id certe fieri contigit. Sed non est hæc ſcriptio (fatua ſatis per illud geminatum εἶπε) docti Herodoti, cuius manum ſane interioribus ſtudiis politam reſtituit optimus MS. ἅμα τ' ἔπος ἔφα.

212, 24. Οὔ τι ἐπιδραμὼν, πάντως τὰ δίδομ. ἔδεκ.] Sic legunt ac diſtinguunt editiones priores; quod quomodo legerit Valla, difficilis divinatio est ex hac verſione: *tanquam fugitivum, ſi cuncta ſibi oblata caperet.* Unde Stephanus nequaquam omnia quæ dabantur percurrit, id est, recenſuit, et accepit. ut legatur πάντα ex vet. cod. pro πάντως et ἐπιδραμὼν accuſative ſumatur, quaſi dicat non percurriſſe numerum, tanquam nihil omittere volentem. Hinc patet iam olim hunc locum varie adminiſtratum fuiſſe, præſertim ſi attendas ex Th. Gale in Arch. codice legi πάντα. Ita in omnem caſum voluta fuit hæc vox; ubi omnino vincere debet ac præferri, quod est in MS. Mediceo πάντων. Ἐπιδραμὼν poſſet nunc accipi vicino quodam ſenſu verbi ἐπιβατεύων, cuius exempla collegit Æm. Portus, unde accipiebam pro offendere, ut caveret reſpectu ullius partis dare offenſam, ſi nempe inſpexisſet et de diverſis indicavisſet utrum accipienda an reiicienda.

212, 34. Ἅμα δ' αὐτοῖσι.] MS. ἅμα δ' αὐτῇσι, quod ex neſcio quo etiam novit proferre Th. Gale, ut τριήρης ſit fœminini generis, ut 8, 121. τριήρεας τρεῖς, Φοινίσσας, in quo temere hæſerunt. Cæterum hoc loco abuſus fuit ſcriptor Etymologici Magni, in voce Γαῦλος ita exponens: Λέγεται δὲ καὶ τριήρης γαῦλος, διὰ τὸ πλεῖσα δέχεσθαι, ὡς φησὶν Ἡρόδοτος ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν. Neque enim ista confuſione utitur hic noſter Herodotus. Et mox προσίσχοντες δὲ αὐτῆς, non αὐτῇ, quod vulgo edunt: ut forte ſit diſtinguendum: προσίσχοντες δὲ, αὐτῆς τὰ παραβαλάσσια.

213, 4. Τῇσι σκυτάλῃσι.] MS. τοῖσι σκυτάλοισι. Sane hæc gemina terminatio earundem vocum in ος et η crebrior fuit, quam nos ſcimus. Et mox περιϋβρῖσθαι, non περιϋβρίζεσθαι. Perperam tamen ad hoc verbum dativus caſus refertur ab Valla, quem ſequitur in Lexico Æm. Portus, in verbo Ἐκχρήσει interpretans *quomodo vobis conducet hanc iniuriam Regi Dario facere*, idque probat in Theſauro Stephanus, quum tamen in Græcis nulla ſit mentio τοῦ *vobis*, ut quæ perſpicue dicunt, quomodo regi Dario placebit tam contumelioſa hic toleraviſſe?

213, 10. Ἐπὶ τίνα δὲ ταύτης προτέρην.] MS. ἐπὶ τίνα δὲ τῆςδε προτ. Mox quoque omiſſa adverſativa ταῦτα λέγοντες. Et deinde ἤγοντο, non ἄγοντο.

213, 25. Ἐμπίπτουσι τῇσι νηυσὶ ἐς Ἰηπυγίην.] Nec Græca

Græca hæc phraſis bene habet, et multo minus Latina ei reſpondent *ad Iapygiam in quasdam naves incidérunt*. Præclare codici Arch. accedens membrana Medicea legit ἐκπίπτουσι, hoc est, navibus ſuis in Iapygiam eiecti ſunt, ex curſu, quem tenebant, depulſi per tempeſtates. Paſſim iste uſus verbi apud hiſtoricos, et nimium frequens, quam ut hic locus tanta vanitate premi debuerit. Sed et denuo noſter 8, 13. Φερόμενοι τῷ πνεύματι, καὶ οὐκ εἰδότες, τῇ ἐφέροντο, ἐξέπιπτον πρὸς τὰς πέτρας.

213, 48. Οἱ μὲν ὡς εἰκὸς, κατ' ἐμπορίην χρατευόμενοι, οἱ δέτινες.] Aut perverſa ſunt hæc verba, aut defecta in Græcis, quæ tamen quam molliſſime integra habuit Valla, aut quaſi integris perfectam interpretationem præbuit. Ego ex membrana priſca notavi nihil. Th. Gale participio χρατευόμενοι præponit ὅι δε, additis verbis [Nam id hic deest] nulla addita mentione vetuſtorum codicum, an ex ingenio fecerit. Certe nequeunt coniungi κατ' ἐμπορίην χρατευόμενοι, et reſtitui oportebit vel οἱ μὲν, ὡς εἰκὸς, κατ' ἐμπορίην, ἢ χρατευόμενοι, οἱ δέ τινες καὶ, vel οἱ μὲν, ὡς εἰκὸς, κατ' ἐμπορίην, χρατευόμενοι δὲ ὅι τινες, καὶ αὐτῆς &c.

214, 1. Συλοσῶν ὁ Αἰαχαῖος.] MS. ὁ Αἰάχεος, ut et legit Valla, et attulit iam Th. Gale.

214, 7. Ἐπεθύμησε τῆς χλανίδος.] Ut confeſſus ſum, exſtat in MS. Mediceo ἐπιθυμέου, unde recte confeceris ἐπεθυμέου ad mediæ coniugationis notionem paſſivo flexu. Nihil impedit ſequens ἐπιθυμέοντα.

214, 14. Ὁ μὲν ὦν Συλοσῶν.] MS. ὁ μὲν δὴ Συλοσῶν.

214, 19. Βασιληΐη περιεληλύθει εἰς τοῦτον τὸν ἄνδρα.] Ut ſolebant hæc legi, ſed ubi codex optimus me docuit ab Herodoto ſcriptum fuiſſe ὡς τοῦτον, ut antea aperui. 918

214, 23. Ἀναγγέλλει ταῦτα ἀκ.] MS. ἀγγέλλει. Neque enim in aula Perſica Græci dicebant ἀναγγέλλειν, ſed ἀγγελίας et εἰσαγγελίας.

214, 27. Ἀναβέβηκε δέ τις ἢ οὐδεὶς κω.] MS. δὲ ἤ τις ἢ οὐδεὶς σκῳ. Sic plane iterata σ.

214, 28. Ἔχω δὲ χρέος, ὡς εἰπεῖν, οὐδέν.] Voces illæ ὡς εἰπεῖν ita interpoſitæ vim habent eam, ut extenuent quidem, nihilominus rem aliquatenus veram eſſe fateantur. Id quod nunc Darius negare omnino vult, neque prorſus vel minimum debitum Græco cuiquam agnoſcere. Ad hanc igitur ſententiam quum pertineat ista loquutio temere huc immixta, optime reſtituo ex MS. omiſſa particula ἔχω δὲ χρέος εἰπεῖν οὐδέν.

215, 4. Ἐπιτροπεύειν.] Sic dixit in conſilio Perſarum ἐπιτροπεύοι ἂν ἀμωμήτως τοῦ πλήθεος. Attamen nunc MS. ἐπιτροπέειν.

215, 22. Γέρεα ἐμεωῦτῷ γενέσθαι.] Hoc propagatur ab editionibus citerioribus, haud dubie per errorem typorum ex vicinia in proxime ſequentibus huc attrahentium idem tempus, quum Aldus et Camerarius in utraque Hervagiana dederint γεγενῆσθαι, quaſi in anteceſſum decerni illud voluerint, priusquam libertatis dulcedinem acciperent. Omnino id opinor reponendum, etſi ex MS. nihil notaverim et taceat Gale.

215, 33. Τελεσίαρχος.] Ab membrana Medicea nominatur Τελέσαρχος.

216, 16. Ἄξιον δεσμοῦ δῆσαι γοργύρης ἡξίωσας.] Hæc quum corrupta ſint, tamen intelligere et explicare voluit Æmil. Portus, quaſi per Atticam et Ionicam elliſin ita diceretur pro ἐπὶ γοργύρης δῆσαι, Latina autem licet apud eum videre. Sed fruſtra omnia. Neceſſario δῆσαί, ut est in MS.

216, 27. Ἔμελλε ἀπολάμψασθαι.] Certe non recordor hæc tempora vidiſſe coniuncta: et omnino recte MS. ἀπολάμψεσθαι, prout paſſim id fit.

216, 30. Παθόντες οἱ Πέρσαι κακῶς προσεμπικραίνεσθαι &c.] Offendit ad hunc locum Th. Gale, unde notat aliquid vix intelligendum, nempe quum duo poſtrema verba allegaviſſet, [Cod. Arch. πάρος cum Valla.] At nec in Valla id apparet, nec alia in his moleſtia est, quam quod male vacuæ manus interpoſuerint adverbium κακῶς, quod teſtor non eſſe in MS. Mediceo, et quantopere in Herodoto verbum παθεῖν poſſit ad miſerias verti, docent πάθεα, quæ toties uſurpat in partem peſſimam. Infra cap. 155. ὡς ὑπὸ σεῦ τάδε ἔπαθον.

216, 42. Πιεζόμενοι δὲ.] MS. πιεζεύμενοι δὲ.

216, 45. Τὰς Δαρείου οἱ ἀποσ̓έλλων ἐνετέλλετο.] Vocula tertia in MS. non apparet; quæ et prorſus videtur male collocata, unde Portus in Lexico hunc locum adducens omittit participium ἀποσ̓έλλων, ut voculam οἱ adſerat ſuo verbo.

217, 12. Ἀπεθωῦμαζε.] MS. ἐπεθωῦμαζε.

217, 25. Ἔρημον ἐοῦσαν ἀνδρῶν.] Sic apparet eum velle notabiliter veritatem parœmiæ antiquæ, et hinc exortæ, patefacere, qua dicebatur Ἔκτι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη, prout est inter fragmenta Heraclidæ Ponticí.

217, 36. Τὴν ἂν ἐβούλετο.] MS. ſine media vocula τὴν ἐβούλετο. Nec tamen delendam esſe, ſed ab mala manu huc nimis feſtine translatam patebit ex nota ſequente.

218, 3. Ἐλπίζων ἡμίονον τεκεῖν.] MS ἐλπίζων ἂν ἡμίονον τεκεῖν.

218, 12. Μεγαβύζου τούτου ὃς.] MS. μεγαβύζου τοῦ ὃς. Quæ duæ literæ pro geminato τούτου interdum uſurpantur, ut 2, 111., de Pherone. Τὸν ἀποδέξασθαι μὲν οὐδεμίην χρατῆσαι.

218, 31. Ἄλλῳ μὲν γὰρ οὐκ.] MS. absque vocula γὰρ, qua hic locus bene potest carere, ἄλλῳ μὲν οὐκ. Tum δυνατὸς εἶναι, non δυνατὸν, quod aureum est Herodoto in illis nominativis mire laſcivienti. Sed et αὐτοχειρίην nunc ſuppedito ex eodem codice, ubi inepte nonnulla alia adferebantur, unde et verſionem concinnavi.

219, 2. Τί δ' ὃ μάταιε.] MS. τί ὦ μάταιε, et modo dedi ex eodem πολιορκεομένους, non πολιορκευμένους.

219, 15. Ταύτῃ χιλίους.] Recte MS. ταύτης, nam de militum parte agitur, non de loco.

219, 41. Τὰ πεπόνθεε.] MS. ſimpliciter et integre, perinde ut Anglici apud Th. Gale, τὰ ἐπεπόνθεε. Deinde ἐπεί τε δὲ οὐδεὶς cum particula adverſativa, quæ vulgo negligitur.

220, 23. Στρατάρχης.] MS. χρατιάρχης, et deinde ἐν τῇ ἑωῦτοῦ τάξι, non τάξει. Quod quum reſtituam ex ſcriptis libris, tum ride negligentiam, quæ hoc loco invexit in editiones Διὸς Βήλου τὸ ἱερὸν, ubi Aldus et Camerarius perhibent rectiſſime ἱρὸν, quod reponendum.

220, 46. Γυναῖκας ἐς Βαβυλῶνα κατιζάναι &c.] Locus hic videtur peſſime ab vario lectorum genere exceptus fuiſſe, etſi in editionibus vulgatis mire mentiatur ſanitatem. Vel vocem γυναῖκας toties in tam brevi multiplicare an id est Herodoti? Certe alium novimus. Iam vero istud ἐσαῦθι plane non conſpicitur in nobili isto Mediceo, quod certum est documentum eam vocem ab perito Herodotei ſtyli viro ex alio loco ſublectam esſe, ut hoc, quidquid esſet non ſine veri ſpecie ſanaret. quæ bis in hoc libro adhibita obverſabatur hinc menti eius. Quin etiam in verbis quæ citavi, idem codex MS. non legit γυναῖκας, ſed γυναῖκα, omnia huc dirigentia, ut varietatem in his ab Herodoto adhibitam et malevole ſuppreſſam per veſtigia tamen quædam oſtenderet. Videtur enim ſic proceſſiſſe manus eius: Ἐπέταξε τοῖσι περιοίκοισι ἔθνεσι γυναῖκα ἐς Βαβυλῶνα κατιζάναι, ἐκάστοισι ἐπιτάσσων, ὅσας πέντε μυριάδων τὸ κεφαλαίωμα τῶν γυναικῶν συνῆλθε. Dicit nempe Herodotus edicto iniunxisſe vicinis circa gentibus, ut magnam istam urbem mulieribus inſtruerent, ita ſingulis deſcribens, ut quinquaginta milliúm ſumma fœminarum convenerit. 919

221, 6. Πολλάκις δὲ Δαρεῖον λέγεται.] Nomen proprium in MS. non est, et potest abeſſe.

221, 12. Ἄλλα πολλὰ ἀπέδωκε.] MS. ἐπέδωκε, quod vult mens Herodoti.

JACOBI GRONOVII NOTÆ ET OBSERVATIONES

In librum quartum

HERODOTI.

222, 23. Ἀμέλγουσι.] MS. ἀμέλγωσι.

223, 5. Περισήσαντες κατὰ τὰ ἀγγήϊα τοὺς τυφλοὺς.] Hunc plebeii Græculi ſermonem fore nullus ignorat. At Herodotus verborum exquiſitior non ita ſcripserat, ſed indicante vetere membrana περισίξαντες, tanquam acutis quibusdam ex ferro aut ſpina vinculis coërcuerint eos manere circa ista vaſa, unde Latinæ verſioni datum est verbum *compungentes*. Sed videtur latere aliquid ſeu commune in ſcriptura vetere, ſed proprium Herodoteæ, in qua iam bis occurrit σίχειν pro σείχειν. Unde producit et exponit Heſychius περισίξαι, περικυκλῶσαι, περιελθεῖν, περιελάσαι, ἀπὸ τοῦ σίχειν. Id deſeritur ab noſtris, et univerſa ea vel ſignificatio vel explicatio ignota est Stephano et aliis, attamen vera, et ideo neglecta, quoniam utique volunt ſcribi περισείχειν et περισεῖξαι, unde idem Stephanus in verbo Στείχω adducit ex Homeri Odyſſ. δ. Τρεῖς δὲ περισείξας κοῖλον λόχον ἀμφαφόωσα. Et tamen idem rurſus in Indice [Περισήκω idem quod περίημαι circumſto: unde participium περισήξαντες quod exponitur etiam circumpoſiti.] Sed optime ſe exhibet Herodotus 4, 202. Τῶν δὲ σφι γυναικῶν τοὺς μαζοὺς ἀποταμοῦσα περιέσιξε καὶ τούτοισι τὸ τεῖχος. Itaque quum verba Heſychii in ſuis quoque notaverit Suidas, apparet, quam malevolens ſit ille genius, a quo nuper illis Cantabrigiæ ſubnotatum ſit [Malim περισεῖξαι.] Porro quod Herodotus dicit ἀπαρύσαντες, non interpreter *delibatur*, quod violente huc trahitur, ſed *exantlatur*, quod proprium quodammodo illic esſe docet vel Plautinum *ſæpe exantlavit merum ſcitiſſime*, vel Ennianum *materno ſanguine exantlando patrem ulciſci*. Non pertinet huc σίζειν.

223, 6. Ἡγέονται εἶναι.] MS. ἡγεῦνται. Deinde MS. ὑπτιοῦντο αὐτοῖσι κατιοῦσι, non τοῖσι.

223, 16. Ἀντικατιζεύμενοι.] Portus id habere potest Ionicum pro communi ἀντικατιζούμενος, idque pro ἀντικαθιζόμενος. Debuiſſet igitur monſtrare locum, in quo abſconderetur ἀντικατιζούμενος. Vix enim dixeris esſe Græcum, unde in principio libri 5. dicit ἀντικατιζόμενοι, ubi etiam est ἀντιζομένων. Mediceus codex egregie ἀντικατιεύμενοι omiſſa litera.

223, 20. Αὐτοί τε ἐλάσσονες κτεινόμενοι γινόμεθα.] Voces istæ αὐτοί τε in MS. non exſtant. Nec certe quidquam præter ſonum nudum adferunt, quum utraque periodus ad eandem partem et partis actiones pertineat, et ideo hæ voces non habeant aliquod oppoſitum, ubi ſolent adhiberi. Est autem hic locus, in quo dicitur εἰς αὐτῶν Scytharum, ſive ſciverit nomen et innoteſcere noluerit, ſive ignoraverit, ἔλεξε τάδε, plane geminus illi Polybiano in Legat. 46. Ὅτε καὶ τις ἐκαλεσάμενος &c. quod tam commode interpretatus est Caſaubonus. Sed non est mirum malle multos inceptire.

223, 30. Ἐκπλαγέντες ἐπὶ τῷ γενομένῳ.] Præpoſitio ἐπὶ abest ab optimo codice, in quo vides Herodotum ex 1, 116. τούτοις ἐκπλαγείς. In eodem mox etiam recurrit ἐξελασθέντες conſtanti ſcripturæ modo, ut in præcedentibus patuit.

223, 33. Τρόπῳ τοιῷδε.] MS. τοιούτῳ.

224, 5. Ἐπελθόντι κατασβῆναι.] Habes in his exemplum eius, quod ait in Theſauro Stephanus, quum dediſſet exempla compoſiti κατασβέννυμι, adiungens [Item κατασβῆναι exſtinctum esſe tanquam a κατασβῆμι, ſicut ἀπέσβην tanquam ab ἀποσβῆμι.] Sic infeliciter id relinquens, ut nullam ei auctoritatem commodet. An igitur vel ipse vel alii, unde exſcripſit, ad hoc Herodoti ſpecimen reſpexerunt? Exſtat hic ſane, quod negari nequit. Sed tamen ratio illis debuit adesſe. Nam quum hic non antecesſerit vox πῦρ, ſed tantum dictum ſit χρυσὸν καίεσθαι et χρυσὸν καιόμενον, dubitare primo de istius verbi καίεσθαι termino ſignificationis pandendæ oporteat, utrum ad flammæ eiectionem usque, an tantum ad ignitum tactum, et hinc etiam alterius verbi κατασβῆναι non ſolum de modo, ſed enimvero etiam de fide ambigere debeas. Ego ſane non tantum dubito, ſed libens concedo optimæ membranæ, quæ teſtatur Herodotum ſcripſisſe κατασῆναι, quod conſtat maximi, immo maioris, quam ut a nobis definiri posſit, uſus in Græca literatura esſe.

224, 16. Οὕτω λέγουσι.] MS. ὧδε.

224, 49. Νεμομένας ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ ἀφανισθῆναι.] MS. χρόνῳ, quod ex utroque Anglicano profert etiam Th. Gale: et ſic tacens noluit fateri hanc lectionem videri quoque agnoviſse Vallam. At is hinc vertit *interea*; ſed enim ille tam miris modis Græca compoſuit, ut efficeret istam ſententiam *equas eius a curru paſcentes divina quadam ſorte motas*, quaſi rem concepisſet ita evenisſe, ut non eas Hercules dormiturienſ videatur potius iugo exſolviſse, ſed alligatas currui ſic paſtum miſisſet. Hoc reliqui quidem illi; ſed haud dubium mihi prius videtur et veriſimum istud χρόνῳ cum tali ſenſu, ut patet ex illis quæ ſtatim ſequuntur. 920

225, 9. Πρὶν ἢ οἱ μιχθῆναι.] Quamquam ſic loquutus etiam fuerit in capite primo huius libri, tamen eiecto ἢ nunc præbet, MS. πρίν οἱ μιχθῆναι. Habet utrumque.

225, 33. Ζωστῆρα ἔχοντα ἐπ' ἄκρης τῆς συμβολῆς φιάλην χρυσέην.] Forte erat fibula phialam aliquo modo repræſentans, ſubnotat ad has voces Rev. Brauwnius in Veſtitu ſacerd. Hebr. 2, 3. At eam non ita exprimeret Herodotus. Dum enim agnoſcit συμβολὴν, certe agnoſcit in extremitatibus aliquid fuisſe ad connectendum: fibula id fuerit, an globulus, an quid aliud, noſtrum non est eligere. Sed in omnibus baltheis tale quid fuit. Iam vero in Scytharum baltheis intelligit Herodotus præter talem nectendi machinulam fuisſe adhærentem phialam ad hauriendum ſubito paratam.

225, 39. Δύο μὲν οἱ τῶν παίδων.] MS. δύο μὲν τῶν παίδ.

225, 43. Τὸν δὲ νεώτερον.] Ut ſæpe comparativum loco ſuperlativi. MS. tamen νεώτατον. Et ſane quum paulo ante dixerit Σκύθην δὲ νεωτάτῳ, cur placuit aliis ab Herodoto abire?

225, 47. Ἔτι δὲ καὶ ἐς τόδε.] Particula δὲ nec tolerari hic potest, nec habetur in MS. Sed ſequentia mire obſcurata ſunt per editiones. Nam quum Aldus et duæ deinceps Hervagianæ protuliſſent Τὸν δὴ μοῦνον μηχανᾶσθαι τὴν μητέρα Σκύθην, ſtatim Stephanus edere ſuſtinuit Τὸ δὴ μοῦνον, non admonito lectore, quum id tanto commodius facere potuisſet, quia quartum verbum in margine notat γρ. μηχανήσασθαι. Id omne ſic molitus fuisſe videtur Stephanus ex interpretatione Vallæ *et id ſolum Scythæ matrem excogitasſe*, ubi apparet neutrum et aoriſtum; ſed in extremis vehementer diſcedit ab Græcis, in quibus quare non etiam mutaverunt τὴν μητέρα Σκύθου? Fœdum prorſus universum, et quod ita retinui, ſed nequaquam aſſentiens; immo contra decernens debere retineri maſculinum, etiam teſtans μηχανᾶσθαι esſe in MS. Mediceo, et fatuam esſe verſionem opinans de matre Scythæ. Dicit enim ſimpliciter Herodotus, *et ſolum effecisſe matrem Scythæ*, vel ut ſolus esſet Scytha et tantæ potentiæ princeps, artificio matris accidisſe. Res clarisſima.

226, 5. Πολέμῳ πιασθέντας.] MS. more ſueto πιεσθέντας· et deinde ποταμὸν Ἀράξην, non Ἀράξεα.

226, 14. Μηδὲ πρὸ πολλοῦ δεόμενον κινδυνεύειν.] MS. δεόμενα. Et indulſi MSto, etſi locus alioquin ſatis intricatus ita reddatur aut reddi videatur intricatior; ſi interpretes quis ſequatur, qui ſtulte δεόμενον interpretantur *oportere*, ac ſi idem foret τῷ δέον: deinde neſcio unde apponant aliam lectionem πρὸς πολλοὺς, quod in nullo MSto reor exſtare. Ego autem facilius inſpexero verba et manum Herodoti, quam ſententiam. Habet nempe primo id Herodotus, ut iucunde

eunde ludat in neutro plurali, ubi ſingularis poterat ſatisfacere, ut δῆλα, δεύτερα, τρίτα &c. Hinc etiam hoc loco reiici non potuit ista mutatio, ſed admitti pro Herodotea. Nempe vocem μηδὲ ita ponit, ut divelli debeat, perinde ut apud Latinos *neque*. Hinc igitur ſcribo μηδὲ περὶ πολλοῦ δεόμενα κινδυνεύειν *et magnopere petentia non periclitari bello* &c. Ita enim loquutus fuit 1, 207. Ἤδη ὦν γνώμην ἔχω περὶ τοῦ προκειμένου πρήγματος τὰ ἔμπαλιν ἢ οὗτοι. Agnoſcis neutrum plurale τὰ, quum poſſet τὴν. Hoc primum. Nodoſius est illud πρῆγμα εἴη, quod idcirco illi, qui hanc loquutionem (est enim quoque Herodotea) illuſtrare voluerunt, ita per alia loca producunt, ut hunc negligant. Vide in pagina 734. circa finem in Indiculo Ionismorum Gallicorum ſive Ionicorum Gallicismorum: etiam Portum in Lexico; noluit allidi ad hunc ſcopulum. Peſſima vero est interpretatio Vallæ, ubi ἀπαλλάσσεσθαι reddit *abſtinendum bello*, quod est ἀπέχεσθαι. Quid autem est *nec oportere adverſus multos pugnando adire periculum?* An igitur hic populus fatuos facit omnes, qui adverſus multos pugnaverunt? Num potest talis ſententia concipi, et quidem circa Aſiam? Italicus interpres Vallam partim ſecutus, partim furens ait: *parea di non tentare la battaglia con tanta moltitudine, ma di abandonare il paeſe conducendo via quello che portare ſi poteſſe.* Verba volunt excedere primarium eſſe, et iam pridem rogare non periclitari bello.

226, 19. Τὴν χώρην παραδιδόντας.] MS. παραδόντας.

226, 41. Ἐς ὃ ἐσέβαλον.] MS. ἐς οὗ ἐσέβ. Sic quoque enim ſolet Herodotus. Cap. 30. Ἐς οὗ ἂν σχῶσι καὶ ἵπποι ἐν γαστρὶ.

226, 44. Ἰσσηδόνων δ' ὑπεροικέειν.] Adverſativa non apparet in MS.

227, 11. Οὐδενὸς γένεος ὑποδεέστερον.] Recte MS. γένος, ubi denuo vides articulum τὸ non præponi ab auctore, ut notavi ſub numeris 3, 25., et eſſe illum
921 eundem accuſativum, qui placet auctori in voce μέγεθος, 78, 28.

227, 21. Προσήκοντας τῷ νεκρῷ.] Locum hunc deſcripſit Origenes lib. 2. contra Celſum, ubi videbis citari τῷ νέκυϊ et alias diſcrepantias non agnitas noſtris exemplaribus.

227, 27. Ἀφανισθῆναι τοδεύτερον.] Poſterior vox non legitur in MS. Sed et in illis vicinis Ἀριστέω τοῦ Προκοννησίου poſteriores duas idem non agnoſcit, quas forſan nec in exemplari ſuo habuit Valla, unde in interpretatione omiſit: et ſane tum in principio relationis huius, tum in inſcriptione ſtatuæ ſic patriam oſtentari ſufficit. Itaque poſteriora ista expuli. Prius ſuo loco retinui, quia forſan nemo cenſuerit deleri, et per istud præmiſſum τὸ prorſus crediderint omnes Herodoti eſſe, ut ſolet. Attamen non dixit iam Herodotus primam vicem poſſe appellari ἀφανισμὸν, nec ipse ſic appellat. Alia est ratio eius, quod mox ſequitur ex appellatione ſeu aliorum hominum, ſeu Metapontinorum, certe non ſua.

227, 33. Μεταποντῖνοι γάρ φασι.] Vocula γὰρ etiam non est in MS.

227, 46. Ἔσηισε ἀνδριὰς.] MS. ἔσηκε. Sed ſcito eſſe cacoëthes mutationis ex editionibus Stephani, quum Aldus et Hervagianæ non aliter habeant, quam ut nunc ex MS. repoſui. Rem incredibilem!

228, 6. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Ἀριστέης.] Oratio hæc, non minus, quam hiſtoria quam tractat, fando inaudita, et exempli nullius. Quis enim unquam ter geminavit negativam, ut hic fit? Non quod id contigiſſe negem, ſed ut per eandem vocem ista tertiatio confieret, ut iam vides οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Ἀριστέης —— οὐδὲ οὗτος &c. Certe exſtant tam intentæ negationes 6, 11. et 8, 77. et alibi, ſed diverſis vocibus. Itaque quum id ſit enorme, noli opinari huius augmenti exemplum nunc ab Herodoto datum fuiſſe, ſed eius corruptoribus. Optimus enim MS. habet οὐδενὸς γὰρ οὐδὲ Ἀριστέης, non ut ad ſequentia id conferatur, ſed per ſe ut conflet ſubintellecto tantum ac repleto ex præcedentibus αὐτόπτεω ἐδύνατο πυθέσθαι. Itaque vertenda omnia; *Ex nemine enim intelligere potui, qui diceret ſe noſſe, quia ipse vidiſſet. Quippe neque ex tali ullo Ariſteas, cuius paulo ante feci mentionem. Neque etiam iste in illis carminibus ait ſe progreſſum eſſe ultra Iſſedonas.* Ut appareat Herodotum diſtinguere rationes loquendi αὐτόπτεω πυθόμενον λέγειν, et ἀκοῇ πυθόμενον λέγειν: etſi revera qui per αὐτόπτην aliqua relata narrat, is narret quæ ἀκοῇ acceperit: quaſi ἀκοῇ λέγειν ſit proximum fabulis, etſi queat multa vera continere, ut de ſe modo intelligi vult auctor. Ariſteas apud Iſſedonas fuit, ex his potuit aliquis αὐτόπτης fuiſſe, qui rumorem istum inter ſuos ſparſerit. At Herodotus non fuit inter Iſſedonas, et idcirco narrabit omnia ἀκοῇ. Sed quid agimus? an credibile est ſic corrumpi auctores? Οὐδενὸς est antiqua lectio, quam videre potes in Aldo, et Hervagianis: mutilarunt Stephaninæ.

228, 10. Ἔλεγε ἀκοῇ.] Vox ultima non est in MS. Mediceo, prout de Arch. teſtatur Th. Gale et de Valla: ut omnino nullum ibi mereatur locum, et res ipsa id clamet.

228, 20. Καὶ σκόροδα.] MS. exquiſitius σκόρδα.

228, 27. Πρὸς ἑσπέρην τοῦ Βορυσθένεος.] MS. πρὸς ἑσπέρης. Id iam probum Herodoti fecit frequentia in ſuperioribus et varietatis deſiderium. Cuius ſpecimen pariter alterum ponere compellor, ut quum nunc dici videamus Βορυσθενεῖτας et Βορυσθενειτέων, et ſic cap. 70. et ſeqq. quater aut quinquies, tamen cap. 53. dicuntur Βορυσθενῖται etiam ex cauſa varietatis Herodoto obortum; at Holſtenius ad Stephanum pag. 71. putat perperam ſic ſcribi.

228, 45. Ψιλὴ δὲ δενδρέων ἡ πᾶσα αὕτη γῆ πλὴν τῆς Τλαίης.] Fero ſane, tanquam Τλαίη proprie ſit regio nominis ſui, idque ei inditum ſit ab lingua Græca, et ipse noſter cap. 76. infra de Anacharſi, καταδὺς ἐς τὴν καλεομένην Τλαίην· ἡ δ' ἐς μὲν παρὰ τὸν Ἀχιλλήιον Δρόμον, τυγχάνει δὲ πᾶσα ἐοῦσα δενδρέων παντοίων πλέη. Et hinc omnia vicina ſicut appellationem istam reſpuunt, ita rebus quoque probant diverſam ſuam faciem eſſe, nec quidquam provenire ſilvarum. Sed ſodes an ista exceptio Hylææ non est vana et inanis, quum ipsa appellatio ſemper teſtetur, qualis ſit, nec paſcua Scythica deſiderant ſilvas? Res mira ſatis. Quid tamen? Optimus MS. hic tantum agnoſcit Ψιλὴ δὲ δενδρέων ἡ πᾶσα αὕτη τῆς Τλαίης· quaſi Hylæa quidem dicatur univerſa regio, et ista Nomadum ſimiliter contineatur: ſed tamen continue incipiat ſui eſſe diſſimilis, ubi acceſſeris ad paſcua Nomadum, quæ etiam comprehendantur in appellatione Hylææ.

229, 4. Κατήκουσι δὲ οὗτοι.] MS. κατοικοῦσι.

229, 7. Λίμνης τῆς Μαιήτιδος.] Sicut de codice Arch. teſtatur Th. Gale, ita etiam Mediceus MS. Μαιώτιδος, et in eo notavi diſerte etiam infra ſibi conſtantem eſſe.

229, 16. Νέμονται τὰ πρὸς βορέην.] MS. τὰ πρὸς.

229, 32. Ἐπειδὰν δὲ.] MS. ἐπεὰν δὲ.

229, 34. Καὶ ὁ κύων ἕπεται.] An igitur id aliud, quam ἕτοιμός ἐστι καὶ κύων? Certe ille qui ἕτοιμος, ἕπεται, et ſine flagro adest. Sed et ἕτοιμος et qui ἕπεται, nihil iuvat, niſi etiam ultra aliquid emoliatur. Hinc clarius lucere debet ratio haud dubie pulchra venationis: cuius quæ tandem erit felicitas, ſi ipse venator tantum equo feram perſequatur, cane ſic demum comitante? Non igitur illi ſunt canes ἀκόλουθοι, qui equum non niſi comitantur; ut taceam in Græcis dici eum ſequi. Sed nec Scythæ tam ſtulti ſunt, ut tale canum 922
genus alant, nec Herodotus tam delirus, ut ita ſcriberet. Est enim edentium iniquitas. At priſcam veramque lectionem reſtituo ex MS. καὶ ὁ κύων ἔχεται, ſive id velis interpretari *et canis corripit*, ſive *et canis proxime veſtigiis feræ inhæret*. Nempe ſimul venator equum aſcendit, ſimul canis iam captam feram corripit. Ita felix venationis eventus apparet, et dignus narratu.

230, 3. Τοῦτο δὲ καὶ λείχουσι.] MS. τοῦτο καὶ λείχουσι omiſſa adverſativa, quæ non deſideratur. Et ſtatim οὐ γάρ τι σπουδαῖαι νομαὶ αὐτόθι, non οὐ γάρ τοι, prout alibi exquiſitum istum uſum voculæ τι in Herodoto probavimus.

230, 4. Ὃς ἂν καταφύγῃ.] Hic locus est, in quo vere elegantem et proprium characterem Herodoto reſtituimus integrum, quem aut ſemirutum vix ſervant aut plane delent alii codices. Sed exſpectanda erat inquiſitio et exploranda cuſtodia fideliſſimæ membranæ, quæ nunc legit ὃς ἂν καταφεύγων καταφύγῃ. Cuius ſuaviſſimæ copiæ ſuæ exemplum ſimile auctor præbuit cap. 29. Ὀρθῶς εἰρημένον ἐν τοῖσι θερμοῖσι ταχὺ παραγίγνεσθαι τὰ κέρεα· ἐν δὲ τοῖσι ἰσχυροῖσι ψύχεσι ἢ οὐ φύειν κέρεα τὰ κτήνεα ἀρχήν, ἢ φύοντα φύειν μέγις. Potuit ex his ſecure omittere illud φύοντα, quod ſponte ſatis ſubintelligeretur. Itaque et Euſtathius hunc Herodoti locum laudans ad Odyſſ. Δ. v. 85. eam vocem in nullo putavit habendam numero, et plane omiſit, ut videlicet inde diſceremus eum in plerisque citationibus ſuo uſum eſſe arbitrio. Præterea video eum locum ab interpretibus converti *at in vehementibus frigoribus aut non oriuntur ſtatim pecoribus cornua, aut ſi oriuntur, vix oriuntur.* In quibus nullam explico illam contrarietatem, de qua istic agit Herodotus; certe enim quæ vix oriuntur, eadem illa ſunt, quæ non ſtatim oriuntur, ut potius paria illa dici debeant, quam contraria. At plenisſimo ſenſu ſtatuebat Herodotus ad expoſitionem Homeri in vehementibus frigoribus omnino non naſci pecoribus cornua, aut naſcentia nihilominus, vix naſci. Tale est 1, 67. Κατυπέρτερος

τῷ πολέμῳ ἐγεγόνεσαν τρόπῳ τοιῷδε γενόμενοι. Infra hoc libro c. 46. Φερέοικοι ἐόντες πάντες ἔωσι ἱππογοξόται· 2, 7. Ἐξ εὐρέα Αἴγυπτος ἐοῦσα πᾶσα ὑπτίη τε καὶ ἄνυδρος. Tale in hoc ipso libro c. 36. Περὶ Ἀβάριος οὐ λέγω λέγων, ὡς τὸν ὀιϛὸν περιέφερε. Apud Sophoclem ſic habes in Oedipo Tyr. 1390. βλασοῦσα ὅπως ἔβλασε. Oed. Col. 1097. ἔχων ἔχεις. Hæc nos ad teſtandam fidem codicis Mediceï; ſed ſcire oportet vitium omne hic admiſſum debere imputari ſoli editioni Henr. Stephani anni 1592., quæ prima omiſit, quum Aldina et Camerariana et Hervagiana ſancte exhibeant. Hinc quoque iudicium fieri debet laboris, quem Herodoto Thomas Gale impendit, qui ſequens defectam Stephani editionem et citans vitioſe ὃς ἂν καταρ. notat in cod. Arch. fuiſſe ὃς ἂν φεύγων καταφύγῃ, quod vix credo.

230, 16. Ἀργιππαῖοι.] Nihil diverſum in eo nomine notavi ex membrana, quam inſpexi. Attamen quoniam appellationes omnes, quæ occurrunt apud alios ſcriptores, ut Arimphæi, Aremphæi, Ὀργεμπαῖοι, habent literam *m*, Salmaſius fuit ita circumactus, ut crediderit ſcribendum apud Herodotum Ἀργιμπαῖοι, ut fatetur in Plinianis pag. 209. Ante eum Turnebus in notis ad Ciceronem de Fato pag. 64. ex Mela Arymphæi, prout etiam agnovit Grotius ad Marcianum Capellam pag. 214. His Thom. Gale ex cod. Arch. Ὀργιεμπαῖοι, mira Voſſii revolutione in Appendice, ut erat inſtabilis. Sed unus omnia Mediceus.

230, 24. Τῶν φαλακρῶν.] Aldus hanc poſtremam vocem inchoavit litera maiuſcula Φ, quaſi foret appellativa; in vicinis vero facit parvam. Camerarius etiam in hoc loco extenuavit. Stephanus denuo in grandem formam coniecit, quod ſequitur et Iungermannus et Th. Gale. A quibus merito diſcedo; nec enim fuit hæc eorum appellatio, ſed nota genitiva, ab reliquis diſtinguens.

230, 26. Οὐδεὶς σφέα ὑπερβαίνει.] Præmiſit ſane οὔρεα· et ſic tamen MS. habet σφέας ὑπερβαίνει. Ita quidem in cap. 33. quum dixiſſet τὰ ἱρὰ ἐνδεδυμένα, pergit ſcribere τοὺς πλησιοχώρους ἐπισκήπτειν, κελεύοντας προπέμπειν σφέας ἀπ' ἑωυτῶν ἐς ἄλλο ἔθνος. Ubi σφέας tam potest reſpicere ἱρὰ, quam ipsos vicinos.

230, 28. Αἰγίπυδας ἄνδρας.] Quod miror, MS. habet ἱπποβάτας ἄνδρας, ut cap. 170. occurrunt in Africa τεθριπποβάται.

230, 30. Ἀνθρώπους εἶναι.] Nec hoc loco εἶναι, nec inferius ἀτρεκέως ab MS. confirmatur. Et ſane quod ad prius, opinor expelli rectiſſime, ut ab Herodoto non ſcriptum. Nam ſic intelligimus eorundem montium partem quoque incoli ab his hominibus, alias videntur plane ultra vel trans montes eſſe. Quod ad poſterius, etiam ratio evincit. Quum ſic quoque in fine capitis 26. de iisdem Iſſedonibus hactenus tantum concludat: γινώσκονται μὲν δὴ καὶ οὗτοι, perinde ut hoc loco ſolum istud verbum ſimiliter adhibuit. Utique multum foret, ſi Herodotus ſuo periculo ſic adſeverare auderet. Imo etiam Gale teſtatur de MS. Arch. ἀτρεκες, quæ varietas docet ſubditivum eſſe.

231, 2. Γρύπας εἶναι.] Etiam hinc verbum ſubſtantivum debet facesſere, ſi credimus MSto, utpote ubi intelligitur οἰκέειν.

231, 24. Ὡς δὲ καὶ ἦν σεισμὸς.] MS. ὡς δὲ ἦν σεισμὸς. Deinde pro illis ὡς τέρας θωυμάζεται MS. tantum habet τέρας νενόμιται.

231, 30. Τὸ γένος τῶν βοῶν τοκαθόλου οὐ φύσιν κέρεα.] Locus miſerabilem in modum interpolatus. Volunt e-
923 nim Herodotum hoc loco dicere omnino cornua bovino generi illic non ſuccreſcere, idque propter vicinum ſeptentrionem et magna frigora. Quod ſi tam directe abrupteque id iam negavit, cur in ea pronunciatione non perſtat, et in ſequentibus ſtatim tantummodo maluit dicere, ἐν δὲ τοῖσι ἰσχυροῖσι ψύχεσι ἢ οὐ φύσιν κέρεα τὰ κτήνεα ἀρχήν, et ſic perſeverare in firma generalique negatione, quam potius mollire deinceps adiungendo ἢ φύοντα φύειν μόγις? hoc est, ut postquam pernegaſſet fieri aliquidpiam, atque adeo iteraviſſet quoque eandem negationem, ſtatim tamen fateretur et fieri, et fieri poſſe. Nam et qui dicit vix naſci, utique tamen confitetur naſci, etſi raro, etſi tarde, utique tamen contingere interdum; et Herodotum id non ſcribere ſine experientia certiſſime perſuadeor, ſive ipse viderit illinc locorum cornutum aliquo modo bovem, ſive eos inveniri interdum adſeveraverint ei accolæ. Pereant, qui tantam inſulſitatem Herodoto inferre ſuſtinuerunt. Quid igitur? Nempe ait H. Stephanus in Theſauro [κόλος, mutilus, truncatus, curtus, mancus, ut κόλος βοῦς apud Euſtathium ὁ κεκολευσμένος τὰ κέρατα: qua ſignif. B. ex Herodoto affert κόλον γένος τῶν βοῶν, id est, κολοβὸν, mutilum, hoc est ἄκερον.] Hæc nec unde odorari potuerit Budæus capio, (nam ab Aldo editiones omnes conveniunt in istud τοκαθόλου) nec quemadmodum quum id iam in mundo eſſet, editores, alioquin docti viri, potuerint eſſe tam ſordidi, ut id voluerint contemnere et tam perverſam Herodoto mentem impingere. Perfecte enim in optimo exemplari MS. legebam δοκέει δέ μοι καὶ τὸ γένος τῶν βοῶν τὸ κόλον διὰ ταῦτα. Videndus Suidas in Κόλον, qui recte illuſtrat.

231, 32. Καὶ Ὁμήρου ἔπος.] Particula καὶ non est in MS. nec ullum eius momentum est, unde nec Valla expreſſit. Quod autem antecedentia edidi μαρτυρέει δέ μοι τῇ γνώμῃ, ubi vulgo edunt leguntque μου, cauſam probavi ſub numeris 35, 42.

231, 44. Ἐκ κατάρης τευ.] Vox illa τρίγραμμος non est in MS. ſed nec habet Aldus, nec Hervagianæ. An non patet nimis anxie inculcatam ab Stephano? Illi igitur reddidi.

231, 46. Προσίῃ ἡ ὥρη.] MS. προσῇ ἡ ὥρη.

232, 9. Ἀοίκητα.] Id ex pluribus locis Herodoti vulgo firmatur. Sed nunc quidem optimus MS. ἀνοίκητα.

232, 14. Οὔτε τι Σκύθαι λέγουσι οὐδὲν.] Solœcum id est, ac multo minus Herodoti: ſed ab mala manu compoſitum, quaſi æque opportunum ultima vox hic locum haberet ac paulo infra. Quin non est in MS. illa οὐδὲν, quod ſatis fidei ad eam eradendam, quum temere per oculi fraudem ab ſcriptore ſit repetita ex mox ſequente verſu.

232, 17. Ὡς καὶ περὶ τῶν μουν.] Particula καὶ non est in MS.

232, 20. Πολλῷ δ' ἔτι πλείϛα.] MS. πολλῷ δὴ πλείϛα.

232, 21. Ἱρὰ ἐνδεδυμένα.] Quum Valla interpretetur, *ſacra alligata*, patet cuique eum legiſſe ἐνδεδεμένα. Itaque ſic exhibebant etiam primæ editiones, ut apud Aldum et Hervagium. Quis hæc mutaverit, ignoro, niſi quod in editione Stephani 1592. video in contextum aſſumi id quod nunc citavi, et alterum ἐνδεδεμένα reiectum in marginem. Salmaſius itaque retinet ἐνδεδυμένα, idque explicans vocibus ab antiquitate petitis, nunc Pauſania, nunc Servio præbente vocat *ſtipula triticea involutas*, *innexas ſtipula frumenti*, *occultatas in faſcibus ſtipularum*, item *obvolutas et obtectas*, in Plinianis pag. 208. Et tamen modo ad hos Hyperboreos et ista ſacra accedens quoque Ez. Spanhemius defungi nequivit, niſi locum hunc Herodoti maiuſculis literis oſtentans ad Callimachum pag. 493. citaret ΕΝΔΕΔΕΜΕΝΑ, Latine edens ADLIGATA, nec ullo patrocinio facinus illud munit, quod idcirco ſordere in republica literaria debet. Opinor tamen abreptum auctoritate cod. Arch. ex quo ἐνδεδεμένα tradit Th. Gale. Quis autem Romanus *adligata ſacra* dicet, niſi in narratione funeſta et mali ominis? MS. autem Mediceus omnino habet ἐνδεδυμένα, quod præclare explicuit Salmaſius: recte ſacra occultata, et quæ cognoſci nefas, dicuntur aut quaſi veſte vel indumento circumdata, aut ingreſſa in involucrum, ut Ægyptius ἐνδὺς ὑπ' ἀμφιβλήϛρῳ 1, 95. Immo an non ſatis certa et valida confirmatio est vocis ἐνδεδυμένα, quod ſtatim in hoc ipso capite iterari comperimus τὰ ἱρὰ ἐνδεδυμένα ἐν πυρῶν καλάμῃ, ubi Stephanus omnino deſerit alterum ἐνδεδεμένα, etiam primæ editiones, Aldina ſcil. et Hervagianæ, retinent ἐνδεδυμένα?

232, 37. Ἅμα δὲ αὐτοῖσι.] Non opinor Ionismum in hoc conſiſtere, ut et fœminina mutet in maſculina, id quod hic factum est. Cur vero non αὐτῇσι, ut est in MS. clare præferente αὐτῃῖσι?

232, 39. Οἱ νῦν περιφερέες καλέονται.] Hoc robuſte adſeverat Ez. Spanhemius ad Callimach. pag. 506., [ut iidem iuvenes, et iuxta eundem Herodotum περιφερέες inde appellati in grati animi exantlatique laboris memoriam iuxta dictas virgines fuerint culti.] Detrectavit igitur nunc aures dare Cod. Arch. ex quo Galeus proferebat Περφέρες, quum tamen antea ei obediret. Cæterum non ita modo verſavit hanc vocem, ſed in nota ſequente citans ipsum Herodoti locum audet interpretari, *quos nunc peripheereas*, (ſeu *circumferentes*) *vocant*. Ubi habes declinationem perinde et
924 ſignificationem ex lege penitus Græcæ vocis; tanquam tacite indicaret ſe ex Herodoto didiciſſe vim eius vocis, et talem περιφερέα fuiſſe Abarin, quem principio capitis 36. ſcribit auctor ita celebrari ὡς τὸν ὀιϛὸν περιέφερε. Sed in ista utraque, quem debet, magnum excitat riſum. Quid enim? an hoc est ingenio et Muſis operari, ut vocem mere barbaram traiicias in Græciam? Est utique vox Scythica. Quum Heſychius ſcribat Περφέρες, θεωροὶ, eumque locum alleget oportune Th. Gale, cur in ea ſcriptura et explicatione non

non potuit acquiescere? Sunt enim ista verisima, et περφερέες ab MS. Mediceo etiam exhibentur, ut de eo dubitari non debeat, prout nec de explicatione Hesychii, et Scythis relinquantur sua, etsi nonnullæ eorum voces habeant aliquid vicinum Græco, ut in capite 48. fluvium scribit Scythis Πόρατα vocari, quum Græci Πυρετὸν.

233, 3. Οὐκ ἄνευ πυρῶν καλάμης θυούσας τὰ ἱρά.] Certe operam abutitur Herodotus in minimi momenti comparatione. Quid namque facit ad sacra Hyperboreorum, quorum solennitas et sacramentum quasi erat sacra in straminibus portare, si alicubi stramina cum sacris fuerint combusta et immolata? qui mos fortasis non modo fœminarum Thracicarum, quas velut præcipue in hac re eminentes advocat, sed etiam pluriuni aliarum fuit, ut vel integrum ignem ex stramine conficerent vel saltem eo incenderent. Quis hæc intellexit? Nos abhinc melius de Herodoto cogitemus, quem corruperunt hoc loco malesedulæ et ingratum officiosæ manus, quum ipse non θυούσας scripserit, sed ἐχούσας, ut est in MS. Nempe non secus ac Athenis erant in sacris nonnullis Κανηφόραι, sic apud Hyperboreos et Pœonas et Thracas erant Καλαμηφόραι. Deinde MS. καὶ ταῦτα δὴ οἶδα sine vocula μὲν.

233, 10. Οἱ δὲ παῖδες.] Quantum tumultus? adeo ut ipsa Græcorum dispositio, hoc est, ipsa mens Herodoti penitus displicuerit Vallæ, et in interpretatione idcirco noluerit ordinem Herodoti sequi, tanquam istæ adversativæ particulæ οἱ μὲν, οἱ δὲ non debeant tanto intervallo disiungi, ut quidem disiungit Herodotus, interponens locum sepulchri, quod Valla inde excerptum postponit. An non satis multum iste tribuit suo iudicio? Monstrosius quod Stephanus et alii id observare potuerint. Sed hæc omnia, tantopere ab iusto et decoro aberrantia, veniunt ex mera corruptela horum verborum, quæ MS. Mediceus exhibet ὅσοι δὲ παῖδες. Ita profecto licet spatium amplius interponi, nec nocet, si etiam descriptio loci, in quo sepulchrum est, statim sequatur crines puellares. Itaque et in Latinis feci, ut Herodotus spectaretur, non Valla, arbitrii sui indomitus laudator. Morem ipsum in ornandis per crines sepulchris tetigit paterna Diatribe ad Statium cap. 53.

233, 17. Λαοδίκης.] Mere Græcum, quo valde inclinant correctores. Sed quæso an non ipsum tempus vetat? quod vestigium Græcæ linguæ potuit fuisse tunc apud hos extremos populos, quum prima, si qua fuit, vice contingeret ista primitiarum sacrarum deportatio? Hinc licet Hyperoche habeat quoque omnia Græca, tamen existimans considerandam eam appellationem ut penitus Scythicam, etiam libens hanc postremam vocavi, ut subliciebat optimus MS. Λαοδόκην, omnino sic reliquisse Herodotum credens. Porro licet toties sint cumulata collectanea de his puellis, præsertim Opide et socia, nihilominus idem iste Spanhemius sibi arripuit privatim ius sine fine accumulandi loca antiquorum auctorum de illis, et quidem ita, ut adderet [In quibus autem postremis Herodoti locis, pro Ἄργιν vel Ἄργην, omnino Ἐκαέργην legendum patet, prout hic apud Callimachum et alios adhuc auctores] et hinc in Indice habes [*Herodotus emend. pag.* 503.] Et hæc sustinuit mittere ad Cl. Grævium, ut Ultraiecti publicarentur. Nonne magna sæculi infamia? Quippe universum hoc iam ab eruditissimo Leopardo in libro Emendationum 10. cap. 24. cogitatum et publicatum fuit: immo insuper medio tempore honorifice iteratum ab magno Vossio in libro 11. de Idololatriæ Origine cap. 29., ut plane non fuerit ea res abstrusa. Immo et Sylburgiana hanc ingerant huic loco. Nam Stephanus quo sensu posuerit eam appellationem in margine, et præposuerit γρ. nec intelligo nec explicuero aliis. Hoc sciat lector, in MS. Mediceo, hoc est, optimo, præter istud Λαοδόκης, nullam exstare varietatem in nominibus, et ego quidem Herodotum conseo esse parem Callimacho, Pausaniæ, Servio et quicunque alii se ad illam phalangem adiunxerint, undecunque illam Ἐκαέργην petiverint. Suspicio nulla potest esse mutatæ in Herodoto huius aliquando appellationis, multo minus excidisse literas Εκα, quum habeatur τὴν Ἄργιν et τὴν δὲ Ἄργιν et καὶ Ἄργιν et καὶ Ἄργιος nulla similitudine inumbrante.

233, 43. Τὴν Ἀσίην τῇ Εὐρώπῃ ποιεῦσι ἴσην.] MS. ποιεύντων. Id satis apparet dictum, ut 1, 89., οἳ λεγόντων πρὸς τοὺς ἐκφέροντας *qui dicant*, prout similia collegit Æm. Portus in v. όντων ubi ex Herodoto novit ἐχόντων, κτεινέσθων, πασχόντων. 7, 235. Φοβεόντων τοὺς Λακεδαιμονίους. Item Suidas in Φρονούντων. Itaque verti et intelligi debet Herodotus: *Qui et Oceanum pingunt circumfluere, et terram esse orbiculatam velut ab torno, Asiam quoque Europæ faciant æqualem.* Nam ut hoc nunc simul fatear, verbum γράφειν omnino de pingendo intelligi debere opinor, non scribendo, ut intellexit Valla: nec enim tunc exstabant etiamnum tot volumina scripto explicantia cursus marium ac terrarum, sed in tabulis pingere per colores gestiebant, ut patet ex Agathemero, prout etiam *picta Manethonis astra* explicui in Paulino, quoniam quidquid ab Manethone versibus erat scriptum, solebat in eadem pagina coloribus diversis appingi, ut spectaretur coniunctio vel separatio Planetarum, et inde opera eorum; prout etiam exstare dicitur Oppianus in Biblioth. Regia cum animalium, de quibus in scripto agitur, imaginibus. Neque id eripiet mihi homo insulsus, quem nominare dedignor, et cuius humanitati bellum indixi, si sciat docere verbum pingere etiam intelligi de scribendo. Quis supponi debet illud nescire, nisi aliquis ipsi similis, plane fraterculus lente gradientis aselli, quum ante sæcula fuerit hæc materies Hermanni Hugonis, cui unum exempluni tunc suffecit non necesaria esse plura iudicanti. Qui plura posthac adstruxerunt, eodem ineptiæ morbo laborarunt, quo hic pravus Manethonis spectator. Exarabatur enim Manetho ad rationem eorum, qui loca cœli omnia dispositis signis ornata locarunt, teste Lucretio, quod ut huic exemplari, quod Florentiæ est, non contigerit, et tantum calamo ducta sint quædam et verbis expresa, imputari debet vitio temporis, quo confectum est exemplar. Quod quum ex certo scripti antiqui indicio notum habeam, gratulor illud a me suppressum esse, ut sic ista harpyia id involare non potuerit, nihil adferens de Manethone, nisi quod a me habet, sed non iam ita ridicule ingenuus, ut in Livio et Gellio, quod satis fatuum. 925

233, 44. Καὶ οἵη τις ἐστὶ.] Valla *et quanta sint.* Rectius ad Græca Stephanus *et quales sint.* At non agit nunc de natura et qualitate regionum. Et certe quum Stephanus id in ora sustinuit apponere, debuit pariter monstrare, cuius regionis qualitatem Herodotus per sequentia demonstret; certe ab illis quæ scribit, longe alio modo illud οἷος et οἵη ab auctore adhibetur, ut in fine capitis quadragesimi. Cæterum ut scias Vallam non egisse leviter, et ut omnia conveniant, corriges ex optimo MS. καὶ ὅση τε ἔστι. Sic enim in eo legitur.

234, 3. Τὸ πρὸς ἑσπέρην.] MS. ἑσπέρης. Sic et mox τὰ δὲ πρὸς νότου, non νότον. Immo et versu 24. huius paginæ rursum τὰ πρὸς ἑσπέρης.

234, 9. Μαριανδηνῶν.] Sic edunt omnes, et tamen in Latina volunt *Mariandyni.* et cur non ibi quoque exprimendus Herodotus? Sed vetustissimus et optimus codicum MSStorum huius historiæ tantum habet Μαριανδύων, quod edidi, ut inde splenderet magis perspicacia Doctiss. Holstenii unice reponentis Μυριανδηνῶν, ab Myriandro urbe ibi satis nota et celebrata. Hæc certe est palmaria restitutio, nisi codex unicus clare monstraret Μυριανδρίων.

234, 10. Πρὸς Φοινίκην.] MS. Φοινίκῃ, ut 3, 111. Πρὸς ἀποκρήμνοισι οὔρεσι.

234, 22. Παρά τε Συρίην τὴν παρὰ τὴν Παλαιστίνην.] Quæ erit illa Syria, quam his verbis prorsus incondite creditur describere noster auctor? Omnino apparet Vallam fuisse satis asperum in examinando, et hinc prætermittendo, quod iudicabat non esse huius ingenii. Quippe plus in his est, quam dedit Herodotus errore opinor editionum, quarum sordes abluere postea nequiverunt. Optimus MS. egregie tantum παρά τε Συρίην τὴν Παλαιστίνην, ut solus legit Valla, et intellexisse dicendus est.

234, 25. Τῆς Ἀσίης ἔχοντά ἐστι.] Vox ultima abest ab MS. Prorsus eadem epilogi ratione, qua statim ante αὕτη μέν νυν ἡ ἑτέρη τῶν ἀκτέων.

234, 35. Ἡ ἀκτὴ αὕτη ξεινὴ ἐστι.] Certe non circa omnem Ægyptum angusta est; sed quia sequitur mentio ξενοῦ τούτου, debebat eius appellatio antecedere, quasi non satis declarati in numero orgyiarum. Sed vide. Pro his in MS. legitur ἡ ἀκτὴ αὕτη ἐστὶ ἡ ἐστὶ· quod agnoscis qua occasione corruptum sit, et genus scribendi vere aliquid Herodoteum, et extra ineptias fallacium istorum sapientium. Nam pari locutionis modo utitur auctor cap. 50. Ἴστρος τοῦ μὲν χειμῶνος ἐστὶ ὅσοσπερ ἐστί.

234, 49. Διώρυχα τὴν ἐκ τοῦ Νείλου διέχουσαν ἐς τὸν Ἀραβ. κόλπον.] Hic locus est quem innuebam sub numeris 72, 38. Nam quum sic edant, optimus MS. redigit hoc compositum ad simplex, et ἔχουσαν modo probat, non διέχουσαν.

235, 5. Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης.] Vox media non conspicitur in MS. et toties facta est mentio ma-

ris Rubri, etiam ſine isto participio, ut eo iam opus non ſit, nec minus tædii ſit in legendo, quam in ſcribendo.

235, 12. *Περιπλώοντες ἐς τὴν Λιβύην.*] Particula *ἐς* omnino ſupervacua est, vel potius vitioſa; nec legitur in MS. Utique mox ſequitur *οὐ περιέπλωσε Λιβύην.*

235, 26. *Ἐς ὃ ἂν ἀφίκηται.*] Sic legitur in Mediceo, tanquam voluerit Herodotus non pro parte ſe ſegregare ab Ionismo, ſed prorſus eum deſerere; et ſicut inceperat *ἐς ὅ*, ita ſtrenue progredi edendo *ἀφίκηται*, non *ἀπίκηται.*

235, 41. *Καταλιπόντες τὰς πόλιας.*] MS. *λείποντες.*

235, 45. *Οὐ δυνατὸν ἔτι εἶναι προβαίνειν.*] Verbum ſubſtantivum ab MS. abest. Et deinde *οὐ οἱ συγγινώσκων*, non autem *οἱ οὐ συγγ.*

236, 10. *Καὶ δὴ καὶ Σκύλακα.*] MS. *καὶ δὴ Σκύλακα.*

926 236, 32. *Λιβύη μὲν ἐπὶ Λιβύης λέγεται ἔχειν τοὔνομα.*] Quum congererem ea, quæ habentur ſub numeris 6, 34., non ſuſtinui adſeverare libere, quod in Herodoto cernere nullus poterat. Nam in hoc etiam loco legebatur *ἀπὸ Λιβύης*, ut de eo dubitari non liceret: at abhinc exſtabit, prout prima manus voluerat, et quod cuſtoditur in codice Mediceo, quod in citatione adhibui, ſicut etiam mox *ἐπὶ τῆς Προμηθέως γυναικὸς*, et *ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῆς Προμηθέως Ἀσίης*, item *ἐπὶ Ἀσίεω*, non ut *ἀπὸ* prorſus expellat, ſed mixtum poni oſtendat. Id quod ita repetitum occurrere deprehendes in cap. 107. *ἐπ' ὧν καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι.* Ita cap. 149. vicina cernes. *τῇ δὲ νήσῳ ἐπὶ τοῦ οἰκιστέω Θήρα ἡ ἐπωνυμίη ἐγένετο. Ἐπὶ τοῦ ἕπεος τούτου τὸ οὔνομα ἐγένετο. Ἐπ' οὗ Αἰγείδαι καλοῦνται*, perinde ut vulgo exſtat in capite 184. *Ἐπὶ τοῦ οὔρεος τούτου ἄνθρωποι οὗτοι ἐγένοντο ἐπώνυμοι*· et 7, 161. et 74. Adde et 7, 58.

236, 48. *Ἐκ Κρήτης δὲ ἐς Λιβύην.*] Quæ hæc arcana hiſtoria ſit, quæ Europam ex Creta deinde extuliſſe referebat in Africam, non facile dixerim, et animadverto hunc locum ab viris doctis derelictum, quum ad vicina guſtanda ſane accesſerint. Magis mirum est magisque arcanum, quemadmodum homines futiles Herodotum potuerint inſcribere tam fictæ hiſtoriæ, quum ſcirent eum ſcripſiſſe *ἐς Λυκίην*, prout teſtatur omni fide dignisſimus codex Mediceus. In hoc igitur ſe quisque exerceat, ut ex Herodoto omnia falſariorum ſigna deleantur.

237, 5. *Σοφίης πέρι* &c.] Animadverterunt hæc viri docti, adeo ut Herodotum ex diametro pugnare cum Apuleio ſtatuat Io. Pricæus, qui in Apologia *Socordisſimos Scythas* dixit, ut inde cenſeat Herodotum intellexisſe unam eorum gentem ita proprie vocatam, quam Scymnus Nomadicam appellasſe videatur. Ita ille pag. 75 et 76. Sequitur Alex. Morus ad quædam loca N. F. pag. 231., ubi et Herodoti hunc locum et tandem Apuleii producens, ſed Pricæum ignorans, monet *ἐντὸς τοῦ Πόντου* verti non debuisſe *circa Pontum*, quod certe non fecit Valla, *σοφίαν* et *λογιότητα* reſpiciens ita, ut parum ſerio locutus esſe videatur auctor. Qualiacunque hæc. Illud mirum, quod voces *ἀποφυγέειν τε μηδένα ἐπελθόντα ἐπὶ σφέας* intelligat *nemo eorum qui in ipsos incidunt, posſit effugere*, quum alludatur ad eventum Cyri, et quem mox relaturus est, Darii, dicatque neminem, qui bello eos aggrediatur, et ideo in fines eorum auſit transire, effugere.

237, 15. *Ζώοντές τε μὴ ἀπ' ἀρότρου.*] Poëticum nimis, et recte cum Stephani codicibus Mediceus MS. *ζῶντες μὴ ἀπ' ἀρότου.* Nec dubito id ipsum quoque exſtare in cod. Arch. et E. quamvis ex eis in editione Th. Gale ſit exhibitum *ἄρτου.* Ac dein *προσμίσγειν*, non *προσμίγειν.*

237, 21. *Πιώδης τε καὶ εὔυδρός ἐστι.*] *Uliginoſa ſua ſponte* vertit Valla. Sed et aliæ ſimiliter uliginoſæ reperiuntur, quæ tamen tale quid non permittunt. Corrigendum est necesſario ex MS. *ποιώδης herboſa*, ut huius libri cap. 53. *Σπόρος τε παρ' αὐτὸν ἄριστος γίνεται πολύ τε.* Et 58. *Ἐστὶ ἐπιχυλωτάτη πασέων ποιέων.* Et 120. *Τὴν πολὺν τε ἐκ τῆς γῆς ἐκτρίβειν.*

237, 43. *Διὰ μέσου τουτέων ῥέοντες.*] Quaſi ob inopiam et tenuitatem aquæ non mererentur id verbum, teſtatur MS. codex Herodotum edidisſe *διὰ μέσου τούτων ἰόντες*, a quo etiam bis appellatur *Ὀρδησσὸς*, non *Ὀρδισσὸς.*

237, 49. *Καὶ Τίβησις.*] Ita citat quoque Vosſius ad Melam pag. 37., ut opinor, perperam, quum manifeſte in MS. perhiberetur *Τίβισις*, ut ſtatim *Ἄθρυς*, et *Ἀρτάνης*, non *Ἄθρης* et *Ἀτάρνης.*

238, 3. *Μέσον σχίζων τὸν Αἷμον.*] MS. *μέσος*, ut malunt istud adiectivum transferre in id quod facit, quam quod patitur.

238, 8. *Ἴστρος διαδέκεται.*] Vix capio, quo pacto notionem huius verbi ad fluvios confluentes detulerint. Certe in hoc loco optimus MS. *Ἴστρος δέκεται*, qui quum ita approbet lectionem Cod. Arch. ab Th. Gale editam, qui et ipse iudicabat id præſtare, merito ſic reſtitui.

238, 9. *Καὶ ἄλλος Ἄλπις.*] Hic quoque MS. ſubiungit *ποταμὸς.*

238, 10. *Καὶ οὗτοι ἐσδιδοῦσι.*] MS. *ἐκδιδοῦσι.*

238, 12. *Ἔσχατοι πρὸς ἡλίου δυσμέων μ. Κ. οἰκέουσι τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ.*] Citat hunc locum Ez. Spanhemius ad Callimach. pag. 436., ſed ita, ut particulam *τῶν* neglexerit, unde interpretatur *qui in Europa ad Solis occaſum extremi ſunt post Cynetas*, quum Herodotus diſerte ſcripserit, ut intelligeretur populorum in Europa extremos esſe. In quo ſibi conſtat hic ſcriptor, qui exhibuerat iam 2, 33. *Κυνησίοισι, οἳ ἔσχατοι πρὸς δυσμέων οἰκέουσι τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατοικημένων.* Quem locum neſcio cur non citare maluerit, utpote in Herodoti lectione prius occurrentem. Sed hinc patent ſtudia eius viri, cui forte fortuna locus libri quarti obvenit, ut inde omitteret, quod liberet. Sed est aliquid inexſpectatum in exemplari Mediceo, dum retinet *πρὸν ἡλίου δυσμ.*

238, 18. *Ὁ Νεῖλος πλήθει ἐπικρατέει.*] Forſan ita ſæpius loquitur hic auctor. Verum hoc loco legit optimus MS. *ἀποκρατέει.* Et hoc ipsum utique compoſitum ſic uſurpatur cap. 75. *Ὡς τε Ἑλληνικὴ οὐδεμίη ἂν μιν πυρίη ἀποκρατήσειε.*

238, 20. *Ἐς πλῆθος οἱ συμβάλλεται οἱ.*] Iocoſum plane; et quis eos docuit ita Græce loqui? Quid dicas aliud, quam Herodotum pro nugatore habitum? Sed ſcias poſterius *οἱ* non esſe in MS. Mediceo. Non enim 927
intelligo, quod notat Th. Gale [utrobique omittit codex Arch.] Id quippe fieri non debet.

238, 36. *Ποταμῶν τοῖσι Σκύθῃσι.*] In optimo MS. non est vox media. Et de Hypani deinde *ὁρμᾶται ἐκ Σκυθικῆς* omisſa vocula *μὲν.* Nempe quoniam ſemel uſurpaverat paulo ante in Tyre, nunc quoque id feciſſe debuit.

239, 5. *Ἑξάμπαῖος.*] Quod nomen iterat cap. 81., et tum hic, tum illic ita id confirmat certe fides codicis Medicei, ut flocci fieri debeat imperium Vosſii, quum in notis ad Melam utrobique ſtatuit reſcribendum *Ἑξάμπεος.*

239, 9. *Ποταμὸς ὅς ἐστι τε.*] In MS. illud *ὃς* deſideratur, ut pro fluvii magnitudine utatur velut abrupto ſermone, qui talem materiam decet.

239, 15. *Νομάς τε καλλίσας καὶ εὐνομιδεςάτας.*] Quid hoc ultimum vocabuli ſit, non comprehendo. Et inhæſit auctori huic ab primis editionibus, ut certus quaſi Portus ſcribat [Herodotea locutio. Paſcua pecoribus accommodatisſima] Nec melius expectes ab Stephano, quippe cuius et ipſius verba ſunt [*Εὐνομιδεςάταιι νομαὶ κτήνεσι* ex Herodoto affertur pro paſcua accommodatisſima pecoribus.] prout ſcripſit in Thes. Scilicet quia huic voci inſunt literæ *νομι*, ea aurigare debent ad Græcum aliquid paſcua deriotans. At quæſo quæ iudicii ſanitas tolerare vel vocem vel ſenſum talem potest, ubi continenter antecesſit *νομὰς καλλίσας*, hoc est, prorſus idem. Non est hic loquendi modus, nec ulla politura ingenii. Melius de nobis meritus est Herodotus, quam qui in tantis ſordibus conſeneſcat: certe non ulterius, quoniam iuvat nos codex Mediceus, teſtans Herodotum ſcripſisſe *εὐνομιδεςάτας*, hoc est, velut cum cura cultas. Quam potuisſet hinc illuſtrare Herodotum Stephanus, qui in Theſauro nequivit omittere Heſychium ſcribentem *Εὐνομιδὴς, εὐηγμένος, εὐκόμιστος, ἐν ἐπιμελείᾳ*? Rite vides id annotatum ab Heſychio: rite vides illuſtrari inde Herodotum, optimamque ſententiam dari huic loco.

239, 17. *Ἀρίστους διακριδὸν καὶ πλείστους.*] Copulativa in MS. non exſtat.

239, 37. *Ἱρὸν Δήμητρος ἐνίδρυται.*] Si modo id verum est. Nam quomodo illic potest esſe templum *Δήμητρος*, ubi ne coli quidem eandem pro Dea legimus, nec vel auditam. Ipse Herodotus mox dicet, nonniſi Veſtam, Iovem, Tellurem, Apollinem, cœleſtem Venerem, Martem, Herculem et Neptunum in cœleſtium numero haberi apud Scythas. Quis locus igitur isti *Δήμητρι*? Sane etiam in MS. perſpicue legitur *ἱρὸν Μητρὸς ἐνίδρυται.* Quid? Immo verum reor *ἱρὸν Μητρὸς*, id est, per excellentiam Matris Scythicæ aut Veſtæ, quam vidimus nominari infra capite 127. Sed hanc utique Veſtam intelligi necesſe non est, quum et in ſingulis regionibus iam didicerimus ex inſcriptionibus certis Matribus, ut appellant, divinos honores datos, unde patet palmariam hanc esſe reparationem. Utique cave cogitare de Cybele, quam ne-

neglexerunt Scythæ, ut patet ex cap. 126. et ſeq. Poſſet alioquin et Tellus intelligi; ſed et ab ea est hæc Mater diſtincta.

239, 42. Ἀπὸ βορέω τε καὶ ἐκ λίμνης.] Particula καὶ non est in MS.

240, 17. Ἐπιχωλωτάτη πασέων ποιέων.] Ut quidem exponitur in editionibus, quas vidi; quum Henr. Stephanus in Indice Theſauri ſub voce Ἐπίχωλος addat [At in v. l. Aridus. Et ἐπιχωλοτάτη ποίη gramen aridiſſimum] ut appareat diuturnam et tetram nimis cœcitatem hic dominatam fuiſſe, præſertim ſi adhibeatur quoque Lexicon Porti abſinthia ſua miro colore commendantis. Si ab vulgata lectione tranſivisſent ad ἐπιχλοωτάτη, potuiſſet aliqua venia editoribus dari, quorum ſocordia certe reſtituti huius loci palmam præbuit Tan. Fabro, ut ego quidem opinor, in Epiſtolarum Criticarum tertia decima, recte cogitanti, dum effert ad ſuum Petavium illic εὐχιλωτάτη, ut ad χιλὸν reſpiciatur, quod unice verum est. Sed quod præpoſitionem, hoc est, primam ſyllabam vocis mutet, id ſine cauſa facit, quum licet εὔχιλος notum ſit lexicographis, certe ἐπίχιλος perinde probari debeat, ut ſic exprimens, quod confert ad chilum et ſuccos.

240, 26. Οἱ δὲ καλεόμενοι βασιλῆϊοι.] Vox tertia non legitur in MS. quam nec credibile est nunc adhibitam ab auctore, qui iam ante dixit τήν τε τῶν Νομάδων χώρην καὶ τὴν τῶν βασιληΐων Σκυθέων. Statim οὐνομάζεται habet MS. non ὀνομάζονται. Recte: non enim hoc verbum reſpicit niſi unam Veſtam: quod ſequitur, habet ſuum καλεόμενος.

240, 31. Ἀρτίμπασα.] Non aliter ſane Heſychius, Ἀρτίμπασαν οὐρανίαν Ἀφροδίτην ὑπὸ Σκυθῶν. Ubi neſcio a quo cœco auctore ſubnotari videas Ἀρτίμβασαν legere Herodotum, quod fruſtra ponitur, nec ex vero, quum nullam editionem ab vulgato cernam diſcedere. Attamen MS. habet Ἀρίππασα quod unice credo ab Scythis fuiſſe pronunciatum, et ab Herodoto nunc referri haud dubie ab Scythis bene auditum. atque etiam Θαμιμασάδας, non Θαμιμασάδης, etſi eadem forma cap. 80. ſic editur Ὀκταμασάδης.

240, 35. Ἑρδομένη δὲ ὧδε.] MS. ἑρδομένη ὧδε ut cap. 72. ὧδε ἀναβιβάζοντες. Et deinde ἐμπεπεδισμένος τοὺς ἐμπροσθίους πόδας ſine vocibus τοὺς δύο. Illa in participio mutatio, qua liber ſcriptus refert ἐμπεποδισμένος pro neutro ἐμπεπεδισμένον, licet antecedat ἱρήϊον quo- 928
que neutrum, est notabilis, et videtur relata ad intellectum βοῦς aut ſimile.

240, 47. Ἔπειτα δ' ἐσβάλλουσι.] MS. ἔπειτα ἐσβάλλουσι.

240, 48. Λεσβίοισι κρητῆρσι.] Itane Herodotus nobis tradit istam delicatam inſulam hoc habuiſſe, ut ſuo placitiſſimo vino proprium genus crateris invenerit, diſconveniens Græcis reliquis? Id ſingulare ei debemus? Immo etiam in tanta peregrinatione inter crateres ubique uſurpatos nonniſi Scythicum et Lesbium convenisſe notavit? Curioſe admodum. Vix crediderim, et aliud latet, unde admiranda bonitas libri Medicei agnoſcitur, in quo est Λεβίοισι. Ita patet hunc locum esſe, unde Grammatici habent Λέβια.

241, 27. Ἄνδρα ἕνα βύουσι.] Vox ἕνα non est in MS.

241, 37. Τῇ ἂν πέσῃ κέεται.] MS. κέαται. Sic quoque mox διακέαται.

241, 48. Λαβόμενος τῆς κεφαλῆς ἐξίει.] Sic et MS. Sed in margine ἐκαείει, quod est interpretis *excutit*.

242, 3. Τὸν ἂν αὐτὸς ἐλαύνῃ.] MS. τὸν αὐτὸς ἐλ. Et mox ἔχῃ, non ἔχοι.

242, 9. Καὶ διατείναντες αὐτοῖσι ὄνυξι.] Quid intellexerit Herodotus per duo ista priora, nequeo dicere. Et licet; quia nec Valla, nec eius corrector Stephanus in interpretando auſi fuerunt attingere. Etſi cur Herodotum nomino? immo illi, qui invitæ Melpomenæ ea intruſerunt. Certe quum Valla id præterierit in interpretando, ſuſpicari licet in isto codice, quo utebatur, id participium non extitisſe. De quo ut minime ambigas, nunc teſtor in MS. Mediceo non exſtare, ut laudandi ſint interpretes et dedecus ſit edentium, quum recte ſequantur infra ſuo loco.

242, 16. Κεφαλὰς οὔτοι πάντων.] MS. κέψαλὰς οὔ τι πάντων.

242, 21. Ἦν δὲ πλούσιος.] MS. ἦν δὲ ἢ πλούσιος, prorſus repetens, ut præmiſerat, ex more ſuo.

242, 24. Ἤν τις ἐπικρατήσῃ.] MS. ἢν ἐπικρατήσῃ. Hæc tria ſi conſideres, deprehendes ſic longe ex MS. venuſtiora.

242, 28. Ταύτην τὴν ἀνδραγαθίαν λέγεται.] Intolerabilis pravitas. Lege ex MS. λέγοντες, quomodo videtur legiſse interpres. Nec obest numerorum varia-tio. Hoc certe participium comprehendit de variis caſibus dicentes.

242, 36. Ὅσοι δὲ ἂν αὐτῶν.] MS. ὅσοι δὲ αὐτῶν.

242, 45. Αὕτη μέν τοι ἡ μαντικὴ πατρωΐη σφι ἐστί.] MS. αὕτη μέν σφι ἡ μαντικὴ πατρωΐη ἐστί.

242, 49. Φιλύρην τρίχα σχίσῃ.] MS. τρία, quod confirmat ipse Herodotus, 7. 121. τρεῖς μοῖρας ὁ Ξέρξης δασάμενος πάντα τὸν πεζὸν στρατόν.

243, 19. Ἦν δὲ οἱ ἐπελθόντες.] MS. καὶ ἢν δὲ οἱ ἐπελθ.

243, 23. Ἀπολλῦσι δὲ αὐτούς.] MS. ἀπολλῦσι δῆτα αὐτούς.

243, 24. Ἀμαξαν καμάρης.] Mirifice dictum. Sed in MS. vox καμάρης non apparet.

243, 34. Τοὺς δ' ἂν ἀποκτείνωσι.] MS. ἀποκτείνῃ.

243, 39. Τύψαντες ὑπέατι ἢ ἐπιταμόντες.] Tanquam quæ duo ſunt valde vicina, et certe primariæ actiones ad eliciendum ſanguinem; prout etiam Valla interpretatur *percutientes cultello aut incidentes gladio*. Verum unde potuit Valla noviſſe vocabulum Græcum ὑπέατι esſe par Latino *cultello?* Utique ſtatim post hinc oſtendit Stephanus ſe offenſum, et iam ante illum alii, quos teſtatur vocem Græcam ſuſpectam habuiſſe, nec quid ipse cenſeat, unum verbum hiſcere audet, Voſſio etiam teſtante viros eruditos neſcire quid illud ſit, ideoque σπάθῃ reponere. Similiter Portus novit, quibus vocabulum hoc de mendo ſuſpectum videatur; apud nullos enim alios ullum huius vocis veſtigium reperiri: adeo nihil auxilii ab ipso adfertur. Ita res hæſit, donec Voſſius in notis ad Melam ſuſtinuit profiteri ὀπέατι ſcribendum, et ὄπεας esſe idem, quod in Polluce ὀπήτιον, quod quamdiu ante Voſſium ediderat in Theſauro Stephanus, ſed immemor Herodoti? Ita hucusque venimus. Ego tamen non mutavi vocem ὑπέατι, tum propter fidem codicum antiquorum; tum quidquid hoc ſit, nihil aliud præſtitit Voſſius, quam quod in Gloſſariis Bonav. Vulcanius ad col. 205.; ubi quum legeretur *ſubula ὑπήτιον, περόνη*, illic corrigit ὀπήτιον, quod occurrebat pagina antecedente et hinc facile alludebat memoriæ, ut et col. 270. quum tamen Salmaſius in Plinianis p. 916. non dubitet ex Veteris Grammatici capite de ferreis inſtrumentis citare Ὑπήτιον *ſubla*, qui p. 223. attulerat ſubula ὀπήτιον. Etiam quoties et illic et in aliis ſcriptis reperiuntur mixta ο et υ pariter in Græcis ac Latinis? Quod taceri non debet, lector hinc animadvertet ab hac manu venisſe, quod in ſecundam editionem Etymologici Voſſii additum et inſertum est ad vocem Subula [Suba, Subula, ab ὀπή, ὀπέας et ὀπήτιον.]

244, 6. Τρίχας περικείρονται, βραχίονας περιτάμνονται.] Horum omnium nihil confirmatur ab MS. exemplari, unde univerſa abſunt. Sane quod ad alterutrum attinet, fieri non potuit, ut brachia utraque amputarentur, ista βραχίονας περιτάμνονται integre intelligendo et nihilominus ſiniſtram manum ſagittis traiicerent, nempe cadaveri annexam; ita ut poſterius aut certe falſum ſit, aut ſequentia intelligi debeant de manu ſiniſtra ab cadavere dirempta et prope cadaver alicubi poni ſolita. Potuerunt interim aliquid conceſſiſse in loquutione quam citavi. Sed ſatis in his mihi videtur auctoritas tanti documenti ex Etruria.

244, 38. Ἀναβιβάζουσι αὐτούς.] MS. ἀναβιβάζονται.

244, 40. Ὑπέχουσι τοὺς ὤμους τῶν ἵππων.] MS. ὑπερ- 929
έχουσι.

244, 47. Ἀναβιβάζουσι ἐπ' ἵππων.] MS. ἐπὶ τὸν ἵππον.

245, 7. Ἐν ἀμάξῃσι κειμένους.] MS. ἐν ἁμάξῃ κειμ.

245, 38. Καὶ ἔπειτα ὑποβάλλουσι τὸ σπέρμα ἐπὶ τοὺς &c.] Nimium iners fuit Valla in interpretanda hac parte et proxime antecedente, quam utramque et bene diſtinctam ille compreſſit in unum et nimis arctum *ſub pileis occulunt ſupra lapides igne perſpicuos*, nec indicat ubi ſint illi, qui id faciunt. Sed neque bene commorantur ὑποβάλλειν et ἐπὶ λίθους. Quin etiam ſupra lapides non ſolent res occuli. Videtur ab corruptis Græcis irritatus fuisſe, ut in tenebris voluerit micare et licentia ſua ſtrenue abuti in ordine dictorum Herodoti mutando. Nam præclare ſubveniens optimus MS. habet ἐπιβάλλουσι, unde univerſa narrandi facies mutatur in clariſſimum ſenſum, quem conatus ſui exprimere, quippe veriſſima reſtitutione.

245, 39. Παχὺ ἐὸν καταπάσσονται.] Quod Stephanus in ora poſuit καταπλάσσονται, probat quoque Mediceus codex, et accedit conſenſus cod. Arch. apud Th. Gale, ut id pro vero haberi debeat. Sed inſuper, quod illi tacent, in optimo illo MS. interponitur vocula παχὺ ἐὸν καὶ καταπλάσσονται, non ut habeat vim copulativæ, quæ nulla requiritur, ſed contrahendæ dictionis: neque enim opinabatur quisquam ſe

auditurum biduo illis oblitam faciem et corpus geri; videbatur sufficere, si dicerentur ad momentum fricare et linere cutim. Sed non ita est: dicit ergo illud densum sane etiam inducunt per cutim corporis ac faciei.

245, 42. Τὴν καταπλασὴν.] Hinc Stephanus in Thesauro [Sed et καταπλασὴ ex Herodoto affertur pro medicamento.] Solertior fuit Portus, qui de hac voce nihil protulit. Nos autem confisi et fide et, quam merito inde sibi spondet, auctoritate vetustissimi exemplaris legendum iudicavimus καταπλασὶν, et hac quoque nunc demum renata voce Græcam linguam ampliamus. Neque enim aliter considerari potest hæc vox, quam λήϊσις, qua utitur 5, 6. κτισὶς alibi, utraque etiam satis rara, ut notior est ὀρχησὶς et similia.

245, 45. Ἑλληνικοῖσι δὲ ἤκισα.] MS. Ἑλληνικοῖσι δὲ καὶ ἤκισα, in quo est sua vis. Deinde πλέων δὲ δὶ Ἑλλησπόντου, quod est necessarium, et fortasse aliquid omissum est in relatione Th. Gale, scribentis in Cod. Arch. esse πλέων δ' Ἑλλησπόντῳ.

246, 12. Ἐκδησάμενοε ἀγάλματα.] Quam infeliciter iactatus fuit hic locus, antequam illuceseeret hæc serenitas literarum, quam heroica certe pectora elegantium virorum pepererunt? Sufficit audire notam Stephani [Legit Valla ἐκδυσάμενος, pro ἐκδησάμενος, pro quo perperam legitur in vulg. edit. ἐπιδημησάμενος.] Vidit ergo Stephanus quoque in MSStis id quo nunc utimur; sed quia id non intelligebatur, ecce duas mutationes omnino non nauci. Verum id Stephanus perinde ut priores cognoverat, ut tantundem cerneret. Portus latitat. Sed vehementer me fefellit Th. Gale, qui in splendida luce iam versans noluit plane verum perspectare, adeo ut notet [Verte, *appensis collo simulacris.* intelligit Cymbalum et tibiam &c. Vide Cl. Alexandrinum de Anacharsi. Sunt apud Herodotum Ἀγάλματα sensu latiori, ea omnia, quibus quis oblectatur, deorum ἀθύρματα] Sic dum voluit acumen Is. Vossii tacite imitando ad se transferre, quod 2, 26. usurpatum inepte iactabat ad Melam 2, 1, 61., præcipitat se ex cursu, quem feliciter inceperat tenere. Et tamen diu ante iam produxerat illos primarios Galli Matris Magnæ ornatus, quos Græci vocabant προσηθίδια καὶ τύπους, excellens illud studiorum decus Henricus Valesius, quod obscure interpretatus fuit Livius *cum insignibus.* Nam et hunc adposuit Valesius, quem etsi nominet fraudulentus ille Suidæ in Cantabrigia editor, tamen et omnia, quæ habet magnus ille vir, recoquere quasi sua essent, veritus non fuit. Sed plena lux exorta est per clarissimæ et doctrinæ et peregrinationis virum Iac. Sponium, postquam in Miscellaneis Eruditæ Antiquitatis pag. 151. exhibuit publico aspectui istam Laberiam Feliciam Sacerdotem Maximam Matris Deum M. I. cum dependentibus ab humero utroque tum vittis, tum capite, plane ut videas προσηθίδιον, et serta tenentem manu sinistra, ut dextra adoleat. Id quod adeo minus mirari nos oportet, quia diu antea iam notatus fuit ab viris doctis casus Apuleii ob gestatum Mercuriolum, unde ipse scribit in Apologia: *Hiccine est sceletus? Hæccine est larva? Hoccine est quod appellitabitis Dæmonium? Magicumne istud, an solemne et commune simulacrum est?* Sicut et Matris Magnæ sacra eximie culta in ista urbe Cyzico inprimis docent nummi istius urbis, istam Deam multi præferentes, quem ex Strabone confirmant.

246, 25. Ὑπὸ τοῦ ἀδελφιδεοῦ ἀποθανὼν.] Interpretes quoque *a patruele fuisse interemptum.* quod an ab Valla ipso etiam venerit, ignoro, qui primam versionis eius editionem non habui. Sed valde hic commoveor; quia deprehendo apud Aldum et Hervagium non legi ἀδελφιδεοῦ, sed ἀδελφεοῦ, ut ex Stephano solo sit prognatum istud prius, nec scio utrum ex MStis nec ne; quum interim omnino sit legendum ἀδελφεοῦ. Id constat ex ipsa Herodoti genealogia, qui dicit Anacharsin fuisse πάτρων Ἰνδαθύρσου. Quod si fuit patruus Indathyrsi, pater vero Indathyrsi fuerit Saulius; certe Saulius debet fuisse frater Anacharsidis, a quo Saulio etiam interfectus Anacharsis. Cæterum liber MS. Mediceus non vocat illum Ἰνδάθυρσον, sed Ἰδάνθυρσον, quod tanto magis genuinum existimandum puto, quanto propius accedit ad eiusdem nominis formationem, quam alii inde constituerunt *Iancyrus*, omissa litera δ. Adde Th. Gale. Præterea idem MS. Timnem non facit tutorem τοῦ Σπαργαπίθεος, sed τοῦ Ἀριαπείθεος, quod nomen etiam infra custodit circa historiam Sculæ, qui dicitur illic ὁ Ἀριαπείθεος, et sic per omnes casus, quum Spargapithes tantum cognitus sit ut Lyci pater, avus Gnuri; ac postea rex Agathyrsorum, interfector Ariapeitheos.

930

246, 28. Ὑπὸ τοῦ Σκυθ. βασιλέος.] MS. ὑπὸ τῶν Σκυθέων βασ. Recte, si cognoscebatur bene ipse ille Rex, a quo erat missus. Alioqui ex hac varietate videretur sequi ὑπὸ του τῶν Σκυθέων βασιλ. *ab aliquo Scytharum rege.*

246, 32. Ἀσχόλους εἶναι πρὸς πᾶσαν.] Gregorius Nyssenus Homil. 3. in Canticum Canticorum amat dicere οὐκέτι περὶ τὴν πλύσιν τῶν ἱματίων ἄσχολος ὤν, et πᾶσα ἡ περὶ τὴν γῆν ἀσχολία. Quum interim neutro forsan usus fuerit Herodotus, quippe testatur eum scripsisse optimus MS. εἰς πᾶσαν.

246, 35. Ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων.] MS. ὑπ' αὐτῶν Ἑλλ.

246, 37. Οὕτω δή τι ἔπρηξε.] Id interpretabatur Valla *et ipse quidem ita egit*, ubi plane omittitur τι pro quo Stephanus malebat *et huic quidem talia contigerunt*, ubi perinde negligitur. Et miror rationem horum hominum, ut magis solliciti sint de versione, quam de eo quod interpretantur, quodque prorsus demonstrant se non intelligere. Omnino enim nullam habent Græcismi rationem, qui vulgatum istud valent tolerare, et πρήσσειν in hoc usu de fatali casuum et actionum vitæ eventu nequit ferre voculam τι, ut neque fit aliis locis, ut 2, 172. Ἤδη ἂν ἔφη λέγων ὁμοίως αὐτὸς τῷ ποδανιπτῆρι πεπρηγέναι· 3, 25: Ὁ μὲν ἐπ' Αἰθίοπας τόλος οὕτω ἔπρηξε. Sic apparet illud τι mittendum in malam rem. Et sane tantum legitur in optimo MS. οὕτω δὴ ἔπρηξε.

247, 21. Οἰκιά τε ἐδείματο.] MS. καὶ οἰκιά τε ἐδείμ. Sic et mox τήν τε πέριξ, ubi vulgo τὴν πέριξ. Utraque recte.

247, 32. Τουτέων εἵνεκα.] MS. certe venustius τούτου εἵνεκα.

247, 37. Διεπρήσευσε τῶν τις βορ.] Hinc notat ita H. Stephanus. [Διαπρησεύω indicium defero. Affertur enim ex Herodoto διεπρήσευσε πρὸς τοὺς Σκύθας, pro indicium detulit Scythis, indicavit.] Non dissimilia sunt, quæ attulit Portus [Valla, *Scythis quidam indicium detulit.* Sed fortasse τὸ διαπρησεύειν, quod a διαπρήσσειν deductum videtur, idem significat. Scilicet pertransire, percurrere. Quare locus hic ita vertetur, *Quidam ad Scythas transiit, profectus est, ivit.*] Nihil ipse adfero. Sed ista puerilia sunt, et sine damno potuerant supprimi. Verum MS. Mediceus habet simplex ἐπρήσευσε· quod mihi videtur illustrari posse per πρησῆρα, qui inter cætera notat σφοδρὸν ἄνεμον, ut rarissimo verbo coactus fuerit uti ad Borysthenitæ istius desiderium notandum et cupiditatem, qua ille velut vento actus festinavit ad Scythis exprobrandum eosque vituperandos in rege ipsorum.

247, 38. Ἡμῖν δὲ καταγελᾶτε.] MS. ἡμῖν γὰρ καταγελᾶτε. Quæ propria formula est obiiciendi primo et dein transitum quærendi ad interrogationem. Infra c. 27. Ἐπὶ γῆν γὰρ μέλλεις στρατεύεσθαι &c. 6, 11. incipit loqui Dionysius Phocæensis, Ἐπὶ ξυροῦ γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα.

247, 41. Καὶ βακχεύει καὶ.] MS. Καὶ βακχεύει τε καὶ. Et mox κάτισε, non ἐκάτισε.

248, 3. Τῆς Τύρεω θυγατρὸς.] MS. Τήρεω, quod est egregium, et notum in Thracia vocabulum ex ipsis fabulis Prognes et Philomelæ, videturque ita legisse interpres, quum male verteret *Teris.* Sic quoque hic optimus liber exhibet 7, 187. Σιτάλκεω τοῦ Τήρεω, Θρηϊκων βασιλῆος, ubi vulgo dant etiam Τύρεω.

248, 9. Μελλόντων δὲ αὐτέων συνάπτειν] MS. συνάψειν, ut iam supra.

248, 16. Πεφευγὼς τοῦτον.] Vox postrema non est in MS.

248, 16. Ἐκδοὺς δὲ τὸν ἑωϋτοῦ μήτρωα Σιτάλκην.] MS. ἐκδιδοὺς, et Σιτάλκῃ· quod utrumque ita bonum, ut alterum sit maxime necessarium.

248, 28. Ἔστι μεταξὺ βορ.] MS. ὥς ἐστι μετ. βορ. Quæ coniunctio satis grata.

248, 33. Ἄποτον ποιέει.] MS. ποιέειν. Id quoque Herodoto vindicandum, quum omnia procedant in infinitivo.

248, 34. Μεγάθεϊ ἐξαπλήσιον.] MS. μεγάθεϊ καὶ ἐξαπλ.

248, 46. Καὶ οἱ δόξαι ἐξ αὐτέων μνημόσυνον ποίησαντι λιπέσθαι.] Nihil potuit effici ordinatius in comparandis legitime casibus. Sed et Herodoti elegantia est, repente, quum exspectes casum præcedentibus quibusdam respondentem, eum convertere et vel referre ad insequentia, vel sibi innitentem separatim servare. Id nunc quoque factum docet MS. optimus, qui hoc loco agnoscit ποίησας, quod nemo suspicari posset. Sic lib. 1. cap. 19. Εἴτε καὶ αὐτῷ ἔδοξε πέμψαντι τὸν θεὸν ἐπείρεσθαι. Ita quidem edi vulgo videas; sed præclarus noster codex illic quoque manifeste πέμψαντα: sed ita, ut post secunda manus accesserit et in medio versuum spatio literas τι superposuerit, satis nasute.

ſute. 4, 109. Ὥρη ἂν εἴη ὑμῖν ἐκβάντας ἀπὸ τῶν νεῶν τάσσεσθαι.

931 249, 2. Ἀποθωϋμάσαι ἄξιον, πάρεξ.] MS. ante poſtremam vocem inſerit particulam καὶ, ſatis tempeſtive. Quum viderem Latine verti *e Scythica*, non debui dubitare de interpretis hallucinatione in Geographia, ut maluerit ſic generale aliquid admittere, quum Herodotus indicaret ſpeciale, et hodie ſatis didicerimus Sindos in illo litore habitaviſſe, quorum terram latere ſub manca Græca voce patet cuivis. Interpretationem igitur iuvi, quia Herodotum opinor ſcripſiſſe Σινδικῆς.

249, 24. Τοὺς ἐπὶ τουτέων ἑπεσεῶτας.] Vertit Valla *præpoſitos filiis Oeobazi*, Stephanus *eos, quorum id officium erat*. Debebat enim diverſa eſſe interpretatio et expoſitio eorum, quæ non alium in finem erant addita, quam ut ſcrupulum darent lectoribus ab aliquo male otioſo. Itaque mihi conſideranti indolem Herodoti, perplacet ſequi auctoritatem libri unici MSti et duas voces ἐπὶ τουτέων inducere. Etenim Herodoto οἱ ἑπεσεῶτες quum primo ſint adſtantes, tum deinde ſunt ſtipatores, ſatellites, nempe arceſita voce ab ipſorum officio. Libro 2. cap. 148. de Labyrintho. οἱ γὰρ ἑπεσεῶτες τῶν Αἰγυπτίων δεικνῦναι αὐτὰ οὐδαμῶς ἤθελον. Ubi vides ſimiliter nihil addi. Lib. 1. cap. 59. Θύσαντος γὰρ αὐτοῦ τὰ ἱρὰ, οἱ λέβητες ἑπεσεῶτα ἔζεσαν. Lib. 7, 117. Ἀποθανεῖν τὸν ἑπεῶτα τῆς διώρυχος. Etiam paulo ante MS. ἐκέλευσε.

249, 31. Ἐθηῆτο τὸν Πόντον.] MS. ἐθηεῖτο.

249, 48. Ἐν μακρῇ ἡμέρῃ.] Hoc nugatoris eſt; et fortaſſis eiusdem, qui εὐετὼ concedere Herodoto nequivit, de quo actum 34. 43., ut proprietates Græcæ loquutionis non toleraret. Non licet ambigere, quin Herodotus ſcripſerit ἐν μακρημερίῃ. Ita enim legitur in MS. et donamus id quoque nunc Græciæ ignoratum antehac, quantum ſcio, infeliciter.

250, 9. Δύο νυκτῶν πλόος.] Ita quidem antea incepit, ἡμερέων ἐννέα πλόος ἐσί. Id haud dubie putarunt illi, qui Herodotum curarunt, nunc quoque exſtare in eo debere, etſi forſan in vetuſtis ſcriptis aliter reperirent. Atqui præter ſpem video legi in optimo MS. πλόον, ut cohæreant omnia per epexegeſin vel acceſſionem, ut incepit dicere ἐς Θεμίσκυραν, eadem forma qua in principio ſequentis capitis dicit σήλας ἔσησε ἐνταμὼν γράμματα ἔθνεα πάντα, ὅσαπερ ἦγε· ubi videas licet Stephanum Latina augentem.

250, 14. Ὁ Πόντος οὗτος ἐκδιδοῦσαν.] Vocula tertia non eſt in MS. et patet repetitam temere ex ſuperioribus.

250, 20. Στήλας ἔσησε δύο ἐπ' αὐτοῦ.] Cur non ἐπ' αὐτῷ, ut 7, 226. Ὁ λίθινος λέων ἕσηκε ἐπὶ Λεωνίδῃ, ubi etiam interpretantur *ſuper Leonidem*? Immo optimus MS. ἐπ' αὐτὸν. Et ſane ſuper Boſporum erigere cippos neſcio an Latinus intelligat: facile vero *ad Bosporum*. Mox quoque habet idem MS. ἐς μὲν τὴν Ἀσσύρια, ſine vocabulo ἑτέρην. Certe Græci illud ἕτερος uſurpant ita demum in ſecundo membro, non primo.

250, 26. Κομίσαντες ἐς τὴν πόλιν.] Quod ſatis intelligitur tunc ab eis factum ſuiſſe, quum dominium Boſpori penes illos fuit, ut certe conſtat nonnullis temporibus eam urbem in poteſtate ſua habuiſſe istum tractum. Cæterum de toto hoc loco et Orthoſia Diana agit docte Pet. Gyllius lib. 2. Topographiæ cap. 2. ut locum hunc citat quoque Spanhemius ad Callimachum pag. 250. non ultra docens lectorem, quam quisque ſatis ſciebat.

250, 28. Οὗτος δὲ κατελείφθη.] MS. οὗτος κατελείφθη.

251, 16. Εἰσὶ γὰρ τούτου αἱ πηγαὶ.] Si hæc potest eſſe cauſa efficaciæ huius fluvii in ſananda ſcabie, videri poſſet recte ſe habere. Sed etiamſi eſſet, retinenda tamen est manus vera Herodoti, quæ fuit εἰσὶ δὲ αὐτοῦ αἱ πηγαὶ. Sic bene MS. Mediceus.

251, 26. Γράμματα ἐγγράψας.] MS. γράμματα γράψας, quod etiam videtur probare auctor mox repetendo Ταῦτα δὲ ἐνθαῦτα ἐγράφη. Et iam ſimile occucurrit 52, 16.

251, 41. Κολωνοὺς μεγάλους τῶν λίθων.] Nolui præcipere iudicium lectoris et poſterorum, retinens in contextu, quod antea exſtiterat, quum tamen exhiberet optimus codex μεγάλων. Prorſus recte. Etenim quum Darius quemque militem non iuſſerit βάλλειν, vel συμβάλλειν, ſed τιθέναι, ſatis apparet veram eſſe ſcriptam lectionem, et non fuiſſe exiguos aut misſiles ſilices, aut minuta fruſta. Ipsos autem hos cumulos etiam fuiſſe magnos opinor ſponte ſatis patere, etiamſi non dicatur.

251, 44. Γέτας τοὺς ἀθανατίζοντας.] Hæc est vetus lectio ab ipso etiam Mediceo libro probata; quam licet Tan. Faber Epiſt. 21. gemina pronunciatione damnet ut vitioſam, tamen plura et validiora certe ſunt illi obviantia, quam est id geminum quod affert, tum ab Euſtathio citari Herodotum ita, ut dixerit ἀπαθανατίζοντας; tum aliud eſſe ſimplex, aliud compoſitum. Poſterius enim plane reiicitur ab Etymologo in Ζάμολξις· ἀθανατίζουσι δὲ καὶ Τέριζοι καὶ Κρόβυζοι, καὶ τοὺς ἀποθανόντας ὡς Ζάμολξιν Φασὶν οἴχεσθαι. Non uſus fuit tanta libertate Henr. Stephanus, qui oſtendit in Theſauro ſatis ſe in promptu habuiſſe in hoc verbo Herodoti et Arriani locum, et ex Philone toties istud ſimplex producit, ut melius fuerit Fabro ista inſpicere, quam illa eiicere. Porro quemadmodum ſoleat Herodotus pasſim citari, oppido multis experimentis iam ſpectatum est; et omitti nequit, quin præſenti alio documento id perhibeatur. Nam quum ſtatim nominentur Μυψαῖοι, ſcriptis codicibus univerſis concordibus, illi ab Stephano dicuntur Νιψαῖοι et quidem ex hoc Herodoti loco. Itaque omnis illa Stephanina cohors, Holſtenius, Berkelius, Suidas, irruit in hanc primam Herodoti literam, et ex Stephano corrigunt Herodotum, quem ab ipsorum tactu immunem faciunt tot antiquiſſima fidei inſtrumenta, quæ me corroboraverunt, ut fruſtrarer eorum impetum, quos tamen etiam ſcire o- 93*
portet, quidquid illi dicant et afferant, diu ante eos dixisſe et protuliſſe Ortelium in Theſauro, ſed, ut ego opinor, ex feſtinata Stephani in excerpendo celeritate. Interim in MS. Mediceo legebatur Ἄρτησκος, non Ἄρτισκος.

252, 5. Νομίζουσι γεβελείζιν.] MS. νομίζουσι βελείζιν. Quis diiudicabit? An in nonnullis codicibus videtur fuiſſe νομίζουσί γε βελείζιν, quod alii ſic corruperunt, ut particula media apponeretur voci ſequenti? Etiam antea idem codex παφὰ σάλμοξιν δαίμονα, et ſemper deinceps, ubi notabis idem principium esſe in Σαλμῳδησσὸς.

252, 10. Διαλαβόντες τοῦ ἀποπεμπομένου.] MS. τοὺς ἀποπεμπομένους. Et hoc quoque non puto ab Herodoto, mirifico in captandis duobus accuſativis auctore, alienum, διαλαβόντες τοὺς ἀποπεμπομένους τὰς χεῖρας καὶ πόδας; eos qui mittuntur arripientes manus et pedes. Nec obſtat numeri, qui ſequitur, differentia.

252, 25. Ἐνθεῦτεν δὲ γενόμενον.] MS. ἐνθεῦτεν δὲ αὐτὸν γενόμενον.

252, 47. Ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτου καὶ τοῦ καταγαίου.] Voces illæ τούτου καὶ ſunt prorſus ſupervacuæ. Nam particulatim ordine deinceps refert, qui de hac narratione et de ipso Zamolxi credat, aut in dubium coniiciat, ut adeo ambigue decernere et pronunciare vix nunc potuerit. Certe nec in MSto habentur, nec interpres eas agnovit. Sed etiam mox elegantius legitur in MS. οὔτ' ὦν πιστεύω τι λίην.

253, 4. Ἀπὸ Δαρείου καὶ Περσέων.] MS. ignorat duo media verba.

253, 13. Ἀποδέξασθαι.] Melius ad Ionicum modum MS. ἀποδέκεσθαι. Et mox δυνεώμεθα, non δυνώμεθα, ut liceat Porto collectanea ſua de εω dialyſi Ionica hoc exemplo augere.

253, 28. Ἐς μέσον φέρω.] MS. ἐς μέσον φήσω, quod videntur abiecisſe, qui futurum non patiebantur in eo, qui isto ipso momento peragebat.

253, 33. Ταῦτα εἶπας.] MS. ταῦτα δὲ εἶπας.

253, 41. Ἦν δὲ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ μὴ παρέω.] Particula ἐν abest ab MS. ſed et idem διέλθωσι, non διεξέλθωσιν.

254, 6. Ἀρχαίη Σκυθίη.] MS. Σκυθικὴ, idque est Herodoti.

254, 22. Τοιοῦτο ἡ Ταυρικὴ ἐσί.] Sed MS. τοιοῦτον.

254, 46. Οὕτω ἂν εἴη τῆς Σκυθικῆς τὸ ἐπικάρσιον.] An clauſulam huius materiæ et definitionem obliquæ et rectæ Scythiæ ſic auctor contulerit in duas ſectiones, merito dubites: certe una poterat commode utramque complecti, præſertim ſi obedias Mediceo codici longe, ſi quid video, præferendum aliquid ſuggerenti, quod tale est, οὕτω ἂν εἴη πρὸς Σκυθικῆς τὸ ἐπικάρσιον τετρακισχιλίων σταδίων καὶ τὸ ὀρθιον &c. ut interpretemur: *Ita ſint ad Scytbiam obliqua quatuor millium ſtadiorum, etiam recta, quæ ad mediterranea tendunt, aliorum totidem ſtadiorum.* Quæ est conſummatisſima periodus, una duas Scythiæ magnitudines conſiderans.

255, 2. Ἰθυμαχίῃ δηώσασθαι.] Interpretato ſemel Valla *prælio repellendis*, mireris, quemadmodum poſteriores id retinere potuerint, tantopere fluctuantes, quoniam id nulla ratione ex Græcis exhaurias; tamen ſatis naſuti et ſagaces, ſi penetrare potuisſent. Itaque refert, ut cognoſcatur Portus, cuius hæc ſunt verba in v. Δηοῦν [Valla et Stephanus Vallam ſequutus, τὸ δηώσασθαι pro repellere ſumſit. Sed ſi bona est eorum

interpretatio, διώσασθαι legendum erit, παρὰ τὸ διωθέω. Alioqui iam cædere significat, ut ante declaratum. Verbum διωθέω habemus paulo post.] Item in v. Λόγον. [Valla et cum eo Stephanus τὸ δηώσασθαι sumit pro διώσασθαι, id est, repellere: sed vel διώσασθαι scribendum, si repellere significare velis, vel cædere, si vulgatam lectionem retineas] Satis apertos vides oculos fuisse, sed incertos quo vergerent. H. Stephanus nihil de eo scribit, nisi tantum in verbo Δηίοω [Media etiam voce hoc verbum ponitur, ut δηώσασθαι τὴν (male τὸν) νῆσον insulam populari apud Herodotum] Itaque sequutus hanc notionem primus interpres et retinens vulgatum mutare ita debuerat *prælio consumendis et occidendis*. Sed nulla in hoc culpa eius, qui proculdubio veram lectionem ante oculos habuit, legens διώσασθαι, quod percommode ad hunc locum Hesychius exponebat διωσάμενοι, ἀπωθησάμενοι, ἐκβαλόντες, sive ita accipere placuerit, sive pro disiicere, dispellere. Certe Græca ista vox ipsa Herodoti manus est, quod pignorari te posse testor ex fide præstantissimi codicis Medicei. Et quum hoc ita se habeat, an vero cunctari fas est etiam alterum, quod subnectam, æque verum esse? Habet enim quoque idem MS. ἰθυμάχῃ, etsi infra ad c. 120., ubi ponit ἰθυμαχίην, nihil notaverim.

255, 19. Τοὺς ἂν χειρώσωσι.] MS. χειρώσωνται.

255, 43. Ἐς τωὐτὸ κατίσαται.] Recte satis; nisi quod per has voces intelligatur magis lupus manere et eius formam retinere, quam rursus humanam recipere; et ideo melius credo istud optimi codicis ἐς ταυτὰ.

256, 2. Ἀπ' ὧν καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι.] Sed edidi ex MS. ἐπ' ὧν, et causam dixi antea.

256, 21. Οὐδὲ τὴν ἰδέην ὅμοιοι.] MS. οὐδὲν ἰδέην ὅμοιοι.

256, 29. Δέρματα περὶ τὰς σισύρας.] Non capio id vestimenti genus. Nam σισύρα proprie et ipsa notat consutas pelles, ut constat ex Hesychio, παχὺ ἱμάτιον ἀπὸ αἰγείων δερμάτων, vel διφθέρα tum ad circumiiciendum, tum ad insternendum. Itaque quid erit, quo-
933 rum pelles adsuuntur vel certæ vesti consutæ ex pellibus vel stragulæ spissæ? Quod quid est aliud, quam intus et extra habuisse pelles, ut fieri potest, sed id etiam commodius poterat ab Herodoto exprimi. Salmasius igitur ad statuam Regillæ pag. 106. dicit vertendum, *quorum pelles fisuris et vestibus adsuuntur*. Minimum sic dixisset auctor πρὸς τὰς σισύρας. Sed latebat aliud, quod perbelle MS. Mediceus offert, non modo ut hunc locum sanet, sed etiam ut novo exemplo doceat, quantopere litera ν in Herodoto fuerit iactata et convulsa, nimirum σισύρνας, quas idem Hesychius interpretatur et vel ex eo vel cum eo infiniti alii χιτῶνος εἶδος· et ab sisyris differre ostendit, notabili convenientia cum testimonio Ammiani Marcellini lib. 16. c. 5. de Iuliano, eum exsurrexisse ex tapete et syra, quam vulgaris simplicitas sisyrnam appellabat. Etiam Baliares σισυρνοδῦται ab Lycophrone appellati bene illustrantur ab Bocharto in Canaan. Itaque huc pariter conferre debeo aliam fidem codicis Medicei, dum 7, 67. etiam testatur Herodotum scripsisse Κάσπιοι δὲ σισύρνας τε ἐνδεδυκότες, non σισύρας, ut vulgo, atque etiam mox Πάκτυες δὲ σισύρνοφόροι τε ἔσαν, quibus non negligemus uti, quum et illic nesciantur nisi σισυροφόροι. Itaque debuit hoc bona fide restitui.

256, 30. Ὄρχεες αὐτέων εἰσί.] MS. αὐτοῖσι.

256, 33. Οἰόρπατα.] Ita quum proferatur hoc vocabulum in optimo MS. et pari constantia mox Οἰδρ, nullam moram habui, quin id præferrem vulgatis Αἰορπατὰ et αἰδρ.

256, 38. Ὅσας ἡδυναίατο.] MS. ἡδυνέατο· quod ipsum ita exstat 9, 69. Sic et pag. sequenti ἐδυνέατο MS. pro ἐδυναίατο.

257, 27. Πρόσω ἀπ' ἀλλ'.] MS. πρόσω δὴ ἀπ' ἀλλ'.

257, 33. Ἐς τὴν ὑσεραίην ἐλθεῖν.] In MS. nuspiam legitur particula ἐς.

257, 38. Δευτέρην αὐτὸν ὑπομένουσαν.] Quum interpretatus esset Valla, *Amazonem expectantem sociam*, quod sane nihili est; Stephanus id voluit corrigere mutando *Amazonem alteram ipsum exspectantem*. Sed nec hoc ulla parte melius. Non enim poterat idem iuvenis, qui pristino die adfuerat, sibi imaginari alteram Amazonem ipsum exspectare, quum ipsa eadem iussisset alterum iuvenem adduci, pollicita se quoque adducturam alteram Amazonem. Misera Herodoti agitatio, cuius nulla fuit culpa in perspicue scribendo, quod confirmat egregie MS. Mediceus exhibendo δευτέρην αὐτὴν ὑπομένουσαν, hoc est, ipsam cum alia exspectantem. Certe nisi vidissem has doctorum hominum tricas, pro typorum lapsu illud αὐτὸν habuissem.

258, 2. Οὐδαμὰς ἄλλας.] Notavit hunc locum Portus, addiditque alium, quem non reperio. Interim licet noverimus οὐδαμοὶ, οὐδαμῶν, hac vice tamen exhibet optimus MS. οὐδαμέας ἄλλας.

259, 10. Ἢ καὶ ἐπὶ ὑμέας.] Non mirum ita legi in editionibus et in Codicibus scriptis, unde edltiones factæ sunt, quia non aliter media plebs erat loquutura, quum sensus videatur impletus, qui ex more Herodoteæ loquutionis non est etiamnum impletus; unde sic auget optimus MS. ἢ οὐ καὶ ἐπὶ ὑμέας. Quæ negativa etsi accedat supervacua, tamen est hæc manus Herodotea, quod probant verba 5, 92. Οὐδὲν μᾶλλον Αἰολεῦσι μετεὸν τῆς Ἰλιάδος χώρης, ἢ οὐ καὶ σφίσι καὶ τοῖσι Ἕλλησι.

259, 25. Ὁ μὲν γὰρ Γελωνὸς.] Particula γὰρ in MS. non exstat.

259, 38. Ἡμεῖς δὲ οὔτε.] Adversativa quoque non est in MS.

259, 41. Ἄρξηται ἀδικέων.] Pessumdatur hic Græcæ syntaxeos nitor. Unde recte MS. ἄρξῃ τε ἀδικέων· ut paulo ante ἄρξαντες πολέμου. Sed male distinguuntur Græca, quod sic fieri oportuit: ἢν μέν τοι ἐπὶ σὲ καὶ ἐπὶ τὴν ἡμετέρην, ἄρξῃ τε ἀδικέων.

260, 2. Διχῇ σφέας διελόντες.] MS. διχοῦ· quod eiusdem calami est, cuius est ὑψοῦ aliquoties in hac historia occurrens, nunc cum verbo ἐξᾶραι, nunc cum πέτεσθαι. Et sane, ut hærere in hoc nequeamus, exstat quoque τριχοῦ 7, 36.

260, 24. Ἐν τῇσι σφι διαιτᾶτο.] Recte quidem, sed MS. ἐδιαιτᾶτο. Dein quoque τὰ πρόβατα πλὴν ὅσα omisso vocabulo πάντα, quod inferebatur post πρόβατα. Sed et ὑπολειπόμενοι, non ἀπολειπόμενοι.

260, 30. Ταῦτα μὲν δὴ προεκομίζοντο.] MS. προεκομίζετο.

261, 9. Παυσάμενος τοῦ δρόμου.] Hæc ipsa sic repetit cap. 126. Nunc tamen MS. Παυσαμένου ut eod. cap. Ὡς πολλὸν τοῦτο ἐγένετο, καὶ οὐκ ἐπαύετο.

261, 21. Ἐς τὴν Σκυθικὴν ἀπίκετο, ἐς ὃ ἐνέκυρσε.] Præposito vocabulo liber MS. ὡς ἐς τὴν Σκ. ἀπίκετο, ἐνέκυρσε &c. omisis illis ἐς ὅ, quæ antecedunt verbum ἐνέκυρσε. Certe ista quum progrediantur lenissime, placuit tamen nonnullis videre aliquid lenius, ut sibi imaginabantur, prout citavi, quod conspui meretur præ illo vetusto. Pertinebant illa ἐς ὅ ad paginam 268.

261, 47. Οὐκέτι ἀπείπαντας ἀπικνέονται.] MS. ἀπικνέονται.

262, 2. Ἔλεγε τάδε.] MS. λέγει τάδε.

262, 11. Ὦ Πέρσαι.] MS. ὦ Πέρσαι.

262, 13. Ἔωθα ποιέειν.] MS. ἐώθεα.

262, 17. Τάχιον συμμισγοιμεν.] Nequivit hoc specimen comparativi minus Ionicum effugere acumen perspicaciæ Grævianæ, quo minus ad Luciani Solœcistam ostentaretur, quum in Thalia apud eum Cambyses dixerit cap. 65. ἐποίησα ταχύτερα. Nec licet di-
934 cere Herodotum alienum fuisse ab istis contractionibus, quippe apud quem occurrunt, καλλίονος, ἀσχίονα et similia. Cæterum interest cognosse in hoc ipso loco perspicue et egregie exhibere optimum codicem Mediceum ταχύτερον. Quod utinam vir iste præclarus scivisset, ut saltem ex illa incertarum sordium sentina sciret ad Herodotum nihil pertinuisse.

262, 44. Αἰεὶ ἐπεκούρεε.] MS. ἂν ἐπεκούρεε. Quomodo idem sensus satis clare manet.

263, 10. Ὀρθὰ ἰσῶντες.] MS. ἰσάντες.

263, 15. Παραμένοντες ἀνιῶντο.] MS. ἀνιῶιατο, quam formam notavit ex Herodoto Portus in terminatione ὥατο, ubi habet πειρώατο, ὁρώατο. Deinde ἐπόλευν τοιάδε, non τοιόνδε.

263, 29. Τὸ θέλει.] MS. τὸ ἐθέλει. Et mox γνώμη ἦν.

263, 33. Εἰκάζοντος τῇδε.] Optimus ille MS. plane εἰκάζων τῇδε, enallage prorsus notabili, sed cuius amœnitate lætatus fuit Herodotus. Peperci tamen mutationi.

263, 43. Ἐς τὰς λίμνας ἐκπηδήσητε.] MS. ἐσπηδήσητε.

263, 45. Πέρσαι μὲν δὴ οὕτω.] Vox postrema non est in MS.

264, 22. Φαίνεται Γοβρύης εἶπαι.] MS. εἰπεῖν.

264, 29. Ἐπεὰν τάχιστα νὺξ ἐπέλθοι.] MS. ἐπὴν τάχιστα νὺξ ἔλθῃ.

264, 35. Οἷόν τε ἔσαι.] Sic quidem passim. At nunc vox ultima abest ab MS. Ceterum pessime vertitur hic locus, ut cavere oportuerit.

264, 40. Κατέλιπε αὐτοῦ ἐν τῷ ϛρ.] MS. auctior κατέλιπε αὐτοῦ ταύτῃ ἐν τῷ ϛρ. quam vocem hic intercidisse monstro simile est, quum toties bene servata comitetur illud suum αὐτοῦ, ut sit duntaxat dignissimum Herodoto augmentum. 1, 189. Τὴν θερείην πᾶσαν αὐτοῦ ταύτῃ διέτριψαν. Et cap. 210. Ὡς αὐτὸς μὲν τελευτήσαν.

τήσειν αὐτοῦ ταύτῃ μέλλοι. Et passim. Infra etiam MS. bis εἵνεκεν.

264, 47. Τοῖσι ὑπολειπομένοισι.] MS. τοῖσι ὑπολελειμμένοισι.

265, 1. Οὕτω μὲν δὴ μᾶλλον.] MS. οὕτω δὴ μᾶλλον. Nec plus requiritur. Et mox χεῖρας τε προετείνοντο, non προέτειναν.

265, 26. Μιλτιάδεω μὲν τοῦ.] MS. Μιλτιάδεω δὲ τοῦ. Cæterum quod sequitur in editionibus χερσονησιωτέων opinabar lapsum esse typorum in editionibus citimis; sed inquirens video consensu omnium inustum Herodoto stigma esse, unde testor me edidisse, quod in optimo libro deprehendebam rectum et sincerum, de quo nihil potest ambigi, quum et 6, 38. occurrant Χερσονησῖται.

265, 45. Λαοδάμας Φωκεὺς.] Reliquisem libens hoc intactum, ut inserviret notitiæ veteri, qua Φώκαια Φωκέα, et hinc Φωκαιεὺς et Φωπεὺς pro iisdem sumta esse constat, et quidem ex ipsis nummis, ut sit hoc indubitabile. Sed Herodotum hinc eximit optimus codex, in quo clare legitur Φωκαιεὺς. Quod autem mirari cogor, hoc est, quod videam hoc specimen tam eximium non fuisse excitatum ab illis, qui nuper eam causam vindicare cœperunt.

266, 18. Ἡμέων αὐτῶν.] MS. ὑμέων αὐτέων.

266, 32. Ἀπόδρησιν ποιήσασθαι.] Certe requiritur aliud tempus. Quippe si illam iam peregerunt, sera hæc consilia. Optime MS. ποιέεσθαι. Et mox φυλάσσοντες ἦισαν, ita per circumflexum signato verbo, ut innueretur duarum syllabarum esse, unde per subscriptionem τοῦ ἴωτα edidi. Vulgo ἦισαν, non satis bene.

267, 18. Γενόμενος γὰρ ἐν Βυζαντίῳ.] Hoc quidem bonum: nisi melius esset quod legitur in MS. ἐρόμενος.

267, 32. Πελασγῶν ἐκ Βραυρῶνος.] MS. optimus Πελασγῶν τῶν ἐκ Βραυρῶνος: cuius vocalæ defectus induxit pravitatem distinctionis, cui voluit succurrere Grentemesnilius, nova inducenda qua nunc non egemus, et tamen omnia recte se habent ad confirmationem veritatis in hoc loco. Vide 6, 138. Sed et mox in eodem legitur ὑπὸ τούτων δὲ ἐξελαθέντες, unde omitti solet vocula tertia.

267, 36. Πυρὴν ἔκαιον.] Sic enim dixi MS. optimum exhibere, non πῦρ ἀνέκαιον.

267, 37. Ἄγγελον ἔπεμπον, πευσόμενον.] Recte. Nam haud dubie et ipse nuncius verba facit, estque solus πευσόμενος, ut simplex ratio loquendi ita bene sit custodita. Sic 7, 32. Ἀπέπεμπε κήρυκας ἐς τὴν Ἑλλάδα αἰτήσοντας &c. Dummodo usus, ille loquendi dominus, non aliud introducere potuerit; unde forsan est, quod in optimo codice manifeste exstat πευσόμενοι. Sic enim 5, 108. Κήρυκας διέπεμπε ἐς τὴν Ἰωνίην, ἐπικαλεύμενός σφεας. 6, 97. Πέμπων κήρυκα, ἡγόρευέ σφι τάδε. 5, 92. Πέμψας παρὰ Θρασύβουλον κήρυκα ἐπυνθάνετο. 3, 13. Misit Cambyses Νέα Μιτυληναίην κήρυκα ἄγουσαν ἄνδρα Πέρσην προκαλεόμενος.

267, 40. Προσχόντας δὲ τούτους.] Pro media vocula legitur in MS. γὰρ. Ne Valla quidem illud δὲ sustinet agnosse.

268, 15. Ἐσελθεῖν ἐς τὴν ἐρκτὴν.] Multo magis efficax et Græca oratio latet in MS. qui habet ἐσὸ ἐλθεῖν τε ἐς. Quod mutandum non in ἔσω ἐλθεῖν, quod Stephanus posuit in margine nescio unde, sed in ἐς ὃ ἐλθεῖν τε ἐς, hoc est, eo usque, ut et intrarent in carcerem, et cum suo quæque marito in sermonem veniret.

268, 17. Οὐδένα λόγον δοκέοντες.] Qui fieri potuit, ut sic legi Græce compulsus fuerit Herodotus, quum adeo diversam, sed simul adeo pulchram interpretationem ei donavisset Valla? In Græco nihil boni est,
935 nihil acre, ut mirari non liceat perspicue exstare in optimo MS. οὐδένα δόλον. Hoc enim prorsus requiritur, et agnovisse apparet interpretem. Sed etiam MS. ποιέουσι τοιάδε, non τάδε.

268, 23. Τρόπῳ τούτῳ.] MS. τρόπῳ τοιούτῳ.

268, 31. Τῶν ἀδελφιδῶν.] MS. τῶν ἀδελφιδέων.

268, 42. Καταλείπειν ἐν τῇ νήσῳ.] MS. καταλείπει γὰρ ἐν τῇ νήσῳ. Quod non alienum incrementum, sed verissima Herodoteæ manus restitutio, qui inprimis amat grandiori periodo, et quidem mediæ, particulam istam alioquin inchoativam interiicere ornamenti caussa. Nec enim vel ad sensus perfectionem erat necessaria, et omnia mirabiliter manent usque ad eam tamen suspensa. Plane ut 3, 105. Τούς μὲν νυν ἔρσενας τῶν καμήλων, εἶναι γὰρ ἥσσονας θεῖν τῶν θηλέων &c. Nec dissimile supra in cap. 76. huius libri. Προσίσχει ἐς Κύζικον· καὶ εὗρε γὰρ τῇ Μητρὶ ἀνάγοντας ὀρτήν. Et ita sæpius.

269, 3. Βουλομένων.] Si modo id iam denuo decretum fuisse constat. Moderatius certe in optimo MS. legitur βουλευομένων, quod tempestivius.

269, 16. Ἐπὶ τοῦ οἰκιστέω Θήρα ἡ ἐπωνυμίη ἐγένετο.] Ita quum reperirem in vetusto libro, nequivi esse cunctator in repetendo et vindicando quod certe erat Herodoti, quum vulgo legeretur ἀπὸ τοῦ, et quidem ad usque triplam iterationem constanter libro vetere expellente præpositionem ἀπὸ, quod satis validum.

269, 20. Καὶ κως τοῦτο.] MS. καὶ κως τὸ οὔνομα τοῦτο. Quæ repetitio est Herodotea. Etiam paulo ante τοιγαρῶν, non τοιγαροῦν. Nam cur deleverunt Ionismum?

269, 35. Γένος Εὐθυμήδης.] Certe ad sententiam Herodoti propius accessit Stephanus dicendo utique aliquid, quam Laurentius per silentium prætermittendo. Sed quid erit tamen *Euthymedes genere ex Minyis?* Est enim Euthymedes et re ipsa et forma nomen proprium, et genere Euthymedes nullus sit. Sed nec Battus Euthymedes aut dictus fuit, aut dici potuit, ex Laconum consuetudine, qui uno tantum nomine utebantur. Etiam vetat res ipsa, ut qui dictus antea sit nomen habuisse Batti, postea indicetur dici Euthymedes, quasi ex genere. Certe id nihili est, et intellexit nullus, quod hinc patere potest, quia quum Casaubonus scripsisset in notis ad Strabonem pag. 28. [Vocat Theran Callimachus Λακωνίδα, quia a Sesamo fuit condita, qui erat unus e posteris Euphemii Lacedæmonii] adeo ut non dubitet subnectere quoque Herodotum; statim processit Grentemesnilius, notans [lege meo periculo Εὐφημίδης ex Pindaro. Μινυέως accipe, non quod ex progenie Minyæ fuerit Battus, sed quod Euphemus, a quo originem ducebat, fuerat unus ex Argonautis.] In his nihil est, cui si aperueris sinum, beatior sis futurus, etsi ista quoque repetens adiuverit Ez. Spanhemius ad Callimach. p. 91. et 92. Sic nisi fallor patet utique non intelligi nec rite tractari hunc locum; prout nec abhinc quisquam intelligeret, nisi clamaret præstantissima illa membrana Medicea legendum esse Εὐθυμίδης. Scilicet inter Minyas fuit Εὔθυμος, inde πατρωνυμικὸν Euthymides. Non dubito falli Th. Gale.

269, 40. Τῶνδε τῶν νεωτέρων.] Ab MS. abest vox prior; et sane potest sufficere eam particulam legi statim in hac ipsa pericope, prout quidem vulgo hæc proiiciuntur. Sed fidelis ille codex ne ibi quidem in verbis κέλευε ποιέειν τάδε hanc postremam vocem tolerat, omnino substituens κέλευε ταῦτα ποιέειν· ἄμα.

270, 2. Κακοῦ οὐδὲν ἦν σφι μῆκος.] Nimia foret ambiguitas. Quum per voces libri 2. cap. 81. Portus cognitum haberet ex auctore nostro μῆχος *remedium*; de hoc tamen loco sic ratiocinatur: [Μῆκος Ion. pro comm. et poët. μῆχος] an credibile id est? ut quum in Herodoto μῆκος passim de longitudine usurpetur, unum ab eo locum prostitutum fuisse, qui tam fatue in ambiguo penderet? Ut tranquille agas, redde Herodoto suum, et scribe omnino ex MS. Mediceo μῆχος. An credimus tantum stultitiæ dolum vel Herodoto vel Porto nocere potuisse? Immo Aldus et Hervagianæ habent satis expresse μῆχος. Stephani totus error est.

270, 8. Ἐς Πλάταιαν.] MS. ἐς Πλατέαν et sic semper; quomodo editores quum iam immutare ausi fuerint in capite 169., quidni opinemur in hac scribenda fuisse manum eandem? quod sequutus ideo sum, vel ad pertinaciam Vallæ exprobrandam, qui etiam illuc utebatur diphthongo.

270, 13. Σιτία καταλιπόντες ὅσον δύο μηνῶν.] Vix pro vero haberi debet iste numerus, adeo est incongruus. Nam quum Corobius beneficio Samiorum post duos saltem menses illos istuc venientium adhuc in annum sibi prospexerit cibariis, quis credat eum a principio nonnisi bimestrem penum accepisse, tanquam interea abitus reditusque ex Africa Theram absolvi in ista sæculi et navigationis ruditate potuerit? Ea causa est ut gratissime admittam, et omnino admittere debui in contextum, quod habetur in MS. ὅσονδὴ μηνῶν, hoc est, certorum aliquot mensium. Relinquit enim in incerto, quasi non bene constiterit, quanti temporis frumentum ei concesserint, idque amat efferre noster Herodotus adiectione syllabæ vel vocalæ δή, ut 1, 160. Παρεσκευάζοντο ἐπὶ μισθῷ ὁσῳδή, et sæpius, interdum ὁσοςδήποτε.

270, 18. Πλέουσα ἀπ' Αἰγύπτου.] Hæc quoque memoria et monumentum est correctoris insipidissimi, 936
quicquid conniveant interpretes. Quid enim? illi qui ab Ægypto redeunt (ita verturtur hæ voces) possunt dici γλιχόμενοι Αἰγύπτου, ut ait post paulo Herodotus, *Ægyptum optantes?* Litora litoribus contraria. Itaque

feliciter huic loco mentem et peritiam ſuam admovit Tanaq. Faber in Epiſtolis pag. 249. plane adſequutus coniectando, quod exſtat in MS. Mediceo, *ἐπ' Αἰγύπτου in Ægyptum navigans.* Vicisſim verſu 43., ubi editur *ἀδελφεὸν ἐπ' ἀδελφεοῦ πέμπειν*, quomodo explicari potest *fratribus inter ſe ſortitis quis potius mitteretur?* quum revera non posſit non ſignificare *fratrem ſuper fratrem mittere.* Sed illic quoque ex eodem MS. corrigendum *ἀπ' ἀδελφεοῦ.*

270, 33. Πέριξ δὲ αὐτοῦ.] Citatur hoc exemplum in Porti lexico de voce Πέριξ, quæ vox demonſtratur istic nunc ſecundo caſui, nunc quarto iungi. Certe Mediceus perſpicue in hoc loco habet *αὐτὸ.*

270, 39. *Φιλίαι μεγάλαι συνεκρίθησαν.*] Agnoſcit idem Portus Herodoteam locutionem, retinens in illuſtrando verbum Vallæ *contrabere.* Sed est nihili, et quanto oportunius huc pertinebit verbum *συγκεράω* aut *συγκεράννυμι*? Sic enim pulcherrime exhibet Mediceus MS. *συνεκρήθησαν*, prout loquutus fuit idem Scriptor in loco, quem bene noverat idem Portus 7, 151. *Τὴν πρὸς Ξέρξεα Φιλίην συνεκεράσαντο.* Cæterum ut Portus, ita etiam Stephanus in Theſauro utrumque agnovit; quid enim aliud potuit?

270, 43. Πάλῳ λαχόντα.] MS. *λαγχάνοντα.*

271, 9. Ἐπενείκασά οἱ.] Haud dubie exaſciatum ad normam eius quod exſtat 1, 68. *Ἐκ λόγου πλαστοῦ ἐπενείκαντες οἱ αἰτίην*, quod Portus notat Ion. et Poët. in aor. 1. dictum esſe ab *ἐπιφέρω*, pro quo Ion. et poëtæ *ἐπενείκω* dicunt. Fruatur illo. Membrana Medicea in hoc loco perſpicue legit *ἐπενεγκοῦσα οἱ.* Plane ſic quoque 6, 112. *Μανίην τε τοῖσι Ἀθηναίοισι ἐπέφερον καὶ πάγχυ ὀλετρίην.*

271, 14. Παράλαβὼν ἐπὶ ξενίῃ.] Nempe quia ſequitur, quod in nota proxima citabitur, optime ſic utrobique idem vocabulum retinuit Herodotus, utique ex arbitrio editionum. Sed an ſic novimus hunc ſcriptorem? Itaque ſcias oportet ſcriptum esſe in optimo MS. *ξεινια*, ut 7, 135. *Ξείνια προβέμενος εἰσία.* Ex quo exemplo videtur etiam 5, 18. ſcripſisſe *Καὶ σφέας ἐπὶ ξείνια ἐκάλεε, παρασκευασάμενος δὲ δεῖπνον μεγαλοπρεπὲς* &c. Alibi *προτεῖναι ξείνια.*

271, 19. Διαλυσάμενος τὴν ξενίην.] MS. præmittit voculam *καὶ*, etſi forſan non neceſſario requiſitam, tamen ab Herodoto poſitam et ideo adſciſcendam. Et mox MS. *ἀποσιεύμενος*, quum male edatur *ἀποσειεύμενος*, contra quod tam viriliter ſe exſuit optimus Portus, ut plane veritatem, quam nobis effert optimus ille Mediceus, coniectando adſequeretur prorſus laudabiliter. Item *σχοινίοισι*, non *σχοίνοισι*, qua eadem negligentia fuerunt uſi in capite 172. edendo *ἅρκοισι*, ubi MS. *ὁρμίοισι*· quæ diſſoluta ſocordia quantopere fraudi fuerit Herodoto, docent ea quæ notavi ſub numeris 9, 21.

271, 33. Ἦν ἔσχε.] An hæc est obſervatio Ionismi, quem in Herodoto ſuſpexit omnis ætas? Nihil magis inde abire potuit; ſed et nihil magis iterum appropinquare velut ex recidiva quadam ope, quam quod habet optimus MS. *τήνδ' ἔσχε.*

272, 1. Λέγων οὔ κη ἔπειθε.] Non est hoc Herodoteum, ſed *οὐκὶ ἔπειθε*, prout eleganter legit MS. Mediceus, ut queat hoc tertium exemplum accedere illis duobus, quæ collegit Portus.

272, 3. *Κατὰ ταυτὰ ἐθέσπιζέ οἱ ἤ καὶ πρότερον.*] MS. ignorat particulam ἤ.

272, 26. Ἄσυ ἐμεῦ Λιβύην μηλοτρόφον &c.] Video ſane interpretes reddidisſe *Lanigeræ Libyes urbem.* Sed quo animo et qua fide, ipſi teſtentur. Si enim id voluit Pythia, cur non etiam ad hunc modum immutavit *ἄσυ Λιβύης μηλοτρόφου*, quod ſine ulla difficultate potuit? Utique illa epexegeſis tolli non merebatur in Latinis. Latet aliud. MS. *αἴτυ.* An non ſubindicat esſe particulam? *Αἲ τὺ ἐμεῦ Λιβύην. Eia tu Libyam pecorigeram* &c.

272, 30. Ἀκούσαντες τούτων.] MS. *ἀκούσαντες δε τούτων.* Mox etiam *τῷ οὔνομα ἦν*, non *τῇ*: omnino recte et quidem in utroque.

272, 38. Ὡς ἀμείνονα χ. ἄξ.] MS. *ὡς ἐς ἀμείνονα*· quod omnino deſideratur.

272, 46. Ἐνταῦθα ὑμῖν ἐπιτήδεον.] Idem codex *ἐνταῦθα μὲν ἐπιτήδ.*

273, 21. Ἐπὶ κρήνην Θέσιν.] Etſi forſan ad fontem non reſpiciens, tamen nomen istud in Africa novit, et quidem urbis, Stephanus, ſed ab omnibus derelictus in hac parte, qui nuper tam denſi eum erexerunt, ſolo Ortelio Herodotum et Stephanum conducente. Et fors ſuat, ut tandem ad hunc fontem condita ſit urbs isto nomine. Sed quidquid adfert Stephanus, alienum hinc est, quum optima membrana teſtetur ab Herodoto fontem appellari *Θέσην.*

273, 27. Ἀρκεσίλαος.] MS. *Ἀρκησίλεος*, quod etſi ita ſemel notaverim, feci proculdubio, quod et in ſequentibus ita repererim, ut ideo etiam illic ita reformaverim.

273, 38. Ἐς ὃ ἐν Λεύκωνι.] Is modus loquendi paulo præcesſit. Nunc igitur MS. *ἐς οὗ ἐν Λεύκ.* prout cap. 181. etiam loquitur *ἐς οὗ δύεται ὁ ἥλιος*, et iam ſæpe antea. Quin et cap. 166. legit MS. idem *ἐς οὗ ἔλαβε τὸν μισθὸν*, ubi idem accidit.

273, 46. Τούτου τοῦ Ἀρκεσίλεω.] Vox prior abest ab MS. Et mox MS. *χωλός τε ἐὼν*, ubi vulgo tantum *χωλὸς ἐὼν.* 937

274, 26. Ἀπικομένη δὲ παρὰ τοῦτο.] Mira hæc pervicacia omnium editionum, quarum nulla hinc diſcedit, quum tamen legi debeat *παρὰ τοῦτον*, ut c. 164. in fine, quod etiam interpretatus fuit Valla. Ex MS. tamen nihil notavi.

274, 34. Προσῆν δὲ οἱ καὶ εἰρίον.] Particulam *οἱ* non habet MS. Recte, et eodem caſu, quo aliquoties iam particulas tales ſuo loco motas, et vel ad priora vel ad posteriora translatas deprehendimus, ſicut infra mox patebit. Et ſtatim *εἰπάσης*, non *ἐπειπάσης.*

274, 41. Πυθίη χρᾷ τάδε.] MS. *πυθίη οἱ χρᾷ τάδε.* Ubi valde utilis dativus ille.

275, 18. Ἔργετο ἐκὼν τῆς Κυρηναίων πολ.] Non posſunt hæc coire nec in unam pronunciationem coniungi. Verbum *ἔργεσθαι* non patitur *ἐκόντα.* Unde quam ſubdola meditatione uſus fuit Valla interpretans *excesſit ultro?* Aliud est in Græcis. Itaque illa vox *ἐκὼν* ſine dubio est commenticia alterius, ut vicisſim auro penſari mereatur, quod offert Mediceus MS. *ἔργετο ἐκ τῆς τῶν Κυρηναίων πόλις.* Sic ſana omnia.

275, 23. Τῇ οὔνομα ἦν Ἀλαζίρ.] MS. Ἀλαζίρ, quod certe magis Africanum, ut postea Ἄζιρις; idemque codex mox literis quidem ſanctе ſervatis, ſed in ſcribendo tranſpoſitis Ἀλιζάρα pro Ἀλαζίρα. Sic certe notavi.

275, 24. *Βαρκαῖοι τε ἄνδρες καὶ τῶν ἐκ Κυρ. φυγάδων τινὲς.*] Vocula *καὶ* non exſtat in MS. quaſi non duplex hominum genus fuisſet, ſed unum, nempe Barcæi, qui Cyrenis tamen habitaverant, et nunc male tractati esſent ab rege, ut ex illa urbe compulſi fuisſent fugere; etſi illud *τε* videatur eam tueri.

275, 27. Ἐξαμαρτὼν τοῦ χρησμοῦ.] Prima etiam ſyllaba primæ vocis non est in MS. et videtur fortuito in vulgaribus libris repetita ex ſequente eius proſpectu.

275, 38. *Φόρους ἐτάξατο.*] MS. *φόρον.* Nonne hæc est continua, et uſitatisſima loquutio in regno Perſico, ut prodidit ſatis ample 3, 90.?

275, 39. Ἱκέτις ἵζετο.] Genus loquendi, quod codex Mediceus vindicavit Herodoto, ut dixi ſub numeris 129, 15. Is vero ipse nunc perſpicue habebat ἕζετο· et post non *ἐπανιζάνετο*, ſed *ἐπανιζάνετο*, de quo tam diligenter inquiſivit Portus.

276, 10. Πρὶν δὲ ἀποσεῖλαι.] MS. *πρὶν δὲ ἢ ἀποσεῖλαι.*

276, 13. Αὐτὸν ὑπεδέκατο.] Tanquam præcesſisſet vox *θάνατος.* Sed quæ nulla est, unde vitio laborat, quod vulgo editur, et præclare ſubvenit codex optimus præbendo *αὐτοῖ*, quod omnino admittendum. Sed etiam ſimpliciter in eo ſcribitur *ὑπεδέκοντο.*

276, 18. Ὡς ἐμοὶ δοκέει.] MS. *δοκέειν.* Ita iam illud *Nec dubito* ſummi apud Muſas ſimii Ioannis Clerici vim ſuam omnem amittit, quod ponere ſuſtinuit in Arte Critica 2, 1, 10. pag. 365. *Nec dubito quin ſi ſemel aut iterum duntaxat eo uſus esſet Herodotus, nec alibi exſtaret, id emendaturi fuisſent librarii aut Critici.* Emendare vocat mutare in peius, et ſtatuit mutare librarios aut Criticos ea quorum uſus non est frequens. Hic enim istud contigit, etſi uſus exſtiterit nimis frequens, quam ut caſu facta videretur ista loquutio. Interim tamen vel ſi ſemel tantum exſtaret, ita etiam dubitare liceret, an id mutaturi forent illi, quum toties in eo ſcriptore *ὡς* occurrat cum infinitivis variis poſitum, quæ infinitiva ſingula tantum ſemel occurrunt, nec tamen ſunt mutata. Nimis hæc ſunt illuſtrata, quam ut caligo istius veſpertilionis intelligere ea posſit. Nec apud Herodotum pronunciet occurrere anomala multa, ſed in ſuis ſtudiorum et artium nugis. Eandem formulam reſtituit MS. 5, 57.

276, 24. Οἶην οἱ ἄλλοι.] MS. interiectione amœnisſima *οἷην περ οἱ ἄλλοι.* Quin et mox ex eodem rite notavi *ψέλιον*, non cum vulgo *ψέλλιον*, quod iam antea ſimiliter monui.

276, 34. Γιγάμαι.] In Herodoto ita hoc nomen istius populi accidit contrahi, ſicut Scylacis ætate penitus deleri. Hinc enim reor evenisſe, ut nulla eorum mentio in isto periplo manſerit, quum Adyrmachidæ

chidæ locum ſuum teneant. Sed hoc triſyllabicum augetur in MS. Mediceo exhibitum nunc hac forma τιλιγάμμαι, at mox γιλιγαμμέων, unde clare oſtendit qualem habeat istam primam literam. Quæ certe reſtitutio est pretioſisſima, quum ſic Stephano reddatur plena gratia, qui ex Herodoto eam gentem non aliter appellat cum mœſta agitatione omnium illorum, a quibus hæc pars Stephani tacta est, Ortelii, Holſtenii, Berkelii. Nec potest illuſtrius præſtantiæ documentum de ullo vetere ſcripto libro deſiderari, nedum dari, ut quum omnia eius alia exemplaria ſic fallaciter devecta ſint ad poſteros, hoc unum vel ex tali archetypo vel ab tam ſancta manu ſit deſcriptum, ut omnes illos nævos abegerit.

276, 36. Τῷ μεταξὺ χώρῳ τούτῳ.] In his vel conſtructio vel ſententia concinna non est. MS. τῷ μεταξὺ τούτου χώρῳ. Hoc veriſimum, et ad quod interpretando voluit Valla accedere, ſed aberravit a ſcopo. Nam mens est *in loco interpoſito*, vel intervallo quod patet inter Giligambas et inſulam Aphrodiſiada.

276, 38. Ἄζιριϛ.] Non aliter codex Florentinus. Unde opinor ſatisfactum a me esſe commodo publico occaſione notarum, quas dedi Scylacis periplo pag. 109., fere eodem tempore progreſſas, quo Ezech. 938 Spanhemius ſcripſit ad Callimachum pag. 104., unde inter mea ista et altera illius de Africano loco arbitrari licet: certe imbecillis probatio est, utrum in Callimacho ſcribi debeat Ἄζιλις, an vero Ἄζιρις, ex H. Stephani editione et poſtrema Pariſina; et tantos commentarios ſcribere ne ullo quidem MSto inſpecto, quum tantopere per Europam vagatus fuerit.

276, 43. Ἀσβύσαι.] Iuſta appellatio gentis Africanæ, quæ nequit ex cenſu illius regionis expungi, quum tot teſtimonia antiquitatis eam agnoſcant. Verum nequeunt illi huc pertinere, ſi accurate egit Callimachus in fragmento, quod citat Stephanus in hoc ethnico, ubi vocat Tritonem Asbyſtam, qui nimium hinc remotus est. Sed potest Callimachus poëtica propagatione uti voluiſse. Sed et Dionyſius in Periegeſi et Euſtathius ponunt eos ſuper Cyrenen, ut inde liceat decernere de Callimacho, et prius verum esſe. Certe quidquid est, ſatis in ſe acquieſcit membrana Medicea adminiculis incorruptis fulta, quæ nunc exhibet Ἀσύνται, idque mox repetit, ſicut etiam Ἀσυντέων.

Ibidem. Οὗτοι τὸ ὑπὲρ Κυρ.] Particula τὸ non legitur in MS. nec eget ea Herodotus. et alia est ratio, quum dicitur ἔχονται τὸ πρὸς ἑσπέρης.

277, 9. Ἐς Αὔγιλα.] Sic quum perſpicue legerem in codice Mediceo, novum fidei eius ſpecimen amplecti non cunctatus ſum, utpote conveniente prorſus ſcriptura, quam habet Stephanus, etſi auctorem proferens Apollodorum; et Vosſius in notis ad Melam pag. 45. fruſtratur ac ludit per ignorantiam proiiciens modo *Augila vel Ægila*, modo *Libri aliquot Ptolemæi legunt hoc loco* Αὔγιλα, *uti Herodotus*. Ita utrumque parietem linit, quum nobis bibliothecam eius recognoſcentibus nequaquam patuerit ab eo inſpectos fuisſe aliquot libros Ptolemæi. Licet nunc nobis concludere Ἄγιλα non esſe niſi aut ipſius ſcripturæ vitium, aut errorem lectionis, quum illa Αυ et Αι in antiquis libris valde ſibi ſint conſimilia.

Ibidem. Ὁπωριεῦντες τοὺς φοίνικας.] Hæc propoſiti eorum deſcriptio, niſi fallor, quod conſiſtit in cogendis fructibus, affatim coarctat illud quod dixit θέρος, et definit illam æſtatis partem, quæ annexa est autumno, vel plene autumnum ipsum comprehendit, quippe quo tempore fructus palmarum matureſcunt et carpi ſolent. Id Vosſius adoleſcens et adhuc Salmaſiocolax nequivit aſsequi, et quia Scylax quoque in loco Peripli de Naſamonibus dicit τοῦ δὲ θέρους, eodem reſpectu et de eadem parte intellexit. quum Scylax nullam faciat mentionem legendi fructus, ſed tantummodo innuat, quid fiat propter armenta aut greges. Hinc male abreptus et gratulans ſibi ſuſtinet publicare [Si legatur, nempe in Herodoto, οἱ μετὰ τὸ θέρος, ſublata fuerit omnis difficultas] quum vulgata in Herodoto et Scylace nullam habeant difficultatem, ſed ipse aperiat ſuam laſcivam ineptiam. Nempe quum venit vera et propria æſtas, transeunt in mediterranea cum pecore, ubi est aquarum dulcium copia; ubi accedit autumnus, quando ſolent vicina litoribus irrigari, illuc rurſus traiiciunt pecora; quo facto illi relictis ibi gregibus, quia tum dactyli matureſcunt, repetunt mediterranea et divitias illas colligunt. Nihil ſimplicius. Utique dum Cyrus ſcribitur ad Gyden θερείαν πᾶσαν μεῖναι, etiam tempus autumnum eo continetur lib. 1.

277, 11. Τοὺς δὲ ἀττελέβους &c.] Infauſta interpretatio Vallæ post renatas literas bene incurrit in indignationem hominum doctorum, et postquam Deſid. Heraldus in Adverſariis 1, 10. illam reprehendit, pluribus perſtrinxit, ut debuit, Æm. Portus in Lexico Ionico, ut noſtro tempori non conveniat in ulcus iam coaleſcens et ſanatum ungues mittere, quod video per ſummam temeritatem in quibusdam obſervationibus fieri, quum non deceat.

277, 16. Σκίμπωνα προσήσωνται.] Non est, quod quis offendat, niſi dicas abſurdam et fœdam esſe noxam, quæ quidvis Herodoto ſuppoſuit. Nam eximius ille Mediceus MS. tanto tempore ſervat σκιπωνα, et nullus ex eo reſtituere dignatus fuit. Habes igitur in monumento illuſtri vocem istam poſitam, ut minime mireris ab Grammaticis eam omnibus annotari. Adhibeas licet Stephani Theſaurum.

277, 26. Κατευξάμενοι ἐπικατακοιμέωνται.] Tanquam hic quoque placuiſset illa echo in iteratione præpoſitionis κατα, quam paulo ante habuimus in Καταφεύγων καταφύγῃ ad paginam 230. Itaque ſic quoque citat Salmaſius in Plinianis pag. 412. Sed eam opinionem diſsipat optimus MS. exhibendo ἐπικοιμῶνται; quod probari omnino debet. Salmaſius autem quam præcipitans et furens in citando fuerit, omnemque attentionem prævertens, inde cognoſcitur quod habet λεγομένους γενέσθαι τῶν τύμβων ἀψάμενοι. Sed et mox τὸ δ' ἂν ἴδῃ ἐν τῇ ὄψει ἐνύπνιον, non ἴδοιεν τῇ. Editores nimirum volunt videri exacti cuſtodes numerorum, Herodotus ſe monſtrat esſe liberum, et utrumque numerum bene poſse concurrere. An dubitamus, quis audiri debeat?

277, 41. Γαράμαντες.] Dausqueius ad Silium Italicum lib. 3. duravit interrogare [An Herodotus Garamantes ſuppoſuit Gamphaſantibus?] Cui reſpondendum, videtur ſtatuiſse Salmaſius in Plinianis pag. 413.

277, 47. Οἱ λόφους κείρονται.] Quis horum verborum ſenſus ſit, parum conſtat. Valla reddebat *qui ſummum capitis verticem radunt*. Nec dubitat ſequi Æmil. Portus, tam in v. Κείρειν interpretans *qui ſummum capitis verticem tondent*, quam in v. Λόφος, ubi quidem agit uberius, et retinet vocem *radunt*. Eodem modo progreditur Salmaſius in Epiſtola de Coma, ubi pag. 254. negat λόφους κείρεσθαι verti poſse aut debere *criſtas tondendo efficere*, et λόφους ibi cervices esſe: ubi videtur refellere ea, quæ exſtant ſcripta ad Maccoth pag. 124. et explicant *criſtas tondendo efficiunt. Nam in medio capillos ſinentes creſcere, utrimque in cute raduntur*. Certe quod prætexit Salmaſius, non videri Herodotum dixisſe λόφους κείρεσθαι eo ſenſu, quo volunt illa, pro veriſimo haberi debet, quia non alio ſenſu dicit mox τὰ δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν κείρονται. Ibi profecto non est efficere aliquid tondendo, ſed amputari et detonderi, ut in tanta vicinia nequeat videri luſisſe in duplici notatione. Sed quod obſervandum erat, quamdiu ista verba ſic leguntur. Videlicet nequibant ista legitime ſic verti et intelligi, dum ſic istud κείρονται illic repetitur. Nam quæ gratia est ſic bis ponere κείρονται? Itaque tempus iam est diruendi ista palam falſisſima lectionum, quæ viris excellentibus cæcitatem attulerunt; quum non correctisſime tantum, ſed et elegantisſime optimus MS. legat κείροντες ἐν χρῷ, ut duo ſint participia et omnia cohæreant, ad quem ſenſum modumque Latina accommodavi, ut pluribus liceat ſuperſedere.

278, 2. Φορέουσι.] MS. φέρουσι, tanto venuſtius, quia ſtatim ſequetur φορέει.

278, 12. Μακέων δὲ τούτων.] MS. τουτέων.

278, 17. Ὅσον τὸ τῆς σχίνου.] MS. ὅσον τε τῆς σχίνου. Et hoc est Herodoteum. 2, 78. Μέγαθος ὅσον τε πάντη πηχυαῖον. Et mox τῷ λωτῷ καὶ οὗτοι, ubi vulgo omittitur articulus.

279, 9. Τὴν Ἀθηναίην καλέουσι.] Hoc vero mendacisſimum est, utique ſi capias de tempore, quo Græcæ coloniæ nondum illic fuerint ductæ. Et quis Ἀθηναίης nominis originem ex barbaris Afris potius, quam ex uno illo domicilio omnis eloquentiæ petiturus est? Sed nempe illud verbum poni debebat in eadem forma, qua mox in verſu abhinc ſecundo repetitur. Nonne hæc ſcabies magnam corrumpendi cauſam attulit? Quin tu ſcribe omnino, prout habet pretioſisſimus ille codex, καλέομεν. Sane et interpres paulo minus quam ineptit dum vertit *nominavimus*. Hoc audax; at Græcum nullus intellexit.

279, 10. Τρωϋμάτων.] MS. τρωμάτων ut in capite 160. Μετὰ δὲ τὸ τρῶμα τοῦτο, et ſæpe.

279, 28. Τῷ ἂν ἥκῃ.] Notisſima contentio virorum eruditorum post Vallæ aberrationem in interpretando, et pravam labem in legendo. Id evitatum fuisſet, ſi contigisſet eis incidere in Codicem Mediceum, qui clare

939

clare habet οἴκῃ, quod excepit Salmaſius in Plinianis p. 384. ſcribens [ἔεικα, Ionice οἶκα, ut οἶκε τε pro ἔοικέ τε ibidem apud Herodotum] Quæ ſunt eximia. Sed ea noluit agnoſcere Vosſius ad Melam pag. 45., ea quæ ſubnectuntur ab Salmaſio ſupervacua, carpens, quia notas ad Melam ſcribebat offenſus Salmaſio, ut ipse confeſſus fuit in appendice, ut ſic malo animo ad istas obſervationes accesſerit; unde non mirum est, ſi ſcribat recte legisſe Vallam, ſed male interpretatum esſe. Unde enim hoc collegerit, ut cap. 198. οἶκε.

279, 32. Ὀφρύη ψάμμος.] Mirum est tam prudenter ab hac Camarina doctos noſtræ ætatis ſcriptores, in aliis Herodoti locis tam ſordide volutatos, abſtinere potuisſe, ut præter Portum et Stephanum vix ullus tetigerit. Utique nullus hæc intellexit, et ne ipſi quidem, quos citavi. Quæ enim hæc conſtructio? Toties de arena occurrit apud Herodotum, an et hoc epexegeſeos ſpecimen? Sic enim dicit Portus figurate dictum videri ἀντὶ τοῦ ὀφρύην ψάμμου, quod putat probari ex ſequentibus διὰ τῆς ὀφρύης τῆς ψάμμου, unde nihil tale colligi potest; quod utique non conſideravit Valla inſtar appoſitionis, ſed vertit *ſupercilium fabuli*, prout genitivus ibi poſterior regitur ab præcedente, qui poſſet alterius etiam caſus esſe. At Stephanus indicat esſe aliquos, qui pro ψάμμος legant ψάμμου. Id quod potest fieri, ſi modo recte. Turbat ergo vox poſterior, in qua tanto firmius defendi debet litera poſtrema ς, quanto magis eam expulſam volunt, utpote quæ ſignificat hic latere aliquid. Id vero in lucem revocat codex Mediceus exhibens ψάμμης. Quippe ſic legendum, voce quidem nova, ſed ratione Herodoti propria, ut πάθη, ut hoc ipsum ὀφρύη.

279, 37. Ἑκάσου τῶν κολωνῶν.] MS. ἑκάσου τοῦ κολωνοῦ.

280, 3. Ἐς μέσας νύκτας πελαγίζει.] Quam ſignificationem poſtremo verbo viri docti, dum vel legunt ista vel interpretantur, induant, viderint; ego certe ſcio nullam posſe, et male immutatam vocem male percipi. Certe hic locus nec vel uni intellectus fuit. Patet ex verſione Vallæ, qui totum verbum omiſit. Patet ex lexico Porti, qui quum duo loca verbi πελαγίζειν conferret, hunc tertium contrectare auſus non fuit. Nullus locus est vulgatæ lectioni, et mihi gratulatus fui per triginta plures annos, cui licebat legere expuncta ſyllaba πελάζει, hoc est, quum magis procedit ad calorem, ad mediam noctem appropinquat. Ita plane inæſtimabilis ille Mediceus MS. Ipsum verbum cum eadem conſtructione ſic obtulit Herodotus 2, 19. de Nilo: Πελάσας δ' ἐς τὸν ἀριθμὸν ταυτέων
940 τῶν ἡμερέων, quum 7, 141. in oraculo edat ἀδάμαντι πελάσσας.

280, 42. Δι' ἀλλέων δέκα ἡμερέων ὁδοῦ.] Sæpe hæc ſingula iterata ſunt. At nunc vox poſtrema non est in MS.

280, 44. Τῷ οὔνομα Ἄτλας.] MS. τῷ οὔνομά ἐσι Ἄτλας, magis decore.

280, 46. Ὑψηλὸν δὲ οὕτω δή τι λέγεται.] Ut 1, 163. Προσφιλέες οὕτω δή τι ἐγένοντο. Nunc tamen optimus MS. οὕτω τι λέγεται, quod ſane etiam est Herodoteum. Et mox τοῦτο τὸν κίονα, ubi media vocula ſolet abesſe.

281, 11. Οὐ γὰρ ἠδυνάιατο.] MS. οὐ γὰρ ἂν ἠδυνέατο. Mutatio hæc iam aliquoties apparuit.

281, 22. Δικαιεῦσι πατέεσθαι.] Quum Stephani nomen in Lexico ſuo deferat Portus, (ad hanc enim ſæculo integro vetuſtiorum pugnam pueriliter ſe exuunt alii) patet inde, quid noxæ ab eo ſit illatum huic verbo, et ſuſpectum esſe ſcripserit; cui repugnat acriter ille, quem nominavi, Portus, quod in libro allegato videas licet. Nam quum uterque ignoraret ſtatum huius loci, pugnant in tenebris. Itaque ut tam gravi moleſtia liberemus hanc Herodoti particulam, repetimus ex vetuſtisſimo et fidelisſimo eius exemplari MS. ἄπτεσθαι. Id enim in eo legitur, neque ulla ambigendi mihi cauſa est.

281, 34. Οἰσύπῃ προβάτων.] Quam licet pluribus allegationibus in Theſauro ſuo declaraverit Henr. Stephanus, tamen quia ſcripserat Th. Bartholinus de Latere Chr. aperto p. 98. [Auctorum quibus οἴσυπος de ſordibus, non lana, adhibetur. Niſi pro lana acceperit Herodotus l. 4., apud quem οἰσύπῳ προβάτων venas verticales uſurpant Libyæ populi infantes ſuos curaturi] hinc et Salmaſio indicta fuit opera, ut breviter in libello de Cruce, vocem hanc et vim eius verſaret, ſed ubi nonniſi οἶσυπος et οἴσυπον memoratur. Sed præter omnia memorabilis est hæc mentio Herodotea. Nam quum ſicut vulgo editur, ita etiam citaretur hæc οἰσύπῃ in Lexico Goldaſtino pag. huius editionis 746. cum explicatione ῥυπαρὰ προβάτων ἔριᾳ; notes tamen licet ab hac tam valida vulgi conſuetudine auſum fuisſe diſcedere Suidam, ut memoraretur ab eo οἴσπῃ cum eadem explicatione, et quidem ſub adminiculo unius Herodoti, quem diſerte nominat, ſcribens Οἴσπῃ, ῥυπαρῶν προβάτων ἔριᾳ. Ἡρόδοτος. An credis? Quis non perinde infamet Suidam, et hoc ipso crimine vituperet, æque ac fecit ille Cantabrigienſis editor infamia et vituperatione maxima dignus, quia Suidam edidit, quem ignorabat. Atqui hoc ipsum, quod ex tot ſæculorum memoria teſtatur Suidas, hodie oculis conſpici potest Florentiæ, ubi in Laurentianis pluteis membrana illa venerabilis plane habet expreſſam eam ipsam vocem. Eant iam, et afferant ſimilia in ſuis ſcriptis. Ne autem nimium mireris, faciet ſimile documentum, quod monſtravi ſub numeris 7, 27. Non enim eo nunc ulterius, niſi quod utroque loco et ante et post in eodem libro legatur εἰπεῖν, non εἶπαι, quod editur.

282, 7. Πλὴν γὰρ ὅτι.] MS. πλὴν γὰρ ἢ ὅτι· 2, 111. Πλὴν ἢ τῆς τῷ οὔρῳ νιψάμενος ἀπέβλεψε.

282, 9. Οἱ θύσανοι οἱ ἐκ τῶν αἰγίδων αὐτῇσι.] Quis ſermo magis inſipidus aut vilis fingi potest? Certe vel ἐκ τῶν αἰγίδων, vel αὐτῇσι debet deleri ut ſupervacuum: ſicut tale quid cogitavit Valla vertens *pendentes ex eis fimbriæ*. Sed ille plura quam debuit, in proxime antecedentibus omiſit. Hoc mihi conſtat interim, aliter hæc dediſse Herodotum. Unde pro voce poſtrema MS. optimus habet αὐτῇ εἰσὶ. Verbum istud ſubſtantivum etiam in aliis duobus codicibus legi, ſed ut ista adesſet varietas, nempe αὐτοῖς εἰσὶν. Ex quibus omnibus videtur ſcripſisſe καὶ οἱ θύσανοι, οἳ ἐκ τῶν αἰγίδων αὐτῇ εἰσὶ, οὐκ ὄφιες εἰσὶ, hoc est, *et fimbriæ, quæ ex ægidibus Palladi dependent, non ſunt ſerpentes* &c.

282, 19. Τέσσερας ἵππους ζευγνῦναι.] MS. συζευγνῦναι.

282, 26. Ἐξ ἀνθερίκων ἐνερμένων.] MS. ἐνειρμένων. Et cur huic verbo demunt literam ι, quum ſerant in Ἐνεῖκαι, et de verbo ἐνείχεε vide Portum. Περὶ τῶν ἀνθερίκων multa ſatis dixit Portus ex Euſtathio, et Cl. Grævius tetigit quoque in tomo primo Luciani.

282, 46. Καὶ οἱ κυνοκέφαλοι, οἱ ἐν τοῖσι στήθεσι.] Abſurda est hæc editorum licentia. Nam nec in ullo MS. hanc lectionem, quæ ab ipſis in contextum recepta est, conſpici exiſtimo, et contra omnem fabularem hiſtoriam est cynocephalorum oculos in pectore ponere. Rurſum cynocephalos delere (quo vergit Stephanus) quæ auctoritas ipſis permittit? Nihil certius, nihil verius, quam interpretem ex MS. optimam verſionem dediſse. Nam ſic plane codex Mediceus καὶ οἱ κυνοκέφαλοι, καὶ οἱ ἀκέφαλοι οἱ ἐν τοῖσι στήθεσι &c.

282, 48. Ὡς δὴ λέγεταί γε.] MS. λέγονταί γε.

283, 2. Πολλὰ θηρία ἀκατάψευσα.] Nullam habui cauſam alicuius mutationis tentandæ, quum codex Mediceus hæc ita prodidisſet ad noſtram ætatem, nec Valla videretur deſeruisſe verum ſenſum. Sed nuper huc accesſit Vir Eximius, et quem propter doctos labores revereor, Montfaucon in Palæographia Græca pag. 343., et teſtatus, ex ſuppoſito errato, quod Laur. Valla et post eum Henr. Stephanus in editis Herodoti admiſerint, probans proclivitatem labendi in diuturno exſcribendi et vertendi atque emendandi munere ut contingat vel naſutioribus, et vel in rebus obviis et facillimis interdum corruere; fatetur ubi primum hoc legit, riſisſe ſane feras illas haud diſſimulatas et
941 veraces: hunc enim esſe loci ſenſum, ſi ſtet prior lectio; et mendum ſtatim ſubodoratus legendum putavit ἀκατάψαυσα, codicesque Regios adiit, qui hanc lectionem habeant; quam veram et germanam esſe nemo non fateatur. Vertendum itaque, *Nec non viri feminæque agreſtes, et aliæ permultæ feræ intractabiles.* Valde vereor, ne hæc ſint ſpecimina Νεογραφίας potius Ἑλληνικῆς, quam Παλαιογραφίας. Nam quod Vallæ, et Stephani aliquid ridere potest, neſcio an hoc præſcribat formula vitæ, quam elegit, ut in viris doctis ſi quid fiat humanitus debeat ridere, quo nihil puerilius, nihil æque plebeium. Ab ipso autem id factum esſe non magis quis miretur, quam potuisſe ipsum edere in Cosma pag. 124. ἔπειτα ἐν μέρει τοῦ οὐρανοῦ ἐσιν, ὡς ἐν μέρει βραχυτάτῳ οὖσα, etiam vertere. Deinde quum hoc loco ex istis duobus alter produxerit verſionem, alter toleraverit *feræ haud ementitæ*, an credimus illos intellexisſe *haud diſſimulatas et veraces?* Quid? an non apud Ciceronem perinde exſtant *ementitis auſpiciis*, quam *ementitus es auſpicia?* ut tam paſsive, quam active uſurpatum istud Latinum fuerit. Unde Vallam opinor dixisſe *haud ementita* nimirum vel ab fama vel ab quibusdam qui peregrinati illuc ita retulerunt, vel ab vicinis, ut ille rumor

es-

esset. Sed non agitur de versione Vallæ, quem admittat sensum; verum de Græcis credo intelligi ab viro doctissimo, quoniam addit, *si stet prior lectio*, ut ἀκατάψευστα θηρία dici debeant *feræ haud dissimulatæ et veraces*. Nihil credo. Nam, ne asperius agatur, nihil vetat, quo minus ἀκατάψευστος intelligatur passive, quam active, ut apud Suidam recensentur et explicantur Ἀκατάληπτος, Ἀκατάβλητος, Ἀκαταμάχητος, Ἀκαταιτίατος, Ἀκατεύνατος. Et quot huc alia aliunde arcessi possunt? Ἀκατονόμαστος, Ἀκατάγγελτος, Ἀκατάλυτος &c. Inspiciatur modo index Stephani. Itaque et hæc pars non procedit. Iam vero ut prodeat ἀκατάψευστος, nescio qui fieri possit, quum canalis eius, unde commoditas derivationis constaret, vel incisus sit vel obturatus. Nam novi in sermonis Græci usu esse καταψεύδεσθαι, et κατάψευστος, unde porrigi potest ἀκατάψευστος. At vero καταψαύομαι vel κατάψαυστος, quum vicina ψάω et παύομαι noverint tale compositum, nullum habeo ab ψαύομαι, et novi nullum. Certe ego non observavi, nec video apud Lexicographos, ut discere cupiam. Codicibus Bibliothecæ Regiæ gratulor, non utor.

283, 3. Ἄλλα τάδε.] MS. ἄλλὰ τοιάδε.

283, 6. Τῶν κατὰ κέρεα.] Vides quomodo versionem Vallæ *quibus ulnales palmæ* mutare voluerit Stephanus, ut κατὰ sit positum ad comparationem vel æstimationem *ad quarum cornua*. Et frequens est ille usus præpositionis istius etiam in Herodoto, ut mox κατὰ βοῦν. Sed hoc tamen deprehendimus circa istam præpositionem et sensum eius hæsitatum esse. Quod si insuper licet secreta studia ad oportunitatem publicam proferre, mercabar nuper exemplar Herodoti, editionis Hervagianæ 1557., quod Ioannes a Bodeghem quæsiverat ex auctione librorum Cap. Damman habita in Curia Hollandiæ 1596., ab hoc valde conscriptum, et in hoc loco additum [f. circa cornua, vel instar cornuum] Sed ut verbo absolvam, istud κατὰ hoc loco tam falsum est, ut maximus ille Salmasius in Plinianis pag. 223. citans hunc locum exhibuerit τῶν τὰ κέρεά. Eum illic vide. Quid dicam? testor plane et simpliciter sic legi in MS. Mediceo τῶν τὰ κέρεα.

283, 6. Καὶ βασσάρια.] Hoc igitur respicitur in Etymologico magno, dum scribitur. Βάσσαρος ἀλώπηξ λέγεται κατὰ Ἡρόδοτον ὑπὸ Κυρηναίων.

283, 20. Οἱ δὲ ἐχῖνες.] MS. ἐχινέες.

283, 27. Τούτων δὲ Ζύγαντες ἔχονται.] In hoc etiam loco hucusque turbatum fuit, ut videre est in Ortelii Lexico. Post eum Casaubonus in notis ad librum secundum Strabonis prope finem pronunciavit [apud Herodotum in vulgatis codd. corrupte iam Stephani temporibus Γύζαντες: hodie etiam corruptius Ζύγαντες. Legendum Βύζαντες] Moderatur ista eruditissime Salmasius in Plinianis pag. 320. [Βύζαντες Græci hi populi Africæ. Herodoto Γύζαντες, quod Æolicum est, ut γλέφαρον &c.] Quæ novissima hic adnotavit quoque Holstenius. At quis interim fuit ille tam improbus, qui in codices Herodoti intulit Zugantas, quos Stephanus tantum haurire potuit ex Hecatæo et Eudoxo? Id plane non assequor. Interim in vetustissimo MS. Mediceo liquide legitur Γύζαντες, quomodo primis temporibus hic lectum fuisse non bis modo monet Stephanus, sed etiam tertia vice iterat in v. Κυρανίς; idque ex significatu vocis *gazin* i. apes, conatur firmare Bochartus: unde egregium ætatis ac fidei testimonium ei codici debet peti. Nec infirmius sane videtur, quod sequitur. nam pro voce Κύρανιν, quam insulam illic locorum facit Herodotus, quamque vertunt *Cyranin*, ille idem MS. legit Κυραύην, more frequentissimo, quo η et ι sunt confusa. Inde enim patet fuisse Κύρανίν. At contradicit Stephanus, qui eandem insulam addita litera vocat Κυρανὶς, idque ex libro 4. Herodoti, ut proculdubio huc respexerit. ubi quum nullius momenti sint Holsteniana, tum mirum quantum tricarum scriptoribus vetustis a temeritate posterorum invectum sit. Nec enim contradixit olim Stephanus teste et indice MSto eius Grammatici codice, qui Perusiæ in Abbatia S. Petri asservatur; in quo totidem prorsus literis deprehendi Κυραὶς, et deinde ὁ νησιώτης Κυραϊτης· quod maioris ponderis est quam Bocharti Κύραμιν, *id ist*, *Cyramis* vitium, in Chanaan 1, 26. Vide quam belle omnia et exacte concordent. 942

283, 49. Ὅτι δ' ἂν ἐσπέσοι.] MS. ἐσπέσῃ.

284, 13. Ἐκβάντας σκέψασθαι.] Mediceus σκέπτεσθαι· quod commodius; sicut Ionismus antea requirebat ἐπεξῇς, quod est in eodem libro, non ἐφεξῆς, ut ediderunt. Sic etiam mox ἀπελάμενοι, non ἀνελάμενοι.

284, 15. Ἦν δὲ μὴ ἄξιος.] Est imperfectus sermo; quem optime supplet Mediceus ἢν δὲ μὴ εἴη ἄξιος.

284, 19. Πρὶν ἄν σφι ἀπισωθείῃ.] Sed MS. ille ἀπισωθῇ.

284, 24. Τοσοῦτον δὲ ἔτι.] Sane ita claudit sermonem in fine capitis 199. Ταῦτα μέν νυν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω, quasi ad ista iam præpararetur lector. Attamen Herodotum testatur codex idem dedisse τοσόν δὲ ἔτι· et satis est. Quin etiam statim νέμεται ταύτην non αὐτήν.

284, 34. Μελάγγαιός τε.] MS. μελάγγεός τε, ut solet existere hæc confusio, et postea sequi animadvertes γεωρυχέοντας.

284, 47. Ἄξιας θωῦματος.] MS. θώματος· ut supra iam aliquoties notavi. Et mox τὰ ὑπερθαλασσιδίων χώρων egregie connexa voce, quam disecabant ὑπὲρ τῶν θαλασσιδίων, tanto strenuius assumenda, quod et Stephanus in suis MSS. eam invenerit, ut docent margines.

285, 19. Προσίσχε πρὸς τὸ δάπεδον.] Prout sæpe in verbo composito repetitur præpositio. Sed accuratiore manu scriptus est hic locus in optimo MS. nempe dempta litera Προΐσχε. Nam ad pavimentum urbis fuisse admotam novimus iam per præpositionem sequentem; oportet etiam nosci illud ita factum fuisse, ut ante ad istud poneretur. Itaque bis hoc repeti oportuit. Antea posui ἀπικνεῖτο ex MS. pro ἀπίκοντο.

285, 31. Ποιέει τάδε.] MS. τοιάδε, omnino repetens vocem modo usurpatam. Et mox τάφρην, non τάφρον.

285, 41. Ὑποτελέειν φᾶναι.] Sic 1, 171. Φόρου μὲν οὐδένα ὑποτελέοντες. Itaque illud notum. Sed Herodotus uti maluit aliquo vel ignoto vel minus noto, quod perhibet optimus MS. edens ὑποτελὴν φᾶναι, ita volens indicare ὑποτελείην substantive condicere regi tributum æquum et dignum, ut ἀτελείην alibi habet; sive innuat solam subiectionem et obsequia, sive et tributariam collationem.

285, 43. Κατὰ Βαρκαίων.] MS. Βαρκαίους.

285, 48. Ἔβεον ἔσω ἐς τὸ τεῖχος.] Recte, si ita constaret scripsisse Herodotum. Nam MS. Florentinus habet clare ἔξω, ut dicat foris cucurrisse eos vel in ipsum murum, vel in castellum, ut dixit.

286, 13. Ἐξανδραποδισάμενοι.] Minus literarum in MS. ἀνδραποδισάμενοι.

286, 21. Ἐπὶ Διὸς Λυκαίου ὄχθην.] Non probat hoc postremum ille optimus MS. sed usitatius ὄχθον, sicut nec ἐπόδια, sed ἐφόδια, quum utique toties occurrat etiam ἔφοδος; nec etiam probat illud ἀπικέατο, sed simplici utitur ἀπίκοντο: quæ nobis satisfacere queunt.

JACOBI GRONOVII NOTÆ ET OBSERVATIONES

In librum quintum HERODOTI.

287, 10. Ἀντιζομένων.] MS. ἀντικατιζομένων.

287, 15. Ἐκ προκλήσεός σφι ἐγένετο.] In MS. non apparet illud σφι.

288, 5. Ἡμερούμενος βασιλεῖ Δαρείῳ.] Nomen proprium in MS. non est.

288, 8. Φρονέοντο κατὰ τωὐτό.] MS. Φρονέοι. Apparet enim esse negligentem iterationem syllabæ το.

288, 11. Μή κοτε ἐγγένηται.] Sane ἐγγίνεσθαι notat aliquando *licere* apud Herodotum, quod huc referri non debet, ut voluit tamen referre Valla prorsus alienans versionem suam ab Græcis ita *et nulla ratione contingere potest.* Licet enim Thracibus idem sentire, sed ipsi non possunt vel nolunt. Multo elegantius ac potius est quod legitur in MS. μή κοτε ἓν γένηται, quo sensus plene absolvitur.

288, 21. Ποιεῦσι τάδε.] MS. τοιάδε.

288, 34. Σφέζεται ἐπὶ τὸν τάφον.] MS. ἐς τὸν non igitur ad tumulum, ut remisse Valla, sed in ipso tumulo, vel super mariti cadaver, vel ad latus. Certe Mela bene intellexit *super mortuorum virorum corpora interfici.*

288, 44. Τὸ μὲν ἐσίχθαι.] Huic verbo lumen infert Salmasius ad Fl. Vopiscum pag. 512.

288, 46. Γῆς ἐργάτην ἀτιμότατον.] Quæ vesania infatuavit olim plures, ut collegit Dausqueius ad Silium Italicum pag. 128.

289, 15. Ἀλλὰ τὰ πέρην.] Vocula τὰ non est in MS. Statim quoque ἐσθῆτι δὲ χρεωμ. ubi particulam mediam ignorant editiones.

290, 2. Οὗτοι μὲν κατὰ τὰ εἴλοντο ἐτράποντο.] MS. omittit particulam τὰ.

943 290, 6. Μασύης.] MS. Μαντύης.

290, 7. Ἐπεὶ τε Δαρεῖος διέβη ἐκ τῆς Εὐρώπης ἐς τὴν Ἀσίην.] An vero tot verbis egebat lector, ut hanc sententiam conficeret? et si quis in hac enarratione peregerit legendo præcedentia omnia, is adhuc necessario debebat instrui de transitu Darii ex Europa in Asiam? Utique cum Dario et Herodoto tamdiu is versatus in Europa est, ac tandem transiit in Asiam, ut quum bene intelligat de transitu Darii in Asiam (quippe quo notatur tempus, quando id contigerit, et ubi) tum non sine puerili repetitione percipiat rursus mentionem fieri Europæ, quippe quam ignorare non potuit. Omnino has voces non expressit Valla, non tam ex suo, ut opinor, arbitrio omittens, quam quod in libro suo non exstarent. Mihi certe ita videtur cognoscenti, quemadmodum antiquitus lectum fuerit in hoc loco, quum istæ voces ἐκ τῆς Εὐρώπης nullæ exstent in egregio illo Mediceo, ut per me vetentur ulterius noxam ferre Herodoto, qui vix uno versu ante posuerat illa ipsa verba, ubi merito leguntur, fatue nunc iterata.

290, 14. Καὶ κλώθουσαν.] MS. κλῶσαν sed ita ut alterum σα postea sit superscriptum a manu, sive illa sapiente et laudanda, sive invidente huic scriptori et æternæ posteritati notitiam nescio quam, unde a me illa relinquitur aliis scrutanda.

290, 20. Ὅτι χρήσαιτο.] Simpliciter MS. χρήσεται.

290, 30. Ποδαπὴ εἴη.] MS. ὁποδαπὴ εἴη. Non crediderim id quoque proferre voluisse Galeum, qui bis videtur destitutus fuisse atramento, nihil notans, nisi *Cod. Arcb.* tum ad Λυδικὰ, tum ad ποταποὶ, ut citat, quod non intelligo. Sed nostrum hoc est quantivis pretii, ut sic altero loco firmetur id quod exstat 9, 19., et citatur ab Porto, sed qui perperam scribit in vulgatis Lexicis Græcol. sine ulla auctoritate id scriptum legi, quum clare Stephanus adducat verba Platonis. Et mox καὶ τί κεῖνοι, omissa vocula δὴ, ante vocem κεῖνοι interponi solita, non certe necessaria.

290, 39. Ταῦτα ἔκαμα.] MS. αὐτὰ ἔκαμα, longe nervosius.

290, 43. Εἵνεκα καὶ ἐποιέετο.] Particula καὶ non legitur in MS. et recte potest omitti. Quin et deinde γράφει γράμματα Μεγαβάζῳ, ubi vulgo πρὸς Μεγάβαζον.

291, 6. Ἐσβαλόντας.] Sane ut mox ἐσβολὴν, et sæpius. Attamen MS. ἐμβάλλοντας.

291, 8. Πυθόμενοι συναλισθέντας.] MS. συναλίσθαι. Et rectius, quum videatur nunc Herodotus varietati indulsisse, quam vulgus nequit recte aspicere.

291, 17. Σειροπαλονες.] Quid Vallæ in animo fuerit, ut Latine scriberet *Syropæones*, non assequor; et tamen is sæpe exprimit, quod solus sciebat in MSStis legi, unde nihil in eo mutavi, licet in Mediceo nulla occurreret differentia ab vulgato. Bene tamen et acute Holstenius arripit Stephani Σιριοπαλονες in v. Σίρις, sed cave, quoniam Holstenius iam nimis se dat Stephano, interdum optimos libros sequuto, ut patuit.

291, 40. Σπυρίδα κεινὴν.] Non debeo supprimere in optimo exemplari prætermitti Ionismum et scriptum esse κενὴν, quæcunque causa fuerit. Interim in Marmoribus Oxonienſibus, præclaro certe monumento, pag. 127. talis cernitur lapis, quo sedet aliqua tergo spectantibus obverso (quam mulierem esse et forsan ancillam colligas ex capillis, qui perinde compositi sunt ac in marmore pag. 81.) Ea torquet fusum, ut filum deducatur ex colu sublimiore, et prope stante equo, cuius caput accepit.

292, 1. Πρῶτα μὲν γὰρ.] MS. πρῶτον.

292, 10. Ἐπὶ ξεινίῃ ἐκαλεε.] Sic 9, 15. Παρασκευασάμενος μεγάλως ἐκάλεε ἐπὶ ξεινίῃ αὐτόντε &c. Et simile fuit 4, 154. Nihilominus nunc MS. *in* præsenti, ut sæpe narrationes etsi diu præteritas instituit auctor, profert καλέει. De prioribus quid mihi videretur, modo dixi ad locum citatum. Utique alias dixit ξεινίης et ξεινίην. An dativum non formaret eodem modo?

292, 31. Ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν.] Quum vix aliter potuerint Persæ illas describere, ut plene exprimerent, quid ad summam hilaritatem deesset; nec Herodotus sustinuerit alias substituere voces, quam quibus illos fuisse usos noverat: tamen mire se exasperat Dionysius Longinus cap. 4., ut Herodoto non ignosceret. Itaque post patrocinia etiam nonnulla ad excusandum eum excogitata decernit, quamvis ἐκ τοιούτων προσώπων, διὰ μικροψυχίαν illum statui debere ἀσχημονεῖν πρὸς τὸν αἰῶνα ἅπαντα. Quod ego magis opinor occursurum huic Dionysii iudicio, quam Herodoteæ relationi. In qua non ita simul et semel formosæ mulieres, καλαὶ γυναῖκες, traducuntur, sed ab libidinosis paucis, qui abuti eis nequeunt. Quid? an aliud est in Tantalo διψαλέη δδύνη, ut dixit Epigramma Græcum, aut ut in Petronio, *quem sua vota premunt*, nonne ἀλγηδόνες aut χειλῶν aut εὐχῶν recte dicerentur, dum inde accenduntur desideria?

293, 1. Νεοχμῶσαι πρὸς ἄνδρας.] MS. κατ' ἄνδρας, ut alibi ista præpositio etiam occurrit in tali sensu.

293, 5. Ἔλεγε ὁ Ἀλέξανδρος.] MS. rursum in præsenti λέγει ὁ Ἀλέξ.

293, 6. Πολλὴ ἐστὶ ἐν ὑμῖν εὐπετείη.] Particulam ἐν feliciter ignorat MS.

293, 18. Παρῆγε εἴσω.] Quid hic loci est illi com- 944
posito, quod statim demum adhibet, ubi convenit. Sed optimus MS. habet ἦγε. Verissime et iusto ordine. Primo narrat ductas esse, mox prope adductas.

293, 20. Πανδαισίῃ τελείῃ εἰσιῆσθαι.] MS. ἠσιῆσθαι. Quidni laudatissima restitutione? et mox ἐπιδαψιλευόμεθα, non ἐπιδαψιλευόμεθα. An non palam constat passim istam literam ο in isto plurali ab auctore supprimi?

293, 36. Ἅμα πᾶσι κείνοισι.] MS. vocem πᾶσι ignorat, omnino decentissime; quum et per αὐτοὺς et per οὗτοι et per αὐτοὶ ita perfecte notitia istorum sit tradita, ut hoc vocabulum sit nulli bono.

294, 1. Τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ διέποντες ἀγῶνα.] Plane ut 2, 160. Κάλλιστα τιθέναι τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα. Sed in hoc loco MS. ignorat particulam ἐν.

294, 11. Καὶ ἐνθεῦτεν διαπερ.] Coniunctiva abest ab

ab MS. et ſine eius ope ſermo commode ſatis nectitur.

294, 18. Οἷόν τι χρῆμα.] Verum Herodoteum propinat optimus MS. κοῖόν τι χρ.

295, 34. Οὗτος μὲν νῦν τοσαῦτα.] Nequeo diffiteri, quin ad guſtum vulgi ſatisfactura ſit hæc loquutio. Sed Mediceus MS. οὗτος δὲ τοσαῦτα.

296, 8. Ὥσπερ καὶ τῶν σφετέρων.] Similiter ita ſuppletum et perfectum ſermonem haberet vulgus; ſed idem iste MS. non agnoſcit illud καὶ.

296, 39. Προσέθεντο τῷ Ἀρισαγόρῃ.] Conſideravit hunc locum Portus et quidem multa cum attentione in lexico velut Herodoteæ loquutionis ſpecimen, pro communi συνιέναι commendare, aut etiam alicui adhærere. Verum in MS. Mediceo legebam προσέθεσαν, quod ipsum activum notatur ex 3, 62. Οὔτι μοι διεπρήξαο τό τευ προσέθηκα πρῆγμα.

296, 48. Νάξος εἶη νῆσος.] An non ridiculum hoc Geographiæ vocabulo iam uti apud virum maris Ægæi ſatis peritum? Non est hæc remota ab Aſia, ut de Eubœa mox convenientius ſit ea deſcriptione uti. Quidquid ſit, certe vox ultima non est in MS.

297, 1. Χρήματα δὲ ἔχοι πολλά.] Nullus poſſet in his aliquid vel deſiderare vel animadvertere; adeo lepide falſa manus ſe occuluit. Sed etiam nullum fore opinor, qui non velut ἄνεως ſpectaturus ſit elegantiam et agniturus hinc fidem optimi codicis, qui pro his habet χρήματα δὲ ἔνι πολλά. Ut 1, 206. ὅδε τοι ἐν αὐτῷ κίνδυνος ἔνι. Et alibi.

297, 7. Ταῦτα μὲν γὰρ δίκαια ἡ. τ. ἄγ. παρέχειν.] Dum nimis volunt Herodotum imitari corruptores, aperiunt ſuum vitium. Nempe Herodotus ſæpe in neutris talibus amat pluralem, unde nunc in eum converti debuit adiectivum δίκαια. Atqui Herodotus id amat, ubi inde nequit exiſtere ambiguum et turbidum aliquid. At quam præclarum est, quod ex optimo notavi MS. δίκαιον, addito vocabulo ἔχει post verbum παρέχειν? Quo nihil perfectius.

297, 18. Ἀντὶ γὰρ τῶν ἑκατὸν.] MS. ἀντὶ δὲ ἑκατὸν, ut istud τῶν etiam debeat expelli, quod me fefellit.

297, 20. Καὶ τὸν βασιλῆα.] MS. καὶ αὐτὸν βασιλῆα.

297, 22. Ἀπῄει ἐς Μίλητον.] MS. ἀπῄιε ut cap. 49. Τῷ δὴ ἐς λόγους ἤιε. Etiam ἤιε ἐς τὰ εἰκία paulo post.

297, 39. Ἐς Καύκασον.] Portio valde obſcura inſulæ Chii, ſed ex hoc ſitu bene conſpicua et vetuſtis nautis percognita, cui tamen Mediceus codex non præbet ipsum nomen Scythici montis, ſed vocat Καύκασα.

298, 7. Οὐδὲ ἀπέϛειλε.] Est imperfectum hoc quidquid est. At quam leniter Valla *nonne te miſit Artaphernes* &c. quod plane habuit ex codice, qui ſimilis erat Mediceo. Ex hoc enim reſtituo, quod accuratiſſime ſervavit οὐ σὲ ἀπέϛειλε.

298, 18. Καὶ σιτία.] At MS. καὶ σῖτα. Nonne ſic cap. 65. Οἵτε Πεισιϛρατίδαι σίτοισι καὶ ποτοῖσι εὖ παρεσκευάδατο. 6, 52. Τιμῶσαν τὸν πρότερον καὶ σίτοισι καὶ λουτροῖσι, etſi in alieno genere?

298, 28. Ἀπαλλάσσοντο.] MS. ἀπαλλάσσαντο.

298, 34. Βασιλῆϊην τῆϛ Μιλήτου ἀπαιρήσεσθαι.] Futurum medium ſenſu paſſivo, ut paulo ante πολιορκησόμενοι. Sed plane nunc exſtat in Mediceo MS. ἀπαιρεθήσεσθαι.

299, 19. Τὴν δύναμιν τῶν Μιλ.] MS. optimus mavult repeti particulam τὴν, ut legatur τὴν δύναμιν τὴν Μιλ.

299, 40. Συναπιϛέατο.] MS. συναπισαίατο, quam taceri non oportet esſe ipsam coniecturam Porti. Vide Lexicon eius in αἴατο.

300, 18. Γένος τὸ Εὐρυσθέος.] Interpres quoque *Eurysthei genus*. At nihil ad Lacedæmona aut Spartiatas genus Euryſthei, et eius propagatio, qui Argis tantum famam dedit. Miror equidem, quemadmodum viri docti tolerare id potuerint, atque etiam nullus ex MSS. dederit meliora, quum pateat legendum prorſus ex optimo MS. Εὐρυσθένεος, de quo narrat auctor lib. 6., et inter alia habet has voces capit. 51. κατὰ πρεσβυγενείην δέ κως τετίμηται μᾶλλον ἢ Εὐρυσθένεος. Et ibidem mox cap. 52. Καὶ οἱ οὔνομα τεθῆναι Εὐρυσθένεα.

300, 21. Ἄπες, ἄλλην δὲ γῆμον.] Rude propoſitum; quod tamen ita videntur peregisſe ex ſequentibus, ubi ipse perſtringit hanc abſurditatem ταύτην ἀπέντα, quaſi repetens verbum ab Ephoris editum. Attamen ſcire licet in MS. Mediceo verbum ἄπες non exſtare, ſive taciturnitatis honeſtior ratio viſa fuerit, ſive intellexerit Herodotus: *Tu nunc illam quidem babes uxorem; tamen quoniam non parit ex te, aliam ducito.*

945 300, 27. Γέροντες συμβουλευσάμενοι.] MS. tantum βουλευσάμενοι.

300, 38. Οὐδαμᾶ Σπαρτιητικὰ.] MS. οὐδαμῶς; quod concinnius.

301, 6. Περινητάδεω.] MS. Πρινητάδεω.

301, 16. Αἰτήσας λαὸν Σπαρτιήτας ἄγε.] MS. αἰτήσας ληὸν Σπαρτιήτας ἤγε. Utraque mutatio perelegans.

301, 21. Κατηγέοντο δὲ οἱ ἄνδρες Θηβαῖοι.] Si ullus est locus in Herodoto, cui rixam excuſate liceret inferri, certe hic mendaciſſimum aliquid legerunt et admiſerunt eius lectores. Unde enim huc Thebanos, tantopere ab Sparta remotos contemptosque, ut fiant navigationis duces illi, quos nec ſitus nec notitia maris nec navigandi fama aut frequentia ad eam rem inſtruxit? Quæ ſuſpicio quum ſit iuſtiſſima, ne tamen in alicuius mentem irrepat, ocius purgemus ab ea Herodotum, quem teſtimonio venerabili demonſtrat MS. Mediceus ſcripſiſſe Θηραίους. Vix intelligo, quemadmodum hæc appellatio potuerit mitti in tantam corruptelam, quum totus liber quartus plenus et conſperſus ſit ea ipsa, et quidem ita, ut inde conſtaret curſum in Africam traiectu frequentiſſimo ab istis inſulanis fuiſſe confectam.

301, 29. Αὐτοῦ Ἡρακλέος κτησαμένου.] Unde apud Parutam in nummis Eryeinorum aut Venus conſecrata est aut Hercules, quo certiſſimo documento monſtratur opinio istius populi, quam Herodotus nunc explicat. Sed addi debet Diodorus Siculus 4, 23.

301, 47. Τὰ ἱρὰ οὐ προσεχώρεε.] Male conveniunt hæc ad ſententiam componendam, longeque commodius occurrit in fine huius capitis; ut idcirco optimum ſit in MS. προεχώρεε, Ex quibus duobus prius negligenter ab Porto citatur, poſterius prorſus omittitur, pro quo ſolet uſurpare alibi γίνεσθαι.

302, 13. Εἰ συνεπελάβετο.] Annectit MS. particulam γε.

302, 22. Καὶ Αἰγεσαίων.] Hos ipsos ita rurſus appellat 7, 158., unde cunctatus fui quidquam mutare, quamvis rite in MS. Mediceo exſtet Καὶ Ἐγεσαίων, non illic, ſed etiam in ſequentibus παρὰ Ἐγεσαίων, prout apud Parutam in nummis dicuntur modo Ἐγεσαῖοι, modo Σεγεσαῖοι, aut Σαγεσαῖοι. Sed quoniam in loco libri ſeptimi nihil annotavi, liceat hoc intactum relinqui.

302, 27. Πυθαγόρεω.] MS. Πειθαγόρεω.

303, 8. Ἔλεγε πρὸς αὐτὸν τοιάδε.] MS. τάδε.

303, 13. Προεϛέατε.] MS. προέϛατε.

303, 19. Τόξα, καὶ αἰχμὴ βραχέα.] Non erat ferendum, ut Valla per ſuam verſionem tam inanes ludos ederet, dum exhibet *breves arcus et brevia ſpicula*, quum istud adiectivum ſemel modo occurrat in Græcis. Unde Briſſonius deluſus ſcribit lib. 3. de regno Perſarum [Breves vero fuiſſe Perſarum arcus, teſtis est, isque oculatus, non auritus, Ariſtagoras Mileſius, qui apud Herodotum lib. 5. hæc de Perſarum armatura Cleomeni renunciat.] Quibus deinde opponit locum ex lib. 7., ut arcus grandes definire debeat. Prorſus eadem videbis apud Stanleium ad Æſchylum pag. 759., ut nauſeare oporteat.

304, 36. Ὑπεδέδεκτο.] MS. ὑποδέδεκτο.

305, 17. Πρῶτος μὲν Τίγρης.] Quia Stephanus in margine poſuit ὡι γρ. Πίγρης, hinc incredibilem in modum deduci ſe paſſus fuit Salmaſius, in Plinianis pag. 695., ut quum Herodotum MStum inſpexiſſet nullum, dicat ita ſcribere vetuſta Herodoti exemplaria, et tres illos fluvios Πίγρητας vocari. Perinde Aldus et Camerarius fide digni, ac Stephanus. Varietas potest occurrere in hoc MSto, quæ non est in altero. Certe Mediceus codex ſervat primam literam T, et utique Valla in ſuo exemplari non agnoſcit fuiſſe aliam.

305, 24. Ἐσβάλλοντος ἐς Ματιηνὴν ϛάδιοι.] MS. ἐσβάλλοντες.

305, 38. Ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάϛῃ διεξιοῦσι.] Apparet cuicunque, quibus hoc iter deſtimetur. Ariſtagoras id exputat et dinumerat regi Laconum, quos vult ab mari tantum abducere, non certe per otia commeantes, ſed ut inſtructo et bene armato exercitu ad regiam illam aſcendant. Ἑλόντες δὲ ταύτην τὴν πόλιν n. Suſa ait cap. 49. Hæc ſumma est harum actionum. Et tamen ſcribit Ezech. Spanhemius ad Iulianum pag. 176. talia centum quinquaginta ſtadia pro unius, diei, non militum, et gravis quidem armaturæ peditum, ſed viatorum itinere adnumerare Herodotum in hoc loco.

306, 31. Ἐτράποντο ἐπ' Ἀθηναίων.] MS. Ἀθηνέων, ut cap. 63. ἐξ Ἀθηνέων.

306, 39. Ὡς ἐμοὶ δοκέει.] Ut dixi, rurſus legitur in MS. δοκέειν.

307, 2. Διφθέρῃσι αἰγείῃσι.] MS. αἰγέῃσι. Recte, ut 4, 189.

307, 10. Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν.] Vides, quid huc contulerit Th. Gale, advocans Scaligeri digreſſionem ad Euſebii Chron. Sed mirabiliter in hac parte regnaviſe Salmaſium docent notæ ad conſecrationem templi in agro Herodis tum pag. 35., tum pag. 54., tum pag. 229. Ille utique docet, quales Phœnicias literas concipi oporteat: ille ῥυθμὸν et μεταῤῥυθμίσαι expoſuit de forma et literarum modulo, quum a primigenia figura deſcivisſent, deque ipsa ſcriptione. In quo rythmo intelligendo ſcrupuloſus adhuc erat Morinus, et vult reſpicere muſicam et diverſam ſecundum tonos modulationem, et ſimilia alia hariolatur, quæ nauci
946 non ſunt. Sed et materiam hanc tangit Nob. Grentemesnilius in Græciæ cap. 9., ubi locum Diodori ſimplicisſime ſcriptum ſic torquet, ut nolit intelligere. Quinimmo etiam deinceps ea contentum ſe fuisſe oſtendit Stephanus Morinus in parte ſecunda Exercitationum de linguis cap. 4. Quibus merito applaudimus; quum interim exiſtant iam et alii acerbius inquirentes.

307, 31. Οἱ δὲ Γεφυραῖοι ὑπολειφθέντες.] Nimis frequens est hoc participium in Herodoto, quam ut ſcriptura eius mereatur in crimen vocari; unde malui ſimpliciter interpretari. Sed post hoc participium debebat poni diſtinctio, quæ vetus perperam retenta est.

308, 9. Παρίνου λίθου.] Neſcio vel quid ſit vel unde venerit; certe non placet ita alluſiones captare, præſertim quum et optimus MS. plene Πωρίνου, nec aliter in editione ipsa Aldi et Baſileenſi exſtet, ſervetur immo etiam adhuc in Stephanina anni 1592., ut ſolum Iungermannum huic α poſsim inſcribere, quem ſequitur temere Th. Gale. Notisſimus utique est hic Porinus lapis, et commode ad hunc locum inſpexeris Salmaſium in Plinianis pag. 183.

309, 26. Ἀξιόχρεω.] MS. ἀξιόχρεα.

Ibid. Πρὶν Ἰωνίην τε ἀπος.] MS. πρὶν ἢ Ἰων.

309, 27. Ἐπ' ἔτεα ἓξ καὶ τριάκοντα.] De quorum annorum intellectu ſollicite et docte agit Henr. Valeſius ad Diodorum Sicul. in Excerptis Peireſcianis pag. 42.

309, 31. Ἐν δὲ αὐτοῖσι.] Nimis ſubita generis mutatio; unde iam offendisſe hic doctos lectores perſuadet exemplar, quo eorum quis utens adſcripſit fœmininum. Nunc tacentibus omnibus teſtor legi plane in MS. Mediceo ἐν δὲ αὐτῇσι, quod repoſui.

310, 13. Μελάνιππον τὸν Ἀσακοῦ.] MS. Ὀσακοῦ. Sive id vere nomen fuerit, ſive ita Herodoto placuerit, quum reliquis appellaretur Ἀσακὸς, eodem prorſus iure, quo beſtiolæ appellationem variaverunt, Heſychio notante in v. Ὀσακὸς.

310, 23. Ἐώθασι μεγαλως.] MS. ἐώθεσαν.

310, 49. Αἰγαλέας.] Est error editionis Iungermanni, quem non debuit propagare Th. Gale. Nam et priores editiones et omnibus vetuſtior MS. habet plane Αἰγιαλέας.

312, 13. Τιμησίθεον τὸν ἀδελφεὸν.] Quam hæſerit in eo editor, præſertim Stephanus, etſi celaverit, patet ex eo, quod nulli indices faciant illius mentionem, ut plane ſtupuerint; tanto magis, quod nullæ ſint ſuppetiæ in MSStis, et utique Herodotus ſolet addere nomen eius, cuius frater fuit, ut 1, 92. 7, 67. Itaque ſagaciter et probabiliter excitavit Grentemesnilius τὸν Δελφὸν.

312, 47. Ἔμελλον μνήμην ποιήσασθαι.] MS. ποιήσεσθαι, ut iam in hoc ipso libro alibi et mox μελλόντων δὲ συνάψειν.

313, 1. Κορίνθιοι μὲν πρῶτά σφι.] Nihil adfert hæc tertia vox. MS. πρῶτοι, quod proculdubio erat ante oculos Vallæ interpretaturi. Et mox μετεβάλλοντό τε καὶ, non μετέβαλόν τε.

313, 10. Παραλυομένου δὲ τουτέων τοῦ ἑτέρου.] Verbi istius hunc modum non attigit Portus, quod non asſequor: ſed ſimillima his ſunt verba Polybii ex 6, 31., quæ citavit H. Stephanus: αἱ δὲ τῶν Τριαρίων σημαῖαι τῆς μὲν τῶν χιλιάρχων παραλύονται λειτουργίας. Sed non patitur hæc ita legi, nedum accipi optimus MS. exhibendo παραλυομένων. Sic παραλύεσθαι notat domi manentem ab militia vacare, ut ſimile exemplum citat ex Polybio Stephanus. Quid quod non aliter videtur legisſe Valla; vertit enim *Et his ſeiunctis*. Sed quæ interpretatio nequit ſatisfacere, etſi plane habeat ſic participium nomini conveniens. Quid ergo? Nempe Græca dicunt *Illis autem* liberis et *remisſis ab altero* nempe opere, quod collega exſequitur, hoc est, bello vel expeditione. Nam τοῦ ἑτέρου videtur in neutro poni.

313, 42. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ἔλυσαν.] Locutio hæc plena, nec commovenda, niſi appareret ex fide codicum antiquorum esſe interpolatam ab alienis manibus. Nam Mediceus MS. ignorat vocem ὕστερον, et recte, ut ſolet, quum non determinat ſpatium, utrum fuerit grande, an breve, et exempla iam notavit Portus.

313, 46. Περιπεφλευσμένων πυρὶ.] Citat hunc locum Meurſius in Cecropia cap. 30., ubi tantum agnoſcit πεφλευσμένων: præcedentia vero in cap. 25., ubi male vertit *ad dextram manum*.

313, 49. Ἔσχε πρῶτα ἑσίοντι.] MS. πρῶτον. Neſcio quid loci istud plurale hic teneat.

314, 5. Δεσμῷ ἐν ἀχλυόεντι.] Recte prorſus, et conveniente epitheto, niſi rarius quid Herodoto nunc incidisſe teſtaretur liber Mediceus, exhibendo ἀχνυθέντι. Sed ita, ut primo illic ſcriptum fuerit, quod indicavi, dein literæ tertiæ ſuperpoſitum ſit λ, neſcio quo correctore imperante ut legatur ἀχλυνθέντι. Certe licet in eis quæ collecta de his vocibus ſunt, denſior uſus ſit derivationum ab ἀχλὺς et ἀχλύω, quam ab ἀχνὺς et ἄχνυμι, haud dubie tamen vetus est ſimplicisſimum, et dolor ac tædia perinde in captivis et carcere ſupponi debent, quam obſcuritas.

314, 33. Συνεῖναι τὸ ἐθέλει λέγειν ἡμῖν τὸ χρηστήριον.] Pro iis in MS. optimo legitur συνιέναι τὸ ἐθέλει λέγειν τὸ μαντήϊον, mira licentia quorundam in ſpernendis antiquioribus.

314, 43. Αἰακίδας συμπέμπειν ἔφασαν.] Itane? ergo dum mittunt cum ſociis Æacidas, Æginetæ ſe iis ſpoliant? Nequeunt credi id unquam feciſe. Nec fiebat tale quid ab gentilibus niſi ob ſingulares cauſas, ut Mater Deum et Æſculapius ab ſuis populis dimiſſi ita Romam ſunt. Quam præclara igitur est membrana 947
Medicea, quæ docet Herodotum ſcripſiſe συμπελθεῖν? Quod ipsum prorſus est, quo apud Iuſtinum 20, 2. Spartani iubent Locrenſes legatos ſupplices precantes auxilium petere ab Caſtore et Polluce. Itaque et eodem modo Thebas redierunt, quaſi et Deos illos adveherent, prout faciebant ibi Locrenſes. Hinc pariter ſequentia ſic debent intelligi, quibus ſcribuntur Thebani Æginetis ἀποδιδόναι τοὺς Αἰακίδας, quos in verbis et opinione locatos ſicut acceperant, ita reddebant, petentes aliquid militarium virorum ſibi potius tradi. Etiam in illo συμπελθεῖν est quaſi pollicerentur ſe quoque oraturos, ut velint cum Thebanis ire, ut ſic certe ſimul perſuaderent.

315, 6. Μεγάλως Ἀθηναίους ἐστυέοντο.] An credibile est ita ſcripſiſe Herodotum? ut quod ex Porto patet, alibi ſcribens ἐστιᾶτο, alibi ἑσίνοντο, alibi ἐσίναντο, nunc novam varietatem adderet, quæ ab Porto esſet omisſa, et ignoraretur, quomodo illuc appropinquaret. Quod notabile est, legebam in Mediceo MS. ἐσικνέοντο. Quod faſtiditum penitus iri credens noluī publicare cum cæteris: neque enim uſpiam ita uſurpatur; neque anſa videtur esſe ulla, cur ſic iure uſurpetur in malam partem.

315, 8. Ἐξ ἀρχῆς τοιῆςδε.] Bene, niſi hæc probarent rudem manum, quum Mediceus MS. oppido attentisſimam habeat τοιήδε, ad quod concinnavi interpretationem. Et mox rurſum ἡ γῆ καρπὸν οὐδένα ἐδίδου, non ἀπεδίδου. Recte, quum ἀποδοῦναι modo anteceſſerit, ſed alia notione.

315, 18. Λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐλαῖαι ἦσαν ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ.] Ample ſatis hanc rem explanat Dausqueius ad Silium Italicum lib. 3., additque quibus ista narratio non diſplicuit. Etiam tangit Cl. Gatakerus in Adverſariis pag. 264. confeſſus Herodotum id referre ex quorundam ſententia; ſed quod ille notat falſisſimum esſe conſtare ex ſacris literis: quaſi quum Herodotus ſcribat ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ, tunc etiam ſupponi debeat cogitare de regionibus, quas nunquam adiit, et de quibus audivit nihil; immo etiam de ſcriptis, quæ nullam habuerat inſpiciendi copiam, et ſi habuisſet, ſprevisſet. Itaque est hæc eadem criminatio, qua invehuntur in Herodoteam chronologiam ac circumciſionem.

315, 19. Ἡ Ἀθήνῃσι.] MS. Ἡ ἐν Ἀθήναις.

315, 25. Ἡ γῆ σφι ἔφερε καρπὸν.] Est omnino id ex vulgatisſima ratione ſcribendi, qua etiam utitur auctor 6, 139. 9, 92. quum interim in hoc loco vox poſtrema abſit ad MS. et abesſe ſine fraude poſsit.

315, 30. Τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε.] MS. τότε δὲ ἀπὸ τοῦδε. Recte, nec enim poſtrema habent notionem temporis, ſed facti et occaſionis.

315, 36. Ἐκομίσαντό τε καὶ.] MS. ἐκομίσαντο καὶ.

315, 39. Ἐς εἴκοσι ἀπέχει.] Periculoſe ſic determinat, quod mollit optimus MS. ὡς εἴκοσι ἀπέχ. mutatione ſæpius occurrente.

316, 13. Ἐπειρῶντο ἐκ τῶν βάθρων ἐξαναστᾶν.] Hic contigit aliquid omnino non reticendum. Apparet enim verbum ἐπειρῶντο non ſufficere vel tot accuſativis qui ſequuntur, vel infinitivis itidem ſequentibus κρατῆσαι, ἔλκειν &c. quamvis Valla ex ſe addere ſuſtinuerit *trabere tentasſe*, quod poſtremum poterat omitti,

re-

relicto ſolo *traxisſe*. Quid ergo? Nempe ſcias in optimo codice legi tantum *πειρᾶν* pro *ἐπειρῶντο*. Quorum ſicut hoc ſapit manum correctoris, ita illud Herodoti: cuius inter propria et priva est participium ſolutum ponere ſine verbo cui innitatur, quod clariſime patet ex ſpecimine libri 2. cap. 127., ut quamvis id nunc auctori non reddiderim, tamen perinde certus ſim ab eo id nunc denuo factum eſſe.

316, 21. *Ἀθηναῖοι μὲν νυν οὕτω.*] Particula *νυν* ignoratur ab MS.

316, 43. *Ἐς τὴν Αἰγινέην.*] MS. *Αἰγιναίην*, quod utique neceſſarium: et cur aut unde ſic incruſtatum? Mox iunctim idem codex *καὶ ἥκειν βοηθέοντας*, non *παρεῖναι*.

317, 5. *Τὸν ἕνα τουτέων περιγενέσθαι.*] Hæc deſcriptio iam ſatis liquide antecesſit. MS. *Τὸν ἕνα τοῦτον περ.* Nam demonſtratio hæc rectius unam illam perſonam tangit.

317, 7. *Κομισθεὶς γὰρ.*] Aſſeveratio quidem certa, ſed quæ hic non exſpectabatur, quum nemo contradiceret. Unde dulciſſimum est, quod exhibetur ab optimo MS. *κομισθεὶς ἄρα*. q. d. Sane delatus iterum in patriam urbem: ſed quid ei accidit? Et ſtatim *ἔκου εἴη*, non *ἔκη*.

317, 33. *Χυτρίδων ἐπιχωρίων.*] MS. *ἐπιχωριέων*.

317, 37. *Τῆς πρὸς Αἰγινήτας Ἀθηναίοισι γενομένης.*] MS. *ἐξ Ἀθηναίων*, quod cur ita removeri placuerit, non video.

317, 45. *Ἐπισχόντας ἀπὸ τοῦ Αἰγινητέων αἰκίου.*] Per tenuia procedebat ſolatium, quod ex MS. Mediceo adferre ſategi huic libro quinto Herodoti. Sed debebatur aliquid illuſtrius, et quale quatuor antecedentium librorum primariis certe locis attuli. Et ecce habes quod optare poteram, ut adunco naſo ſuſpenſos videres eruditos in admittendo, quod nihil erat, et nimium cœcos, quam ut ad verum penetrarent. Nam ut omnia habeas ſub oculis, hic interpretatur Valla, *ab Æginetis lædendis abſtinerent*. Unde in Theſauro Stephanus, [Hinc Αἶκιον, ου, τὸ læſio, damnum apud Herodotum B. in lex.] Et cum his duobus bene concordans Æm. Portus ſic ſcribit in Lexico [Αἶκιον, αἰκίου, τὸ. N. H. pro com. *αἰκία, ας*. Fœda verberatio, pulſatio, læſio. *κάκωσις*. Verberatio, damnum, maleficium, quo quis afficitur. Contumelia, iniuria, ab Æginetarum læſione abſtinentes. 1. Ab Æginetis maleficio afficiendis abſtinentes] Horum partem repetit in v. *Ἐπέχειν*. Ferme in his oſtendit ſe magis ſollicitum Portus de Latinis, quam de Græco, quod tamen ipſius erat opus. Quid ſi addamus nullum ex Latinis commodum hic eſſe, ubi non tam agitur de læſione, damno, verberatione et reliquis aliis, quam deulciſcendo per relationem ſimilis facti, quam Athenienſibus intulerant? Neque quid uſpiam aliud de hac voce; id quod monſtro ſimile haberi potius oportet, ne unum quidem auctorem inveniri, qui Herodotum in eius uſurpatione ſequi voluerit. Quod quidem omnino perſuadeor futurum fore, ſi ſua veritas huic loco conſtitiſſet. Cur enim et ipse noſter alibi et reliqui ſcriptores dicunt *αἰκίας*? Sed magnas denuo gratias codici Mediceo, qui latentem hic offenſam unus detegit, et incomparabili ope ſuccurrit, exhibens *ἀπὸ τοῦ Αἰγινητέων ἀδικίου*. Vox convenientiſſima, et quæ unice requirebatur, quamque ſic explices, *ab ultione Æginetarum iniuriæ*. Ἀδίκιον enim propria vox in tribunalibus Græcis. Harpocration, *Ἀδικίου, οἷον ἀδικήματος· ἐσὶ δὲ ὄνομα δίκης*, additque ſimpli eam reſtitutione aboleri, ſi intra decimum annum reddatur; ſin, duplo. Sic et Heſychius et Suidas: quorum fidei in ista voce conſervanda egregias ſuppetias fert hic locus.

318, 4. *Ἀπενειχθέντα ἤκουσαν.*] MS. recte *ἤκουσαν*.

318, 22. *Τοὺς ἔκτηντο.*] MS. *ἐκέκτηντο*.

318, 29. *Ἰσόβροπον τὸ ἑωϋτῶν ἂν γένοιτο.*] MS. *γίνοιτο*, et particulam *ἂν* ignorat. Mox etiam *μαθόντες δὲ τουτέων*, unde vulgo adverſativa exſulat. Omnia tria meliora illis, quæ publicabantur.

319, 5. *Τὰ ἀπελόμεθα.*] MS. *τὰ καὶ ἀπειλόμεθα*.

319, 8. *Κορίνθιος Σωσικλέης.*] Nomen ſæpe posthac iteratum, ſed in MSto Mediceo non agnoſcitur niſi unum Σωκλῆς. Id ſemel dixisſe interest, ſed ſæpius ita uſu evenit: nec enim disſimile est, quod notabam in decretis Romanis apud Ioſephum modo Σώσρατον appellari, modo Σωσίσρατον.

319, 12. *Ὅτε ὑμεῖς.*] MS. *ὅτε γε ὑμεῖς*.

320, 34. *Πρὸς τῇσι θύρῃσι.*] MS. *πρὸς αὐτῇσι τῇσι θύρ.* Quod neceſſarium. Et mox *κατακρύβει*, non *κακακρύπτει*.

320, 39. *Ὑποσρέψαντες ἐς ζήτησιν ἀπικοίατο.*] Poſterius est nugatorium, et requiritur ſubiunctivum tempus. Egregie optimus MS. *ἀπικνέοιντο*. Sed et mox pro *ἐσελθοῦσι γὰρ* habet MS. *ἐλθοῦσι δὲ*. Omnino rectius.

321, 10. *Τοιοῦτος δή τις ἀνὴρ ἐγένετο.*] Mira ſuppoſitio, quum vetuſta lectio ſit in MS. *τοιοῦτος δή τις ἦν ἀνὴρ*.

321, 20. *Ὅντινα τρόπον.*] MS. *ὅντινα ἂν τρόπον*, vocula ſcilicet, quam præceperant ante duas paginas, huc revocanda.

321, 27. *Ὅκως τινάς ἤδη τῶν ἀσαχ. ὑπερέχοντας τῶν ἄλλων.*] Neſcio an ſit ſermo integer: quod ſi est, erit tantum integer ex opinione Stephani, unde proceſſit hæc lectio, quum et in Aldina, et illa Camerarii atque etiam altera Hervagiana recte exſtet *ἴδοι* pro *ἤδη*, quod ſic mutatur in Stephanina 1592. Certe præclarum est, quod exhibet Mediceus MS. *ὅκως τινὰ ἴδοι τῶν ἀσαχύων ὑπερέχοντα*, duabus poſtremis vocibus *τῶν ἄλλων* neglectis, quas ab naſuto facile credideris adiectas, ſenſu prorſus profecto etiam abraſis illis.

321, 39. *Τοὺς ὑπερόχους τῶν ἀσῶν.*] MS. *ὑπειρόχους*, ut est in verſiculo vulgari.

322, 2. *Νεκρᾷ ἐούσῃ Μελίσσῃ.*] Elegantiſſime MS. *νεκρῷ*· hoc est Meliſſæ, quæ iam cadaver erat.

322, 18. *Ἡμέας δὲ αὐτοὺς τοὺς Κορ.*] Pronomen *αὐτοὺς* non est in MS. nec ullam hoc loco habet vim.

322, 36. *Σωσικλέους ἤκουσαν εἶπαντος, ἐλευθέρως ἅπας τις αὐτέων* &c.] Magnæ verborum ſordes, ſed ſpecioſius collectæ; tamen reiiciendæ, ſi bene inſpicias. Nam quum negotium ſit de libertate rerum publicarum, et huc ſpectet *γνώμη* tum Soclis, tum omnium, minus digno loco ponitur istud *ἐλευθέρως*, nempe ubi agitur de non continendo ore, ſed audendo aliquid ſoni proferre. Patebit melius ex reparatione. Nam videtur mirabiliter verba et ſententiam Herodoti, hoc est, unius doctiſſimi ſcriptoris, concinnare MS. optimus ita exhibendo *εἶπαντος ἐλευθερῶσαι, πᾶς τις αὐτέων, iubentis*, ſtatuentis, dicentis *liberare*. Vix neceſſe est, ut repetam tum hoc loco MS. Σωκλέους, tum antea habuisſe conſtanter Σωκλῆς.

322, 38. *Περὶ πόλιν Ἑλληνίδα.*] Sic novimus lib. 4. cap. 203. *Βάρκην μούνην Ἑλληνίδα πόλιν*. Nunc tamen MS. præferebat *Ἑλλάδα*. Ambigo, an habeant differentiam. Certe et lib. 7. cap. 22. *Σάνη πόλις Ἑλλὰς* et ibid. 115. videbis *Ἄργιλον*, item *Στάγειρον*, ſimiliter ita vocari.

322, 39. *Οὕτω μὲν ταῦτα ἐπαύθη.*] Recte, et conveniens Herodoto ſæpe iungenti plurale nomen verbo ſingulari. Attamen MS. *οὕτω μὲν τοῦτο ἐπ.*

323, 5. *Καὶ τοῖσι Ἕλλησι ὅσοι.*] Mire in incertum coniectus per editores locus. Nam quod ſic cito, merum est Stephani, quum ſit in Aldina *τοῖσι ἄλλοισι Ἕλλησι ὅσοι συνεπρ.* Sic quoque Camerariana. Hanc vocem *ἄλλοισι* omittit Stephanus in editione ſæpius iam citata, et hinc ita proceſſit Iungermannus. At optimus MS. longe aliter et quanto rotundius? *Καὶ τοῖσι ἄλλοισι ὅσοι Ἑλλήνων* et deinde Μενέλεῳ, non Μενελάῳ. 949

323, 8. *Παντοῖα ἐγίνετο τῇσι μάχῃσι.*] Eximius ille Mediceus habet plenius *ἐγίνετο ἐν τῇσι*. An probanda hæc eius interpoſitio? Immo Fulvius Urſinus in Illuſtrium fœminarum carminibus pag. 314. citans hunc locum plane ſic habet ſuppletum.

323, 18. *Νέμεσθαι ἀμφοτέρους.*] Hoc vitioſum est, et quomodo fieri potuit? Clariſime MS. *ἑκατέρους*.

323, 44. *Εἰκὸς σφι εἶη ῥύεσθαι δυναμένους.*] Sane ſi ita hæc ſcripſit Herodotus, debuit in ista tam vicina iunctura etiam ſequentia in eundem modum concipere *ῥύ. δυναμένοις*. Sed male ſeduli voluerunt imitari Herodotum, et ex ipso acumen ſuis commentis immitti; nempe ut interdum varietatem ſectatur in caſibus, quos vulgo exigunt eosdem esſe, ut 1, 53. *Συνεβούλευον οἱ ἐξευρόντα φίλους προσθέσθαι*, ubi alius diceret *ἐξευρόντι*. Sed Herodotus plane aliter egit, quod docet MS. optimus exhibendo *οἰκὸς σφέας εἶη ῥύεσθαι δυναμένους*.

324, 5. *Ἀρχαὶ κακῶν ἐγένοντο.*] MS. in ſingulari numero *ἀρχὴ*.

324, 35. *Ἀθηναῖοι ἀπικέατο.*] Hic clare legitur in MS. Mediceo *ἀπίκατο*. In reliquis locis exhibuimus, quod ab eodem codice firmabatur, quidquid etiam in marginibus offerret Stephanus.

325, 22. *Ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν ποταμὸν.*] Satis perſpicua narratio, et nemo in hac parte hæreat. Quin etiam pluribus in locis hunc morem teneat, ut præſertim 4, 44. *Βουλόμενος Ἰνδὸν ποταμὸν, ὃς κροκοδείλους δεύτερος οὗτος π. π. παρέχεται, τοῦτον τὸν ποταμὸν εἰδέναι*. Ita mavult relativum ſubiicere, quam nomen proprium iterare. Attamen teſtatur MS. nunc auctorem aliter fecisſe, et ſcripſisſe *ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν Πακτωλὸν*.

325, 28. *Καὶ Σάρδιες μὲν ἐνεπρήσθησαν.*] Hoc vulgi certe est. At optimus MS. *αἱ δὲ Σάρδις ἐνεπρ.*

325, 39. *Εὐαλκίδεα.*] MS. Εὐελκίδην.

325, 42. *Οἱ δὲ αὐτέων αὐτίκα ἀπέφυγον.*] Omnino male

malè faventes et benignæ Herodoto manus huc intruſerunt vocem αὐτίκα, cum in MS. non ſit, et omnia penitus turbet. Potius antea dictum fuisſet πολλοὺς αὐτέων αὐτίκα Φονεύουσι οἱ Πέρσαι, aut rectius ſequetur aliquoties iteratum in Ionum expeditione Cypria.

325, 44. Οὐδὲν ἧσσον] MS. auctius οὐδὲν δὴ ἧσσον.

326, 26. Ἁλούσας ἐμπρησθῆναι.] Longe lenius in MS. ἐμπεπρῆσθαι.

326, 34. Ἄνω ἐς τὸν οὐρανὸν] MS. ἄνω πρὸς τὸν οὐρ. Et ſane altera particula mox ſequitur.

326, 36. Ἐκγενέσθω μοι Ἀθην. τίσασθαι.] MS. ἐκγενέσθαι. Rectiſsime, quia intelligitur εὔχομαι.

327, 10. Βαλλόμενον πεπρηχέναι.] MS. πεποιηκέναι, ut miſcerentur exacte hæc verba.

327, 26. Τὸν ἔχω κιθῶνα.] MS. ἔχων, quod et neceſsarium est, et agnovit interpres.

327, 32. Ἀγγελίη τε περὶ τῶν Σαρδίων.] MS. præpoſitionem περὶ non agnoſcit neque antecedens τε.

328, 5. Πέρσῃσι ἢ Φοίνιξι.] MS. ἢ Πέρσῃσι ἢ Φοίνιξι.

328, 17. Ὅκου ἐτάχθημεν.] MS. ἐπ' οὗ ἐτάχθημεν. Quod est valde commodum. Deinde etiam MS. πειρησόμεθα εἶναι χρηστοὶ, non χρηστοὶ γενέσθαι.

328, 30. Ἦν γάρ οἱ ὑπασπιστὴς γενόμενος μὲν καὶ τὰ πολέμια κάρτα δόκιμος.] Debuit exſtare in libro quinto ſpecimen ſecundum ſcriptionis Herodoti, quod legerent quidem omnes, ſed nulli in toto hoc triplo ſæculo intelligerent; ſcilicet ut ſic fides codicis Medicei toties iam ſpectata ſingulari experientia anteiret omnes antiquas Herodoti membranas. Attende enim modo, quod anteriores non fecerunt; et videbis vocis quidem ſingulas esſe integerrimas, et ferme periculum deberi ab illo qui auſit aliquid de illis pronunciare ſequius, et tamen ſunt corruptisſimæ. Licet enim earum interpretationem numeris omnibus abſolutam dederit Valla, inque eam conſenſerit Stephanus; utique ridicule Aldus ſequuto Hervagio poſuit diſtinctionem post illa γενόμενος μὲν, quæ mirabiliter auget ridiculam et ineptam ſcripturam, quum nulla ſententia ſit ἦν γάρ οἱ ὑπασπιστὴς γενόμενος μὲν. An vero iungi voluerunt ἦν γενόμενος ex ſtylo Herodoti, quem alibi illuſtravi? Sed non fuerunt tam cati. Itaque diſtinctionem istam recte delevit Stephanus. Sed ubi legit Stephanus in Herodoto ἦν γάρ οἱ ὑπασπιστὴς γενόμενος δόκιμος? Sæpisſime enim ab Herodoto dicitur δόκιμος in variis negotiis, et nuſpiam illud γενόμενος additur. Aliud est quum dixit δόκιμον ἐόντα παρὰ Ξέρξῃ. Itaque ſic dum alii prave interſtinguunt, alii diſtinctionem delent, utraque pars opprimit quod verum est. Nam inde oritur, ut mox cap. ſeq. nullus intellexerit neque etiamnum intelligat istud ἐνθαῦτα ὁ Κὰρ δρεπάνῳ πλήξας. Vidit quidem Valla neceſsario Satellitem intelligi, ſed omittit Græca. Sed unde potuit ſcire per illum Κάρα intelligi ſatellitem? Callide hæc præterit Stephanus, ut denique Cl. Gale neget ὁ Κὰρ in codice Archiepiſcopi agnoſci, ſed pro ὁ Κὰρ habere ὁ ὀπάων, quod haud dubie ipse prætulit ex pagina præcedente. An autem verum ſit, quod ita notat, ipse viderit: neque enim extra ipsum ullus in isto loco invenit in veteri codice ὁ ὀπάων. An Valla id quoque vidit in ſua membrana? Sed locus foret infauſtisſimæ indolis, niſi tandem repeteremus vera, et ipsum excitaremus Herodotum, in cuius fidelisſimo codice ſcribitur γένος μὲν κάρτα δὲ πολέμια κάρτα δόκιμος, Quam præclare hinc omnia bona exſiſtunt? ἦν γάρ οἱ ὑπασπιστὴς, γένος μὲν Κὰρ, τὰ δὲ πολέμια κάρτα δόκιμος.

950

328, 38. Αὐτῶν, καὶ πάντως τὸ ἂν ἐπιτάσσῃ.] Sic edidi, quum et plenisſimæ ſit ſententiæ, et non aliter exſtet in editionibus ulterioribus, tam Aldina quam Hervagiana. Iungermannus est, a quo editur αὐτέων, δὲ πάντως. An credi potest? Omnino est error typorum. Et tamen ſequitur Th. Gale idemque expresſit. Nihil minus exſpectatum. Certe cum editis prioribus conſentit codex Florentinus. Tam fatuum hoc duxi, ut non notaverim in ima ora. Deinde habet MS. etiam καὶ δεύτερον, non δεύτερα.

329, 28. Ἀπεκρέμασαν.] MS. ἀνεκρέμασαν.

329, 35. Ἀμαθούσιοι μέν νυν ἐποίευν.] Particula νυν non est in MS.

329, 48. Καὶ Τμένης τε.] MS. καὶ Τμαίης τε· et ſic ſemper, etiam in fine huius libri.

329, 50. Τοὺς ἐς Σάρδις στρατευσαμένους.] Plane ut c. 122. τῶν ἐπιδιωξάντων τοὺς ἐς Σάρδις στρατευσαμένους τῶν Ἰώνων. Ubi nihil in MS. deprehendi. Sed in hoc loco exhibet ille ipse ἐν Σάρδισι, quod plane non improbo, immo et præfero, utpote dictum ſimiliter ut paulo ante ἐν Κύπρῳ ναυμαχήσαντες, ubi naſutus nimium Valla detrectabat ſimpliciter agere, vertendo *ad Cyprum*, quod illi nunc non indulſi, ſed mutavi ad Græca. Quid enim aliud est 7, 166. Καὶ λέγουσι νικᾶν ἐν Σαλαμῖνι τοὺς Ἕλληνας τὸν Πέρσην, quod est etiam 8, 70. Notabile est 3, 45. ἐγένοντο ἐν Καρπάθῳ πλέοντες, nec fuit auſus ſequi Valla, unde reddidit *in Carpathio mari*. Atqui et loquutio et intelligentia prorſus eadem apud Latinos, et est Geographica.

330, 6. Ἐπ' ἡμέρας ἑκάστης.] MS. ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ.

330, 7. Ἦλθε ἀγγελίη.] MS. ἦλθε οἱ ἀγγελίη, in qua particulæ οἱ geminatione perpetue ſibi conſtat auctor. Capite 43. huius libri. Ἐνθαῦτα δέ οἱ Ἀντιχάρης, ἀνὴρ Ἐλεώνιος, συνεβούλευσέ οἱ &c. κτίζειν.

330, 11. Ἐξαγγέλθη πρότερον πρὶν ἢ τὸν Δ. ἐπικέσθαι.] Similis ſyntaxis exſtat 8, 8., ut bene locum illum notavit Portus. Sed in his utique alterutrum abundat. Quidquid ſit, hoc quidem in loco Mediceus codex ignorat voculam πρὶν, et quin abſit ſane. Lib. 7. cap. 2. ἔσαν γὰρ Δαρείῳ καὶ πρότερον ἢ βασιλεῦσαι. Cap. 54. παύσει καταστρέψασθαι πρότερον ἢ ἐπὶ τέρμασι γένηται. Lib. 9. cap. 86. μὴ πρότερον ἀπανασῆναι πολιορκέοντας, πρὶν ἢ ἐξέλωσι Θήβας. Ubi ſimiliter iuncta vides, ſed ita, ut idem MS. illic deleat voculam πρὶν. Sed tamen repetit eodem lib. cap. 92. οὐ πρότερον παύσεσθαι τιμωρέοντες ἐκείνῳ πρὶν ἢ δίκας δῶσι. Et lib. 7. cap. 8. οὐ πρότερον παύσομαι πρὶν ἢ ἔλω· et lib. 4. cap. 45.

330, 18. Πιξοδάρου τοῦ Μαυσώλου, ἀνδρὸς Κινδυέος.] Ita legunt editi et ſcripti. Quod quam diſpliceat viris doctis, potest patere vel ex impetu, ſane Gallico, ſed tamen tardo, Nob. Grentemesnilii reiicientis verſionem Vallæ, quia nuſpiam locorum ſit ista Cindya, et hinc ſuo periculo iubentis legere Κνιδιέος a Cnido Cariæ. Neſcio utrum ſe conſideret nunc militem, an mercatorem. Certe adest post Ortelium, qui quum ſuo loco *Cindyenſem* ex Herodoto nominans dixisſet [circa Cariam puto. Vide Mindya] mox in hac appellatione notat [Mindya pagus in Caria, circa Myndum, Strabo lib. 14. KYNDIA. Κινδύη autem legendum putat Caſaubonus ex Polybio 16., ubi Cindyadis Dianæ meminit] An hæc fuerunt Grentemesnilii ſtudia, ut istud omne ignoraverit, certe convenientius ſua Cnido? Agit autem de ea Caſaubonus ad Strabonem pag. 239. Omnino quum utrumque nomen ſit proprium Cariæ in hiſtoria vetere, potest Caſaubonianum istud ſufficere. Alioqui ſi pateret eum nihilominus non esſe Carem, ſed Cilicem, est in Cilicia Anazarbus, aliquando Κύινδα appellata, unde potuisſet ſcribere Κυϊνδέος. Sed omnino videtur fuisſe Car.

330, 26. Δηλαδὴ ἵνα ἦν φυγὴ.] Hæc periodus nimio pluribus est particulis ſenta et ſqualida. MS. delet ἵνα et id debet abiici, prout evincitur ſimillimo exemplo 4, 135.

330, 30. Συνεβάλοντό τε.] MS. συνέβαλόντε.

330, 35. Ἐς Λάβραυνδα.] Sic exhibui plane ex optimo MS. quem et nummis duobus Holſtenio ad Stephanum citatis et Harduino cognitis tum demum, quum Addenda ſcriberet, præfero; immo etiam omnibus citationibus, quas habet theſaurus Brandeburgenſis ad nummum Hecatomni pag. 266., in hoc non probandus, quod ſcribit Labram Caribus dici ſecurim, quum Græca Plutarchi clare habeant Λάβρυν. Hinc forſan exſurgit origo literæ υ, ut aliis Λάβραν dicere contendentibus, aliis Λάβρυν, alii dixerint Λάβραυν, et hinc urbi nomen.

330, 38. Κατειληθέντες ὦν.] MS. κατειληθέντες δὲ ὦν. Et mox ὁκότερα ἢ παραδόντες σφέας, idque rectum est præ vulgari isto ὁκότερα οἱ παραδόντες &c.

331, 3. Ἑλοχήσαντο τὴν ἐν Πιδάσῳ ὁδὸν.] Huic lectioni debere decedere iudicavi vel quod habet Valla *via quæ in Mylasſa fert*, vel quod habent editiones apud Aldum, Hervagium, Stephanum, Iungermannum, Th. Gale ἐπὶ Δάσῳ, etiam in Stephani marginibus ἐν Πηδάσῳ; quoniam hæ literæ ordine ſuo extabant in optimo MS. et convenit hæc appellatio cum Stephani marginibus. Est enim eadem ſive per η ſive per ι. Hæc autem via in agro Pidaſenſi erat annexa Mileſiæ, in montibus hanc excipiens, ut colligi potest ex 6, 20. et 8, 104.

951

331, 5. Σισαμάκης.] MS. Σισιμάκης, præclaro bonitatis huius MS. argumento ſuper reliqua exemplaria, quæ dicuntur habere σισφιάκης. Fuit enim frequens in Oriente, ut ab his ſyllabis propria nomina committerentur, quod patet ex Σισίνης, Σισίκοττος, Σισιμιθρης, &c.

331, 17. Αὐτὸς μὲν Τμένης.] MS. αὐτός τε Τμαίης, quod commodisſimum.

331, 25. Ὡς διέδεξε.] Pererudite de hoc verbo et ſententia eius egit Æm. Portus in Lexico, approbante tum hic, tum alibi id quod coniectura protulit, Mediceo libro, unde id expresſi, unde etiam in principio huius periodi edidi Ἁλισκομενέων, ubi editiones habent Ἁλισκομένων.

JA-

JACOBI GRONOVII NOTÆ ET OBSERVATIONES

In librum sextum

HERODOTI.

332, 7. Ἔιρετο Ἀρταφ.] MS. ἤρετο Ἀρτ. Et statim δοκέοι, non δοκέει.

332, 14. Τοῦτο τὸ ὑπόδημα.] Festiva hæc et Asiatica criminis gravissimi obiectio dicam? an extenuatio cognita satis et annotata antiquis sæculis fuit, adeo ut eam ipsam adhibeat in disceptatione, utrum Ioviano culpa tot regionum trans Tigrin ereptarum Romano imperio, an Iuliano dari debeat Nicephorus Callistus lib. 10. Hist. Eccles. cap. 38.

332, 23. Καταγνωσθεὶς ὑπ' αὐτέων.] MS. πρὸς αὐτέων.

333, 28. Ἀπωσὸς ἐκ τῆς ἑωῦτοῦ.] MS. ἀπωσὸς τῆς ἑωῦτοῦ. Cui concessi, etsi sciam alioqui sine isto genitivo, et sine illa præpositione ab auctore nostro usurpari istud vocabulum ἀπωσός. Nisi quod etiam lenius est omittere solam præpositionem, quod libens nunc feci.

333, 35. Ὅσοι αὐτέων Ἰσιαλῳ.] Nempe ita fuere hoc voluerunt, ut intellectus foret facilior, et ὅσοι quidem essent ipsi navigantes, αὐτέων vero antecedens νεῶν respiceret. Insulse satis. MS. ὅσοι αὐτῷ Ἰσιαλῳ. Tum πεισεσθαι, non πείθεσθαι.

333, 45. Ἐστρατεύοντο.] MS. ἐστράτευν, quod sufficit.

333, 49. Στρατὸν μηδένα συλλέγειν.] MS. tantum στρατὸν μὴ συλλέγειν, et hoc satis clarum.

334, 1. Ἀλλ' ἐκ τείχεος ὡς δυνατὸν ῥύεσθαι αὐτοὺς Μιλησίους. Quæ quum vertisset Valla, *sed Milesios mœnia per se ipsos pro viribus tutari*, nescio quid offensus Stephanus sic immutavit, *Sed e mœnibus Milesios hostium impetum pro viribus propulsare*. Quæ mutatio talis est, ut non videatur legisse ῥύεσθαι, quod non notat propulsare, sed ἐρύκειν vel ἐρύκεσθαι, aut aliud simile, quod ab ipso indicari debuit, quum ut dico, verbum ῥύεσθαι ita verti nequeat, sed *custodire*, *tueri*, *servare*, prout magnam copiam ex hoc Herodoto collegit Portus in Lexico, sed hunc locum præteriit, ubi hærebat forsan. Et utique hanc vim istius verbi sic cognitam habebat Stephanus, ut magis furor in eo fuerit sic bene agentem Vallam aggredi, quam voluntas bene illustrandi. Est enim haud dubie interpolata et corrupta scriptura illa, qua utuntur editiones, quum verbum ῥύεσθαι nunquam nisi modo activo vel expresso vel intellecto adhibeatur, sic ut quartum ei casum perpetuo adiungat. Inspice modo Portum. Scias igitur oportet, quod lectores Herodoteæ historiæ antehac nesciverunt, esse mirifice omnia incrustata et fere gangrænam aliquam. Habet enim diserte et magnifice liber Mediceus ἀλλὰ τὰ τείχεα ῥύεσθαι αὐτοὺς Μιλησίους. Et τεύχεα ῥύεσθαι, quidem notavit et Th. Gale ex Arch. Quæ sic omnia erunt perquam sana et vere Herodotea, sive quod ad verbum solum ῥύεσθαι pertinet, sive quod ad omnem loquutionem, cui similem prorsus habes libro hoc sexto cap. 101. εἰκὼς δὲ διαφυλάξαιεν τὰ τείχεα, τούτου σφι ἔμελε πέρι. Iam de hac ipsa Mileto, velut probans hanc suam manum, dicit auctor cap. 18. huius libri: ὑπορύσσοντες τὰ τείχεα. Ut sic habeas integerrimam restitutionem.

334, 19. Πασέων δὲ τουτέων.] MS. πάντων δὲ τουτ. Et mox ἀπίκατο pro ἀπίκοντο, ut in libro antecedente.

334, 30. Ταῦτα ἐπιλεγόμενοι συλλέξαντες.] Sic vulgo amant orationem suspensam tenere et coniuncta hæc participia exspectare adminiculum illis futurum ex verbo sequuturo ἔλεγον, ita distento sermone medio, ut etiam parenthesis interponatur. Iam egi de participiis, unde non fuerat necesse in tantum habere omnia incerta. Sed eximius ille Mediceus negat hunc locum esse eiusdem generis, integerrime exhibens ταῦτα ἐπιλεγόμενοι ἔλεξαν συλλέξαντες. Omnia scilicet sunt referta suis membris, neque parenthesi opus est. Illa verbi repetitio est, ut capite 30. Ἀχθη ἀγόμενος· et clarius patebit, si placuerit addere, quod numeris superiori-
952 bus 22, 25. notare incepi. Sic denique post præmissum integrum sermonem, quo melius instruebatur lector, revertitur ad modum loquutionis, quem inchoaverat, ut omnia sint planissima, nec molestе lectorem suspendant.

334, 35. Ἔλεγον τάδε.] MS. ἔλεγον σφὶν τάδε.

334, 37. Τοὺς γὰρ ἑωῦτοῦ ἕκαστος.] Quam implexus sermo? At is nulli bono est, et multo lenius exstat in optimo MS. τοὺς γὰρ αὐτέων ἕκαστος.

335, 4. Τὰ ἴδια ἐμπρήσεται.] MS. ἐμπεπρήσεται. Mox etiam μὲν οὐ ποιήσουσι, ubi vulgo μὲν μὴ ποιήσουσιν.

335, 14. Ταλαιπωρίας ἐνδέκεσθαι.] Hic locus est, in quo exercet acumen suum Dionysius Longinus cap. 22. elegantissimi libelli, ubi tum alia notari merentur, tum quod et ipse non bene correcto exemplari utens sic citat hæc verba, et ipse sustinuit illa explicare νῦν καιρὸς ἐστιν ὑμῖν πόνους ἐπιδέχεσθαι. Quod quam sit vitiosum, ipsa Herodoti verba ostendunt mox sequentia τὸ παραχρῆμα μὲν πόνος ὑμῖν ἔσαι. Reiicit pluralem, exigit singularem. Sed teterrima in eodem loco sunt vitia, vel Tollii notantis duos codices habere προστισέβαλεν, quod falsum est, quum ipse in MSto viderim esse Προεισέβαλε, etiam cum proximarum vocum varietatibus, quibus relictis id haud dubie etiam fuit Longini verbum; vel interpretis, qui Græca ista ὡς μηδ' ἀρχὴν πρὸς τὸ ἐφεξὸς δέος προσαγορεῦσαι (vitiose editur προσαγρεῦσαι) τοὺς ἀκούοντας Latine vertit *quo minus eos in principio orationis, uti factum oportuerat, compellasset*. Adeo illic quoque ignoratur usus vocis ἀρχὴν, quem toties hæc tempora ostentaverunt, et quia librarii nonnulli etiam ignoraverunt, ideo in nonnullis MSStis exstat ἀρχὴ, mendose sane. Dicit enim *ut omnino ne alloquatur quidem audientes propter imminentem metum*. Porro horrendum istud, quod notat Tollius ὡς δραπέτῃσι si reddatur *tanquam fugitivis* inelegans fore et insolens, et ideo se reddidisse *acerbissimam*; habet contrarios Vallam cum omnibus, qui interpretationem eius ediderunt, qui non ita statuunt. Sed porro an diffidebat ingenio Herodoti aut peritiæ, qua sciret quid foret elegans? An vero Græcis aliud est elegans, aliud Latinis in hac narratione? Insuper Tollius ex se id non facit, sed ex inepta imitatione Gallici interpretis, *et esclaves miserables*. Immo optime mentem Dionysii intelligebant Iones audienda servitutis ratione, quæ incumbebat fugitivis. Summa rei est, mi lector, ut scias legi in eximio illo Mediceo MS. ταλαιπωρίην δέκεσθαι· egregie et boni ominis ergo. Hæc una laboriosa sors et tempestas, quam animose dissipantes lætius agemus et securius.

335, 23. Πολλὸν ἐλασσώσεσθαι.] MS. recte ἐλασσωθήσεσθαι.

335, 40. Τωῦτὸ τοῦτο πείσεσθαι.] MS. adnectit voculam εἰσὶ, et debet adnecti.

336, 13. Παρ' ὅτευ.] MS. παρ' οὗ.

336, 26. Τριήραρχοι ἔμενον.] MS. παρέμενον, quod retinet etiam infra.

336, 37. Οἱ παρείχοντο μὲν.] MS. παρείχοντο μὲν γὰρ. Certe videtur narrationem hic incepisse ab primo ovo, et propterea etiam libero proœmio eam instituere.

336, 48. Οὗτοι δὲ ὡς διωκ.] MS. αὐτοὶ δὲ ὡς.

337, 6. Ὅπως εἶχε περὶ τῶν Χίων.] MS. ὡς εἶχε περὶ τῶν X.

337, 11. Οὗτοι μέν νυν.] MS. οὗτοι μὲν τοί νυν.

337, 30. Ἐς τοὺς Ἀργείους.] MS. ἐς αὐτοὺς Ἀργείους.

337, 44. Ἐν Διδύμοισι ὁ νηός τε.] Interponit MS. ἐν Διδύμοισι καὶ ὁ νηός τε, ut sensus sit, *templum vero, quod erat in Didymis, ædes perinde ac oraculum* &c.

338, 1. Ἐρυθρῇ καλεομένῃ θαλάσσῃ.] Vox media abest ab MS. et merito post toties iam citatum istud mare, et utique libro 2. c. 158. 159. fine illo participio diu monstratum. Et videtur ipse Stephanus Byzantius indicare hanc Herodoti manum in v. Ἄμπη scribens πόλις πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, non addito participio. Nam et quod ad nomen urbis pertinet, plane in MS. Mediceo notavi Ἄμπῃ, sicut et Th. Gale ex Arch. non Ἄμπι, quod vulgo edebatur, et hinc eruditis de-

dit

dit occasionem scribendæ notæ ad Stephanum. Potius debuissent conferre locum ex libro 1. cap. 189., ubi dicit ποταμὸν Τίγριν, ὁ δὲ παρὰ Ὦπιν πόλιν ῥέων ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν ἐκδίδοι.

338, 17. Ἔπεσαν τὸ θέητρον.] Non oportet affectare nimium delicias, quod videntur alii, quam Herodotus, fecisse. Nam exhibet hoc loco optimus MS. ἔπεσε. Quod est præstantissimum, et si id habuissent cognitum illi heroës ad Dionysii Longini caput 24., prout distinxerunt, quanto aliter ad id scripsissent? quanto paucioribus verbis potuerant defungi? et quidem multo melius, quam pluribus nunc efficiunt, sive Fabrum respicias, sive Tollium, utique in obscuro hariolantes. Ita ut habet MS. Mediceus, legit quoque Dionysius, qui artificium hoc non ponit in eo, ut alius sit numerus verbi, alius nominis, sed in utroque sit idem, sicut in exemplo Thucydidis Πελοπόννησος διειςήκει, ita in Herodoto ἔπεσε τὸ θέητρον. Indignum est hoc tempore edi in Longino ἔπεσαν. In dativo considerando perinfelix est Petra. Ubi vero in Græcis illud *universum*, quod tam ample debuit conspici in Latinis? Non si Thucydides dicat ἅπασα, ideo et Herodoto tale adjectivum placuit exprimere, quod sententia satis demonstrat.

953 338, 25. Αἰάκεσι δουλεύειν.] Miror potuisse istum nasutum Stephanum hic silere, ubi longe pulchrior in Græcis videtur oratio, quam in Latinis, ut nomen proprium efferatur plurali modo vel ad sævitiæ exprobrationem vel ad vilitatis, ut apud Suetonium dicebat Sulla *Iulio Cæsari multos Marios inesse*. Sed hæc possunt ita videri. Omnino præstantissimus codex habet simpliciter, quod edidi, Αἰάκει.

338, 32. Οἱ Σάμιοι μοῦνοι Ἴωνες.] MS. Ἰώνων.

338, 43. Ἔοῦσαν ἐρήμην.] Si inspexeris collectanea Porti, non alibi in Herodoto notatur hoc adiectivum sic fœmininum per notam ultimæ syllabæ, sed ipsum ἔρημος implet quoque istud genus. Cur igitur non notavit hoc specimen? Sed et hoc loco scias legi in optimo MS. ἔρημον. Sic non modo aliquoties ἔρημος οὖσα occurrit, sed et lib. 8. c. 65. ἐρήμου οὔσης τῆς Ἀττικῆς. Etiam alii.

339, 1. Ὡς ἀποβαλόντα τὴν πόλιν.] Vocula prima non est in MS. in qua nescio quid causæ videtur quæsivisse Valla, ut inde reliquis Græcis attribueret sensum invidiæ plenum, tanquam urbis desertori, quum urbem considerare videatur Herodotus ut unicum eius munimentum, quod ille amiserat, et hinc in manum Hippocratis ab fato delatus.

339, 8. Ἱπποκράτεϊ λαγχάνειν.] Ignoro id genus loquendi, et habet MS. ille optimus perspicue Ἱπποκράτεα. Non aliter Herodotum loqui videbis ex Porti lexico.

339, 14. Ἐκ τῆς Ἴνυκος ἐκδιδρήσκει.] Sic cap. 90. Ἐκδιδρήσκει ἐκ τῆς Αἰγίνης. Atque ita sæpius. Attamen hoc loco voculæ duæ priores absunt a MS.

339, 32. Τας μὲν ἐθελοντὶ.] MS. ἐθελοντὴν.

339, 47. Ἡ πόλι ἡ ἔθνεϊ.] Prius ἡ omittit MS.

340, 3. Λοιμὸς ἀπολαβὼν ἀπήνεικε.] Attende lector; neque enim unquam participium hoc aut alia pars verbi ab Herodoto usurpatur hoc sensu: immo magis ut receptionem, non ablationem et raptum notet. Inspice modo Porti indicem. Et certe voluerunt in hoc fuisse nonnulli lepidi videri, ut nunc quoque duo verba haberent idem principium. Itaque gratulabundus excepi, quod notabam in optimo MS. legi ὑπολαβὼν. Hoc verum est et Græcum. Λοιμὸς enim ὑπολαβὼν, ut ποταμὸς 2, 150., ut ἄνεμος ὑπολαβὼν καὶ ἀποφέρων 4, 179.

340, 8. Προσέδειξε.] MS. rite προδειξε. Et mox ἐποιήσαντο, non ἐποιήσατο nempe Histiæus cum Lesbiis.

340, 20. Πεδίου τῶν Μυσῶν.] MS. πεδίου τὸν τῶν Μυσῶν.

340, 49. Περιςείλαντας εὐπρεπῶς ἐνετείλατο θάψαι.] MS. περιςείλαντας εὖ ἐνετείλατο θάψαι. Quod sufficiens, credo, atque etiam sincerum Herodoti est. Libro 2. cap. 90. dicit περιςείλαντας ὡς κάλλιςα. Quod autem ad titulum pertinet, quem auctor addit, quum ab Dario Εὐεργέτης ἑαυτῷ τε καὶ Πέρςῃσι inscribitur, de eo collegit aliqua Desider. Heraldus lib. 1. Adversar. cap. 9.

341, 9. Τοῦτον τὸν τρόπον.] MS. τόνδε τὸν τρόπον. De hoc autem σαγηνεύσεως genere notat aliqua Petavius ad Iuliani orationem secundam: ubi circa Eretriam idem factum docet ex hoc testimonio Platonis et descriptione non minus concinna; οἱ ςρατιῶται αὐτοῦ, ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν διασάντες, συνάψαντες τὰς χεῖρας διῆλθον ἅπασαν τὴν χώραν &c. Nam certe quod in Herodoto est ἀνὴρ ἀνδρὸς ἁψάμενος διήκουσι dubito an queat omnibus placere. Utique istud, quod audimus, διήκουσι, quisque videt idem esse, quod διέρχονται se-

quens, ut istud nequeat hic ferri, præsertim quum et optimus ille MS. habeat διήκουσαν, ut ad θάλασσαν νοτίην referri debeat, dicanturque viri manibus iunctis ab boreali mari per litus circumdare usque ad australe continuo tactu pertinens, et ita semiorbem ducentes deinde per omnem insulam transire. Apparet autem sic in maximis imperiis placuisse illudere vocabulis, ut gravissimam miseriam quæ hominibus inferri poterat, communi privatorum hominum vocabulo gauderent efferre, ut est in piscando σαγήνευσις, quem morem ab antiquo deductum esse docet Nemrodes ὁ θηρευτὴρ, non utique ut occideret, sed tanquam in vivariis multa animalium genera isti nostri Persæ, sic ipse vetustior undiquaque, sed per vim colligeret homines, et subiectos haberet numerosiores, sermone extenuante gravissimas ærumnas. Et mox idem MS. ἐπηπειλήσαντο, non ἐπηπείλησαν.

341, 19. Ἀντὶ ἐνόρχων εἶναι εὐνούχους.] Quod pessime sic corruperunt alii, pulcherrima conversione ita restituit optimus MS. ἀντὶ εἶναι ἐνόρχιας εὐνούχους. Hoc vere Herodoteum. 7, 170. ἀντὶ δὲ τοῦ εἶναι νησιώτας ἠπειρώτας. Noluit dicere ἀντὶ νησιωτῶν εἶναι ἠπειρώτας, Nec dissimile est 1, 185. Ἔπολέε δὲ ἀμφότερα ταῦτα τόν τε ποταμὸν σκολιὸν, καὶ τὸ ἐρύγμα πᾶν ἕλος. Item 8, 88. οἱ ἄνδρες ἡμῖν γεγόνασι γυναῖκες· αἱ δὲ γυναῖκες ἄνδρες. Imo cum hoc comparandum videtur istud dulcissimum ultra quam dici potest vel prophetæ Hoseæ, quod citat Paulus ad Roman. 9, 25. Καλέσω τὸν οὐ λαόν μου λαόν μου· vel Ioannis in Euangelio 4, 46. Ὅπου ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον.

341, 24. Διὶ δὲ ἐπέξῃς.] MS. δὶς δὲ ἐξῇς. Mox εἰσὶ δὲ αἱ ἐν τῇ Εὐρώπῃ αἵδε· interposito illo αἱ satis eleganter et inexspectato.

341, 30. Πόλιες πολέες εἰσὶ.] Quasi vero. Atqui longe certius MS. πόλιες συχναὶ ἔνεισι.

341, 32. Σηλυβρίη τε.] Ita agit Holstenius ad Stephanum, tanquam solus dissentiret Herodotus, eamque appellari vellet hoc modo sine litera μ, quam videt alios interponere et vocare Σηλυμβρίαν. Quid igi- 954
tur cogitavit de interpretatione Vallæ, in qua dicitur *Selymbria*? Ut tricari desinant, testor in MS. Mediceo plane legi Σηλυμβρία, prout haud dubie Valla habuit in exemplari suo, quod expresit, de quo bene cogitare debuit Holstenius, et Florentinum istud Herodoti exemplar potuit inspicere.

341, 34. Ἀλλ' οἴχοντο φεύγοντες ἀπολιπόντες τὴν πόλιν.] In his omnia insunt ut præter rationem, ita præter Herodoti manum. Neque enim ulla catachresis defendere potest vocem postremam, quæ ut recte se haberet, duntaxat scribi debuit τὰς πόλιας. Deinde quod exemplum uspiam ita incondite geminati participii? quorum unum non modo nihil sententiæ affert, sed prorsus ab currente calamo et recordante sæpe ab Herodoto esse dictum οἴχοντο φεύγοντες inculcatum videtur. Inspice quam præclare MS. Mediceus ἀλλ' οἴχοντο ἀπολιπόντες τὴν σφετέρην ἴσω. Nam et sic habet, ut rursus in pagina sequente, non ἴσω.

341, 38. Τὰς χώρας τὰς καταλεχθείσας.] Ferri potest. Sed cur ad se Herodotus id retulerit, et non ad ipsam historiam? Utique nequivit auctor fide sua contendere nullam aliam urbem aut munitionem ab Persis esse deletam præter illas quas memoravit. Itaque multum præplacet lectio, quæ est in MS. καταλειφθείσας.

341, 42. Ὅσας προσχόντες.] MS. ὅσας πρότερον προσχ. Talis alicuius vocis rationem habuit interpres Latinus.

341, 45. Τοῦ Φοινίκων ἔσπλου τούτου.] Vox postrema abest ab MS. Utique nullus non bene videt agi de hac navali expeditione Phœnicum.

342, 12. Ἐπ' Ἀθηναίων.] MS. ἐπ' Ἀθηνέων, quod necessarium est, et expresit interpres. Et mox ἀτὰρ ἐδυνάσευέ τε καὶ.

342, 36. Οἱ ἐπαγόμενοι.] MS. οἱ ἐπαγαγόμενοι. Et statim πρῶτον μὲν ἐπετείχισε, quod verum, quum ἀποτειχίζειν recte sequatur ut summa effectus.

342, 46. Οἱ Λαμψακηνοὶ οἱ λοχήσαντες.] Nimium illud quidem. Itaque posterius illud οἱ abest ab MS. et quidem necessario.

343, 3. Τί θέλει.] MS. τὸ θέλει· c. 61. ὅ, τι φέρει.

343, 10. Μετὰ δὲ ταῦτα τελευτᾷ.] Vox ταῦτα abest ab MS.

343, 29. Εἶχε κατ' δικους.] Exstat hæc loquutio 3, 79. Ἀλλὰ κατ' δικους ἐωϋτοὺς οἱ μάγοι ἔχουσι τὴν ἡμέρην ταύτην. Hoc tamen loco præfert optimus MS. δικου.

343, 45. Ἔφευγε Χερσόνησον.] Absurdum dictum præ illo quod est in optimo MS. ἔφευγεν ἀπὸ Χερσονήσου.

344, 24. Οὐδὲν ἔτι πλέον ἐγένετο τουτέων.] MS. οὐδὲν

δὲν ἐπίπλεον ἐγένετο τουτέων nihil plenum conſummatumque ex illis Perſis contigit ad miſeriam lonibus futurum.

344, 28. Ἐκ τῶν πολεμίων.] Si modo eo usque extendere ſe Artaphernis manus potuerint, ut hoſtes petenti ipſi, ut legatos mitterent, auſcultaviſſe opinemur. Et vero quinam isti πολέμιοι? utrum adhuc in ipsa Aſia? an vero transmarini ex Europa? Ridiculus est Valla, quid cogitaverit de accitis hoſtium nunciis. Omnino amare debemus emendationem Nobiliſſ. Grentemesnilii ἐκ τῶν πολίων, quam plenisſime confirmat exemplar Mediceum.

345, 29. Πεζῷ στρατῷ στρατοπεδευομένῳ.] An pote quid ineptius hac repetitione? Itaque ſcias mediam vocem ab MS. abeſſe, quod commodisſimum est ingenio per Herodoti ſcripta mollisſime progredi et decurrere adſueto. Πεζῷ enim nihil adest, quod reſpiciat, niſi antecedens στρατῷ: niſi placeat neutrum eſſe, ſicut infra, ἀπῆγε τὴν στρατιὴν ὀπίσω, ἅτε τῷ πεζῷ τε προσπταίσας καὶ τῷ ναυτικῷ.

345, 39. Ἀπηλλάχθη.] MS. ἀπαλλάχθη.

346, 17. Τὰς νέας πάσας.] MS. τὰς νέας τὰς πάσας ut 7, 68. τὰς μὲν δὴ νέας τὰς πάσας.

346, 34. Ἐπὶ σφίσι ἔχοντας.] Hæc non posſunt notare *boſtili in ipsos animo*, ut vertit Valla. Nam etſi habere aliquid ἐπί τινι dicatur de iure actionis ob noxam, ideo non ſtatim est hoſtilis animus. Imo Mediceus MS. ἐπὶ σφίσι ἐπέχοντας. Pro quo uſurpat accuſativum lib. 9. cap. 58. Ἐπεῖχέ τε ἐπὶ Λακεδαιμονίους τε καὶ Τεγεήτας μούνους.

346, 42. Ἐπειρᾶτο συλλαμβάνειν.] MS. συλλαμβάνων. Sane utroque utitur. Sed fidem meretur codex optimus. Certe iunctum cum participio duobus locis notavit et Portus. Sed id fit in multo pluribus.

347, 25. Ἴσων ἀμφοτέρων ἐόντων.] Vox media non est in MS. quia ſcilicet iam δίδυμα antecesſerant, etiam τέκνα, etiam τῶν παίδων τὸν πρησβύτερον. Quid ab alio hic ſupponi potest, quam esſe ἀμφοτέρους? Et melius utique ſequitur eadem vox.

347, 34. Τιμᾶν δὲ μᾶλλον τὸν γεραίτερον.] Si ita dixit Pythia, ſupponit igitur non fuisſe ὁμοίους nec ἴσους, ſed uni adfuisſe aliquod præ altero γέρας. Quod dubito. Certe MS. Mediceus τὸν πρεσβύτερον. Et ex ſequentibus apparet Pythiam hac voce uſam esſe, dum ſcribit Lacedæmonios reperire nequivisſe ne ſic quidem τὸν πρεσβύτερον. Quin et in voce γεραίτερος reſidet aliquid, cui nunc locus nullus est.

348, 5. Τῷ δὲ νεωτέρῳ.] Et hæc ultima vox abest ab MS. Recte ut credo, quum per præcedentia is optime queat intelligi.

348, 6. Χρόνον τῆς ζόης αὐτέων.] Etiam hæc poſtrema vox non est in MS. quod quam ſit commodum, patet ex ipsa Vallæ verſione, eam plane non tangentis.

348, 9. Τάδε δὲ καταλεγόμενα.] Tanquam in his fuisſet compoſita et deſcripta ſeries quædam vel re-
955 rum vel nominum, in qua ſolet Herodotus illud verbum καταλέγεσθαι uſurpare pasſim; quæ nulla prorſus est, ſed in alia parte narrationis ſequitur, unde ibi dicit καταλεγομένους ut id haberi prorſus debeat pro ficto et ſuppoſitio, et unice verum legatur in Mediceo MS. τάδε δὲ κατὰ τὰ λεγόμενα. Quis neget id expreſſum esſe ab Valla?

348, 18. Εἴρηταί μοι.] MS. εἰρέαταί μοι, quod ex aliis locis iam novit Portus.

348, 40. Ἐν τοῖσι ἐξοδίοισι.] MS. ἐν τῇσι ἐξοδίῃσι. Hanc vocem obſervavit Suidas, non neutrum: quod dubium foret, an pro adiectivo accipi deberet, prout illic dicuntur etiam ἐξόδιοι νόμοι. Itaque Suidam egregie confirmat hic Italicus codex. Deinde etiam cum ederetur θυσίην τις δημοτελὴς ποιέηται, quod ſine ſenſu est, hærebam an deberet ſcribi θυσίῃ, ut verbum esſet pasſivum; ſed adiuvit me MS. exhibens egregie ἢν θυσίην τις δημοτελῆ ποιέηται, ut verbum ſit medium.

348, 49. Νεμεσίας δὲ ἀνὰ πάσας.] Ita qui Herodotum ferre nequiverunt, ex vulgari Græcia ſuppleverunt hunc eius locum, ut cap. 61. dixit ἐφόρεε αὐτὴν ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην et 2, 37. et 8, 65. Τὴν δὲ ὁρτὴν ταύτην ἄγουσι ἀνὰ πάντα ἔτεα. Et 1, 136. ἀνὰ πᾶν ἔτος. Sed particula ἀνὰ nunc abest ab MS. et recte. Videtur enim dictum ut ſæpe τοῦτον τὸν χρόνον et cap. 123. τὸν πάντα χρόνον. Sed clarisſime 1, 111. πᾶσαν ἡμέρην.

349, 5. Τούτοισι προσκεῖσθαι.] Pluribus id verbum confirmavit Portus in Lexico, etiam adhibens hunc ipsum locum, interpretans *bis hunc bonorem tribui*, ut in dubium trahi nequeat: quum tamen perſpicue legatur in optimo MS. προκεῖσθαι, fere ut 3, 22. Ὀγδώκοντα ἔτεα ζόης πλήρωμα ἀνδρὶ μακρότατον προκεῖσθαι.

349, 27. Λέβητας κροτέουσι.] Sic et Valla *ollas*. At Cragius *lebetes*. Cedo igitur, quot eius generis fuerint? An in ſingulis plateis et vicis coactæ fæminæ pulſarunt varios? ut turbulenta esſet quam maxime Sparta. Immo vero optimus MS. agnoſcit tantum λέβητα. Sic clarior est ſermo, ut certæ fæminæ unum conſtituentes cætum pulſantes unum æs circumirent.

349, 33. Τῶν γὰρ βαρβάρων.] MS. τῶν γὰρ ὧν βαρβάρων. Nemo qui Herodotum novit, de eo dubitaverit.

349, 46. Ἐπεὰν δὲ θάψωσι.] Debebant nempe codicis Medicei quoque in hunc librum ſextum ſingularia beneficia exſtare. Itaque videtur ea auſpicari ab hoc loco. Quem Cragius quoque ſic intellexit, quaſi in univerſum quo tempore funus fiebat Regi mortuo, decem dierum iuſtitium indici, nec magiſtratuum ullum conſeſſum fuisſe habitum, ſed hos dies ut funeſtos luctu traduci, quibus ſtatim ſubnectit Heracliden corripientem intra tres dies. At vero hæ voces omnes non leguntur ſuo loco in MS. ſed ad marginem allitæ ſunt manu ſatis recente. Quam varietatem quum conſidero, vereri ſane ſoleo ne recte abiiciantur; quippe totum hunc ſermonem ſi ſpectes, ille est de ratione efferendi reges. At in hac parte nunc particulatim agit de regibus in prælio interfectis; hos ait efferri in toro magnifice ſtrato, tum decem dierum indici iuſtitium, non ſublegi magiſtratus, et nihil aliud Lacedæmona niſi lugere. Ad hæc, ſatis sic clara, proponenda non videtur mihi ullo modo requiri ista trias. Tuum erit, mi lector, conſiderare et bene ſapere. Ad quod quum te in tam memorabili loco excitet ille præclarus codex, nec ſtupide omnia admittas, opinor esſe quod ei gratias agas.

349, 49. Συμφέρονται δὲ ἄλλο οὗτοι.] Vox poſterior in MS. non est.

350, 14. Κοινὰ τῇ Ἑλλάδι.] Ille ipse MS. interponit ἐν voculam ſcilicet modo datam τῇ Αἰγίνῃ, et ideo nunc omittendam, ut putarunt. At ille addit plane ostendens Herodotum ex 2, 114. Ἔργον δὲ ἀνόσιον ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐξεργασμένος.

350, 40. Ὡς παιδίον φορέει.] Voluerunt nempe aliter loqui Deam, aliter nutricem; ideo mutari debuit vox. An idem fuerit Herodoti iudicium, omnino dubito. Immo quum plane habeat MS. φέρει, dicendum est nugaces manus hinc removeri debuisſe, et ſancte genuinum retineri.

350, 44. Ὁρῶσαν δὲ τὴν γυναῖκα περὶ πολλοῦ ποιευμένην ἰδέσθαι, οὕτω δὴ τὴν τροφὸν δεῖξαι.] In tanta collectione accuſativorum qui tamen maxima cum concinnitate ſe invicem amplectuntur, ut loquutio ſit quam emendatisſime coagulata, est tamen unum vitioſum, etſi forſan nullo lectore iudice, utique tamen ipso Herodoto, cui hanc cauſam committere debemus, cuius fidelisſimum exemplar MS. habet ὁρῶσα. Quæ mutatio ſi creditur non meruisſe, ut laudabilis dicatur, utique est notabilis, ut patebit reviſenti ad numeros 17, 47. Nec huic disſimile occurrit 8, 137. Οἱ δὲ τὸν μισθὸν ἔφασαν δίκαιον εἶναι ἀπολαβόντας οὕτω ἐξιέναι. Sed codex antiquus offenſus tot accuſativis ſcribit ἀπολαβόντες. Et vellem plura; ſed ſatis est talium.

351, 3. Ὑπεδέκετο.] MS. ὑποδέκετο. Et mox ἓν τὸ ἂν αὐτὸς omisſa particula τι. Utrumque ſi non prægravans vulgatam, certe par, quum et mox verbo reſpondeat καταινέει.

351, 16. Ἀπίει ἀπάγεσθαι.] Multum hic differunt in interpretando Valla et Stephanus: ille aſtutus ad ſpeciem vulgato dandam *ad eam ducendam abiit*, Stephanus *eam abducere permiſit*. Unde potuit id habere iste Stephanus? non ſane ex ſeſe? et debuerat utique cauſam huius mutationis, quæ nulla in vulgato exprimitur, vel in notulis illis edidisſe, vel in ora poſuisſe, ſi quid in aliquo MSto reperisſet. Et hoc verum est. Sed ipse dolum fraudemque amavit. Nam clare exhibet Mediceus MS. ἀπίησι. 956

351, 23. Τὸν χρόνον τῷ ἠγάγετο.] Nihil in eo est Græcum. Præclare MS. τὸν χρόνον ἐξ ὅτου ἠγάγ.

351, 24. Ἐπὶ δακτύλῳ.] Nempe quia mox addit τοὺς μῆνας, hos debuit computare uno digito, quoniam ſumma est tam exigua pro ratione numerorum, quæ digitis computabatur. Sed inepti ſunt, et ad tempus matureſcentis fœtus ſubducendum plures digiti requirebantur, ut omnino auctor ſcripserit ἐπὶ δακτύλων, quod integerrimum exſtat in codice Mediceo; ſed et apud Th. Gale in Cod. Arch.

352, 12. Οὐκ ἑαυτοῦ μιν εἶναι.] Vocula μιν non est in MS.

352, 20. Εἰ ἄρα Ἀρίστωνος.] MS. tantum εἰ Ἀρίστωνος. Tale ſupra iam occurrit. Nam mox ex eodem edidi

ἐβούλετο, quod ab Stephano in MSStis repertum patet in margine, firmatum ab noſtro.

353, 5. Μετέρχομαι πρὸς θεῶν.] MS. μετέρχομαι τῶν θεῶν. Sic in eodem MS. eliditur præpoſitio ſuppoſita hac eadem voce in cap. 74. λέγεται εἶναι ὑπ' Ἀρκάδων τὸ Στυγὸς ὕδωρ, quum in MS. ſit εἶναι τῶν Ἀρκάδων, ubi vide.

353, 26. Ὀλίγου γάρ τι πρότερον.] Sic 7, 113. Τοῦπερ ὀλίγου πρότερον τούτων λόγον ἐποιεύμην. Et contra ſæpe occurrit πολλὸν ἐλάσσων, et ἀλκιμώτερος. Et 1, 56. Πολλόν τι μάλιϛα πάντων. Nunc tamen optimus MS. ὀλίγῳ γάρ τι πρότερον.

353, 35. Καί τοι πατήρ ἐϛι.] Nihil iuvat ista ſecunda vox: plus longe confert optimus MS. ſcribendo καί σοι πατήρ ἐϛι.

353, 39. Ὅτε αὐτῷ ἠγγέλθης γενόμενος.] MS. ὅτε αὐτῷ σὺ ἠγγέλθης γεγενημένος, prout lenivi, quod eſſe durius in ſcripto exaratum indicavi.

354, 1. Ἀληθέϛατα πάντα ἀνήκοας.] Vox media non eſt in MS. quum adhuc aliquid reſponſi ſuperfuiſſe ſtatim oſtendat.

354, 10. Ἐπιδιαβάντες δὲ] Similia in Herodoto decompoſita memini legiſſe; hoc ipſum non recordor: et ſane exhibebat MS. ἐπιβάντες δὲ. Et ſtatim αὐτοῦ τε ἅπτοντο, non ἅπτονται, quod non mirum irrepſiſſe in codices vulgares, quum et vulgaris ſcientia id poſcat; ſed aliud placuit docto Herodoto, ut ἀπαλλάσσοντο 5, 34, et 6, 75. ἄρχετο.

354, 12. Οὐδὲ γὰρ ἐξεδίδοσαν.] MS. οὐ γὰρ ἐξεδ. Elegantia etiam in exiguis effulgens, quum ad repetitionem nimis ſubitam illius δὲ offenſet lingua.

354, 37. Τῷ Κλεομένεϊ εὐωδώθη τὸ πρῆγμα.] Est hoc certe communis Græcismi, et ideo non miror hic conſpici verbum, quod tantopere conatur nunc illuſtrare Portus, et quantis molibus commentatores in epiſtola Pauli ad Romanos cap. 1.? Sed acrioris cogitationis aliquid voluiſſe videtur Herodotus, quod præbetur ab MS. nempe ſolum ὠδώθη. Neque enim neceſſario requiritur, ut bene addatur, quum ſatis ſit ſi dicatur id negotium peregiſſe viam.

355, 2. Ἧγον ἄλλους τε καὶ.] MS. ἦγον καὶ ἄλλους καὶ, quod est venuſtius.

355, 5. Παραθήκην κατατίθεντκι.] Alibi uſurpat ſimplex τίθεμαι, ut notum est: nunc præfert compoſitum, ut propior ſit voci; quam in hac cauſa elegerunt Latini, *deponere?* Non ſugillo; ſed egregie optimus MS. παραθήκην παρατίθενται, ut et nomen et verbum ſit eiusdem formæ, prout alibi πομπὴν πέμπειν, ἀρχὴν ἄρχειν. Hoc libro in fine: δίκας διδόναι ταύτας τὰς ἂν αὐτοὶ Ἀθηναῖοι δικάσωσι. Hoc enim illi in mente fuiſſe patet ex cap. 86., ubi bis dicit παρακαταθήκην, quo decompoſito iam vitavit uti.

355, 14. Ἐξορκῶν τὸ Στυγὸς ὕδωρ.] Hæc bene concinnata ſunt ab correctoribus, et quæ ullus adeo non ſit negaturus, ut Portus in lexico potuerit pro iisdem conſiderare Ἐπεὶ δὲ ἐξώρκωσέ μιν et Ἐξορκῶν τὸ Στυγὸς ὕδωρ, quæ in obiecto differunt maxime. Sed unde ſciebat Herodotus eum in animo habere tale factum, niſi id in quibusdam exſeruerit et facto declaraverit? Si enim id non ita iam patuerit, horrenda et deteſtabilis est hæc non iam ſuſpicio, ſed opinio. Non is est Herodotus, qui in hiſtoria ſua oſtendat ſe velle flagellare voluntatem aut cogitationem hominis deſtitutam omni probatione ex facto. Unde quis est, qui hunc locum intellexit? Videamus igitur. In unico illo MS. legitur non istud participium, ſed ἐξόρκου. An non hinc patet Herodotum ſcripſiſſe: καὶ δὴ καὶ ἐς Νώ. πόλιν πρόθυμος ἦν τῶν Ἀρκάδων τοὺς προεξεῶτας ἀγινέων, ἐξωρκοῦτο Στυγὸς ὕδωρ. Itaque ſi appareat eum incepiſſe iam id facere et certe feciſſe, recte ut hiſtoricus narrat hoc factum Cleomenis, non ut coniector dicit in animo habuiſſe. Unde mox etiam addit ταῦτα πρήσσοντα. Hoc verbum iam tetigi ſub numeris 211, 17.

355, 16. Λέγεται εἶναι ὑπ' Ἀρκάδων.] Si ſolorum Arcadum hæc pronunciatio foret, alii diſſentirent, poſſet ista ſcriptura habere ſuum locum. At non istius tantum populi hæc fides aut iactantia erat, ſed ab omnibus admiſſa, neque quisquam prolatus est, qui id in dubium traxit, et plane legas apud Pauſaniam καλοῦσι δ' Ἕλληνες αὐτὸ ὕδωρ Στυγός. Neque ambiguum, quin et Herodotus, licet Car, idem crediderit. Omnino ſcripſit auctor λέγεται εἶναι τῶν Ἀρκάδων. In hac Arcadum urbe traditur eſſe. Ita plane habet MS. unde etiam non modo ut commodam, ſed ſane perneceſſariam reſtitutionem admittere debui. 957

355, 18. Ἐκ πέτρης ῥάζει ἐς ἄγγος.] Quale ſpectaculum hic ſibi fingunt eruditi? Dicit omnium nomine Valla aquulam e petra emanantem diſtillare in vas quoddam, in gyrum maceria præſeptum. Certe ista maceria nequit grandis fuiſſe, quum neque vas ſupponi tale poſſit. At quis vidit vas maceria præſeptum? Debet id magnopere meruiſſe cuſtodiam. Niſi fallor, univerſa hæc et ſingula ſunt ineptiæ et abſurditatis plena, ut merito dixerim ab nullo hæc intellecta fuiſſe; et tamen ſuſtinuit hæc non modo legere Caſaubonus, ſed etiam citare ad Strabonem pag. 168. Verum abſurditas ut magis pateat; infinita est nimirum hæc diminutio et λιτότης, qua utitur in deſcribenda Styge Herodotus, id tamen effectura, ut hæc omnia poſſint prima fronte videri optime convenire; eodem ſc. modo quo nunc quoque fontium quorundam per viſcera rupium ad fines delapsorum ſcaturigines ſuppoſito excavato vaſe aut cavitate rupis alibi exciſa excipi conſuerunt, qualeſ pasſim peregrinantibus per montana occurrunt. Sed quum id fiat ob certam quandam aquæ istius virtutem aut oportunitatem eamque ſalubrem; quæ oro ista Stygis virtus est, ut mereatur tanta cuſtodia excipi ac in ſuos uſus reſervari: quæ adeo ſalubris non est, ut teſtimonio Pauſaniæ et Plinii vel epota illico necet, vel virulentia ſua omne immiſſum vitiet ac contundat: et nec odore nec colore in melius differat; atque etiam ipsa appellatio gratiam eius ſtatim exprimat. Adeo mirum videbitur, ſi accolæ illic de induſtria vas appoſuerint non aquationis transeuntium vel hominum vel pecudum cauſa, quod circumſepta maceria has impediebat, ſed conſervandi cauſa. Sed nec de vaſe quidquam Pauſanias, cuius verba ſunt. κρημνός ἐϛιν ὑψηλός. οὐχ ἕτερον ἐς τοσοῦτο ἀνήκοντα ὕψους οἶδα. καὶ ὕδωρ κατὰ τοῦ κρημνοῦ ῥάζει, et aliquanto post. τὸ δὲ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ τοῦ παρὰ τὴν Νώνακριν ῥάζον, ἐμπίπτει μὲν πρῶτον ἐς πέτραν ὑψηλὴν, διεξελθὸν δὲ διὰ τῆς πέτρας, ἐς τὸν Κρᾶθιν ποταμὸν κάτεισι. In quibus nihil quidem tale apparet de vaſe, ſed ſolennis fluviorum decurſionis relatio. Nihil aliud fecit Herodotus deſcribens loci naturam, quæ talis fuit, ut Styx e ſumma rupe decidens in petram ab eodem latere exſtantem, inde decucurrerit in vallem, aut cavam rupis partem, et ex ista petierit Crathin. Id ut habeamus, corrigendum est ex MS. optimo, ἐκ πέτρης ῥάζει ἐς ἄγκος. Habemus in Græcis ἄγκεα, συναγκείας præſertim in Diodoro Siculo, ut ſint omnia notiſſima. Certe apud Suidam in utroque loco habet MS. Lugdunenſis Μισγάγκεια et ξυνάγκεια, ut alii boni codices, nec γ in illis ferri poſſit. Mnaſarchi est libro 1. Anthol. pag. 9. Οὔ τοι πρῶνες ἔθ' ὧδ' οὐδ' ἄγκεα, πάντα δ' ἔρωτες.

355, 24. Τπέλαβε μανίης νοῦσος.] Sic quoque citat Suidas in v. Ἐνέχραυε, ut notum viris doctis. MS. excellenter μανίη. Ita fragmentum veteris ſcriptoris a Suida citatum in v. Ἀπόλεμος. Ἀπόλεμος γὰρ ἦν, καὶ ὑπὸ νόσου ποδάγρας οὔτε αἱ χεῖρες οὔτε οἱ πόδες ἐτύγχανον ἄρτιοι. Recte enim intelligunt per appoſitionem.

355, 41. Ἀνέγνωσε ἐς τὰ περὶ Δημ. γενόμενα λέγειν.] Neſcio an acutior in hoc loco Valla non fuerit, quam quis forſan credat, aut etiam quam debuerit, in interpretando vocabulo ἐς. Confer Latina, quæ certe manere debent; ſed ex Græcis ea vocula expungenda, quippe et abest ab MS. et omnino turbat ibi conſtructionem. Plane enim ut c. 83. dixit auctor Οὗτος τοὺς δούλους ἀνέγνωσε ἐπιθέσθαι, ita nunc Cleomenes τὴν Πυθίην ἀνέγνωσε τὰ περὶ Δ. γ. λέγειν.

355, 42. Ὡς δὲ Ἀθηναῖοι μοῦνοι.] Et quidni infra quoque dicitur Ἀργεῖοι μοῦνοι? Sed MS. illud μοῦνοι nunc ignorat.

356, 11. Στρατιὴν κατῆγε.] MS. κατήγαγε.

356, 21. Καὶ τοῖσι Μιλησίοισι.] Vox media non est in MS. etſi alibi reminiſcar reſtitutam. Sed et mox legit idem codex λέγον ὧδε, non οὕτως.

356, 28. Τριέλικτος.] MS. ἀέλικτος. Hæc nempe vox deſtituta erat monumentis, unde fides antiquiſſimæ uſurpationis inter Græcos conſtaret, quæ nunc ei ab Florentia ſubminiſtrantur, ſive ſignificatio ſit privativa, ut ſerpentem nulla ſpirarum volumina colligentem notet ac recte expanſum, ſive valde collectum ex ambiguitate præpoſiti ἀ.

357, 3. Κατὰ πεντήκοντα δ' ὧν.] Nullum locum habet ista adverſativa, et quam dulce ac conveniens est in MS. κατὰ πεντ. δὴ ὧν.

Ibidem. Ἐκκαλέσμενος ὁ Κλεομένης ἀπέκτεινε.] MS. ἐκκαλεύμενος ὁ Κλεομένης ἔκτεινε.

357, 8. Ἀναβὰς ἐπὶ δένδρου.] MS. perſpicue legit ἐπὶ δένδρος, quod est melleum profecto, et ſemel tantum hoc loco exſtans. Unde recte cum aliis cenſeam fieri, ſi deducantur poſita pasſim δένδρεα. Habet ista loca Portus, et omnia in isto plurali: hunc locum non habet, qui est primarius, et unde manifeſte ſuppeditatur ſingulare, quod iste coniectat, qui tamen proxime ante notaverat δένδρεον. Tanto autem ineptius in hoc loco est actum, quod in genitivo edant ita ut citavi.

357,

357, 12. Ἐπείρετο τῶν αὐτομόλων.] Potuit altiore voce dixisse, quum circumstaret turba, ut sic et multi transfugæ velut rogarentur et responderint. Verum ubi legerunt docti editores hanc in Herodoto constructionem? Exempla ab Porto sunt quædam collecta in hoc
958 verbo, sed his disconvenientia. Recte igitur MS. *τῶν τινα αὐτομόλων*. Utique sic interpretatus fuit Valla, et quam hic ordo fuerit verus Herodoti, iam patuit ex illis, quæ scripsi sub num. 37, 7. Attamen poteris multitudine numerosiore probatum habere, ut ex lib. 1. cap. 84. Τῶν τινα Λυδῶν. Et 187. Τῶν τις ἐμεῦ ὕστερον γινομένων βασιλέων. Et 189. Τῶν τις ἱρῶν ἵππων. 2, 28. Τῶν τις ἱρέων, prout apud Suidam in v. Καταδαρθάνειν, apud quem simile est etiam in v. Θυμέλη. τῶν τις ἱερέων, ut constet ab aliis quoque eum observatum fuisse. Et 103. Τῶν τινες στρατιωτέων. Et 137. Τῶν τις Αἰγυπτίων· quod exstat et cap. 152. Et 175. Τῶν τις αὐτὴν μοχλευόντων. Adde ad 35, 7.

357, 16. Ἄργος με αἱρήσειν.] Particula media non est in MS. et certe Herodoti non est, qui cum cura egit, ut ipsa repeteret verba, quæ cap. 76. præmiserat, Κλεομένεϊ μαντευομένῳ ἐν Δελφοῖσι ἐχρήσθη Ἄργος αἱρήσειν. Ibi enim quoque *μιν* vel *αὐτὸν* potuit addi. Sed utrobique casus personam notaturus omittitur.

357, 24. Ἀπαγαγόντας.] MS. *ἀπάγοντας*.

357, 31. Ἐπεί τε δὴ τὸ τοῦ Ἄργου ἱρὸν εἶλε.] Magnifice, si in urbe Sparta sic venia regi data est attribuendi sibi id, in quo maximam partem habent milites, præsertim si citetur ad rationes reddendas. Itaque clarius etiam id ipsum significatum fuisse testatur Mediceus codex MS., in quo est *εἶλον*; si nempe in prima singulari persona intellectum fuerit, plane *cepi*, quo etiam dirigunt sequentia. Sed malui pro plurali accipere, ut in totius exercitus opera et manus et personas transferentem Cleomenem introducat Herodotus.

357, 37. Ὡς οὐκ αἱρέει.] Mira hic ut in vaticiniis et prædictionibus est versio, quæ per futurum incedit, quum Græca utantur præsenti. Sed pro hoc vulgato exhibet MS. *ὅτι οὐκ αἱρέει*.

357, 40. Ἐκ τῶν σηθέων δὲ ἐκλάμψαντος.] MS. *λάμψαντος*.

357, 42. Καὶ ἀπέφυγε.] MS. *καὶ διέφυγε*.

357, 46. Οὗτοι ἀνακτώμενοι.] Sive illud *οὗτοι* adsit, sive omissum foret, res perinde clarescceret; ita tantum quod descripti sunt; nec Herodotus immiscet tam otiosa verba. Unde hoc etiam loco habet MS. *οὕτω*; nempe ubi robur accepere, non quiescendo, sed *διὰ τὸ ἐπιβαίνειν*.

358, 24. Δημαρήτῳ ἐκτίσασθαι.] MS. *ἐκτίσαι*, quasi non capite 79. de redemtionis pretio similiter fuisset active loquutus.

359, 7. Ἐπικυδείδεος παῖδα.] Officio non liberali fuere functi homines, qui tantum vitii Herodoto inflixerunt, existimantes quia oraculum infra dicit Γλαῦκε Ἐπικυδείδη, ideo patris eius nomen fuisse Ἐπικυδείδης, unde in tot editionibus fulget Latina interpretatio *Glaucum Epicydidis filium*; quum illud sit denominativum ab Ἐπικύδης, ut Τυδείδης et similia. Scribe igitur Ἐπικύδεος, quomodo habetur in MS. Nempe Ἐπικύδης ut Θεοκυδης 8, 65. Δίκαιος ὁ Θεοκύδεος, hoc est, Δίκαιος Θεοκυδείδης· 9, 17. Ἁρμοκύδης. Utique ridiculi fuerunt corruptores, quum nomen Epicydes notum satis foret ex Sicilia circa tempora Hieronymi, ubi id memorat Livius et alii historiæ Romanæ scriptores Græci. Tanto autem indignius fuit, ita hæc Græca et Latina tractari, quoniam Italica interpretatio iamdiu habuit *figlivolo di Epicyde*. Hinc ergo etiam intelligendus et corrigendus Michaël Apostolius in Proverb. centuria 3. num. 29., ubi exhibent: Τῆς Πυθίας ἡ γνώμη, ἣν εἶρηκε πρὸς Γλαῦκον τὸν Ἐπικυδίδην Σπαρτιάτην. Latina vero; *Sententia est Pythiæ, quam apud Thucydidem Glauco Spartiatæ dixit.* Qui potuisti tacere, Pantine?

360, 8. Αὐτῷ σχεῖν.] MS. *αὐτῷ ἴσχειν*.

360, 24. Καὶ ἦν γὰρ δὴ τοῖσι.] Nempe statuerunt librarii, vel qui alii fuerunt, debere hunc locum constitui ex similitudine præcedentium, ubi sæpe vocula sola et sequentibus abcisa præmittitur, ut sic procedant alia. Sic prima particula *καὶ* addita vulgatis est, quæ tamen nulla in MS. extat, nec debet esse, quum sic quoque causas soleat auctor interponere, ut c. 99. *οὐ γὰρ δή σφι*. In ipso contextu error admissus est ab typis, quem ita corriges. Hoc enim verum est.

360, 32. Μεμφόμενος τοῖσι.] MS. *μεμφόμενος μὲν τοῖσι*, quod optime interponitur, sed hinc debuit expelli ab iisdem quos memoravi, ut conveniret antecedentibus vicinis *μεμφόμενοι τοῖσι Ἀθηναίοισι*.

360, 33. Πρότερον ἑωυτὸν ἐξέλασε.] Multa hic ab Valla in Latinis interponuntur, quæ nulla sunt in Græcis, et tamen affatim liquidis, prout Latine constitui. Sed quod notari debet, observavi scriptum esse in MS. optimo *προτέρην*, non ut sub eo intelligerem *ἡμέραν* (id enim tempus videretur nimis breve esse) sed ut laxius sumeretur, perinde ut *ἐξ ὑστέρης* 5, 106., et similia *τὴν πρώτην* 1, 153., *τὴν ὁμοίην*, *τὴν ταχίστην*, *τὴν ὡραίην*, etsi pronomen hinc abstulerit.

361, 2. Τστέρησαν ἡμέρῃ μιῇ.] MS. *ὑστέρισαν*.

361, 6. Ἄλλοι τῶν Αἰγινητέων.] MS. *ἄλλοι ἐκ τῶν Αἰγιν*. Ita luserunt in addendo et tollendo has particulas.

361, 16. Ἑπτακοσίους γὰρ τοῦ δήμου.] MS. *γὰρ δὴ τοῦ*. Et mox *ἐπιλαμβανόμενος*. Debet enim esse præsens, ut in præcedenti *καταφεύγει*, non *ἐπιλαβόμενος*.

361, 24. Σφέας οἱ Αἰγινῆται ἐργάσαντο.] Et sic Valla. *Hæc quum ipsis fecissent AEginetæ.* Sed quanto urbanius ac dulcius atque etiam clarius scripsit auctor? Docet id MS. augens *σφέας αὐτοὺς οἱ Αἰγινῆται ἐργάσαντο*. Quod est continuum ipsius, et prorsus eo 959
sensu, prout in AEliano 3, 1. explicandum dixi, cui nihil est oppositum, nisi pravissimum et perfragile et Herodoteæ Chronologiæ par.

361, 32. Ἀπὸ Σικυωνίων ἄνδρες.] Plane Valla interponit vocem *navibus* prorsus necessariam, et licet Aldus cum Camerario et Hervagio omiserint vocem Græcam, non omittitur tamen in codice Florentino, unde restitui Σικυωνίων νεῶν.

361, 39. Διὰ δὴ ταῦτα.] MS. *διὰ δὴ ὧν σφι ταῦτα*. Omnes particulæ in Herodoto paginam quamcunque ornantes. Et mox *στρατηγὸς ἀνὴρ ᾧ οὔνομα Εὐρυβάτης*, quod integrum expresit iam Valla.

361, 46. Τρόπῳ τοιούτῳ ἀποκτείνει.] MS. *κτείνει*. Simile et paulo ante præcesit, et non multo post sequitur et c. 138. et 139.

362, 20. Πεζὸν εὖ ἐσκευασμένον.] MS. *πεζὸν καὶ εὖ ἐσκευασμένον*. Quod plane iam agnoscit Valla, unde minus dubitabile; qui infeliciter paulo ante adspexerat Κιλικίας Ἀλήϊον πεδίον, quod quum Aldus et Camerarius maiuscula litera A. expresserint, ipse tamen redigebat ad *ἄλα*, vertens *planiciem maritimam.* Omnia Lexica illud memorant.

362, 26. Ἑξακοσίοισι τριήρεσι.] Mirum sic continuari in editionibus, quum perspicue habeat Mediceus MS. *ἑξακοσίῃσι*.

362, 32. Ποιεύμενοι ταύτην τὴν κομιδήν.] Non sic dicunt Græci, et MS. *ταύτῃ*. Longe maior nitor, et passim fulgens in Herodoto. Itaque mox cap. 107. in fine idem peregregius codex non patitur vitiose Herodotum sic legi *ταύτην τὴν ὄψιν συνεβάλλετο ἐξελήλυθέναι*, ut fit et factum est per hæc sæcula, sed *ταύτῃ*, ut quæ sit vera auctoris manus.

362, 46. Πρὸς τὴν Δῆλον προσορμίζεσθαι.] Satis frequens mentio Deli; unde nunc MS. *πρὸς τὴν νῆσον προσορμ.* Quod idem testatur codex optimus admissum esse in verbis capitis 99. *ὡς ἀπῆραν ἐκ τῆς νήσου*, ubi vulgo edunt *Δήλου*.

363, 2. Αὐτὸς ἐπὶ τοσοῦτο γε φρονέω.] Sive hanc scripturam defendas, sive admittas id quod est in margine *τοσαῦτα*, tantundem refert, nisi et aliud quid tentes. Scribendum enim, ut scripsit Herodotus, *αὐτὸς ἔτι τοσαῦτα φρονέω*. Sic enim integre MS. et in contextu sic poni debet expulso illo enclitico *γε*, quod nullum in MS. legitur.

363, 12. Ὡς λέγουσι Δήλιοι.] MS. *ὡς ἔλεγον Δήλιοι*. Sequentia enim, quibus affirmat nec ante nec post usque ad ipsius ætatem fuisse Delum motam, agnoscit fuisse rem fere incredibilem, quam tamen Delii tunc iactaverunt pro verissima. Hinc imperfectum requiritur. Non enim anxius est auctor de eo, quid dixerint suo tempore. Quum immineret Delo et Græciæ necessitas ultima, tunc gratum est scire, quid censuerint incolæ.

363, 13. Καὶ πρῶτα καὶ ὕστατα, τὰ μέχρι ἐμέο οὐ σεισθεῖσα.] Quidquid interpretentur, nihil boni sensus ex hac oratione Græca potest elici; siquidem ea conservetur, prout vulgo obtinet. unde quemcunque ea nacta fuerit lectorem, longe abest, ut potuerit eam intelligere. Et nescio an hanc mendam animadvertens Valla contrariam ei versionem Latinam accommodaverit interpretans, *ad meam usque ætatem tunc et primum et postremum commota.* Ubi vides negativæ ab eo rationem esse habitam nullam. Sed licuit id Vallæ, qui potuit melioris codicis ope adiutus fuisse. An licuit etiam Ezech. Spanhemio? Is enim ostentare audet in notis ad Callimach. pag. 326. hæc Herodoti verba Καὶ πρῶτα καὶ ὕστατα τὰ μέχρι ἐμέο οὐ σεισθεῖσα *ad meam usque ætatem tunc et primum et postremum commota.* Si Græca hæc et Latina consentire inter se

cenſuit, certe patet ab eo Græca eſſe ignorata. Interim ſic ego tetigi ipsum caput huius improbæ corruptelæ. Nam quum particula ista non ſit in MS. deleri utique neceſſe est. Sed et particulam τὰ ignorat idem codex; et omnia egregia erunt ſcribendo καὶ πρῶτα καὶ ὕστατα μέχρι ἐμεῦ σεισθεῖσα. Nam et ſic MS. docens molliter, unde istud οὐ tractum ſit. Quod ſi iam gaudes cognoſcere, quam culta fuerit hæc inſula propter creditos natos Apollinem et Dianam, aut iuxta alios ſolum Apollinem, et quam ſacra habita, utrumque plenis teſtimoniorum patinis apponet tibi idem Spanhemius in illis notis. p. 476. et 320. credo opinabatur hæc ignota eſſe.

363, 22. Καὶ ἐν χρησμῷ ἦν γεγραμμένον περὶ αὐτῆς ὧδε· Κινήσω καὶ Δῆλον ἀκίνητόν περ ἐοῦσαν.] Quid de hac pericope pronunciandum ſit, ego quidem non ſatago, ſed de aliis hæreo, quam tantæ vetuſtatis tempora videntur ita hoc loco firmaviſſe, ut convelli, imo nec quati poſſe videatur. Interim tamen incipe, lector, abhinc attendere. Certe enim quomodo Herodotus dicat aut potuerit dicere γεγραμμένον ἐν χρησμῷ vix capio, neque uſpiam ſimili modo eum loquutum memini. Niſi fallor, habes initium validum, unde iure pateat hanc molitionem in ea verba exerceri. Γεγραμμένον de oraculis uſurpat nusquam, nec potuit uſurpare. Niſi quum narrat θεωροὺς vel θεοπρόπους miſſos ad conſulendum oraculum, postquam omnia peregiſſent, ſcriptum oraculum reportaviſſe domum, ut patria legere poſſet divinum reſponſum, nec error in pronunciando committeretur. Vide 8, 135., et in legatis Crœſi 1, 47. Ex quo ſequitur hunc locum ab aliquo deſcriptum eſſe ex loco auctoris, qui verſaretur in narratione miſſionis ad hoc oraculum, in quo erat ſcriptum de ista in hunc modum, Movebo &c. Unde prorſus apparet non eſſe Herodoti. Immo prorſus illa, quæ citavi, exſtirpanda puto, quum non videantur Herodoti, ſed ſtudentis hominis, qui doctrinam ſuam oſtentare voluit intempeſtive, quum coërcere nequiret, et ideo gloſſam ἀκίνητον, qua Herodotus alludebat ad hoc ipsum oraculum, explicare volens, margini adſcripſit, quum id forte nuper lectum memoriæ inhæreret. Hoc ſane probare videtur vox γεγραμμένον. Hanc opinionem et iniecit et confirmat,
960 quod in antiquiſſimo isto Mediceo codice a contextu quidem tota abest, ſed nuperrima manu ad oram appoſita est. Quod per negligentiam librarii ſcribæ accidiſſe non est probabile, quum hic non occurrant pericopæ in ſimilem vocem deſinentes, ut ſæpe inde cauſa omittendi exſtitit, inque Arriano et aliis oſtendimus. Itaque patet non magis Herodoto fuisſe cauſam adſcribendi oraculi, quam fuit Thucydidi, cuius hæc verba ſunt in lib. 2. non procul ab principio. Ἔτι δὲ Δῆλος ἐκινήθη ὀλίγῳ πρὸ τούτων, πρότερον οὔπω σεισθεῖσα, ἀφ' οὗ Ἕλληνες μέμνηνται.

363, 30. Προσίσχον.] Ita quidem et alibi Herodotus, ut colligendis locis bene declararunt docti eius lectores. Celari tamen non oportet in hoc loco legi in MS. προσίσχοντο.

364, 13. Κατασχόντες δὲ ἐς ταῦτα.] Quum modo huc antecesſerint verba οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ταῦτα, animi pendeo, ad utrum locum pertineat, quod hic ex MS. notavi vocem ταῦτα iunctim adiici voculæ δε, atque adeo mediam voculam ἐς deleri in MS. Certe ad alterutrum ea res pertinet, et opinor ad hunc locum.

364, 16. Ἐπεξελθεῖν μὲν καὶ μαχέσασθαι.] Iocoſum certe. At MS. μάχεσθαι.

364, 20. Ἔπιπτον μὲν ἐπὶ.] Hanc quoque particulam μὲν ignorat MS. et delenda ideo est ſecure, etſi videam cupide Græcos illam geminaviſſe in una periodo.

364, 23. Προδιδοῦσι τοῖσι Πέρσῃσι τὴν πόλιν.] Duas poſtremas voces non habet MS. Et ſane paulo ante ſic in conſpicuo poſitæ ſunt, ut poſſint ſine periculo abeſſe, nec adſint ſine inani iteratione.

364, 31. Τὰ καὶ τοὺς Ἐρετριέας ἐποίησαν.] Dubito an intellexerit Valla, *rati idem facturos Athenienſes, quod Eretrienſes feciſſent*, quoniam pars ultima neſcio quid ambiguum habet, ac Eretrienſes accipi poſſent tam in primo caſu, ut videtur Valla intellexiſſe, ſequente Italico interprete *ſtimando che il medeſimo douesſero fare quegli d' Athene che fatto haueano gli Eretrieſi*, an in accuſativo, ut Græca neceſſario poſtulant, ut Perſæ dicantur ſtatuiſſe in Eretrienſes. Hinc accommodavi Latina clarius ad Græca.

Ibidem. Ὁ Μαραθὼν.] Quum in libro 1. et illis, qui hunc ſextum ſequuntur, multa ſit mentio huius agri ob gloriam, quam nunc adipiſcitur, in illis locis non diſtinguit genus, quum nunc id faciat, et huc usque habuerit pro maſculino. Sed optimus ille MS. non deſiit ſervare ἡ Μαραθών, etſi mox aliter occurrat. Et mox ἐξ Ἀθηνέων, ut ſæpe.

364, 41. Νίκην ἀνελόμενόν μιν.] Perſpicue MS. ἀνελομένῳ μιν, quod pono, ut præbeat aliis materiam.

364, 43. Τοῖσι αὐτοῖσι ἵπποισι.] Et hanc o male tortam lectionem! Quis enim ſecus ſentiat, quum videamus non modo Vallam interpretari *equabus*, (unde mireris, cur capite 125. τεθριπποτροφήσας voluerit interpretari *quadriiugos equos alens.*) ſed etiam mox repeti in Herodoto easdem voces fæminino genere; imo etiam paulo post ſcribere Herodotum αἱ ἵπποι αὗται αἱ τρεῖς ὀλ. ἀνελόμεναι? Palam MS. habet τῇσι αὐτῇσι ἵπποισι, idque utroque loco, prout etiam in codice quem inſpexit, teſtatur exſtitiſſe Thom. Gale. Huc pertinet 7, 57. Ἡμίονον δίξὰ ἔχουσαν αἰδοῖα. Et cap. 43. χιλίας βοῦς. Et Cicero 2. Verr. 7. *Greges nobiliſſimarum equarum abactos.* Cæterum mira hic est negligentiæ culpa in Latina verſione, omnia omittente de eius reditu ab exilio, id quod tamen editiones omnes Stephaninas, Francofurtenſem Iungermanni, Londinenſem Thomæ Gale, (quid igitur illi attenderunt?) etiam omnes minoris formæ obſidet: eam expuli.

365, 11. Κίμωνι Ἀθήνῃσι.] Nota est locutio; ſed MSto nequit denegari fides, legenti ἐν Ἀθήνῃσι.

365, 14. Ἐπεφευγὼς.] MS. καὶ ἐκπεφευγὼς.

365, 21. Ἐπὶ δικαστήριον αὐτὸν ἐσαγαγόντες.] Nequaquam hoc est Herodoteum. Certe enim isto ſenſu adhibuiſſet compoſitum ὑπαγαγόντες· ut ad notionem huius compoſiti citat Portus verba ſuperiora huius libri cap. 72. ὑπὸ δικαστήριον ὑπαχθεὶς, et quod etiam citat ex libro 9, 92. ὑπαγαγόντες μιν ἐς τὸ δικαστήριον, ut vides edi vulgo, ſed ubi præclare in MSto exſtat ὑπὸ τὸ δικ. Atqui dicit Portus pro eodem dicitur ἐσάγειν ὑπὸ δικ. et nititur hoc ſolo loco. Fallitur vir optimus. Nam clare in eodem MS. legitur ἀγαγόντες. Quod quidem vel maxime Herodoteum est: docetque cap. 136. Ὃς θανάτου ὑπαγαγὼν ὑπὸ τὸν δῆμον. Quippe et illic MS. ἀγαγὼν.

365, 39. Καὶ λαμπάδι ἱλάσκονται.] Non debuit ulterius obtinere illud Vallæ nugaciſſimum, *et ardenti candelabro ſupplicant.* quod huc usque exſtat in omnibus editionibus, præſertim quum ita candide et fideliter id iam Meurſius notaviſſet in Græciæ Feriatæ lib. 5. in λαμπὰς. Cur id non mutavit aut tetigit Thom. Gale?

366, 4. Ἦν γὰρ ἱσαμένη τοῦ μηνὸς εἰνάτη.] Mirum est in nullo libro antiquo legi ἱσαμένου, quod idcirco Th. Gale ex ſe profert, ut dicat *Ita omnino.* Quippe et cap. 57. ita dixit νουμηνίας ἀνὰ πάσας καὶ ἑβδόμας ἱσαμένου τοῦ μηνός. Ergo et Valla interpretabatur *nonus dies inſtantis menſis*, participium intelligens pro ſimplice *ſtantis.* An placere potest enallage?

366, 10. Ὄψιν ἰδὼν ἐν τῷ ὕπνῳ.] Quis neget etiam ſtupido lectori ſatisfeciſſe Herodotum in declarando huius conturbantis viſus modo? quod non dubitavit facere tripliciter, ne quid ambiguum reſtet; primo ὄψιν, deinde νυκτὸς, tertio ἐν τῷ ὕπνῳ. Potest enim 961
fieri noctu extra ſomnum, ut Bruto lucubranti ille malus genius. Quæ tria ſic iunctim veniunt quoque 7, 12. Κατύπνωσε, καὶ δή κου ἐν τῇ νυκτὶ εἶδε ὄψιν. Attamen tres ultimæ voces non ſunt in MS. Nam ſane in illo ſtatu eum deprehenſum a ſomnio ſatis fatetur addita temporis nota νυκτός. Quam quum non apponat in capite 118., merito illic addit ista noſtra ἐν τῷ ὕπνῳ, recte illic convenientia. Sicut etiam cap. 131. pro quo dicit 5, 55. ἰδόντα ὄψιν ἐνυπνίου.

366, 30. Ταύτην τὴν ὄψιν συνεβ.] Limatius et concinnius esſe, quod legitur in MS. ταύτῃ, dixi paulo ante.

366, 34. Πιεζόμενοι.] MS. πιεζεύμενοι.

367, 7. Μελλόντων δὲ σφέων συνάψειν.] Prorſus ut 5, 75. Μελλόντων δὲ συνάψειν τὰ στρατόπεδα ἐς μάχην. Itaque et hoc loco vocem σφέων non habet liber MS. Reliqua deinde ſic ſcribit; μελλόντων δὲ συνάπτειν, ut novimus utrumque recte dici, etiam placuiſſe Herodoto.

367, 48. Καὶ κως ἐς ἔτι τουτέων ἀνήκει &c.] Nullius bonæ mentis oratio hæc Græca: et quis in his inſpiciet Latina Laurentii, *quomodo ad te harum rerum arbitrium redeat?* Quod etſi transſiliat Stephanus per ſilentium, tamen ipse mentitus ſibi fuit, ſi credidit Græca ista ab ſe intelligi, quum id fieri nequeat, niſi ab illo, qui recorrigat ex optimo MS. Καὶ κως ἐς σέ τι τουτέων. Hæc quum videantur haud dubie adfuiſſe interpreti, unde in tantum mutata ſunt? Crebrum in Herodoto uſum huius verbi docent Collectanea Porti, ſed unde abest hic locus, nempe quia procedebat ſolita conſtructio. Sic ab utroque iacuit deſertus hic locus.

368,

368, 10. Οὔκω τι συμβολὴν ἐποιέετο.] Per literarum transpositiones, tanto magis nefarias, quanto occultiores, periit omnis suavitas, quæ propria est Herodoti; sed quas elegantissima inversione evolvit optimus MS. *οὔτι κω συμβολὴν ἐποιέετο.*

368, 14. Δεξιοῦ κέρως.] MS. *κέρεος.*

368, 15. Ὡς ἑκάστη αὐτέων.] Nimium hic sermo proclinat in prytaneias ipsas. Itaque melius MS. *ὡς ἑκάστου αὐτῶν ἐγένετο πρυτανηΐη.*

368, 28. Ἐν τῇσι πεντετηρίσι.] Quæ ad Panathenæa respicere notavit Cl. Meursius in libello de eis scripto cap. 26. Mire mox Valla de imitatione aciei Medicæ, quam Attica fecerit. Non sic loquuntur Latini, ut illic ponant verbum hoc. deinde *aciem paucis confertam ordinibus* quis dixit?

368, 43. Αὐτοὺς ἐόντας ὀλίγους.] In MS. media vox non est, unde quis ultra desideret?

369, 12. Συναγαγόντες τὰ κέρεα.] MS. auctior *συναγαγόντες τὰ κέρεα ἀμφότερα*, quod habet suam venerem, et nescio unde ad hoc venerit Italus scribens *contrasero ambe le corna*, quum Valla destituatur eo vocabulo.

369, 14. Ἐς ὃ ἐπὶ τὴν θάλασσαν.] MS. *ἐς ὃ ἐς τὴν θάλ.* quasi displicuerit librariis repetitio voculæ *ἐς*.

369, 17. Ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος.] Interpretatur Valla *quo in certamine*, qualitercunque intellexerit. Italus *mori in questa battaglia.* Sane fieri potuit, ut in isto prælio, quod prius cum Persis in Marathone confectum fuit, occubuerit Callimachus: at certe Cynægirum novimus non in priore commissione, sed in hoc contra victores media aciei Persas, sed retroactos, et fere apud naves conflictu occisum esse; adeo ut quum et polemarchum et unum ex ducibus Herodotus iungat Cynægiro, potius videantur etiam illi et loco et tempore eodem, quo Cynægirus, mortui fuisse. Id ut credas verum esse, atque etiam Herodotum voluisse, corriges ex optimo libro *ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ*, quod est oppido exquisitum, et sæpe de parte bellici conflictus adhibitum. Clare 7, 190. Ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ νέας διαφθαρῆναι· 8, 89. Ἐν δὲ τῷ πόνῳ τούτῳ ἀπὸ μὲν ἔθανε ὁ στρατηγὸς. Et sæpius Quinetiam appellatio ipsa Καλλίμαχος non exstat in MS. Sed neque MS. scribit Κυναίγειρος, sed Κυνέγειρος.

369, 24. Τρόπῳ τοιῷδε.] MS. *τρόπῳ τοιούτῳ.*

369, 28. Αἰτίη δὲ ἔσχε.] Sic 5, 70. Τὸν δὲ Κλεομένεα εἶχε αἰτίη φοιτᾷν παρὰ τὴν γυναῖκα. Sed hanc ipsam locutionem variat hic scriptor, ut in isto ipso loco statim apparet. Itaque legitur etiam nunc in Florentino MS. *αἰτίην δ' ἔσχεν* quod cur reiicias, nihil est. Nam infinitivus nunc ponitur pro nominativo, et constructio sic fingitur Τὸ αὐτοὺς ταῦτα ἐπινοηθῆναι ἔσχε αἰτίην Ἀθηναίοισι ἐξ Ἀλκμαιωνιδέων μηχανῆς.

369, 31. Ἀναδέξασθαι ἀσπίδα.] MS. *ἀναδέξαι.* Et quid eo certius? quum etiam infra cap. 120. rursus dicat Ἀλκμαιωνίδας ἄν ποτε ἀναδέξαι Πέρσῃσι ἐκ συνθήματος ἀσπίδα. Et rursum cap. 123. τούτους γε ἀναδέξαι ἀσπίδα. Nam et ibi sic MS. Ita patet bene a Valla adhibitum verbum *ostendere*, sed omnia ab eo confuse acta, dum quod nunc scutum vertit, infra dicit parmam; et maxime quod scribat *Persis adhuc apud insulam agentibus*, non interpretans ἐοῦσι ἤδη ἐν τῇσι νησὶ, quæ sunt verba Herodoti, sed ἐοῦσι ἔτι ἐν τῇ νήσῳ, perperam, ut mirer prætermisisse hanc labem ab Stephano. Cæterum phrasin hoc loco ab Herodoto adhibitam usurpavit Dio Cocc. in Excerptis Peirescii pag. 749. Ἀπὸ παραγγέλματος αὐτὸς τὴν ἀσπίδα ἀναδείξας, et Latine reddit Valesius *ipse cum clypeo agmen ducens*, quasi supponeret decursionem, quam clypeo moderabantur. At ea nulla fuit; unde debuit ex imitatione huius loci interpretari simpliciter *ipse ex com-*
962 *posito clypeum tollens et ostendens.* Sed inde patet Dionem nunc quoque legisse verbum hoc Herodoti in activo. Quid quod et Plutarchus in Κακοηθείᾳ sui Herodoti non aliter habet quam *ἀναδεῖξαι*? En maxima et plurima fidei pignora!

369, 33. Ὡς ποδῶν εἶχοντο.] MS. *ὡς ποδῶν ἧκον.* Nota est elegantia, quam huic verbo per genitivi constructionem addidere Græci, et sæpe utitur Herodotus, ut ab viris doctis passim notatum est, quæ exempla licet augeat hic locus ita ex optimo codice correctus. Adde iam prolata 11, 43.

369, 42. Ἑξακισχιλίους καὶ τετρακοσίους.] Quam conniverint nuper in hoc loco rite spectando, res ipsa dicit, et cur sic corripuerit numerum hic scriptor, notavit Berneccerus ad Iustinum 2, 9.

370, 24. Ὡς προσέσχον ἐς τὴν Ἀσίην πλ.] MS. *προσέσχον πρὸς τὴν Ἀσίην.*

370, 30. Κισσίης χώρης.] De qua sedulo collegit aliqua Nob. Thom. Stanleius ad Æschyli Persas pag. 756., ideo hic facile non prætereundus, quia et hanc mentionem Herodoti citat et viros militares ex libro 7.

370, 31. Ἀνδέρικα.] Sic vulgo. At in MS. Mediceo plane scribitur idem nomen, quod exstat lib. 1. cap. 185., Ἀρδέρικκα, etsi non sit idem locus, ut patet ex illis, quæ de uuoquoque traduntur, tamen ut in diversis regionibus duo loca exstiterint pari nomine insignia, ut sæpe contigit; sed quod de hac appellatione nequivit sibi imaginari Ortelius, ut neque Bochartus, cui cognita literarum mutatio, ut perinde illi sit per *n* an per *r* scribatur, maximam mox immisit audaciam, quam nec meam facio, nec ultra attingo. Vide eam in Phaleg 4, 16.

370, 36. Ἥμισυ ἀσκοῦ προσδέδεται.] MS. ἥμισυ ἀσκοῦ οἱ προσδ. Sic vere integra locutio.

370, 40. Συνάγουσι ἐν ἀγγείοις.] Nihil certius, quam et omnia liquida et oleum, quod profluit, excipi debere in vasa, ut Latini dicunt, *ἀγγεῖα*, ut Græci, omnino diversissima et multiplicia, et sic colligi. Itaque apparet verum dici ab auctore; sed id ita simplex est, ut fere sit brutum vel *σαθρὸν*, quum quia nunquam aliter agitur, nec agi potest, id dici non debeat. Sed omnino aliud longe et melior sensus ab Herodoto lectori inculcatus fuit. Non enim de eo agebatur, quibus rebus colligeretur oleum; sed haud dubie erat hoc oleum magnopere diversum ab oleo naturali, quod ex olivis exprimebatur. Id intererat sciri, cuius foret naturæ, et in quo distaret ab oleo vero. Itaque mirabile est, quod bonitas codicis Florentini nos docet ab Herodoto scriptum esse, videlicet tantum illa, τὸ δὲ ἔλαιον οἱ Πέρσαι καλέουσι ῥαδινάκην· ἔστι δὲ μέλαν, καὶ ὀδμὴν παρεχόμενον βαρέαν. Nihil satagit de vasis. Sed statim ostendit Persis id haberi singulare genus liquoris, quod similitudinem olei præ se ferat, sed tamen et colore suo et odore statim se prodat, ut hinc Persæ specifica appellatione distinxerint, et sub alio nomine venale in tabernis exstiterit. Plane igitur dimitto mentionem vasorum sine damno Herodoti vel huius Persici olei.

370, 48. Τριταῖοι ἐκ Σπάρτης &c.] Ut opinor, bene cessit exemplari Mediceo omisisse non necessaria, patetque ea deleri debere. Sed non tantum patet mea vis, ut nunc quoque confirmem accessionem, quæ his verbis ab illo ipso codice adduntur interponendo, quod modo vix lectum est, *μετὰ τὴν πανσέληνον.* Nihil occurrit, cur opinor iterari debere. Et tamen quoque imaginari mihi nequeo aliquid frustra aut temere in isto MSto notatum esse. Quin tu vide, quam indefinita sit spatii et temporis mensura, post plenilunium venisse Athenas, ita festinos, ut triduo quam egressi sint e Sparta, in Atticam pervenerint. Si rogem quanto tempore post plenilunium eguerint vel usi fuerint ad armandum et copias componendas? De eo non dicit, et tamen inde etiam res pendet. Propterea ut id clare appareret, videtur repetere, quasi dicat istos Laconas post plenilunium venisse Athenas, sed ea velocitate et cupidine occurrendi ad rem gerendam, ut tertio prorsus die post plenilunium adfuerint. Quod iter non conficitur ab hemerodromo, nisi biduo. Et considera insuper tempus necessarium in comparando.

371, 15. Καλλίεω δὲ τούτου &c.] Audimus excessum historiæ, cui similem suo operi non indulsit Herodotus; neque inter tot tantosque viros, qui in eo memorantur, ullus est, quem tanta ad laudem famamque commendatio prosequatur, quum tamen certe multi sint, de quibus dici queat τούτων ἄξιον εἶναι πολλαχοῦ μνήμην πάντα τινὰ ἔχειν, præsertim quum quæ de hoc Callia narrantur, sint aliena ab filo historiæ, quam tractat; et præter palmas in ludis contineant tantum domestica de filiabus et largitare dotium. Quid quæris? Certe nullam literam universi si huius excessus, usque ad Καὶ οἱ Ἀλκμαιωνίδαι potui reperire in optimo codice, ut hinc dubitare nequeam, quin aliquo postea tempore ab alio adscriptum margini librarius nimium facilis receperit in contextum.

371, 38. Τοὺς ὑπολοίπους.] Mire voluerit in negotio prorsus vano declarare Herodotus, quam fuerit proclivis et acutus in non usurpandis iisdem vocibus, si nunc scripserit *ὑπολοίπους*, mox uno versiculo aut non multo amplius certe interposito *τοὺς λοιπούς*. Certe in libri sequentis capite 41., postquam dixit *ἐκ τῶν λοιπῶν Περσέων*, subnectere non dubitat *ὁ λοιπὸς ὅμιλος.* Sed scito legi etiam hoc loco in MS. Mediceo *τοὺς* 963
λοιποὺς.

371, 44. Ἴσως ἐπιμεμφόμενοι.] MS. ἴσως τι ἐπιμεμφ. Hoc enimvero deerat, ut crebro amat illic addere adiectivum. In quo id notabile est, quod quum scri-

bat auctor lib. 1. c. 116. ex vulgatis editionibus Ὥστε καὶ παῖδα τὸν σὸν μηδὲν ἐπιμέμφεσθαι, Portus in Lexico citet ὥστε καὶ παῖδα τὸν σὸν μὴ ἐπιμέμφεσθαι, quum certe iudicaverit Herodotus exigi ab isto verbo casum nominis.

372, 16. Ἐξενεῖκαι εἰσάπαξ.] Eam verbi formam aliquoties adhibet auctor. Immo illam videtur quoque in suo exemplari legisse Dio Chrysostomus, qui in fine sermonis de Avaritia 17. ad hanc narrationem respiciens scripsit: Τοσοῦτο χρυσίον αὐτοῖς ἐπιτρέπειν ἐξενεγκεῖν, ὅσον ἕκαστος ἂν δύνηται τῷ σώματι. Nihilominus iam habet MS. ἐξενείκασθαι, et istud præpono omnibus, Dionem non magis in hac parte observans, quam in opinione, quam affingit Crœso, quam certe ex Herodoto non colligas, nec Crœsi sapientia tam altum ascendit. Habet istud medium quoque Thom. Gale.

372, 18. Ἐνδὺς χιβῶνα μέγαν.] An haec descriptio sit Herodoti, deliberato opus est. Nec enim ad sinum profundum et capacissimum demittendum facit magnitudo tunicæ Græcæ. Si de Romana toga sermo esset, ibi certe aliquid magis fluxum in ipsa veste supponi posset, ut composita faceret sinum laxissimum. In tunica Græca id concipi nequit, quum nec plicaretur in rugas, nec tam laxa dependeret, ut per sinistram suspensa sinum faceret. Dicit ergo eum vestitum modo communi fuisse, et sumpsisse tunicam, sed cui adscitus foret amplissimus et spaciose extendendus sinus. Varinus Vav. intellexit τὸ ἄνω τοῦ πέπλου. Sic enim scribit in v. Κόλπος, citans hunc Herodoti locum; quale quid quis nequiret scribere. sed unde peplus ad hunc virum? Certe in MS. non est illud μέγαν.

372, 19. Κοτόρνους τῶν εὗρισκε.] Hæc lectio statim loquitur se factam esse ab aliquo Ionismi nimium memori aut studioso. MS. κοτόρνους οὓς εὗρ.

372, 31. Καὶ πρὸς ἑτέροισί μιν δωρέεται οὐκ ἐλάσσοισι.] MS. καὶ πρὸς ἕτερα δωρέεται οὐκ ἐλάσσω. Sicut enim vulgarem constructionem alibi offendimus in Herodoto, ita et hanc posteriorem, ut fide vincat codex MS. Et similis varietas in superioribus apparuit.

372, 35. Τύραννος ἐξῆρε.] Vertit quidem Valla *extulit*, sed Portus, quum verbo ἐξαιρεῖν dederit duos locos, hunc noluit agnoscere. Sed est magis poëticum et Sophocli familiare. Id Ionicum non erit, nisi rescribas ἐξήειρε. Sic enim MS. Vide Portum in Ἀείρειν.

372, 37. Ἢ πρότερον ἦν.] Eadem clausula 7, 101. Φὰς οὐδέν οἱ ἀηδέστερον ἔσεσθαι ἢ πρότερον ἦν. At modo verbum postremum in MS. non est.

373, 11. Αἰολίδος.] Quid cogitant eruditi lectores? an ea versio convenit Græcis? Recte et Valla et Th. Gale Αἰτωλίδος. Quod quum plane ita exhibeatur in exemplari Mediceo, credidi typorum fuisse errorem, et expuli.

373, 14. Λεωκήδης.] MS. Λεωκήδης, quod præstat et plane simile illi est Δημοκήδης lib. 3. cap. 129. Itaque hactenus Herodotum purgo ultra Grentemesnilium. Reliquorum error manifeste hinc ortus fuit, quod verba τοῦ Ἀργείων τυράννου ascenderint in superiorem versum, et adiuncta sint primæ mentioni nominis Φειδωνος, quum deberent adnecti secundæ, ut sic lectio debeat progredi: Ἀπὸ δὲ Πελοποννήσου Φειδωνος παῖς Λεωκήδης, ἀπὸ Φειδωνος δὲ τοῦ Ἀργείων τυράννου, τοῦ τὰ μέτρα ποιήσαντος &c.

373, 19. Ἀζὴν ἐκ Παίου.] Satisfecisse me opinor indicando lectionem veterem Πάγου. Ortelio tantum animi fuit, ut ab eo appellaretur urbs *Pæus* Παῖος, quod vitavit Grentemesnilius, etsi nihil proferens melius, cum Herodoto conferens Pausaniam.

373, 30. Ἐκ δὲ Θεσσαλίης ἦλθε.] MS. ἦρχε pro ἤρχετο. Quum sæpe in hac historia frequentavisset verbum ἦλθε, videtur offensus tandem voluisse aliquid aliud, unde venit primo illud ἀπίκοντο, et mox nostrum ἤρχετο. Et mox ἐπύθετο, non ἀνεπύθετο.

374, 36. Τῷ δὲ Ἀλκμαίωνος Μεγακλέϊ ἐγγυῷ.] Pro his in MS. legitur tantum, Μεγακλέϊ δὲ ἐγγυῷ.

374, 40. Ἀμφὶ μὲν κρίσει.] Ut sæpe auctor. Sed nunc habet MS. κρίσιος.

375, 17. Ἀτάρ τινα ἔγκοτον εἶχε.] MS. ἀτάρ τινα καὶ ἔγκοτον εἶχε.

375, 18. Διὰ Λυσαγόρην.] MS. διὰ Λυσαγόρεα.

375, 23. Ἢν μὴ οἱ δώσει.] Nescio quando inceperit hæc lectio placere: habent certe eam Th. Gale, Iungermannus et Stephanus iam ab anno 1592., ut ab Stephano venisse opiner, quum ante illum habeant ἢν μὴ οἱ δώσειν, quod posset omnino retineri, quum alteram scripturam ne Grammaticæ quidem trocinia ferant. Omnino lege ex MS. ἢν μιν οὐ δώσιν, si illa non dant, prout de vocabulo μιν iam annotatum est. Sed verbum prave expressum est in contextu, quod sic repara.

375, 36. Τποζάκορον τῶν χθονίων Θεῶν.] Tam prava hic erat interpretatio Vallæ, et tam importunum silentium H. Stephani, qui tamen χθονίους θεοὺς, optimo in Thesauro se ostendit intellexisse, ut debeam iudicare indigenas prioris Deos hinc expulsos esse, quum ante sæculum non tacuerit Portus, sed recte et Τποζάκορον et χθονίους θεοὺς adspexerit. Nec debuit Vindingius in Hellene col. 513. illos indigenas Deos re- 964
tinere. Cautior Lud. Nonnius, qui in enarratione nummorum Goltzii Medusam quoque præferentium id subterfugit. Hodie qui id tangit, aquam fert in mare.

375, 43. Τπερθορέοντα δὲ.] MS. ὑπερθορόντα δὲ. Hoc enim participium præcipue amant. Cuius libri fides in hoc testimonio quam sit verax, docet nos Suidas palam ita exhibens, et ex hoc loco annotans verbum Τπερθορὼν, cui apponit has voces: Τῆς Δήμητρος οὐ δυνάμενος ὑπερθορεῖν τὰς θύρας· θορόντα δὲ ἰέναι ἐπὶ τὸ μέγαρον. Quæ sunt confusa, et quam fatue possint intelligi et Latine verti et coniecturis inquinari, docet editio Cantabrigiensis et nota Custeri ubique transilientis fores Cereris. Sed ex hoc loco Herodoti omnia rite compones.

376, 32. Οὕτω ἔσχε.] MS. ὧδε ἔσχε· ut 2, 139. Ὧδε ἔλεγον γενέσθαι et centies.

377, 7. Ὅσον παρεὸν αὐτοῖσι.] MS. ὅσῳ, quod omnino restituendum.

377, 22. Τὰς Ἀθηναίων ὀρτὰς αὐτῶν.] Non aliter citat Meursius in Græcia Feriata, ubi exponit Βραυρώνια. Nec aliter editiones quod scio omnes, quum tamen vox ultima sit ab ineptissima manu, ita ut auderem suspicari, an non scripsisset auctor εὔτε ἐξεπισάμενοι τὰς Ἀθηναίων ὀρτὰς, αὐτῶν ὀρτασάντων, πεντηκ. Ita certe concinna erat sententia, et scriptio plena. Sed nunc scias vocem illam postremam αὐτῶν ignorari penitus ab MS. quem totis velis sequutus fui.

377, 24. Οὔτε συμμίγνυσθαι.] Hoc etiam credo inter varietates Herodoti annotari debet, si modo eius est, quum legatur in MS. συμμίσγεσθαι. Quod perpetuum Herodoti esse res ipsa docet, virique docti iam observarunt.

377, 30. Λόγους ἔδοσαν.] MS. ἐδίδοσαν.

377, 38. Προσαπολλύουσι δὲ καὶ τὰς μητ.] MS. προσαπολλύουσι δέ σφεων καὶ τὰς μ. ita ut sequens αὐτέων, quod in editionibus solet adnecti, ex MS. omissum sit. Mox etiam καὶ τοῦ προτέρου τούτων ὃ ἐργάσαντο, quod est perpetuum Herodoti.

377, 45. Ὁμοίως ἔτικτον ὡς καὶ πρότοῦ.] Particula ὡς in MS. non legitur, et abesse debet fide libri istius Medicei; quam ut spectatissimam licet propriis indiciis, alienis etiam notis opineris præstabilem, evincet auctoritas Salmasii et similitudo exempli, quod ab eo editur in Plinianis Exercit. p. 832. occasioni loci Strabonis, quem in eo laudat Grentemesnilius. Sic 8, 60. Ὁμοίως αὐτοῦ τε μένων προναυμαχήσεις Πελοποννήσου, καὶ πρὸς τῷ Ἰσθμῷ. ubi imperfecte Valla, at Stephanus paulo liberior, *hic manens, pro Peloponneso et Isthmo nihilo secius pugnabis*, sed vitiose causam Peloponnesi et Isthmi in unum coniiciens. Omnino et illic subintelligitur ὡς καὶ πρὸς &c. Verte: *hic manens æque pro Peloponneso pugnabis, ac apud Isthmum.* Et sic MS. 7, 100. Ἐπειρωτῶν τε ἑκάστας ὁμοίως, ὡς καὶ τὸν πεζὸν, καὶ ἀπογραφόμενος· Ibid. 115. Ἅμα ἀγόμενος τουτέων ἕκαστον τῶν ἐθνέων, καὶ τῶν περὶ τὸ Πάγγαιον ὄρος οἰκεόντων ὁμοίως, καὶ τῶν πρότερον κατέλεξα.

378, 10. Τοῦτο εἶπαν.] Quasi post interiectionem repeteret, quæ ante illam extrema posuisset, ut solet facere. Sed nec hæc verba sunt in MS. et istud τοῦτο ita statim recurrit, ut si invenustum. Etiam præcedentia ὑπολαβόντες εἶπαν satis validum et iustum præbent his adminiculum, ut debuerint omitti.

378, 16. Ἐξ Ἐλεοῦντος.] Hoc inolevit editionibus Herodoti, in cuius historia sæpius memorari eam urbem contigit. Sed omnibus locis perperam, ut non modo ex omnibus scriptoribus eam citantibus apparet, verum et ex ipso vetustissimo codice Mediceo.

378, 22. Καὶ αὐτοὶ παρέσησαν.] MS. καὶ οὗτοι παρέσ.

JACOBI GRONOVII NOTÆ ET OBSERVATIONES

In librum ſeptimum

HERODOTI.

379, 13. Καὶ νέας τε καὶ ἵππους καὶ σῖτον καὶ πλοῖα.] An hæc ita interpretari debemus, ut per νέας intelligantur maiores et quas proprie longas dixerunt ac bellicas, πλοῖα vero ſive minuſcula, ſive alia varii generis ad militem aut commeatum vehendum? Certe ita credidit Valla vertens *navigia*. Quin immo ſic videtur facere Herodotus cap. 21. Οἱ μὲν γὰρ νέας παρείχοντο, οἱ δὲ ἐς πεζὸν ἐτετάχατο, τοῖσι δὲ ἵππος προσετέτακτο, τοῖσι δὲ ἱππαγωγὰ πλοῖα. et mox rurſus adiicit νέας. Certe enim Herodotus quum νέας ſimpliciter dicit, maiores et bellicas voluit etiam ibi intellexiſſe; quod ut pateret clarius, ad ſpeciem certam notandam addidit ἱππαγωγά. Idque ipsum, velut ludens in voce νέας, egregio teſtimonio probat ipse lib. 6. cap. 48. Κελεύων νέας τε μακρὰς καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα ποιέεσθαι. Cap. 95. παρεγένοντο δὲ καὶ αἱ ἱππαγωγοὶ νέες. ἐσβαλόμενοι δὲ τοὺς ἵππους ἐς ταύτας, καὶ τὸν πεζὸν στρατὸν ἐσβιβάσαντες ἐς τὰς νέας ἔπλεον ἑξακοσίῃσι τριήρεσι ἐς τὴν Ἰωνίην. Quidquid ſit, quamvis videatur
965 νέας aliis locis ad maiores tantum naves retuliſſe, vix crediderim tamen id ab eo diſtinguendi gratia inter νέας et πλοῖα factum, ac libentius idcirco accederem ad MS. Mediceum, qui voces poſtremas duas ignorat.

379, 15. Ἀσίη ἐδονέετο πᾶσα.] Ut ſolet vox poſterior ſæpe addi, ubi vim ſignificationis non implet, ſed magnam partem continet. Ita nunc quoque ſumi potest. Sed quid agimus? Illa vox non est in MS. Sane in capite 9. maluit dicere, ἄγοντι καὶ πλῆθος τὸ ἐκ τῆς Ἀσίης, καὶ νέας τὰς ἁπάσας. Est plane ἔπεσε τὸ θέητρον, non addita πᾶν.

379, 17. Τετάρτῳ ἔτεϊ.] MS. τετάρτῳ δὲ ἔτεϊ, unde ſuſpicio quædam oritur loci huius male tractati, quem tot participia inſignem faciunt, vix alibi occurrentia ſic iunctim. Hinc illud δε post vocem καταλεγομένων, ubi caſſa et vana est eius vis, transferebam post vocem τετάρτῳ. Sic optime procedunt. Τουτέων δὲ περιαγγελλομένων ἡ Ἀσίη ἐδονέετο ἐπὶ τρία ἔτεα, καταλεγομένων τῶν ἀρίστων ὡς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατευσομένων καὶ παρασκευαζομένων. Τετάρτῳ δὲ ἔτεϊ Αἰγύπτιοι &c. Priora ſunt ſui generis et diverſæ materiæ, nec pertinent ad poſterius.

379, 20. Καὶ μᾶλλον ὥρμητο ἐπ' ἀμφ.] MS. καὶ μᾶλλον ὥρμητο καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους, in qua repetitione est inſigne momentum, etſi nulla varietas vocula καὶ.

380, 14. Ὁ μὲν Ἀρτοβαζάνης.] MS. ὁ μὲν γὰρ Ἀρτοβ. quod omnino recte inferitur.

380, 32. Τῷ ὑστέρῳ ἔτεϊ.] De hoc computo agit Dion. Petavius lib. 10. cap. 23.

380, 46. Ἀλλὰ τὸ μὲν νῦν ταῦτα πρήσσοις τάπερ &c.] Aldus diſtinxit: ἀλλὰ τὸ μὲν νῦν, ταῦτα πρήσσοις, τάπερ, unde priorem notam ſuſtulit Camerarius, ſequentibus aliis; Stephanus etiam poſteriorem, unde ſimiliter et Iungermannus et Thom. Gale. Sed nulla parte hæc oratio ſcopum attingit adhortationis, quam ſibi propoſuit Mardonius. Quid enim ſive Græca, ſive Latina colligas, aliud ea ſuadet, niſi ut primo res AEgypti curet, deinde Græciæ? id quod ſponte ſua in animo habebat Xerxes. Deinde inest his negligentia quædam, qua propoſito Regis obſtare quidem non audet, ſed nec laudat id ipsum, ſed quando ita vult, patitur ut perficiat: ſic enim Valla; *Tu vero quod in manibus habes perfice.* At Mardonius contrarium intendit, conatus perſuadere, ut antiquiorem curam Græciæ habeat, quam AEgypti. Quod quum aperte non ſuſtinēret eloqui contra regis deſtinationem, latenter id innuit, ita ut tamen videatur regiæ voluntati indulgere, vocans AEgyptum quidem ἐξυβρίσασαν, ut merita ſit quæ pœnas luat, ſed tamen ante et post nominans Athenienſes et Athenas, ut istis aures regias impleat. Egregie ſane hoc omne apparebit, ſi ex optimo MS. reſcribas in his verbis: ἀλλ' εἰ τὸ μὲν νῦν ταῦτα πρήσσοις. Sic enim illic habetur, quod mutarunt qui non advertebant particulam εἰ eſſe hic optativam. *Sed utinam, ut quidem nunc est, ea perficias, quæ in manibus habes. at certe pacata AEgypto* &c. Ita blanditur Regi et præſentium propoſitorum felicem eventum optans vel inſtanter urget expeditionem contra Athenas. Ut in laudatiſſimis illis Excerptis Peireſcianis Polybii pag. 150. Εἰ γὰρ ἐγὼ ταύτην ἴδοιμι τὴν ἡμέραν &c. Et iam est obſervatum aliis.

380, 49. Ἵνα λόγος σε ἔχῃ.] MS. ἵνα λόγος τέ σε ἔχῃ. Apodoſis clara ſequitur, ut hoc debeat anteire, ipso Latino interprete iam oſtentante. Immo ita plene extulit Aldus et Hervagius. Stephanus anno 1592. negligere incepit, quod ſequuti poſteri.

381, 3. Τούτου δὲ τοῦ λόγου.] Hervagius in utraque omiſit ſecundam τοῦ. Sed MS. τοῦδε δὲ τοῦ λόγου· et rurſus παρενθήκην ποιέσκετο τήνδε, non ἐποιέετο, quod omnem in partem est accuratiſſimum, quum occurrant in Herodoto et Ἐκπέμπεσκε et ἄγεσκον et ἔρδεσκε et ποιέεσκον et Φεύγεσκον et τρέπεσκε, et ἐλάβεσκον, quæ nec ignota ſunt doctis lectoribus.

381, 4. Περικαλλὴς χώρη.] Cur hæ voces minus mereantur verbum cui innitantur, quam ſequentia, non video. Et certe optimus MS. habet περικαλλὴς εἴη χώρη, quod est oportuniſſimum, nec refert, utrum mox ſequatur φέρει, an φέροι. Nam deſcriptio, qua mox Mardonium deſcribit Herodotus, adſumitur ab Cl. Stanleio ad AEſchyl. p. 772. ad probandum illum vel præcipue fuiſſe τῶν κακῶν ἀνδρῶν, ut eos vocat iste poëta.

381, 12. Σύμμαχα γενόμενα πρὸς τὸ πείθεσθαι.] Recte id quidem, ſed cedere debet optimo MS. in quo legitur ἐς τὸ πείθεσθαι.

381, 19. Ἔτι πλέον προσωρέγοντο.] MS. ὅτι πλέον.

381, 37. Καὶ οἱ Ἀλευάδαι &c.] Est concluſio quædam ſermonis ante habiti de Onomacriti et Piſiſtratidarum reconciliatione et conſentiente ſuffragio apud regem Xerxem ad bellum Græciæ concitandum. Hos binos ait coram rege frequenter de hac re egiſſe. Itaque quid oro huc faciunt Aleuadæ, quos ante dixit non niſi nuncios mittendo multa pollicitos eſſe ad evocandum regem in bellum Græciæ? et de quibus ſermonem abſolvit tum, quum Piſiſtratidas retulit ſimiles ipſis ſermones habuiſſe. Certe non poſſunt Aleuadæ per omnia iungi Piſiſtratidis et Onomacrito, quorum hi Suſis fuerunt, non illi. Nec enim ex Aleuadis quenquam ax Theſſalia notavit traiecisſe ad regiam Perſicam, arbitratis ſe ſatisfecisſe per nuncios. An vero hi nuncii ſunt æquales Piſiſtratidis, ut coram rege Xerxe etiam dixerint ſententiam cum illis? Itaque merito videor obſequuturus optimo codici eiuranti tres istas voces, quæ Herodoti non ſunt, ſuperius loco decentiſſimo poſitæ, 966
ut nunc iterari non oporteat. Egregium profecto agnoſcis adulteratæ manus in Herodoto indicium ab illo MSto ſervatum.

382, 11. Τὰ μέν τοι Κῦρός τε.] MS. τὰ μέν νυν Κῦρός τε.

382, 20. Φαυλοτέρην.] At MS. clare φλαυροτέρην. Intererat hunc locum ſic patefieri, quia et Portus rationem huius vocabuli habuit ex Herodoto, non illius, quod vulgo hic legebatur.

382, 21. Ὑμέας ἐγὼ συνελ.] MS. ὑμέας νῦν ἐγὼ συνελ.

382, 41. Εὑρίσκω ἀναλογιζόμενος.] Quis hoc loco ἀναλογισμὸς intelligatur, difficile dictu est vel inventu, nedum ut ratiocinando compertum dicat Valla. At contra legitur in optimo MS. ἀνευρίσκω λογιζόμενος. Quæ immutatio vel ideo probari debet, quod fere idem ex ore eodem proferri curat Herodotus infra c. 28. Εὕρον λογιζόμενος. Aliud plane agitur etiam infra cap. 194., ubi exſtat ἀναλογιζόλενος Δαρεῖος εὗρε οἱ πλέω ἀγαθὰ &c. ubi quod oportet dicemus. Etiam paulo ante MS. ἐπ' αὐτέους, non αὐτούς.

982

382, 46. Ὁμουρέον ἐοῦσαν τῇ ἡμετέρῃ.] Et quare ſic mutaverit? MS. ὁμουρέουσαν.

383, 10. Νομίζεται εἶναι ἐν ἡμετέρῳ.] Quam quæſitæ hic ambages? et unde istud poſtremum, quum Stephanus teſtetur de ſuis ἡμετέρᾳ? Potuit Valla pervenire ad *in noſtra domo*. Utrum aliquid ex his duobus illuc propius accedit, an vero ἡμετέρου? Proculdubio hoc poſtremum, præterquam quod eximium et dulciſſimum. Sit etiam; atqui ita legitur in Medicea membrana, ut multis nominibus, ita certe etiam hoc ipso veneranda.

384, 9 Ἐγὼ ψευσθείην.] MS. ἐγώ γε ψευσθείην. In verbo ſequenti ἐπιλεήνας verſionem Vallæ non tetigi, ſed debet conferri AEm. Porti explicatio ſatis docta in Lexico.

384, 22. Λεχθεισέων δὲ, ἔσι· ὥσπερ &c.] Sic ego diſtinxi hunc locum, quem vulgo male concipi in editionibus opinabar, unde etiam prave Valla interpretationem miſcuit, quum Herodotus non dicat *licet tanquam aurum purum deligere*.

384, 25. Ἐγὼ δὲ πατρὶ.] MS. ἐγὼ δὲ καὶ πατρὶ, oportune ſatis

384, 36. Καὶ δὲ συνήνεικε ἢ καὶ κατὰ γῆν.] MS. καὶ δὴ καὶ συνήνεικε ἤτοι κατὰ γῆν. Quæ neceſſaria particulæ iteratio, et haud dubie cognitam habuit Valla, unde uſurpavit particulam *atqui*, ut bene oppoſitionem deprehenderit, ſed in cæteris aberravit.

384, 42. Οὔκων ἀμφοτέρῃσι ἐχώρησε.] Locus putidus et inſipidus. Atqui ſi recte interpretatus fuit Valla, *ergo non utraque in parte ſucceſſit*, debuit ſcribi ἀμφοτέροισι, ut paulo ante quum etiam præceſſiſſent ἢ κατὰ γῆν ἢ καὶ κατὰ θάλασσαν, ſubnectitur ἢ καὶ κατ' ἀμφότερα. Unde igitur ista inconcinna generis varietas? Nomiſi ex vitio ſcribarum. Manifeſte patebit error calami, ubi intelliges veram lectionem, quam præbet optimus MS. οὔκων ἀμφοτέρῃ σφι ἐχώρησε. Hic dativus ſimiliter turbatus fuit in loco, quem mollivi ſub numeris 50, 44.

385, 7 Μηδ' ἠντιώθη.] In hoc verbo exſultavit Mardonius. At nunc MS. μηδ' ἠναντιώθη. Certe apparet ex ſequentibus hoc verbum nunc hæſiſſe in memoria auctoris, ubi habes εἰ γὰρ καὶ ἐναντιωθῆναί τοι θέλει, prorſus alio ſenſu, quam cui inhærebat iactabundus Mardonius. Etiam mox πρήγματα γεγενῆσθαι, non γενέσθαι. Ita ſane Valla, et ſenſus requirit.

385, 10. Μὴ βουλεύου.] MS. μὴ βουλεύεο. et mox πείθευ, non πείθεο. item ὅταν τοι δοκῇ? non δοκέει.

385, 25. Ἐπισκήπτει βέλεα.] MS. ἀπισκήπτει τὰ βέλεα. Ut diſcamus ex Herodoto non tantum uſurpari in illo genere poſſe verbum ἐπισκήπτειν, prout novit vulgus, ſed et alterum compoſitum ab ἀπὸ, quod iam libro 1. uſurpavit de exitu ſomnii, et ab Stephano ſimul Portoque annotatum; ad hunc locum pervenire nequibant.

385, 29. Δὶ ὧν ἐσφάλησαν.] MS. δι' ὧν ἐφθάρησαν. Quod ſi non clarius, certe perfectius prodit eventum et ſummam eius, ut iste error ſit coniunctus cum extrema pernicie. Nihilominus contextui non inſerui ob frequentem etiam uſum verbi σφάλλειν in hoc ſcriptore.

385, 35. Εὕροι τις ἂν.] MS. ἐξεύροι τις ἄν, ut ſolet.

385, 45. Οὐ παρεόντων κατηγορέων.] Patuit ergo viris doctis iamdiu hic aliquid male diſponi, ut post diſerte poſitum unum ἀδικεόμενον nunc importune diſcedat ad multos, et tot quot nemo potest concipere; unde ſive librarios ſcribas ſive ipsos editores cernimus ivisſe in mutationem, quam non ſuppeditabat illis Herodotus, ſed privata violentia et incontinentia. Exſpectari debuit cognitio optimi exemplaris, unde reſtitui οὐ παρεόν τι κατηγορέων, accuſans aliquid non præſens.

386, 14. Ἐξεργασάμενον Πέρσας.] MS. ἐξεργασμένον. Et hæc est forma huius vocis, qua utitur Herodotus, ut duobus teſtimoniis fecit conſpicuum. Et ſtatim: εἰ μὴ ἄρα καὶ, non εἰ μὴ καὶ ἄρα καὶ.

386, 28. Ἐκ Δαρείου, τοῦ Ὑσάσπεος, τοῦ Ἀρσάμεος.] Quum ſit hoc unum omnino in antiquitate, quod norim, tota monumentum, in quo ſeries et propago generis ex Achæmene deducti recenſeatur; ſatis patet
967 quam difficile ſit qualecunque de eo iudicium. Itaque probare etiam magis poſſum, quam approbare conatum viri inſignis, qui ſtemmatis eius duplicem ordinem deſcribi a ſe putavit poſſe, præſertim quum ne hic quidem locus manſerit intactus ab venenoſo calamo. Itaque proponam modo, quid mihi occucurrerit in optimo codice MS. liberis aliorum ſententiis. In eo igitur ſic exſtat. Δαρείου τοῦ Ὑσάσπεος, τοῦ Ἀρσάμεος, τοῦ Ἀρμένεω, τοῦ τε Ἱσπεος τοῦ Κύρου τοῦ Καμβύσεω, τοῦτε Ἱσπεος, τοῦ Ἀχαιμένεος. In margine autem maiuſculis characteribus et antiquis erat notatum ita: Ἀχαιμένης, Τεΐσπης, Καμβύσης, Κῦρος, Τείσπης, Ἄρμνης, Ἀρσαμένης, Ὑστάσπης, Δαρεῖος, Ξέρξης. Hæc ut ſine dubitatione affirmare poſſum, ita pronunciare audeo ſecurius fidem haberi huic uni MSto, quam omnibus retro aut editionibus aut iam viſis MSStis aut etiam ſtemmatis huius confectoribus, ac debere inſeri alium Teiſpen Achæmenis filium, quem ubique omittunt. Lætus hoc duntaxat propono.

386, 41. Τιμωρέειν ἔτι γίνεται.] MS. τιμωρέειν ἤδη γίνεται, quod plane habet interpretatio Vallæ, et neceſſario ad ſenſum requiritur, a quo particula ἔτι longe abest.

387, 6. Στράτευμα ἄγειν.] Cur hic alio modo loquitur quam infra, ὡς ὧν μεταδεδογμένῳ μοι μὴ στρατεύεσθαι, addita negativa? Nulla ſane cauſa est præter editorum incuriam. nam MS. plane habet στράτευμα μὴ ἄγειν. An ullus lector Herodoti vivere potest, qui non continue obſervaverit ab eo addi negativam, ubi alius forſan omitteret? Sic 1, 15. Ἀλλ' ἀπέδοξέ σφι μὴ τιμωρέειν Ἴωσι cretumque illis est auxilium Ionibus non ferre. At in verbo Ἀπέδοξε id ipsum iam erat. 4, 125. Ἀπηγόρευον Σκύθῃσι μὴ ἐπιβαίνειν τῶν σφετέρων οὔρων.

387, 7. Προείπας ἀλίζειν Πέρσῃσι στρατόν.] Hoc placuit correctoribus, nempe quia Xerxes conſilio ſuo, id est, Perſis imperavit ſupra, ut pararent ſe ad tempus, quo esſet iuſſurus convenire exercitum. Sed non ita conſiderare placuit Herodoto, qui formulam imperii ab Xerxe dati mavult interpretari, et ideo ſcripſit Πέρσας, ut est in optimo libro. Formula enim imperii velut fuiſse ſupponitur, Perſæ comparate exercitum.

387, 10. Ἐβούλευσας ποιέειν.] MS. ἐβουλεύσαο ποιέ. ut mox ὑπεθήκαο. Scias hoc ipsum verbum esſe, quod ab Porto omittitur in exemplis, quæ collegit de hoc ao, quum habeat istud ὑποθήκαο.

387, 16. Συναλίσας τοὺς αὐτούς.] Voces poſtremæ non ſunt in MS. nec requiruntur, quum integerrima ſint et eandem ſententiam perfectiſſime exprimant συναλίσας τοὺς καὶ πρότερον συνέλεξε, neque etiam deſideratur tam fumoſa verſio *coacto eorundem Perſarum quos pridie coëgerat concilio*. Sic ſibi loquatur Valla. Satis est quum verba cap. 8. σύλλογον ἐπίκλητον ἐποιέετο Περσέων interpretatus fuit *in concilium vocavit*.

387, 20. Ἡ νεότης ἐπέζεσε.] MS. ἐπέξεσε. Valde vereor ne pro ἐπεξέζεσε. Habuimus ſupra ἐξέζεσε εὐλεων.

387, 36. Περιδεὴς γενόμενος.] MS. περιδεὴς ἐγένετο. Cui lectioni nihil obſtat.

387, 38. Πέμπει ἄγγελον Ἀρτάβανον καλ.] MS. interponit præpoſitionem ἐπὶ ante vocem Ἀρτάβανον. Seu conſtruere placeat πέμπει ἄγγελον ἐπὶ Ἀρτάβανον mittit nuncium ad Artabanum καλέοντα vocantem et iubentem venire, ſeu ἄγγελον ἐπικαλέοντα Ἀρτάβανον, ut auctor utatur adſueta ſua et elegantiſſima tmeſi, ut paulo ante μετὰ δὴ βουλεύεαι, ut 5, 81. κατὰ μὲν ἔσυραν Φάληρον, κατὰ δὲ τῆς ἄλλης παραλίης πολλοὺς δήμους. et paſſim. Deinde MS. ἀπικομένῳ δὲ οἱ ἔλεγε, non ἀπιγμένῳ δὲ ἔλεγε, quod nihil minus quam Herodoteum.

387, 40. Οὐκ ἐσωφρόνεον.] MS. οὐκ ἐφρόνεον, et mox χρησῆς εἵνεκα συμβουλίης pro συμβουλῆς, ſicut ἀντὶ χρησῆς συμβουλίης etiam dixit 4, 97.

388, 5. Ἐν ἡδονῇ ἐσι γενέσθαι στρατηλασίην.] MS. στρατηλατέειν, quod est oppido accuratum, mutatumque ab eis qui pleonasmum Herodoteum non capiebant. Iungenda enim ſunt et conſtruenda, καὶ οἱ πάντως ἐν ἡδονῇ ἐσι γενέσθαι, nempe στρατηλατέειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα.

388, 13. Τάδε καὶ ἀμφότερα περιήκοντα.] Unde habet Valla istud *quæ ambo tibi cum adſint?* Nullum in vulgatis pronomen illud vel caſus accuſativus, qui in altero exemplo verbi περιήκειν, quod notavit Portus, appoſitus est. Itaque est lapsus idem, qui iam ſupra notatus est. Scribe τά σε καὶ ἀμφότερα περιήκ. Sed neque περιήκοντα ista σφάλλουσι, non ſane; unde codex Mediceus habet ſtatim ὁμιλίαι σφάλλουσι, non ὁμιλίῃ. Ita longe elegantius omnia cohærent, quam quæ vulgo lecta ſunt et leguntur.

388, 20. Γνωμέων δύο προκειμένων.] Potuit et participium eadem flexura terminari. Certe habet optimus MS. προκειμενέων. Nec dubito ita quoque extare ſtatim infra in MS. etſi non notaverim. Sed et mox αὐξανούσης, non αὐξούσης. Equidem id iam notavit Portus ex aliis duobus locis, quibus hunc locum annumerare non potuit.

388, 36. Τοῦτο τοιόνδε.] MS. τοῦτο τοιοῦτο. Et ſtatim διαιρέω, non διαιρῶ. Nam intellectus verbi ſatis clarus est, ut docent Beza et Portus; et cui non lectus Suidas? διαιρῶν, ἀναπτύσσων, δοκιμάζων, καὶ

καὶ διαπρίνων τὰ πράγματα, καὶ οἷον διαίρεσιν αὐτῶν ποιῶν.

389, 1. Μαθητέον ἤδη ἐςὶ.] MS. ἔςαι.

389, 3. Δέδοκται γίνεσθαι.] MS. δεδόκηται. Miror ab Porto in capite illo quo αὐξήσεις συλλαβικαὶ continentur, hoc genus omitti.

389, 4. Ἀλλ' ἤδη ἵημι ἐν κοίτῃ.] Ita vulgo; ſed optimus MS. docet aliud ſubeſſe. Habet enim: ἀλλ' ἤδη
968 ἢ ἐμὲ ἐν κοίτῃ. Quod explicandum, niſi ſi et ipſe ego in tuo cubili dormiero.

389, 8. Νομίζων.] Mirum eſt, quum Valla ſic abiret ab hoc verbo, et mallet Latine vertere *ſperaret*, H. Stephanum in hac ipſa parte non lætum Latinis eaque mutantem, in hoc tamen concordare, ut verbum id ipſum retineret. Duri ſunt ſane illi in negligendo Græco. An habuit Valla quid aliud? Certe nos abhinc legimus ex optimo MS. ἐλπίζων. Ita enim exhibet.

389, 14. Εἶπε τάδε.] Vocula poſtrema non eſt in MS. nec requiritur, et meliorem locum infra obtinet.

389, 26. Ἰδών τε πολλὰ.] MS. Ἰδὼν ἤδη πολλά τε.

389, 31. Μεμνημένος δὲ.] Non ut commendem hoc profero, ſed guſtus varietatis ubique ab Herodoto adhibitæ nunc quoque immittit neſcio quam ſuſpicionem, ne opiner plane fruſtra et in vanum contigiſſe, ut legatur in optimo MS. μεμνησμένος δὲ, quum in priore faciat cum vulgatis.

390, 11. Ἐπὶ τοῖσι ἀνειρημένοισι.] MS. ſimpliciter εἰρημένοισι.

390, 14. Θύσσον.] Hoc nomen est monumentum futilium Iſaaci Vosſii in adoleſcentia ſtudiorum ex nota, quam poſuit ad Scylacem, ubi ex Herodoti lib. 7. novit corrigere Θύσος, ut mox dubitet, an non Θύσσος ſcribendum ſit, ut apud Thucydidem legitur Pliniumque, quum Strabonis epitome Θύσσαν vocet. Hæc omnia tamdiu ante eum collegerat Ortelius, ut nihil ſit ipſius. Sed uterque labitur in Herodoto, quippe cuius vetuſtiſſima manus conſentit cum Thucydide et Plinio. Id inquirere debuerat.

390, 28. Διαβάντες ἐς τὴν Εὐρώπην.] Particula ἐς non est in MS. Certe id ſimile prorſus est ei quod notat Salmaſius in Flori Annæi verbis 2, 2. *Serpente latius bello in Sardiniam annexamque Corſicam tranſit*, voculam *in* abeſſe omnibus libris.

390, 31. Πρὸς μεσαμβρίην.] MS. μεσαμβρίης, ut ſæpe.

390, 32. Οὐδ' ἕτεραι.] MS. οὐδ' εἰ ἕτεραι.

390, 36. Πινόμενον ὕδωρ.] MS. πινόμενόν μιν ὕδωρ. Rectiſſime.

390, 40. Ἅμα στρατευομένοισι.] Vocula prior ut nulli lectori moleſtiam attulit, nec forſan allatura eſſet, quum et forſan alias adſcripta ſit, tacere tamen non debeo eam non eſſe in MS. Vel vide cap. 95. Οἱ δὲ λοιποὶ ἐκ τοῦ Πόντου στρατευόμενοι, παρείχοντο μὲν ἑκατὸν νέας &c.

390, 41. Τοῖσι δὲ σῖτα.] MS. τοῖσι δ' ἐς σῖτα.

390, 44. Πρὸ τριῶν.] MS. ἐκ τριῶν, ac iunctim ἐτέων κου μάλιςα ἐς τὸν Ἄθων, quod oppido egregium, et plane Herodotei genii eſſe probant ista. 1, 119. Ἕτεα δέκα κου μάλιςα. Et 209. Εἴκοσί κου μάλιςα. Nec mirere, quod ſtatim exhibui Ἐλαισοῦντι, ubi vulgo depravant in Ἐλεοῦντι: ſed illud exſtat integrum in optimo libro.

391, 44. Νέας διαρύσαι.] Quum Stephanus in antiquis Herodoti libris tam notabiliter reperiret ſignatum verbum διειρύσαι, ut notavit ad margines, miror unde illi non placuerit ſimpliciter ſcriptura Heſychii, ut videtur, ex hoc eodem loco istud verbum annotantis, ubi ſomniat poëticam epentheſin literæ ι contingere. Utique meminerat Herodotum non eſſe poëtam, in cuius optimo exemplari ſimiliter ipse inveni: et quæſo an id aliunde, quam ex eo quod 2, 135. πλίνθους εἵρυσαν. 3, 30. Ὅτι τόξον εἵρυσε. 4, 10. Τὸν μὲν δὴ εἰρύσαντα τῶν τόξων τὸ ἕτερον. Et hinc cap. 36. Φραγμὸν παρείρυσαν?

392, 1. Οὕτω ἐποιέετο.] MS. οὕτω ἐπολεε. Et ſtatim παρεσκευάζοντο δὲ καὶ ὅπλα, non παρεσκευάζετο, quod ferri poterat, immo requiri neceſſario videbatur, ſed cedat genuino, quum ratio Herodoti in participiis bene iam ſit inſpecta.

392, 22. Οὐδὲ γὰρ ἀρχήν.] Vox media in MS. non est. Sed infelix in his intelligendis et hinc interpretandis fuit Valla.

392, 28. Τῷ οὔνομα τυγχάνει ἐὸν Καταῤῥήκτης, ὃς ἐξ αὐτῆς τῆς ἀγορῆς τῶν Κελ.] Recte factum ab Cl. Galeo, quum notulis Stephani intermiſcet hoc loco ſupplementum, quod doctrina Salmaſii huc intulit, ſane neceſſarium, ſi Herodotum oportet comparari cum poſterioribus, nempe ut legatur ἐὸν Μαρσύης, ὃς κατ-
ἀῤῥήκτης ἐξ αὐτῆς τῆς ἄκρης τῶν Κελ. Neque enim notum hic nomen fluvii Catarractæ, ſed Marſyæ *fons ex ſummo montis cacumine excurrens magno ſtrepitu aquarum cadit*, ut deſcribit Curtius fere locum hunc Herodoti interpretans. Mira hæc codicum vetuſtorum concordia, quæ cui tempori vel cauſæ adtribuenda?

393, 12. Χρήματα μεγάλα ἐπαγγέλλεται.] Vox media non est in MS. Et ſane ſi adſpicias, deprehendas otioſiſſimam.

393, 24. Κέκτησό τε αὐτὸς τάπερ ἐκτήσαο.] MS. κέκτησό τε αὐτὸς τάπερ αὐτὸς ἐκτήσαο. Quod et perdulce est, et prorſus non otioſum, ubi ſignificatio vocis αὐτὸς etiam deflectit ad notionem Latinæ vocis *ſolus*.

393, 27. Οὔτε ἐς τὸ μέλλον μεταμελήσῃ.] Nemo quidquam in his vituperet, quum tamen mira violentia explicationem prætulerit gloſſæ et manui auctoris. Nam optimus ille MS. habet οὔτε ἐς χρόνον μεταμ. Quod est haud dubie et verum et egregium Herodoteum: immo ipsa verba iterantur 9, 88. οὐ γὰρ ὑμῖν ἐς χρόνον ταῦτα ποιεῦσι μεταμελήσει' 3, 72. Αὐτῷ οἱ ἄμεινον ἐς χρόνον ἔσαι.

393, 37. Ἐς Κύδραρα πόλιν.] Quam temere damus nos fraudi quorumcunque! Herodoti hunc locum cum 969
Stephano iunxit primus Ortelius, cuius ſapiens taciturnitas debet placere, nec minus Berkelii cautiſſima prudentia. Sed Holſtenio quid agas? Hic enim teſtatus [*MSS. legunt* ΚΤΔΡΑ πόλις] pronunciat [*Atque ita legendum*] quæ utraque ſunt falſa, quum quæ adſcripſit Salmaſius ex MSS. adſcripserit præcedenti Κύδραι πόλις. Habeo ſub oculis chirographum eius, et ſatis clare id facit diſtincteque. De Herodoto nihil potuit Holſtenius adfirmare, quum exemplar eius, quod procul dubio Florentiæ in manu habuit, non curaverit inſpici. Manifeſte ibi vidisſet Κύδραρα, quod inde reſtitui.

393, 41. Ἐπ' ἀριστερὴν ἐπὶ Καρίην Φερούσης.] Lepide quidem partiuntur hunc locum inter duas præpoſitiones ἐπὶ et ἐπ', et quidem ſic æqua portione utrique attributa, ut neutra posſit queri. Dubites, utrum tantus exactor vocum fuerit vel ipse Herodotus. Certe, ut nihil aliud dicam, ſcias turbare codicem MS. et legere ἐς ἀριστερὴν ἐπὶ Καρίης Φερούσης, quod nequaquam ſpreverim.

394, 21. Ἀθέμιτα ἔργα ἔρδεσκε.] MS. tantum ἀθέμιτα ἔρδεσκε. Huc usque etiam modo pergit Valla.

394, 24. Ἑπτὰ σάδια.] MS. σάδιοι.

394, 31. Καὶ μασιγέας ἅμα τούτοισι ἀπέπεμψε ςίξοντας.] Ex hoc uno loco videas probari veritatem vocis Græcæ μασιγὺς. Sic enim notat Henr. Stephanus [μασιγὺς flagellator B. ex Herodoto] Scias hoc notari ab illo, a quo ignoratur σιγὺς aliter Græcis uſurpari, quam de inſtrumento, quo id ipsum peragitur. Attamen Stephanum ſequitur Portus notans [Μάσιγυς, ύος, ὁ. *N. H. Virgator.* q. d. flagellator. Qui flagello cædit aliquem. τοὺς μαγισέας pag. 251, 35.] Quæ notatio incidit in hunc locum. Quod ſi omnis Græca lingua non alio fundamento niteretur, equidem iam omnis cum ipsa Polymnia decidisſet in mare AEgæum. Nam certe etſi noſtri carnifices iidem ſoleant et virgis cædere et ſtigmata inurere; non inde ſequitur Xerxem pari ratione uſum in caſtigando Helleſponto. Et quid in his ſalis est? quippe quum præceſſerit de ipſis οἱ μάσιγι πληγὰς ἐπικείσονται, num potest videri nunc Herodotus dixisſe μασιγέας ἅμα τούτοισι, hoc est, μασιγέας ἅμα μασιγεῦσι? Omnino perridiculum. Sed nos Herodotum liberamus, et importunum unius ſyllabæ donum non magis nunc admittentes, quam in capite 233. ἑξίζον σίγματα βασιλήϊα, aut 5, 6. eam ſyllabam remittimus auctori ſuo, ex MS. ſcribentes καὶ σιγέας. Hæc mea ſunt. Sed et Th. Gale produxit ex cod. Arch. hos σιγέας, et apponit *rectius:* an eadem cogitarit, ipse dixerit. Neſcio an mirari oporteat, Petrum Gyllium adeo ample ſermocinantem de Darii et Xerxis auſu circa hos traiectus, bis citare locum Herodoti et mentionem facere tum flagellationis, tum compedum, ſed in utraque citatione non ultra pergere, nec de ſtigmatibus vel meminisſe. Quid illum terruerit, neſcio; quum ultra proceſſerint quondam οἱ τὰ περὶ τῶν Μάγων γράψαντες, quippe qui καταγινώσκουσιν Ἡροδότου, ut ait Diogenes Laërtius, Latino interpretante *in ius vocant mendaciique arguunt*, perinde ut alii agunt in circumciſione, alii in chronologia, tanquam in Herodoto mitius aliquid dedeceat, quam ſic onerare, quum nihil niſi mentiri gravisſime ab his καταγινώσκουσι ſit peractum. Et gratia ſit eximio Kuhnio, qui Herodotum in parte tam ſtolida non dereliquit. Lege interim, quæ habet Io. Fronto de cultu ſanctor. p. 386.

et Ezech. Spanhem. ad Iulian. pag. 195. ſatiaberis plus ſatis.

394, 34. Πικρὸν ὕδωρ καὶ ἁλμυρόν.] Duæ voces poſtremæ non ſunt in MS. nec habuit interpres. Et quæſo an non ſufficit exprobratio, quæ ſatis dira inſequitur, et quidem per hanc eandem vocem?

394, 38. Ὡς οὐδεὶς ἀνθρώπων θύει ὡς ἐόντι.] Voculam priorem aboleri debere quisque ſatis videt in tam vicina iteratione eius voculæ. Itaque recte abest ab MS.

394, 46. Ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας.] Quaſi obnoxius foret Herodotus, ita omne genus flagitii eum vexavit. Quis credat posthæc verba periçopen omitti, quam nihilominus recte expreſsam habet Valla; et tamen nec ab Aldo, nec ab Camerario, nec ab Stephano qui tamen ita accuratus fuit et ante in capite 32. et post capite 40., nec ab Iungermanno, nec ab Th. Gale rationem eius habitam vidi. An ita ſaltuatim modo Græca cum Latinis contulerunt tanti viri? Unde maiore cum fiducia eam reſtitui, quum in MS. optimo etiam animadvertiſem.

395, 6. Διέκπλοον δὲ ὑπὸ φαῦσιν κατέλιπον.] Mira deſtitutio Herodoti, ut nemo accedere huc auſus fuerit ad ſpectandum, nedum ſolidandum, ſi diſcesſeris ab conatu AEm. Porti; qui tamen et ipse perquam est vilis, ut reiiciens Vallæ istud *relicto ad auroram transitu* velit potius dici *tranſitum ſub auroram*, vel *ſub primum diluculum reliquiſſe*, vel ſeparatim ſcripto ὑπὸ φαῦσιν, ſub diluculum. Itaque videtur exiſtimare tempus hic deſcribi, quo tranſitus daretur. Quod prorſus non placet, quum agat de parte loci, ubi traiectus pateret, et quidem ſemper. Certe non oportuerat ſcribi de navibus antiquis, niſi ante omnia exactus fuisſet hic locus, quem ſtudioſe vitaverunt. Itaque in tantum obſequutus fui Porto, ut pro vero haberem ſeparationem ὑπὸ φαῦσιν et verti *ſub lumen*, quia quum hunc triplicem tranſitum ſtatuat auctor per penteconteros fuisſe, credidi illic eum patuisſe, ubi erant lu-
970 mina navium, ſicut nos docet locus Livii 29, 25. *Lumina in navibus ſingula roſtratæ, bina onerariæ haberent, in prætoria nave inſigne nocturnum trium luminum fore.* Hoc lumen Appianus vocat λαμπτῆρα lib. 2. de bello Civ. quo minus mirum est ab Herodoto φαῦσιν appellari. Quod lumen quum gereretur in puppi, videri poſſet indicare prope puppes penteconterorum ter interpoſitum eſſe ſpatium, per quod vulgo tranſitus daretur minoribus navibus. Auctores antiqui in fabrica navium agnoſcunt φάλκιν circa ſentinam; quæ vox prope quidem huc accedit, ſed prope illam partem tranſitus dari poſſe non videtur. Propterea quum bene perpendo, res ipsa dictat hos patentes traiectus ibi relictos, ubi maxima erat aquæ moles et inde urgentisſimus eius curſus, ut optime et celerrime illac poſſent traiicere, et ubi maxime proſpici deberet futura pontis ruptura. Hinc quum medici acutisſimi in vocibus aliunde petendis ad ſuum microcosmon, ſervaverint vocem φλύσις in actione corporis, imaginor mihi Herodotum dediſſe ὑπὸ φλύσιν prope eum locum, ubi acerrima erat agitatio fluentis aquæ propter copiam hinc vel inde exundantem.

395, 10. Στρεβλοῦντες ὄνυξι ξυλίνοισι τὰ ὅπλα.] Vertit Laurentius *contenderunt armamenta, contorquentes machinamentis ligneis.* At quæ Latinorum machinamenta quibus homines contorquent, intelligi queant per Græcum ὄνυχες, dum multum cogito et inquiro, nihil invenio. Proprie quidem eo notatur unguis, deinde translatum ad rei ruſticæ inſtrumentum σιδηρὸς ὄνυξ. Sed id non torquet, ſed ἐπικνίζει, ſcalpit, ut Theophraſtum interpretatur Plinius obſervante Stephano, non aliter ac ſi ungues et ungulas commiſcerent, ut notat Iuretus ad Paulinum ab nonnullis factum. Et ad eandem rationem ſimilitudinemque referendæ ſunt reliquæ metaphoricæ notationes, ut ſint absque vi torquendi. Et tamen refert Stephanus; „ [Ξύλινοι ὄνυχες apud Herodotum, ubi interpretari „ queas *uncis*. Nam ὄνυξ pro unco quoque ſive un„ cino ſumitur, ut apud Hippocratem ὄνυξ dicitur „ uncus, quo fœtus mortuus extrahitur. Itidem ἀγ„ κύρας ὄνυξ dicitur ancoræ uncinus Plutarcho"] Vix indignationem tempero! quid enim ad curva ista facit hoc, quo torqueri debet, non ſcalpi, aut ſcabi, non fœtus extrahi, non unco captari, non ſtabiliri, ſed tantum στρεβλοῦσθαι? Nihil profecto ad hunc rhombum Stephanus, nihil ad ſententiam Herodoteam iste ὄνυξ. Attamen quam lepide et molliter agit AEmilius Portus ad ſubrependum dicam, an ridendum? Ipso iudice hic ὄνυξ [interdum accipitur pro mechanico inſtrumento ſive ferreo ſive ligneo, quod ad humanorum unguium ſimilitudinem factum est incurvum mediocriter ad res aliquas conſtringendas.] Debuisſet figuram lineis exprimere; habuisſet lector Herodoti aliquid portentoſum. Unguesne, mi Porte, adhibuisti ad conſtringendum? Sed ſatis nugarum. Quas hactenus diſſipavit Thom. Gale, ut proferret ex codice Archiep. ὄνοισι, idque iudicaret rectius. Utinam et ὄνυχος veteris et ὄνου novi addidisſet rationem? Citat hunc ipsum locum Salmaſius in Plinianis Ex. p. 765., ubi λευκόλινον illuſtrat docens eſſe linum maceratum, quia lavacro niteſcit, non quod linum album quaſi ſpecies lini ſit, ut poſſet credi interpretem cogitaviſſe; ſed bene tranquillus retinet quoque ὄνυξι ξυλίνοις, nec quidquam tangit, quum p. 659. verſet ſane ὄνον, ſed remotus ab Herodoto. Utamur igitur non neceſſaria minus quam veriſima et elegantiſima correctione, ſcribendo ὄνοισι, quoniam istud tam præclarum habet quoque optimus Mediceus. Quippe primo dubium non est, quin ad hunc locum referenda ſit gloſſa ex Lexico Herodoteo Goldaſti pag. 746. Ὄνος τὸ περὶ τὰ τῶν ὑδάτων ἀγγεῖα πολύπους καὶ συστρεφόμενον. Quod male confuſum iste quisquis fuit deſcripſit ex Heſychio Ὄνος τὸ περὶ τὰ τῶν ὑδάτων ἀγγεῖα πολύπους ζῷον, καὶ συστρεφόμενον. Neceſſaria enim illic est diſtinctio, et duæ ſunt interpretationes, nempe et beſtiola talis multipeda, et inſtrumentum, quod torquendo et circumagendo ſeu vaſa in aquam demittit ac reducit ſurſum, ſeu ad alia adducenda torquetur. Plane ſpecies quædam ἄξοντος, ut exponit Galenus apud Stephanum, ubi et convenientisſimum exemplum habes ex Ariſtotele. Locum Suidæ in Μύλη notavit Lindebrogius ad Ammianum 17, 4., ſed amplius ab Suida de eo agitur in v. Ὤνευον. Et quantum ex variis ingeniis produxit ille μύλος ὀνικὸς in ſacris ſcriptis tam infeliciter citatus?

395, 15. Ἐπεὶ δὲ ἐγεφυρώθη.] MS. ἐπειδὴ δὲ ἐγεφυρώθη.

395, 17. Κόσμῳ ἐπετίθεσαν κατύπερθε.] MS. κόσμῳ ἐτίθεσαν καὶ ὕπερθε.

395, 27. Ἵνα μὴ ἐμπιπλῆται.] MS. ἵνα μὴ πίμπληται.

395, 33. Ἐπὶ νεφέων ἐόντων.] In quibus neſcio quid intelligant. Scio autem Herodoteum et perdoctum legi in MS. ἐπινεφέλων ἐόντων. Videnda modo in lexicis vox ἐπινέφελος.

395, 37. Οἱ δὲ ἔφασαν.] MS. ἔφραζον, id quod proprie magorum interpretationes ſignificat. Cap. 219. Πρῶτον μὲν ὁ μάντις ἐσιδὼν ἐς τὰ ἱρὰ ἔφραζε τὸν μέλλοντα θάνατον.

396, 11. Ἀμείβετο.] MS. ἀμείβεται. Incitati regii animi et iam parati ad reſpondendum et puniendum indicium clarius est hoc præſens.

396, 20. Ἐπεναντία δὲ τούτοισι.] Et hic rurſum MS. adiiciens repetit ἀκούσας.

396, 33. Πεισάντων δὲ τουτέων τοῦτο.] Vox ultima 971
non est in MS. Et ſane miniſterii abrupta exſequutio magis patefit.

396, 35. Οἱ σκευοφόροι τε καὶ τὰ ὑποζύγια.] Non aliter habent MSS. libri et præſertim ille optimus. Et ſequens vox τούτους non patitur id in ſuſpicionem trahi. Quod probaturi ſatis ſunt illi, qui iniuſtum militis Romani faſcem cogitabunt; ut ex eius proportione in Aſiaticis agminibus illos σκευοφόρους portare multa potuisſe pateat. Clare expoſuit Valla, Porto *calones* interpretante, ut utique non requirantur vehicula, ſed ſingulorum hominum vel animalium quoque terga, præſertim in itineribus, ubi nullum ſpatium vehiculis. Quid enim legimus in fragmento Suidæ in v. Ἐξήρκει. Οὐ γὰρ ἐξήρκει τὰ ὑποζύγια πρὸς τῆς ὁδοῦ χαλεπότητα, ὥστε αἰρόμενοι τὰς ἀμάξας ἐξέφερον ἐν τῶν δυσπόρων. Et talis via videtur quoque ſupponi in narratione Æliani 9. Var. 30. In hoc quidem Xerxis agmine omnia adfuerunt.

396, 36. Σύμμικτος στρατὸς παντοίων ἐθνέων ἀναμίξ, οὐ διακεκριμένοι.] Quia potuerunt huc usque tolerare viri docti, permiſi hunc locum etiam in hac editione ſic legi. Et est non disſimile in cap. 55. ὁ σύμμικτος στρατὸς παντοίων ἐθνέων. Attamen ſi attendas, nimis garrule una eademque ſententia multis coacervatis verbis exprimitur, ut tanto maiorem fidem mereatur MS. liber, in quo vox prima non exſtat.

396, 39. Οὐ συνέμισγον βασιλεῖ.] Iam notaverunt viri docti frequentisſimum huius verbi uſum, et quidem varia notione, in his Herodoti ſcriptis. Sed nullus est, qui cogitavit de hac iocoſa tranſpoſitione literarum, quam affero ex optimo MS. συνέσμιγον, prout Suidas ſic habet ἀμιθρῆσαι pro ἀριθμῆσαι. Salmaſius in Plinianis pag. 321. ἀμιθρὸς pro ἀριθμὸς &c. Hinc non penitus ſpernendum. Deinde MS. προηγεῦντο μὲν δὴ ἱππόται non μὲν γὰρ, quæ particula ibi non habet locum, etſi expreſserit quoque Valla. Sed hæc

non

non præbent cauſam, cur vera appareant priora; ea enim fiunt per intervallum.

397, 25. Διὰ τοῦ Ἀταρνέος ἐς Καρίνην.] Locum hunc proprie notavit Stephanus Byzantius in v. Καρήνη, ut ſic ipſe vel legerit in ſuo exemplari, vel corrigendum cenſuerit deſcribens eam πόλιν Μυσίας. Sed ex hodierna editionum Herodoti fide Ortelius, in Theſauro ſcribens: *Carine urbs circa Caycum fluvium in Aſia minori, Herodoto.* Ibi Herodoteum agnoſcit, ut in v. Carene oſtenderet nihil ſe concedere Stephano isti Herodotum alleganti, plane prætermittens mentionem Herodoti. Etiam de eò noluit cogitare, quum referret de Carne, quam noverat Stephano dici Æolidis urbem; quod quum notaret, bene ſciebat in qua parte mundi verſaretur, et in v. Atarneus monet eandem urbem ab aliis poni in Myſia, ab aliis in Æolide, ut debuerit hic eſſe attentior. Hinc multæ poſterorum ſcriptiones de mutatione literarum η et ι, Holſtenio quidem agnoſcente diverſitatem ſcriptionis, ſed ita nunc tacente, ut mox ab eo Κάρνη πόλις Αἰολίδος confundatur cum Καρίᾳ Ἰωνίας, quod nunquam rebor cogitatum eſſe ab Stephano, Berkelio Καρίνην præferente ex fragmentis in v. Βέννα. Sed quantopere abest hæc Herodotea et Æolica Carne ab Ionica Carine? Bone Deus, an igitur illi legerunt Xerxen profectum eſſe per Ioniam? Ita ægrotant omnes, quia ad verum accedere nequeunt. Omnino verum nomen est Κάρνη, et ſic hoc loco optimus codex habebat Κάρνην. Hanc quilibet istic videre potest. Hanc tuetur Stephanus in v. Αὔλαι ab Holſtenio citatus; hanc apud eum nummus.

395, 35. Ἀπέλιπε τὸ ῥέεθρον.] MS. ἐπέλιπε, ut cap. 58. Μέλανα ποταμὸν οὐκ ἀντισχόντα τότε τῇ στρατιῇ τὸ ῥέεθρον, ἀλλ' ἐπιλιπόντα. Et mox, Φόβος ἐς τὸ στρατόπεδον ἐσέπεσε, non ἐνέπεσε, quod video caſu prætermiſſum eſſe: ſed ἐσέπεσε est vera lectio.

397, 45. Γέργιθάς τε καὶ Τευκρούς.] Quod genus hoc hominum? fuitne urbs propria Teucri appellata, ut Gergis? an locus aut pagus, aut gens quædam in Troiana regione ſingularis? An Τευκρίδα intelligi oportet ex lib. 2. cap. 108. repetitam ex Menelai expeditione? Non opinor. Sane antiquitas omnis de his ſilet. Itaque nec ab Herodoto eos cognitos crediderim, etſi Heresbachius in margine monſtraverit *Gergitæ, Teucros urbs.* Quin tu, mi lector, mecum hæc expende, et accipe, quod ſuppeditatur ab lectiſſimo MSto Γέργιθας Τευκροὺς deletis interpoſitis. Id ipse Herodotus confirmat 5, 122. Εἶλε δὲ Γέργιθας τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν ἀρχαίων Τεύκρων.

398, 22. Οἰκτότερα.] Fingunt ſibi viri docti varias dialectos, quarum venia poſſit litera ρ iure omitti: ſed non est, niſi vitium ſcripturæ in quibusdam MSS. quum Mediceus recte integret οἰκτρότερα. Et mox μᾶλλον ἢ ζώειν MS. non ζῆν.

Ibidem. Οἵην σὺ διαιρέεαι.] MS. οἵην περ σὺ διαιρ.

399, 7. Λήψεσθαι τοῦ ἐκείνων.] Sic editur in exemplaribus Stephani, ſic in editione Galea. Sed ab Aldo et Camerario editum fuit λείψεσθαι, quod hic requiritur.

399, 22. Ἐόντων τῶν λιμένων.] MS. ἐόντων τοι λιμένων.

399, 34. Εἰ βουλευόμενος μὲν ἀβρώδεοι.] Est id ipsum, quod de Oreſte ſuſpicabatur chorus eum defendens adverſus querelas Electræ in huius nominis tragœdia Sophoclea num. 323. Φιλεῖ γὰρ ὀκνεῖν πρᾶγμ' ἀνὴρ πράσσων μέγα. Quam felix viveret Europa, ſi noſtra
72 ætate hanc doctrinam Palatia habuiſſent? Utique patet audiviſſe ſimile theatra Athenienſium, qui ſatis beati fuerunt, quamdiu licuit eis hæc obſervare; ubi ab fortuna et laſciva cupidine paſſi ſunt ſe impelli verſus Siciliam, non bene perpenſis his monitis, omnia iverunt peſſum.

399, 45. Μὴ τὸ βέβαιον ἀποδέξῃς.] Neſcio quid intellexerint, neque unde id petierint, quod ponunt pro verſione, *ut quod firmum est infirmetur.* Nec enim ſententiam habet, nec huc pertinet, ſi intelli potest. Nam innuit eum qui in conſultando vias omnes conſiliorum forſan ab aliis prolatas conatus probare invias, non ex ſe produxerit denique aliquid certum, aut indicaverit quid firmum eſſe queat, illum errare ſimiliter &c. Inde patet nihil afferri ab articulo τὸ, et præclare ſcribi in MS. optimo μήτε βέβαιον ἀποδ.

399, 48. Καὶ ὀρέων δύο.] MS. auctior καὶ ὀρέων τοι δύο, etſi ambigam an non legerim in eo ὀρῶν τοι δύο.

400, 6. Γνώμῃσι ἐχρέωντο τῇσι καὶ σὺ.] MS. γνώμῃσι ἐχρέωντο ὁμοίῃσι καὶ σὺ. Et mox οὐκ ἄν κοτε, non πότε. Egregie, et iam Ionismus hic notatus est.

400, 10. Σφέα προηγάγοντο.] Sæpius id exſtat in Herodoto, ut notarunt etiam viri docti. Sed in hoc loco MS. habet σφέας, mutans repente intentionem ab rebus et πρήγμασι ad ipsos Perſas. Reliqui tamen ſuo loco vulgatum, ſi quis eo magis oblectaretur: ipse enim prorſus id faſtidio.

400, 37. Ἀμείβεται πρὸς ταῦτα.] MS. ἀμείβεται καὶ ταῦτα. Mire pulchra immutatione ad patientiam nunc regis præ ferocia alia inſani declarandam.

400, 45. Ἄχαρι οὐδὲν ποιήσαντες.] Quis credat? an fieri potest, ut nimis integer etiam ſermo conſuatur? certe hic talis est, cui mala manus adiecit longum istud in poſtico participium, quum exhibeatur tantum in isto venerando Mediceo MS. ἄχαρι δὲ οὐδέν, neque ullum veſtigium est illius vocis ποιήσαντες, in qua ita ſollicite ſervanda ſuccedunt ſibi editiones, ſane ob eam cauſam non probatiores; prout certe mihi videtur dulciſſimum, ſi illa auferatur, quum et ſimile occurrat in capite 168. huius libri.

400, 49. Θυμὸν ἔχων ἀγαθὸν.] MS. ἔχε. Quod et ipsum videtur probandum, ut ſingula tanquam diſtincta capita annumeret, quæ ab eo fieri abhinc velit vel mente vel facto.

401, 7. Τμέας συνέλεξα.] Accurati ſunt viri docti in his vertendis, et quum Valla redderet *ego vos, quorum opera mihi opus est, contraxi*, Stephanus mutaverit *ego vos coëgi a vobis hæc requirens*, quod ſic mutari videtur ideo placuiſſe Stephano, quoniam in Vallæ Latinis ſemel tantum dicebatur *vos*, non etiam *vobis*, quod iterat Stephanus, et ne nunc quidem volui omittere. Sed res mira est. Nam prorſus mens Vallæ commota est ab lectione quæ exſtat in fidelisſimo MS. ubi vox prior nequaquam apparet. Hinc ſtatuo fruſtra repeti, quum ſenſus ſit *ego bos veſtrum contraxi rogans*, τῶν δ' ἐγὼ ὑμέων χρήζων συνέλεξα.

401, 12. Ἀγαθὸν σπεύδεται.] Ne nimis conſultator popularis videatur Xerxes et ſuaſor per locum ab communi bono petitum. Longe magis decorum illi est, quod legitur in optimo MS. σπευδέτω, ut videtur, Herodoto id nunc agnoſcente quidem activum, ſed cuius caſus quartus ὑμᾶς nonniſi ſubintellectus adhæret. Alioquin poſſet credi ſcripſiſſe auctor σπεύδετε. Certe ξυνὸν πᾶσι ἀγαθὸν σπεύδειν notat Portus in Lexico. Et ſtatim τῶνδε δὲ εἵνεκα.

401, 19. Παρεσκευάζοντο.] MS. παρεσκευάζετο, ut ad Xerxen referatur, in cuius nomine intelliguntur omnia.

401, 31. Ἀτρεκέως διαχρῆναι.] Hoc verbum fuit labor Æmilii Porti, partim ut confirmaret, partim ut publicaret coniecturam, qua ipſi videbatur legendum διακρῖναι: ſed diſcrimen facere nequivit, inops conſilii, cuius copiam bonam nobis præbet optimus MS. exhibens plane διακρῖναι, quod typos nunc fugit ocius reſtituendum.

401, 32. Κατῆκε ἐς τὴν θάλασσαν.] MS. Mediceus κατῆκε ἐς τὸ πέλαγος, quomodo pro guſtu varietatis ſcripſiſſe crediderim.

402, 39. Ἐπ' οὗ καὶ ὁ κόλπος . . . ἐπωνυμίην ἔχει.] Ita edidi ex MS. ubi vulgo erat ἀπ' οὗ. Cauſa ſuperius dicta est.

403, 6. Ἐν τῷ Σάλῃ τε Σαμοθρηΐκῃ πόλις &c.] Vix decernas, utrum Græca negligentius ſint adminiſtrata, an Latina. Nam et Græca ista ſtare aut tolerari nequeunt, et Latina video ſic edi iam ab anno 1566. in Stephani editionibus, maioribus illis, *ubi Sala urbs, Samothracia et Zona*, diſtinctione hac repetita in editione anni 1592., etiam repetente Iungermanno, quum editio Th. Gale illic ſit oblita atramento incerto et ſordido, quod tamen est loco diſtinctionis. Sed et in minore Francofurtina anni 1620. Quæ non tamen ſic diſtincta legit interpres Italicus, ſed peiore modo *diſcendendoſi dalla citta di Sala et di Zona che ſono in Samothracia.* Permittamus nugari, quibus ita placet. In Græcis non intelligo cur meliora ingenia potuerint pati, ut ſplendor Herodoteus tum ſordida umbra fœdaretur. Nam illud Σαμοθρηΐκη nihil est, et liquide codex optimus habet Σαμοθρηικίῃ, quod est neceſſarium, et hodie exprimi ſolet Σαμοθρηκίῃ, quod est gentile; quippe ſicut ab Θράκη etiam est Θράκιος, Θρακίη, ita compoſito Σαμοθράκη negari ſimile nequit. Immo cap. 108. habes liquide Σαμοθρηΐκια τείχεα, et 8, 90. Σαμοθρακίῃ νηῒ.

403, 12. Παρεῖχον πλήθεος ἀριθμὸν.] Puduit quaſi 973
Vallam interpretari vocem poſtremam, quod vix miror, quum videatur adeo ſupervacua. Sed quanto elegantius est, quod habetur in veneranda ista membrana Medicea? παρεῖχον πλῆθος ἐς ἀριθμόν. Prorſus enim hæc loquutio pertinet ad id quod ſcripſit auctor 2, 7. Ἡ δὲ ἐς Ἡλιούπολιν ὁδὸς ἀπὸ θαλάσσης πλησίη ἐς τὸν ἀριθμὸν τοῦτον. Quam eandem illuſtrat alio

Ariſtidæ loco doctiſſimus Vigerus in pagina prima notarum ad Euſebii Demonſtrationem Euangelicam. Hoc modo quum ſuaviſſime reſtituiſſem Græca, curavi quo potui modo ut in Latinis exprimeretur id ipsum.

403, 15. Τὸ πλῆθος ἑβδομήκοντα.] MS. τὸ πλῆθος ἐφάνη ἑβδομήκοντα, quale quid debet inſeri, ſed hoc est commodiſſimum et Herodoteum, ut cap. 97. Συνελθόντα ἐς τὸν ἀριθμὸν ἐφάνη τρισχίλια. Sed etiam MS. ἐξηρίθμησαν, non ἐξηριθμήθησαν, ut paulo etiam post loquitur. Quod etſi nondum admiſerim, perſuadeo mihi tamen longe concinnius vulgato. Nam ſane videtur Herodotus hunc locum in activo exprimere voluiſſe, utpote proprie actiones Perſicas declaraturus, non tam quid contigerit, ſed quomodo illi fecerint. Item συνήγαγόν τε, non συνηγάγοντο, ut nec deinde συνάψαντες dici poſſit, ſed συνάξαντες.

403, 25. Κατὰ ἕθνεα διετάσσοντο.] MS. διέτασσον.

403, 28. Τιάρας καλεομένους, πίλους ἀπαγέας.] Mirum est, cur ſic placuerit viris doctis ſudare circa rem vocemque ſatis pronam ad intelligendum. Sed excitavit eos mira verſione Laur. Valla, cuius *impenetrabiles* acriter conatus fuit tueri Portus, quo deſcenderet ab ἄγω, frango, κλῶ, θραύω; ſed tandem acceſſit ad πηγνύω, verum ut prima litera α notaret intenſionem aut operis elegantiam. Henr. Stephanus in Theſauro quum noverit et τιάρα et ἀπαγὴς, amavit oſtendere, quam bene poſſet aliquid transſilire; nam nec illic nec hic ad Herodotum vel mutire voluit. Hoc leporis exemplum placuit etiam Barn. Briſſonio in Regno (quis credat?) Perſarum, libro 3. citans hunc locum pag. 298., ſed nec Latine interpretans, nec de isto adiectivo quidquam proferens. At quam ſpecioſe rem totam illuminavit divinus iste Salmaſius in Plinian. pag. 556.? Quum Rex Perſarum ſoleret geſtare tiaras rectas, et ita fixas, ut non inclinarentur, quales ipse Herodotus in Sacis Scythis appellavit κυρβασίας πεπηγυίας; vulgus vero in Perſia haberet inflexas, incurvas vel in frontem proclinantes ac veluti plicatas, recte Herodotus eas vocat ἀπαγεῖς. In quo etſi vera origo ſit tectior, docet tamen clare contrarii habitus deſcriptio, ut in eo nihil ſit cogitandum niſi verbum πήγνυμι vel πηγνύω. Nec ſic tamen tacere potuit Cl. Brauwnius, ſed præter hoc Salmaſianum auſus cogitare de legendo εὐπαγὲς (quod furcillis abigendum) vitioſiſſime citat locum Herodoti, ſic diſtinguens τιάρας, καλεομένους πίλους, ἀπαγέας, ſane ut facit quoque Briſſonius, immo etiam editiones omnes, ſed non etiam ita citante Salmaſio, quum vox καλεομένους neceſſario referri debeat ad τιάρας, non ad πίλους, quum agat de Perſis, a quibus dicuntur tiaræ, quum πίλοι ſint in patrio Herodoti ſermone. Hæc vox Græca omnino per omnia non convenit cum appellatione Perſica; immo in nulla parte convenit, niſi quod notet tegumentum capitis. Hæc una ſimilitudo fecit, ut tiaras Perſarum Græci explicarent per ſuos πίλους. Hæc Perſica tegumenta capitum non conſtabant ex coactilibus, quæ exprimuntur in voce Græca, unde et habet appellationem. Tiaræ omnia erant ſerica, ſi forte villis referta, utique non duratis compreſſisque viſco aut ſimili materia.

404, 2. Περὶ σφέων ὧδε λέγουσι Μῆδοι.] Nempe qui Daritin regionem Arianæ contribuerunt, Medos Arios olim nominatos cogitabant, ut ſtatuit Salmaſius in Plinianis pag. 983. Quo non aſſatim lætus Is. Voſſius fabellam eſſe adſeverat ad Melam pag. 9.

404, 9. Χάλκεά τε κράνεα καὶ πεπλεγμένα.] Vox tertia non est in MS. Et ſane quum non in Perſis, non Medis, non Ciſſiis, non Hyrcanis agnoſcat galeas Herodotus, videtur mirificum, cur in his Aſſyriis ponat. Sane verum est ſolum χάλκεά τε, et falſum κράνεα. Nam aut χάλκεα κράνεα dicuntur, aut κράνεα πεπλεγμένα, ut in Paphlagonibus c. 72. ſcilicet ex alia materia, non χάλκεα κράνεα πεπλεγμένα, ut tria ista concurrant.

404, 11. Τοῖσι Αἰγυπτίοισι.] MS. τῇσι Αἰγυπτίῃσι, genere relato ad longinquius et quidem remotius, eoque quod notari debet fœminino, ut ad Hebræos 3, 6. Ἐάνπερ τὴν παῤῥησίαν καὶ τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος μέχρι τέλους βεβαίαν κατέχομεν. Ita Heſiodus Ἔργοις 504. Μῆνα δὲ Ληναιῶνα, κακ' ἤματα, βούδορα πάντα, Τοῦτον ἀλεύασθαι. Sophocles Antigon. 106. Ἀκτὶς ἡλίου, τὸ κάλλιστον ἐπταπύλῳ Φανὲν Θήβᾳ τῶν προτέρων φάος, ἐφάνθης πρὸ' ὦ χρυσέας ἡμέρας βλέφαρον, Διρκαίων ὑπὲρ ῥεέθρων μολοῦσα.

404, 17. Ἀγχοτάτω.] MS. ἀγχότατα. Et ſtatim ἐνεδεδύκεσαν, non ἐνδεδυκ.

404, 23. Καὶ ἀξίνας καὶ σαγάρεις.] Mirum erit, ſi ab viris doctis, præſertim qui ediderunt Herodotum, declarari poſſit diverſitas ἀξίνην ſeparans et σάγαριν, quam πέλεκυν exponit brevis gloſſa, quæ Herodoto præmitti ſolet. Unde admittatur potius, quod exhibet optimus MS. καὶ ἀξίνας σαγάρεις, fere ſcilicet eadem inſtrumenta, apud Græcos ſic dicta, aliter apud illos, ut alibi et quidem ipsos πίλους τιάρας 3, 12. 974
Mox quoque idem offert Αἰμυργίους, non Ἀμυργίους.

404, 25. Οἱ δὲ Πέρσαι.] Omnino mutandum cum MS. οἱ γὰρ Πέρσαι.

404, 29. Ἔπι δὲ σίδηρος ἦν.] MS. σίδηρον.


404, 31. Φαρναζάθρῃ.] MS. Φαρναζάθῃ. et mox σισύρνας atque etiam σισυρνοφόροι, perinde ut 4, 109.

404, 49. Ἀτραῦντην τὸν Ἰτραμίτεω.] Non est Perſicum, et duntaxat foret Ἰταμίτρεω. Sed optime optimus MS. Ἀρτύντην τὸν Ἰθαμάτρεω. Ipsum plane, quod effertur Ἀρτύντης. 3, 128. 9, 83.

405, 4. Ὁ Οἰβάζου.] Quaſi vellet accurate appropinquare ad Οἰβάρου. Sed præclare MS. ὁ Οἰοβάζου.

405, 7. Λεοντέας ἀναμμένοι.] Bonus Æmilius Portus etiam docet formationem huius participii. Sed relicto eo exhibet optimus MS. ἐναμμένοι. Quod ubi non uſurpatur? at cui placuit istud ἀναμμένοι?

405, 10. Καλαμίνους δισσοὺς μακρούς.] Sancta ſit memoria Academiæ Cadomenſis, quam hoc loco oſtendit Nob. Grentemesnilius ſuſtinuiſſe etiam Muſas Herodoti adiuvare! prorſus egregie, ſi eximia illa ingenia proſpexiſſent, ut Herodotum tractarent, non qualem ad id usque tempus typi plumbei dederant, ſed prout latebat in antiquis membranis. Id quod debuit ab eis fieri, quia citare audent et libros editos et codices omnes eorumque conſenſum proferre, quum nihil de eo inquiſivisſent aut ſcirent. Nam ſicut quæ diſſerunt de arcu tenſo, ſpeciem habent; ita dum nolunt in Herodoto agnoſcere δισσοὺς μικρούς, ſed tantum βραχέας, monſtrant ſe incaſſum captatores vocum inidoneos et Græcæ libertatis ignaros. Quid enim? quum Diodorus Siculus 14, 28. dicat tum βέλη μείζω δυοῖν πηχῶν, tum ſtatim ibidem οὕτω μεγάλοις κεχρῆσθαι δίσσοῖς, et ita ille ſæpius. Equidem quum ita vulgo loquuti fuerint Græci, nequaquam huiusmodi cavillationem ab illis expectavi. Quantopere autem nugati ſunt de arcu magno vel prægrandi, quum Herodotus dicat τόξα μακρὰ. Hic enim mordicus debuerant adhærere isti ſignificationi, quæ longitudinem denotat, ubi Agatharchides uſurpat vocem μέγας, ſed eodem prorſus ſenſu, et hoc μίγα vel μακρὸν τόξον imaginor mihi fuiſſe hac aut ſimili forma aut non *multo* maiore



curvatura inflexum. Itaque recte μικρούς, et ſic caſtiſſima illa Medicea membrana legit.

405, 17. Ἀρσάμης.] MS. Ἀρσάνης, ut debeat id bis mutari.

Ibidem. Ἀπὸ ξύλων πεποιημένα.] Licuit Vallæ interpretari *e lignis confecta*, quippe quod Græca vox notat. Scilicet etiam cum aliis Latinis reddere *e xylis*, quod fere magis in ea voce continetur, et notum ubique genus fili arborei vel lanæ, ut vulgo exprimimus.

405, 30. Καὶ τῇσι λοφιῇσι.] MS. καὶ τῇ λοφιῇ. Egregie: nam de auribus loquitur in plurali, quia ſingulis in pellibus binæ ſpectabantur, ſed una tantum iuba.

405, 36. Μασάγγην τὸν Ἀορίζου.] MS. Μασσάγην τὸν Ὀαρίζου.

405, 45. Ὁ Μεγασίδου.] MS. ὁ Μεγασίδρου.

405, 46. Γωβρύης.] Non potui non in hoc nomine tam bene noto, tam ſæpe occurrente, dubius hærere, utrum accederem ad MS. Mediceum ita in principio detruncantem eius literas, an vulgato inhærerem. Sed ex formato ſemel conſilio dedi tantum vetuſtæ lectioni, ut Bryan fuiſſe opinarer, et ſic edidi ex MS. Βρύης.

406, 1. Ἐκαλέοντο Βρίγες.] MS. Φρύγες. tanquam non in prima litera conſtiterit mutatio, adeo multipliciter in notis paſſim ſcriptis iterata, ſed in vocali primæ ſyllabæ. Et deinde MS. συνοίκησαν, non συνοίκων, non σύνοικοι ἦσαν.

406, 20. Πέδιλα νευρῶν.] Etiamſi ita ederetur, Valla tamen fraudi non patuit, ſed vidit quid rei eſſet. Certe et ipse vidi in optimo MS. νεβρῶν.

406, 26. Βαγασάκης.] Habebant nempe primam ſyllabam in *Bagoas:* inde ſed extendi debuit hæc appellatio, quæ in MS. optimo legitur βασσάκης, idque ſufficit.

406, 27. Προβόλους δύο Λυκεργέας.] Quam acute in hoc loco veteres grammatici verſati ſunt, nempe ut quæ toto cœlo diſtant, moliantur in unum confundi? Hoc enim tempore quid inſtrumenta Lyciis uſitata et in eorum regione confecta et elaborata, quid inquam

illa

illa ad Thracas, etsi Asiaticos, tamen Thracas, hoc est, bellicosiores et ferociores etiam in venando omnibus Lyciis? An hi venatui luporum inservire non poterant sine fabris Lyciæ? Nescio quid perversius cogitari queat. Λυκιεργέα vel Λυκιοεργέα relinquantur illis, qui eis utuntur. Herodoto de Thracibus loquenti illa in mentem venire non potuerunt. Abusus ille fuit lectione sua, qui recens ab Herodoto transiit ad Demosthenem, et Λυκεργέας voluit comparare cum Λυγιουργὶς vel Λυκιουργεῖς. Sunt ab se invicem aliena et maxime distantia. Est autem ita, ut citavi et edidi, scriptum in optimo codice Λυκεργέας, idque recte versum est ab Valla, non Λυκοεργέας, non Λυκιεργέας, prout Harpocrationem in eo utroque adiuvi ex antiquo codice illius scriptoris in eadem Bibliotheca Medicea, unica liberalium studiorum reparatrice. Noli in hac parte hærere, ut hæserunt post antiquos Portus, Stephanus. Si voluisset Herodotus hic indicare aliquid Lycium, nonne mox dicit εἶχον δὲ αὐτέων τόξα μετεξέτεροι Λύκια? Cur id ipsum nunc quoque non posuit, quo nihil liquidius?

407, 5. Φερενδάτης.] MS. Φαρανδάτης. Ne dubita. Nam 9, 75. rursus ita eum vocavit.

407, 15. Ἐς τὸν πεζὸν.] Plane sic scripsit rursus cap. 75 84. et 96. et cap. 100. Attamen nunc legitur in MS. ἐς τὸ πεζόν. Quod et opiner rectius; quum gravis hic scriptor utique nolit ludere, etsi variare gaudeat etiam in hoc masculino; et hinc statim addit substantivum ipsum.

407, 28. Ἀριάζου.] MS. Ἀρίζου. Omnino ab vetustate accipiamus hæc nomina, non ipsi comminiscamur.

407, 29. Στρατηγοὶ τοῦ σύμπαντος πεζοῦ.] Integre penitus legitur in optimo MS. στρατηγοὶ τοῦ σύμπαντος στρατοῦ πεζοῦ.

407, 33. Ἐκαλέοντο δὲ ἀθάνατοι οἱ Πέρσαι οὗτοι ἐπὶ τοῦδε.] MS. οὗτοι διὰ τάδε ἐπὶ τοῦδε. Quas duas voces videntur ex medio isto delevisse, qui opinabantur vim earundem exprimi in sequentibus, ut idcirco vane videretur idem bis scribere. Sed non ita est Nam διὰ τάδε respiciunt antecedens, quod essent exquisiti, ut huius honoris ergo darent illis hoc nomen, quod illis venerat in mentem ex sublegendo assidue. Haud dubie etiam in aliis corporibus quidam perpetuo sublegebantur, ut numerus militarium virorum constaret, non tamen fruebantur hoc honorifico nomine; neque etiam ista suppletio fiebat tam accurate aut tam celeriter post alicuius excessum.

407, 34. Ἀναίρητο.] Id quo sensu huc venerit, ignoro. Copiosus certe est usus eius in Herodoto, ut patet ex Porti collectione; sed semper alia significatione, et Portus hunc locum negligit non tantum in Ἀναιρεῖν, sed etiam in Ἀραιρημένος. Unde patet Vallam quidem recte posuisse *sufficiebatur*, sed ea vis non est in vulgato isto Græco. Legit immo ἀραίρητο, et hoc ipsum est in MS.

408, 7. Τῇσι πίσυνοι.] MS. ταύτῃσι, quod multo concinnius.

408, 12. Ἐν ἄρκεσι.] Non male, si placet retia et laqueos confundere. Certe sic plurimum inhæsit huic loco Portus, ut docet eius Lexicon in v. Ἐμπαλάσσειν, nunc explicans *Ita illi illaqueati conficiuntur*, nunc *illi vero in laqueis impliciti* vel *involuti perduntur*, *interficiuntur*. MS. ἐν ἕρκεσι.

408, 25. Τὴν αὐτὴν καὶ ἐν τῷ πεζῷ.] MS. τὴν αὐτὴν ἣν καὶ.

408, 26. Ταχυτῆτι οὐ λειπομένας.] Suavisime ad Græcam rationem MS. ταχυτῆτα.

408, 29. Πάρεξ τῶν ἄλλων καμήλων.] An credimus auctorem sic voluisse cavere aliis camelis, qui propter varios usus erant præterea in exercitu, ne cum his modo relatis in numerum hunc iungerentur? Omnino eos tanti fuisse non opinor. Itaque aliud latet, quod aperit manus fidissima codicis Medicei, hinc abigentis vocem tertiam. Itaque patet Herodotum ab hoc numero eximere illos ipsos camelos, quos modo Arabibus tribuit, ut hic numerus solos contineat vere equites; non enormibus spectaculis pugnam inquinent. Et mox ἐπετετάχατο, non ἐτετάχατο. Eximie. Nec enim id vult Herodotus alios quidem equites fuisse redactos in ordines, ut vertit et intellexit Valla (ubi enim id non in acie supponitur?) sed per ordines fuisse sibi iunctim appositos.

408, 37. Ἐπὶ συμφορὴν ἐνέπεσε.] MS. περιέπεσε.

408, 45. Σὺν τοῖσι γούνασι ἀπέταμον τὰ σκέλεα.] Vertit Laurentius, *crura cum genibus absciderunt*. Opinetur lector id factum esse, et partem inferiorem femorum cum cruribus ablatam illi ita fuisse; an potuit hoc fieri ἀπὸ τῶν ἀποταμόντων? neque enim ultra progreditur sermo auctoris. Quid autem intererat, si ossium in femoribus extrema pars esset simul amputata potius, quam in ipso genuum flexu nervi amputati, ut succisis poplitibus cogeretur iacere? Hoc nempe ipsum est, quod vult indicare auctor, quem præstantissime adiuvat optimus MS. ἐν τοῖσι γούνασι ἀπέτ. hoc est, in commissura, qua femur cruribus connectitur, quæ est genu. Sic stare non poterat, et in terram collapsus mortem debebat cum cruciatu et segnitia operiri.

409, 14. Τύχους.] Huic in margine MS. adnotatum est τῦχος, ὄρυξ, λιθοξοικὸν ἐργαλεῖον. Quæ sic insederunt Herodoto, ut nescio unde Camerarius plane hæc omnia siverit in contextum ingredi, quem acriter ita corrupit.

409, 37. Δέρματα περὶ τοὺς ὤμους αἰωρεύμενα.] MS. in singulari δέρμα περὶ τοὺς ὤμους αἰωρεύμενον.

409, 44. Ἐκ Πελοποννήσου.] MS. ἀπὸ Πελοπ.

410, 10. Ἀπ' Ἀθηναίων.] MS. ἀπ' Ἀθηνέων, plane ad formam præcedentis.

410, 40. Ἱππαγωγὰ πλοῖα μικρὰ συνελθόντα.] In hoc loco nihil viderunt Valla et illi qui tolerare eius interpretationem potuerunt; quia neque biremes hic locum habent, nec lembi nec actuaria navigia, et quam minuta reliqua intelligat, non assequor. Unde non modo Latina redigere ad simplicitatem Græcorum debui, sed etiam in Græcis corrigere μακρὰ, ut habet MS. Mediceus, unde intelligitur omnes, quarum hic ponitur numerus, fuisse naves longas, quæ remis concitarentur, nullam corbitam.

410, 43. Τετράμνησος Ἀλλήσου.] MS. Ἀνύσου.

410, 44. Μάπτην Σιρώνου.] MS. Μάπτην Σιρώμου, pro quo erronee venit in contextum Μάρτην *Marten*, quod emendabis. Et mox Ἀράδιος, non Ἀρδιος, quod et sponte sua vidit Grentemesnilius. Certiores nos sumus, quum id reportamus ex certa fide antiquitatis.

Ibid. Ἀρβάλου.] MS. Ἀγβάλου. Mox autem ut dixi, non aliter exhibet istud nomen Πίγρης, quam solet dici fluvius.

411, 7. Τὸ λήματός τε καὶ ἀνδρηΐης.] Quum sic tum in hoc loco, tum in Calliope cap. 61. non cura 976 dedita forsan, sed perfusoria opera permissum fuit edi, hinc Cl. Grævii industriæ data fuit materia notandi ad Luciani solœciſtam perperam ibi in utraque voce λήμματος et λήμματι impressum esse μμ; nam λῆμμα duplici μμ lucrum, capturam, quæstumque significare, λῆμα vero ab Herodoto poni pro præsentia et præstantia. Sed nescio cur Porti lexicon inspicere tergiversatus fuerit, qui et locum utrumque citavit, et agnoscens errorem typographicum omnino idem illi decernebat ante tot annos. Sed quum acumen ac doctrina intra hæc consistat, quid fiet 5, 72. Τοῦ ἔργα χειρῶν τε καὶ λήμματος ἔχοιμ' ἂν μέγιστα καταλέξαι. Et cap. 111. Τὰ δὲ πολέμια κάρτα δόκιμος, καὶ ἄλλως λήμματος πλέος. An ista non pertinent ad Herodotum? Nescio quo discrimine in Herodoteis versati fuerint. Quum vera sint, quæ afferant, ego nihil mutavi, satis mutans, ubi minime fallacem auctorem sequor MS. Mediceum.

411, 9. Γένος δὲ ἐξ Ἀλικαρνησσοῦ.] Particulam ἐξ non habet MS.

411, 33. Ἀπαγαγόντες ὅσον τέσσερα πλέθρα.] MS. ὅσον τε τέσσερα. Itaque similitudine literarum hic aliquid intercipi non concesit accurate agens scriba, et plenissime enotavit, quod an fecerit etiam paulo ante, tu lector vide. Nam ubi vulgo legitur ὁμοίως ὡς καὶ τὸν πεζὸν, ibi vocula ὡς non legitur in MS.

412, 13. Αἰεί κοτε σύντροφος.] MS. tantum αἰεὶ σύντροφος. Et certe vocula illa κοτε ut hic nihil habet roboris, ita mox bene sequitur, ut illic legi sufficiat.

412, 21. Ὅκως κοτε σοῦ δέξονται λόγους.] MS. ὅκως κοτε σοὺς δέξωνται λόγους.

412, 33. Πρὸς ἄνδρας δέκα μαχέσασθαι.] Est vitium scripturæ ex præcedente propagatum per ultimam negligentiam, a qua cavens rite optimus MS. retinuit μάχεσθαι, ut legi debet.

412, 38. Σέ γε δίζημαι.] MS. σὲ δέ γε δίζημαι.

412, 48. Ἐπεί τε πλεῦνες.] MS. ἐπεί τοι πλεῦνες.

413, 2. Ἐόντων πέντε.] MS. ἐόντων ἐκείνων πέντε.

413, 7. Ἀνειμένοι δὲ ἐς τὸ ἐλεύθερον.] MS. ἐλευθέριον.

413, 11. Παρ' ἡμῖν μὲν μούνοισι.] Postremas voces duas ignorat MS., partim ex similitudine ductuum ab currente penna productas, partim per frustraneam repetitionem ex præcedenti versu.

413, 42. Πλῆθος ἀνδρῶν.] MS. ἀνθρώπων.

413, 43. Σὺ δὲ εἰ Φαίνομαι.] MS. σοὶ δὲ εἰ Φαίν. Nescio quomodo vulgatum construant, quum nominativo isti nullus sit locus.

413, 45. Τ' ἄλλα σιγᾷν θέλω.] Ita intelligunt, ac si Demaratus sustinuerit iniungere, ne posthac se rogaret;

ret; certe etiamsi rogaretur, nihil ab se responsum iri denunciet. An talis sensus aut credibilis, aut nitori satis venusto huius Demarati conveniens? Porro quid volunt ista τἄλλα, nisi τολοιπόν? Mirabile est, quod legitur in MS. ἅμα θέλω τολοιπόν. Pulcherrima clausula. Si in his tibi blaterare videor, non peto in futurum auctoritatem maiorem in sermone meo, sed videar tibi semper blaterare. Integra enim sunt postrema θέλω τολοιπὸν φαίνεσθαι φλυέειν, sed subintelligendo. Hunc sensum assecuti non sunt, qui Herodotum tractaverunt.

413, 48. Ἐς γέλωτά τε ἐτρέψατο.] MS. ἔτρεψε. Et sane toties ista media forma sequitur, ut queat videri Herodotus merito nunc noluisse uti.

414, 6. Τῷ μούνῳ Ξέρξης δῶρα.] Vereor ne hoc sit nimium, in tanto Megistanum numero. Sane et MS. habet tantum τῷ Ξέρξης δῶρα, sed sine vocula μούνῳ. Utique sufficit gloriæ, quum mox attribuit ei hoc decus, ut de illo dicat ὡς ἀρίστῳ ὄντι, quod integrum exhibet idem MS. codex, non ἀριστεύοντι, non ἀρίστῳ.

414, 11. Ὑπαρχοι ἐν τῇ Θρηΐκῃ καὶ τῷ Ἑλλησπόντῳ.] Non male, sed tamen MS. legit καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου, qua varietate, dulcissima certe, nequit fraudari Herodotus.

414, 48. Ἐκαλέετο Γαλαϊκὴ.] In tanto silentio et veterum et recentiorum nihil habeo nunc quod afferam, nisi me reperisse in libro Mediceo Γαλδαϊκὴ. Quod nomen si scriptum olim fuerit maiusculis literis ita ΓΑΛΔΑΙΚΗ, apparet quantis mutationibus potuerit esse obnoxium ex errore scribentium. In eodem exemplari legebatur Λίσος, et mox Λίσου. Licet his addere etiam quæ sequuntur, ibidem sic expressa esse σραῦόσε καὶ κόμψαντος, tum et Πύσιρος.

415, 13. Ἀπεξηραμένον.] Nihil quod reprehendas, nisi legeretur in optimo MS. ἀποξηρασμένον. Id omnino non debuit mutari.

415, 23. Τῇσι νηυσὶ εἵποντο.] MS. ἐν τῇσι νηυσὶ εἵποντο. Quod sicut plenius, et simul minus molestum, ita cogor et in sequentibus fidem optimo codici dare. Etsi enim agnoscam satis eleganter dictum πεζοὶ ἀναγκαζόμενοι εἵποντο, tamen ita scribendum non iudicavit Herodotus ex ipsius testimonio, verum πεζῇ. De qua deliberes licet, dum nunc auctori reddatur; quippe est vos eius, ut cap. 115. Τοὺς δ' ὑπὲρ θαλάσσης πεζῇ ἑπομένους.

415, 30. Καὶ νιφάσι συνηρεφέα.] Utramque speciem idoneam ad montes συνηρεφέας faciendos, nempe ἴδας et νιφάδας accurate inspexit Portus in Lexico, quum adiectivum tractaret. Attamen pro secunda profert MS. καὶ χιόνι συνηρεφέα.

415, 38. Τῶν καὶ Νιφάγρης ἐξ οὔνομα.] Etsi nihil
977 ex Florentia notaverim, tamen in edendo ita priores sequi nequivi, quum tot manus in hoc lutum invasissent. Nam et Holstenius ad Stephanum p. 338. monet apud Herodotum corrupte legi, et iubet scribere τῶν ἐνὶ Φάγρης. Recte, et habuisset operæ pretium, nisi tot annos ante illum de vitio hoc monuisset Ortelius, quem mentionis honore prosequitur Grentemesnilius, perinde in Phagrete perspicax, laudato primo huius vitii depulsore Leopardo in Emendationibus, quod verum esse docet liber 8. cap. 1. Ita nullus hic locus Holstenio. Nequivi autem temere assentiri in vocula καὶ expellenda, ut illi faciunt, nescio utrum de industria, an per incuriam. Id videbis igitur restitutum, ut scripserat Herodotus.

415, 45. Καὶ Παιόπλαι.] Populus certe montibus suis valde obscuratus, ut nihil clarum de iis proferri possit, nisi auctoritas optimi exemplaris, quod quidem habet tantum καὶ Ὄπλαι, quod mirere.

415, 48. Ὀλίγον πρότερον.] Ut 6, 69. Ὀλίγον γάρ τι πρότερον ἐλθόντα. Attamen etiam nunc probat optimus MS. ὀλίγῳ πρότερον, ut 8, 95. Τοῦ καὶ ὀλίγῳ τι πρότερον τουτέων ἐμνήσθην. Et 132. Οἱ καὶ ἐς τὴν Σπάρτην ὀλίγῳ πρότερον τουτέων ἀπικόμενοι.

415, 49. Καλέεται Φιλλίς.] Notavit hanc scripturam Holstenius ad Stephanum, in quo quia scribitur Φυλλίς, nequivit hanc differentiam sine nota prætergredi. Utinam ea prima ab ipso venisset! Sed laudabiliter id ipsum præceperat ille diligentissimus Geographorum veterum scrutator Ortelius. An ille ab Holstenio non habitus fuit tanti, quem tamen adeo dense adhibuit? Quum interim omnia sint plena ineptiarum, nec Herodotus aliter scripsit, quam citavit Stephanus, ut abundantissime persuademur ab vetustissimo codice Mediceo, ex quo plane notavi Φυλλίς.

416, 12. Περσικὸν δὲ τὸ ζώοντας κατορύσσειν.] Horum nihil omnino est in MS. Neque ullam causam habeo, ut pro Herodoteis habeam, quod illo tempore nequaquam tale fuit creditum; immo clarissime appareat esse lemma ab docto lectore adscriptum margini ex materia, quæ illud docet, ut scribentis habitum accusare nemo possit, qui ubique perdiligenter vigilavit. Adde ad 363, 22.

417, 21. Τίθεται πάντα.] MS. τιθέαται, ut habeat Portus iam etiam in simplice, quod in composito προτιθέαται notavit 1, 133.

417, 29. Τῇ ὑσεραίῃ.] MS. ἐν τῇ ὑσεραίῃ.

417, 36. Καὶ τῶν λοιπῶν.] Certe hæc sunt sine sensu, et vitiose abundant, quum τὰ λοιπὰ satis exprimantur per τὰ ἐπιόντα. Nec sane assequor, unde Valla hanc versionem concinnare et exprimere tam commode potuerit, nisi et ipse legerit, prout exstat in optimo MS. καὶ τὸ λοιπὸν, quod exhibui.

418, 4. Τρεῖς μοίρας ὁ Ξέρξης δασάμενος πάντα τὸν πεζὸν στρατὸν.] Meminimus alibi aliter apud hunc scriptorem legi. Et inde est, quod etiam Suidas hunc locum respiciens et citans in v. Δάσασθαι non dubitat his præponere voculam ἐς, idque tolerant tam in prioribus editis, quam modo Cantabrigiæ. Licuit omnino scribere Suidæ prout voluit; sed non debet ad manum eius solam exigi Herodotus. Nempe ista præpositio nunc non est nostri Herodoti, qui se monstravit etiam 4, 67. Ἐπεὰν τὴν Φιλύρην τρία σχίσῃ, prout illic indicavi in optimo MS. legi, non τρίχα, quod suppositum fuerunt. Sed et iam antea duplex ille accusativus annotatus est ad sanandum auctorem nostrum.

418, 9. Καὶ Σέργις.] MS. καὶ Γέργις.

418, 12. Σμερδονέα.] Multo magis Persicum sonat, quod legitur in MS. Σμερδομένεα. In vulgato prorsus nihil est, unde pateat ad Persica pertinere.

418, 14. Διέπλωσε τὴν διώρυγα.] MS. διεξέπλωσε, quod negari Herodoto nequit, quum et sic alibi habeat.

418, 16. Σίγγος καὶ Σάργη.] Narro tibi, lector, in optima illa et tam vetere membrana clare legi Σάρτη, prout ex hoc Herodoti loco eam annotavit Stephanus de Urbibus, ut debuerit pro verisima restitui ista appellatio, inter utramque indecenter satis ambigente Holstenio. In voce Πίδωρος sibi non satisfecit, quum super tertiam literam inscripserit λ.

418, 18. Ἔπλεε ἀπικόμενος.] Ut mox vicissim πλέων ἀπίκετο. Attamen plebeium satis esse opinor ultimum verbum, et potius de alio quocunque itinere usurpaveris, ut ab hoc loco sit repulsum, si noveris, quid Herodotus ibi scripserit, omnino magis placiturum. Mihi certe videtur perfectissimum politissimumque esse, quod habet MS. optimus ἔπλεε ἀπιέμενος. Plane enim id exprimit illud nauticum velis immittere habenas.

418, 21. Σερμύλην.] Infeliciter hoc vocabulum turbatum ab doctissimo Mausaco, defendit Holstenius ad Stephaniana.

418, 40. Σινδόν τε πόλιν.] Nullam mutationem repertam a me fuisse in optimo libro testari compellor propter Holstenium adeo enixe auctori huic opponentem epitomen Stephani, in qua est Σίνθος.

418, 45. Παρὰ Ἄξιον.] Si non commodius, certe non peius in optimo MS. περὶ Ἄξιον. Utique tale quid interpretatur Valla.

419, 6. Καταφοιτέοντες γὰρ οἱ λέοντες.] Hunc locum iam ab Æliano animadversum tangit Brissonius in lib. 3. de regno Persar. p. 315.

419, 25. Χώρην τοσόνδε.] MS. τοσήνδε, et necessario quidem. Forsan typorum vitium.

419, 31. Τοῖσι χώροισι.] MS. χωρίοισι. 978

419, 32. Ἐκ Κρησωναίων ῥέων.] MS. ἐκ Κρησωνέης ῥέων, pro Κρησωναίης, quod elegi.

419, 45. Ἐς τήνπερ ἐσέβαινε.] MS. ἐνέβαινε.

420, 5. Συγκεκλῃϊσμένην.] Bene spectatum participium, et conveniens turbæ similium in Herodoto compositorum. Hoc tamen mirabar, cur Portus maluerit id reponere sub verbo κληΐω, quum præcedat κληΐζω. Iam vero eximie Mediceus MS. præfert συγκεκλημένην, cui si iota subscripseris sub octavam literam, habes præclare ab verbo κληΐω, idque admittendum censui, quum et in cap. 41. habeas συνέκλῃον. Satis antea iam dictum est.

420, 12. Ἐς αὐτὴν ἐσβαλλόντων.] Priores duæ voces non sunt in MS. Et non videtur edidisse Herodotus, quum nec Θεσσαλὴν subintelligere voluerit, ut quæ non noscebatur, nec λίμνην, quoniam ea tantum in sermonibus fuit; an in re sic fuerit, non definit auctor.

420, 31. Τὰ διεσῶτα.] Merum Ionismum præbet MS. τὰ διεσεῶτα. et quidem iustissime, ut ex tot locis iam per alios observatis patet.

421, 26. Ἐς φρέαρ ἐμβαλόντες.] MS. ἐσβαλόντες. Deinde MS. οὐκ ἔπεμψε, non ἀπέπεμψε.

421,

421, 36. Ἀπόγονοι Ταλθυβίου Ταλθυβιάδαι.] Vox media non est in MS. cui in hac parte bene convenit cum Latina interpretatione, ubi etiam non reperitur iste genitivus: nec opinor ab Herodoto venisse. Ad quam causam præclare inservit Eustathius commentans Iliad. α, ubi pag. 110. Ἡρόδοτος καὶ Ταλθυβίου ἱερὸν ἱδρύσασθαί φησιν ἐν Σπάρτῃ, καὶ ὅτι ἀπόγονοι ἐκεῖσε Ταλθυβιάδαι καλούμενοι plane omisso Ταλθυβίου nomine, ut certe non magis huc immitti debeat, quam c. 106. dicit τοῖσι Μασκαμείοισι ἐκγόνοισι, quod quidem est corruptissimum.

422, 11. Δεδόξασθε.] Multum certe impetraverunt, si id iam impetraverint, ut rex regum ita de illis sentiat; qui tamen cuperet omnes illos Lacedæmonios in malam rem mitti posse. Sed nimium liberalis est hic Hydarnes, aut potius ab futili aliquo viro suppositus est Herodotus, qui induceret Hydarnen sic absurde agentem, quod ipse ex ingenio suo, non illo bene perspicaci conceperat. Satis erit si intra terminos optandi manserit Hydarnes, prout in hoc loco legit eximie codex iste Mediceus δεδόξωσθε, ita ut super ω sint positæ literæ οι, ut fiat δεδόξοισθε. futurum erit ut videamini.

423, 4. Σιτάλκεω τοῦ Τύρεω.] Huius posterioris nominis nulla fides est in narrationibus Scythicis, quum in eisdem ubique decantetur appellatio Terei, prout optimus MS. nunc habet Τήρεω, quod lætus restitui.

423, 25. Οἱ Ἀθηναῖοι.] MS. εἰ Ἀθηναῖοι. quæ immutatio est necessaria, nec miremur quid animi fuerit Stephano vel contra duplex *an* Vallæ, vel de conditionali particula *si* ingerenda Latinis, quum in Græcis non extaret. Magnus tamen fuit in Græcis, ubi licet non exstaret, ille tamen vel vidit, vel imaginatus sibi est videre, quum ex iis absque hac sententiam non nisi imperfectam referas. Præbe igitur libro Mediceo hanc laudem Herodoti redintegrati.

423, 33. Προδόντες ἂν Λακεδαιμόνιοι.] Hoc certe non est nisi activæ ut terminationis, ita significationis. Et Valla tamen, *proditi a sociis Lacedæmonii*. At catus ille Stephanus hanc inconvenientiam animadvertens, astute invertit Latina, ita ut sententiam eandem quidem (quippe ea necessaria est prorsus) retineat, sed verbum tamen in eandem Græcis formam traducat, *ubi eos socii prodidissent*. Vide quam ludibrioso fluctus excitentur ab viris alioquin præclaris. Dum male suspicatur segnem in hoc loco fuisse Vallam, ubi forsan vel attentissimus fuit, pro vero sustinet asumere προδόντες ὑπὸ συμμάχων. Recte prorsus Valla, quem condecorat in immensum fides MSti Medicei plane habentis προδοθέντες ἂν Λακ. quod et de Cod. Arch. testatur Thom. Gale. Et mox ὑπ' ἀνάγκης, non ἀναγκαίης.

425, 23. Μετεξέτεροι.] MS. μετεξέτεροί τε.

425, 39. Ναυμαχίην παρεσκευασμένους.] Quod hoc vel locutionis vel sententiæ genus est, ut probari ab viris Græcæ linguæ gnaris potuerit? An hæc possunt notare *instructa classe pugna navali?* Et cur duntaxat non dicitur εἰς ναυμαχίην, ut solet Herodotus? Etiam παρηρτημένους rectius ex more Herodoti fecissent ab illo eius παραρτέεσθαι. Sed præclare concinnat iterum optimus ille codex Mediceus παρασκευασαμένους. Hoc convenientissimum.

425, 45. Οὕτω μοι δοκέειν.] Id quidem nimis directe profertur, quasi Herodotus ipsum Themistoclem dicentem ostenderet, quod tolerari nequit. An statuerunt in illo dativo elegantiam quandam et pleonasmum, ut solet? Cur igitur non factum ἡμῖν, ut certe Valla interpretatur? Immo latet aliud satis mire occultatum, quod præclare offert ille Herodoti custos MS. οὕτω μιν δοκέειν. Et mox idem ὦ σχετλίη, non σχετλία.

426, 43. Ὁμαιχμίην συνθησ.] MS. ὁμαιχμίην τε συνθησ.

427, 43. Ἐξηρτυμένοι.] Notum et a viris doctis bene illustratum verbum et per similia loca Herodoto vindicatum, ut nulla ei lis posset evenire, nisi a veritate ipsa, quam continet liber Mediceus, præter exspectationem offerens ἐξηρτημένοι. Sane etiam bene notum est Herodoti verbum ἀρτέω cum suis com-
979 positis quibusdam, et unde exsulabat hæc forma, quam restitui.

428, 5. Παρήσονται παραλαμβάνοντες.] Et Valla et Stephanus præcipuam dant materiam publice gratulandi de inspecto codice Mediceo, et manu Herodoti recepta. Discesset enim, prout potuit Valla, ab corrupto, et sensum qualem qualem dedit *et quum accepissent intellexissentque Græcos sese colligere, tentaturos Persæ obsistere.* Hæc Stephanus liquide noluit aspicere. Nam quum in his appareat verbum πειρᾶν, quantum in ipso fuit, Stephanus inde aufugit, et ut dicere aliquid, audacter sustinuit proferre οὐ παρήσονται, ut sit ad verbum Græcos non omisuros ipsos asumere. Credo id traxit ex cap. 160., ubi est ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ παρήσομεν ναυμαχεῖν. Sed nimius est bonus vir, et quam egregie legit optimus MS. πειρήσονται, plane ut c. 172. Ἡμεῖς δὲ πειρησόμεθα αὐτοί τινα σωτηρίην μηχανεώμενοι. Et sic passim.

428, 16. Κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει.] MS. Κάρα.

428, 19. Ἐσελθεῖν ἐπὶ τὸ βουλευτήριον.] MS. ἐπελθεῖν.

428, 23. Σπεισάμενοι Λακεδαιμ.] An iam fecerint et prospexerint illud, vix dicas; et ne Valla quidem hoc proferre audet: adeo indefinitus hic aoristus, quo longe melius est futurum, quo Herodotum usum testatur MS. optimus, exhibens σπεισόμενοι. Unum certe hoc est ex conditionibus, quas volunt præscribere, antequam in arma consentiant.

428, 44. Κωλύει οὐδέν.] MS. κωλύειν. Recte quum et præcedentia et hoc respiciant verbum antecedens ὑποκρίνασθαι.

428, 47. Ἤ ὑπεῖξαι.] MS. ἤτι ὑπεῖξαι.

429, 13. Ἡμῖν ἀντιξόους.] Satis multa habet Portus de hoc adiectivo, ut ex Suida et Aristotele etiam noverit ἀντίξουν. Habuit id quoque cognitum Herodotus, ut clare nunc perhibeat MS. ἀντίξους, in quo iam confirmatur Suidas.

429, 18. Οὐδὲν ἀπαγγελλομένους μεταπτέειν.] Participii huius nullam curam gesit Portus, etsi locus foret perperam administratus. Certe istud vulgatum sub Vallæ nomine est alienissimum. Quid enim vult *et a principio dissimulantes quod actum esset nihil poposcisse?* Ubi residet ista dissimulatio in Græcis? aut in ipso negotio quæ dissimulatio intelligi hic potest? Sunt meræ nugæ. Id mirum est, quod notat Stephanus pro vulgato etiam legi ἐπαγγελλομένους. Ubi hoc? In nullis editis hoc video: sed vidi in optimo MS. Mediceo, unde id restitui.

429, 35. Ξέρξης ἀπέπεμψε.] Decenter satis in MS. Ξέρξης τε. Et statim ἀτρεκέως εἰπεῖν. quod de industria nunc videtur Herodotus tenuisse, ut ne desereret suam varietatem, qua non longe infra usurpabit istud εἶπαι.

429, 42. Ἐς μέσον συνενείκαιεν.] MS. συνενείκαιεν. Aliud ergo appetimus, quam Portus protulit.

430, 12. Οὐκ ἐλήφθη.] Simpliciter et Valla *assumptus non est*. At quomodo igitur illuc venit, et ex Rhodo traiecit in Siciliam? Immo id absurdum, et unice verum legitur in optimo MS. οὐκ ἐλείφθη. quod probare me testor, etsi se ipsum ita probet, ut prius pro alieno et pravo deiiciat. Tu negabis inter colonos eum assumtum esse, et nullam aliam rationem adferes, qua ille in Sicilia vixerit ita ut etiam eius posteri sacerdotes in Sicilia fuerint? Quæ stultitia hæc est? et eam Herodoto ausi fuerunt ingerere. Paulo ante edidi ex eodem libro ἀπίκατο, ubi vulgo ἀπίκοντο.

430, 31. Τοῦ Παταρέως.] Nihil facilius, quam interpretari *Patareo* cum Valla. Sed quomodo iste e Lycia in Siciliam? an scire id non est necesse? Utique inter Rhodios eum fuisse non dixit auctor. Quid igitur cogitarunt viri docti, qui ita hucusque legerunt in Herodoto, quasi ille supponeret tyrannidas in Sicilia sic facile patere Lyciis? Relinquamus illos suo genio: Herodotum nostrum egregie ab nugis nunc redimit codex optimus, unde discimus eum scripsisse Παντάρεος, ut fuerit filius Pantarei.

431, 7. Εὐκλείδῃ τε καὶ Κλεάνδρῳ.] Satis constat nomina maiorum sæpe in posteris repetita fuisse, sicut potuit hic Hippocrates memoriam nominis fraterni in filio conservare voluisse. Si tamen modo ita vocati fuerunt. Nam MS. optimus de postremo exhibet καὶ Κασσάνδρῳ.

431, 13. Κυλλυρίων.] Fæx cognita satis, sed ab aliis nomine Κιλλικυρίων vocata, quum interim Italicus MS. habeat Κιλλυρίων, de quibus docte satis egit Henr. Valesius ὁ πάνυ ad Peirescianа pag. 39.

431, 21. Ἀνά τ' ἕδραμον καὶ ἀνέβλασον.] Quam multa de hoc posteriore verbo scripta sunt? Ipse Portus vir doctissimus recenset versionem suam, item Vallæ, item Stephani, et nullus in ea rationem ullam habet præpositionis ἀνά. Miraberis haud dubie, lector, intelligens legi in MS. simpliciter καὶ ἔβλασον. quod est verissimum.

431, 28. Ἀειρομένους τε πόλεμον.] Longe ad præsentia commodior MS. ἀειραμένους τε.

431, 46. Μέλλει στρατηλατέειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα.] Id genus supra restituimus. Sed hic aliter legitur in optimo MS. στρατηλατήσειν, cui est nunc auscultandum. Sicut paulo ante iterum posui ex eo ἀπίκατο, quum vulgo sit ἀπικέατο.

432, 47. Ἡγεμονίην ἀπαραιρεῖσθαι.] MS. ἀπαραιρῆσθαι, ſpoliari cummaxime imperio.

433, 7. Ξείνε Σπαρτιῆτα.] Annotavit hoc iudicium fani hominis Grotius in notis ad epiſtolam Pauli ad
980 Romanos 12, 21., ubi allegatur ei *Solon Syracuſarum Princeps*, idque ſic propagatur per varias editiones. Miror ab certa hominum natione Herodotum mendacem proclamari, Grotium non.

433, 33. Ναυτικῆς ἀρχῆς ἄρχειν.] Quid vanius dici queat, vix video. Vox itaque media quum non exſtaret in MS. agnovi codicem optimum, et rationem unicam emendandi Herodoti, qui ſubintellexit στρατιῆς vocem in antecedentibus aliquoties uſurpatam; et ſic omnia recte habent. Portus multa collegit in v. ἄρχειν, ſed hoc genus loquendi ἀρχῆς ἄρχειν prætermiſit.

434, 1. Ἀρξομένους οὐκέτι.] MS. ἀρξομένους οὐχ ἕξειν. Id quod certe est acrius. Qui enim negare potest Gelo, Græcis quum fateatur habere qui præſint, abeſſe qui ſubſint, quum ſciret geſta ad Marathonem. Itaque debet in futuro pronunciari id, quod veretur aut denunciat; id erat iocoſe Græcos non habituros, quibus imperaturi forent. Ἀρξομένους ſumit eo ſenſu, quo ἀρχόμενοι, ut collegit Portus in v. ἄρχεσθαι.

434, 13. Μὴ οὐ δύνανται.] MS. δύνωνται.

434, 28. Ἀλλ' ὑπὸ δικαιοσύνης.] MS. ἀλλ' ἀπὸ δικαιοσύνης.

434, 31. Ἐς Μεσσήνην μεταβαλοῦσαν τ' οὔνομα.] MS. ἐν Μεσσήνῃ.

434, 32. Καὶ τοιῷδε τρόπῳ.] MS. καὶ τοιούτῳ τρόπῳ.

435, 37. Καρχηδόνι.] Apparet unicuique Vallam optime vertiſſe. Quidni igitur et crediderunt editores Herodotum optime ſcripſiſſe? Abhinc ut id credatur, teſtor me edidiſſe, prout ſuppeditabat codex optimus; etſi vix crediderim vulgatum aliunde veniſſe, quam ex errore oculi cernentis antecedens, non hunc dativum.

436, 9. Ἔχωσι πρὸς τὸν Πέρσην λέγειν τοιάδε.] Hoc fateor ſatis ſimplex eſſe, et tale, ut etiam ſtipes rudis intelligere poſſit: multo facilius ut id ab Stephano vertatur *operam dabant, ut poſſent hæc Perſæ dicere.* ſed id est alienum ab elegantia et circumſpecta ſuavitate Herodoti, unde eſſe opinor, ut verbum λέγειν non ſit in MS. Hoc nempe erat, quod ſciri intererat; hoc quod ab Herodoti manu profectum erat. Hoc accedit ad dulcedinem locutionis in ſacris libris, tum alibi, tum Act. Apoſt. 24, 9. εἴ τι ἔχοιεν πρός με. Verba prorſus ipsa, ſed ſenſus acerbior et tetrior; ſed nihil impedit in utramque partem loquutione ista uti.

436, 37. Λέγεται γὰρ Μίνω.] MS. Μίνεων.

437, 2. Τρίην πόλιν.] Quam eius in hoc ſcriptore mentionem commemorat Strabo lib. 6. p. 282., quod non intactum præterit diligentia maximi Caſauboni; niſi quod indicari etiam debet in optima membrana legi Τρηδίην et Τρηδίης, ita vetere ſcriptura variante, unde literæ δ in primo loco ſuperpoſitum λ. Sed haud dubie innuitur Herodotus ſcripſiſſe Τρηΐην, et Τρηΐης.

437, 22. Μετὰ Μίνωα.] MS. μετὰ Μίνεω, et ad ultimam literam loco altiore habet additam literam ν.

437, 25. Ἀπὸ τουτέων δέ σφι ἀπονοσήσασι ἐκ Κρήτης.] Hoc quidem eſſe extra oleas, et omnino in hac narratione tolerari non poſſe cui non patet? immo et cui non patuit, etſi ſileat Stephanus aliique? Valla mirabiliter *Troia reverſos.* Oportet ad hoc ſtupuiſſe omnes, etſi viderent diverſitatem in Græcis, hiſcere tamen non auſos, donec Cl. Meurſius in ſcripto de inſula Creta pag. 146. ſuſtinuit coniicere ἐς Κρήτην. Fruſtra, etſi dicat aliquid. Sed prægravat Valla, quum liquide in optimo Mediceo legatur ἀπονοσήσασι ἐκ Τροίης, quod ideo reſtitui, adiuvante etiam Th. Gale.

438, 6. Ἀχαιΐης ἐς Ἄλλον.] De hac appellatione, quæ etiam recurrit cap. 197., ſolliciti fuerunt viri docti, Holſtenius ad Stephanum pag. 27. et Grentemesnilius ad Strabonem pag. 321. Qui quod ſuſpicari potuerunt ex ſimili nomine ab aliis Geographis dato, ipse vidi liquide ſcriptum in codice MS. qui est Florentiæ, unde nulla potuit me remorari hæſitatio ab veri reſtitutione.

438, 8. Ἀπικέατο.] Nihil confert ista mutatio, et recte MS. ἀπίκετο.

438, 15. Τῶν πολεμάρχων ἀραιρημένος.] Vacillat Græcismus, nec loquutio est integra. Unde emendatiſſime profert liber MS. ἐκ τῶν πολεμάρχων ἀραιρ. Etiam Herodotus addit præpoſitionem.

438, 38. Ἀπικέατο.] Hoc loco habet MS. ἀπίκατο.

438, 43. Τῆς ἐν Θεσσαλίᾳ.] Sic accurate reſpondet antecedentibus ἐν Θερμοπύλῃσι. Sed nunc in eodem MS. legitur τῆς ἐς Θεσσαλίην.

439, 9. Ἤδη τὸ Ἀρτεμίσιον ἐκδέκεται.] MS. δέκεται. Et ſufficit.

439, 15. Ἐοῦσα ἀμαξιτὸς μούνη.] Vox prior non est in MS.

439, 21. Τόγε παλαιὸν.] Satis omnino foret aliis: ſed non Herodoto, cui nunc placuit abundare, ut docet optimus MS. τό γε τοπαλαιὸν.

439, 28. Ἐκ Θεσπρωτῶν οἰκήσοντες γῆν τὴν Αἰολίδα.] An igitur et apud Theſprotos est ſuboles Æolidis? aut in Theſprotis Theſſali poſſederunt Æolin? Non intelligo, quemadmodum docti lectores potuerint istud narrationis genus componere. Utique Valla ſic expoſuit, et opinor credere lectores huc usque omnes, quum ſit falſiſſimum et abſurdiſſimum in Geographia. Laudabiliter itaque in optimo MS. exſtat οἰκήσαντες, quod aoriſtum tempus intelligis ut ſuperius dixit βασι- 981
λεῦσαι et τυραννεῦσαι, ut indicentur *compotes* vel *poſſeſſores facti regionis Æolidis.*

439, 42. Εἶναι ἐφαίνοντο ἐπιτήδειοι.] MS. ἐμφαίνοντο.

440, 20. Καὶ Αἰγινέη.] MS. καὶ Αἰγιναίη, ut mox rurſus.

440, 33. Ἐς ὃ κατακρεουργήθη ἅπας.] De hoc habes iudicium illius cati Dionyſii Longini cap. 31.

441, 21. Τηνικαῦτα ἔτι (ὡς ἐγὼ συμβαλεόμενος εὑρίσκω) τόσον.] MS. ignorat voculam proxime appoſitam ſequenti parentheſi. Quin etiam nec deinceps primam vocem, quæ interiectam eandem parentheſin ſequitur, τόσον. Nec plane ulla ex his tolerari potest. Sed valde ineptam ſic apparet eſſe parentheſin, quum omnia ſequentia in quarto caſu concepta et ſtructa pendeant ab verba εὑρίσκω, quod debet eſſe liberum.

442, 1. Τοῦτο μὲν τό.] MS. τοῦτο μὲν δὴ τὸ.

442, 6. Δόκησιν δὲ δεῖ λέγειν.] MS. accurate ſatis δόκησιν δὲ δὴ δεῖ λέγειν.

442, 22. Σιταγωγοῖσι ἀκάτοις.] Hoc dedecet Herodotum, dedecet Ionismum. Immo ἀκάτοισι, ut est in MS.

442, 33. Τοῦ σύμπαντος στρατεύματος.] Sic iam loquutus fuit cap. 82. τοῦ σύμπαντος στρατοῦ τοῦ πεζοῦ. Attamen edidi, quod notabam in MS. legi ut præſtantius ad Herodotum, συνάπαντος. Vide ad 42, 13.

443, 17. Ὅσοι μέν νυν αὐτέων αὐξόμενον.] MS. ὅσοι μὲν οὖν αὐξ.

443, 42. Οὐχ ἔχω εἶπαι.] MS. εἰπεῖν.

444, 2. Ἡ ναυηγίη αὕτη.] Vox posterior non est in MS.

444, 6. Ἀλλά τε χρύσεα ἄφατα.] Hæc quoque poſterior vox non est in MS. et quidni bis poſitum πολλὰ ſufficiat ad omnia?

444, 9. Λυπεῦσα παιδοκτόνος.] MS. παιδοφόνος. Et Plutarchus in hac parte memorat παιδοφονίαν, licet in his verbis agnoſcatur ab eo παιδοκτόνος, et p. 871. repetit Ἀμεινοκλέους παιδοφονίαν.

444, 31. Ὀλίγας τινὰς σφι ἀντιξόους.] Secunda vox in MS. non est, qui mox etiam legit ἀπὸ τούτου ἔτι, non ἀπὸ τοῦδε ἔτι.

444, 47. Ἐν τούτῳ ὧν ὅρμον.] MS. ἐπὶ τούτου.

445, 8. Ὅτι ὁ Σανδώκης &c.] Particula ὅτι non est in MS. nec esſe ab Herodoto ſummopere perſuadeor, qui ſæpius ita loquitur in narrationis inchoando principio, neglecta particula ista.

445, 10. Ἀναλογιζόμενος ὁ Δαρεῖος.] Citat hunc locum bene credulus Deſid. Heraldus lib. 1. adverſarior. cap. 9. Verum ibi primo MS. tantum λογιζόμενος ὁ Δαρεῖος, plane ut cap. 3. huius libri. Sed et quod ſtatim ſequitur πλέω εὖρε οἱ ἀγαθὰ, duas in medio voces in eo nullas reperi, et quamvis deſendi illæ poſſint ex more Herodoti, quo ſolet ille verbum ſæpe aliquod præmittere, cui tunc participium mox ſubiicit, ut nunc vides inſequi εὑρὼν δὲ τοῦτο, malo tamen parere codici veteri, qui offert ipsam manum Herodoti, adſueti ex participiis connectere periodum, quod aliquis non intelligens videtur istas voces ingeſſiſſe egreſſus perſonam ſuam. Etiam deinde MS. ἐργασάμενος, non ἐργασμένος.

445, 30. Πεντεκαίδεκα νηῶν ὧν εἶπον.] Agnoſcis vulgarem loquendi apud Græcos fæcem, in qua primo optimus MS. ſecundam vocem non habet; et deinde reparat Herodotum, prout ipse bona fide ſcripſit, nempe exhibens tantum πεντεκαίδεκα τῶν εἶπον. Et quis illam requirere potest, qui præcedentia Herodoti percucurrit? et quis alteram mutationem reiicere?

445, 43. Ἱρὸν τοῦ Ἀφλυσίου Διός.] Quum Ortelius in Theſauro mentionem faceret Laphyſtiæ, ad eum ſic ab Holſtenio annotatum accepimus: *De Laphyſtii Iovis templo extat narratio apud Herodotum lib.* 7. *recte*

γ. *recte enim ibi* Λαφυσίου *in margine legitur pro* Ἀφλυσίου.

446, 8. Κυτίσσώρου τοῦ Φρίξου παιδός.] Quum ita clare ſit editum in Herodoto, ut et mox Κυτίσσωρος, non adſequor, quid mentis fuerit Th. Munkero ad Hygini fabulam tertiam ſcribenti: [*Maiori forte iure* Κυσίσσωρον *Herodoti lib.* VII. *in* Κυτίσσωρον *quomodo ſcriptum in vita Apollonii, transformes.*]

446, 22. Τῇ δὲ κάρτα ξεινὸς.] MS. τῇ δὲ καὶ κάρτα ξεινὸς, quæ vocula ibi tenet ſuam vim. Et ſtatim περὶ δὲ τὸν χῶρον οὔρεα, ſine vocabulo τοῦτον. Et merito omiſi ſic iubente MS. quum modo ea vox antecederet ad κάλπον ſpectans, unde inconſulte etiam revocata fuit ad vocem hanc χῶρον. Sic iuſtiſſime replevi ſimul et accidi.

446, 35. Εὐρυχωρότατόν ἐϛι πάσης τῆς χώρης.] Longa vox, ſed quæ nihilo plus adfert, quam brevior et exſtat in MS. εὐρύτατον. Sane abſurdum quid est in isto εὐρυχωρότατον χώρης, nec certe ſtatim c. 200. dicitur χῶρος περὶ αὐτὴν εὐρύχωρος, ſed εὐρὺς.

446, 45. Ἀμαξιτὸς γὰρ μία μούνη.] Est ſupervacue accurata deſcriptio. MS. optimus illud μία non agnoſcit. Certe cap. 224. dicit ὡς μούνης οἱ ἐούσης ταύτης τέκνου, non addens etiam μίης.

447, 3. Καὶ χῶρος περὶ αὐτὴν εὐρὺς.] Sic quisque ruſticus loqueretur. at Herodotea cura ac dulcedo melius dedit, ut videtur indicare optimus MS. exhibens una litera minus αὐτῇ. Scribe καὶ χῶρος πέρι αὐτῇ εὐρὺς. Noluit auctor coniuncta haberi περὶ αὐτὴν, quod notum erat cuilibet.

447, 13. Ὁ δὲ τῶν πρὸς νότον.] Necesſario οἱ δὲ. Nec fuit tam inſcitus Valla, quin hæc pars pertineret
982 ad Græcos. Mox etiam Τεγεητέων, non Τεγαιητέων. quod ἐθνικὸν exemplo est, quam inania et abſurda potuerint oriri ex illa commixtione diphthongi αι cum vocali ε.

447, 18. Καὶ ἡμίσεες ἐξ ἑκατ.] Copulativa non est in MS. et abundat certe vel ipso Valla arbitro, qui in interpretationem Latinam non admiſit.

447, 21. Διηκόσιοι ὁπλῖται.] Vox poſtrema non est in MS. cui et ipſi Valla interdicit ſua parte, et rectiſſime, quum iam auctor non cogitet de alio genere.

447, 29. Πᾶσαν εἶεν ἡμέρην.] MS. εἰσὶ.

447, 45. Τοῦ Ἀλκαμένεος τοῦ Τηλέκλου.] MS. τοῦ Ἀλκαιμένεος, τοῦ Τηλέκτου.

447, 48. Τοῦ Ἡγήσιος.] Quis ille Hegeſis ſit, longa mora erit quærere. Vix credibile ex tot ſcriptis ne unum quidem exſtitiſſe codicem, ab inſulſis ſcribentium mutationibus immunem. Et maius portentum est viros doctiſſimos maluiſſe in tanta emendandi et mutandi dulcedine hoc ignotum et indictum nomen in isto regio ſtemmate relinquere, quum ſatis ſcirent quoque esſe corruptum et falſum. Quisquis enim legit libri ſecundi caput ſecundum doctiſſimi Cragii de Lacedæmoniorum republica, ſcire nequit in ea urbe Euryſtheni maiori filio Ariſtodemi natum fuiſſe Agin, unde ista poſteritas dicta est Agidarum nomine. Atqui MS. Mediceus planiſſime habet τοῦ Ἥγιος, ut 6, 65. Ἄγιος, quo innuitur ipse ille Agis, etſi Latini illic eum citare malint *Agidis*. Sed ab Herodoto est prima litera Ionismo donata, quod decepiſſe videtur certos homines, ut ab veri nominis cogitatione abducerentur, et in Indice fulgeret Hegeſis Euryſthenis filius, 7, 20. Sed et genitivos ita componit Herodotus, qui hunc ipsum locum innuit 9, 63., ut tanto magis, qui Herodoto ſavebant, debuerint eum ab errore immunem præſtare. Vivant igitur hactenus Euryſthenidæ, ſicut 8, 131. Proclidæ.

448, 15. Παραλαβὼν δὲ ἀπίκετο.] MS. ἀπῖκτο.

448, 48. Ὁκόσοι τε εἰσὶ.] An potuit talia imperare Xerxes? an res militaris patitur, ut isti ſic numerari queant, ac pateat, quot illic esſent, ut interpretatur quoque Valla. Atqui Florentiæ legit optimus MS. ὅσοι τε εἰσὶ. Certe id commodius, ut hactenus voluerit eos cognoſci.

449, 3. Προσέλασε ὁ ἱππεὺς ἐς τὸ ϛρατόπεδον.] Id quoque nimis ſe invergit, nec commode iungitur verbum et ista præpoſitio. Bene prorſus idem MS. πρὸς τὸ ϛρατόπεδον.

449, 13. Μαθὼν δὲ ταῦτα.] Enimvero ista ſunt egregia, et digna, ob quæ explorator adeat vel periculum, ut narret quosdam milites exerceri, quosdam caput fordibus purgare. Omnino erant et alia, quæ non oportuit negligi. Itaque ſapienter ſcripſit Herodotus teſte optimo MS. πάντα. Certe hoc exprimitur ab Floro 1, 17. *Ille per noctem paſtorio habitu ſpeculatus omnia refert tutum iter.* 6, 70. dicit πυθόμενος τὰ ἐβούλετο.

449, 19. Ὡς ἀπολεύμενοι καὶ.] MS. ὡς ἀπολεόμενοί τε καὶ.

449, 24. Μαθέειν τὸ ποιεύμενον ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων.] MS. πρὸς τῶν Λακ.

449, 43. Τοσοῦτοι ἐόντες οἷοί τέ εἰσι τῇ ἑωυτοῦ ϛρατιῇ μαχέσασθαι.] Habes ſpecioſa emblemata ad extendendum ſermonem ſatis vane. Itaque MS. optimus tertio quartoque et quinto verbis neglectis habet τῇ ἑωυτοῦ ϛρατιῇ μαχέσονται. Quæ verborum paucitas longe acriorem acerbitatem effert, et haud dubie Xerxis vehementiam, qui reſponſo ingratiſſimo velut ſtupefactus, interrogatione paucisſimas voces, ſed clariſſimas continente percellere vult Demaratum nimia de Spartanis ſuis audentem.

450, 20. Πλήθεϊ χρήσασθαι.] MS. πλήθεσι, quod longe decentius ad has monſtroſas turbas.

450, 45. Τῇ προτεραίῃ ἑώρων.] Non ſolet Herodotus ita formare hoc imperfectum, ut idcirco genuinum videri debeat, quod legi in optimo MS. ἑνώρων.

451, 3. Τοὺς ταύτῃ ὑπομένοντας.] MS. ὑπομείναντας.

451, 20. Ἑλλήνων πυλαγόραι.] Voluerunt igitur viri docti hoc poſterius esſe etiam ſpecimen varietatis Herodoteæ, ut quum genitivus Πυλαγόρων, qui præceſſit, ab iis esſet agnitus venire ex nominativo Πυλάγοροι (id diſtincte facit Portus) nunc tamen hunc nominativum ab auctore accipiant pronunciatum ut primæ declinationis. Quid quæris? est nimis captatum, et quod in aliis legerunt, cupiunt admiſcere Herodoto, cuius optimus MS. plane legit πυλαγόροι; id quod retinemus.

451, 28. Ἐπεὶ οἱ ἤρεσε.] MS. ἐπεὶ ἤρεσε, et non amplius.

451, 37. Ἔκ τε τόσου δὴ κατεδέδαιτο.] Quis ille angulus est, ubi Stephanus muſitavit de hoc non intelligendo loco, ut iubeat videre, quæ alibi dixerit? Multum quæſivi, ſed fruſtra. Sed neque vel κατεδέδαιτο vel καταδαίω aut ſimile in Lexico Ionico novit Æmilius Portus; ut in verbo Δάσασθαι, est ἀποδάσασθαι, διαδάσασθαι; nec huius loci verbum in Theſauro iste Henr. Stephanus. Sedent igitur hic ingenia defixa prorſus, quæ quam fuiſſent gaviſa, ſi ſcivisſent legi in optimo MS. κατεδέδεκτο. Satis ſimpliciter et vere.

451, 44. Πρὸς Μηλιέων.] MS. πρὸς τῶν Μηλιέων.

452, 19. Οὐδένα σφι.] MS. οὐδέν σφι. Validius hoc ad perſuadendum adſcenſum; ut crediderint non modo hominem, ſed nihil, quod ullo genere impediret aut diſcrimen eis movere poſſet. Nam quæ hic in vicinia apparent ſub nomine Φωκαέες, de quo tamen agit 983
Portus in v. Ἀναδραμεῖν, et ſub verbo ἐνεκήρυσαν, habui errores typorum.

453, 5. Μαχαίρῃσι τῇσι αὐτέων ἐτύγχανον ἔτι περιεοῦσαι.] Ita placuit viris doctis per editiones efferre locum Herodoti de Græcis ultima auſis non ad ſe et locum defendendum, qui commiſſus illis erat, quam ad mortem pro patria obeundam et ultione præſenti, quantum poſſent, honeſtandam. Quales memorandas in hiſtoria ærumnas quum Herodotus ſoleat ſtylo graviore explicare, etiam animadvertere ſolet Dionyſius Longinus in libello περὶ ὕψους, ubi capite 3. περὶ ὑπερβολῶν hæc quoque verba citat, ut Tan. Faber ingenium ſuum in altum evehens fumum captaret, mire detractus ab Tollio, ineptiſſime adhæſuro ad illa τῇσι αὐτέων. Primo igitur mireris licet Fabrum cauſantem non reperiri caſum verbi ἐτύγχανον, unde ad inſolentes delabitur cavillationes, quum et in hoc Herodoto tot fingantur parentheſes, et in Livio easdem tam crebras meminerat. Senſus erat plenus, modo ſic concipiatur μαχαίρῃσι τῇσι αὐτέων (ἐτύγχανον ἔτι περιεοῦσαι) καὶ χ. Sic ſenſus certe erat, etſi non levis nec facilis. Itaque frui oportebat, quod Dionyſius dabat ταὶ ἐτύγχανον, quando recte omnia procedunt, eamque vocem ab Dionyſio datam aut ſimili erudito exiſtimante Herodotum periturum, niſi ad Ionismum formaretur, perſuadet nobis fides invicta codicis Medicei, in quo legitur αἱ ἐτύγχανον, et non αὐτέων, ſed αὐτῶν etiam rectiſſime. Certe illud pronomen relativum negari nequit, quin habuerit Laur. Valla, et bene uſus ſit, modo in verſione vocem *barbari* paululum retro moviſſet. Hæc enim mens est: *Hoc in loco defenſantes ſe gladiis ſuis, qui adhuc ſupererant, et manibus et oribus, obruerunt barbari iacientes, alii quidem ex adverſo urgentes, et munitionem muri congerentes, alii undique circumeuntes adſtando.*

453, 7. Ἐκέχρηϛο γὰρ.] MS. ἐκέχρητο γὰρ.

453, 19. Βασιλῆα φθίμενον.] MS. βασιλῆ φθίμ.

453, 34. Τοῦτον ἅπαντα.] MS. τοῦτον εἰπάντα. Et deinde quod ſequitur εἰπόντα ignorat. Tale quid habuiſſe Vallam, quod legerit, apparet manifeſte ex eius verſione, in qua non fit aliqua mentio vocis ἅπαντα.

454, 11. Ἐς τὰ ϛεινότερα.] Nulla hic ſunt, neque Herodotus in præcedentibus aut gradus anguſtiarum fecit, aut hoc vel ſimili comparativo uſus est. Hinc optime istud vitioſum oſtendit procuratque membrana Medicea ἐς τὰ ϛεινόπορα.

454, 22. Ῥώμης ὅσον ἔσχον μέγεθος.] Facile potuit hoc ab ſutili manu immitti, quum ſic 2, 76. et 78. 3, 26. 4, 178. Sed aliter ex teſtimonio optimi MS. dedit Herodotus, nempe μέγιϛον, ut 3, 22. χρόνον ὁκόσον μακρότατον ζόει. Sed et εἶχον legitur in ſcripto libro. Deinde etiam non minus præclare ac nulla parte ſupprimenda MS. habet καὶ Λεωνίδης τε ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ πίπτει ἀνὴρ γενόμενος ἄριϛος καὶ ἕτεροι μετ' αὐτοῦ ὀνομαϛοὶ, πολλοὶ δὲ καὶ οὐκ ὀνομαϛοὶ Σπαρτιητέων. At patet eum tres ſortes hominum enumeraſſe, unde primo ait de Leonida: deinde illos ὀνομαϛοὺς, ſed ultra illos fuerunt adhuc inferioris ordinis non pauci, nec ambigi potest, quin adfuerint aliqui hilotæ. Hos denique triplices iungit, ubi vulgo tantum legebatur Λεωνίδης τε ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ πίπτει, ἀνὴρ γενόμενος ἄριϛος, καὶ ἕτεροι μετ' αὐτοῦ ὀνομαϛοὶ Σπαρτιητέων, nimis truculenta fraudatione Herodoteam narrationem mulctantibus aliis libris. Vocat omnes ἄνδρας ἀξίους γενομένους, et horum ſe nosſe ait nomina. Immo non horum modo ista nomina inquiſivit, qui ibi ceciderunt, ſed inſuper addit ultimo etiam omnium 300. nomina ſe didiciſſe.

454, 33. Ἀτάρνεω θυγατρὸς.] Atarne est Æolicum, aliquoties etiam in Herodoto memoratum. Optime igitur egregius ille MS. Ἀρτάνεω, et ſic mox Ἀρτάνης. Nullus non dixerit id magis convenire ad Perſicam rationem.

454, 40. Ἀδελφεοὶ ἐνθαῦτα πίπτουσι.] Sicut ſupra notavit notabile momentum, quo Leonidas cecidit, nempe quum cogerentur ad gladios rem trahere, atque ita magis cominus trucidare: ita nunc duorum illuſtrium Perſarum caſus non contigit temere in pugna, prout iam aliquamdiu proceſſerat, ſed quum ſingularis ſtimulus incenderet novos impetus, nempe cadaver Leonidæ. Utinam modo manum continuiſſet Stephanus, qui post hæc verba interpoſuit comma, quod ignorat Aldina perinde ac Camerariana? Itaque id eieci, quum ratio poſtulet glorioſis mortibus apponi quoque cauſas, ne temere videantur obitæ, et coniunxi Ἀδελφεοὶ ἐνθαῦτα πίπτουσι μαχεόμενοι ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ τοῦ Λεωνίδεω. An vero quinque poſteriora vocabula potius apponi debeant ſequenti periodo, ita ut puncti nota ſtatuatur post participium μαχεόμενοι, quod nonnulli profeſſi ſunt ſe ita diſtinguere, nequit illi esſe ambiguum, qui recte locum inſpiciat. Omnino enim ſupervacuum foret dicere istos illic pugnantes cadere, ubi omnes tali in geſtu et animo cadunt nemine nunc deſide aut tergiverſante. Itaque omnino indicat Herodotus his quoque ſtimulum ibi ſingularem accidiſſe, ut in pugnando eſſent promptiores et incautiores, atque ita caderent, nempe cadaver Leonidæ, quod Græci ſtatim ſubducere et ludibriis eximere conati ſunt, Perſæ omnino ſibi vindicare. Iam licet has voces adiungat quis participio μαχεόμενοι, utique tamen ſequentia Περσέων τε καὶ Λακεδαιμονίων ὠθισμὸς ἐγένετο πολλὸς nequit intelligi caſu fieri, ſed eodem ſtimulo utrosque agitante, nempe obtentione cadaveris regii, quod inde patet manifeſte, quia ille ὠθισμὸς tamdiu duravit, ἐς ὃ τοῦτόν τε ἀρετῇ οἱ Ἕλληνες ὑπερεξείρυσαν. Quinetiam non ſolet inchoare ſic abrupte ſuas periodos Herodotus, ut incepiſſe ſupponatur Ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ τοῦ Λεωνίδεω Περσέων τε &c. quod tamen iam olim videtur cogitaviſſe eruditiſſimus Portus in vocabulo Ὠθισμὸς ſcribens: *Pro Leonidæ cadavere obtinendo vehementer conflixerunt, ita ut ſe mutuo protruderent atque propellerent.*

454, 43. Ἕλληνες ὑπεξείρυσαν.] Neſcio an istud verbum conveniat virtuti Spartanorum, ſicut ipsum Latinum *ſubtrabere* apud Vallam, quaſi furtim aliquid contigiſſet. Igitur prægrande meritum est optimi codicis, dum legit ὑπερεξέρυσαν. Merebatur certe gloria temporis noſtri, ne istud decompoſitum porro lateret plane ignoratum huc usque et nulli ſcriptum, niſi nunc mihi, præſertim quum Græcam gloriam adeo clare circumferat. Non enim ſubtractum est tunc Leonidæ cadaver, ſed aperte et ſuperne quorundam humeris, et forſan ſcuto exceptum post aciem delatum est. Sive autem ex vulgato retineatur ὑπερεξείρυσαν, ut antea docui, ſeu minus, iam non agam.

455, 2. Ὁ δὲ κολωνὸς οὗτος.] Vox ultima non est in MS.

455, 12. Φασὶ εἶπαι.] MS. εἰπεῖν. Sic aliquoties mutatum.

455, 32. Ἐκ Πελοπόννησου.] Pereximie, ne quid Spartanum hinc abſit et in Doricis mortibus requiratur Dorici mandati os MS. ἐκ Πελοπονναάσου. Hinc exiſtimatio facienda exactæ curæ quam adhibuit auctor, quam alii ſcire non potuerunt, nos plane videmus. Cæterum quod ſequitur, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι, plane ut editur, referebat quoque codex MS. unde eadem fide crediderim deſcripſiſſe Herodotum, dum inſpicit, qua prius, et hinc accuratius, quam est omnis illa varietas citationum atque etiam alluſionum in vertendo, ſive ille Cicero ſit, ſive alius quicunque, et mirer nuper pronunciatum esſe in notis ad Tuſculanas Ciceronis ab Herodoto vitioſe eum verſum relatum esſe. Id est nugari et vitioſe agere.

456, 9. Οὐκ ἐθελῆσαι ὁμοφρονέειν.] MS. οὐκ ἐθέλησαν ὁμοφρον. Infinitivi enim conſtructio iam terminata est in verbis ἀποθανέειν ἅμα τοῖσι ἄλλοισι; licet mox ſequentia revertantur ad cultum infinitivi, qui præcesſit. Narratio velut magna nimis est, quam ut non interſtinguatur quadam varietate.

456, 17. Ἀλγήσαντα ἀπονοϛῆσαι.] Hæſi unde exiſtimarem Vallam venisſe ad talem interpretationem, quæ plane non accedit ad verbum ἀλγεῖν, in qua tamen nullus aliquid ſtatuit advertendum, quod mireris certe, quum intolerabile ſit istud vulgatum, quod ex libro tantum nono cap. 22. citat Portus, hunc locum ignorans, perinde ut in v. ἀλογεῖν. Sed nimirum ille legit, prout exhibetur in optimo MS. ἀλογήσαντα ἄπον. Nonne debuerunt huc eos deferre vel ſola verba Herodoti 4, 150. ἀλογίην εἶχον τοῦ χρηϛηρίου? Et mox τοῦ μὲν αὐτῶν ἀπολομένου, quod pronomen inſeritur etiam ab Valla.

457, 3. Ἀναίτιοι εἶναι.] Immo εἶεν, ut est in MS. et neceſſario requiritur.

457, 8. Τοὺς μέν τινας αὐτέων.] Vox poſtrema non est in MS. et licet delere.

457, 23. Ἔϛι ἐν Λακεδαιμονίῃ Σπάρτῃ.] Macte laude, ſapientiſſime Valla, qui unus potuiſti retinere et adſequi manum Herodoti, omnibus post te delirantibus, donec Th. Gale ex Cod. Arch. et Euſtathio propoſuit quoque ἐν Λακεδαίμονι, prout exſultavi, quum non aliter legiſſem in Codice Mediceo. Et ſane ita legit Euſtathius ad Iliad. pag. 222. Iam vero cur quum Valla id interpretatur *Lacedæmone*, an rectius id effertur ab Stephano *Lacedæmonio agro*? Quid? an non Polemo apud Suidam dicitur ſcripſiſſe περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων? Non minus hic caute agunt, quam Stephanus in Herodoto, et interpretantur *de Laconicis urbibus*. Quomodo non ludibria debuit Cragius, ponens c. 1. lib. 1.? *Sed quum intelligatur Lacedæmonis nomine uſitate et ut plurimum regio, ſicut locus illuſtris Herodoti lib. 7. docet ubi ait:* Ἔϛι ἐν τῇ Λακεδαιμονίῃ Σπάρτῃ πόλις. Sane ex libro 1. cap. 65. et 68. idem clare apparet ex uſurpatione gentilium nominum Σπαρτιῆται et Λακεδαιμόνιοι.

457, 30. Αὐτέων διεξόδους.] MS. αὐτέων τὰς διεξόδ.

457, 37. Χίλων.] MS. Χείλων, plane contraria vice, quam placuit editoribus. Vide lib. 1. c. 59. Et mox κέρδος μέζω, non μέζον, ſed ſuper ultimam literam ſuperſcripta habet ον.

458, 42. Οὐδ' ἂν συμβουλευομένου.] MS. efficacius οὐδὲ ἐν συμβουλευομ.

459, 2. Λεωνίδεω πέρι ἀκηκοὼς.] Vox media non est in MS. Nec refragaberis, ſi bene diſtinguas, nempe ita. Καὶ Λεωνίδεω ἀκηκοὼς ὅτι βασιλεύς τε ἦν καὶ ϛρατηγὸς Λακεδαιμονίων, ἐκέλευσε ἀποταμόντας τὴν κεφαλὴν &c.

459, 8. Οὐ γὰρ ἄν κοτε.] MS. οὐ γάρ κοτε.

459, 23. Ἐν Σούσῃσι.] Emendatiſſime MS. ἐν Σούσοισι. Et cur id non notavit Briſonius lib. 1. Regn. Pers. p. 45.? Quid quæro? quum Indici Herodoteo inſerantur etiam ſive ab Stephano ſive ab Iungermanno *Memnoniæ Suſæ.*

459, 27. Δέλτιον δίπτυχον.] Hoc annotavit et Pollux, ſed illuſtravit Salmaſius de modo uſurar. c. 10.

459, 33. Ἐπεὶ δὲ ἀπίκετο.] MS. ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπίκετο. Et ſtatim ὑπέθετο, non ἐπέθετο. Et denique fini huius libri adiicit MS. eadem verba, quæ vulgo habentur in principio lib. 8., ita ut ibidem quoque retineat ac repetat MS. Ταῦτα μὲν δὴ οὕτω λέγεται γενέσθαι. de qua conſuetudine notavit aliqua Is. Caſaubonus ad finem libri 3. Strabonis.

JACOBI GRONOVII NOTÆ ET OBSERVATIONES

In librum octavum

HERODOTI.

461, 10. Μέχρι οὗ.] MS. *μέχρι ὅσου.*

461, 42. Τὴν νέα τοῦ Ἀδειμ.] MS. *τὴν νέα τὴν Ἀδειμ.*

462, 6. Προσπλώειν.] MS. et nunc et ſemper in hac hiſtoria *προσπλέειν.* Paulo ante legebatur etiam in eodem *ἀπίκατο*, non *ἀπικέατο*, quod vulgo tenent.

462, 9. Εὐφρόνη καταλάβοι.] Ut c. 16. *περιλάβοιεν.* MS. tamen nunc *καταλαμβάνῃ.*

462, 14. Μὴ ὀφθέωσι.] MS. *μὴ ὀφθείησαν.*

462, 27. Δύτης τῶν τότε ἄριστος.] Digna ſunt quæ inſpiciantur ad hunc locum notata ab Salmaſio in Plinian. Exercit. pag. 1146.

463, 12, Πολλαπλασίας.] MS. *πολλαπλησίας.*

463, 21. Ὅκως ἕκαστος αὐτέων πρῶτος.] At longe ſuavius in optimo MS. legitur *ὅκως αὐτὸς ἕκαστος πρῶτος.* I, 107. *Παρ' αὐτέων αὐτὰ ἕκαστα μαθών.*

463, 33. Αἰσχρέου. MS. Αἰσχραίου.

463, 42. Ὡς εὐφρόνη δ' ἐγεγόνεε.] Non placet hic ordo codici Mediceo, qui, et ſane melius, habet *ὡς δὲ εὐφρόνη ἐγεγ.*

464, 2. Ἀναπνεῦσαι σφέας ἔκ τε τῆς ναυηγίης.] Quod in ipſis contextus paginis ſubduxi ab publica notitia, plane tamen ſupprimendum non cenſeo; non quia poteſt inducere dubitationem, ſed quod totam rationem eius codicis cognoſci, puto, interest: nempe quod in codice MS. ſecunda manus fecerit *ἀναπλεῦσαι*, verbum quidem notum, ſed quod nec huc convenit, nec ab Herodoto uſurpari ſolet, amante magis *ἀναπλώσαι*, ut I, 78. Adde Portum.

464, 6. Ῥεύματα ἰσχυρὰ κατὰ θάλασσαν ὡρμημένα.] An ista verba ſunt, quæ in vertendo ante oculos habuit Valla *validi in mare aquarum diſcurſus.* Ut fieri forſan potuit, ita nonniſi cum quadam ambiguitate. Certe interpretationem eius explicant clarius verba quæ leguntur in MS. *ἐς θάλασσαν ὡρμημ.*

464, 16. Ὑπὸ θεοῦ.] MS. *ὑπὸ τοῦ θεοῦ.*

464, 20. Ἀτρέμας τε εἶχον τὰς νέας.] Citat hunc locum Portus et conducit cum pluribus, ubi ista adverbii illius terminatio est eadem, prout mox quoque occurrit cap. 15. Compellor tamen teſtari in MS. optimo legi *ἀτρέμα τε.*

465, 24. Δρησμὸν δὴ ἐβουλεύοντο.] Recte: ſed Herodoto non invidenda est ſua manus MS. eam monſtrante *ἐβούλευον.*

465, 27. Ἀπὸ τοῦ βαρβαρικοῦ.] Id quidem nimis amplum laxumque et ex nimia gentium varietate conſtans fiat, quam ut ſic uni voci poſſet includi. Certe MS. *ἀπὸ τοῦ βαρβάρου.*

465, 31. Τῇ ἐλπίζει.] Sed opportunisſime MS. *ἐλπίζοι.*

465, 38. Πυρὴν ἀναλείειν.] An ut ei pariter omnes aſſiderent et vel ſe calefacerent, vel aſſarent carnes? Bene magna igitur illa eſſe debuit. Nec Valla ante oculos tale quid habuit, ſed *πῦρ ἀναλείειν*, ut est in MS.

465, 39. Ἀπικέσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα.] MS. *ἐς τὴν Ἑλλάδα.* et mox *ἐτρέποντο* pro *ἐτράποντο*, quod ſubiecerunt ex frequenti iteratione aoriſti in his libris, quaſi inde norma dictaretur, ut hoc loco non aliter exſtaret.

465, 43. Οὔτ' ἐξεκομίσαντο οὐδέν.] MS. *οὔτέ τι ἐξεκομίσαντο οὐδέν*, perquam ſuave, quum ut *οἷον τι*, *πολλόν τι*, ita et *οὐδέν τι.* Et præterea inſignis ille codex non habet *προεσάξαντο*, quod lib. I. c. 190. reduxit, et nunc poſſet idem ſenſus locum habere, ſed fidens ſibi effert *προσεσάξαντο*, ut non notet *ante importaverant*, ſed ſemper magis magisque invexerant. Non notantur quidem decompoſita ab *προσες*, ſed non intelligo, cur non perinde probarentur ac reliqua ab *προσεπι.*

466, 33. Ὑπ' ἀναγκαίης.] MS. *ὑπ' ἀνάγκης.*

466, 42. Τῶν συμμαχιέων αὐτοὺς ἀπόσχῃ.] Quis ita loquutus fuit? Et quot *συμμαχίας* potuerunt eodem tempore habere? Inprimis ſi adhibeatur Latina interpretatio Vallæ, *ut a præliis navalibus ſummoverentur*, quam unusquisque fateri debet huc esſe commodisſimam, ſed male congruam vulgatis Græcis, niſi ea mutentur in *τῶν ναυμαχιέων*, ut recte est in MS. Non enim aliud legiſſe Vallam mihi imaginor. Deinde etiam *Θεμιστοκλέης μὲν ταῦτα*, quod iam ſupra quoque occurrebat, caſtigatiore locutione, non *μέν νυν ταῦτα.*

466, 45. Ἀνὴρ Ἰσιεὺς.] Non igitur ad amuſim voluit interpretari Valla, dum reddit *vir quidam Hiſtiæus*, voce poſtrema ampliata perſpicue ex Græco Ἰσιαιεὺς, quod plane legitur in optimo codice, licet mox dicantur Ἰσιαῖοι, quod est ſecundum in isto populo gentile. Etiam Th. Gale id producit. 986

467, 2. Ἔπλωε ἀλῆς.] Diligenter Portus annotavit exempla verbi *πλώειν* et compoſitorum eius. In eis hoc primarium illic reperio. Melius abſtinuiſſet. Nam eximius ille ex Italia codex legit *ἐπέπλεε ἀλῆς.*

467, 6. Τῆς Ἐλλοπίης μοίρης.] Hæc Stephano negligente per Sylburgium admiſſa ſunt in Latina, quantum ſcio, qui poſuit in margine *Ellopiique agri et Hiſtiææ regionis maritimos vicos.* Poterant propius explicari, ut feci. Sic quum in hoc loco agi contigerit, etiam Ortelius nullam Ellopiam ex Herodoto commemorat.

467, 40. Ἀγαγόντες δὲ τούτους.] MS. *ἄγοντες.* Et ſatis est.

467, 44. Ὡς Ὀλύμπια διάγοιεν.] MS. ſimpliciter *ὡς Ὀλύμπια ἄγουσι.*

467, 47. Ἄεθλον εἴη σφι προκείμενον.] Ut 9, 100. Ὡς σφι καὶ ἀι νῆσοι ἄεθλα προέκειντο. Nihilominus in MS. erat *κείμενον.* Et id potest ſatiare lectorem, ut cap. 93. Πρὸς δὲ καὶ ἄεθλον ἔκειτο μύριαι δραχμαὶ.

468, 1. Πυθόμενος γὰρ.] MS. *πυνθανόμενος γὰρ.* Manere nempe voluit in tempore mox uſurpato.

468, 2. Εἶπε τε πρὸς πάντας.] MS. *εἶπέ τε ἐς πάντας*, quod debet reſtitui.

468, 27. Τὰς δὲ λοιπὰς.] Vox ultima non est in MS. et quam bene potest abesſe?

469, 21. Δωρίδος χώρης ποδεὼν τενὸς.] Hunc *ποδεῶνα* illuſtrat Salmaſius in Plinian. Exercit. p. 418., quoniam vides in notulis Stephani quanta ſit varietas.

469, 31. Τὰ ἄκρα τὰ Παρνησσοῦ.] MS. *τὰ ἄκρα τοῦ Παρν.*

469, 34. Κειμένη ὑπ' ἠῶϋτῆς.] Portus obduravit non tangere, etſi animadverteret omiſſa hæc esſe in Latinis, et Stephanum non acquiesſe. Atqui optimus MS. clare *ἐπ' ἠῶϋτῆς*, quomodo ex ingenio conficiebat Stephanus vertebatque *vertex Parnaſſi, qua ad urbem Neonem vergit, ſeorſum ſitam.* Sed addit, ne illius quidem lectionis ſenſus ſatisfacit. Quæ quum allegem ſub nomine Stephani, non ſequor Holſtenium, qui in notis ad Stephanum Byzantium proponens fruſtra aliam coniecturam *ὑπὲρ αὐτῆς*, quod plane foret otioſum, et verſionem et coniecturam attribuit Sylburgio, haud dubie deceptus. Equidem posſideo Latinum Herodotum Francofurti editum MDCXX., in cuius fronte ſcribitur *Accesſit in hac editione Spicilegium Frid. Sylburgii*, quod verum est. Verum hæc verſio et coniectura per easdem voces prolata iam exſtat in editione Stephani anni MDXCII., ab cuius fronte penitus abest mentio Sylburgii; immo iam in editione Latina MDLXVI. Quin immo Sylburgii Spicilegium exſtat in editione Iungermanni p. 627. iunctim editum, ubi nihil de hoc loco; ut omnino pertineant ad Stephanum. Cui ista non ſatisfacere cur mirer? Quæ enim ista deſcriptio est, *urbs ſeorſum ſita?* quæ non urbs talis est? Vel ipsæ Emporiæ, vel Teos et Clazomenæ debent conſiderari ſeorſum ſitæ, licet iunctisſimæ. Itaque non tam lectio, quam explicatio et ſententia Stephani, ut nec ipſi Stephano, ita nec nobis ſatisfacere potest, nec cuiquam. Satisfaciet autem, ſi diſtinguas, *ἐπιτηδὲς δέξασθαι ὅμιλον τοῦ Παρνησσοῦ ἡ κορυφὴ, κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένη, ἐπ' ἠῶϋτῆς*; et in-

terpreteris *vertex Parnassi versus Neonem urbem vergens, suscipere in se potest multitudinem.* Aliud est 9, 17.

469, 46. Χαράδρην.] MS. χαράδραν, ut omnia per primam literam hic efferantur.

470, 23. Αἰολίδων.] Quos Æolidenses cogitaverit interpres, non divinaverim. Itaque hunc Vallam in ista parte sequi noluit Grentemesnilius in Græcia antiqua bis hunc locum citans p. 639. et 675., et utrobique interpretans *Æolidum*, quæ vox apud Latinos est ambigua, et vel fœminas notans, vel contracte posita pro Æolidarum; unde nescio quid velit; sed utrobique deplorans inopiam hac in parte factam studiis, quod nullus alius mentionem fecerit. Atqui sit satis colligi posse hic remansisse reliquias posteritatis Æoli, quæ illic tenuerunt. Unde laudabiliter eam vocem reparat optimus MS. scribendo Αἰολιδέων, ut lib. 6. Σκοπαδέων et Πεισιστρατιδέων. Et cur nobilis ille Vir non cogitat illa Plutarchi: διασώζονται γὰρ ξένιοι μάλιστα τῆς Φωκίδος περὶ Στεῖριν αἰολίζοντας, quæ ipse citaverat p. 646. Et mox pro ἐπορεύοντο δὲ ταύτῃ, MS. legit ταύτην. Item ἀπίκατο MS. non ἀπικέατο.

470, 47. Ὅπλα προκείμενα ἔσωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου ἐξενηνειγμένα ἱρὰ.] Vindingius in Hellene col. 300. sic ista transfert in linguam Latinam: *arma Martia, quæ in conclavi servabantur, sua sponte extra delubrum proposita apparuerunt.* Præclare, si ipse historiam scriberet. Sed interpres sequi debet auctorem suum, quod opinor me fecisse, ut certe volui facere, quum etiam Stephano vulgata minus placerent.

471, 5. Τοῦ πρὶν γεγενημένου.] MS. γενομένου.

471, 19. Ἰὼν Βοιωτῶν ἔφευγον.] MS. εὐθὺ. Portus ita agit, quasi εὐθὺ nusquam occurreret apud Herodotum, nec ab eo esset usurpatum.

471, 45. Πανδημεί.] MS. παυδημὶ, quod vere Ionicum.

472, 1. Ταῦτα δὴ πυνθανόμενοι οὕτω προσεδ.] Multo molliore vocum serie MS. ταῦτα πυνθανόμενοι οὕτω δὴ προσ.

987 472, 9. Τῷ χρηστηρίῳ τε πειθόμενοι καὶ βουλόμενοι ὑπηρετέειν.] Qui hanc lectionem concinnarunt, si Herodotum spectarunt, debuissent posteriora potius convertisse in negativam formam hoc modo, καὶ οὐ βουλόμενοι ἀντιβαίνειν. Ita enim crebro procedit eius stylus. Sed prout nunc leguntur ista, certe vel aut illa verba πειθόμενοι καὶ aut tria sequentia videri possunt, immo debent prorsus supervacua; vel ex indicio interpretis Latini omittentis sane quod spernit. Unde in eo totus eram, an non is egisset temere, et recte duo ponerentur, quorum prius pertineret ad animos, posterius ad exsequutionem, *quod persuaderentur oraculo et vellent obsequi.* Sed Latinus interpres haud dubie sequutus fuit auctoritatem maiorem et veterem, et forsan ex hoc ipso MS. libro petitam, quippe qui ignorat priora duo; ad quem accessi. Certe Laurentium Vallam et hanc eius versionem Latinam ignoravit Stephanus, qui tam libere de eo pronunciat.

472, 10. Καὶ τούτου εἵνεκα.] MS. καὶ τοῦδε εἵνεκα. Cap. 76. τῶνδε εἵνεκα.

472, 14. Ἐπιμήνια τελέουσι.] MS. ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι. Aliquoties hanc repetitionem primæ syllabæ deprehendimus, omnino moderandam ex fide vetustatis, unde alibi non admisimus: nam nunc quidem maxime placet. Cæterum Ἐπιμήνια ista illustrantur in Clar. Meursii Græcia Feriata in Νουμηνίαι.

472, 18. Μᾶλλόν τι οἱ Ἀθηναῖοι καὶ προθυμότερον.] Adiectivum hoc sæpe adhibet Herodotus, etiam inde oriens adverbium, ut pro bono debeat haberi, sed non hoc loco, ubi legit MS. καὶ πρότερον, et ita legi debet, quippe quo longe clarius exprimitur illa promptitudo.

472, 19. Ἀπολελοιπυίης.] MS. ἀπολελοιπούης.

472, 40. Δωρικόν τε καὶ Μακεδονικὸν ἔθνος.] Infelicissima Uranie! quando tibi Mnemosyne inculcavit hanc genealogiam? Hic locus erat, ubi de mendaciis circa Herodotum loqui debebant illi, qui quod absurdissime ipsi committunt, certatim gaudent in alio accusare. Hoc enim mendacium est patentissimum, aut ullos in Peloponneso ducere originem ex Macedonia, aut Erineum et Pindum aut portionem Dryopidis attribui posse Macedoniæ aut unquam factum esse. Lege capp. 72. et 73.: nihil reperies. Hoc Chronologiarum stolida, hoc ludæorum spretiones longe superat: et tamen faverunt illi lectores omnes huic mendacio, quod potuissent abolere, si id putassent opus bonorum studiorum abigere hinc inania. Sed vanitas garrire docet. Quin si discessero ab uno Erasmi Vindingii Hellene, quod solum in eo quum cernerem, dignissimum censui, qui Thesauro antiquitatum Græcarum insereretur) nullum nominare possum, quin hoc tanto tamque aperto mendacio sit fruitus. Iste autem vir doctissimus sic scripsit column. 330. Δωρικόν τε καὶ Μακεδνικὸν. „ Sic lego pro Μακεδονικὸν ex ipso Hero„ doto, cui Gens Dorica dicitur habitasse ἐν Πίνδῳ „ Μακεδνὸν καλεόμενον, et Stephano cui Μακεδνὸν χω„ ρίον ἐν Πίνδῳ". Politissime profecto eximius ille vir eradit hinc literam *o*, et longe aliam regionem ostendit describi, non Macedoniam nimis inde distantem. Sed oportuerat ipsum simul docuisse, unde peteret istud gentile Μακεδνικὸν, quod sciebat non modo nuspiam occurrere, sed ex indicio Stephani claro didicerat τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως Μακεδνόν. Hic igitur iactitet se licet illa splendida membrana Medicea libro VIII. Herodoti restituto perinde ut reliquis præcedentibus, plane servans nihil aliud nisi Μακεδνὸν, ex qua iam per quadraginta annos ita solitus fui Herodotum legere. Nam verum est, quod de gentili notavit Stephanus. Sic enim Odyss. η, 106. dixit Homerus μακεδνῆς αἰγείροιο, quem locum novit et Henr. Stephanus, cum reliquo commentantium populo intelligens μακρὰν, quomodo etiam intellexit Lycophron scribens Μακεδνὰς ἀμφὶ Κιρκαίου νάπας. Sed certe Homerus potuit quoque intellexisse hoc gentile, ut innuatur populus ex Macedno agro. Certe locum istum videtur respexisse Suidas, quum ponit Μακεδνῆς. An reliqua quæ sequuntur sint eiusdem, vix dixero, nempe Ἴωνες Μακεδονικῆς, ἢ κατ' ἐπίτασιν λίαν κεδνῆς. Ibi prima vox etiam in aliis editionibus depravata, nuper Cantabrigiæ ex editione Mediolanensi et MSS. Parisiensibus bene restituta est, sed ab eo, qui ignorabat quid esset, unde vides illic manere Μακεδονικῆς, quæ nauci non sunt.

472, 49. Διὰ τοιόνδε τι πρῆγμα.] MS. tantum διὰ τοιόνδε πρῆγμα, et vacuum est illud τι.

473, 9. Ἐπεκλήθησαν.] MS. ἐκλήθησαν, perinde ut mox, nec est causa, cur composito nunc uteretur. Sed hic locus est, qui monet attentos esse debere lectores Herodoti et vigiles, non remissos. Audi enim, quid scribere sustinuerit præclarus ille I. Meursius in Regno Attico lib. 1. cap. 13. *Confundit tempora Herodotus; qui Pelasgis regionem possidentibus, Cranaos vocatos dicit, ut Cecropidas postea a rege Cecrope: cum Cranaus tamen, a quo demum Cranaos vocatos certum est, Cecrope posterior fuerit.* His subnectit ipsa verba Herodoti: in quibus, oro te, an ulla mentio est temporis vel prioris vel posterioris? Unde habet illam vocem *postea?* Nulla scintilla eam lectori ostendit. Itaque cavit ab illa aut simili strenue Eustathius in verbis ibidem ab Meursio citatis. Huius fraudis origo et fons igitur est Marcianus Heracleota, etiam istic allegatus, qui ad metrum supplendum compulsus fuit circumspicere voculas πρῶτον et μετὰ, 988 incaute profecto, nec ordo narrationis, quam ponit auctor, quidquam habet commune cum ordine temporis. Itaque, quod his addi debet, in scripto de Regibus Atticis lib. 2. c. 11. citat eadem loca, sed talia crimina Herodoti non disseminat.

473, 45. Οἱ βοηθήσαντες.] MS. οἳ ἐβοήθησαν.

474, 17. Ὡς ἦν νικηθέωσι.] MS. ὡς εἰ νικηθ.

476, 32. Ἔκ τε νηὸς ἐκβῆναι τὸν Εὐρυβιάδεα.] Duas postremas voces ignorat codex optimus.

476, 38. Κορίνθιος στρατηγὸς Ἀδείμαντος.] Ingreditur ergo aliquid Herodotus, quod dubitasse creditur Græcia: sed tamen valde sera sunt, quæ scribuntur ab Dione Chrysostomo in Corinthiaca pag. 456. Vide tamen.

477, 7. Ἀριθμὸν ἐλάσσονας.] Apparet hæc conficta esse ex capite 66. Οὐκ ἐλάσσονες ἐόντες ἀριθμόν. A quibus tamen hæc videntur multum diversa, ut nequaquam conveniant; et longe antefero quod legi in optimo MS. ἐλάσσονα.

477, 11. Ἅμα τῷ ναυτικῷ στρατῷ αὐτ. ἕψεται καὶ ὁ πεζὸς.] Adiungit his quoque MS. στρατὸς. Nec ista repetitio videtur offendisse Herodotum, cuius exemplum quoque dedit cap. 47. Τέρεα ἔτι μείζονα τοῦ πρὶν γενομένου τέρεος.

477, 13. Ἢν δὲ τὰ ἐγὼ λέγω ποιήσῃς.] MS. ποιῇς.

477, 21. Τοῦ καὶ περιέχεσθαι μάλιστα χρεών.] Macte lascivas manus in supplendo, ubi quid videtur deesse, quia veram manum nequeunt assequi. Certe sic oportebat scribi ad integrum sensum, quum iam incepisset Herodotus ita corrumpi, ut in eo exstaret περιέχεσθαι. Id enim factum ex corruptela, quum legatur in optimo MS. τοῦ καὶ περιέχεσθε μάλιστα vocabulo postremo reiecto; quæ quidem patet ex versione mea habere integerrimam sententiam.

478, 8. Ὑπ' ἡμέων αὐτέων δέειν κτισθῆναι.] Quam vacat illa vox tertia? et cur Laurentius eam in versione habuit pro nulla? quum bene posset proferre *a nobis so-*

ſolis. Sed ſcias aliter eam lectori offerri, aliter eam ab Herodoto ſcriptam eſſe, ut teſtatur fidelisſimus MS. αὐτὴν, quod est rectisſimum. In eodem mox legitur συμμάχων τοιῶνδε, non τοιούτων.

478, 27. Νῆα ἀπέστειλαν.] MS. ἀπέστελλον, ut reſpondeat alteri facto, quod antecesſit ἐπεκαλέοντο.

478, 33. Ἰδεῖν κονιορτὸν.] MS. ἰδεῖν δὲ κονιορτὸν. Et mox μάλιστά κου, non κη.

479, 3. Καὶ τῇ κόρῃ.] MS. κούρῃ.

479, 23. Ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέει.] MS. δοκέειν.

479, 34. Τῶν ἐπεμνήσθην.] Ita perſæpe. Attamen MS. τῶν ἐπεμνήσθημεν.

479, 38. Πάντες πλὴν Παριων.] MS. copioſior πάντες οὗτοι πλὴν Παρ. qui etiam paulo ante legebat ἀπίκατο, non ἀπικέατο.

480, 3. Εἰ ναυμαχίην ποιέοιτο.] Suavius in MS. ποιοῖτο.

480, 7. Εἶπε μοι &c.] Mirifice hoc loco MS. in quo legitur εἰπεῖν μοι, et ſtatim ναυίσην γενομένην, itemque ἀποδεξαμένην. Quod quo diutius et attentius ſpeculeris, eo amœnius et iucundius accidet, modo intellexeris aliquid, quod antiquæ linguæ crebro ad huiusmodi infinitivos intellexerunt, ſane varium et multiplex.

480, 28. Σφέας διασκεδᾶς.] MS. διασκεδαῖς, ut ſæpius ſubſcriptum puncto vel penitus expreſſum confunditur.

480, 36. Προδηλήσηται.] Dum accurate conantur viri docti concinnare huius verbi ſignificationem, probant ſe nimium quam inſipidos. Non enim qui alteri est exitio, ille potest dici προδηλεῖσθαι. Verbum enim hoc notat *ante lædere*, ut fatetur Portus, quod qui facit, ille non est utique auctor cladis alicuius, quam tamen idem velut ſecundam notionem attribuit, ac denique hunc locum vertit: *ne navalis exercitus accepta clade pedeſtribus copiis ſit cladis auctor, ſit exitio.* Senſus ſat bonus, at nequaquam convenit Græcis, quæ non patuit Porto et aliis corrupta eſſe, ſed quæ præclare reſtituit MS. προσδηλήσηται.

480, 37. Ἐς θυμὸν βάλευ.] MS. βάλεο.

480, 48. Φθονέοντες αὐτῇ ἅτε ἐν πρώτοισι τετιμημένῃ.] Perquam egregie MS. τετιμημένης, ut ſervetur ſermonis forma, quam inchoavit in proximis, ubi licet præmiſerit in dativo τῇ Ἀρτεμισίῃ, tamen ſubnectit ὡς πεισομένης, perinde in hoc membro. Quin etiam ſolet Herodotus ſic abſolute loqui, non obſervato, qui caſus antecedat. ut c. 90. διέβαλλον τοὺς Ἴωνας, ὡς δι' ἐκείνους ἀπολοίατο αἱ νῆες, ὡς προδόντων. Sic et cap. 108.

481, 12. Νὺξ γὰρ ἐγένετο.] Verba Græca, ſed nec opportunitatem tuentia, et nimis quotidiana et aliter c. 12. MS. ἐπεγένετο, quod huc proprium et unice idoneum. An non hoc imitatur Thucydides IV. p. 129.? qui et p. 123. χειμών τε ἐπιγενόμενος μείζων.

481, 32. Καὶ πλίνθοι.] Hæ geminæ voces non ſunt in optimo MS. niſi in margine, et quidem recentisſimo calamo adſcriptæ. Et posſunt proſcribi. Quid enim quæſo in illis momenti? Posſunt utique vel intelligi ſub multitudine λίθων, et quum hic tempus non fuerit coquinas lateritias inſtituendi, tamen credibile est ab locis, ubi copia eorum erat, advectos fuisſe per illos, qui murum exſtruere conarentur. Particulatim vero ire per omnia ad ſtruendum idonea tempus non patitur.

482, 4. Καὶ Δωριέων μὲν.] Vocula prior abest ab MS. eaque exacta proceſſus ſermonis ac demonſtratio-
989 nis fluit diſtinctior.

482, 5. Αἰτωλῶν Ἠλις.] Cognita ſatis archæologia ex Oxylo, quam commemorant et Ubbo Emmius col. 107. tom. 4. Theſauri Antiquit. Græc. et Erasm. Vindingius ibidem tom. 2. col. 141.

482, 6. Ἐρμιόνη τε.] Nempe voces urbium Græcarum amant ita terminari more fœminino. Sed tamen et recte Herodotus nomen eius profert ſcribens Ἐρμιωντε, ut legitur in MS. Florentino.

482, 11. Ὀρνεῆται.] MS. Ὀρνεᾶται.

482, 18. Οἱ δὲ ἐν Σαλαμῖνι Ἕλληνες.] Vox poſtrema non est in MS. neque opinor nunc magis Herodoto placuit ſubnectere, quam paulo ante agens de Græcis Isthmum obſepientibus.

482, 22. Ἀνὴρ ἀνδρὶ παρασὰς σιγῇ λόγον ἐποιέετο, θώϋμα ποιεύμενος.] MS. ποιεύμενοι.

483, 11. Πάντα τὸν πορθμὸν.] MS. παρὰ τὸν πορθμὸν.

483, 45. Σφέας περιεκυκλοῦντο.] MS. περιεκυκλέοντο.

484, 14. Πλέω ἀγαθὰ τῇ πατρίδι ἐργάσηται.] Citat hunc locum Portus in v. Ἐργάζεσθαι, ut inde illuſtrem ac conſpicuam faciat lectori Herodoteo istam caſus vari etatem inter rem et perſonam, ut 3, 15. Sed fruſtra. Nam MS. clare habet τὴν πατρίδα, et hoc est Herodoteum. 7, 5. 8, 28. et 106. et 108. Vide etiam ad 129, 24.

484, 15. Λέγω δὲ ὅτι.] MS. λέγω δέ τοι ὅτι. Particula commodisſima, ſed per literarum tranſpoſitionem intercepta, ut vides.

485, 8. Ἠώς τε διέφαινε.] MS. δὴ ἔφαινε. Vulgatum nimis arctum et brevis est momenti.

486, 16. Ἐπεὶ γὰρ.] MS. ἐπειδὴ γὰρ.

486, 46. Φάναι σαφῶς.] MS. σαφέως. Hoc certe est Herodoti, et potuit Portus reliquis exemplis apponere huius loci numeros.

487, 5. Αἱ δὲ γυναῖκες ἄνδρες.] Habemus igitur, quem ante oculos habuerit Ennius, quum ſcriberet: *Vos etenim iuvenes animum geritis muliebrem, Illa virago viri.* Quod nec apud Ciceronem lib. 1. Offic. 18., Commentatores, nec apud Ennium Columna bene vidit.

487, 27. Τοιοῦτον μισθὸν.] MS. τοιόνδε, ut ſæpius.

487, 29. Αἰγινέη νηῦς.] MS. Αἰγιναίη, ut c. 92.

487, 33. Ἀπέβησάν τε.] Quod nemo non videt abſurdum eſſe. et ipse Valla vertit, quod exſtat in MS. ἐπέβησάν τε.

487, 37. Πᾶν αἰτιώμενος.] Aliter Valla nunc quoque, et plane id ipsum quod exſtat in MS. πάντας. Id quod notatum quoque est ab Th. Gale.

489, 7. Ἀποστρέψαντες τὴν νῆα.] Ut hoc ipsum est perobſcurum, ita etiam vix patet, quid in vertendo ſequutus fuerit Valla, dum ambigue ſcribit *converſa navi*, unde nequaquam diſtinxeris, utrum intellexerit celocem, an vero navem Adimanti: quia tamen iunguntur facto Adimanti, certe intellexit Adimantum convertisſe navem ſuam et ad Græcos venisſe. Quod plane vult codex optimus, dum exhibet ἀποστρέψαντα, omnino ſcilicet Adimantum.

489, 16. Οἱ πολλοὶ παρατετάχατο.] Media vox non est in MS. Quid enim huc adfert? Certe nec agnovit Valla. Immo an non ſatis præcesſit πολλοὺς τῶν ὁπλιτέων?

489, 21. Κατερρύσαντες.] Portus plura in hoc verbo dixit, quam ut citari queant. Sed MS. κατειρύσαντες, quod addes collectaneis ſub num. 391, 44.

489, 37. Ἐπελάσαντος βασιλῆος.] Quamdiu Xerxes ἐπέλασε, non tetigere remi eius Coliadem; ſed quidem nunc, hoc est, debellato, propulſato, et coacto fugere. Itaque præclare MS. ἀπελάσαντος.

489, 42. Ἀπολέσθαι κινδυνεύσαι.] Ferri nequit hæc lectio, quum ſicut præcedentia verba in ſubiunctivo fuerunt, δείσας μὴ ὑποθῆται, aut νοήσωσι, ſic quoque ſubnecti debet κινδυνεύσῃ, quod liquide legitur in MS. Sed et quod iunctim ſequitur, ſcribe ὄρησμὸν ἐβούλευε, non ἐβούλευσε.

489, 50. Παρεσκεύασο.] MS. παρεσκεύασαι.

490, 9. Τοσοῦτοι ἵπποι τε καὶ ἄνδρες διεξᾶσι κατὰ ἡμερησίην ὁδὸν ἑκάστην τεταγμένοι.] Uranie, Uranie Herodotea, qualis fuisti antehac, et qualis fores posthac, niſi ab Florentia puram tibi aquam ferrem! Patet enim hinc inopia Briſsonii in libro primo regni Perſarum pag. 147. hunc locum ad verba fideliter deſcribentis, ſed nihil explanantis, nec oſtendentis ab ſe bene intelligi, tantum poſita leni diſtinctione post verbum διεξᾶσι, quam in editionibus non video. In quo tamen propter tempus ferri ea res potest. Sed eum ipsum locum ita male deſcriptum ab Stanleio ad Æſchyli Perſas pag. 763., et Herodoto iunctum Xenophontem cum Ioſephi iisdem verbis ac Suidæ (omnia Briſsoniana) aſpicere certe nauſeam parat. Nec vero circa difficultatem ſententiæ hæreo, ſed turbor non adſequens, qui hæc adeo correpta ſint. Nam quanto ad indolem Herodoti excellentius legitur hæc notatio in MS. τοσοῦτοι ἵπποι τε καὶ ἄνδρες διεξᾶσι, κατὰ ἡμερησίην ὁδὸν ἑκάστην ἵπποι τε καὶ ἀνὴρ τεταγμένος. Nullus opinor hunc locum ita intellexit; quippe ex vulgato ut et ex interpretatione nihil colligas niſi totidem equos, quot homines, per certa intervalla ſtationem habentes; quæ intervalla Herodotus exprimit eligitque diurna. Ergo quia ſingulo diurno ſpatio deſtinatus est homo unus, idcirco et equus unus citato curſu diem conficere debet. Quod nec credibile est, et ſi credi oportet, quoniam Herodotus in corruptis exemplaribus ita dicit, me arbitro fa-
tue priores editores id ſibi potuerunt imaginari, præ- 990
cipue Valla, tanti mendacii deſcriptionem adeo accurate exſequens. Miror eos, qui circumciſionem, Chronologiam et alias offucias tam perdite tractaverunt, non hic mendacem Herodotum poſtulaviſſe. Profecto quidquid id est, de diurno ſpatio et equo et homine, multum imminuitur ita feſtinatio curſus; quæ eadem augetur contra plurimum, ſi homo iste diei uni datus in paucas horas mutare equum posſit, plane ut nunc fieri ſolet. Nolo enim cogitare, quum dicitur ad diei unius viam quamque equi et

vir deſtinatus, etiam intelligi poſſe vehicula, ſi non in omnibus, ſaltem in quibusdam ſtathmis collocata, ad quæ requiritur vir et plures equi in horas certas mutati, ſed innuit equitationem nudam.

491, 26. Ἐπὶ συμβουλὴν μεταπέμψασθαι.] Notavit ſane Portus, et hunc et ſequentem locum in voce Συμβουλὴ, ſcilicet prout ſcire potuit. Sed nunc ſcias legi in optimo MS. ἐς συμβουλίην μεταπ.

491, 31. Ἀποπειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου.] Id quoque defenditur multis ab Porto exemplis, quum tamen legatur in MS. ſimpliciter πειρᾶσθαι.

492, 14. Τῇ συμβουλῇ.] Est hoc alterum exemplum huius vocis: ſed ut iunctum priori, ita pari firmitate teſtatur præclarus MS. ab Herodoto ſcriptum eſſe τῇ συμβουλίῃ.

492, 20. Παῖδες οἱ συνεἵποντο.] MS. συνέσποντο, quod verbi istius inſtar adhibet ubique auctor.

492, 25. Τοιόνδε φέρεται πρῆγμα γίνεσθαι.] Truncatum Herodoteum, et egregie MS. συμφέρεται. Satis patet Æm. Portum nequiviſſe uti hoc exemplo in v. Συννενείχθη, ubi colligit exempla huius uſus verbi συμφέρεσθαι infinita ex auctore noſtro, ut ſcias ipſius eſſe.

492, 29. Δὶς ἤδη ἐγένετο.] Immo τρὶς, ut notavit lib. 1., quem numerum quum ſervet etiam Strabo lib. 13., Cauſaubonus iubet hoc loco corrigere τρὶς, in qua re nondum illi potui parere.

493, 7. Κομίσας τοὺς παῖδας.] MS. κομίσας τοὺς οἰκέτας. Quomodo videtur legiſſe interpres, nec opinor alio modo ſcripſiſſe Herodotum. Omnem enim familiam tranſtulit Panionius, unde πανοικίῃ eum postea περιλαβεῖν dicitur Hermotimus. Adde caput 109.

493, 34. Διαφυλαξούσας τὰς σχεδίας πορευθῆναι βασιλῆα.] Non est hic quartus caſus vitioſus, ſed languidus et inamœnus; multoque robuſtior erit dativus βασιλεῖ, prout legebam Florentiæ, et maxime probo.

494, 10. Στρατιὴ διαφθερέεται.] Sic a vulgo formatum iri hoc tempus reor equidem; ſed est adhuc aliud, nec minus probabile, nempe διαφθαρέεται, quod exſtat in optimo MS. Nunc editores primam literam gravati ſunt, et hinc ablatam repoſuerunt in voce γ'. 39. mira perverſitate.

494, 18. Ἐς ὃ ἔλθῃ.] MS. ἔλθοι.

494, 34. Νέφος τοσοῦτον ἀνθρώπων ἀνωσάμενοι.] Quæ hic arena ſine calce? Remedium quærunt editores ab parentheſeos nota, quæ tota est eorum, non Herodoti. Quid? an ille ἄνδρας vocat, quos verſu antecedente dixit ἀνθρώπους? Videant hoc factum ſuum et exſultent. Res ipsa dicit νέφος ἀνθρώπων bono ſenſu dictum esſe de Græcis, et exputa, quanto commodior ſit ſententia, ſi legas: Ἡμεῖς δὲ εὕρημα γὰρ εὑρήκαμεν, ἡμέας τε αὐτοὺς καὶ τὴν Ἑλλάδα, νέφος τοσοῦτον ἀνθρώπων, ἀνασωσάμενοι, μὴ διώκ. Ut ſolet interdum γὰρ interius in periodum revocare. Ἀνασωσάμενοι vero clare legitur in MS.

494, 39. Ἐμπιπράς τε.] MS. ἐμπιπρείς τε. Cæterum citat hæc ipsa Stanleius ad Æſchylum pag. 777. Non tamen ut norit hoc participium.

494, 46. Παντελῶς ἀπελάσας.] Scilicet hoc unum deerat, ut quum congeſerit Portus quatuor loca, per quæ teſtatur παντελέως esſe verbum Herodoteum pro communi παντελῶς, hunc unum locum pergeret deiicere ad quasdam communitatis ſordes. Scito, bone lector, exſtare plane in optimo MS. παντελέως, quod probavi.

495, 1. Ὑποθήκην μέλλων ποιήσεσθαι ἐς τὸν Περσέα.] Ὑποθήκη est admonitio, conſilium, certe utplurimum in Herodoto (neque etiam hic cogitare licet de pigneraticio negotio) ut inde extricare ſenſum verum non queas. Conatur tamen ſollicitus mire Æm. Portus ita ſcribens [Animo ſibi apud Perſam ſubſidium comparandi. Æ. P. V. S. admonitionem facturus ad Perſam 1. cum Perſam de ſuo in eum beneficio collato monere ſtatuiſſet. Hoc ex ſequentibus patet. Si Vallæ verſio bona est, dicemus ὑποθήκην iam vocari ſubſidium, quod ſibi quis parat beneficio in aliquem collato, et apud ipsum quodam modo repoſito, ut ſervetur. Quod obſervatione dignum, quia præter tritas ſignificationes uſurpatum] Miſera prorſus. Unde acrior H. Stephanus nihil de his verbis citatis in Theſauro ponit, niſi ſibi ſuſpecta esſe. Et merito. Nam omnino ſcribendum est ex MS. ἀποθήκην. Neque vero dubium esſe potest, quin hic locus ſit, unde apud Suidam coeinnata ſunt hæc verba: Ἀποθήκην· ἀντὶ τοῦ ἀποσροφὴν. Φίλιστος. Bene, quod ſilent.

495, 12. Ἐς πᾶσαν βάσανον ἀπικομένοισι.] MS. ἀπικνεομένοισι. Ter ab isto verbo incipit Portus novos loculos congerere, et ter post pauca de verbo ἀπικνέομαι dicta relabitur ad derivata verbi ἀπίκομαι neſcio cur? quum ſatis ſæpe hoc ipsum ἀπικνέομαι placuerit Herodoto.

495, 33. Πειθώτε καὶ Ἀναγκαίην.] Has duas habes itidem iunctas, ſed ex adverſo in Simmiæ Rhodii 991 Alis.

495, 38. Γεωπείνας ἐς ταμάλιξα ἀνήκοντας.] Sic est: habet Portus diligenter comportata, unde pateat Herodoto placuisſe istud ταμάλιξα. Sed an ideo non perinde bene legitur in optimo MS. ἐς τὰ μέγιξα? Sic quidem et in fine huius libri, τοῖσι ἡμέας ἀναγκαίως ἔχει τιμωρέειν ἐς τὰ μέγιξα, vel ταμέγιξα.

495, 48. Διὰ τῶν αὐτέων ἀγγέλων χρεώμενος λόγοισι τοῖσι καὶ πρὸς Ἄνδριους ἐχρήσατο.] Incredibile quantum infuſcatus locus. Nullos enim nuncios in præcedentibus legitur ad Andrios miſisſe Themiſtocles, ſed ipsum popoſcisſe nummos προϊσχόμενον eos ſermones, quos audivimus. Deinde abundantia est longe ineptisſima, ut is, qui paulo ante dixit, Themiſtoclem ad alias inſulas miſisſe ἀπειλητηρίους λόγους, nunc paucisſimis verbis interpoſitis, dicat eum χρεώμενον λόγοισι τοῖσι καὶ πρὸς Ἄνδριους ἐχρήσατο. Quis enim tam fatuus est, ut non ſponte intelligat eosdem vel certe ſimiles adhibitos fuisſe ab eo ſermones in tali negotio, quod totum erat minax? Quin et vide, quantopere hinc abeat MS. in quo tamen videtur reſidere vera manus Herodoti. διὰ τῶν αὐτέων ἀγγέλων χρεωμένους τοῖσι καὶ πρὸς βασιλέα ἐχρήσατο: Sic certe ipse ex eo notavi, et ſtatim in eo maxima lux. Nulli enim fuerunt nuncii ad Andrios, et fatua manus illos huc adduxit, ubi non erant neceſsarii, quum omiſsi ſint, ubi debuerant allegari, ſi fuisſent. Eadem ista laſcivia interpoſuit quoque vocem λόγοισι. Sed notat Herodotus Themiſtoclem in imperandis his pecuniis uſum esſe Sicino, quem in animo habebat locupletare, ſicut etiam locupletavisſe in ſuperioribus dixit; ad quam rem poterat inſervire hæc curatio. Itaque adhuc abundat in lectione codicis Medicei vox χρεωμένους· qua deleta ſunt nitidisſima omnia.

496, 12. Διέφυγον τὸ στράτευμα.] MS. ſimpliciter ἔφυγον.

496, 15. Χρήματα παρὰ νησιωτέων ἠτέετο.] Hoc vulgatum, atque ipſi Herodoto aliquoties uſurpatum; non nego. Quod ſi nihil aliud quam exegisſet Themiſtocles, quæ inde ad ipsum et Sicinum venisſent lucra? præſertim ſi detrectasſent dare, ut Andrii? Inſuper quanto vilius ad lectionem aurei codicis MS. ἐκτέατο? Ne dubita igitur; obtinuit et posſedit inde Themiſtocles lautitias.

496, 19. Ἀνωρίην εἶναι.] Præclare MS. ἀνωρίῃ. Neque enim verbum ἔδοξε refutat primum caſum.

496, 22. Ὡς δὲ ἀπίκετο.] MS. ἀπίκατο. Et hoc melius.

496, 30. Ἐκ δὲ τῶν ἄλλων συμμάχων.] Vox quarta non est in MS. Et ipsa ineptia ſua vel maxime patula oſtendit in loco iniquo ſe ab ineptis esſe poſitam, quia ἄλλοι nequeunt alii intelligi, quam σύμμαχοι, et σύμμαχοι non alii quam ἄλλοι, ut plane alterutram vocem facile conviceris falſi.

497, 17. Ἐπιλαβὼν δὲ λοιμὸς τότε.] Inanis prorſus et ſupervacua est illa in fine adpoſita qualiscunque notatio temporis. Itaque peroportune legitur in optimo MS. ἐπιλαβὼν δὲ λοιμός τε τὸν στρατὸν καὶ δυσεντ. Nihil pote melius.

497, 20. Ἵνα ἑκάστοτε γίνηται.] MS. γίνοιτο.

498, 2. Διεχρέετο.] MS. διεχρᾶτο.

498, 10. Τριήρεϊ.] Quam ridicula hic eiecit Stephanus! quam ignarus veri in hoc loco fuit? An non ſtultitiam ipse ſuam aperit, dum interpretationem Latinam exarans [triremi auro intertexta, vel ut alii, triremi inaurata] damnat mox dicendo [certe *intertexta* improprie hic diceretur] Quanti commenti ſe reum facit, quum addit [At Valla τιάρῃ legit pro τριήρεϊ.] Immo, quod dubitari nequit, iste legit τιήρεϊ, ut est ſcriptum in optimo illo Mediceo, quem is fortasſe ſub oculos habuit.

498, 16. Ἔοικε ἐμοὶ.] Eximie et attente optimus MS. οἷκε ἐμοὶ.

498, 35. Πρότερον εἴρηται.] MS. πρότερόν μοι εἴρηται.

499, 8. Ἀκροβίνια ἔπεμψαν.] MS. ἀπέπεμψαν. Et mox δυωκαίδεκα, non δυώδεκα.

499, 9. Ἀνδριὰς ἔχων ἐν τῇ χερὶ ἀκρωτήριον νηὸς.] An potest clarior explicatio dari talium vel ſtatuarum vel brachiorum, quæ multiplicia occurrunt in nummis antiquis et monumentis et ipso Homericæ conſecrationis ære, de quo agit Raph. Fabrettus ad Column. pag. 347., quum et illic fingatur Ulyſses conſecravisſe tale apluſtre, memoriam ſuæ navigationis

nis in exitu felicis, ubi et ipse et alii varia cogitant.

499, 21. Τοῦ Κροίσου.] MS. τοῦ Κροίσεω.

499, 25. Διενέμοντο τὰς ψήφους.] MS. διένεμον.

500, 8. Ὡς διὰ τὰς Ἀθήνας ἔχει.] Multo melius in MS. ἔχοι. Sed et ſtatim voces duæ ἐνέκειτο καὶ abſunt ab eodem libro.

500, 14. Ταῦτα μέν νυν.] Idem MS. voculam poſtremam non agnoſcit.

500, 17. Στρατοῦ ὃν Μαρδόνιος ἐξελέξατο.] Mirus est in vertendo Valla, quum dicit ab illo regem deductum *iis ſexaginta millibus, quæ ſibi Mardonius delegerat.* Ergo caruit tanto numero Mardonius ex 300. millibus. Quod quomodo probaverit? Atqui in optimo illo MS. clare ſcribitur στρατοῦ τοῦ Μαρδ. quod veriſimum est. Ex eo exercitu, unde ſua millia elegit Mardonius, erant quoque hæc ſexaginta millia. Immo et Thom. Gale ſcribit [codex Arch. melius τοῦ Μαρδ.] plane pari modo: et lætor. Sed quo ſenſu? Pergit ſcribere [*exercitus quem ſibi elegerat.*]

992 500, 19. Ὡς δὲ ὁ μὲν ἦν ἐν τῇ Ἀσίᾳ.] Verbum ſubſtantivum ignoratur ab MS. elegantiſſime quidem. Quid enim perfectius hac periodo? Ὡς δὲ ὁ μὲν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὁ δὲ ὀπίσω πορευόμενος κατὰ τὴν Παλλήνην ἐγένετο

500, 35. Κριτοβούλῳ Τορωναίῳ ἐπιτροπεύειν.] Vocem ſecundam ignorat liber MS. Sed caſtiſſima Urania, quid deinde in tuo gremio geſtaviſti? An ex Herodoti manibus accepiſti Κριτοβούλῳ ἐπιτροπεύειν? Hoc enim est, quod monſtras accedentibus. At quæſo te, an ullus qui accepit, teſtatus fuit ſe intelligere? an tu intellexisti? an hæc ſunt placamenta ingenui animi, qui memoriæ rerum antiquarum operam ſuam præbet? Quomodo vertit Valla? *Critobulo Toronæo tradidit, a genere Chalcidenſi.* Sed et in ſermone Italico *la citta poi quaſi deſerta dono a Critobolo da Calcide, a queſto modo ottennero i Calcidieſi Olyntho* &c. At quid lucri inde ad hiſtoriam, ſi noveris originem generis in hoc Critobulo? An ex eo dependent fata univerſa urbis? tum an hoc ſignificant Græca, ut ita Vallam ſimul Portus, ſimul Stephanus tueantur? Longe aliter exiſtimavit Ubbo Emmius V. C. in libro 5. veteris Græciæ ſcribens *Olynthus ab Artabazo Perſa expugnata et Chalcidicis tradita* &c. Agnoſcis magnam differentiam, et debuit vir ille doctiſſimus aliquid perſpexisſe veritatis fœdum in modum abſconditæ; quæ quum tibi præſertim placet, revertere ad eam ſubſidio præſtantiſſimi codicis Medicei, in quo legitur παραδιδοῖ Κριτοβούλῳ ἐπιτρέπειν καὶ τῷ Χαλκιδικῷ γένει, *tradit eam Critobulo, ut etiam præbeat* (vel habitandam indulgeat) *Chalcidicæ nationi.* Ita ſequitur commode, quod ſubnectit; quomodo corriges quoque interpretationem huius editionis nimis aberrantem. Nempe Critobulus tum alios in eam recipere potest, tum particulatim monetur Chalcidenſibus in ea regione habitantibus eam aperire.

501, 5. Παρῆν δὲ — συμμαχίη.] MS. παρῆσαν, quem numerum in verbis amat Herodotus collectivis nominum vocabulis apponere.

501, 32. Οὕτω ἔπρηξαν.] Hæ voces nullæ ſunt in MS. Et videtur perquam commoda relationis præcedentis terminatio οὗτοι μὲν οἱ προπέμψαντες βασιλῆα, nempe tam pauci manſerunt ſuperſtites, et quum nec illic manere, nec traiiciendi in Aſiam haberent copiam, redire debuerunt in Theſſaliam, peræque occidendi ac commilitones perierant.

501, 33. Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς.] Hanc quoque vocem ultimam expellit MS. ut rurſum in principio capitis proxime ſequentis. et 9, 95. dicuntur οἱ τοῦ ναυτικοῦ στρατηγοί. Et toties iam in antecedentibus ὁ πεζός, etiam mox rediens. Quin etiam vox ista huc non convenit. Neque enim claſſiarius exercitus transfretavit alias pedeſtres copias, ſed nautæ et claſſiarii.

501, 41. Συνῆρχε δὲ τούτοισι.] MS. δὲ τοῖσι.

502, 6. Εἴ τι δύναιντο.] MS. εἴτι δυναίατο, quam ſuave!

502, 17. Τοῦ Εὐρυφῶντος, τοῦ Προκλέος.] Accuratiſſimus Vindingius in Hellene notat hinc medium ab Herodoto omiſſum eſſe τοῦ Σώου, quem retinuit Pauſanias, unde etiam eum memoravit Cragius lib. 2. cap. 2.

503, 17. Κατεκοίμισε ἐς Ἀμφιάραον.] Quid dici potest ſordidius? Hoc tu concoquis, ſplendidiſſima Uranie? At tuum est ἐς Ἀμφιάρεω. Hoc tu in mentem dederas Herodoto. Hoc caſtigatiſſima membrana Medicea fideliter ſervavit. Et quid elegantius?

503, 18. Ἐκέλευέ σφεας.] MS. ἐκέλευσε.

503, 31. Ἕπεσθαι οἱ.] MS. ἕπεσθαι δέ οἱ.

503, 49. Τῆς Φρυγίης ἐδόθη Ἀλάβανδα πόλις μεγάλη.] Quum Stephanus de Urbibus mentionem urbis Alabaſtrorum in Phrygia teſtatus eſſet ſe habere ex Herodoto, et Salmaſius in Plinianis pag. 559. negaviſſet in Herodoto exſtare, Holſtenius eam citationem ad hunc locum referebat, ut ab Stephano olim hic lectum fuerit Ἀλάβαστρα. Ego nihil varietatis annotavi ex libro vetere, et mira ſunt fata nominis auctoris noſtri. Voſſiano exemplari adſcriptum est male Stephanum legiſſe videri Ἀλάβαστρα.

504, 13. Τὰ χρηστήρια ταῦτα οἱ προλέγει.] MS. προλέγοι, ut ſimilis mutatio modi, et pariter polita, occurrebat nuper.

504, 27. Ὅκως δὲ ὀπτῷτο.] MS. ὀπτῴη.

504, 34. Ἔφασαν δίκαιον εἶναι ἀπολαβόντας.] Sic certe ſcriberet quilibet circumforaneus, cui maximum Herodotum et multo ipſis meliorem varii comparaverunt. Cæterum dicit unicus codex Florentiæ eum ſcripſiſſe ἀπολαβόντες, ut non conſtruatur cum infinitivo. Et ſimile acciderat lib. 1, 63. et 6. in fine cap. 61., quod vide.

504, 41. Εἶπας τάδε.] MS. εἶπας τάδε ὦδε. Non inutili augmento, ſi diſtinxerimus εἶπας τάδε, Ὧδε δεκόμεθα. *Hoc modo accipimus*, ut paulo infra ὦδε ἐγεγόνεε. Sed ubi videbis fidem libri veteris 9, 28. Ἐτάσσοντο ὦδε οἱ ἐπιφοιτῶντες.

504, 44. Ἀρυσάμενος ἐκ τοῦ ἡλίου.] MS. ἀρυσάμενος τοῦ ἡλίου. An dubitas? Antoninus Liberalis cap. 19. ex Bœo ἠρύσαντο τοῦ μέλιτος τῶν μελισσῶν. Plutarchus in Oraculor. defectu de Lebadia, ἄρύσασθαι μαντικῆς. Et ſæpiſſime alii.

504, 45. Οἱ μετ' αὐτοῦ.] MS. οἱ μετ' ἐκείνου.

505, 15. Ὧδε ἐγεγόνεε.] MS. ὦδε ἐγένετο, ut istud postea ſequatur amœnius.

505, 39. Εἴπερ εὖ φρονέοιτε.] MS. εἴπερ εὐφρονέετε.

505, 43. Ἀλλὰ καταλλάσσεσθε.] MS. ἀλλὰ καταλύσασθε. Omnino recte. Sic enim ſolet repetere et quaſi iterato ſtudio aſſumere idem verbum, ut 9, 56. verbum ἀνέμενε. Habet quoque codex Arch. apud Th. Gale.

505, 48. Περὶ μὲν εὐνοίης τῆς πρὸς ὑμέας.] Sic quum 993
loquatur hic Alexander, immo etiam pergat addere οὐ γὰρ ἂν νῦν πρῶτον ἐκμάθοιτε, ut ſic iste potuerit tunc Athenienſibus imputare multa benevolentiæ documenta, audire vellem, qui ista intellexerit Dion. Petavius, qui locum hunc diligenter excutiens in Paralipomenis pag. 849. ſuſtinet exiſtimare Alexandri patrem Amyntam adhuc vivere, ſed mox mori, quia nunc tantum vocat ἄνδρα Μακεδόνα, at 9, 43. στρατηγὸν καὶ βασιλέα Μακεδόνων: inter hæc ergo quæ nunc narrat, et quæ ſcribuntur libro nono, media intercurrit mors Amyntæ. Et quomodo igitur ſic Athenienſibus coram iactitare potuit ſuam benevolentiam, eamque non tunc primum ab eis cognoſci, ſed varia data fuiſſe experimenta multo ante, quum nec regnaverit; nec Macedonia tanti fuerit, ut iure potuerit ſic gloriari. Certe non ſatis ex aperto et ſimplici tacet non ſine celandi ſtudio, mox rurſus ipsum Alexandrum illum confiteri Εἰμὶ δὲ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών.

506, 3. Ἐνώρων τοῦτο ἐνὸν ὑμῖν.] Et quare hoc participium ἐνὸν invidit præcedentibus, ſi iudicavit id nunc, ubi prorſus eadem est conſtructio, adnecti debere? Et ſanequam miror Portum in verbo Ἐνωρᾶν conduxiſſe utraque hæc membra, et tamen varietatem istam nullo verbo proſequi. Atqui legitur hæc pars ita in optimo MS. τοῦτο ἐν ὑμῖν. Prioris autem partis conſtructio est 1, 89. ὅτι οἱ ἐνορῶν ἐν τοῖσι ποιευμένοισι.

506, 5. Ἔχων λόγους τοιούσδε.] Plane hæc verba mox ſequuntur c. 143. At nunc in MS. τούσδε.

506, 41. Ἄλλως τε τουτέων ἁπάντων αἰτίους.] Videtur aliquid moleſti his ineſſe. Unde quum ſatis lævus in interpretando fuiſſet Valla, Stephanus correxit ita: *Adde quod Athenienſes, qui horum omnium autores extiterunt, primos ex Græcis iugum ſervitutis ſubire, res est profecto intoleranda*, ut legerit ἠγεῖσθαι δουλοσύνης. Quod ut nulli placere potest, ſic nec Ubboni Emmio, qui ſic exprimit: *vos eius præcipuæ auctores fuiſtis, et in hæc incommoda intentatamque ſervitutem Græcos coniecistis. Res nullo modo toleranda.* Nihil ex his ſatisfacit.

506, 43. Αἰεὶ κατὰ τὸ πάλαι.] Non est Græcum, et enervatus est ſermo. MS. αἰεὶ καὶ τόπαλαι.

506, 46. Καρπῶν ἐξέρησθε.] MS. ἐξερήθητε. Id habet Latina verſio.

507, 20. Τῇπερ καὶ νῦν ἔρχεται.] MS. τῇ καὶ νῦν ἔρχ.

507, 45. Τὸ Ἑλληνικὸν ὅμαιμόν τε.] MS. τὸ Ἑλληνικὸν ἐὸν ὅμαιμόν τε.

507, 48. Ὧν καὶ προδότας.] Copulativa nec locum hic habet, nec ab MS. agnoscitur.

508, 16. Ἐς τὴν Βοιωτίην.] Post hæc etiam MS. subiungit eadem verba, quæ initium faciunt libri 9. οἱ μὲν ταῦτα ὑπὸκριναμένων Ἀθηναίων ἀπαλλάσσοντο ἐς Σπάρτην.

JACOBI GRONOVII NOTÆ ET OBSERVATIONES

In librum nonum

HERODOTI.

509, 27. Ἅπαντα τὰ κείνων ἰσχυρὰ βουλεύματα] Vocabulum ἰσχυρὰ, in plurimis ab Herodoto adhibitum, tamen nunc non exstat in MS. et magnopere egreditur Valla augens ad *validissima*, qui etiam nescio unde petierit verbum *occupabis*, quum Herodotus innuat, *sine labore omnia eorum consilia opprimes* et coërcebis.

510, 13. Ἐς τὴν ὑστεραίην.] Satis vexavit se in leniore huius loci interpretatione Æm. Portus et docendo ὑστεραῖος poni, pro quo usitatius sit ὕστερος. Atqui Mediceus ille fidelissimus MS. habet clare ἐς τὴν ὑστέρην.

510, 44. Ἐς τὴν Βοιωτίην ἐλέγετο εἶναι.] Vidi similia in his libris, et aliqua notat etiam Portus. Sed an non monile hoc videri potest ex inferiore huc elevatum? Utique legit optimus MS. ἐν τῇ Βοιωτίῃ.

511, 1. Περιεῖδον ἐσβαλόντα.] MS. ἐμβαλόντα.

511, 4. Προεῖπε τε.] Stolida orationis inclinatio, quæ ferri nequit. Nec eam secutus est Valla, sed quasi legeretur προειπόντας. At ille supinum istud collegit ex eo, quod et ipse vidit in antiquo scripto legi προεῖπαί τε, prout exstat in Mediceo.

511, 28. Τὸ μὲν ἡμέτερον οὕτω ἀκρίβηλον.] Præclare in his consummata est Græcismi concinnitas, et magis etiam, si verbum νέμεται quoque abesset. Passim quippe sic occurrit τόγε ἐμὸν et similia, in perfecto plane sensu. Hinc est, ut opiner omnino venisse ab Herodoto, quod legitur in Florentino MS. τὸ μὲν ἀπ' ἡμέων οὕτω ἀκρίβηλον ἐὸν νέμεται, ut infra mox dicet τὸ παρ' Ἀθηναίων. Huc etiam declinat codex Arch. ex quo propinat Th. Gale eandem fere lectionem, nisi quod omittat ἐὸν, et ponat οὕτως, utrumque credo per negligentiam.

994 512, 13. Χίλεος οὐνόματι.] Abest postrema vox ab MS.

512, 15. Τῶν ἐφόρων ἕνα ἐπύθετο] Mirari licet, cur, quum ex uno ephoro dicatur rescivisse, cur, dico, non cum illo colloquatur. Sed ad furcas damnanda est vox tertia, quæ nec in MS. apparet, et sane absurdum quoque foret, si velut arcanum emanavisset ex uno forsan ephororum; nec eam agnovit interpres.

512, 16. Ἀκούσας δὲ ταῦτα.] Hæc quoque postrema vox non exstat in MS.

512, 18. Ἀθηναίων ἡμῖν ἐόντων μὴ ἀρθμίων.] Notavit Portus ad Suidam hunc locum ab ipso citari in v. Ἀρθμία, sed ut dicat μὴ ἐόντων ἄμμιν ἀρθ. Quod reponi debet inter specimina licentiæ, quam quilibet censuit sibi datam esse formandi citationes Herodoteas ex lubitu et arbitrio.

512, 24. Ἐν φρενὶ λαβόντες τὸν λόγον.] MS. ignorat voculam ἐν. Eximie. Vide Portum in φρὴν et νοὸς.

512, 44. Ἐπὶ τῆς ἑωϋτοῦ ἕκαστος.] MS. ἐπὶ τὴν ἑωϋτοῦ ἕκαστος.

513, 30. Πρὶν μέν νυν πυθέσθαι.] Voluerunt distare hunc locum ab illo qui mox sequitur πρὶν ἢ . . ἐμβαλεῖν. Sed invito Herodoto, ut docet optimus MS. in quo est πρὶν μέν νυν ἢ πυθέσθαι, ut 6, 22. πρὶν ἢ ἀπικέσθαι, quæ utraque addi debent collectaneis Porti in v. Πρινὴ.

513, 42. Ὡς τε καὶ ὀλίγους.] In MS. media vox non legitur.

513, 45. Μαρδόνιος μὲν δὴ οὕτω.] Vox postrema non est in MS.

514, 2. Ἵππος προσελθοῦσα κατιππάσατο.] Vides ut interpretatus sit Valla. Id non placuit Porto, qui cum eo quidem scribit προελθοῦσα (ex versione enim patet Vallam ita legisse) sed interpretari velit *equitatus vero progressus agrum Megarensem perequitavit.* Postremum clare dicunt Græca. Sed equitatum non opinor solum vagari iussisse Mardonium, sed quum is comitaretur peditem, sic perequitavit istum agrum. Certe MS. nihil mutat in verbo προσελθοῦσα, nec causa est.

514, 5. Μαρδονίῳ ἦκε ἀγγελίη.] An suppositum est hoc verbum ab iis, qui voluerunt apparere in promptu esse Herodoto copiam et varietatem, ne iam uteretur eodem verbo quo tantum quod usus fuit? Certe MS. iterum habet ἦλθε.

514, 17. Ὁκοῖόν τι ἐθέλει.] Suavius in MS. ἐθέλοι.

515, 17. Ἐμηδίζον γὰρ μεγάλως] MS. ἐμήδιζον γὰρ δὴ σφόδρα.

515, 21. Δοκιμώτατος.] MS. δυνατώτατος. Etiam mox ἀπίκατο, habet idem liber, non ἀπικέατο.

515, 23. Σφέας ἀπ' ἐωϋτέων.] Hic Græcus sermo non exprimit Latinum *seorsum*, sed quidem ἐπ' ἐωϋτῶν, quod ipsum legi *in MS.* nec aliter diximus 469, 34., ubi, ut puto, citavimus et Portum in ἐπ' ἡμέων.

515, 17. Νῦν ὦν ἄνδρα.] Ratiocinationis proprium et bene nectens consequentiam sermonis. Sed ea hic non quæritur. Potius proposito periculo et certissimo et præsentissimo exclamare videtur velle et edere quales debeant esse. Unde iustissimum patet esse, si credideris vocem mediam non esse ab Herodoto, qui virum militarem irritatum voluit exprimere, quoniam non exstat in optimo MS. Statim veniet locus, ubi maior erit eius commoditas, etsi inde videatur traiecta ab imperitis.

515, 44. Πάντη συγρέψαντες.] Notavit hunc locum Æm. Portus, ut doceret hic intelligi *cum se ipsos conglobassent, facto globo*, quum id demum notetur per verbum sequens πυκνώσαντες: nunc tantummodo agitur de modo, quum adversi starent, corporum ponendorum vel ad cautelam vel ad vim repellendam, nempe πάντη σρέψαντες, ut testatur liber MS. quum vellent orbem volvere.

516, 9. Οὐ νικήσετε σῦτε ἐμὲ.] MS. præclare οὔτε ὦν ἐμὲ. Sic in medio aut fine periodi habes eam voculam 1, 132. Ὑποπάσας ποίην . . ἐπὶ ταύτης ἔθηκε ὧν πάντα κρέα. 2, 39. Οἱ δὲ φέροντες ἐς τὴν ἀγορὴν ἀπ' ὧν ἔδοντο.

516, 26. Πέμπει ἐπ' αὐτοὺς.] MS. ἐς αὐτοὺς. Nam et hæc particula habet vehementiam et iram.

517, 8. Τέλος τοιόνδε ἐγένετο τῆς μάχης.] MS. ἐπὶ τῆς μάχης. In qua erudita certe loquutione est allusio ad verbum ἐπιγίνεσθαι, sed quod disolvit, et quum dicere debuisset ἐπεγένετο τῇ μάχῃ, prout loquitur 7, 175. in fine, ita maluit nunc mutare.

517, 18. Τύπτοντες δὲ ἐς τὸν θώρηκα αὐτοῦ.] Vox postrema non legitur in MS. et omnino est supervacua.

517, 20. Παλεῖ μιν ἐς τὸν ὀφθαλμὸν.] Ita interdum usu venit, ut loquerentur sine distinctione, utrum dexter, an sinister foret. Suetonius Iul. c. 68. *Scæva excusso oculo transfixus femore et humero.* Etiam nihil habeo, quod promam ex Florentia; forsan ideo, quod oculi tunc mei fuerunt sopiti. Sed tamen perexcellens est, quod ex codice Arch. attulit Cl. Thomas Gale, nempe in eo legi ὄμφαλον, quippe quod valde est probabile, quum gladius ipsum thoracem per-

perforare impeditus ſine dubio deſcendere conetur ad imum ventrem et partes corporis ab lorica iam non tectas, non adſcendat ad oculum; etſi id fieri quoque interdum poſſit, præſertim quum non addatur, oculum dextrum vulneraverint, an ſiniſtrum. Εὕρημα hoc est pretioſisſimum me iudice.

995 517, 25. Αὐτίκα ἐπόθεσαν.] Reliqui laudem ſuam integram doctis editoribus in hoc verbo certis iam ab Vallæ verſione, qui interpretabatur *deſideraverunt*, docte, ſed non ut opinor ex mente Herodoti; quod tamen tanto cum labore conatus fuit firmare Portus. Atqui manifeſte apparet hoc verbum ab Herodoto nunc poni in eodem ſenſu, quo antea ἔμαθον. Id plane ipsum nunc effert ἐπύθεσαν.

517, 35. Οὐκέτι οἱ ἱππόται ἑπέμενον.] Non est hoc verbum aciei dicatum. Itaque et optimus MS. ſervat ὑπέμενον, quod prorſus oportuit reſtitui.

518, 7. Καὶ ἐφοίτων θεησόμενοι.] Satis mira est verſio, quam ex his concinnabat Valla, *Quod ideo faciebant, quia cuncti* &c. Nec enim id ideo faciebant. Sed quum Græci cadaver veherent per ordines, ut poſſent omnes videre; id vulgo non ſuffecit, ſed inſuper ideo excurrebant, ut viderent. Abundant istæ voculæ. Itaque in Græcis copula recte abest ab MS. Ita enim ſolet Herodotus, cuius mentem opinor recte a me declaratam eſſe in verſione, quippe quam mutare compulſus fui. Etiam non intelligo, cur non Valla maluerit in antecedentibus dare: *erat autem ſpectaculo dignum.*

518, 27. Ἀξιεύμεθα ταύτης τῆς ϛάσιος.] Probat hanc loquutionem Portus ex duobus aliis locis, quos ad vocem ϛάσις conduxit, nempe in huius libri cap. 21. et 47., in quo utroque loco maior aciei et prælii ratio est, quam ordinis in locando milite. Unde fieri nequivit, quin magis mihi arrideret vetuſta illa ſcriptura optimi MS. τάξιος.

519, 42. Ἀμαζονίδας τὰς ἀποθήκας.] Locus deſperatus, de quo forſan nihil melius conſuletur, quam prout conſuluiſſe nonnullos teſtatur Thom. Gale ſcribens [Hæc dele: neque enim agnoſcit codex A. nec Valla, nec margo] Bene, ſed hactenus. Cur enim habuit codex Etonenſis? Sic enim merito interpretor eius de illo ſilentium. Tria quæ nominantur, ſunt valde fragilia. Nam nec margo, id est, Stephanus, nec Valla ea agnoſcit, quoniam agnoſcere non poterant, utpote quod non intelligerent. De codice A. reverenter taceo. At plane Stephano ignoſci nequit, quum de hoc loco ne verbum quidem. Æmil. etiam Portus ἀποθήκας ne nominare quidem voluit; ſæpe ad viliora declinans. Sed et ex illo præclaro Mediceo nihil notavi; quum interim non videatur locus esſe tam ſordidæ obſcuritatis, ut ſic ab eo ingenia ceſſare debuerint aut terrefieri toleraverint, quum manifeſtiſsimum ſit Athenienſem dixiſſe ἐς Ἀμαζονίδας τὰς ἀποθήτας, τὰς ἀπὸ Θερμώδ., tanquam furias et minime deſiderabiles fœminas, quæ eſſent crudeliſsimæ, et abominabiles, atque hinc optandæ ut longiſsime abeſſe perſeveraviſſent. Puto liquidiſsimum eas nunc per λιτότητος morem ſic appellari. Habent hanc vocem omnia Lexica.

519, 46. Καὶ γὰρ χρησοὶ.] MS. καὶ γὰρ ἂν χρησοὶ.

520, 38. Λεπραιητέων.] Hoc flocci feci, perinde ut istos Vallæ Lepræatas, quum in libro optimo animadvertiſsem ſcriptum Λεπρεητέων. Sic omnes appellant. Infra eodem libro ſcriptum erat Λεπριήτας.

520, 43. Τουτέων δὲ ἐχόμενοι Χαλκιδέες.] Præter varietatem loquendi, et verbi ἔχεσθαι, cuius præcipua hic requirebatur frequentia, flexionem in varias formas, tum mira est auctoris cura in participio ἐχόμενοι aut uſurpando aut omittendo, ut ſubintelligatur, et ne ſemel quidem adhibita iteratio, niſi in hoc uno loco: ubi quum præmiſerit Ἐρμιονέων δὲ ἐχόμενοι, nunc tamen ita ut vides iterat, quum id non fiat in alia parte. Sed propterea ſcias oportet vocem tertiam non esſe in MS.

522, 10. Περὶ Θεσσαλίην οἰκεομένους.] MS. οἰκημένους, ut ſæpe alibi.

522, 24. Πρότερόν μοι δεδήλωται.] Vocula μοι non est in MS.

522, 27. Ὡς δὲ ἀπεικάσαι ἐϛὶ.] Verbum ſit qualecunque, ſcribis Herodoti et editoribus forſan gratum, quod tamen annotare inſuper habuit Æm. Portus. Huc nihilominus vix videtur convenire istud compoſitum, unde legitur in optimo MS. ἐπεικάσαι, coniecturam adhibere, quod certe iam requiritur.

523, 48. Ἰρεῖσι ἐχρέετο.] Notabile est quod legitur in optimo MS. ἐχρέατο, quum ad id pervenire non potuerit curioſitas Æm. Porti tantopere ſe acuens et omnia ruſpans in Εατο, ſed fere pluralia, donec incideret in Παρηγορέατο.

524, 31. Κατὰ τὸ ἔχθος.] MS. κατά τε τὸ ἔχθος, quo lenisſime conciliatur hæc pars cum ſequente καὶ κατὰ τὸ κέρδος.

525, 5. Φειδόμενοι οὔτε ὑποζυγίου.] Magis intendit negativam hanc locutionem optimus MS. exhibens οὐ φειδόμενοι οὔτε ὑποζυγ.

525, 20. Ἀντικατημένοισι ἀλλήλοισι.] Paulo ante ſic dixit ἡμέραι δέ σφι ἀντικατημένοισι ἤδη ἐγεγόνεσαν. Sed in eis quæ citavi, vox poſterior non est in MS. eamque verius est deleri debere, quum et verba illa priora habeant ſuam rationem, et ſane diverſam ab his, in quibus verſamur, et ex principio ipso libri quinti appareat auctorem hoc decompoſito malle uti ſine addito dativo.

525, 39. Τούτου μέν νυν.] Particula poſterior, etſi occurrat ſic adhibita ſæpius, non est in MS.

525, 45. Ἔτι πλεῦνας γίνεσθαι.] Verbum γίνεσθαι non est in MS. nec incommode, quum verbum εἶναι proxime antecedat interpoſito tantum verbo.

527, 7. Μή με διαφθείρητε.] MS. μή με καὶ διαφθείῃ. Quæ vocula affert ſuam venuſtatem.

527, 16. Μὴ πλεῦνες συναχθῆτε.] MS. συλλεχθῆτε, quod convenientius Græcæ libertati, prout ἐπιῤῥέειν 998
dixit de hac eadem re in cap. 37.

527, 23. Τοῦτο τὸ ἔργον οὕτω παράβολον.] MS. tantum οὕτω ἔργον παράβολον. Hic ordo vocum viſus fuit esſe confuſior nonnullis, ut particulam demonſtrativam requirerent proxime anteponi adiectivo: ſed non ita Herodotus.

527, 38. Ἐπὶ Μαραθῶνι μαχ.] MS. liquide ἐν Μαραθῶνι μαχ. prout habuimus lib. 8. toties ἐν Σαλαμῖνι. Adhibe Porti Lexicon in ἐν cum dativo loci pro παρὰ καὶ πρὸς.

528, 22. Ταῦτα δὲ οὐδαμῶς.] Adverſativa caret MS. Eleganter profecto, ut ſit abruptior exprobratio.

528, 25. Βουλόμενοι μοῦνοι Πέρσῃσι.] Habet id quoque ſenſum ſuum, nec male huic loco convenientem. Attamen legi in optimo MS. μούνοισι, ut videtur ante ſe habuiſſe interpres. Unde oportet eam ſolam lectionem habere pro vero, quum id ſit, quod exprobret, quod cum ſervis Perſarum videantur congredi voluiſſe, quos pro gentis gloria decebat ſolos Perſas eligere.

528, 32. Ἦν μὲν δοκέῃ.] Δοκέοι habet MS. et ſic bis.

528, 45. Προσφέρεσθαι ἄπορoι.] Id notat Stephanus haberi in quibusdam vet. lib. Debuerat addere in quibus legatur εὔποροι. Sic examen inſtitui poſſet. Certe MS. Mediceus habet ἄποροι. Male Valla de inſuetis accepit.

529, 8. Ἐλθόντες παρὰ τὸ δεξιὸν κέρας.] MS. ἐλθόντες παρὰ Παυσανίαν ἐπὶ τὸ δεξ. Et ſic quoque interpres. Cur igitur tot voces omisſæ ſunt? aut cuius beneficio exciderunt? Repoſui igitur, præſertim quum et Th. Gale ex cod. Arch. ſimul et Et. et ipso Valla rectiſsime iudicet ita ſuppleri.

529, 12. Ἀποκεκλέατο.] MS. ἀπεκεκλέατο.

530, 5. Λοχηγετέων.] Verbum memorabile. Id enim quum Valla reddidiſſet *tribunus cohortis*, quaſi derivatum ab λοχηγετεῖν, hoc excepit quaſi verbum Herodoti pro communi λοχαγεῖν Æmil. Portus, et decem inde verſus ſupplet, ut dicat nihil. Ecce immo et Henr. Stephanus in tomo ſecundo Theſauri ſine hæſitatione refert Λοχηγετέω *ſum tribunus cohortis*, ut λοχαγέτης ex Euripide. Sic docemur Græca, ſed quæ nunquam intra mare Ionium et Theſſaliam audita ſunt. Mire ſi ita habeant alii codices antiqui. Itaque præ hoc incerto et ex aliis inaudito præſtat credere ab Herodoto veniſſe, quod habet optimus MS. λοχηγέων.

531, 11. Αὐτὸν ἀναλαβόντα τὰ ὅπλα.] MS. αὐτὸν ἀναλαβόντα τὸν λόχον τὰ ὅπλα. Quam accesſionem quum viderit Valla, et in verſione communicaret, noluit admittere Æm. Portus in Ἰθείῃ τέχνῃ, unde ibi ut nimis docte, ſic infelicisſime rem gerit. Patet lapsus, ut opus non ſit monſtrare.

531, 29. Θρασύδιον.] MS. θρασυδήϊον. Omnino recte. Nam Thraſydæus apud Græcos notum nomen.

531, 31. Ὑμεῖς γὰρ οἱ πλησιόχωροι λέγετε.] MS. ἐλέγετε, ut agnovit interpres.

532, 3. Τῶν δὴ ἐποιήσαντο.] MS. ἐποίησαν.

533, 46. Ὡς ἐτράπησαν.] MS. ἐτράποντο. quod in fine capitis 65. et denuo 66. repetitur.

534, 1. Περὶ τῆς Δήμητρος τὸ ἄλσος.] Atqui id ſequitur in verſu proximo, et quidem loco oportuno. Sed nunc MS. παρὰ τῆς, et id videtur agnoviſſe Valla.

534, 6. Οὐκ ἐδέξατο.] Longe melius ille aoriſtus convenit participio ἐμπρήσαντας, quam huic verbo,

quod agit de re cummaxime inſtanti. Itaque etiam non admittitur ab optimo MS. ſed in eo legitur οὐκ ἐδέκετο. quod magis multo est congruum. Sentiebant in animo ſuo Deam non dare locum.

Ibidem. Τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνακτόριον.] Hoc unicum memoratur Lexicographis in hac voce exemplum. At MS. optimus hic quoque refert ἀνάκτορον, de quo ad 9, 21., ut licet in multis placuerit gemina terminatio, in hac tamen voce diſplicuerit etiam Herodoto.

534, 19. Ἦγε κατηρτισμένος.] Lectio bene colorata, ſi modo venisſet ab Herodoto, non ab aliis, qui nolebant ulterius differri voculam τούτους, quin haberet iam aliquid adminiculi. Sed interim optimus MS. habet ἦϊε; Et quidquid aliis videatur, id mutari non debuit, quum opiner omnino ſic ſcripſiſſe Herodotum, ut vocula ista præcedens τούτους quærere inferius debeat aliquid cui innitatur.

536, 12. Μετὰ δὲ τοῦτον.] Non decido inter hanc lectionem vulgatam, et alteram codicis MS. τούτων; ut non Ariſtodemum ſolum iam intellexerit. Pervicacis enim pectoris est post eum ponere omnia, quem recenti pugna fatearis in Spartana λέσχῃ creditum fuisſe pro deſperato ad necem cucurriſſe.

536, 23. Φθόνῳ ἂν εἴποιεν.] MS. εἴποιμεν. dixerimus ex livore venisſe. [Tanquam fateatur auctor esſe quasdam arcanas cauſas propenſionis huc repentis, ut magis ad Ariſtodemum reſpiciat, quam ullum alium, etiam ipsum Poſidonium. Nam λέσχῃ qua potuit ardere invidia adverſus necatum?

536, 36. Πρὸς Ἀείμνηστον.] MS. Ἀρίμνηστον. Aeïmneſtum inter Spartanos alibi memoravit.

537, 21. Ἀμφισβητέων.] MS. ἀμφισβατέων.

537, 22. Ἀσπίδος περιθεούσης.] MS. ἀσπίδος αἰεὶ περιθεούσης. Sic demum impletur deſcriptio ſumpta ex affirmativo, ut perfecte pleneque illi apponi posſit altera adſcita ex negativo.

537, 39. Ἐσθῆτι καλλίσῃ ἐκ τῶν παρεουσέων.] Particulam ἐκ non habet MS. nec video ita opus esſe, ut 997
omitti nequeat ſalvo ſenſu et modo ſcribendi.

537, 41. Ἔτι ἐν τῇσι φόνῃσι ἐόντας.] Vocem poſtremam non habet MS.

538, 2 Ὁ δὲ ἀμείβετο.] MS. ἀμείβεται.

538, 25. Αἰγινητέων τὰ πρῶτα φέρων.] Hæc quoque ultima vox non legitur in MS. ut ipse Lampon dicatur Αἰγινητέων τὰ πρῶτα. An hoc dulcedinis mellitisſimæ genus potuit averti ab Herodoto? Sane factum est per tot annos, ſed ſæcula. Attamen revireſcit veritas. Est enim haud dubie purum Herodoteum ut 6, 100. Αἰσχίνης ὁ Νόθωνος, ἐὼν τῶν Ἐρετριέων τὰ πρῶτα. Non aliter dixerunt πάντα. Accedit, quod 8, 104. dicat Φερόμενον οὐ τὰ δεύτερα τῶν εὐνούχων παρὰ βασιλεῖ, non Φέροντα in hoc genere loquendi.

538, 27. Ἀπικόμενος δὲ σπουδῇ ἔλεγε.] Annectit MS. voculam τάδε.

539, 32. Ὁ ἐπὶ τοῦ τριχαρήνου ὄφεος τοῦ χαλκέου ἐπεφεὼς.] Inſitum his verbis ſenſum an posſumus asſequi liquidius quam ex conſpectu? Itaque quum inſignis Whelerus inter peregrinationis muſicæ lucra Conſtantinopoli in has oras advexerit hanc tantæ vetuſtatis fabricam, non me teneo, quin huc reponam, ubi uni-



ce deſcribitur, et caſtius profecto, quam fit apud ipsum ab nonnullis, *qui prennent ceste antiquité pour un Trepied d'Apollon.* Quis posſet ita dicere aſpectans hoc nobile monumentum? non habet tripodis maxima propria, ſed ea, quæ ſignat Herodotus.

540, 26. Τὸ ἐπάνω τῆς γνάθου.] Et cur in hac deſcriptione auctor uteretur compoſito? Optimus ille MS. habet τὸ ἄνω τῆς γν.

540, 30. Ὁ νεκρὸς ἠφάνισαι.] MS. ἠφάνισο, multo probabilius.

540, 49. Πάντας ἔθαψαν ἀλέας.] Vox media non exſtat in MS. et ſupervacua est prorſus in tot repetitionibus.

541, 5. Ἐπαισχυνομένους.] Sic ſe habet: verbum hoc bene notum est eis, qui vel primis labiis guſtarunt hæc elementa: ideo debuit Herodoteis immiſceri tam nothum et ſpurium, quam grande. Sed quæſo, mi Valla! an qui erubeſcebant le a pugna abfuisſe, post tumulum hunc excitatum non erubeſcebant? aut ſtatim dicebant ſe interfuisſe? Id lepidum quidem, et ipse Herodotus, quem tantopere dediſtis perſtringendum, vos ridet. Ille enim ſcripſit ἀπαισχυνομένους. Sic plane legitur in vetuſtisſimo exemplari Florentiæ. Et notat repellere pudorem conantes, quem collegerant ex abſentia ista. Non Portus, non Stephanus hoc habet. Satis est, quod habeat in decompoſito eruditisſimus ille Porphyrius lib. 1. Ἀποχῆς pag. 115. Τίς λοιπὸν ἀπολογία τοῖς ἀπαναισχυντεῖν πρὸς τὴν αὐτῶν ἀκρασίαν βουλομένοις;

541, 10. Κλεάδην.] Nomen Bœotium, bene notum vel ex hiſtoria citeriore Alexandri Magni. Attamen MS. Ἀλεάδην.

541, 14. Ἐδόκεε φρατεύεσθαι.] MS. φρατεύειν.

541, 27. Μὴ πρότερον . . . πρὶν ἢ ἐξέλωσι.] Notavi de hoc loco ad librum quintum ſub numeris 330, 11.

Ibidem. Πλέω μὴ ἀνατλήσῃ.] Frequens fuit cauſa huius verbi in hac hiſtoria uſurpandi, ſi id Herodoto fuisſet gratum. Ne nunc quidem id ei placuit. Habet enim optimus MS. ἀναπλήσῃ. Huius rei notitia defuit Æm. Porto, qui tam accommodate ad ſententiam huius loci conatur illuſtrare hoc verbum ex loco libri 6. cap. 12. Τίνα δαιμονίων παραβάντες τάδε ἀναπίμπλαμεν. Vide eum in verbo Ἀναπιμπλάναι.

541, 44. Ἐπεπείθεσαν διωθέεσθαι.] Magnus enimvero labor Æmil. Porti, ut post tres rivulos factos, unde deduci posſit, hoc verbum deploraret ab Valla omiſſum: quum tamen *nulli* istorum adſit aqua Pegaſeam Aganippen guſtu exhibens. Fucata omnia. Nec ita ſcripſit Herodotus; ſed ab eo teſtatur fidelisſimus codex venisſe ἐπεπύθεον, vel ut propius veniam ἐπεπίθεον. Hoc autem in ſcrinio ſuo fovit huc usque Calliope, ut non exierit in has luminis oras. Pulcherrimum tamen, ſi inſpexeris, quæ notata ſunt ad verba apud primarios ſcriptores occurrentia ἐπέπιθμεν vel πιθήσας, ut notet eos certe conſtituisſe et hanc fiduciam fovisſe.

542, 14. Κατὰ τὴν ταχίστην ἐλθεῖν ἐς Θρηΐκην.] Tanquam privatus iter faceret. Quanto verius ad Herodoti manum elegantius in optimo MS. legitur? ἐλῶν ἐς Θρηΐκην. Hic ſermo convenit ſequentibus et commento huius ducis.

542, 10. Κατὰ πόδας μου.] MS. κατὰ πόδας ἐμεῦ. Et 998
ſtatim τοῦτον καὶ ξεινίζετε καὶ. quod longe plenius.

542, 37. Τοῦ τυράννου Θεομήσορος.] Si ita appellatus fuit, nihil invideo, quin maneat. Scire tamen licet in optimo libro vocari Θεομήτορος, quo fides mea inclinat. Nam in libro 8. cap. 85. nihil notavi.

542, 43. Ἄρα ὑπομένωσι.] MS. ἄρα ὑπομείνωσι.

543, 18. Ἐκέλευε ποιέειν.] Immo πλέειν, ut recte est in MS.

543, 25. Ἐς ἐν τῇ Ἀπολλωνίῃ ταύτῃ ἱρὰ ἠλίου πρόβατα.] Occæcatos vates colligens in obſervationibus ad Callimachum pag. 619. Ezech. Spanhemius Tireſiam et hunc Euenium, poſteriorem ita deſcribit: *Apollinis ovium apud Apolloniatas in Ionia cuſtodis.* Qua fide credidit Ioniam vel viſam ullo tempore fuisſe ab hoc Euenio? Nempe quod præcedit ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ, intellexit de Ionia, et hinc ſatis aut doctus est, aut attentus in ista parte ſcribenda fuit. Rideas ſane. Cæterum hæc narratio talium ovium docet Apollinem cognomento Nomium vel Nomionem fuisſe, ut vocatur ab Cicerone lib. 3. de natura Deorum, qui in ista Apollonia colebatur.

543, 42. Ἐπαγαγόντες μιν ἐς τὸ δικαστήριον.] Hæc non implent vim loquutionis illius, nedum Herodoteæ. Inſpice modo collectanea Æmil. Porti in v. Ἐπάγειν. Itaque etiam ſcriptum exſtat in optimo MS. ὑπὸ δικαστήριον. Egregie. Nam hoc ipsum videbis illic esſe, quod deſiderat Herodotus.

544, 4. Παρεσκευάζοντο ὡς ἐς ναυμαχίην.] Particula ὡς non est in MS. nec ſolet ita loqui hic ſcriptor, verum alii.

544, 48. Ἐς δὲ τὴν ἤπειρον ἀπέπλεον.] Certe hoc verbum non congruit huic loco, quippe cui aliam longe ſignificationem attribuit in verbis proxime antecedentibus de Phœnicum claſſe, ut notet remeare in patriam, quum hic tantum de petendo litore ſit ſermo. Et ſane verbum ultimum non est in MS. ut omnino abiici debet. Subintelligitur ex ſuperioribus ἀνῆγον.

545, 6. Ἐπὶ τοῦτον μὲν δὴ τὸν ϛρατὸν.] MS. ὑπὸ τοῦτον, ut maneat in uſu præpoſitionis ad hanc cauſam adhiberi ſolitæ.

545, 15. Ἐπισπόμενος ἐπὶ Μιλήτου κτισὴν.] Hic locus an pro integro legi debeat, dubito. Citat enim eum Meurſius de Fortuna Attica cap. 6., ubi ſic edit nulla diſtinctione divellens participium ἐπισπόμενος ab præcedentibus, quod fit in editionibus, quantum ſcio, omnibus, etiam ipsa Thomæ Gale, quod nulli non patet fieri perperam. Sed idem Meurſius illic iam citat κτισὴν, ut nihil habeamus dicere eidem Galæ aliquid monenti, niſi quod ſero veniat. Quippe iam et Stephano in indice Theſauri ſic citatur, quaſi vulgo exſtet in editis. Unde id adſcivi nunc merito. Cæterum legitur in optimo MS. non ἐπισπόμενος, ſed ἐπισπομένου, quaſi innueret non Philiſtum abiiſſe cum Neleo, ſed patrem eius Paſiclem, cuius deinde filius illic templum ſtatuerit. Res pertinet ad hiſtoriam, in qua non auſim decidere.

545, 33. Ἐγχρίψας τῷ αἰγιαλῷ.] MS. ἐγχρίμψας.

545, 48. Δεύτερα τάδε ἐποίευν.] MS. δεύτερα δὴ τάδε ἐπ.

546, 20. Προσῆσαν πρὸς τοὺς βαρ.] MS. προσήϊσαν, ut cap. 101. περιήϊσαν.

547, 3. Μέχρι κατὰ τῶν ἡμίσεων.] Est inaudita loquutio, nec explicari potest; ut omnino non aſsequar, quemadmodum tot docti lectores eam concoquere potuerint, et ex optimo MS. corrigendum ſit μέχρι κου τῶν ἡμ. Quippe quod non modo præſtantiſsimum est ad mollienda Græca, ſed pariter declarat originem falſæ vocis κατὰ, nempe quod illud κου ſic involutum fuerit in ſcribendo, ut quaſi nota fuerit præpoſitionis κατὰ, quum breviter et cito ſcribitur.

547, 8. Τῷ ἑτέρῳ κέραϊ.] MS. κέρεϊ.

547, 20. Συνεπισπόμενοι συνέπιπτον.] MS. συνεσέπιπτον. Manifeſto vulgatæ vitio. Et mox ὡς δὲ καὶ τὸ τεῖχος, ubi vocula καὶ eliditur vulgo male.

547, 27. Ἰθαμίτρης.] Etiam Florentinus MS. Ἰθαμίτρης habet, prout ex codice Arch. protulit Thom. Gale.

548, 4. Ἑρμόλυκος ὁ Εὐθοίνου.] MS. Εὐθόνου.

548, 18. Ὅποι χρεὼν εἴη τῆς Ἑλλ. κατοικῆσαι.] MS. primo ὅπῃ. Item κατοικίσαι. Et utrumque genuinum. Agitur enim de loco in quem deduci Ionas conveniret; quod prius est, antequam habitarent.

548, 25. Τοῖσι ἐν τέλεσι ἐοῦσι.] Ipsa pronunciatio huius locutionis moleſta est, cui egregie occurrit optimus MS. ἐν τέλει ἐοῦσι. Sic enim ſcio exſtare in illo priſco volumine, quod debuit in contextu hoc exprimi, ubi quid non vitii invectum est omiſso participio et voce τέλεσι retenta? Etiam Herodotus ſe oſtendit 3, 18. Τοὺς ἐν τέλει ἑκάϛους ἐόντας τῶν ἀϛῶν.

548, 26. Τὰ ἐμπόρια.] MS. τὰ ἐμπόλια.

548, 34. Πίϛι τε καταλαβόντες.] Confuſa est hic copia copulativæ, et non toleranda vel ideo, quia legitur in MS. πίϛι καταλαβόντες, ut pateat referri hoc non ad præcedentia, ſed ad ſequentia. Certe nec videtur Valla agnoviſſe.

549, 2. Δεινὰ ποιησάμενος.] MS. ποιεύμενος. Id est Herodoteum.

549, 12. Τῶν δὲ κατ' ὁδὸν πορευμένων βαρβάρων.] Vox poſtrema non est in MS. Sicut etiam in ſequentibus istis οὐδὲν ἔτι πλέον ἐγένετο τουτέων, voce ultima MS. deſtituitur. Neque ſane vel alterutra huc requiritur, 999
ac præſertim illa prior βαρβάρων, quum tam accurate deſcripserit, quos intelligat per ista τῶν κατ' ὁδὸν πορευομένων, ut ſupponat alios fuiſſe, qui non ita recederent per viam, quos in initio huius capitis deſcripſit Τῶν δὲ ἀποφυγόντων βαρβάρων.

549, 42. Εἶπαι ἔρξῃ.] Ceſpitat conſtructio, neque ullo genere tolerari potest ille infinitivus; et quam commode exſtat in MS. εἶπε?

550, 14. Περσιϛὶ μὲν τυκτὰ, κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν, τέλειον.] Tanquam tunc vere exhilarans ſuum genium primoresque aulæ, ut non dubitem hoc Perſicum componere cum Romanæ conſuetudinis inter patronos et clientes cœna recta et ſportula, quum cœna recta non alia ſit, quam τελείη. Sed ut eviteſcat Herodotus, quid non ſuſtinent proferre viri inſignes? Scaliger in libro tertio Canonum Iſagog. ex Cteſia habet in lingua Perſica τυκτὰ, idque Perſice nihil aliud quam *thronus*. Iohannes Fronto de diebus feſtivis Arabice didicerat *Tuc* ſignificare torquem, felicitatem &c. Mox adiicit et *Tucf*. Erunt ſimilia multa quæ ex vicinis linguis ad ignotam Perſicam pedibus trahi poſſunt. Sed an non hæc laſcivia est? Moroſisſima quidem truculentia Iſaaci Voſſii, qua ſcripſit Herodotum ignarum linguæ Perſicæ et nullis orientis gentium inſtructum monumentis, quid niſi ſervile capiſtrum meretur? Unde enim probat hæc? An in oroſangis aberravit Herodotus? an in angariis oſtendit nec linguam Perſicam nec inſtitutorum conſuetudinem ſibi cognitam fuiſſe? Num in Satrapiis? aut aliis denique vocibus? Et unde ea facultas Voſſio, ut ille Herodotum in tale crimen vocet? Sed ille neſcivit erubeſcere. Quid enim? an alterutra ex dictis ſuperat Herodoteam? Certe non, ſi quis ita conſideret, ut modo dixi, quod neutrum ex his tribus feciſſe opinor.

550, 15. Τὴν κεφαλὴν σμᾶται.] Memorat hoc convivium Briſsonius lib. 1. regn. Pers pag. 65., notatque eo die Regem caput comere, purgare et mundare &c. Plures alii, ſed qui nihil explicant Græcum. Verum doctiſsime Caſaubonus ad Athenæum 4, 10. inſpexit, et post eum Freinshemius ad Curtium 8, 9. interpretans *tunc ſolum rex caput cum cura abluitur*, (hoc alii adferunt ex Loccenio) reiecto Valla et Dalechampio, qui reddiderint κοσμεῖται *ornatur*, quo forſan etiam reſpicit Stephanus, dum notat Vallam videri ſequutum esſe diverſam a noſtra lectionem. Denique cumulum his imponens per Græcæ linguæ nimiam notitiam Ezech. Spanhemius in denſis illis obſervationibus ad Callimachum pag. 564., quum nullum ſciat proferre locum, niſi qui ab Caſaubono ſuppeditatur ex Diodoro, tamen et Caſaubonum fugillat et ipse neſcit, utrum velit *defricare* an *detergere* ſeu *purgare*. Utique in rege hæc non fuit ſimplex defrictio aut deterſio; et capillorum purgationem oportet omnino frequentiorem attribui regibus Perſicis in ista creberrima unguenti affuſione, niſi debeant ludibrium maximis ſordibus. Cur autem *defricare* potius quam *infricare*, quod elegerat Stephanus in Theſauro? Omnino prudenter exiſtimem feciſſe Vallam, dum vertit *ornare*, γενικῶς verbo isto poſito, ita ut in quo proprie conſiſteret illud σμᾶν, non perite ſatis aſsequeretur; prout ornare ad caput et capillos et qualemcunque eorum curam in lingua Latina pertinet, et ornatrices feminæ omni et diverſisſima cura poliebant. Habes et 4, 73. de Scythis, qui ſuos humaverunt: σμησάμενοι τὰς κεφαλὰς καὶ ἐκπλυνάμενοι. 2, 37. Sacerdotes Ægyptii ἐκ χαλκέων ποτηρίων πίνουσι διασμέωντες ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν, ubi reddit *extergentes*, unde patet Vallæ ſatis cognitum fuiſſe verbum.

550, 16. Καὶ Πέρσαις δωρέεται.] MS. Πέρσας.

550, 49. Οὔτε ἐκείνῃ ἔτι πλεῦνα χρόν.] MS. ignorat voculam ἔτι. Ita eam vocem, etiam ubi commodum videtur occupare locum, Herodotus interdum maluit omittere.

551, 42. Τὰ ἐκ τῶν γεφυρέων ὅπλα.] Nimis ſimpliciter vertit Laurentius et nunc et cap. 120. *arma e pontibus*, quaſi dememinisſet 7, 25. ὅπλα ἐς τὰς γεφύρας, ubi dixit *armaturam*; ſed declaravit Stephanus, prout nunc quoque fieri oportuit.

552, 8. Ἐπὶ γῆν σὴν ϛρατευόμενος.] MS. ϛρατευσάμενος, in quo reſidet omnis venuſtas.

552, 28. Ἀπαγάγοιεν σφέας ὀπίσω.] MS. ἀπάγοιεν, quod longe convenientius est, vel magis neceſsarium, quum vulgata lectio fere ſupponat id iam factum esſe, ut cap. 113.

552, 32. Ἀμφὶ τὸν Ἀρταΰκτεα.] Harum vocum nulla exſtat in MS. ut pateat aliquem ſic infuſcando voluisſe iactare doctrinam. Satis est quod illa deſcriptio adhuc ſequatur.

552, 48. Ὑπὲρ Αἴγὸς ποταμοῦ.] At MS. ποταμῶν. Recte prorſus.

553, 9. Ἰχθύες νεάλωτοι.] Recte, ſed quadriſyllabicum porrigit optimus MS. νεοάλωτοι, quo clarius exprimitur vis eius, ut νεοαρδὲ ἀλωὴν maluit dicere Homerus, alii νεοεργές. Et ſunt plura talia.

553, 17. Ἅποινά οἱ τάδε ἐθέλω ἐπιθεῖναι.] Quam ſub ſceleſta ſpecie averterunt limpidam illam Hippocrenen manus Herodoteæ, ut eius Calliope æternum doleret? Unde enim hoc, quum 1, 96. uſurpetur ἐπιθέμενος? et quidem ſine tertio caſu? Sæcula licet iam adſtrinxerint hunc locum his ſordibus, non dubitabo tamen publicare legi in optimo MS. ἐπιχθῆναι. Quod quia non intelligebatur, debuit expelli, quum ſciamus tamen illud ἐφίκομαι, et derivata eius afferre tam varias 1000
notationes, et huic loco per ſane congruas.

553, 23. Οἳ γὰρ Ἐλαιούντιοι.] Ita quum procedat Græcus Herodotus, id non placuit Vallæ et aliis editoribus, conſenſu porrigentibus id nomen *Elæuntini*. Nec video auctoritatem, quam ſequantur, quum Epitome Stephani non agnoſcat aliud gentile præter

Ἐλαιούσιος, et in Herodoto ab Aldo usque ſemper editum fuerit prout citavi, quod abhinc opinor ceſſabit, quum pateat codex vetuſtiſsimus et fideliſsimus Florentiæ, in quo perſpicue legitur Ἐλαιούσιοι, ut Μυοῦς Μυούσιοι etiam Herodoto 6, 8. Et 5, 104. Ἀμαθούσιοι.

554, 11. Ἄλλοισι δουλεύειν.] In his etiam vocibus finit exemplar Mediceum, ſubiiciens tantummodo has voces et has deinde notas

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ Θ
ΧΧΗΗΠΙ

ſive ad quaterniones ſignandos, ſeu quidquid etiam illud ſit. Sed Tanaquillus Faber Epiſt. Critic. parte 1. pag. 30. deſiderat hic poni totum principium quinque verſibus conſtans, quia Dionyſius Hal. ſcripserit idem initium, eundem finem hiſtoriæ Herodoteæ fuiſſe, quod hodie aliter ſe habeat, ad Cn. Pompeium in Epiſtola: Τὸ γὰρ αὐτὸ προοίμιόν τε καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος ἔξ τῆς ἱστορίας, unde concludit alia etiam excidiſſe ex Herodoto; ut facilius obtineat potuiſſe nonnulla ex uno libro vel loco tranſponi in alium. Opinor perinde validum hoc eſſe ſpecimen, ac poſterius de Heliopoli, quod in libro ſecundo vidimus, aut quod tertium adhibet pag. 70. de Alabaſtris, de qua urbe didicit ex Hermolao citationem, quum tamen nil tale apud Herodotum legere meminerit. In loco autem Dionyſii, qui notus bene fuit aliis, et ſolet præmitti in teſtimoniis antiquis de hoc auctore, ut ab Fabro non excitetur, etſi ille ſcriptus ſit non oppido clare et ſimpliciter, aliquid animadvertere poteris ex fine notarum ad librum 7. et 8., in quibus forſan id ſit etiamnum, quod Dionyſius Hal. teſtatur. Verum ex eo non probes ex Herodoto aliqua omiſſa eſſe, quæ ad hiſtoriam eius explendam pertinebant; ſed tantum ſcribas cenſuiſſe nequaquam opus eſſe, ut repeterentur eadem verba, et quæ in fine antecedentis libri poſita eſſent, iterarentur in principio ſequentis.

An et ista mens fuerit Th. Gatakeri, neſcio; ſed ut ſcias quid ſcripserit ad hanc rem pertinens in libro 11. Advers. cap. 8., quum præmiſiſſet in argumento capitis illius *Quæ ex Herodoto Ariſtoteles, in eius ſcriptis iam non patere*, et in loco ipso monuiſſet [Herodotum Ariſtoteles hiſtor. animal. lib. 8. c. 18. reprehendit quod aquilam in Nini obſidione bibentem inducat, quum τὰ γαμψώνυχα ἄποτα πάμπαν exiſtant,] in fine apponit: [Illud obiter moneo, in Herodoti ſcriptis, quæ ſuperſunt, istud neutiquam reperiri, qui lib. 1. quidem Ninum ait a Cyaxare expugnatam, modumque alibi fuſius narraturum pollicetur, ſed in eis, quæ habemus, nusquam id præſtitiſſe deprehenditur] Monitio illa quum ſit nuda, etiam ſupervacua est et nulli bono; quum et alii Ariſtotelem ante ipsum legerint, eum componentes cum Herodoto, et ſapienter tacuerint: cur enim non de unoquoque ſtudioſo id ſuppoſuerim? Et Gatakero utique ſatisfactum fuiſſe oportuit, quod eandem rem abunde annotaviſſet in Hiſtoricis Græcis G. I. Vosſius, qui et anxietatem nimiam Theodori Gazæ in hac parte notat tamdiu editam ante Gatakerum. Sed et Marshamus in Chronico Canone ſæculi XVII. p. 494. notat [Diodorus pag. 84. dicit Herodotum tradidiſſe Cyaxarem (qui quidem Ninum expugnavit) fuiſſe primum Medorum Regem, cum tamen ex ipso Herodoto conſtet Deiocem primum fuiſſe, Cyaxarem penultimum] Eat ergo, quoniam mihi via nulla alia reſtat, aut ad Aſſyriacos aut ad alios, ſi fuerunt, logos, ad quos toties ex Herodoto citarunt alii. Omiſi etiam post librum octavum ita in optimo MS. ſcriptum eſſe

ΗΡΟΔΟΤΟΥ Η
ΧΧΗΗΗΔΔ Η

FINIS.

ΛΕΞΙΚΟΝ
ΤΩΝ
ΗΡΟΔΟΤΕΙΩΝ ΛΕΞΕΩΝ.

Ex Codice Bibliothecae S. Germani.

Ἱστορίας Α.

Ἀνέλη χρήσῃ. L. I. 13.
Ἐξ ἠθέων. ἐκ τόπων, οἷ οἷς ἀναστρέφονται. 15.
Πηκτίς. ὄργανον, [b] ψαλτήριον, αὐλὸς. εἶδος ἀκολάστου σχήματος. 17.
Διθύραμβος. ὕμνος εἰς Διόνυσον. 23.
Σκευή. ὅπλισις καὶ στολή. 24.
Ἐδάλοισιν. ὑποστρώμασι ἡδέος, [c] ζυγαῖς, καθέδραις. 24.
[d] Ὄρθιον νόμον Θαμύρα. ὁ κιθαρῳδικὸς τρόπος τῆς μελῳδίας, ἁρμονίαν ἔχων τακτὴν καὶ ῥυθμὸν ὡρισμένον. ἦσαν δὲ ζ', ὧν εἷς ὁ ὄρθιος. 24.
Ἀνάκωχ. ἐπιμελῶς, φυλακτικῶς. 24.
Ξεινίῃ συνεθήκατο. ἀντὶ τοῦ [e] ὡς ξένιον ἐδωρήσατο. 27.
Ἐπιστρεφέως. ἀπατητικῶς ἢ ἐπιμελῶς. 30.
Ἠκεύσης. ἐχούσης. 30.
Ἀπηρχθείς. ταραχθείς, θυμωθείς. 32.
Χρήματος, πράγματος. 33.
Ἀνδρεῶν. μέγας οἶκος. 34.
Ἐπίστιος. ἔπαικος. 35. et 44.
Ἐξηρτυμένοι. κατεσκευασμένοι, ἡτοιμασμένοι. 43.
[f] Ἡμεκτέων. δυσφορῶν. 44.
Ἑταιρεῖος. ὁ Ζεὺς παρὰ Κρησίν. 44.
Συνηλίζοντο. συνηθροίζοντο. 62.
Μετεξέτεροι. ἔνιοι, τινές. 63.
[g] Ἐνωμοτία. τάξις τὶς παρὰ Ἀττικοῖς. 65.
Τριηκάδας. δεῖπνα κατὰ δήμους καὶ ἀριθμὸς λ' ἀνδρῶν. ibidem.
Ἐλαύνειν. ἡσυχάζειν. 67.
Ἐπώσας. διανοηθείς. 68.
Ἀναξυρίδας. τὰ βαθέα [h] καὶ βασιλικὰ τῶν ὑποδημάτων, ἢ τὰ νῦν βραχία λεγόμενα. 71.
Ἄβρόν. καλὸν, αὐθάδες, σεμνὸν, τρυφερόν. ibidem.
Ἀναισιμοῦν. δαπανᾶν, ἀναλίσκειν. 72.
[i] Ἴλη. συστροφὴ, τάξις ὄχλου ἱππικὴ. 73.

Εὐτ-

[a] ΛΕΞΙΚΟΝ.] Cum Herodoti Musae alio sermone ac reliqui Graecorum fabulentur, non illi follers grammaticorum cura ad explanandum defuit. *Suidas* meminit ὑπομνημάτων εἰς Ἡρόδοτον *Salustii* Sophistae et *Heronis* Attici Rhetoris, argumenti, uti suspicor, critici et historici. *Phrilemonem* Grammaticum in Συμμίκτοις non dissimilem institutisse operam, *Porphyrio* Quaest. Homer. VIII. haud temere credimus *Apollonii*, itidem Grammatici, Ἐξηγήσεις γλωσσῶν Ἡροδότου indicavit et exscripsit *Etymologus* in Κῶφος et Σοφιστής. Quae quidem ad nostram si devenissent aetatem, flocci non facerem Ἡροδότου Λέξεις, ob oculos hic positas, quippe ieiunas, saepissime alienas et non nunquam insulsas et absurdas. Memorantur in indice legati *Antonii Eparchi* T. I. Var. Sacr. p. 528. *Steph. Monachii* Λέξεις Ἡροδότου ἱστορικαὶ, quas a nostris diversas dicere non audeo. Primus hoc *Lexicon* ex codice *Goldasti* vulgavit *G. Iungermannus*, digestum κατὰ στοιχεῖον sive litterarum ordinem, cuiusmodi exempla ex locupletissima Francorum regis bibliotheca et monasterii S. Remigii inter manus sunt. At aliud vir egregius *Montefalconius* ostentavit *Bibliotb. Coislin.* p. 484., descriptum nulla litterarum primorum serie, sed secundum librorum, in quorum olim marginibus istae glossae, numerum: Ex oris enim Codicum res clamat excerptas esse, et Schedae ostendunt Eminent. Cardinalis *Passionei*. Nactus illud ipsum sum Cl. *Caperronerii* humanissima opera ex Biblioth. *S. Germani*, in quam Coislinianam migrasse notum est, dignumque censui hoc loco, tum quod in priore, ex codice *Goldasti*, voces, ab aliis inperite avulsae, cernantur, tum quoniam locupletius adparuerit, et *Suidae Hesychio*que plerumque conveniat: nam uterque, ille praecipue, simile Λεξικὸν usurparunt; neque eius usum recusavit *Timaeus* in suo Platonico, nedum praeter ceteros omnes *G. Corinthus*, sed saepe turpis socordiae reus. Non libet, nisi ubi quatuorviri in alia eunt, eos operose ad partes vocare. Sectiones librorum, ad quas scholia pertinere videntur, ut quaerendi labor amputaretur, adscripsi. Principium Ἀνέλῃ χρήσει apud *Suidam* aberrat.

b Ψαλτήριον, αὐλὸς &c.] Separatum sibi locum αὐλὸς et πηκτὶς in priore Lexico occupabant. In Cod. *S. German.* ferme cohaerent. Itaque omnia artissime aptavi, motus auctoritate Scholiastae *Aristophanis* Thesmoph. v. 1321., ubi Πηκτίδας, εἶδος ὀργάνου κιθαρῳδικοῦ, ἢ ἀκολάστου σχήματος. Gemina *Suidas* in Πηκτίς.

c Ζυγαῖς] Haec disiuncta quoque in eodem collocantur. Explicant, quod *Suidas* et *Etymologus* indicant, τὰ ἑδώλια, quo illi modo et praestantiores *Herodoti* MSS. vocem pingunt. Alibi *Suidas*, Ζυγοί· παρ' Ἡροδότῳ αἱ καθέδραι.

d Ὄρθιον νόμον Θαμύρα] *Suidas* in Voc. Νόμος et Ὄρθιος descripsit, verum de Thamyra nihil. Amplius scholion, unde hae reliquiae in schedis *S. German.*, Thamyrin sive Thamyram, celebrem olim in Thracibus Musicum apud *Diodor.* L. III, 66., nomi Ὀρθίου inventorem, non Terpandrum, ut ceteri solent, perhibuisse videtur. Legendus *Plutarch.* de Musica p. 1132. B. D. et *Pollux* IV, 65. ubi septem illi modi.

e Ὡς ξένιον] Sic et *Suidas*. Olim ξενίην, aut ξένοι, ut MS. *S. Remigii*. Valde exorbitat *Corinthus*, cum ἀντὶ τοῦ ξενίην ἐδωρήσατο, ξενίων συνεθήκατο Ionum perhibet esse in sermone.

f Ἡμεκτέων] Conpositum περιημεκτέων ibi in Musa. Nec iusta tamen ex scholio suspicio, aliter olim obtinuisse. Est in glosatorum more simplex deponere, ubi conpositum in ipsa oratione. Tale χορδεύων L. VI, 75. et αἰωρηθέντες ibid. C. 116., pluraque alia.

g Ἐνωμοτία] In schedis *S. Germ.* Συναμοτία, unde *Suidas* Συναμοσία, τάξις παρὰ Ἀττικοῖς, ubi postrema *Herodotum* si explanant, sicuti debent, absurda. Et ita tamen tres Lexici codices. Verius *Etymologus* Ἐναμοτὶς, immo Ἐναμοτία, τάξις τὶς στρατιωτικὴ παρὰ Λακεδαιμονίοις. Priores ergo, nisi si παρὰ τοῖς Ταντικοῖς cum Cl. *Rubnkenio* ad *Timaeum* p. 77. malueris, in errore versantur. Mendosus etiam *Suidas* in proximo Τριηκάδας· παρ' Ἡροδότῳ, δεῖπνα, ἢ δήμους, ἢ ἀριθμὸν τριάκοντα ἡμερῶν· nihil enim, ut alia praeteream, isthic apud *Herodotum* de triginta diebus. Mendosior multo, ne quid asperius excidat, *G. Corinthus*, λέγουσι δὲ *Iones* καὶ τοὺς κατὰ δήμους καὶ ἀριθμὸν τῶν τριάκοντα ἀνδρῶν Δεῖπνα. i nunc et fide istiusmodi λογοθήραις.

h Καὶ βασιλικὰ] Eodem *Hesychii* explicatio tendit in Ἀναξυρίδες· *Suidas* autem et *Etymologus* καὶ ἄβατα ὑποδήματα· quae hinc propagata facile instaurabuntur. Ἄβατα ὑποδήματα equidem non recordor. Confer *Salmasium* ad *Lampridii* Alex. Sever. C. 40.

i Ὄχλου ἱππικὴ] In *Suida* ὄχλου ἱππικοῦ· cui accedo. Vicina Εὐεσὼ, εὐετηρία &c. in MS. *S. Germ.* non leguntur. Quod nunc prostat, ex codice *S. Remig.* venit: antea εὐεσὴ· εὐημερία· εὐετερία, *Diogenianus* vocabulo operam occasione *Antipbontis* Ἀεισεσὼ impendisse videtur. *Harpocrationem* adi illa in voce et *Favorini* Εὐεσώ. Proximum Ἔπδοξα liber *S. Germ.* non novit.

Εὐηρώ. εὐημερία, εὐετηρία. ἡ καλλίστη τῶν ἐτῶν διαγωγή. Διογενιανὸς ἄνευ τοῦ Σ' γράφει. 85.
Ἀνέγνωσεν. ἀνέπτυσεν, ἀπεδίδαξεν. 86.
Ἐπίδοξα. ἀντὶ τοῦ προσδόκιμα. 89.
Κιάφος. ἄχανθα ἕλκουσα ἱμάτια. 92.
Οὖροι. ὁροθεσία. 93.
Πεσσοί. ψῆφοι, ἐν αἷς ἔπαιζον. 94.
Φαρμάκοισι. βαφαῖς. 98.
[a] Ἐλόχισεν. εἰς λόχος κατέταξεν. 103.
Κατὰ τέλεα. τὰ ἀναλώματα καὶ τὰ συνέδρια τῶν ἐν τῇ ἀρχῇ, καὶ συντελεῖν εἰς τάγμα. ibidem.
Εὔτυκτα. ἕτοιμα, ῥάδια, εἰργασμένα. 119.
Ἐπιφορήματα. τραγήματα. 133.
Λευκή. πάθος τὶ περὶ ὅλον τὸ σῶμα. 138.
Πρυτανεῖον. [b] Θεσμοθέσιον, θόλος, καὶ ἡ τοῦ σίτου θήκη. 146.
Ἔπιπλα. ἡ μὴ [c] ἐγγαῖα κτῆσις, ἀλλ' ἐπιπόλαιος. ἔπιπλα καὶ τὰ ἐπάνω τῶν τραπεζῶν. 150. 164.
Ἤθεα. τόποι, ἐν οἷς ἀναστρέφονται. 156.
Πρόχυσις. τὸ ἀποσπεῖσαι. 160.
Μύδρον. σίδηρον ἀργόν. 165.
Ἔμβολος. χάλκωμα περιτιθέμενον κατὰ πρῴραν ταῖς ναυσίν. 166.
Ἐναγίζειν. τὰς χοὰς ἐπιφέρειν, ἢ θύειν τοῖς κατοιχομένοις, ἢ τὸ διὰ πυρὸς δαπανᾶν. 167.
Ἡβηδόν. [d] μετὰ ἰσχύος, μετὰ ἀκολασίας. 172.
Ἀντίζουν. τὸ ὀφαντιούμενον. 174.
Ταρσοὶ καλάμων. [e] τρασιὰ ἐν ᾗ ἐξήραναν τὴν πλίνθον. 179.
Φάρσος. τεῦχος, κλάσμα, ἀκρωτήριον. 180.
Λίμασιά. τὸ ἐκ χαλίκων ᾠκοδομημένον ἄνευ πηλοῦ τειχίον, [f] ὃ νῦν ἑρμακίας καλοῦσιν. ibidem.
Λαῦραι. ῥύμαι, ἄμφοδοι. 180.
[g] Ἕλυτρον. σκέπη, θήκη, δέρμα. 185.
Συμψήσας. συντρίψας. 189.
Καταγωγή. πανδοκεῖον. 181.
Σχοινοτενές. μακρὸν, ὀρθόν. 189. 199.
Ψῆφες. κωφωτεῖα τὰ [h] ἐν τοῖς ὀλύνθοις γινόμενα. 193.
Ἀλεξομένους. ἀμυνομένους. 211.
Σαγάρεις. πελέκεις, τὰ ἐκ χειρὸς ὅπλα. 215.
Ἄρδις. Φαρέτρας, βέλη. ibidem.
Φάλαρα. τὰ περὶ τὰς γνάθους σκεπάσματα. 215.

Ἴσορ. Β.

Κυζημάτων. τῶν γοερῶν ἀποφθεγμάτων. II. 2.
Γεωπεῖναι. οἱ γῆς πειρῶντες καὶ ἀπορούμενοι. 6.
[i] Ἀπίσας. ἱκανώσας. 7.
[k] Μυχοί. αἱ καταδύσεις, τὰ ἐνδὸν, λιμένες, κοιλότητες, τὰ ἴσχατα, ἴσως. 11.
Ἐπιτηδάτη. μετρία, εὐγνώμων, καλῶς ἔχουσα. 22.
Βυσσός. βυθός. 28.
Χειράδες. πέτραι λεῖαι ἐν θαλάσσῃ. 29.
Εὐμαρέη. ἀπόπατος. 35.
Πεσσόμενα. ὀπτώμενα. 37.
Βάρις. ναῦς. [l] ἡ λέξις σημαίνει καὶ τείχη καὶ πύργον, καὶ μεγίστας οἰκίας, καὶ σφαίρας καὶ αὐλὰς, καὶ στοὰς μεγάλας. 41.
Ὄσιρις. ὁ Διόνυσος λέγεται. 42.
Ἐγχρίψαι. ἐμπεσεῖν, [m] περισπιλάσαι. 60.
Κορύνη. ξύλον ἐπικαμπές. 63.
Πρόκολος. ταμχόρος. [n] μετὰ τοῦ Σ' ὁ δοῦλος. 64.
Μελεδωνοί. Φροντισταί. 65.
Ἀμφιδέας. ἀλύσεις. οἱ δὲ ψέλλια. 69.
Κρέξ. ὄρνεον δυσοιωνιστὸν τοῖς γαμοῦσιν. 76.
Συρμαΐζειν. καθαίρειν πόματι ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος. 77.
Αἶνον. ᾠδῆς ὄνομα ἢ λύρας χορδή. 79.
Θύσανοι. κόρυμβοι, κροσσοί. 81.
Ἐσηθήσαντες. ὑλίσαντες. 87.
[o] Κάπτοντες. ἀποδεχόμενοι. 93.

[a] Ἐλόχισεν] Pauci *Herodoti* Codd. et *Suidas* ἐλοχήσε. Idem κατατέλεα iunctim recenset et scholiastae nostri verbis interpretatur. Agnoscit et *Hesychius* in Τέλεα, cuius καὶ τὸ συντέμνειν τάγμα ad nostri praescriptum reformandum. Explicatur λοχίζειν κατὰ τέλεα, cetera ab *Herodoti* mente et sententia longissime deflectunt.

[b] Θεσμοθέσιον] Eum in modum schedae: in *Suida* θεσμοθέτιον, ubi *L. Kusterus* pronuntiat, *hoc nihil ad rem*, cui consentio. Scholiastes docere voluit, nonnunquam in Prytaneo legum et plebiscitorum tabulas asservari solitas. Multa III. *Spanhemius* in Diatriba de Vesta et Prytan. p. 697. Ed. Graev. Nihil tamen accommodatius verbis *Plutarchi* Sympos. VII. p. 714. C. ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τὸ ἐνθάδε ΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝ καὶ ΘΕΣΜΟΘΕΣΙΟΝ.

[c] Ἐγγαῖα κτῆσις] Vulgo erat ἡ μὴ βεβαία κτῆσις. *Suidae* ἔγγειος, quod *Kusterus* rectissime explicuit, MS. accedit. Bona sunt mobilia. Commode *Isaeus* de Agn. Heredit. p. 88. Κατέλιπεν ΕΠΙΠΛΑ, πρόβατα, κριθὰς, οἶνον, ὀπώρας. Ultima Scholii ex *Goldasti* aliisque sunt libris.

d Μετὰ ἰσχύος] *Suidae* in Ἡβηδὸν, ἀντὶ τοῦ μετ' αἰσχύνης, hinc vitiose traductum. Utrumque nihil ad *Herodotum*. Meliora dabit Cl. *L. Bos* Observ. C. 6. Quod adhaerebat ὀρχηδὸν, in Cod. *S. Germ.* recte desideratur; alienum enim. Ὀρχηδὸν· ἡβηδὸν alibi sese offeret.

e Τρασιὰ] Optime MS. *S. Remig.* Ceteri, *Suidas*, *Corinthus*, πρασιά. Mendam et Scholiastae errorem Cl. *Salmasius* detexit ad *Solin.* p. 869. Τρασιὰ craticium textum erat, super quo ficus et casei siccabantur, uti apud *Hesychium* in Voc.

f Ὃ νῦν ἑρμακίας καλοῦσι] Voluit ἕρμακας. *Hesychius*, Ἕρμακες, αἱ ὕφαλοι πέτραι, ἢ αἱμασιαί. quibus gemina, ut docti viri monuerunt, critici in *Nicandri* Ther. v. 150.

g Ἕλυτρον, σκέπη] Absurde *Suidas*: Σκέπη παρ' Ἡροδότῳ θήκη, δέρμα. Praetervidit τὸ Ἕλυτρον, cui explicando ista erant admota. Probior *Hesychius* in Ἕλυτρον. Confer *Th. Gatakerum* ad *Antonin.* L. IX, 3. p. 266.

h Ἐν τοῖς ὀλύνθοις] Addunt λέξεις editae τοῖς ἄρσεσι, quae duo Cod. *S. Germ.*, *Suidas* et *Hesychius* non adiungunt.

i Ἀπίσας, ἱκανώσας] Mira in prioris scriptura adparet discordia. Ἀπήσας Cod. *S. Remig.*, ἀπόσας habet *Montfauc.*, ἀπώσας in excerptis *S. Germ.* et *Corinthо.* Propositum venit ex *Goldasti* Lexico. Videtur ad L. II, 7., sicuti ibi monitum, referendum.

k Μυχοί. αἱ καταδύσεις] In schedis haec disiungebantur ita, ac si et μυχοὶ et λιμένες exponerentur. Iunxi artius, ut *Hesychius* et Grammaticorum alii nectunt. Iuvandus *Suidas* est, cum Μυχαί· παρὰ Ἡροδότῳ, καταδύσεις· τὰ ἔνδον.

l Ἡ λέξις σημαίνει] Haec ex Cod. *Pasion.*, in quo καὶ σΦύρας. *Etymologus* in Βάρις edita adprobat.

m Προσπελάσαι] Liber *S. Germ.* παραπελάσαι, unde inquinatum *Suidae* παραπολαῦσαι in ἘγχριμΦθεῖσα. Idem ἐγχρίψαι, Cod. *S. Germ.* ἐγχρίμψαι, quae et in *Herodoto* varietas.

n Μετὰ τοῦ Σ'] Absunt a *Suida* et codice scripto, neque vera perpetuo sunt. *Eustathius* ad Homer. p. 632, 36. consulendus est.

o Κάπτοντες] *Corinthus* Aldinus κάμπτοντες et liber *S. Remig.* Uberior *Hesychii* glossa Κάπτοντες, ἀποδεχόμενοι, ἐσθίοντες· cuius praecedens Κάπτει, καταπέση, fuisse olim καταπίνει videtur. *Hemsterhusii* Nostri eadem divinatio ad Comici Plut. p. 315. Hic autem iterum simplex verbum vice ἀνακάπτουσι, quomodo *Euterpe*.

a Ῥιπίς. πλέγμα. 96.
Καινοῦν. χρήσασθαι καινῷ λόγῳ. 100.
Ἀποφορήν. τὴν τελουμένην τιμὴν ὑπὸ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις. 109.
Ἤλυσιν. ἔφοδον, πορείαν. 123.
b Συρμαίην. λάχανον σελίνῳ ἐοικὸς, ἢ βρῶμα διὰ σέατος καὶ μέλιτος. 125.
Ἐπηβητήρια. ἐπευαχητήρια. 133.
Ποιήν. ἀντέκτισις, τίσις. 134.
Βουπόρους. ὀβέλους μεγάλους. 135.
Ἀμυρταίου. c εἰμαρτοῦ. 140.
Ὄχανα. ἀσπίδων πόρπακες καὶ οἱ δεσμοί. 141.
Τριφάσιοι. τριπλάσιοι καὶ τρίφωνοι. 156.
Ἀπεματάϊσιν. ἐματαιολόγησιν, ἐμώρανεν. 162.
Ἀποτιμοτέρους. ἀτίμους. 167.
d Ἀνδρόσφιγγας. σύνθετον σῶμα ἐξ ἀνδρὸς καὶ σφιγγὸς ὑπὸ δημιουργοῦ γεγονός. 175.

Ἱστορ. Γ.

Απηλικέστερον. πρεσβύτερον. III. 14.
Ἐπάϊστος. Φανερός. 15.
Εὐλέων. σκωλήκων. 16.
Φρενήρης. c σώφρων. 25. 30.
Γνωσιμαχεῖν. τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, τήν τε τῶν ἐναντίων ἰσχύν. 25.
Οὐ καταπροΐξεσθαι. πρόϊκα ποιῆσαι, f ἀτιμωρητὶ, οἷον καταφρονήσας. 36.
Παταίκοισι. Θεοὶ οἱ Παταίκοι Φοινικικοὶ ἐν ταῖς πρύμναις ἱδρύμενοι. 37.
g Ἐπίλαμπτος. καταφανής. 69.
Αἰγυπτίων. γυπῶν. 76.
Ἀμύσσειν. h ταράσσειν. ἑλκοῦν, ξέειν. ibidem.
Φριμάξασθαι. Φρυάξασθαι, Φυσῆσαι. 87.
Φορμός. πλέγμα ὡς κόφινος. 98.
Διάσφαγες. αἱ διεστῶσαι πέτραι. 117.
Γαυλός. πλοῖον Φοινικικὸν. 136.
Σκυτάλοις. ῥάβδοις. ibidem.
i Γοργύρη. δεσμωτήριον ὑπόγαιον. 145.
Διφροφορευμένους. Φορείοις Φερομένους. 146.
Βαλανάγρας. κλεῖς. 155.
Οὐ καλαπροΐξεαι. προϊκτης. ἡ πρὸ αὐλῆς παρὰ παρὰ τὸ προϊκτεῖσθαι. τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ ἴζεσθαι, k ὅ ἐστι δωρεάν τι λαβεῖν. Ἀρχίλοχος· Ἐμεῦ δ' ἐκεῖνος οὐ καλαπροΐξεται. ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἐν Ἐπιμερισμοῖς παρὰ τὸ ἴσσω φησὶ, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος. Προτείνω χεῖρα καὶ προΐσσομαι. 156.

Ἱστορ. Δ.

1 Λάξιν. λῆξιν, μερισμὸν, κλῆρον. IV. 21.
Παλάθας. λέγεται m καὶ ἐκ τυγὸς πλάσματα· κυρίως δὲ ἡ τῶν συκῶν ἐπάλληλος θέσις. 23.
n Ὀργίσας. μαλάξας. 64.
Ἀνδρόγυνος. ἄνανδρος, ἑρμαφρόδιτος. 67.
o Ἐναίριες. οἱ ὁπλῖται. ibidem.
p Τόρμον. τὸ τρῆμα καὶ τὸ ἐνιεμένον εἰς αὐτό. 72.
Σῶτρα. σωτῆρια, μήτυτρα, q λύτρα. 79.
Σώχουσι. τρίβουσι. 75.
Ἄρδιν. ἀχίδα βέλους, καὶ τὰ ἐκ χηρὸς ὅπλα. 81.
Σισύρα. βαρβαρικὸς χιτών. 109.
Εὐμαρεία. ἡσυχία καὶ ἀπόπατος. 113.
Ὑβρίζοντες. σκιρτῶντες. 129.
Κομιδὴ. ἡ ἀνάσωσις, ἐπιμέλεια. 134.
Ἀμβολάδην. καθ' ὑπερβολήν. 181.
r Οἴσπη. ῥυπαρῶν προβάτων ἔρια. 187.
Αἰγὶς. ἣν Λίβυες φοροῦσι δοράν. 189.
Ἀνθερίκων. νῦν τοὺς καυλοὺς φησι τῶν ἀσφοδέλων· εἰσὶ δὲ εὔθραυστοι. 190.
s Σχοίνου συμβολεῖς. οἱ ψιαθοπλόκοι, καὶ σχοῖνος ἡ ψίαθος.
Περιφορητά. ἀκτά. 190.

s Στρέ-

a Ῥιπὶς] Haud *Suidas* aliter in Ῥιπῆς. Lexicon *Goldaſti*, *Reg. Paris.* et *S. Remig.* Ῥηπίς. Omnes prave. Confer *G. Arnaldi* Animadv. C. 30.

b Συρμαίην] Perperam *Corinthus* συρνέην, *Heſychius* Σύρμιον, λάχανόν τι σελίνῳ ἐοικός, antea in Συρμαίαν verum amplexus.

c Εἰμαρτοῦ] Quid commune huic cum proprio Ἀμυρταίου regis nomine? Estne eius veriloquium? An reconditum aliquid vetere fuit in ſcholio, quale Ἀμυρτὸν, ἱμάτιον· Κρῆτες *Heſychii?*

d Ἀνδρόσφιγγας] Sedabunt fortaſſe haec fluctus, quos *Heſychiana*, Ἀνδροφῆτες· σύνθετον σῶμα ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ὑπὸ δημιουργοῦ γεγονὸς, cierunt: manarunt enim hoc fonte. In MS. *S. Germ.* γεγονότος legebatur.

e Σώφρων] Adſtruit his *Corinthus*, λαμβάνουσι δὲ τοῦτο *Iones* ἐπὶ τοῦ ἐναντίου, ut videlicet παράφρων ſit, ſicuti praeter *Suidam* voluit *Etymologus*. Si οὐ φρενήρης, uti in *Herodoto*, ponatur, probe: alioquin fallent isti Grammatici.

f Ἀτιμωρητὶ] Suam ſibi et diſtinctam ſedem in *Goldaſti* Lexico et aliis posſidebat: continuatur a *S. Germ.* ſchedis, quas duces optavi. Conſentiunt *Heſychius* et *Suidas*.

g Ἐπίλαμπτος] Ex diſcorde ἐπίλαμπος et ἐπίλαπτος in membranis ſcriptura hoc effinxi. *Herodotus* atque ad eum adpoſita excuſabunt audaciam.

h Ταράσσειν] Verum est *Iungermanni* σπαράσσειν. *Heſychius* Ἀμύσσειν, ξέειν, σπαράσσειν. *Suidas* tamen, corruptum ſecutus exemplar, Ἀμύσσειν, ταράσσειν. Loco proximi φυσῆσαι ille πεφυσῆσθαι in v. Φριμάξασθαι.

i Γοργύρη] Cod. *S. Germ.* Γοργύνη. hinc *Suidae* Γοργύνη. δεσμωτήριον ὑπόγειον. Mox tamen veriorem ſcripturam amans.

k Ὅ ἐστι δωρεάν τι λαβεῖν] In ſcripto ὃς ἐστι δωρεάν τι tantum: defectum ex *Suida* et Criticis ad Comici Equit. v. 433., qui ambo eadem, explevi. Rectius hic in *Archilochi* fragmento Ἐμεῦ δ' ἐκεῖνος ——. Adi eruditam *Valckenarii* adnotationem in L. III. *Herodoti*, C. 36.

l Λάξιν, λῆξιν] *Suidas*, Λάξιν, μῖξιν, μερισμὸν, Ἡρόδοτος, ex ſcripto gloſsarum vitioſo exemplo, quale *S. Germ.* et *Reg. Paris.* Vulgatum bonum esſe Cl. *Rubnkenius* Epiſt. Crit. II. p. 14. conmonefecit. Ceterum in MS. *S. Germ.* haec et proxima ad Muſam tertiam referebantur, non ſine lapsu.

m Καὶ ἐκ τρυγὸς πλάσματα] *L. Kuſterus* ad *Suidae* Παλάθαι coniicit τὰ ἐκ τυροῦ· cui valde obſtant haec ſcholia, a *Suida* deſcripta. Confer *Turnebum* ad *Theophraſtum* de Odoribus p. 27. et *L. Bos* Animadverſ. C. 44.

n Ὀργίσας] Sic omnes. At ὀργάσας, μαλάξας, *Heſychius*, *Timaeus* et *Suidas*; Editum ex Ὀργήσας naſci potuit.

o Ἐναίριες] *Corinthus* exſcripſit, quod ad *Herodotum* confert nihil. Scythicam vocem Grammatici ex Graecorum ἐναίριος et ἐναρίζειν fruſtra arceſsiverunt.

p Τόρμον, τὸ τρῆμα] Plerique τόρνιον. In *S. Germ.* ſchedis τόρνον, ad quarum ſimilitudinem *Suidas* Τόρνος —— τὸ τρῆμα, καὶ τὸ ἐνιεμένον εἰς αὐτό. Praeſcriptum habet *Herodotus*, et τόρνον diverſiore notione alibi C. 36.

q Λύτρα] Membranae *S. Germ.* μέτρα, absurde: verius aliae cum *Suida*. Sequens σώχουσι fruſtra quaeretur: Κατασώχουσι Scriptor.

r Οἴσπη] Ita cum *Suida S. Germ.*; in aliis Οἰσύπη, οἰσίπη, οἰσίπη. *Corinthus* de ſuo adiunxit, καὶ τὸ διακεχώρημα τοῦ προβάτου. Adi et *Heſychii* Οἴσυπος et *Suidam* in Οἰσυπηρός.

s Σχοίνου συμβολεῖς] Eadem omnia *Suidas* et *Corinthus*. At fruſtrantur nos et circumſcribunt; nihil enim istiusmodi apud Hiſtoriae patrem. Eremitis et AEgypti monachis congruit, quibus tegetes ſive ψιάθους per otium texere ſollemne erat. Vide *Du Cangium* in Lexic. Gr. Med. ad Ψιάθιον et Σχοινοπλόκιον. Hoc credo

[a] Στρόφος. τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν στρόφιον, ὅ ἐστι ἐρεοῦν. 60.
Κυματώγη. ὑπαγωγὴ, αἰγιαλός. 196.

Ἱστορ. Ε.

Φυλάξαντες. ἐπιτηρήσαντες. V. 12.
Νεοχμῶσαι. [b] νεωστὶ κινῆσαι. 19.
[c] Σπαδίξας. ἐκδείρας. σπάδιξ γὰρ Φλαιὸς ῥίζης περιέρης. οἱ δὲ Φοίνικος ῥάβδον. σπάδακες δὲ καὶ οἱ κύπες. καὶ σπάδιξ, ὄργανον τι κιθαριστικόν. 25.
Φερέγγυος. βεβαιώτης. 30.
Παχέων. τῶν πλουσίων. ibidem et 77.
Ἔφεδρον. [d] ἐπίκληρον. 40.
Σταθμός στρατιωτικὴ κατάλυσις. [e] ὁδοῦ μέτρον, κατάλυμα. 52.
Ἐπίσιον. ἔποικον κατάλυμα. 72.
Ἀγηλατέειν. διώκειν, Φυγαδεύειν, ἐπιτάττειν, ὑβρίζειν. 72.
Λῆμα. ἀξία καὶ ἀνδρεία. 72.
Κληρούχους. γεωργούς. 77.
Σιναμωρον. κακόσχολον. 92, 7.
Κρησφύγετον. καταφυγὴ, ὀχύρωμα. 124.

Ἱστορ. Ϛ.

Ἰθαγενῆς. οἱ γνήσιοι παῖδες. VI. 53.
Πρόξενοι. οἱ προστάται πόλεων καὶ Φορτιστὰὶ καὶ ξένους ὑποδεχόμενοι. 57.
[f] Ἀρχαιρεσίη. τὸ πρὸς χάριν πολλοῖς ζῆν, καὶ τὸ ἐπιδόσεις χρημάτων ποιεῖσθαι. 58.
Ψῶσαν. θάλπουσαν. 61.
Ἔκπιζεν. ἔδακνε, ἀπὸ τῆς πόας. 62.
Οὐχ ἱκνευμένως. οὐ προσηκόντως, οὐ καθηκόντως. 65.
Γυμνοπαιδία. ἑορτὴ ἐν Σπάρτῃ, ἐν ᾗ γυμνοὶ χοροὺς ἵστασιν. 67.
Λάσθη. αἰσχύνη. 67.
[g] Χορδεύων. τέμνων. 75.
Καταγιέων. καταλύων. 75.
Ἄρθμια. Φίλια. 83.
Πολέμαρχος. ἄρχων, [h] πρὸς ὃν κατηγωνῶντο τοὺς ξένους. 109.
Ἄφλαστον. τὸ ἄκρον τῆς πρύμνης. 114.
Αἰωρηθέντες. μετεωρισθέντες. 116.
Ἀναιρεόμενον. τὸ ἐν γαστρὶ συλλαμβανόμενον. 69.
[i] Ἀναχωχεύσαντες. ἀναχωρήσαντες. 116.
Γαῦλος. Φρέατος ἀντλητής. 119.
Ἐμμέλειαν. χορικὴν ὄρχησιν. 129.
Ζάκορος. νεωκόρος, ἱερεύς. 134.
Πρόκα. εὐθὺς καὶ παραχρῆμα. ibidem.

Ἱστορ. Ζ.

Ἐπικάρσιον. πλάγιον, οὐκ εὐθύ. VII. 36.
Ἐλῶν. ἐλάσας. 33.
Δημιοργοί. οἱ εἰς τὸ δημόσιον κάμνοντες. 31.
[k] Ὄνος. τὸ περὶ τὰ τῶν ὑδάτων ἀγγεῖα πολύτροπον καὶ συστρεφόμενον. 36.
Χυτόν. χῶμα καὶ ὁ ξεστὸς λίθος. 37.
[l] Ῥηχίης. Φραγμὸς, ἢ δεσμοὶ τῶν Φραγμάτων. ibidem.
Σαυρωτῆς. [m] ξυστὸν, δόρυ, ἢ στύραξ, ὃν ἔνιοι καλοῦσιν οὐρίαχον. 41.
Κυρβασίας. τιάρας. 64.
[n] Ζειρά. μίτρα, ταινία, διάδημα, ἱμάτιον, ζώνη, πορφυροῦν ἔνδυμα. 69. 75.
Κέρκουρος. νεὼς εἶδος. 97.
[o] Ἰσία. δεῖπνα. 135.
Ῥῆχος. Φραγμός. 142.
Ὀρχηδών. ἡβηδών. 144.
Καλλιερεῖσθαι. ἐπὶ τοῦ θύειν ἔντομα λέγεται. 134. 167.
Τέμπεα. τὰ στενὰ τῶν ὀρῶν, καὶ οἱ σύνδενδροι τόποι. 173.
[p] Ναυλόχιον. λιμένα ἢ εὐδίαν. 189.

Ἱστορ.

credo in uberiore ſcholio, occaſione σχολίου C. 190. fuerat notatum: manſerunt reliquiae, *Herodoto* nihil lucis adferentes, ut ſaepiſſime aliae parum proſunt.

a Στρόφος] Et hoc alienum. In ſchedis *S. Germ.* huic praeſcribebatur vocabulo et ſequentibus Ἱστορίας Δ., quod re poſtulante inmutavi.

b Νεωστὶ κινῆσαι] Voluiſſe primum gloſſae auctorem νέον τι opinor. *Suidas* vulgatum deſcripſit: *Corinthus* νεωστὶ κινῆσαί τι.

c Σπαδίξας] Nihil horum in *S. Germ.* Egregium ſcholium Cl. *Salmaſius* illuminavit, *Heſychium*que in mendoſo Σπᾷ eadem voluiſſe bene docuit ad *Solin.* p. 291. Σπάδιξ Muſicum inſtrumentum a *Polluce* IV, 59. non praeteritur.

d Ἐπίκληρον] Quid voluerit, intenderitque Scholiaſtes ex *Heſychio* adparet Ἔφεδρος, ταβλιστὴς, τρίτος ἐνεδρεύων, καὶ ὁ ὑφ' ἡμῶν ΕΠΙΚΛΗΡΟΣ. Nimirum aleae luſorem, victis ſuccedaneum, aut gladiatorem, ſecutoremque, qui ſorte victis ſufficiebatur et cum victoribus conparabatur. Hoc vero quid ad *Herodotum?*

e Ὁδοῦ μέτρον &c.] Venerunt ex *Goldaſti* et Codd. aliis. *Suidas* et *S. Germ.* non adiungunt. Auctius etiam vicinum Ἀγελατέειν, διώκειν est: ſiquidem acceſſoria *Corinthus* et *S. Germ.* reticent.

f Ἀρχαιρεσίη] Quae ſubduntur, ἀρχαιρεσιάζειν ad *Heſychii* modum in Ἀρχαιρεσιάζειν explanant. Ambitioſorum artes, ut egregie ibi *L. Kuſterus*, innuuntur, qui non vera via, ſed donis et fallaciis ad honores contendunt. *Suidas*, quaſi Herodotea forent, digna ſuo Lexico cenſuit. Sequens Ψῶσαν *Herodotus* καταψῶσαν ſcripſit.

g Χορδεύων] Καταχορδεύων *Erato.* Proximum καταγινέων, καταλύων *Suidae* haud est ignotum. Ambo verius κατάγων explicuiſſent. Confer *Heſychii* κατάγειν.

h Πρὸς ὃν κατηγωνῶντο] *Suidas* eadem. At illa muneris Polemarchi exilis pars. Meliora in *Lyſiae* Or. Adv. Pancleonem, et *Harpocrationis* Πολέμαρχος cum *Valeſii* adnotatis.

i Ἀναχωχεύσαντες] *Heſychius* ἀνακωχήσαντες, nullo niſi levi in ſcriptura diſcrimine: hinc tamen illa ad id Lexicon acceſſio.

k Ὄνος] Illis ipſis verbis *Suidas* et *Heſychius*, quanquam hic καὶ συστρεφόμενον ὡς κύαμος, ſine ullo ad *Herodotum* emolumento.

l Ῥηχίης.] Apud *Suidam* Ῥαχίας, Φραγμὸς ἢ δέσμαι τῶν Φραγμάτων. Codd. *Gold. S. Remig.* et *Reg.* Φραγμοῦ ἢ δέσμης τῶν Φρ. Amplexus ſum quod in *S. Germ.* Interpretamentum inſulſum est, ῥῆχος, cui ſuus mox locus, illuſtrans. Ineptit et Scholiaſtes *Paſſion.*, cui L. II, 11. Ῥηχίη, αὐχμὸς, ξηρότης.

m Ξυστὸν, δόρυ] Membranae *S. Germ.* ξεστὸν δόρυ. Ceteri cum *Suida* ad editum belle conſpirant.

n Ζειρὰ] Olim ex *Gold.* Εἶρα. Veriſime libri alii, in eo plerique pravi, quod haec tres in portiones divulſerint, ac ſi Ζειρὰ, Ζώνη et Ταινία exponendae forent. Recte *S. Germ.* connectit vocabula, τὴν ζειρὰν duntaxat explicantia. Liquida res est ex *Etymologo* in Ζειρὰ et *Heſychio*, ubi erudite Cl. *Io. Alberti.* *Suidas* tamen Ζώνη. πορφυροῦν ἱμάτιον. Ἡρόδοτος, ſed deceptus.

o Ἰσία, δεῖπνα] Omnes magno conſenſu. *Herodoti MSS.* ὅς σφεας, ξείνια προθέμενος, ἰσία h. e. ἐδείπνιζε. Boni viri ex verbo nomen ſubſtantivum procuderunt.

p Ναυλόχιον] Hoc adſcripſerunt ad *Herodoti* ναυλοχοῦντες. *Suidas* invenit ναύλοχος, in quo παρὰ δὲ Ἡροδότῳ λιμὴν ἢ εὐδία fuit et eſſe debet.

a Ἰαχ-

Ἱστορ. Η.

Ταρσούς. ταρσὸς κυρίως τῶν ὀρνίθων ἡ πτέρωσις, ἀφ' οὗ καὶ ὁ τῶν κωπῶν ὅμοιος σχηματισμός. VIII. 12.

Ἐπαμησάμενος. ἀναπνήσας. 24.

Ἰαχχάζουσιν. λέγουσι, [a] φλυαροῦσι. 65.

